8457H102

UAN
IDAD AUTÓNOMA DE NUEV
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTEC

KJA2150
.G88
A2
1601-70
v.2
t.1-2
c.1

# D. IOANNIS GVTIERREZ HISPANI,

IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI,
ALMÆ ECCLESIÆ CIVITATENSIS
Canonici Doctoralis, & Aduocati Placentini;

## Canonicarum Quæſtionum,

*VTRIVSQVE FORI, TAM EXTERIORIS, quàm interioris animæ,*

## LIBRI DVO,

IN QVIBVS MVLTÆ QVÆSTIONES IN PRAXI admodum vtiles continentur,

*Editio nouiſsima cæteris correctior & auctior,*

CVM INDICE RERVM ET VERBORVM LOCVPLETISSIMO.



LVGDVNI,
Sumptibus LAVRENTII ANISSON.
M. DC. LXI.

46221
UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
ALERE FLAMMAM VERITATIS

1080045482

LICENTIATO

# PAVLO DE LAGVNA,

INDIARVM, TOTIVSQVE NOVI ORBIS PRÆSIDI Ampliſſimo, Ioannes Gutierrez, Canonicus Doctoralis almæ Eccleſiæ Ciuitatenſis, S. P. D.

*SICVT illi facere ſolent, qui Principis alicuius beneuolentiam, & familiaritatem experti ſunt, vt quicquid boni habent, quamuis ſit exiguum, in ipſum conferant: quicquid verò aduerſi accidat, ad eundem referant, vt ipſius patrocinio depellatur, idipſum mihi, Indiarum Pręſes ampliſsime, hoc tempore video contigiſſe. Iam enim (niſi forte excedit) memoria tenes, quanta noſtra fuerit, non amicitia ſolum, ſed etiam familiaritas, eaque ſane ſtrictiſsima, cum olim Salmanticę in eiſdem ſtudiis verſaremur. Neque ſolum in eadem, vt dixi, Academia, eodemque Gymnaſio, ſed eadem quoque domo, iiſdem parietibus, ac pene dicam cubiculo continebatur, vt vel ipſa etiam Academia, ipſa ſtudiorum ratio, & facultas, ipſi demum parietes ad amicitiam non inuitarent modo, ſed etiam traherent. Succeſsit deinde aſsidua inter nos ſtudiorum communicatio, animorum coniunctio, vt illud Quintiliani certiſsimum eſſet, non minus inter ſe conſentire iiſdem ſtudiis, quam iiſdem ſacris initiatos. Neſcio enim, quo pacto literarum ſtudia mirifice animos copulant, atque, vt ita dicam, conglutinant, vt veluti cognatio quadam ingeniorum & mentium contrahatur. Cum ergo beneuolentia iſta tua mihi ſemper patuerit, & amicitię nexus diuelli nos inuicem minime patiatur: quicquid mihi domi naſcitur, qualecunque illud ſit, tuo propemodum iure tibi vendicas, quemadmodum quicquid aduerſi accidere potuit, tua benignitate, atque auctoritate depellis. Ecce tibi duos Canonicarum quęſtionum libros, quos exiſtimaui doctiſsimo Pręſidi dicari oportere, & quod viri docti huiuſcemodi maximè muneribus delectentur, & quod hoc officium meę erga te voluntatis leges amicitię vetuſtiſsimę ſuo iure poſtulare viderentur. Accedit eodem, ita demum inuidorum calumnias poſſe depelli, ſi tuis auſpiciis dicatos libros, tanquam rem ſacram violare non audeant, & docti quique magis probent volumina, quę tuo nomini viderint illuſtrata. Vale, Pręſes ampliſsimè. Madriti Kalendis April. Anno M. D. XCVII.*



UANL FONDO

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

# AD LECTOREM.

QVIA diſputando facilius veritas inuenitur, l. numerum, §. mixta, ff. de muner. & honor. l. cum quidam, vbi Iaſ. in ſexto notabil. n.8. ff. de liberis, & poſthumis, in l. Offidius ff. de legat. 3. l. ſecunda, §. his legibus, ff. de origine iuris, & inquit Præpoſit. in c. 1. de eo qui ſibi, & hæred. ſuis maſc. num. 1. quod vbi emergit grauè dubium, non debemus paſſim reſpondere, ſed ponderare, & diſputare articulum. Quod bene notare debent conſulentes ſecundum eum. Veritas enim ſæpius examinata magis ſplendeſcit in lucem, cap. graue 35. quæſt. 9. gloſ. verbor. poſtquam, in cap. cum Ioannes eremita, de fide inſtrumen. Iaſ. in l. iubemus, col. 2. num. 8. C. de iudic. quia, vt inquit Apoſtol. 2. ad Corinth. 12. virtus in infirmitate perficitur, capit. non omnis, 5. quæſt. 5. & vexatio dat intellectum, Iſaiæ 28. Hoſtienſis in ſumma, de pœnitentiis & remiſſio. §. quæ interrogationes, colum. 3. Hinc dicebat Leonardus, quem refert Caccialup. in titul. de modo ſtatuendi, charta 5. verſ. octauo, conſulo, nihil eſſe ad res ſubtiles cognoſcendas, atque diſpiciendas, quod plus valere poſſit, quam diſputatio: quare vulgare eſt illud dictum Bald. in l. precibus, C. de impub. & aliis ſubſtit. col. 5. verſ. modo contra. n. 33. quod quaſi ferro viam aperit, qui per contraria tranſit, & inquit Philoſoph. in 3. Metaphyſicorum, quod veritatem inquirentes ſine dubitatione, ſimiles ſunt neſcientibus, quo ire debeant, & in 7. Ethicorum, quod non ſufficit verum dicere, niſi etiam cauſſa falſitatis aſſignetur, & in 1. Topicorum, potentes ad vtramque partem dubitare in ſingulis, ſpeculabimur verum & falſum. Sol reuerberatus fortius calefacit, vt inquit Adrianus Papa in quodlibet quæſt. 6. col. penult. & clauus repercuſſus fortius ſtringit: oppoſita enim iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, vt ait Philoſoph. in 2. de cœlo & mundo. & nuſquam veritas clarior eminet, quam ſuo admota contrario, ita Amedeus in Dialogo de Amicitia carta 23. & ſequenti. Idcirco ſæpè dicebat Iaſ. nihil eſſe tam obſcurum in iure, quin ſi deducatur in diſputationem, veritas inueniatur, & Ioannes Mirandula in Apologia, charta 2. inquit, quod antiquis & omnium ætatum Philoſophis certiſſimum fuit, nihil ad conſequendam, quam quærebant, veritatem ſibi eſſe potius, quam vt eſſent diſputationis exercitatione frequentiſſimi: diſputatio enim eſt cribrum veritatis, ſuauiſſimus animæ cibus, nihil habens ingrati, vt dicit Antonius Citadin. inter illius opera in epiſtola, incip. concluſionis, ad finem dum agit de ente, & vno: & inquit Adrianus Papa in quodlibet. q. 3. col. 1. poſt Hier. quod nihil certius deprehenditur eo, quod diſputationis dente teritur: quæ omnia, cum experimento comperta haberem, vtpote qui hac methodo ſcribendi dudum in meis Practicis Quæſtionibus ſuper legib. Regiis Hiſpaniç vſus fuerim, poſt diuerſum, quem in prioribus Commentariis repetitionum, iuriſque allegationum, & in conſiliis aliiſque ſcriptis prius elegeram modum, eundem diſputandi in hoc opuſculo Canonicarum controuerſiarum reaſſumere volui, perſpiciens quanto præſtantius veritas deprehendatur ex huiuſcemodi ſtylo diſputationis, atque ſcribentis, quod ſic talentum facilius detegatur, an inordinatè procedat vel confuſe, quod omnino eſt abhorrendum, quia ſapientis eſt ordinare ſecundum Aret. conſ. 67. diligenter & mature: an verò noua, & inaudita adducat, vt faciunt moderni ſubtiles: ſed hi ſæpiſſimè acuitate ingenij facile in falſitatem labuntur, ita enim extenuare ſoliditatem iuris nituntur, vt ab aliis ſeligantur, atque præcellentes, & ſingulares videantur, quod ſubtilitatis modo à veritate penitus diſcedant: quinimo plantaſias ſequendo, totum mundum reuoluunt, & tantum volunt ſubtilizare, quod ſe ipſos non intelligant, vt de Doctoribus Papienſ. refert Paul. in l. hac conſultiſſima §. finali, numer. 3. C. de teſtament. An verò denique, & ſi noua omnino non inueniat, ab aliis tamen inuenta, vel cultu reddat blandiora, vel accumulatione vberio-





ra, nonnullis interdum nouiter ſubtili ingenio additis, vt iuuent, & proſint cuicunque etiam faſtidio ſtomacho grauiorum lectione: quod ſat erit teſte Salomone. Sæpè enim poſt macellum & adipem, etiam blandiſſima oluſcula, & fluuiales piſciculi appetibiles ſunt. Raro enim qui inſiſtit inuentioni, ordinationi vacare poteſt, & difficilior eſt ordinatio, quam inuentio, ſecundum Felinum in cap. quæ in eccleſiarum, in fine, de conſtitutionibus. Hæc enim eſt, quæ honorem fecit Accurſio, Speculatori, Ioanni Andreæ, Bartolo, Alexandro, Iaſon. Felin. & aliis qui hunc ſtylum ſunt ſecuti, & ex noſtris Cohiſpanis, grauiſſimis viris Roderico Soarez, Gregorio Lopez, Couarr. Antonio Gom. Petro Peralta, D. Anton. de Padilla, Ludouico de Molina, & aliis pluribus remotis, qui contrarium inordinate, & confuſe ſcribendi modum ſunt ſecuti, quos ſciens omitto: illos verò imitari cupiens, hos Canonicarum Quæſtionum libros vobis expono, qui vtinam ita placeant, quemadmodum animus meus placere paratus eſt: quod ſi aliud forte contingat, æquo animo ſufferte, quandoquidem ipſe laborem paſſus ita facere decreui. Valete.



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS ®

# ELENCHVS CAPITVM CANONICARVM QVÆSTIONVM, DOCTORIS Ioannis Gutierrez Canonici Doctoralis Ciuitatenſis, primi & ſecundi Libri.


CAp. I. Excommunicati, qui vitandi, vel non.

Cap. II. An excommunicatus à iudice poſſit per confeſſarium abſolui virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilei, ſatisfacta parte in vtroque, vel tantum in interiori foro.

Cap III. An virtute Bullæ Cruciatæ abſolui poſſit, quis ab irregularitate.

Cap. IV. Quo iure procedat communis praxis, qua iudices eccleſiaſtici præcepta iudicialia ſub pœna excommuncationis pro futuris culpis ſolent decernere.

Cap. V. Parochus an poſſit abſoluere ſibi ſubditum à ſententia excommunicationis maioris à iure lata, nulli reſeruata.

Cap. VI. Abſoluere quis poſſit à ſententia excommunicationis minoris.

Cap. VII. De taurorum agitatione.

Cap. VIII. Extrauagans ambitioſæ, de rebus eccleſiæ non alienandis, inter extrauagantes communes declaratur.

Cap. IX. Extrauagans cum deteſtabile, de ſimonia inter communes declaratur.

Cap. X. De interdicto eccleſiaſtico, ceſſationeque à diuinis.

Cap. XI. De monitoriis generalibus, earumque praxi.

Cap. XII. De pœnis permanentium in excommunicatione per menſem, & vltra.

Cap. XII. De irregularitate ex homicidio occulto proueniente.

Cap. XIV. De Monialibus, an ex aliis cauſis iuſtis, præter tres contentas in conſtitutione Pij Quinti, poſſint à monaſterio exire.

Cap. XV. De copula interueniente ante impetratam diſpenſationem à ſummo Pontifice inter conſanguineos, vel affines ad contrahendum matrimonium commiſſam Ordinario loci, an vitiet diſpenſationem, ſi de illa nulla facta fuerit mentio.

Cap. XVI. De ſpadone, cui ambo teſticuli abſciſſi ſunt, an poſſit matrimonium contrahere.

Cap. XVII. Papa an poſſit diſpenſare, vt matrimonium ratum, & non conſummatum per copulam, diſſoluatur.

Cap. XVIII. De matrimonio de præſenti contracto à duobus impuberibus, vel à pubere & impubere, maiorib. tamen ſeptennio, ſolemniter coram parocho & teſtibus, vtrum poſt pubertatem interueniente copula, cohabitatione, amplexibus, vel oſculis, ratificetur, abſque eo quod eadem ſolemnitate repetita denouo celebretur.

Cap. XIX. Ordinarius eccleſiaſticus, an tuta conſcientia poſſit abſque vlla cauſſa remittere denuntiationes in matrimoniis contrahendis requiſitas.

Cap. XX. Pater an iuſte abſque peccato poſſit impedire matrimonium filij, abſque eius voluntate contrahendum, cum diſparis ſtatus & conditionis fœmina.

Cap. XXI. Verba illa, non habebo aliam vxorem, vel non ducam aliam, vel aliquam in vxorem, niſi te, vel, Non erit mihi alia vor, niſi tu, quid inducant. Et quid de aliis, de quibus in hoc capite.

Cap. XXII. De matrimonio, vel ſponſalibus contractis inter couſanguineos, vel affines ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit.

Cap. XXIII. De impedimento affinitatis ex illicita copula proueniente, & quis diſpenſet ad petendum debitum.

Cap. XXIV. De diuortio inter virum & vxorem ex cauſſa ſæuitiæ.

Cap. XXV. An maritus propter publicum vxoris adulterium poſſit, ipſa viuente, clericus in ſacris effici.

Cap. XXVI. De ætate ſingulis ordinibus eccleſiaſticis requiſita.

Cap. XXVII. approbatus in vno Epiſcopatu ad audiendas confeſſiones, an poſſit virtute Bullæ Cruciatæ in alio Epiſcopatu





patu eligi in confeſſarium, abſque noua approbatione huius Epiſcopatus.

Cap. XXVIII. Beneficia vacantia, intra quod tempus prouideri debeant.

Cap. XXIX. An aliqua recipi poſſint pro adminiſtratione ſpiritualium.

Cap. XXX. An vnuſquiſque teneatur in Dominicis & aliis diebus feſtiuis in propria parochia rem diuinam audire hoc eſt, Miſſam.

Cap. XXXI. An circumſtantia feſti ab eo qui peccatum mortale commiſit in eo die, ſit neceſſario confitenda Sacerdoti.

Cap. XXXII. Monaſterium, an excludat ſubſtitutum ſub conditione vocatum, ſi inſtitutus ſine liberis legitimis & naturalib. deceſſerit, vel ſine liberis ex ſe legitime deſcendentibus, vel ex ſuo corpore procreatis.

Cap. XXXIII. De penſione Eccleſiaſtica, an debeatur pro rata temporis, necne?

Cap. XXXIV. De remedio c. reintegranda, 3. q. 1. coram quo iudice ſit proponendum, & an competat contra bona fide & titulo poſſidentem, & an in iudiciis poſſeſſoriis appellatio locum habeat.

Cap. XXXV. De confraternitatibus diſciplinatorum, ſeu confratriis, an ſint loca religioſa, necne, deque aliis in propoſito.

Cap. XXXVI. An ſucceſſor Prælati, alteriuſue beneficiati, vel maioratus, teneatur ſtare locationi prædeceſſoris, nomine proprio, & in ſui vtilitatem factæ,

Cap. XXXVII. De ſtuprante virginem ad quid teneatur.

Cap. XXXVIII. De vxore, quæ falſo ſibi partum alienum ſuppoſuit, & de adultera, quæ filium ex adulterio inſcio marito concepit, ad quid teneatur in foro conſcientiæ.

Cap. XXXIX. De vendentibus carius ad creditum, quam in promptu res cōmuniter valeat, & de minori ementibus anticipata ſolutione.

Cap. XL. De reſtitutione, an differri poſſit, vbi debitor habita ratione ſtatus & dignitatis grauiſſimam pateretur ex reſtitutione iacturam.


## *LIBER SECVNDVS.*


CAp. I. De teſtamentis eorum, qui religionem poſtea ingrediuntur, vel quæ poſt ingreſſum conduntur.

Cap. II. An iudex delegatus poſſit cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ diffinitiuæ, vel reſtitutionem in integrum aduerſus eam concedere.

Cap. III. De his quî mortem ſibi conſciuere.

Cap. IV. De ebrietate prohibita præcipue clericis, deque eorum pœnis, & de vino plura diſſeruntur.

Cap. V. De clerico homicida.

Cap. VI. De homicidio caſuali.

Cap. VII. De concubinatu, eiuſque pœnis.

Cap. VIII. An ſingularis ſucceſſor Eccleſiæ teneatur ſtare colono, vel inquilino,

Cap. IX. De rebus inuentis, quæ certo domino carent.

Cap. X. De receptis & promiſſis ob cauſſam fornicationis.

Cap. XI. De electione & prouiſione beneficiorum Eccleſiaſticorum, ac ſæcularium officiorum.

Cap. XII. De vidua ſtuprum committente.

Cap. XIII. De alienatione per ceſſionem in emphyteuſin rerum Eccleſiæ vltra tempus permiſſum facta, an in aliquo teneat.

Cap. XIV. An iuſte inſtitui poſſint primogenia, de quorũ natura & ſucceſſione &c.

Cap. XV. De falſitate, ſubreptione & obreptione cauſſæ finalis, & impulſiuæ in precibus Principi factis commiſſa, deque veritate in eiſdem tacita.

Cap. XVI. An ſcientia excommunicationis lata abſque vlla citatione ſit nulla, vel valida, licet iniuſta. Item an & quando per appellationem ſuſpendatur excommunicatio, & quando non.

Cap. XVII. De literis commendatitiis, quas Reuerendas vocant, an ſpirent re integra morte concedentis, & an Vicarius generalis Epiſcopi eas concedere valeat.

Cap. XVIII. De vſura, quod ſit omni iure prohibita, & an ſit crimen mere Eccleſiaſticum, vel mixti fori.

Cap. XIX. De manifeſtis vſurariis.

Cap. XX. De pœna conuentionali, an iure & in conſcientia ſecure exigi poſſit.

Cap XXI. De decimis, quo iure debitæ ſint, & aliis in materia & praxi frequentibus.

Cap. XXII. De requiſitis ad votum obligatorium ſub peccato mortali, & vtrum in ſolo voluntatis propoſito perficiatur.

Cap. XXXIII. De ſimonia.

Cap. XXIV. An liceat condemnato ad mortem ſe defendere, ſi poſſit.

Cap. XXV. De conditione illa adiecta legato, ſi non nupſerit, an ſit reiicienda in foro animæ, ita vt nuptiis ſequutis legatum peti, aut retineri ſecure poſſit.

Cap. XXVI. Hæres antequam legatarius agnouerit legatum, an id præſcribere poſſit.

Cap. XXVII. De his, que in alienis fundis ſcindunt

ſcindunt & capiunt ligna, aut in alieno prato oues ſuas, aliave pecora paſcunt.
Cap. XXVIII. De venatione & piſcatione, an poſſit iuſte prohiberi à Principe, aliiſque dominis temporalibus inferioribus, & an capta per venationem vetitam ac prohibitam ſint in foro exteriori, vel conſcientiæ reſtituenda ante condemnationem.
Cap. XXIX. An liceat iudici ius dicere ſecundum allegata & probata contra veritatem, quam priuata ſcientia nouit, necne;
Cap. XXX. An iuſte quis ob alterius culpam puniatur.

*LAVS DEO.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



*D. IOANNIS*

# GVTIERREZ, IVRISCONSVLTI HISPANI PRÆCLARISSIMI, CANONICI DOCTORALIS ALMÆ ECCLESIÆ CIVITATENSIS,

Canonicarum Quæſtionum vtriuſque Fori tam Exterioris quam Interioris animæ,

# *LIBER PRIMVS.*

## SVMMARIA.

*1 Concilium Conſtantienſe circa excommunicatos vitandos vel non refertur; nec non & Baſilienſe.*

*2 Acta in Conſtantienſi & Baſilienſi Conciliis circa damnationem quorundam articulorum Hæreticorum, & cauſas beneficiales ac cenſuras, approbata fuerunt auctoritate Apoſtolica, & quomodo hoc intelligatur, num. 15.*

*3 Sententia declarationis non requiritur, nec eſt neceſſaria, vbi aliquid ita notorium eſt, quod nullam excuſationem habet, nec poſſit aliqua tergiuerſatione celari; contrarium, num. 16.*

*4 Sententia declaratoria requiritur regulariter vbicunque pœna aliqua pro crimine etiam ipſo iure infligitur.*

*5 Publice excommunicatus, publice eſt vitandus, etiam ante denuntiationem iure communi attento.*

*6 Notorie excommunicatus, ita quod ipſius factum nulla tergiuerſatione celari poſſit, vitandus eſt ante denuntiationem ſecundum literam Concilij Baſilienſis, & citantur auctores huius ſententiæ.*

*7 Sed contrarium late probatur rationibus & auctoribus hic adductis, & in num. ſeq.*

*8 Hæreticum ante condemnationem non tenemur vitare, etſi ſciamus illum eſſe hæreticum.*

*9 Excommunicatio hæreſi cohæret, ſicut lepra leproſo, & homini vmbra.*

*10 Incarcerati propter hæreſin prius, quam pro talibus declarentur, deuitari ſolent, nec diuina officia nec ſacrificia permittuntur audire, nec aliis Sacramentis Eccleſiæ vti, nec traduntur Eccleſiaſticæ ſepulturæ donec cauſa peragatur.*

*11 Statutum in ſynodo Conſtantienſi de excommunicatis non vitandis ante denuntiationem, præterquam in notorio Clerici percuſſore, ſaluberrimum inſtitutum fuit ad ſedandas timoratas conſcientias adimendóſque ſcrupulos.*

*12 Ratio differentiæ aſſignatur inter notorium Clerici percuſſorem, cur ſit vitandus ante denuntiationem & alios notorios excommunicatos non vitandos.*

*13 Hæreticus notorius cur non ſit vitandus ante condemnationem.*

*14 Verum eſſe reſoluitur in Concilio Conſtantienſi ſub Martino V. celebrato editam fuiſſe prædictam ſaluberrimam conſtitutionem iuxta literam & ſenſum, num. 1. relatum, & quamuis inter acta eiuſdem Concilij ipſa non exſtet, eſt tamen hoc receptiſſimum apud crebriores & grauiores auctores, & in hoc numero reſolutio præcedentium ponitur.*

*17 Manifeſtatio auctoritatiua requiritur, etiamſi facti euidentia ſit, vt, quod auctoritas publica inchoauit lege, auctoritas publica perficiat iudice.*

*18 Vaſalli liberati ſunt à debito fidelitatis Domini, & totius obſequij propter hæreſin manifeſtam Domini ſui.*

*19 Cuſtodiens depoſitum ſibi ab hæretico commiſſum, non debet illud reddere hæretico manifeſto id petenti.*

*20 Præſes alicuius oppidi aut arcis munitæ, qui ſub fidelitate & iuramento illud ab aliquo accepit, non tenetur illi reſtituere notorio hæretico effecto, nec alteri eius mandato, ſed fiſco.*

*21 Hoc tamen procedit ſequuta ſententia declaratoria iudicis, nempe illum eſſe notorium hæreticum, alias ſecus.*

*22 Nemini priuato, nec etiam iudici ſæculari, licet indicare aliquem hæreticum, etiamſi notorius talis appareat, quouſque ab Eccleſia id iudicetur, aut per ſententiam declaretur; idque procedit indiſtincte vt hic.*

*23 Pœnæ non debentur in foro conſcientiæ ante condemnationem, etiamſi ipſo iure impoſitæ ſint.*

*24 Occultè excommunicatus hodie nullo modo vitandus eſt, nec etiam ante denuntiationem, cuius excommunicatio duobus etiam teſtibus probari poſſet.*

*25 Fama publica excommunicationis non ſufficit ad hoc, vt teneamur aliquem vitare ante denuntiationem.*

*26 Excommunicatio quotuplex ſit in propoſito ad ſciendum, an excommunicatus vitandus ſit vel non.*

*27 Nominatim excommunicatus non eſt, quicunque fecerit aliquid contra canonem idipſum facientem excommunicantem.*

*28 Nominatim excommunicatus dicitur, qui nomine proprio, officij vel dignitatis aut aliquibus appoſitis ſignis indubitatis excommunicatur, vt hic, quamuis vitandus non ſit, etiam à ſciente, quouſque fuerit declaratus, & denuntiatus per iudicem.*

*29 Nominatim excommunicatus & declaratus per iudicis ſententiam, quæ illum denuntiat mandátque do*

ſcindunt & capiunt ligna, aut in alieno prato oues ſuas, aliave pecora paſcunt.
Cap. XXVIII. De venatione & piſcatione, an poſſit iuſte prohiberi à Principe, aliiſque dominis temporalibus inferioribus, & an capta per venationem vetitam ac prohibitam ſint in foro exteriori, vel conſcientiæ reſtituenda ante condemnationem.
Cap. XXIX. An liceat iudici ius dicere ſecundum allegata & probata contra veritatem, quam priuata ſcientia nouit, necne;
Cap. XXX. An iuſte quis ob alterius culpam puniatur.

*LAVS DEO.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS



*D. IOANNIS*

# GVTIERREZ, IVRISCONSVLTI HISPANI PRÆCLARISSIMI, CANONICI DOCTORALIS ALMÆ ECCLESIÆ CIVITATENSIS,

Canonicarum Quæſtionum vtriuſque Fori tam Exterioris quam Interioris animæ,

# *LIBER PRIMVS.*

## SVMMARIA.

1 *Concilium Conſtantienſe circa excommunicatos vitandos vel non refertur; nec non & Baſilienſe.*

2 *Acta in Conſtantienſi & Baſilienſi Conciliis circa damnationem quorundam articulorum Hæreticorum, & cauſas beneficiales ac cenſuras, approbata fuerunt auctoritate Apoſtolica, & quomodo hoc intelligatur, num. 15.*

3 *Sententia declarationis non requiritur, nec eſt neceſſaria, vbi aliquid ita notorium eſt, quod nullam excuſationem habet, nec poſſit aliqua tergiverſatione celari; contrarium, num. 16.*

4 *Sententia declaratoria requiritur regulariter vbicunque pœna aliqua pro crimine etiam ipſo iure infligitur.*

5 *Publice excommunicatus, publice eſt vitandus, etiam ante denuntiationem iure communi attento.*

6 *Notorie excommunicatus, ita quod ipſius factum nulla tergiverſatione celari poſſit, vitandus eſt ante denuntiationem ſecundum literam Concilij Baſilienſis, & citantur auctores huius ſententiæ.*

7 *Sed contrarium late probatur rationibus & auctoribus hic adductis, & in num. ſeq.*

8 *Hæreticum ante condemnationem non tenemur vitare, etſi ſciamus illum eſſe hæreticum.*

9 *Excommunicatio hæreſi cohæret, ſicut lepra leproſo, & homini vmbra.*

10 *Incarcerati propter hæreſim prius, quam pro talibus declarentur, deuitari ſolent, nec diuina officia nec ſacrificia permittuntur audire, nec aliis Sacramentis Eccleſiæ vti, nec traduntur Eccleſiaſticæ ſepulturæ donec cauſa peragatur.*

11 *Statutum in ſynodo Conſtantienſi de excommunicatis non vitandis ante denuntiationem, præterquam in notorio Clerici percuſſore, ſaluberrimum inſtitutum fuit ad ſedandas timoratas conſcientias adimendóſque ſcrupulos.*

12 *Ratio differentiæ aſſignatur inter notorium Clerici percuſſorem, cur ſit vitandus ante denuntiationem & alios notorios excommunicatos non vitandos.*

13 *Hæreticus notorius cur non ſit vitandus ante condemnationem.*

14 *Verum eſſe reſoluitur in Concilio Conſtantienſi ſub Martino V. celebrato editam fuiſſe prædictam ſaluberrimam conſtitutionem iuxta literam & ſenſum, num. 1. relatum, & quamuis inter acta eiuſdem Concilij ipſa non exſtet, eſt tamen hoc receptiſſimum apud crebriores & grauiores auctores, & in hoc numero reſolutio præcedentium ponitur.*

17 *Manifeſtatio auctoritatiua requiritur, etiamſi facti euidentia ſit, vt, quod auctoritas publica inchoauit lege, auctoritas publica perficiat iudice.*

18 *Vaſalli liberati ſunt à debito fidelitatis Dominij, & totius obſequij propter hæreſim manifeſtam Domini ſui.*

19 *Cuſtodiens depoſitum ſibi ab hæretico commiſſum, non debet illud reddere hæretico manifeſto id petenti.*

20 *Præſes alicuius oppidi aut arcis munitæ, qui ſub fidelitate & iuramento illud ab aliquo accepit, non tenetur illi reſtituere notorio hæretico effecto, nec alteri eius mandato, ſed fiſco.*

21 *Hoc tamen procedit ſequuta ſententia declaratoria iudicis, nempe illum eſſe notorium hæreticum, alias ſecus.*

22 *Nemini priuato, nec etiam iudici ſæculari, licet iudicare aliquem hæreticum, etiamſi notorius talis appareat, quouſque ab Eccleſia id iudicetur, aut per ſententiam declaretur; idque procedit indiſtincte vt hic.*

23 *Pœnæ non debentur in foro conſcientiæ ante condemnationem, etiamſi ipſo iure impoſita ſint.*

24 *Occultè excommunicatus hodie nullo modo vitandus eſt, nec etiam ante denuntiationem, cuius excommunicatio duobus etiam teſtibus probari poſſet.*

25 *Fama publica excommunicationis non ſufficit ad hoc, vt teneamur aliquem vitare ante denuntiationem.*

26 *Excommunicatio quotuplex ſit in propoſito ad ſciendum, an excommunicatus vitandus ſit vel non.*

27 *Nominatim excommunicatus non eſt, quicunque fecerit aliquid contra canonem idipſum facientem excommunicantem.*

28 *Nominatim excommunicatus dicitur, qui nomine proprio, officij vel dignitatis aut aliquibus oppoſitis ſignis indubitatis excommunicatur, vt hic, quamuis vitandus non ſit, etiam à ſciente, quouſque fuerit declaratus, & denuntiatus per iudicem.*

29 *Nominatim excommunicatus & declaratus per iudicis ſententiam, quæ illum denuntiat mandátque do*

*nuntiandum publicum excommunicatum, vitandus eſt; antea vero non.*

30 *Vſus atque communis interpretatio Chriſtiani orbis in hunc ſenſum accepit conſtitutionem Concilij Conſtantienſis, per quam nunc non negatur ſepultura iis, qui excommunicati moriuntur, niſi ſint denuntiati.*

31 *A quocunque per ſimplicem excommunicationem præciſo, ſi non fuerit nominatim excommunicatus, publicatus vel denuntiatus, aut manifeſtus percuſſor Clerici, licet cuicunque, tam in neceſſitate quam extra, Sacramenta percipere, perinde ac ſi non eſſet præciſus: ſecus alias, & quomodo hoc intelligatur, num. 47. & 48.*

32 *Publicatio excommunicationis vbi fiat.*

33 *Publicatio excommunicationis facta in conſiſtorio iudicis coram paucis, non ſufficit.*

34 *Excommunicatio, non eſt neceſſarium, vt omnibus de ciuitate ſit manifeſta, ſed ſatis eſt, quod tranſeat in notitiam viciniæ ſeu maioris partis, in qua actus geritur, ſicut de notorio dicitur.*

35 *Denuntiationes excommunicatorum quomodo fiant.*

36 *Publicatio, & denuntiatio nihil ad excommunicationem addunt.*

37 *Pœna excommunicationis ipſo iure affligit, & inhabilitat, quoad omnes ſuas potentias illum, qui in eam incidit abſque alia declaratione: trahit namque ſecum exſequutionem paratam.*

38 *Excommunicatus, regulariter peccat aliis communicando, etiam ante denuntiationem, & magis quam alij eidem communicantes poſt denuntiationem: quo fit, vt ipſe excommunicatus ante denuntiationem teneatur ſe abſtinere à communicatione fidelium, & à diuinis.*

39 *Occulte excommunicatus tenetur ſe vitare à communione fidelium, & à diuinis abſtinere ante denuntiationem.*

40 *Et an id procedat, quando ex hac euitatione occultum eius crimen, occultáque excommunicatio proderetur cum graui ſcandalo?*

41 *Parochus, etiamſi penes ſe habeat denuntiatoriam ſcripturam, qua ſpecialiter & nominatim quis ſit excommunicatus, ſibique præcipiatur, vt ſtatim viſis literis teneatur eundem vitare atque denuntiare, nihilominus non tenetur eum vitare, donec eum denunti euerit, aut denuntiatum eſſe conſtiterit.*

42 *Hæretici, ſchiſmatici & apoſtatæ, ſi ſint hæreſis apoſtaſiæ, aut ſchiſmatis condemnati, veniunt nomine excommunicatorum nominatim, atque etiam ſymoniaci, & omnes, qui per ſententiam fuerint pronuntiati, & condemnati alicuius criminis, cui annexa ſit excommunicatio, præterea quicunque proprio nomine propter aliquod aliud delictum fuerit pronuntiatus excommunicatus.*

43 *An ſuperiora dicta in nominatim excommunicato, publicato vel denuntiato, & de notorio omnino excommunicato vitandis, procedant etiam in interdictis, vel ſuſpenſis nominatim per ſententiam iudicis publicatam, vel denuntiatam, vel adeo notoriis, quod nulla tergiuerſatione poſſint celari.*

44 *Iure communi non licet audire rem diuinam, nec ſuſcipere Sacramenta Eccleſiaſtica à Clerico notorio concubinario, etiam ſine vlla monitione ſuperioris.*

45 *Hodie ſecus eſt, niſi Clericus publicus concubinarius fuerit nominatim publicè denuntiatus per Prælatum, vel ſuſpenſus, vt euitetur.*

46 *Audiens Miſſam à Sacerdote exſiſtente in alio crimine notorio, non peccat mortaliter.*

49 *Prælatus vel curatus non excommunicatus non tenetur in Sacramentorum adminiſtratione vitare Parochianos ſibi ſubditos occultos excommunicatos, quando volunt ab eo recipere Sacramenta, imo ea tenetur ipſis miniſtrare, quamuis hi male faciant ſe illis ingerendo.*

50 *Excommunicatus occultus, ſi habet alias ius compellendi Sacerdotum, vt habet Parochianus eius; petit autem Euchariſtiam in publico, tenetur ei parochus miniſtrare, ſicut occulto peccatori: ſecus ſi occulte petatur vel in publico & notorio excommunicato, etiamſi ſit denuntiatus.*

51 *Sacramentum Pœnitentiæ non eſt exhibendum cuicunque excommunicato.*

52 *Excommunicatis dubiis (hoc eſt, occultis) licitum eſt porrigere Euchariſtiam, etiam ceſſante ſcandalo ſi non porrigeretur.*

53 *Curatus excommunicatus nominatim, & ſpecialiter, ante denuntiationem an debeat euitari ab eo, qui eius excommunicationis habet notitiam.*

54 *A præciſis ab Eccleſia, quos Concilium Conſtantienſe vitari præcipit, non licet regulariter recipere Eccleſiaſtica Sacramenta, nec cum illis alio modo communicare in diuinis, nec extra.*

55 *An in caſu extremæ neceſſitatis liceat Sacramentum Baptiſmi recipere ab huiuſmodi præciſis, vel etiam Hæreticis?*

56 *Et quid in Sacramento Pœnitentiæ in articulo mortis, vbi alius miniſter deeſt? & num. & ſeq.*

57 *Contritio interior in articulo mortis ſatis eſt deficiente confeſſario habili cum voto Sacramenti, quando fas fuerit, & copia confeſſarij dari contingat, quamuis difficile ſit contritione legitima, & ſufficienti illo tempore potiri.*

58 *Excommunicatus abſoluendus eſt in articulo mortis à quolibet Sacerdote, nulláque reſeruatio eſt in illo articulo.*

59 *Hæreticus moriens, ſi Epiſcopus & inquiſitores deſint, abſolui poteſt à quolibet Sacerdote.*

60 *Concilium Conſtantienſe, dum excipit duos caſus, quibus non licet communicare cum excommunicatis non loquitur nec procedit in articulo mortis, ſed regulariter extra illum.*

61 *Referũtur auctores tenentes partem affirmatiuam, nempe vt in articulo mortis, deficiente alio legitimo confeſſario excommunicatus nominatim, & ab Eccleſia denuntiatus, item & hæreticus, poſſint Sacramentum Pœnitentiæ miniſtrare.*

62 *Referuntur auctores tenentes contrariam ſententiam.*

63 *Concordia aſſignatur inter prædictas opiniones, vt prima procedat in excommunicatis alias vitandis, ſecunda vero negatiua in hæreticis: hoc vltimum limitatur, numero 64. in hæreticis nondum declaratis nec condemnatis ab Eccleſia: alias ſecus, vt numero 67.*

65 *Moriens alio legitimo confeſſario deficiente, tenetur excommunicato Sacerdoti confiteri, licet ſit præciſus ab Eccleſia, ipſéque miniſter ſic adminiſtrando non peccat, ſi tamen reſipiſcat: & animo iam decernat Eccleſiæ parere mandatis, vt excommunicationem excutiat à ſeipſo.*

66 *Speciale hoc eſt in Sacramentis & Baptiſmi Pœnitentiæ, in cæteris vero id non licet. Articulus mortis qui dicatur? remiſſiue ibid.*

68. *Qui amat periculum, peribit in illo, & exponens ſe periculo probabili peccandi, peccat tale peccatum, quale periculum eſt.*

69 *Sacerdos excommunicatus denuntiatus, vel notorius Clerici percuſſor, quamuis ſuſpenſam habeat iuriſdictionem propter excommunicationem; membrum tamen Eccleſiæ eſt (licet præciſum) per fidem informem: at vero hæreticus, apoſtata & ſchiſmaticus, non ſolum vſu iuriſdictionis ſuſpenſi ſunt, verum etiam iuriſdictionem eradicata fide funditus amiſerunt, cum non ſint membra Eccleſiæ, &c.*





70 *Hæreticus vere de Eccleſia non eſt. Non poteſt ergo hominibus eſſe fidelis, qui Deo exſtitit infidelis.*

71 *Theodoricus Afer iure laudatur, qui cum Diaconum haberet orthodoxum à ſe admodum dilectum, & in Arianiſmum conuerſus eſſet, vt eidem Theodorico faueret, gladio eum interemit, dicens; Si Deo fidem ſinceram non ſeruaſti, quomodo mihi, qui homo ſum, conſcientiam ſanam præſtabis?*

72 *Hæreticus & ſchiſmaticus eſt, qui putat Eccleſiam alibi eſſe vel eſſe poſſe, quam penes Petri Succeſſorem. Hermenegildus Rex, filius Leuuigildi Regis olim Hiſpaniæ, qui ob Catholicæ fidei profeſſionem ab hæreticis in carcerem coniectus fuit, maluit oppetere mortem, quam communionem ſacram è manibus Epiſcopi Ariani ſumere.*

75 *Cap. 7. ſeſſ. 14. Sacri Concilij Tridentini intellectus.*

74 *Sententia lata à iudice publice excommunicato, eſt ipſo iure nulla.*

75 *Sententia lata nedum à iudice delegato publice excommunicato, ſed etiam ab ordinario eſt nulla.*

76 *Hoc tamen procedit, quando huiuſmodi iudex eſt nominatim excommunicatus, & denuntiatus, vel notorius Clerici percuſſor.*

77 *Excommunicatus tunc dicitur nominatim declaratus, quando in ſua parochia publicatur illum eſſe excommunicatum, vel in concione publica, & alias, vt hic.*

78 *Sententia excommunicationis publice lata intelligitur, ſi iudex eam tulerit in loco vbi publice iudicare conſueuit: hoc tamen hodie non procedit.*

79 *Iudex occulte excommunicatus bene poteſt ſuo officio vti, validáque erunt ab ipſo geſta & pronuntiata, fauore iuris publici publicæque vtilitatis.*

80 *Recipiens ordines ſacros ab occulte excommunicato vel ab hæretico, ſi ab Eccleſia erat toleratus, non ſolum recipit Sacramentum, ſed etiam exſequutionem Sacramenti: vnde etiam poſtquam ſibi id conſtiterit, poterit actus illius ordinis exercere abſque diſpenſatione.*

81 *Omnes actus ab occultè excommunicato geſti, ſiue ſint ciuiles ſiue ſpirituales, ſunt validi.*

82 *Iudex occulte excommunicatus ac proinde toleratus ab Eccleſia, an poſſit alterum excommunicare, & num. ſeq.*

83 *Epiſcopus publice excommunicatus non poteſt iudicem aliquem inſtituere, quinimo nec ipſe Epiſcopus excommunicatus, nec eius Vicarius antea inſtitutus de cauſa cognoſcent, ſed adiri debet Papa, vt prouideat.*

84 *Secus eſt in delegato, nam ipſius iuriſdictio non ſuſpenditur per excommunicationem delegantis.*

85 *Poteſtas vel capitaneus alicuius ciuitatis, ſi ſit excommunicatus, eorum iudices impediuntur de cauſa cognoſcere.*

86 *Epiſcopo exſiſtente ſuſpecto, cenſetur etiam in conſequentiam ſuſpenſus eius officialis.*

87 *Epiſcopo abſoluto ab excommunicatione, ipſius Vicarius poterit iuriſdictionem exercere, ſicut ante excommunicationem.*

88 *Excommunicatio lata à iudice excommunicato tolerato ab Eccleſia, operatur omnes ſuos effectus.*

89 *Excommunicatus occultè, licet, ſaltem validè, poterit alteri facultatem concedere audiendi confeſſiones: publice autem excommunicatus minime.*

90 *Excommunicatus non lucratur fructus ſui beneficij vel præbendæ, dum excommunicatus exſiſtit, licet à ſententia excommunicationis appellauerit.*

91 *Inimicus Dei & Eccleſiæ non debet de patrimonio Ieſu Chriſti viuere.*

92 *Excommunicatus, durante excommunicatione, non facit fructus beneficij ſuos, & ſi quos percipit, tenetur ad eorum reſtitutionem.*

93 *Nec requiritur ad hoc, quod ſit denuntiatus.*

94 *Excommunicatus ipſo iure amittit fructus ſui beneficij, abſque eo, quod in ſententia hoc exprimatur.*

95 *Excommunicatus fortius priuatur diſtributionibus quotidianis.*

96 *Alimenta ſunt miniſtranda ex redditibus beneficij Clerico depoſito & ſuſpenſo à beneficio propter crimen, excommunicato autem minime, etiamſi is egenus, & pauper ſit.*

97 *Alimentum non ſunt miniſtranda ex redditibus beneficij Clerico & actu ſolemniter depoſito, & exauctorato militia ſacerdotali, ſed tantum depoſito verbaliter per ſententiam, n. 98.*

99 *Clericus depoſitus non habet facultatem, nec eſt in ſua manu, vt à depoſitione liberetur: ſecus excommunicatus vt abſoluatur, ideo illi dantur alimenta, huic vero minime.*

100 *Alimenta exhibenda non ſunt ex redditibus beneficij Clerico ſuſpenſo propter contumaciam, à qua poteſt reſipiſcere, & non reſipiſcit, ſicut nec excommunicato.*

101 *Alimenta excommunicato ex redditibus beneficij exhibenda ſunt, quoties excommunicatus eſſet impeditus ex aliqua cauſa abſolutionem petere vel obtinere, etiamſi eam petat, vt hic.*

102 *Alimenta miniſtranda ſunt excommunicato, ex fructibus beneficij in caſu extremæ neceſſitatis, ne fame pereat.*

103 *Excommunicatus iuſte, etiam ante denuntiationem, non lucratur fructus, redditus, nec diſtributiones quotidianas ſui beneficij vel præbendæ.*

104 *Excommunicatis Reipublicæ hoſtibus ſunt beneficia ſubtrahenda, in quantum propter hoc arcentur à culpa.*

105 *Fructus præbendæ, durante excommunicatione vel ſuſpenſione contingentes, in vtilitatem Eccleſiæ conuertuntur, diſtributiones vero quotidianæ præſentibus accreſcunt, & num. ſeq. quomodo hoc de diſtributionibus quotidianis intelligatur.*

106 *Cap 3. de reformat. ſeſſione 21. Concilij Tridentini, & cap. 3. de reformat. ſeſſione 22. eiuſdem conciliantur.*

107 *Quod prædictum eſt de diſtributionibus quotidianis, vt præſentibus accreſcant, procedit etiam in fructibus principalibus præbendæ, vbi patrimonium Eccleſiaſticum in duas eſt diuiſum partes diſtinctas, quarum vna ad fabricam pertineat, altera vero ad miniſtrorum victum, & laboris mercedem ſit deſtinata.*

108 *Menſa capitularis redditusque ipſius menſæ, in qua inuitati ad comedendum ſedent, aſſimilatur.*

109 *Capitulum Eccleſiaſticum, quod fructibus præbendæ vacantis fruitur, an pro illo tempore teneatur ſoluere penſionem auctoritate Apoſtolica ſuper ipſis conſtitutam? num. ſeq.*

110 *Penſio eſt onus reale annexum fructibus eiuſdem præbendæ, &c.*

111 *Collecta, decima, cenſus, & penſio, ſunt onera realia, obligantque poſſeſſorem.*

112 *Tunc demum agi poteſt pro penſione præteriti temporis contra nouum poſſeſſorem, quando is poſſet recurrere contra hæredes percipientis fructus, alias ſecus, vt hic.*

113 *Via exſequtiua agi poteſt aduerſus illum, cui literæ penſionis intimatæ fuerunt; ſecus contra illum, cui intimatæ non fuerunt, ſed via ordinaria tunc procedendum erit.*

114 *Poſſeſſor beneficij ſoluens penſionem præteriti temporis ſui anteceſſoris, poterit pro eo, quod ſic ſoluerit, conuenire prædeceſſorem, ſi viuit qui fructus percepit &c.*

115 Fructus beneficij ſiue præbendæ, ſuper quibus Eccleſiaſtica penſio auctoritate Apoſtolica eſt reſeruata, ſunt obligati atque hypothecati pro ſolutione penſionis, ideoque agi poteſt contra quemcunque illorum poſſeſſorem, ſiue ſit vniuerſalis ſiue particularis ſucceſſor.

116 Eccleſia vacans, ſuper cuius fructibus eſt appoſita annua penſio, tenetur ad ſolutionem eius, eamque ſoluere tenetur œconomus eius, qui pro ea conueniri poteſt.

117 Idem eſt in ſolutione charitatiui ſubſidij.

118 Camera Apoſtolica, cuius ſunt fructus ſedium vacantium, ſoluit penſiones ſuper ipſis reſeruatas.

119 Capitulum Eccleſiaſticum percipiens medietatem fructuum duorum primorum annorum, nouorum reſidentium, vigore ſtatuti vel alterius conceſſionis tenetur ſoluere dimidiam partem penſionis ſuper ipſis fructibus reſeruatæ.

120 Capitulum fructus præbendæ vacantis iure proprio propter perſonalem reſidentiam iure non decreſcendi percipit atque eis fruitur tanquam propriis, ſuiſque præbendis addictis.

121 Penſionem reſeruatam ſuper fructibus & diſtributionibus quotidianis præbendæ, præmaxime Capitulum ſoluere non tenetur pro tempore vacationis eiuſdem, quo fructus percepit.

122 Canonicatus cæteræque præbendæ horum Regnorum, quamuis pinguiſſimi ſint, ſemper in Romana curia æſtimantur in valore annuo viginti quatuor ducatorum auri de camera & non plus.

123 Capitulum tenebitur ſoluere penſionem præbendæ vacantis vſque ad quantitatem fructuum, quos percipit diſtincte à menſa capitulari, vt in exemplis his poſitis.

124 Excommunicatus vel ſuſpenſus iuſte, etſi ſua culpa, tenetur ſoluetur penſionem, ſi beneficij retinet poſſeſſionem. Idem ſi iniuſte ſit excommunicatus, cum non amittat fructus ſui beneficij, num. 125.

125 Idem eſt in charitatiuo ſubſidio.

126 Capitulum tenetur adimplere atque ſoluere ſuis ſumptibus alia onera præbendæ vacantis eidem cohærentia.

127 Percipiens fructus ex priuilegio Apoſtolico beneficiorum vacantium primi vel alterum anorum, ad idem tenetur.

128 Idem & contra ius expenſa, ſiue ſalaria horum onerum ſucceſſori imponuntur, non obſtante conſuetudine contraria.

129 Quid in expenſis factis in affigendis edictis, & aliis pro electione facienda magiſtralis & doctoralis præbendæ.

130 Duplex praxis referetur habendi capitulum expenſas factas pro electione Prælati.

131 Ius eligendi Prælatum fuit conceſſum capitulo in priuilegium, cum olim ſpectaret ad Superiorem: ſic ius eligendi Doctorem vel Magiſtrum in Eccleſiis Cathedralibus horum Regnorum, ad præbendas doctorales & magiſtrales, competit Epiſcopis & Capitulis ex indulto ſedis Apoſtolicæ.

132 Capitulum ſede vacante, deficientibus aliis bonis, poteſt recipere mutuum inſtante neceſſitate pro negotio electionis Prælati.

133 Iuſte excommunicatus lucratur fructus ſui beneficij, ſi hoc in ſententia Papæ declaretur.

134 Excommunicato in caſu extremæ neceſſitatis ſubueniendum eſt de fructibus ſui beneficij, ne fame pereat.

135 Excommunicatus iniuſte non amittit fructus ſui beneficij vel præbendæ: quos tunc recuperabit per viam iuſtitiæ principaliter querelando vel ſuper hoc agendo, non vero per viam attentatorum, num. 136.

137 Excommunicatus iniuſte non amittit diſtributiones quotidianas, quas etiam percipiet ita demum, &c. vt hic.

138 Infirmus ita demum diſtributiones quotidianas habere debet, ſi tempore rectæ valetudinis ſolitus erat reſidere, alias ſecus.

139 Item hoc procedit vbi infirmus eſt præſens in loco vbi eſt Eccleſia, alias ſecus, niſi aliud ſit conſuetum.

140 Infirmus præſens in loco eſt vbi Eccleſia, iure communi, ſemota conſuetudine, lucratur diſtributiones quotidianas, ſi ſolitus erat antea reſidere, niſi aliud habeat conſuetudo, quia hoc caſu eſt ſeruanda. Idem eſt in excommunicato iniuſte, ſtante conſuetudine, vt etiam abſens à loco ipſas lucretur, vt in num. 141.

142 Excommunicatus ob cauſam ſuæ Eccleſiæ, etiam iuſte, lucratur fructus ſuæ præbendæ.

143 Clerici accedentes ad ſidem Apoſtolicam pro negotiis ſuarum Eccleſiarum integre eos recipere debent.

144 Abſente ab Eccleſia pro vtilitate ipſius, lucrantur etiam diſtributiones quotidianas.

145 Concordia intellectus ad cap. vnic. §. qui vero, de clericis non reſid. lib 6. & cap. cum non deceat, de elect. eod. lib. quæ videntur contraria circa diſtributiones quotidianas lucrandas ab abſentibus pro vtilitate Eccleſiarum.

146 Canonici Ciuitatenſes abſentes ab vrbe pro negotiis Eccleſiæ ex conſuetudine lucrantur diſtributiones quotidianas.

147 Statutum ſeu conſtitutio Eccleſiæ, vt clericus excommunicatus pro cauſa Eccleſiæ, lucretur fructus ſuæ præbendæ, valet & eſt ſeruanda, 148. Canonicus Prouiſor ſeu Vicarius generalis Epiſcopi, ſi ob eam cauſam excommunicetur, lucratur fructus ſuæ præbendæ, præmaxime ſi ſtatuto Eccleſiæ id caueatur, vt in num. 149.

149 Epiſcopus duos Canonicos in ſuo ſeruitio habere occupareque poteſt, ad idque eos compellere.

150 Prouiſores & Officiales generales à Capitulo, ſede Epiſcopali vacante, deputati, ſi excommunicentur ob cauſam officij, lucrantur fructus ſuarum præbendarum.

151 Idem eſt dicendum in Canonicis & aliis beneficiatis acceptantibus iuriſdictionem aliquam Apoſtolicam, ſi ob eam cauſam excommunicentur, quia lucrari debent fructus ſuarum præbendarum, ſicut cæteri, de quibus ſupra.

## CAPVT I.

### Excommunicati, qui vitandi, vel non?

CONCILIVM † Conſtantienſe (vt ex 1
communi DD. traditione habemus,) ita decreuit: *Inſuper ad euitandum ſcandala, & multa pericula, quæ conſcientiis timoratis contingere poſſunt, Chriſti fidelibus tenore præſentium miſericorditer indulgemus, quod nemo deinceps à communione alicuius in Sacramentorum adminiſtratione vel receptione aut aliis quibuſcunque diuinis vel extra, prætextu cuiuſcunque ſententiæ aut cenſuræ Eccleſiaſticæ à iure vel ab homine generaliter promulgatæ, teneatur abſtinere vel aliquem vitare aut interdictum Eccleſiaſticum obſeruare niſi ſentētia aut cenſura huiuſmodi fuerit in vel contra perſonam, Collegium, Vniuerſitatem, Eccleſiam vel locum certum aut certam à iudice publicata vel denuntiata ſpecialiter vel expreſſe: conſtitutionibus Apoſtolicis & aliis in contrariū facientibus non obſtantibus quibuſcunque, ſaluo ſi quē pro ſacrilega manuum iniectione in clericum ſententiam latam à canone adeo notorio conſtiterit incurriſſe, quod factū non poſſit aliqua tergiuerſatione celari, nec aliquo ſuffragio excuſari; nam à communione illius, licet denuntiatus non fuerit, volumus abſtineri iuxta canonicas ſanctiones.* Ita fertur ſtatutum fuiſſe in præd. Concilio Conſt. ſub Martino V.



tino V. quamuis inter ipſius acta, quæ *in 2. part ſiue tom. Concil.* circumferuntur, vbi adeſt hoc Concilium Conſtantienſe, prædictam conſtitutionem, etſi attente, & accurate conquiſierim, non repererim, prout re vera non exſtat, ſicut & alij ante nos teſtantur.

Concilium autem Baſilienſe *ſeſſione 20. in 2. tom. Concil. fol. 646.* poſt Conſtantienſe celebratum vndecimo Calendas Februarij, anno Domini 1435. quamuis eandem conſtitutionem refert vſque ad illum verſic. *ſaluo ſi quem*, &c exclusiue, attamen hoc verſiculo ſublato, loco ipſius interſerit verba ſequentia: *Aut ſi aliquem ita notorie excommunicationis ſententiam conſtiterit incidiſſe, quod nulla poſſit tergiuerſatione celari, aut aliquo modo iuris ſuffragio excuſari:* Nam à communione illius abſtineri vult iuxta canonicas ſanctiones: per hoc tamen huiuſmodi excommunicatos, ſuſpenſos, interdictos, ſeu prohibitos non intendit in aliquo releuare, neque eis quomodolibet ſuffragari.

Hæ ſunt literæ Conciliorum Conſtantienſ. & Baſilienſ. quæ etſi conueniant in primo ex duobus caſibus, in quibus excommunicatos vitandos eſſe expreſſe præcipiunt, nempe in nominatim excommunicato à iudice, publicato vel denuntiato; maxime tamen differunt in 2. Concilium enim Conſtantienſ. non omnem notorie excommunicatum ante denuntiationem vitandum fore decernit, ſed eum tantum, qui ex cauſa iniectionis manuum violentarum in Clericum omnino notorie ſit excommunicatus, nempe quod factum non poſſit aliqua tergiuerſatione celari. At vero Concilium Baſilienſe expreſſe ſtatuit vitandum quemlibet omnino ita notorie excommunicatum, quod nulla poſſit tergiuerſatione celari, aut aliquo modo iuris ſuffragio excuſari: hæc enim eſt differentia maximi ponderis, tanquam generis, & ſpeciei; quia prius Concilium, quod Conſtantiæ fuit celebratum, excipit caſum ſpecialem notorij Clerici percuſſoris: alterum vero, quod Baſileæ poſtea fuit habitum, generaliter excipit quemcunque omnino notorie excommunicatum: quod igitur horum erit ſequendum, aut quæ litera ex ſupradictis amplectenda?

Hæc profecto diuerſitas literarum diuerſarum opinionum manſam præbuit: ſunt etenim, qui literam Concilij Baſilienſis ſecundo loco ſupra relatam tanquam poſteriorem ſequantur atque probent, maxime cum eadem conſtitutio Baſil. in Concilio Lateran. ſub Leone X. ſeſſ. 11. fuerit eiſdem verbis renouata anno Do-
2 mini 1517. Primo † quoniam quæ in illa ſynodo Conſtantienſi acta fuerunt circa damnationem quorundam articulorum hæreticorum, & cauſas beneficiales ac cenſuras, approbata fuerunt Apoſtolica auctoritate, prout apparet ex Bullis Martini V. & Nicolai V. Summorum Pontificum, quæ *in prædict. 2. tom. Concil.* habentur atque inſertæ ſunt; id quod adnotauit Auctor Summæ Conciliorum Frater Bartholomæus Carranca, poſtea Archiepiſcopus Toletanus, ad finem dicti Concilij Baſilienſis, his verbis: *Quæ in his duabus congregationibus, Conſtantienſi & Baſilienſi ſtatuta ſunt, non habent aliquod auctoritatis robur, niſi duntaxat illa, quæ in bulla Martini V. & Nicolai V. Pontificia auctoritate probata ſunt.* Secundo, † quia vbi aliquid ita notorium eſt,
3 quod nullam excuſationem habeat, nec poſſit aliqua tergiuerſatione celari, nulla ſententia declarationis requiritur aut eſt neceſſaria, ſecundum Abbatem *in c. cum non ab homine, de iudic n. 29. verſ ſed certe ſubtiliter*, Dominic. *in c. cum ſecundum leges, de hæret. in 6.* idem Abb. *in c. cum Vintonienſ. de elect. col. vlt. n. 14.* Felin. *in c.* Rodulphus, *num. 37. & 39. de reſcript.*
4 Tametſi † ea requiratur regulariter, vbicunque pœna aliqua pro crimine, etiam ipſo iure infligitur, *vt in c. cum ſecundum leges, de hær. in 6. & in l. eius, qui delatorem*, vbi Bart. *ff. de iur. fiſc.* congerit plurimos And. Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. reuertatur, n. 400. C. de reuoc. donat.* Anton. Gom. *3. tom. var. reſol. cap. fin. n. 5.* Rol. à Val. *conſ. 10. p. 11. lib. 1.* loquens in feudatariis, qui intra annum & diem inueſtituram non petunt, eſtque frequentiſſimo omnium conſenſu receptum, regulariter ſententiam in pœnis, ipſo etiam iure ſtatutis, requiri, quæ declarationem inducat, teſte Couar. *in cap. alma mater, 1. part. rel. §. 2. nu. 9. de ſentent. excommunic. in 6.* Tertio, † ex textu *in c.* 5
*cum non ab homine, de ſentent. excommunic.* vbi probatur, publice excommunicatum, etiam ante denuntiationem vitandum eſſe publice: idem probatur *in cap. cum deſideres, eodem tit. & in cap. Theugaldum, cum pluribus aliis, 11. quæſt. 3.* cui iuri conſonare videtur dictum Concilium Baſilienſe in verbis *ſupra* relatis, dum ſtatim addit; Iuxta canonicas ſanctiones: nam idem dicit eſſe de iure antiquo Præpoſit. *in cap. cura, in princ. 11. quæſt. 4.* vt refert Probus *in addit. ad Coſmam Guimier, in gloſſ. conſtiterit, in loco infra ſtatim citando.*

Denique & quarto, † quia nulla maior ratio eſſe vi- 6
detur, quare magis excipi debeat caſus notorij percuſſoris Clerici, quam alterius notorij excommunicati: & ita in terminis huic parti adhæret Felinus *vbi ſupra, d. num. 39. verſic. ſalua veritate*, &c. tum ex dicto ſecundo fundamento: tum etiam, quia ſupplementum Piſanelæ *in verbo Clericus, 3. in fin.* refert & ſequitur dictam literam Concilij Baſilienſis, dicens, ſe eam extraxiſſe de libro Domini Iuliani Cardinalis Sancti Angeli, qui auctoritate Apoſtolica Martini V. præfuit in dicto Concilio Baſilienſi, & ſibi oſtendit prædictam conſtitutionem in camera ſua, & ſtudio ſuo Florentiæ, anno 1440. die 11. Decembr. tandem Felin. dubius de hac re relinquit cogitandum propter diuerſam literam Concilij Conſtantienſis, quam ibi refert ex ſancto Antonino. Non enim viderat, nec legerat acta Concilij Baſilienſis, vt ipſe aperte inſinuat, & allegat Abbatem *in Clement. 2. de ſententia excommunic.* hanc partem tenentem, in hanc etiam ſententiam refertur Syluestr. *in ſumma, verbo, excommunicatio*, dicens, quod illa conſtitutio fuit facta antequam Concilium illum reuocaretur à Summo Pontifice, nam prius fuerat legitime congregatum & conuocatum. & Eugenius IV. reuocauit poſtea. & aliqui Cardinales perſtiterunt & proſequuti fuerunt Concilium vſque ad depoſitionem ipſius Eugenij, ſed quod illa conſtitutio facta fuit antequam reuocaretur, prout refert Frater Martin Ledeſmius *in loco infra citando* pro contraria parte. Ego autem hoc non inuenio apud Syluestr. ſed potius contrarium, vt *ibidem* dicemus: verum hanc literam Concilij Baſilienſis expreſſe approbat, atque in ſuo libro inſerit, eam declarans Petrus Rebuffus *in concordata, in tit. de excommunicatis non vitand. fol. 727.* idem facit prioris immemor Coſmas Guimier *in pragmat. ſanctione Gallicana. tit. de excommunicatis non vitand. fol. 103 & ſeq.* Hanc etiam literam Baſilienſis probare videtur, vtramque tamen referens Nauar. *in cap. 1. §. laboret, n. 10. de pœnitent. diſtinct. 6.* idem *in Manul. Lat. c. 9. num. 6.* & latius *cap. 27. num. 35.* vbi addit, male eſſe relatam à Felin. *vbi ſupra*, & à Sancto Antonino *vbi infra*, ſecundum lecturam Concilij Conſtantienſis, & bene à ſe *in d. §. laboret*, & quod fuit lata extrauagans hæc à Martino V. & renouata à Concilio Baſilienſi, *d. ſeſſ. 20.* & quod fuit acceptata ſemel per Concilium Bituricenſe *in pragmatica ſanctione Gallicana ſupra relata*, & iterum reuocata à Concilio Lateranenſi habito ſub Leone X. & in concordatis inter eum & Franciſcum Primum, vt per Rebuff. *vbi ſupra*, idem refert Bernard. Diaz. de Luco *in ſua praxi criminal. canonic. cap. 73. de concubinariis, in verſic. & ne quis contemnat*, vbi contendit, *d. ſeſſ. 20.* Concilij Baſilienſis, in qua

continetur prefata conſtitutio de excommunicatis non vitandis, & decretum contra concubinarios, fuiſſe factam ante eius ſciſſuram, & quod quamuis illud Concilium non fuit ab Eccleſia receptum, tamen ordinata in eo ante ſciſſuram factam, recipiuntur & allegantur à Doctoribus, prout ſunt ſupradicti, reſpectu dictæ conſtitutionis ad euitandum ſcandala. Tandem de re hac anxius Couarrunias *in d. cap. alma mater, 1. part. relect. §. 2. num* 7. ibi, *ego vero*, &c. vtramque literam referens, cenſet quod ſtandum eſſet conſtitutioni Baſilienſi dubio procul, niſi à tot auctoribus, vt *infra* videbimus, iuxta ſenſum alterum, hæc ipſa conſtitutio foret ſæpiſſime citata, & nihilominus minime audet à Baſilienſi conſtitutione diſcedere, cū poſterior ſit, & ex primo fundamento *ſupra* pro ea adducto exiſtimans præfatam conſtitutionem, quæ Concilio Conſtantienſi tribuitur, fuiſſe à Matino V. tempore eiuſdem Concilij conditam abſque ipſius Concilij decreto, eo quod ipſam in eo reperire nequiuerit, prout re vera non exſtat: cuius in hoc ſententia coadiuuari videtur ex eo, quod in conſtitutione Conſtantienſi *ſupra* relata, loquitur per verbum perſonæ pluralis numeri, nempe tenore præſentium miſericorditer indulgemus, & iterum *in verſic. nam à communione illius*, &c. volumus abſtineri, quod potius congruere videtur modo loquendi Pontificis, quam ſynodi conciliaris: at vero conſtitutio Baſilienſis Concilij bis vtitur verbo, Statuit, quod conuenit Synodo: quamuis hoc fundamentum non ſatis vrgeat: quoniam etiam Synodus vtitur aliquando prima perſona pluralis numeri, vt patet *ibid. fol.* 648. & præterea in Synodo Conſtantienſi reperiuntur decreta Martini V. & eiuſdem Synodi eodem modo compoſita, quo hæc de qua agimus, vt patet ex eodem Concilio *fol. 561. pag.* 2. Nihilominus hanc eandem partem amplecti videtur Michaël Palacio Concanonicus noſter Ciuitatenſis *in 4. ſentent. diſtinct.* 18 *diſput. 7. pag. 272. ibi, at vero*: vbi refert Concilium Baſilienſe ſupradictum eiuſque literam, dicens eſſe ſaluberrimum de hac re decretum, quod euulgatum legitur primo Conſtantienſi, etiamſi ibi non exſtet. Sed expreſſius idem Magiſt. Palacio hanc partem probauit *eod. lib. 4. ſentent. in 5. & 6. diſtinct. diſputat. 3. pag. 159. & ſeq. in verſic. decreuit Synodus Conſtantienſis*, vbi referens literam Concilij Conſtantienſis *ſupra* primo loco poſitam, inquit poſtea, quod Concilium Baſilienſe idem decreuit *ſeſſ.* 20. nempe generaliter excommunicatos vitandos non eſſe, modo euidens non ſit eos hac cenſura teneri, vt quia factum eſt euidens, vt in euidenti Clerici percuſſione, vel quando nullo ſuffragio iuris excuſari poteſt, hos videlicet non eſſe vitandos, ſicque approbat literam Concilij Baſilienſis *ſupra* relatam, inſuper & literam Concilij Conſtantienſis loco ſpeciei vel exempli: additque ſeſſionem præfatam Baſilienſis, quantum ad hoc eſſe authenticam, quippe Legati Eugenij Papæ *à ſeſſ.* 17. adſtiterunt huic Concilio, & illi præfuerunt, & ita ſi non quoad alia, quæ tangunt Papalem præeminentiam, ſaltem quoad ea, quæ illam non concernunt, auctoritate roborari Apoſtolica videntur, & à Parienſibus Theologis veneratur cum Papa Adiano: quamuis idem Magiſter *diſtinct* 18. *diſputat. 3. pag. 342 in verſic. hac autem omnia*, tertio retulerit ex præfato ſaluberrimo decreto Conſtantienſi non eſſe vitandos excommunicatos, niſi in duobus caſibus, aut quando ſunt nominatim denuntiati & declarati, & quando incidunt in canonem contra percutientem Clericum, quod nulla tergiuerſatione poſſit excuſari, ſicque videtur à priori ſua ſententia diſcedere, approbaréque literam Conſtant. Concilij: nihilominus intelligendus eſt iuxta à ſe tradita ſuperioribus locis, nēpe vel in alio quocunque notorio excommunicato, quandoquidem illud ſatis expreſſerat, & nunc quoque hoc tertio loco ad ibi dicta ſe refert illis verbis, *vt ſupra à me ſatis eſt diſſertum*: Itaque auctor hic ſatis approbare videtur hanc literam & partē Concilij Baſilienſ. quamuis Conſtantienſem non explodat, ſed illam loco exempli ſiue ſpeciei notorij excommunicati, de quo generaliter loquitur Concilium Baſilienſe, admittat, magnifaciens ſemper prædictorum Conciliorum decreta propter ſaluberrimam ipſorum diſpoſitionem atque Chriſti fidelibus nimis fauorabilem. Denique eandem litera Concilij Baſilienſis approbat & tenendam dicit, non vero literam Concilij Conſtantienſis Paz *in ſua prax. in 5. temp. 1. part. 1. tom. n. 72. cum ſeq.*

Rurſus † maior pars auctorum atque vſus Eccleſiæ 7 Catholicæ literam Concilij Conſtantienſis primo loco ſupra relatam probauit atque recepit. In primis enim ſanctus Antoninus Archiepiſcopus Florent. *in 3. part. ſuæ ſum. tit. 25. cap.* 5. eam referens, dicit eſſe Concilij Conſtantienſis ſub Martino V. & inſuper addit, quoſdam dixiſſe, illam conſtitutionem fuiſſe in Concilio propoſitam, ſed non acceptatam, præcipue ab Italica natione: alios vero fuiſſe temporalem, ſcilicet per quinquennium, vſque ad Concilium ſequens, quod Senis fuit celebratum, ſed nullum horum fuiſſe verum. Nam duo viri famoſiſſimi in vita & ſcientia, qui præſentes fuerunt Concilio Conſtantienſi, vbi facta fuit dicta conſtitutio, dixerunt, ipſam acceptatam fuiſſe ab omnibus & perpetuam vnamque de concordatis; & quod Magiſtri etiam Vniuerſitatis Pariſienſis acceptauerunt eam, quia in ipſa dicitur, Omnibus Chriſti fidelibus, & quod vnus ex dictis famoſiſſimis viris poſt celebratum Concilium Senis, cui etiam interfuit vadens ad curiam ad viſitandum Martinum V. Papam, cum ipſe putaret dictam conſtitutionem fuiſſe temporalem, ſcilicet per quinquennium tantum, ſicque iam exſpiraſſe, loquens cum Papa, petiuit ab eo, vt concederet ſibi ex gratia, vti tali ſententia ſiue diſpenſatione, quam continebat illa conſtitutio, reſpondit Papa, *Vos ſcitis illam eſſe vnam de concordatis*, & cum ipſe interrogans, quinquennalem eſſe obiiceret, dixit Papa: *Ego volo quod ſemper duret*, & quod Dominus Iulianus Cardinalis ſuper hoc conſultus dixit, tale indultum datum non ſolum Germanicis, verum etiam omnibus Chriſtianis, & de iure eſſe perpetuum, quia iſta eſt natura conſtitutionis ipſius, niſi reuocetur: non fuit autem reuocata, ſed in Concilio Baſilienſi confirmata ante ſui diſſolutionem: Ergo, &c. Cuius relatione atque teſtimonio illorum trium grauiſſimorum virorum, quos refert, qui fuerunt teſtes oculares dicti Concilij, ſatis ſupérque remanet verificatum atque probatum, non ſolum prædictam conſtitutionem fuiſſe editam in Concilio Conſtantienſi ſub Martino V. & ab ipſo ore proprio promulgatam, & in Concilio poſtea Baſilienſi ante ipſius ſciſſuram confirmatam, præcipue cum prædictus Dominus Iulianus auctoritate Apoſtolica eiuſdem Martini V. præfuerit in dicto Concilio Baſilienſi, vt ex ipſius initio conſtat: ſed etiam prædictam eius literam eſſe amplectendam, quāuis non exſtet inter acta Concilij Conſtantienſis, & in Concilio Baſilienſi poſtea ſequuto, diuerſo modo euulgata reperiatur in prædicto ſecundo caſu excepto, in quo excommunicati ſunt vitandi, vt eſt prædictum. Idem refert ipſe Beatus Antoninus *in tract. de cenſur. cap. 83. in verſic nota diligenter, mihi vero eſt in tract. de excommun. cap. 79. num. 16. vol. 16. tract. diuerſ. Doct.* idem refert & ſequitur Angel. de Clauaſ. *in ſum. verbo, excommunicatio, 8. num.* 3. dicens, quod ipſe etiam habuit à fide dignis perſonis, quod fuit confirmata & approbata prędicta conſtitutio in Concilio Conſtantienſi. Eandem partem breui tuetur ſermone Felin. *in c. cum non ab homine, in finalibus verbis, de ſentent. excom. Dec. in cap. 2. de except. nu. 4. vbi reprobat* Felin. *in d. c.* Rodulphus, contrarium tenētem, Syluest. *in ſumma, verbo excommunicatio, 5. quæſt. 4. nu. 7. ibi ſciendum eſt quarto*, Caietan. *in ſua Summu, verbo excommunicatio minor*, vbi refert literam prædicti decreti Conſtantienſis, illámque probat. Idem in verbo *abſolutio* 2. ibi, *extrauaganti, &c.* vbi dicit hanc extrauagantem eſſe conſuetudine vtentium approbatam. In hanc partem refertur etiam idem Syluest. *in ſuo conflatorio, in epiſtola, quæ ibi habetur in vltimo folio*, ad lectorem ſcribens, ſtandum eſſe extrauaganti Concilij Conſtantienſis, & non determinationi Concilij Baſilienſis; addens quod quando ſcripſit Summam, putauit prædictam conſtitutionem Concilij Baſilienſis fuiſſe editam antequam Eugenius IV. reuocaret illud Concilium, & quod poſtea legit Ioannem de Turrecremata in ſua Summa Eccleſiæ, dicentem, prædictam extrauagantem non fuiſſe editam, niſi poſt ſciſſuram Concilij: vnde infert Sylu. nullius eſſe momenti: ideo nec illi ſtandum, ſed adhærendum eſſe extrauaganti Concilij Conſtantienſis: prout hæc omnia, hanc partem expreſſe probans quatuor fundamentis, & dicens, hanc hodie eſſe in vſu, non vero Baſilienſ. probat Ledeſmius *in 2. 4. q. 25. art. 1. fol. 345. col. 2. & 3.* & expreſſe idem probat Adrianus *in 4 tractatu de confeſſione, quæſt. 9. fol.* 281. vbi inquit, Concil. Conſt. per Baſilien. poſtea confirmatum eſſe: idem Adrian. *in materia de clauibus, quæſt. 3. fo.* 310. vbi etiam meminit Baſilienſis Concilij: ſed tamen inquit, quod quia de illius auctoritate plures dubitant, & communiter ei pondus auctoritatis non defertur, poſſumus ſtare Concilio Conſtantienſi, & eſt pro conſolatione timoratorum. Sed & in eandem opinionem referuntur Maior *in 4. Sententiarum, diſtinct.* 18. *quæſt.* 3. & Ioannes Driedo *de libert. Eccleſiaſt. pag.* 88. Eam etiam probat Summa Armilla aurea, *verbo abſolutio.* §. 30. vbi refert illud Caietani *vbi ſupra*, hoc Concilium Conſtantienſe eſſe conſenſu vtentium approbatum. Idem auctor *in verbo excommunicat. 1. §.* 50. vbi aſſerit, eſſe approbatū Concilium hoc Conſtantienſe in Baſilienſi ante eius ſciſſuram. Eandem ſententiam tenet Ioannes à Medina *in ſuo codice de reſtitutione, quæſtion. 3. in cauſa 9. fol. 21. colum.* 1. Hanc eandem partem probat Frater Dominicus à Soto *in 4. Sententiarum, diſtinctione 1. quæſtion. 5. artic. 6. pag. 106. colum. 2. in verſic. in tranſitu autem*, vbi mentionem faciens prædicti Concilij Baſilienſis, affirmat, quod vſus Eccleſiæ tam amplam exceptionem, (nempe in quocunque notorio excommunicato) non recepit, niſi illam duntaxat Concilij Conſtantienſis; quam quidem conſtitutionem, vt Antoninus inquit, Papa Martinus confirmauit. Rurſus, idem Dominicus Soto optimè *diſtinction. 22. quæſt. 1. articul. 4. pag. 946. colum. 1. & 2.* vbi profitetur, quod licet conſtitutio Baſilienſis facta fuiſſet ante ſchiſma: poſtea tamen in Concilio Florentino ſub Martino V. omnia fuerunt decreta ſecundum tenorem Concilij Conſtantienſis, & ideo iam more vtentium, & vſu Eccleſiæ receptiſſimum eſſe, vt non euitemus, niſi duas illas excommunicatorum ſpecies, quas præd. Concilium Conſtant. iuſſit; & quod ita abſque vllo metu tenendum eſt: ipſe tamen hoc non inueni in præd. Concilio Florentin. quamuis totum conſulto perlegerim. Idem Soto *diſtinct. 15. artic. 9. quæſtion. 1. colum. penult. in verſic. veruntamen, pag.* 554. eandem conſtitutionem Conſtantienſ. breui ſermone ſequitur, referens ſe ad primum locum diſtinction. 1. ſupra citatum. Eandem literam Conſtantienſ. probauit Alfonſ. à Caſtro (quamuis alterius Baſilienſ. non meminerit) *lib. 2. de poteſtat. l. pœn. c. 13. verſ. circa iſtos ſic occulte excommunicatos, &c. colum. mihi* 1919. *in magnis*: & Victoria *in ſua Summa de Sacrament. Baptiſmi, quæſt.* 30. *& de excommunicat. qu.* 4. & latius *quæſtion.* 10. *per totam*, vbi aſſerit, quod ita teſtatur vſus Eccleſiæ, quia illa determinatio Concilij Conſtantienſis non exſtat apud nos, nec in præd. Concilio ex defectu impreſſorum, ſed quod multi teſtantur eam vidiſſe: & Papa Eugenius in quibuſdam ordinationibus reuocauit omnia facta in Concilio Baſilienſi, vbi fuit ordinatum, quod omnes excommunicati vitarentur (intellige notorij) quod erat contra determinationem Concilij Conſtantienſis ibique in fine ponit duos caſus, in quibus quilibet fidelis tenetur iure diuino vitare excommunicatum, quomodocunque ſit excommunicatus. Eandem partem ſequitur ſimpliciter F. Barthol. à Medina *in ſua Summa de inſtruction. de confeſſores, l. 1. §. 5. fol. 44. col.* 1. & F. Ioſeph Angles *in ſuis floribus Theologicarum quæſt. in quæſt. de excommunic. in 2. difficul. in 1. dubio*, vbi poſt allegatam extrauagantem, *Ad vitandum ſcandala*, prædict. Concilij Conſtantienſ. inquit; Hinc reuocatum eſt Concilium Baſilienſe, vbi excommunicatum notorium ante denuntiationem vitandum præcipiebatur, vt referunt Adrian. & Syluest. nam Eccleſiaſtica conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres, ſolum tenorem Concilij Conſt. vt habetur *in d. extrauaganti*, ſeruat. Idem fatetur D. Couarr. *vbi ſupra, n.* 9. dicens, magis receptam eſſe in Chriſtiano orbe Martini V. & Conſtantienſem conſtitutionem: & Nauarr. (quamuis literam Concilij Baſilienſ. probauerit) *in dicto ſuo Manuali Latin. c. 27. n. 35. n. 3. notab.* vbi quamuis dicat videri conſequi ex d. Concil. Baſil. peccare omnes Catholicos Galliæ, & Germaniæ, qui Lutheranis manifeſtis, imo & palam confitentibus ſe tales, communicant, quia ſunt manifeſtè excommunicati propter hæreſin notoriam, per Bullam Cœnæ Domini: ſed quia durum eſt damnare gentem, in qua ſunt tot viri eruditiſſimi, ſapientiſſimi, & Academiæ celeberrimæ, præſertim Pariſienſis, Toloſana, & Louan. probabiliter dici poteſt, præd. extrauagantem eſſe vſu receptam, cum ſola illa limitatione, de excommunicatione manifeſta percuſſionis Clerici, iuxta tenorem antiquæ: vel quod multitudo negotiorū, & neceſſitas communicādi atque negotiandi faciat licitum, quod alias non eſſet, iuxta regulā: *quod non eſt licitum, de reg. iur.* Hæc ille. Idem prius *in d. Manual. c. 9. n.* 6. quib. verbis expreſsè fatetur vſum noſtræ conſtitutionis Canſtan. nam illud de neceſſitate communicandi, &c. quod poſtea adiecit, non eſt neceſ- 8 ſarium; quandoquidē etſi ſciuerim aliquem † eſſe hæreticum, non teneor illum vitare, donec ſit condemnatus de hæreſi: eo enim quod quis de hæreſi condemnatur, cenſetur nominatim excommunicatus, ſecundum Dominicum à Soto *vbi ſupra* in duob. poſterioribus locis, vbi eum citauimus licet n. hæretici ſint excommunicati ipſo iure, *vt in c. excommunicamus, in 1. & per totum, de hæret. & in Clemem. 1. eo tit. & in bulla in Cœna Domini, quotannis legi ſolita*: excommunicatio enim † hæreſi co- 9 hæret, ſicut lepra leproſo, & homini vmbra, vt refert D. Ioan. à Rojas *de hær. 1. part. n.* 249. qui *n. 246. & ſeq.* probat cum Iuriſtis in propoſito aduerſus Theologos, idem eſſe in occulto hæretico: attamen ante declarationem Eccleſiæ vitandi non ſunt, *vt ex d. Concilio Conſtan.* aduertit Nauarr & ante eum Soto *vbi ſupra.* Sicque eſt intelligendus D. Simancas *de inſtit. Cathol. tit. 40. n.* 43. Cum † illis tamen, qui propter hæreſin carcere clauſi 10 ſunt, ſeruari ſolet, quod prius etiam, quam declarentur hæretici, tanquam excommunicati deuitari ſolent, nec diuina officia, nec ſacrificia permittuntur audire, nec aliis Sacramentis Eccleſiæ vti, nec traduntur Eccleſiaſticæ ſepulturæ, donec cauſa peragatur: tunc enim vel exuruntur damnati, vel ad Eccleſiaſticam ſepulturam abſoluti dantur, ſecūdùm Simanc. *de inſt. Cathol. tit. 27. n.* 9 Quod licet fiat ante ſententiam, non ideo eos indicat Eccleſia excommunicatos ante declarationem, ſed

vſque ad deciſionem cauſæ tanquam ſuſpectos de hæreſi & excommunicatione, eos ſeparat à communicatione fidelium, ne, ſi forte poſtea appareant hæretici, indigne communicent, & ſacrilege interſint diuinis.

11 Fundamentum autem huius partis, vel ex eo ſumi poteſt, quod ſtatutum in illa ſynodo Conſtant. fuit ſaluberrimum inſtitutum ad ſedandas timoratas conſcientias, adimendóſque ſcrupulos: nam cum aliter excõmunicati, quam in dicta ſynodo Conſtan. continetur, non ſint ita notorij, ſicut ille notorius Clerici percuſſor, multi inſerperent ſcrupuli inter homines, vtrum illi cũ quib. conuerſarentur, ſint excommunicati: nam quamuis notorie ſit quis excommunicatus extra Clerici percuſſorem, cum tamen nominatim non ſit quis excommunicatus, publicatus, vel denuntiatus, multi exiſtimabunt, eum non eſſe notorie excommunicatum, qui vere ſit, ſicque communicando cum eo peccarent, atque proinde excommunicationem minorem incurrerent: alij vero notorie excommunicatum iudicabunt illum, qui talis non ſit, quem cum iniuſte vitare curabunt, eum iniuria afficient, aliiſque ſcandali anſam præbebunt: plures etiã dubij, anxiique erunt, an eum vitare debeant necne: ſicque tota Reſpublica abundabit ſcrupulis ſuper huiuſcemodi negotio, réſque confuſione plena erit. Ergo conſtitutio Baſil. non admodum conueniet fini, in quem ipſa dirigitur, nempe ad vitanda ſcandala, & ſedandas proborum virorum conſcientias. Salubriter igitur ad vitanda prędicta ſcandala, & multa pericula, quæ conſcientiis timoratis contingere poſſunt, vniuerſis Chriſti fidelib. miſericorditer indultum eſt per Concilium Conſt. vt non teneantur euitare alios, quam nominatim excommunicatos, publicatos, vel denũtiatos, atque ita notorium Clerici percuſſorem, quod nulla tergiuerſatione celari poſſit. Si ergo teneremur etiam vitare alios quoſcũnque notorios omnino excommunicatos, contrarius effectus inde ſequeretur intento à dicto Concilio Conſt. nempe quæ prædiximus inconuenientia. Inducta autem ad vnum effectum, non debent contrarium operari, *vt in l. legata inutiliter, ff. de legatis 1. & in l. legata inutiliter ff. de adimẽdis leg.* Sed dices, nonne quæſo eadem damna † iam ſupra conſiderata ſe-
12 quentur ex euitatione notorij Clerici percuſſoris, quæ ex alio quocunque notorio excommunicato, vt videtur? Quare igitur diuerſum ſtatui debet in vno caſu, quam in alio, cum eadem ratio in vtroque militare videatur? Ergo idem ius ſtatui debet: *argumento, l. illud, cũ ſimilib. ff. ad l. Aquil.* Rectè igitur Concilium Baſil. quẽcunque omnino notorie excommunicatum præcepit euitari, quandoquidem nulla differentiæ ratio, ſaltem concludens aſſignari poteſt inter vtrúmque caſum, vt dicebamus in quarto fundamẽto contrariæ partis. Reſponderi tamen poteſt, in notorio Clerici percuſſore ius & factum eſſe notoriũ; quod ſi aliquãdo probabilis dubietas adſit, iã nõ erit omnino notori⁹ Clerici percuſſor, prout requiritur, ac per conſequens non euitabitur: at vero in aliis notoriis excõmunicatis, etiamſi factum ſit euidens, iuſque certum, attamen non ita notorium eſt, ſicut in notorio Clerici percuſſore cõtingit. Difficilius enim cæteri caſus excõmunicationis cognoſci poſſunt, quam ille ſpecialis notorij Clerici percuſſoris: quare in cæteris declaratio nominatim facta ab Eccleſia requiritur, atque denuntiatio ipſius, vt euitari debeat quod infra dicemus

13 Ex quo diluitur † altera difficultas, quæ oriri videbatur ex exceptione notorij Clerici percuſſoris facta à prædicto Concilio Conſt. nam iuxta eam idẽ à fortiori videbatur dicendum in manifeſto hæretico, cum is ſit omnino hæreticus, ita vt nulla tergiuerſatione celari poſſit, factumque, & ius ſit euidentiſſimum. Videbatur enim hunc euitandum eſſe, & tamen contrarium docuimus *ſupra*, nempe requiri ſententiam: Igitur, &c. Hoc namque quamuis ita verum ſit, quantum ad claritatem notitiæ; non tamen quantũ ad auctoritatem claritatis: quia etſi quando factũ ita notoriũ ſit, quod nulla poſſit tergiuerſatione excuſari, excuſatio fieri poſſit, non tamen tenemur ad exſequendũ, quandiu Eccleſia vel iudex tolerat; ad ipsã enim ſpectat declaratio huiuſcemodi negotij, non vero ad quoſlibet priuatos: at vero ſuper omnino notorio percuſſore Clerici nulla dubietas, vt plurimum, contingere poteſt in facto nec in iure, ideo notorius Clerici percuſſor iuſte vitari pręcipitur abſque alia iudicis declaratione: quod ſi aliqua dubietas in facto ſubrepat, non vitabitur. in aliis vero etiam euidẽter excommunicatis frequentius contingere poterit dubitari, an tales ſint, necne: ſed quia dari poteſt caſus notorij hæretici, ita vt nulla tergiuerſatione celari poſſit, & tamen hic non erit vitandus ante declarationẽ Eccleſię, verius dicendum videtur, Eccleſiam caſum notorij percuſſoris Clerici excepiſſe in fauorem ſtatus Clericalis. En tibi fundamenta, & auctoritates vtriúſque partis: iudicandum igitur nunc eſt, quænam ſit tenenda.

Reſoluo igitur primo, verum quidem eſſe in Concilio Conſtant. ſub Martino V. celebrato, † editam fuiſſe 14
prædictam ſaluberrimam conſtitutionem, iuxta literam & ſenſum primo loco relatam, & ſecundo fundatam, & quamuis inter acta Concilij Conſt. ipſa non exſtet; eſt tamen hoc receptiſſimum apud crebriores & grauiores auctores, atque teſtimonio teſtiũ omni exceptione maiorum comprobatum, qui præd. Concilio interfuerunt.

Præterea & ſecundo, verum eſſe video, præfatam cõſtitutionem Concilij Conſtantienſis, ſiue extrauagantem Martini V. in eodem Concilio editam, in Baſilienſi fuiſſe, eſséque vulgatam atque poſitam iuxta ſecundam literam ſupra relatam, & primo fundatam; ſicque loco ſpecialis exceptionis, notorij Clerici percuſſoris factæ à Concilio Conſtant. in Baſilienſi, illa ſublata adiicitur atque inſeritur alia generalis cuiuſcũnque notorij excommunicati, cuius factum nulla tergiuerſatione excuſari poſſit, vt omnib. videntibus præfatam ſeſſionem 20. eiuſdem Baſilien. Concilij patebit, atque iuxta eam literam fuiſſe initam concordiam in Concilio Lateranenſi *ſupra* citato cum Rege Franciæ, per Leonem X. qui eam approbauit, atque acceptatam ſemel per Concilium Bituricenſe, in præfata ſanctione Gallicana, vt patet ex Rebuffo, & Coſma Guimier præcitatis: quod aduertit nominatim Nauar. *vbi ſupra.*

Tertio, ſemoto vſu, & confirmatione Apoſtolica, exiſtimo ſatis poſſe dubitari de auctoritate præd. Concil. Conſtant. & Baſil. præterquam in his, quæ ſpecialibus bullis Martini V. & Nicolai V. Maximorum Pontificum expreſſe approbata ſunt, de quibus *infra* in reſponſione ad argumenta pro conſtitutione Concilij Baſilienſ. *ſupra* adducta agemus.

Quarto & vltimo (in quo conſiſtit tota vis, atque vtilitas pręſentis diſputationis) intrepide teneo, atque eſt obſeruandum, literam priorem Concilij Conſtant. eſſe receptam Eccleſię vſu, atque omnino conſuetudine approbatam: quod etiam auctores contrariæ opinionis fatentur aperte, eamque eſſe obſeruandam in iudicando & conſulendo indubie, & abſque vllo metu, nempe, vt nullus alius excõmunicatus vitãdus ſit, nec vitare teneamur, niſi illum, qui nominatim excommunicatus fuerit & à iudice publicatus, vel denuntiatus, & præterea notorius Clerici percuſſor, ita quod factum nulla poſſit tergiuerſatione celari, aut vllo ſuffragio excuſari: non vero alius quicunque etiã notorius omnino excõmunicatus, ante eius publicationem, ſiue denuntiationem, vt patet *ex omnibus ſupra adductis pro hac 2. par.* Idque procedit, quamuis conſtitutio præfata Baſilienſ. auctoritatem haberet, quam non habet: quandoquidẽ nec fuit acceptata,



acceptata, nec vſu recepta, ſed ea, quam prædiximus Conſt. quinimo contrariæ Baſil. derogatum: ea enim eſt natura atque legis conditio neceſſaria ad ſui valorem, vt à principio recipiatur, *vt in c. in iſtis, 4. diſt.* ibi: *Leges inſtituuntur, cum promulgantur: firmantur cum morib. vtẽtium approbantur*: ſicut enim moribus vtentium contrarium, nonnullæ leges hodie abrogatæ ſunt, ita moribus vtentur ipſæ leges confirmantur: ex quo deciditur ibi, illud Teleſphori Papæ, quo decreuit, vt Clerici generaliter à Quinquageſima ieiunandi propoſitum ſuſciperent, & à carnibus, & deliciis abſtinerent, quia moribus vtentium approbatum non eſt, aliter agentes tranſgreſſionis reos non arguit: per quem tex hanc doctrinam comprobat Syluest. *in ſua Summa, verb. lex n. 6.*

Hinc videmus, aliam extrauagantem Pauli Veneti incip. *ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.* dum prohibet locationes rerum Eccleſiaſticarum vltra triennium fieri, ſub cenſuris, aliiſque pœnis, non debere ſeruari in terris, vbi non fuit acceptata, vel vbi contrario vſu ſit eidem derogatum, *vt infra ſuo loco* dicemus, *c. 8.* Ergo ita & eod. modo dicendum eſt in propoſito, vt conſtitutio illa Concilij Baſil. de qua agimus, cum non fuerit acceptata, ſed altera Conſtantienſis, quæ vſu Eccleſiæ eſt recepta, illa non obliget, hæc autem liget: vt cum cõmuni reſoluit Anton. à Corduba *lib. 1. quæſtionerij, q. 43. ſtatim in princip.* & quod diximus de conſtitutione Cõcilij Baſil. non eſſe vſu receptam idem dicendum prorſus erit de renouatione eiuſdem facta in Concil. Later. *ſupra* citato. Nam auctores graues, qui parum poſt prędict. Concil. Lateran. claruerunt, conſtitutionem Concilij Conſtantienſis ſequuti ſunt, & ſuis ſcriptis ſequendam eſſe docuerunt, & præterea in ſpecie de cenſuris prædicti Concilij Lateran. dubitat Caietan. *in Summa, verb. excommunicatio*, fuerint ne receptæ, quod nouæ eſſent ſuo tempore. In eadem dubitatione etiam eſt Reuerẽdiſſimus Bartholomęus de Carranca Archiepiſcopus Toletan. *in Summa Concil. in ſumma eiuſdem Concilij Lateranenſ.* Et idem dici poteſt certius de hac cõſtitutione, cum idem Caietan. qui parum poſt præfatum Concil. ſcripſit, Victoria, & Dominicus à Soto, nulla facta mentione de hac Lateran. Concilij conſtitutione, ſequuti ſint Concil. Conſtant. Sed arguet aliquis aduerſus hanc noſtram ſentẽtiam, ex verbis Chriſti ad Petrum, *Si Eccleſia non audierit, ſit ibi tanquam Ethnicus, & Publicanus*: ſed quamprimum conſtiterit mihi aliquem eſſe Ethnicum, teneor illũ vitare à ſacris, ac cum eo non cõmunicare in diuinis: Ergo quamprimum mihi conſtiterit aliquem eſſe excommunicatum, licet denuntiatus non ſit, aut notorius percuſſor clerici, iure diuino teneor illum vitare. Sed dicendum eſt, verba prædicta Chriſti non eſſe contra noſtram ſententiã, quia tunc non auditur Eccleſia, quando pręceptis illius non obtemperatur, & maximè cum illa ſua ſententia eum veluti pertinacem damnauit; quare ante ſententiam aut declarationem iudicis, qua conſtat iam illum Eccleſiæ non audire, non eſt tanquam Ethnicus & Publicanus habendus, vt excommunicatũ à ſacris, & communicatione illorum excludamus. Vel ſecũdo dicamus, vt velit Chriſtus, eum, qui Eccleſiæ præceptis non obedierit, eſſe habendum tanquam Ethnicum & Publicanum: non tamen eſt vitandus antequam ab Eccleſia vitari præcipiatur, aut ſit notorius Clerici percuſſor: hos enim vitandos præcipit Eccleſia, & præfata conſtitutio Concilij Conſtant. cenſet, atque ideo hi ſolum quoad præſentem materiam videntur Eccleſiæ non audire.

His igitur ita conſtitutis, ſupereſt vt ad fundamenta prioris partis (hoc eſt contrariæ) reſpondeamus per ordinem. Et primo non obſtat, quod approbata fuerint,
15 quæ in illa ſynodo Baſil. & † Conſtantienſi acta fuerũt circa damnationem quorundam articulorum hæreticorum, atque itidem, quæ circa cenſuras & cauſas beneficiales decreta fuerunt per bullas Martini V. & Nicolai V. vt patet in eiſdem, quæ ſunt *in d. 2. tom. Concil. illa fol. 563. & ſeq. hæc fol. 693.* quoniam hic non agimus de præfatis erroribus, nec de cauſis beneficialibus, ſed tantum an notorius excommunicatus vitandus ſit abſque denũtiatione, de quo in dictis bullis non video verbum vllum: quia quamuis in bulla Nicolai V. approbentur atque ratificentur inter alia abſolutiones à quibuſcunque excommunicationum, anathematizationum, & aliis cenſuris Eccleſiaſticis, interdictorum, tam generalium, quam ſpecialium relaxationes, ac etiam illatum fulminationes & appoſitiones, iuramentorum etiam fidelitatum relaxationes, rehabilitationes ab omni macula irregularitatis aut alia inhabilitate vndecunque proceſſerit, & alia huiuſmodi ibi contenta: nihilominus tamen præfatam conſtitutionem Concilij Baſilienſis de notorio excommunicato vitando, non inueni approbatam in præfatis bullis.

Secundum fundamentum etiã non obeſt, † quoniam 16
verius eſt, etiam in factis notoriis, quæ nulla tergiuerſatione celari poſſunt, requiri ſententiam declarationis, vt optime docet Caiet. ſuper Diuum Thomam *in 2. 2. q. 12. art. 2. verſic. ad hoc dubium*, vbi inquit, quod quando notorium facti toleratur à iudice, tolerandum quoque inſinuatur priuatus: peruerſus enim ordo ſtatuitur, vt priuati teneantur facere, quod ſuperior timet attentare: eueniet enim quod principe exſiſtente notorie hæretico, Eccleſia tacens vellet ſubditos illi non parere,
quod non eſt dicendum. Præterea † etiam ſi facti eui- 17
dentia ſit, requiritur manifeſtatio auctoritatiua, vt quod auctoritas publica inchoauit lege, auctoritas publica perficiat iudice: quia licet quando eſt aliquid ita notorium, quod nulla poſſit tergiuerſatione excuſari, poſſit exſequutio fieri, non tamen tenetur quis ad exſequendum, quandiu iudex tolerat, vt ſic notorium facti ſortiatur effectum ſententiæ. Probatur præterea per tex. *in c. peruenit. 1. de appell. & in c. inter dilectos, de exceſſibus prælat.* vbi etiam in cauſa notoria requiritur declaratio & quamuis iudicis tex. *in d. c. peruenit*, loquatur in notorio Clerici percuſſore, in quo adhuc requirit denuntiationem iudicis, minime tamen in propoſito nocet: quoniam ibi igitur tantum de ea quæſtione, an non obſtante appellatione ſit declarandus & denuntiandus notorius Clerici percuſſor? & reſpondetur affirmatiue: at vero in caſu conciliorum, de quib. agimus, notorius Clerici percuſſor, quando nulla tergiuerſatione celari poteſt, præcipitur vitari ſtatim: iſtaque deciſio poſterior eſt, quam *d. c. peruenit.* Supereſt igitur, vt illis textibus rectè probetur, etiam in notoriis requiri declarationem iudicis: quam ſententiam aduerſus Abb. probauit alios allegans D. Couarr. *vbi ſupra, n. 8. in verſ. ipſe vero.*

Nec contra † exemplum Caietani de ſubditis, Prin- 18
cipe exſiſtente hæretico, quod teneantur illi parere, Eccleſia tacente, obeſt text. *in c. final. de hæretic.* qui ita ſe habet: *Abſolutos ſe nouerint à debito fidelitatis Dominij, totius obſequij, quicunque lapſis manifeſte in hæreſin aliquo pacto quacunque firmitate vallato tenebantur aſtricti*, ex quo videtur contrarium aſſertioni Caietani prorſus 19
probari. Vnde † fit, vt cuſtodiens depoſitum ſibi ab hæretico commiſſum, non debeat illud reddere hæretico manifeſto id petenti. Nam etſi lege naturæ teneatur omnes in reddendo depoſitum fidelitatem ſeruare, ab hac tamen obligatione liberatus eſt quiſquis ab hæretico depoſitum accepit, vt iam poſt illius manifeſtam hæreſin minime illud hæretico reddere teneatur, ſed fiſco id apprehendere volenti. Sic † etiam 20
præſes alicuius oppidi, aut arcis munitæ, qui ſub fidelitate & iuramento illud ab aliquo Domino accepit, ſi huiuſmodi Dominus hæreticus efficiatur notorius, non tenetur

teneturilli caſtrum, aut arcem reſtituere, nec alteri eius
mandato, ſed fiſco, cui iure ipſo competit talium rerum
dominium. Quin etiam Catholica vxor debitum hæ-
retico viro reddere non tenetur, vt argum. & ex ratio-
ne *dict. c. fin.* probatur. *& in c. de illa, de diuort.* vt hæc
omnia refert & probat, late agens de intellectu *dict. c.
de illa*, Alfonſ. à Caſtro *lib. 2. de iuſta hæret. punitione, c. 7.
per totum*, & D. Simanc. *de inſtit. Catholic. tit. 46. n. 73. fol.*
22. Cum igitur dict. *c. fin. de hæret.* dicat, *Abſolutos, &c.*
aperte oſtenditur, ſententiam eſſe à iure latam, & non à
iudice proferendam: ergo contra Caietani aſſertum.
21 Sed hoc † inquam non obeſt, quoniam etſi hoc caſu
ſententia condemnatoria iudicis neceſſaria non ſit, *vt
in dict. c. fin.* adhuc tamen declaratoria requiritur, nem-
pe hunc eſſe notorium hæreticum, ad hoc vt ipſius *cap.
final.* pœnas incurrat: quandiu enim Eccleſia tolerat,
ſubditi Domino parere tenentur: vt rectè in terminis
probauit Caiet. *vbi ſupra*: cuius in hoc ſententia com-
probatur ex altera, quam modo adduximus, nempe
etiam in notoriis requiri declarationem iudicis: idque
roboratur ex deciſione text. *in c. cum ſecundum leges, de
hæret. in 6. ad finem*, vbi quamuis bona hæreticorum ipſo
iure ſint confiſcata, confiſcationis tamen exſecutio,
vel bonorum ipſorum occupatio fieri non bebet, ante-
quam ſententia Eccleſiæ ſuper eodem crimine fuerit
promulgata: cuius text. deciſio etſi generaliter in bonis
hæreticorum loquatur, nec mentionem faciat notoriæ
hæreſis, ratio tamen ipſius in quibuſcunque hæreticis,
etiam notoriis, idem concludit: nec inter vnum, &
alium hæreticum congrua ratio differentiæ aſſignari
22 poteſt: nemini † namque priuato, nec etiam iudici ſæ-
culari, cum ſit incompetens cauſæ, licet iudicare ali-
quem hæreticum, etiam ſi notorius talis appareat, quo-
vſque ab Eccleſia id iudicetur, aut per ſententiam de-
claretur. Limitant tamen nonnulli loquentes generali-
ter in quocunque crimine notorio, præterquam ſi iu-
dex exſequutionis eſſet iudex competens cognitionis
ipſius cauſæ; tunc enim non eſſet neceſſaria ſententia
declarationis, ſi ita notorium eſſet crimen, quod nulla
poſſet excuſari ratione, ſed poterit exſecutio fieri ab eo-
dem iudice abſque declaratione, ſecundum Domini-
cum *conſilio 136. colum. vlt.* & Albertum *in rubric. de hæ-
reticis, quæſt. 13. n. 45. & 46.* Declaratio namque ſolum
videtur neceſſaria, cum eſt aliquid dubium declara-
tione indigens: ſed quando ita notorie quis eſt hære-
ticus, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari, non eſt ali-
quod dubium: ergo nulla erit neceſſaria declaratio
23 Eccleſiæ. Sed † verius eſt, indiſtinctè requiri adhuc de-
clarationem iudicis, ſecundum Couarru. *vbi ſupra* alios
allegantem: quo fit, vt illationes, *quas ſupra* dedu-
ximus ex *dict. cap. final. de hæretic.* collectæ per Caſtr.
& Simanc. *vbi ſupra*, intelligendæ ſint præcedente de-
claratione iudicis, alias ſecus. Imo ſupradicta proce-
dunt, non ſolum in foro exteriori, de quo agimus, ſed
etiam in foro interiori conſcientiæ, in quo pœnæ, ſu-
pradictæ non debentur, etiamſi impoſitæ ſint ipſo iu-
re ante condemnationem & ſententiam, prout tenet
gloſſ. *verb. cum argumento, in fin. in c. fraternitas, 12. q.
2. & ibi Doctor.* quam ſequitur Angel. de Clauaſ. *in ſua
Summa, verb. pœna, §. tertio*, & Summa Roſella *in verb.
abſolutio, el. 1. §. 19. & in verb. reſtitutio, § ſexto* Sylueſt.
*verb. hæreſis. 1. qu. 8. verſ. 3.* Ioan. à Medina *in ſuo codic. de
reſtitut. in rubric. de rerum diuiſ. col. 4. ſequitur* F. Domi-
nicus à Soto optimè examinans, pluréſque Theologos
referens, *de iuſtitia & iure, lib. 1. q. 6. art. 6 per totum*, vbi
reprehendit Alfonſ. à Caſtro, *vbi infra citabitur*, con-
trarium tenentem. Eandem priorem ſententiam pro-
bauit F. Petrus de Couarru. *in lib. de remedio luſorum,
3. parte, cap. 21. col. 3.* Hanc dicit communem Sylueſt. *in
parte Aſſaſſinus, in 5. quæſt.* & Simanc. optime diſputans,
*de inſtit. Cathol. tit. 9. nu. 82.* qui anno 27. incipit tractare
articulum hunc: & Couarru. *de ſponſalibus, 2. part.
cap 6. §. 8. nu. 10.* Antonius Gomez *in l. 1. Tauri, num.
4. & 3. tom. variarum, cap. 2. num. 5.* & latius *in dicto 3.
tom. cap. 14. de confiſcation. bon. num. 3.* vbi etiam con-
tra Caſtrum tenet plures allegans: & illam gloſſam te-
ſtatur communiter approbatam, plures referens Dida-
cus Perez *in l. finali, tit. 3. lib. 2. ordinam. colum. 577.* vbi
ampliat, etiamſi pœna ſit impoſita per verbum, *Ipſo
iure*, dicens hanc eſſe veriorem & receptiorem opinio-
nem. Idem *in l. 4. tit. final. libro 2. colum. 718. in fin. & ſe-
quentib.* ſed & alij plurimi eandem doctrinam ſequun-
tur: tametſi Alfonſus à Caſtr. *vbi ſupra, paulo poſt
principium dict. c. 7.* exiſtimauerit, quod reus in con-
ſcientia in caſu *dict. capit. final.* ad illius pœnam ſuſti-
nendam obligetur, etiam ante omnem aliam iudicis
ſententiam, ſicut *ſupra* dixerat de priuatione cætero-
rum bonorum, latiſſime eam probans *lib. 2. de lege pœn.
per totum*, & ante eum tenuit Abb. *in cap. dilect., numer.
12. de arbitr. & in cap. 1. nu. 11. de conſtit.* & ibi Felinus
*num...* & Decius *in 1. lectu. numer.* 20. eandem opinio-
nem videtur ſequutus, qui tamen notat, & eam ſequi-
tur Felin. *in dicto cap. Rodulphus, nu. 38. de reſcript.* &
Antoninus Gomez *lib. 3. variar. reſol. cap. 2. n. 6.* Sed hæc
vltima ſententia exploſa eſt à communi ſchola Theo-
logorum & Canoniſtarum, quippe quia à veritate de-
uiet. Vt autem melius intelligitur hæc communis ſen-
tentia (ſcilicet vtroque foro neceſſariam eſſe iudicis
declarationem, etiam in criminibus notoriis, vt pœna
à iure impoſita incurratur, excepto illo caſu à Conci-
lio Conſtantienſi excepto de notorio percuſſore Cle-
rici) quando quis tenetur vitare excommunicatum:
notandum eſt, nullum eſſe vitandum, antequam à iu-
dice fuerit legitimè ſeparatus: nam priuati vitando non
iudicant, ſed exſequendo obedientiam ſuperioris & iu-
dicis euitant, quos ſuperior vitandos declarauit, &
præcepit: hæretici autem quamuis generaliter à iure,
vt prædiximus, ſint excommunicati, & ideo ipſi ſe ab-
ſtinere debeant à communicatione fidelium: in parti-
culari tamen Petrus, aut Paulus non eſt excommuni-
catus, nec ſeparatus: quare ſi priuatus aliquis eum eui-
taret ante iudicis ſententiam, qua ſeparatio illa iuris
generalis illi in particulari applicetur, ſepararet ac eui-
taret in particulari eum, qui particulariter non eſt ſepa-
ratus ab Eccleſia, & ſic officio iudicis hac in re vtere-
tur, quod priuato non licet: in illo autem caſu particu-
lari Concilij Conſtantienſ. de notorio percuſſore Cle-
rici, talis iam ab Eccleſia, non ſolum in generali, ſed
in particulari eſt ſeparatus; Quare nulla eſt neceſſaria
iudicis ſententia.

Ad tertium contrariæ partis fundamentum reſpon-
detur, text. *in dict. c. cum non ab homine, de ſent. excom-
mun. cum ſimilib.* dum probat excommunicatum pu-
blicum, publicè vitandum eſſe: occultum vero, occultè
& ſecreto; procedere de iure communi antiquo De-
cretalium. Hodie † autem, attento ſupradict. Concilio 24
Conſtan. in vſu receptiſſimo, nec occulte excommu-
nicatus vllo modo vitandus eſt, nec etiam ante denun-
tiationem, cuius excommunicatio duobus etiam teſti-
bus probari poſſit, nec publice, nec priuate, ſicque tol-
litur ſententia Abbatis, Henrici & Felini, *in dict. cap.
cum non ab homine*, & eiuſdem Henrici *in d. c. cum deſi-
deres, eod. tit.* exiſtimantium, teneri quem vitare hunc
excommunicatum, cuius excommunicatio duobus te-
ſtibus probari poſſit, cum is occultus non ſit, nec dici
poſſit: cuius contrarium rectius tenet Innocentius *in
cap. inquiſitioni, de ſent. excommunic.* quem ſequun-
tur ibi Cardinal. & frequentius Doctores, tenen-
tes, excommunicatum non eſſe ante denuntiationem
publice vitandum, niſi ſit notorie excommunicatus,
vt



*vt refert* Couarr. *vbi ſupra n. 3. in verſi. quid autem*, cui
magis in hoc applaudit ſententia præfata Innocentij
aduerſus Panorm. & alios reſpectu publicæ euitationis:
nam de ſecreta, & occulta dubium non eſſe affirmat,
cum ſecretè vitandus ſit, etiam occultè excommunica-
tus illo iure: hoc autem Conſtantienſi minime, nec pu-
blicè, nec ſecrete, qui non ſit nominatim excommuni-
catus, publicatus, vel denuntiatus, vel notorius Clerici
percuſſor, non autem alius etiam notorie excommu-
nicatus ante denuntiationem, *vt ſupra reſoluimus*. Quo
fit, † vt nec ſufficiat fama publica, vt teneamur vitare
25 excommunicatos ante denuntiationem. Sicque tollitur
etiam reſponſio text. *in di. c. cum deſideres, in 2. eius parte*,
vt rectè aduertit Couarr. *vbi ſupra n. 7. in verſ. 2. & 3.*
Quarto fundamento contrariæ partis, nempe nullam
maiorem rationem differentiæ poſſe dari, quare magis
excipiatur notorius Clerici percuſſor, quam alius noto-
rius excommunicatus, iam ſupra ſatisfactum eſt.
26 Supereſt, vt videamus † pro intelligentia præfati
Concilij Conſt. quotuplex ſit in propoſito excommu-
nicatio: In quo obſeruandum eſt, triplicem conſiderari
poſſe. Prima eſt generalis ſententia, à iure, vel ab ho-
mine lata, excommunicans omnes incendiarios, adul-
teros, concubinarios, vel alios aliquid prohibitum fa-
cientes, vel furtum non reuelantes, & hoc caſu etiamſi
aliquibus pateat: Titium, vel Sempronium incidiſſe in
illam excommunicationem, hoc ſcientes non tenentur
illum vitare in Sacramentis, neque in ſacrificiis, cum
ipſe non ſit nominatim, ſed ſimpliciter excommunica-
tus, vt in prima parte D. decreti Concilij Conſt. hoc eſt,
in regula affirmatiua ipſius, quod profitentur Docto-
res ſupra citati, de hac re agentes, & præterea plures re-
ferens D. Couarr. *in d. c. alma mater, in 1. part. relect. §. 6.
in 5. concl. fol. 51. in fine, & folio ſeq n. 7.* & Nauar. in Ma-
nuali Latino, *c. 9. n. 7* quamuis gloſ. 1. *in c. à nobis, el. 1. de
ſententia excommunicationis*, exiſtimet hoc caſu † eum
27 dici nominatim excommunicatum, qui fecerit aliquid
contra canonem ſupradicto modo excommunicantem,
nempe, *Quiſquis hoc fecerit, ſit excommunicatus*. Nam
ſi conſtiterit Petrum actum hunc prohibitum feciſſe,
erit nominatim excommunicatus, iuxta ſupradictam
gloſſam: ſed hæc ipſius opinio vera quidem non eſt,
nec probatur in locis ab ea adductis, atque ideo fre-
quentiori Doctorum ſuffragio improbatur, vt teſtatur
Couarr. *vbi ſupra n. 8. in princ.* Nam enim huiuſmodi
eſt nominatim excommunicatus, ſed generaliter, ideo
non vitandus, vt prædiximus.
28 Secundo † modo conſiderari poteſt excommunica-
tio, nempe quando quis excommunicatur nomina-
tim, & ſpecialiter nomine proprio, vel Officij, vel digni-
tatis, aut aliquibus appoſitis ſignis indubitatis, vt ſi fe-
ratur ſententia excommunicationis in Petrum, Marti-
num, vel Ioannem, vel in prætorem Salmantinum, Ci-
uitatenſem, vel Decanum, aut Officialen modernum
Toletanum, & ſic de ſimilibus, ſi tale commiſerint cri-
men, non tamen ſit declaratus, & denuntiatus, & hoc
caſu, ſi aliquis ſciat illum commiſiſſe prædict. crimen,
ſicque, vere eſſe excommunicatum, non tenetur eum
vitare, quouſque fuerit declaratus, & denuntiatus per
iudicem, vt in dicto Concilio Conſtantienſi cauetur,
& quod hic dicatur nominatim excommunicatus, pro-
batur argumento *l. nominatim, ff. de condit. & demonſtr.
& l. 1. & 2. ff. de liberis & poſthum. & in §. nominatim, in-
ſtit. de exhæredat. liber.* ex quib. ita probauit gloſſ. *in c.
cum & plantare, §. excommunicatos de priuileg. verb. no-
minatim, & in c. conſtitutionem, de ſent. excommunic. in
6. verb. nominatim, gloſſ. in Clement. 1. verb. nominatim, de
vita & honeſtate Cleric.* quas Doctores communi con-
ſenſu probant, teſte D. Couarr. *vbi ſupra, dicto num. 8.*
plures referente.

Tertius modus eſt, quando † aliquis nominatim eſt 29
excommunicatus, & declaratus per iudicis ſententiam,
quæ illum denuntiat, mandátque denuntiandum pu-
blicum excommunicatum, & hic poſtquam fuerit pu-
blicatus, vel denuntiatus; eſt omnino euitandus, non
vero antea, etiamſi ſit nominatim excommunicatus, vt
in primo caſu, excepto à præcitato Concilij Conſtan.
ipſum namque Concilium ad hoc, vt nominatim ex-
communicatus vitandus ſit, requirit publicationem vel
denuntiationé excommunicationis, etiamſi ſpecialis, &
certa ſit excommunicatio, vt ex eo patet euidenter, &
tenet expreſſe Coſmas in dicta pragma. ſanctione Gall.
ſuper *dict. extrauagan. ad vitandum ſcandala, in gl. gene-
raliter*: & ita vſus Vrbis, & orbis habet non vitare ex-
communicatos ſpecialiter, ob contumaciam non com-
parendi, vel non parendi, antequam declarentur, & de-
nuntientur, vt expreſſim teſtatur Nauar. *in dicto c. 1. §.
laboret, n. 23.* & iterum in Manuali Latino, *c. 27. nu. 35.
verſ. Nota primo*, & Couar. *in dicto c. alma mater, 1. parte
rel. §. 2. nu. 7. v. 4. ex eadem, &c.* dicens quod vſus, atque
communis interpretatio † Chriſtiani orbis, in hunc 30
ſenſum accepit prædictam conſtitutionem, per quam
nunc non negatur ſepultura iis, qui excommunicati
moriuntur, niſi ſint denuntiati ſecundum Nauarrum
*in dicto c. 27. num. 36. verſ. ad ſecundum*, & Paz *in practi-
ca vbi ſupra, num. 76.* Quod ante eum probauit, † lo- 31
quens in vſurario, cui in vita non fuit mota quæſtio
ſuper excommunicatione, nec vitatus vt excommuni-
catus, nec contra eum ſententia ſynodalis canonis pu-
blicata, vt ei non ſit deneganda ſepultura. Petrus An-
charanus *conſil. 189. tribus de cauſis, per totum, præci-
pue num. 2. in ſumma.* A quocunque per ſimplicem ex-
communicationem præciſo, ſi non fuerit nominatim
excommunicatus, publicatus, vel denuntiatus, aut ma-
nifeſtus percuſſor Clerici, licet cuicunque, tam in ne-
ceſſitate, quam extra, Sacramenta præcipere, perinde
ac ſi non eſſet præciſus: ſi autem fuerit nominatim ex-
communicatus, publicatus, vel denũtiatus, aut notorius
Clerici percuſſor, minime licet, vt ex ſupradictis patet.
Publicatio autem † excommunicationis ſit in ciui- 32
tate, loco, aut Parochia, excommunicati in publica
Miſſa populari, vel in ſermonib. aliove actu frequenta-
to per populum, aut per affixionem ſententiæ in locis
publicis, ita quod faciliter tranſeat in notitiam populi:
argumento text. *in Clement. quamuis, §. ſi vero, de foro
cõpeten. & in Clementina, cauſam, de el. in verbo ſolenniter
cum ibi notatis.* Nec ſufficeret publicatio facta in conſi- 33
ſtorio iudicis † coram paucis, *iuxta gl. Clement. 1. de ſe-* 34
*pult. in verbo publice.* Non tamen eſt intelligendum, † vt
omnibus de ciuitate debeat eſſe manifeſtum, ſed ſatis
eſt quod tranſeat in notitiam viciniæ, ſeu maioris par-
tis, in qua actu geritur, ſicut de notorio dicitur, vt eſt
bonus tex. *in c. cum dilectus, de purgat. canon. notatur per*
Doct. *in c. veſtra, de cohabit. Cleri. & mul.* Oportet ergo, vt
aliquid dicatur publicari, quod ita publice, & palam
fiat, vt tranſeat illico, vel ſucceſſiue in notitiam populi,
viciniæ, vel maioris partis, vt prædicta omnia probat
Coſmas Guimiet *in dict. pragm. ſanctione Galli. in tit. de
concub. §. publice in gloſ. ſententiam, pag. 187. & iterum in
dict. extrauagan. ad vitanda ſcandala, in gloſſa publicata,
pag. 107. col. 2.* ibi *in gl. denuntiata ad fidẽ* dicit, quod de-
nuntiationes huiuſmodi fiunt † per appoſitiones illorũ 35
nominum in foribus Eccleſiarum, aut alio celebri loco,
vt cunctis conueniẽtibus conculcetur, & quod hæc eſt
quotidiana practica, etiam in curia Romana ſecundum
Præpoſ. quem refert. In Hiſpania autem, ſaltem vbi
commoratus ſum, ſemper vidi publicari excommunica-
tiones huiuſmodi, atque denuntiari excommunicatos
in Eccleſiis Parochialib. vel in maiori loci, cum ſolem-
nitate & inſigniis conſuetis, literæ aut excommunica-
totiæ

toriæ Apoſtolicæ, à curia Romana emanatæ, quæ huc circumferentur cum quibuſdam ſignis, atque effigiebus dæmonum, & excommunicatorum, & vulgo letrones appellantur, communiter ad fores Eccleſiarum affiguntur, ne forte ſi in Eccleſia legantur atque publicentur, earum lator detegatur, atque eidem ob hoc aliquod damnum eueniat.

36 Huiuſmodi autem † publicatio & denuntiatio, nihil ad excommunicationem addunt, vt probatur *in c. paſtoralis, §. verum, in fine, de appell.* Excommunicatus enim per denuntiationem amplius non ligatur, vt in ſimili dicitur de declaratione, quæ fit, vt excommunicati ab aliis vitentur, vt per Rom. *conſ. 482. nu. 5 incipit in caſu præmiſſo*, ſequitur in propoſito Coſmas *vbi ſupr. in verb. ſpecialiter*, id quod probat præfatum Concilium in finalibus verbis, ibi *Per hoc tamen non intendimus releuare, nec iuuare ſic excommunicatos, ſuſpenſos, interdictos, aut*

37 *prohibitos.* Pœna † enim excommunicationis ipſo iure affligit, & inhabilitat, quoad omnes ſuas potentias illum, qui in eam incidit, abſque alia declaratione, trahit namque ſecum exſequutionem, *vt in d. c. paſtoralis, in fin. de appell.* facit tex. *in c. cum non ab homine, de ſentent. excommunicat.* vnde reſpectu ipſius excommunicati, excommunicatio ſtatim operatur, repellendo eum à communione, celebratione, cæteriſque actibus excommunicato vetitis, vt notat Felin. *in d. c.* Rodulphus, *n. 38. ad fin. de reſcript.* & D. Couarr. *latiſſime vbi ſupr. n. 11. vbi ex text. in c. illud, de Cleri. excomm. miniſt. & ibi gloſſ.* & Doct. probat, † excommunicatum regulariter peccare

38 aliis communicando, etiam ante denuntiationem, & quod magis peccat ipſe, quam alij poſt denuntiationem eidem communicantes: quo fit, vt ipſe excommunicatus, ante denuntiationem teneatur ſe abſtinere à communicatione fidelium, & à diuinis, vt cum aliis ibi probat, ſic interpretatus dictum Concilium *in verbis modo recitatis*, idem probarunt Dominicus à Soto *in 4. diſtinct. 22. q. 1. art. 4. pag. 948. in verſ. 2. concl.* & Nauar. *in d. §. laboret, in fin.*

39 Quæ procedunt etiam in occulte excommunicato, ipſe enim adhuc tenetur ſe vitare à communione fidelium, & à diuinis abſtinere ante denuntiationem, vt infra ſtatim citandi vno ore fatentur. Difficultas autem in eo conſiſtit, an idem dicendum ſit, quando ex hac euitatione ſui ipſius occultum eius crimen, occultáque excommunicatio proderetur cum graui ſcandalo? Vi-

40 detur † enim hoc caſu non teneri cum ſcandalo & præiudicio ſui honoris ſe abſtinere à communione fideliũ, cum nemo teneatur ſe prodere, & in terminis ita tenet F. Alfonſ. à Caſtro *de poteſtate l. pœn. lib. 2. c. 15.* quod eſt vltimum, in verſ. *circa iſtos, ibi: Hanc tamẽ ſententiam, &c.* Verum contrarium probat Syluest. *in ſumma, verbo excommunicatio, 3. §. 5.* Quare eſt tertia opinio concordans præcedentes, nempe, vt ſententia Caſtri procedat, quoad communionem fidelium, quæ extra Sacramentorum perceptionem contingit, idque ratione ſcandali vitandi: attamen huiuſmodi occultus excommunicatus non poterit Miſſam celebrare, nec Sacramenta recipere, etiam ob ſcandalum vitandum: nec curatur hoc caſu, quod ex euitatione à diuinis ſe prodat, & ita procedat, atque intelligi debeat opinio contraria Syluestri, in diuinis nempe, ſecus in profanis, prout eſt communio fidelium: vt optime recenſet D. Cou. *vbi ſup. in verſ. quãobrem & 2. vſque in fi.* Nihilominus prior ſententia indiſtincte probabilis eſt atque forſan verior, *vt latius dicemus infra c. 13. de irregularitate ex hom. occulto pron.* Excõmunicatus igitur, ante denuntiationem, quamuis ſe abſtinere debeat à communicatione, tam in diuinis, quam extra, ab aliis autẽ vitandus non eſt, etiamſi ſit notorius excommunicatus ante denuntiationẽ, vel niſi ſit notorius clerici percuſſor, *vt ex ſuprad. patet* atque probatur.

Quinimo etiamſi † parochus habeat penes ſe denuntiatoriam ſcripturam, qua ſpecialiter & nominatim 41 quis ſit excommunicatus, ſibique præcipiatur, vt ſtatim viſis literis, teneatur eundem vitare, atque denuntiare: nihilominus tamen non tenetur eum vitare, donec eum denuntiauerit, aut denuntiatum eſſe conſtiterit: Diuerſum enim eſt mandatum ſiue præceptum de publicatione, ſiue denuntiatione faciendo, ab ipſa publicatione, & denuntiatione iam facta. Euitare autem quis non tenetur, etiam nominatim excommunicatum, niſi publicatus, aut denuntiatus exiſtat, vt ſæpe diximus, ergo ante denuntiationem ipſam actualiter factam, vitandus non eſt à Parocho, cui ea facienda mandatur, nec ab alio. Ita tenet Syluester *in Summa, verbo, excommunicatio, 5. n. 24.* & Armilla aurea *in verbo excommunicatio, 1. n. 6. fol. mihi 98.* id quod inſinuat Nauar. *in c. 1. §. laboret, n. 23. de pœnit. diſtinct. 6.*

Obſeruandum † tamen eſt, quod nomine excommu- 42 nicatorum nominatim, veniunt hæretici, ſchiſmatici, & apoſtatæ, ſi ſint hęreſis, apoſtaſiæ, aut ſchiſmatis condemnati, atque etiam ſymoniaci, & omnes qui per ſententiam fuerint pronuntiati & condemnati alicuius criminis, cui annexa ſit excommunicatio; & præterea quicunque proprio nomine propter aliquod aliud delictum fuerit pronuntiatus, ſecundum Dominicum à Soto *in 4 diſtinct. 1. q. 5. art. 6. pag. 107. col. 2.*

Solet tamen † maxime dubitari, an ſuperiora omnia 43 dicta circa Concilium Conſtant. & Baſilien. de nominatim excommunicato, publicato, vel denuntiato, & de omnino notorio excommunicato vitandis, procedant etiam in interdictis, & ſuſpenſis nominatim per ſententiam iudicis publicatam, vel denuntiatam, vel adeo notoriis, quod nulla poſſint tergiuerſatione celari? Occaſionem autem dubitandi præbet, quod licet principium dict. *extrauagantis: Ad vitandum ſcandala, in ſua regula*, quæ habet vt non teneamur vitare generaliter excommunicatum, idem eſſe expreſſe præcipiat in generaliter interdicto, poſtea tamen excipit ab ea regula notorium excommunicatum, non vero notorie ſuſpẽſum vel interdictum. Nihilominus tamen retenta litera præd. Concilij Baſil. ſi ipſa ſequenda foret, idem dicendum eſſet ead. ratione in notorie ſuſpenſo, vel interdicto taliter, vt nulla tergiuerſatione celari poſſet, ea præcipua inter alias ratione, quod tam principium, quam verba finalia eiuſdem Concilij Baſilienſis, vtróſque comprehendunt expreſſe, vt patet ibi, *Per hoc tamen huiuſmodi excommunicatos, ſuſpenſos, interdictos, ſeu prohibitos, non intendis in aliquo releuare, nec eis quomodolibet ſuffragari.* Ergo clauſula in medio poſita de notoriis excommunicatis vitandis, in huiuſcemodi interdictis, vel ſuſpenſis intelligenda quoque eſt, cum eadem in vtriſque ratio militet: vt in terminis probanit Coſmas *in dict. pragm. ſanct. Gall in expoſ. d. Concilij Baſi. ad vitanda ſcandala, in gl. ſuſpenſionis, ad fin. f. 206. col. 1.* ibi. *Qui licet loquatur, &c. & iterum in gl. excommunicationis, in prin. f. 209. col. 1*, id quod pluribus aliis rationib. comprobat & ſequitur reſpondens fundamentis contrariis Nau. *in d. c. 1. §. laboret, n. 13. & ſeq.* Hæc tamen quæſtio, atque ipſius reſolutio ceſſat, & ſuperfluere videtur, ſequendo, prout debemus ſequi, literam præfatam Concilij Conſtant. non excipientis notorium excommunicatum in genere, ſed tantum notorium Clerici percuſſorem. Nam prior exceptio de nominatim excommunicato, publicato, vel denuntiato, expreſſe comprehendit eodem modo ſuſpenſum vel interdictum, cum dicat, *Niſi ſententia aut cenſura huiuſmodi, &c.* Nam ſententia intelligitur excommunicationis cenſura vero interdicti, de quo ſupra extrauagans loquitur: Nihilominus volui præfata breuiter referre, vt Concilij Baſilienſis ſectatoribus ſatisfaciam.

Ex



44 Ex † ſuperioribus videtur inferendum, quod quamuis iure communi non liceat à clerico notorio concubinario audire diuina, nec recipere Sacramenta Eccleſiaſtica, etiam ſine vlla monitione ſuperioris, prout contingerat quãdo Clericus teneret publice concubinam ſicut vxorem, ita quod etiam ipſe non auderet diffiteri, à quo eſt omnino abſtinendum, non quia in Sacramento ſit defectus, ſed ad ipſorum fornicariorum emendationem, *iuxta text. in cap. veſtra, & in c. vnic. de cohabit. cleric. & mul. & in cap. nullus 32. diſtinct. vbi Doctores, gloſſ. in c. de homine, de celebratione Miſſar.* Nauar. *late in Manuali Latino, cap. 27. num. 78. & ſeq.* Armil. aurea *in ſua Summa, verb. Clericus, nu. 13. Theologi in 4. ſenten. diſt. 13.* eo quod talis ſit ſuſpenſus ab officio, & beneficio, adeo vt ſi celebret, incurrat irregularitatem *ſecun.* Abb. *in dict. cap. veſtra, colum. 3. in 1. 2. 3. & 4. quæſtionibus*, & quia tunc publici concubinarij excommunicati erant *ſecund. Diuum Thom in 4. ſentent. diſtinctione 13. in ſolut. 3. quem refert ibi* Dominicus à Soto *art. 9. circa fin. pag. 554. ad finem.* Secus vero erit, ſi fornicatio non habeat operis euidentiam, quia concubina habitat cum matre clerici, & dicit eſſe pediſſequam matris, vel quid ſimile, quia tunc debet expectari monitio eiuſque contẽptus, *ſecund. eundem* Abbat. *& probatur in dictis iuribus*, traditque late Coſmas Guimier *in Pragmat. ſanct. Gallic. vbi ſupra in gloſ. ſuſpenſionis, per totam. Sequitur alios allegans* Bernard. Diaz de Lugo *in ſua pract. criminn c. 73. de concubinar. in verſic. aduerte tamen*: vbi addit bonum verbum ex Archiepiſcopo Florent. Syluestro, & aliis, nempe quod non ſolum Sacerdos, ſed etiam in quocumque ordine conſtitutus, licet minori, eſt ſuſpenſus ab omnibus actibus ordinum ex notoria fornicatione, tamdiúque eſt ſuſpenſus, quandiu perſeuerat in vitio; & quod ſi interim exſequatur officium ſuum, etiam ſemel ſit irregularis, & indigeat diſpenſatione Papæ, ſecund. Arch. & Ant. quos refert, ſequitur, & probat Nauar. *vbi ſup. d. c. 25. n. 76. & ſeq.*

45 Hodie † tamen, attento ſæpe citato Concilio Conſtantienſi fideles Chriſtiani non tenentur vitare Sacramenta concubinariorum, aut alia diuina eorum, prout eſt celebratio Miſſarum, niſi fuerint per Prælatos nominatim denuntiatè publice vel ſuſpenſi, vt euitentur: vnde non ſufficit, quod ſit notorius concubinarius per ſententiam aut confeſſionem in iudicio factum, ſicut volebant olim iura ſupra allegata, quę in hoc corrigunt, vt niſi ſentẽtia ſuſpenſionis fuerit publicata vel etiam ſecundum Concil. Baſilien. (non tamen ſeruandum, vt prædiximus) ſi fornicarius fuerit ita notorius ex operis euidẽtia, quod nullã excuſatione celari poſſit: Ita in terminis probanit Coſmas *vbi ſupr. per totam gloſſ. præcipue in prin. & in fine*: quia licet dict. Concil. loquatur in excommunicatis, idem tamen intelligit de ſuſpenſis & interdictis, ex paritate rationis, vt idem patet eſtque prædict. Eandem ſententiam in prædictis terminis, de quibus agimus, tenent etiam Archiepiſcopus. Florentinus, Ioannes Maior, Syluester, & Adrian. quos refert & ſequitur Nauar. *in c. 1. §. laboret, num. 10. & 22. de pœnit. diſtinct. 6. &* Doct. Couarr. *vbi ſupr. dict. part. relict. §. 2. n. 10.* eamque probo: iam enim bona cauſa rigor ille ceſſauit, quia iudicatum eſt, tum ipſis concubinariis occaſionem perfricandæ verecundiæ, tum & populo laqueum delinquendi inde offerre, *ſecundum* Dominicum à Soto *vbi ſupra, &* Bartholomæum à Medina *in ſua Summa de inſtructione confeſſorum, libr. 1. §. 8. fol. 48. col. 1. ad fin.* quamuis non exceperit caſum nominatim denuntiari à iudice, vt euiteretur: id tamen eſt de per ſe notum, *per ſupradicta*, illud vero de notorio concubinario per euidentiam facti, iuxta literam Concilij Baſil. ſupra citati, non videtur nec eſt recipiendum *per ſupradicta*, ſicque ab illo huiuſmodi ſacerdote non erit prohibitum audire Miſſam, nec Sacramẽta Eccleſiaſtica recipere, ſed tantum à nominatim denuntiato, vel à ſuſpenſo publicato à ſuo Prælato. 46

Hinc † fit, perperam exiſtimaſſe Antonium de Butrio, nempe, omnem illum peccare mortaliter qui audit Miſſam à quouis ſacerdote exſtente in quocunque crimine notorio: quia licet *in dict. c. veſtra, & in d. cap. nullus*, præcipiatur, vt nullus audiat Miſſam Presbyteri, quem ſcit concubinam indubitanter habere: de aliis tamen Presbyteris qui aliis criminibus, quamuis notoriis, ſunt inculcati, nihil tale ſtatuitur: vnde ſequitur, vt qui ab illis Miſſam audiunt non peccent. Nec pro Anton. facit *tex. in cap. fin. de temporibus ordinan.* Quem ille pro ſe citat, quia textus ille loquitur de ipſis Presbyteris criminoſis, non vero de iis, qui Miſſam ab illis audiunt & ita merito præfatam Antonij de Butrio ſententiam reprobauit Alfonſus à Caſtro *lib. 1. de poteſt. leg. pœnal c. 7. in fine.*

Ex ſuperioribus † etiam; præcipuè ex decreto Con- 47 cilij Conſtantienſis atque eius litera, iam recte colligitur atque deducitur planè, licere cuicunque tam in neceſſitate quam extra, Sacramentum percipere à quocunque per ſimplicem excommunicationem præciſo ac ſi non eſſet excommunicatus, ſi tamen paratus ſit Sacramentum miniſtrare: quia cum ex ſæpè citata conciliari conſtitutione vſu Eccleſiæ obſeruata, non tenemur vitare, niſi nominatim excommunicatũ, publicatum vel denuntiatũ, pręterea & notorium Clerici percuſſorem cuius factum nullã tergiuerſatione celari poſſit, conſequitur manifeſtiſſime, hos tantum eſſe euitandos in Sacramentorum ſuſceptione & extra, non vero ſimpliciter excommunicatum: ſi tamen paratus non ſit præfatus excommunicatus Sacramentum miniſtrare, non licet eum ad id inducere, quia eſſet cauſa peccati mortalis, inducendo eum ad peccatum, ac proinde inducens peccaret; qui enim cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur, vt in regula iuris vulgari.

Hoc tamen † fallit in duobus caſibus. Primo quan- 48 do inducens eſſet in extrema neceſſitate Sacramenti. Secundo, quoties Sacerdos eſſet inducẽtis Pręlatus, vel Curatus, tunc enim huiuſmodi parœcianus inducens, vtitur ſuo iure, cum etiam poſſit eum ad hoc cogere, ac proinde non peccabit eum indicendo ad ſuſcipienda Sacramenta ab huiuſmodi Prælato vel Curato, nec hi adminiſtrando peccabunt, ſi modo per interni animi motum conterãtur, hac illuſtri inter alias ratione: quoniam cum conſulendo timoratis conſcientiis Concilium pręfatum conceſſit non eſſe vitandos ſic generaliter excommunicatos, conceſſiſſe quoque videtur ipſis excommunicatis, vt Sacramenta poſſint adminiſtrare, quãdo alias ad id tenerẽtur; alioqui non ſatis fuiſſet pœnitentibus conſultum, quandoquidem perplexitate complicarentur, ſiue Sacramentum præberent, ſiue ſecus, vndique peccatum timentes: imo poſſent ſe iuſte defendere allegantes, ſe id facere minime poſſe ſine ſcelere, quod nequaquam eſt committendum. Hanc doctrinam late probat, & tenet Domin. à Soto *in 4. ſentent. d. 1. q. 5. art. 6. pag. 106. col. 2. circa fin.* ibi, *dubium autem, & pag. ſeq. & iterum d. 22. q. 22. art. 4. p. 947. col. 1. &* Ledeſmius *in 2. 4. qu. 25. art. 5.* Victor *in ſumma, tit. de clandeſt. q. 16. & de Baptiſmo q. 19.* Nauar. *in Manual. Lat. c. 9. n. 7. in fine*: quã etiam ſententiam ſequutus eſt Mag. Pal. Concanonicus noſter Ciuitatenſ. *in d. 4. lib. ſent. in 5. & 6. diſp. 3. p. 164. col. 2. ad fin. & pag. ſeq.* Nec prædictis obſtat vltima pars Cõcilij ſupra citati, ibi *Per hoc non intendimus, &c.* quoniam in præfata ſpecie ſecundi caſus fauor atque ius parœcianorum, ſiue populi attenditur, non vero prælati excommunicati ſimpliciter: Quare Sacramenta ab eo illo tempore ſuis ſubditis miniſtrata, erunt rata, cuius viribus nihil detrahit ex-

B

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

communicatio ſimplex, *ſecund.* Inn & Sylueſt. *quos re-
ferr & ſequitur idem Mag. vbi ſupr. d. pa. 164. col.* 1. Secú-
49 do fit, vt idem Prælatus vel Curatus † è conuerſo non
ex õmunicatus, non tenebitur in Sacramentorum ad-
miniſtratione vitare parœcianos ſibi ſubditos occultos
excommunicatos, quando volunt ab eis recipere Sacra-
méta, imo ea tenetur ipſis miniſtrare, quãuis hi male-
faciant ſe illis ingerendo, hoc enim eſt quod diſponit
præfatum Conc. Conſt. Ex quo ſequitur, quod ſi excó-
municatus occultus habeat alias ius compellẽdi ſacer-
dotem, vt habet parochianus eius, petit auté Euchari-
ſtiam in publico, tenetur ei miniſtrare, ſicut occulto
peccatori: ſecus ſi occulte petatur, vt tenet in terminis
Ioan. à Med. *in ſuo cod. de reſt. q3. cauſ. 9. f. 21. col.* 2. ſecus
auté eſſet in publico & notorio excommunicato, quem
etiamſi publicè petat Euchariſtiã, parochus non debet
eidem illam adminiſtrare, etiamſi non ſit denuntiatus
aut notorius percuſſor Clerici, nó ratione cenſuræ ex-
communicationis quã non eſt prohibitus Parochus ta-
lem à diuinis excludere, ſed quia de publico peccato
50 publica debet prædere pœnitentia & ſatisfactio, quã
ſcandalũ de publico peccato & notorio tollatur, & †
ante huiuſmodi ſatisfactioné indigne ſuſciperet & tra-
deretur illi Euchariſtia, vt in notorio vſurario tradunt
51 DD. Sacramentũ † autem pœnitentiæ, quomodocun-
que ſit excómunicatus, & quomodocunque petat, non
poteſt ei exhiberi, quia abſolutio nulla eſſet, Secund.
Soto *diſtinct. 22. q. 1. art. 4. p. 947. col. 2. ad fin. Mag. ta-
men Palat. vbi ſup. in diſtinct. 5. & 6. diſp. 3. p. 160 col.* 1.
52 tenet fas eſſe † porrigere Euchariſtiã excommunicatis
dubiis (hoc eſt occultis) etiam ceſſante ſcandalo ſi non
porrigeretur, & quod de iſtis eſt ferendũ idem iudiciũ
quod de peccatore occulto, qui ſe ingerit ad perceptio-
nem Euchariſtiæ in die Paſchæ, parocho non occulto:
53 quod magis accedere videtur ad literam mentémque
D. Conc. Dubitari † tamẽ conſueuit, an curatus excom-
municatus nominatim & ſpecialiter, ante denũtiatio-
nem debeat euitari in adminiſtratione Sacramentorũ
& aliorum, ab eo, qui eius excommunicationis habet
notitiam necne? Et videbitur fortaſſis hunc vitandum
eſſe, eã nempe ratione, quod Conc. Conſtant. ſiue Baſil.
tantum corrigat vetera iura quo ad excommunicatio-
nem generaliter latam, nec quicquam mutauerit quo-
ad nominatim & ſpecialiter excommunicatione affe-
ctum, vt ex litera patet: Ergo cum antiqua iura clare ſta-
tuerint, excommunicatum, interdictum & ſuſpenſum
vitandos eſſe à quocunque, qui id ſciuerit, publicè qui-
dem ab eo, qui id ſciret publicè, ſecreto autem ab eo,
qui ſciret occulte, *vt in c. cum non homine, cum ſim. de
ſententia excom.* merito vt hoc caſu in ſuo robore per-
maneant, *argum. l. ſanciamus, C. de teſtam. & l. præcipimus,
C. de appel. cum ſim.* & in terminis hanc partem tuetur
Adrian. *in 4. ſent. in tract. de Confeſ. dubio 9. & in tract. de
Sacrament. Euchariſt. c. viſo de impedimentis, in ver. quan-
tum ad tertium, &* Ioan. à Medin. *de pœnitentia, tractatu
2. cap. de confeſſion.* exiſtimans hoc procedere maximè
in ſacris ſeu diuinis: quamuis ſuſpicetur contrariã ſen-
tentiam conſuetudine receptam eſſe. Hoc tamen non
obſtante, verior & tenenda eſt in hoc contraria ſenté-
tia, imo quod curatus, ſiue quiuis alius excommunica-
tus nominatim & ſpecialiter, ante publicationem, vel
denuntiationẽ minimè ſit vitandus, tam in diuinis quã
extra, etiam ab iis, qui notitiam excómunicationis ha-
buerint: hoc namque eſt, quod expreſſe decreuit atque
nouè prouidit Conc. Conſt. ſubueniens timoratis fi-
delium conſcientiis, quæ multis laborabant ſcrupulis
ex iſta communicatione cum occulte excommunicatis,
nempe vt nõ teneamur vitare generaliter, imo nec ſpe-
cialiter excommunicatum, niſi is, qui nominatim ex-
communicatus eſt, publicatus vel denuntiatus quoque
fuerit: is enim ſolus atque notorius Clerici percuſſor
vitandus omnino eſt, cæteri vero excommunicati
minime. Conſequitur igitur apertiſſimè, Curatum
& quemuis alium excommunicatum, etiã nominatim
non eſſe vitandum, niſi denuntiatus quoque fuerit:
Quia qui nominatim eſt excommunicatus, quandiu
non eſt per iudicem publicatus vel denuntiatus, occul-
tus excommunicatus eſt atque toleratus, ſiquidem eius
excommunicatio nondum authenticè manifeſta eſt fi-
delibus, quia quamuis nominatim facta ſit, non tamen
facta eſt denuntiatio. Et vtrumque copulatiue requirit
præfactum Conc. quod ſententia, nempe prohibitio,
vel cenſura huiuſmodi contra perſonam certam aut
locum certum à iudice publicata vel denuntiata fuerit
ſpecialiter & expreſſe: neceſſaria igitur eſt publicatio,
& denuntiatio perſonæ excommunicatæ, vt illã euita-
re teneamur tam in diuinis quam extra; nec ſatis erit
quod quis nominatim fuerit excómunicatus, niſi pu-
blicatus vel denuntiatus quoque fuerit ſimul. Excom-
municatus n. etiam nominatim, ante denuntiationem
toleratur ab Eccleſia, quia illi tolerantur, quæ ab ea nó
præcipiuntur vitari. Conc. a. ſæpè citatũ tantum præci-
pit vitari nominatim excommunicatũ publicatum vel
denuntiatũ, notoriũque oío clerici percuſſoré; hi enim
ſunt præciſi ab Eccleſia, cęteri vero tolerati. Cũ igitur
parochus excómunicat', nominatim non tamen denun-
tiatus, ſit toleratus ab Eccleſia, licite ab eodem recipi
poſſunt Sacraméta per ſubditos quãuis ſcientes præfa-
tam excommuncationé, abſolutióque ab eo pręſtita va
lida erit, nec iterũ confeſſio repetenda, quia Sacramen-
tũ impenſum eſt verè Sacramentum, cum hoc caſu ex
beneficio decreti prænotati eiuſmodi excommunicato
tribuatur iuriſdictio ad exercitium Sacramentorum,
quam alias non habebat, vel ſaltem erat ſuſpenſa quo-
uſque Eccleſia eam illi tribuiſſet in caſibus prænotatis,
quod minime eſt in fauorem excommunicatorum, ſed
fidelium ſubditorum, quamuis huiuſmodi Parochus ſic
excommunicatus adminiſtrando Sacramenta, etiã ſuis
ſubditis, peccet ſi prius contritionem cordis non ha-
buerit: parœciani autem minimè, etiamſi eum ad id in-
ducant, quia iure ſuo vtuntur, vt eſt præd. Et in termi-
nis noſtræ q. hanc ſecundam partem breuiter effica-
citer tamen, probauit Coſm. Guimier *in d. pragm. ſanct.
Gallic. in declaratione d. extrauag. ad vitandum ſcandala,
in gloſ. generaliter*, vbi cum extrauagans præfata iuſſiſ-
ſet, generaliter excommunicatum non eſſe vitandum
in diuinis, nec extra, ipſe auctor hoc ampliat, dicens
idem eſſe, ſi ſpecialiter, niſi ſententia fuerit publicata,
vt infra ſequitur in eadem extrauaganti *in verſ. niſi, &c.
ibi, à iudice publicata & denũtiata ſpecialiter & expreſſe.*
Quem refert & ſequitur Nauar. *in Manuel. Lat. c. 9. n.
7. & in d. c. 1. §. laboret, n. 13. de pœnitent. diſt. 6. aduerſus
Adrian. vbi ſupr.* Quem quoque citat, addens, quod ſu-
pra *n. 7.* retulimus, nempe quod fere omnium vſus ha-
bet, neminem ob excommunicationem, etiam ſpecia-
tim in eum latam, vitandum, donec denuntietur vitã-
ſus, *Idem* Nauar. *in d. Manuel. c. 27. n. 35.* Eandem ſen-
tentiam aduerſus Adrian. & Med. *vbi ſupr.* cum Coſm.
& Nauar. ſequitur & probat D. Couar. *in d. c. Alma ma-
ter, 1. part. relect. §. 2. n. 7. verſ. 4. ex ead. conſtit. & in §. 6.
n. 7. in verſ. ſecundum, fol. 55. & late Magiſter* Palat. *in 4.
ſentent. diſtinctio.* 18. *diſputat. 1. pag. 273. & ſequentibus.*
A miniſtris † autem præciſis ab Eccleſia, quos præfa- 54
tum Concilium Conſtant. vitandos præcipit (in duo-
bus caſibus, nempe quando quis eſt nominatim excó-
municatus & denuntiatus & prætereа notorius omni-
nò Clerici percuſſor) minimè licet regulariter recipere
Eccleſiaſtica Sacramenta, nec cum illis alio modo có-
municare in diuinis, nec extra: *vt in d. Conc. Conſtant.* ex-
preſſe cauetur; vnde confeſſio ſcienter facta Sacer-
doti,



doti, etiam proprio, excommunicato tamen, quem vi-
tare tenemur, inualida quidem erit atque omnino iterã-
da, grauiſſimóque cum peccato fit: hæc eſt omnium con-
cors ſententia, vt teſtatur bene probans D. Couar. *vbi
ſupr. dict. §. 6. num. 7. in 6. concluſione*, vbi in 7. idem rectè
exiſtimat in abſolutione peccatorum præſtita ignoran-
ti ab excommunicato iam per Eccleſiam denuntiato,
nempe eſſe inualidam, atque ideo erit confeſſio repe-
tenda, cum pœnitens huius excommunicationis ſcien-
55 tiam habuerit. Sed an † in caſu extremæ neceſſitatis li-
ceat Sacramentum Baptiſmi ſuſcipere ab huiuſmodi
præciſis, vel etiam hæreticis? quæſt. eſt apud Theolo-
gos. Quidam enim zelati ab Scoto & Palud. *in 4. diſt. 5.
q. 2. & ibi Adrian. in quæſt. de Baptiſm. art. 3.* exiſtimarunt
hoc minime licere, imo ſi ille, qui baptizari optat, adul-
tus eſt, aliúſque non adeſt miniſter, Baptiſmo flaminis
cõtentus ſit, hoc eſt legitima contritione: ſi vero pa-
ter infantis id cupiat, nec ipſe pater habeat manus, aut
linguam, vt id munus exſequi valeat, nec alius ſit mini-
ſter præter præciſum, potius debet, inquiunt ipſi, illum
mori permittere æternaliter periturum, quam illo vta-
tur miniſtro: quia vbi non eſt niſi præciſus, perinde
eſt ac ſi nullus adeſſet. Hæc illi.

O immanis atque crudelis ſententia, & quam nullum
ſcriptorum exiſtimo tenuiſſe. Nam nominatim citati
ad hoc in margine Scoti, *prout ſunt Ric. in 4. diſt. 5. art. 3.
& S. Thom. ibid. q. 2. art.* 2. contrarium expreſsè probant,
& in contrarium eſt etiam expreſſa ſententia D. Augu-
ſtini *lib. de vnic. baptiſ.* refertur *in c. ſi quem forte, 24. q. 1.*
vbi quendam laude commendat, qui in articulo mor-
tis baptiſmum ab hæretico petiit atque ſuſcepit: id quod
& in noſtris terminis omnes Theologi moderni proba-
runt, præcipuè Dom. à Sot. latiſſime ibid. *d. 1. q. 5. art. 7.
pag.* 108. *col. 2. & pag. ſeqq.* reſoluens, vniuerſos morta-
les, nemine excepto, miniſtros eſſe Baptiſmi in extre-
ma neceſſitate, ſi modo defectus naturæ non obeſt. Nã
vt ait Scotus *diſt. 6. q. 1.* cum tria ſint ad Baptiſmum ne-
ceſſaria, materia, forma & intentio, & manum habere
debet, qua aquam aſpergat, linguam qua formam pro-
ferat, & ſanam mentem, qua id facere intendat, quod
Eccleſia iubet: his autem concurrentibus, omnes in ar-
ticulo extremæ neceſſitatis poſſunt baptizare abſque
peccato Quo fit, vt adultus præfatus, de quo modo me-
minimus, debeat ſuſcipere, imo tenetur, ſi tunc poteſt,
ſuſcipere Baptiſmum à præciſo ab Eccleſia, ſi alius eiuſ-
dem Sacramenti miniſter non adſit, & caſus extremæ
neceſſitatis, vt mortis, concurrat, vt cũ Scoto & Adrian.
reſoluit Soto *vbi ſupr.* Id quod etiam probauit Melch.
Cano in relectione *de Pœnitentia, 5. part. fol. 30. & Victo-
ria in ſumma, tit. de baptiſ. q. 29. ad fin.* vbi quod poſſunt &
tenentur à prædictis hæreticis, & excommunicatis hu-
iuſmodi, præciſiſque Baptiſmum ſuſcipere. Sequitur
etiam D. Couar. *vbi ſupr. n. 8.* dicens eſſe communem
Theologorum ſententiam, Sacramentum Baptiſmi in
caſu neceſſitatis poſſe ſuſcipi ab hæretico & excommu-
nicato, & Nauar. *in Manuel. lat. c. 21. n. 7.* vbi quod Bapti-
ſmus collatus à quocunque, ſiue mare ſiue fœmina, fi-
deli, vel infideli, cum intẽtione faciendi quod facit Ec-
cleſia, valet *vt in c. quicunque, & in c. à quodam Iudeo, cap.
conſtat, cap. mulier, de conſecrat. diſtinctione 4. idem* Nauar.
*in c. 1. §. laboret. n. 5. de pœnitentia, diſt. 6.* vbi quod Stepha-
nus Cornel. Auguſtin. & tota Eccleſia contra Cyprian.
definiuit, licitum eſſe ab hæretico in neceſſitate Bapti-
ſmum accipere, vt teſtatur Gratianus *in cap. præter, ſub
finem, 32. diſt. & F. Alfonſ. à Caſt. l. 3. aduerſus hæreſes in
princ. in 6. hæreſ. Nouiſſime* Michaël de Palatio *in præfatis
5. & 6. diſtinctione, diſputatione 2. 3. concluſione, p.* 160. *&
ſequentib.* Nec his oberit Concilium Conſtant. quoniã
ipſum non loquitur in caſu neceſſitatis, qui lege non
conſtringitur, ſicque moderari iure debet, vt non pro-
cedat in caſu extremæ neceſſitatis In Sacramento Ba-
ptiſmi, adeo neceſſario ad noſtram ſpiritualem ſalutem.
Ingens † tamen controuerſia eſt. *An ſicut Baptiſmus* 56
*licitè recipi poteſt in articulo mortis à quocunque, etiam
præciſo, Iudeo, hæretico & infideli, vbi alius miniſter deeſt,
ita etiam idem ſit dicendum in Sacramento Pœnitentiæ: cum
ſit quoque neceſſarium ad ſalutem:* vt in Concilio Tri-
dent. cauetur *ſeſſione 14. c. 1. & canon. 6.* Et primo videtur
idem eſſe tenendum in Sacramento Pœnitentiæ, nem-
pe vt tempore extremæ neceſſitatis, hoc eſt, in articulo
mortis, licitum ſit confiteri cuicunque etiam præciſo,
hæretico & ſchiſmatico Sacerdoti, abſolutionémque ab
eiſdem præſtitam hoc caſu validam eſſe: & ita hæc duo
Sacramenta æquiparat in propoſito tanquam neceſſa-
ria *gl. in verb. Baptiſmum paruulum, in c. non eſt vobis, de
ſpon.* ibi, *vnde etiam neceſſitate poſſunt recipi ab hæretico:* cu-
ius ſententiæ hæc ſunt fundamenta. Primo, quia non
eſt credendum, Eccleſiam excommunicantem hæreti-
cum ſacerdotem, voluiſſe etiam ſub mortis articulo pœ-
nitentis in caſu extremæ neceſſitatis, vbi alius confeſ-
ſor deeſt, eum priuare iuriſdictione in foro animæ, quã
quilibet Sacerdos iure diuino habet, ne vt puniat hæ-
reticum, priuet Catholicum morientem hoc caſu ſub-
ſidiis vitæ æternæ, quæ illi poſſunt prouenire ex Sacra-
mento pœnitentiæ: quandoquidem ſalubrius agitur
cum Catholico filio ab Eccleſia pientiſſima matre ſua,
ſi hoſti hæretico permittat illum tunc abſoluere, quam
ſi claudat viſcera ſua, vt etiam tunc hæreticum priuet
iuriſdictione abſoluendi: ſi enim iuxta legitimas ſan-
ctiones ſatius eſt nocentem impunitum relinqui, quam
innocentem damnare, *vt in l. abſentem, verſ. ſatius, ff. de
pœnis, l. 9. tit. 31. part. 7.* æquius erit, atque potiori iure
permittendum Catholico tunc in tanta neceſſitate ſpi-
ritualis vitæ conſtituto ſuffragari pœnitentiæ Sacra-
mento, quam hæreticum punire, non permittendo il-
lum vti tunc iuriſdictione in foro animæ.
Secundo, quia † etſi contritio interior ſatis tunc ſit, 57
deficiente confeſſario habili, cum voto Sacramenti,
quandó fas fuerit, & copia confeſſarij dari contingat,
attamen difficile ſatis eſt, cõtritione illo tempore poti-
ri, ſaltem legitima atque ſufficienti; falluntur enim ple-
rúmque pœnitentes, qui ſibi gratulantur ex contritio-
ne, quæ fortaſſis eſt tantum attritio: neceſſarium igi-
tur erit Sacramentum pœnitentiæ, vt de attrito reddat
contritum & ſic ſaluetur moriens.
Tertio † probatur hæc eadem ſententia, *argumento* 58
*tex. in c. quamuis, de ſententia excommun.* vbi traditur *ex-
communicatum abſoluendum eſſe in mortis articulo à quo-
libet ſacerdote* (ſicque non arctatur illic abſolutio eo ca-
ſu magis ad non præciſos, quam ſoluatur ad præciſos)
idem probatur *in c. quod de his, & in c. non dubium, ead.
tit.* & eſt ſententia communis Theologorum, quam pro-
bant Palud. *in 4. ſentent. diſtinct. 20. quæſt. 1. art. 2.* Durand.
*diſtinct. 19. q. 2.* ſenſit. S. Thom. ibi. *q. 1. art. 3. & diſt. 20. q.
2. art. 1. ad ſecundam quæſtionem*, Melch. Cano *in ſua præ
lect. de Pœnitentia, 5. p. fol. 30. col. 3.* vbi id inquit à Chriſto
& Apoſtolis eſſe inſtitutum, Nauar. *in Manual. Latin.
c. 27. n. 271.* quod clarius omnibus iuribus antiquis, &
doctoribus definitur hodie in Sacro Concil. Trident.
*ceſſ. 14. cap. 7.* in hæc verba: *Veruntamen pie admodum, ne
hac ipſa occaſione aliquis pereat, in eadem Eccleſia Dei
cuſtoditũ ſemper fuit vt nulla ſit reſeruatio in articulo mor-
tis, atque ideo omnes Sacerdotes, quoſlibet pœnitentes à qui-
buſuis peccatis & cẽſuris abſoluere poſſint,* quod adeo pro-
cedit, vt etiam hæreticus moriens ſi Epiſcopus & † In- 59
quiſitores deſint, abſolui poſſit à quolibet Sacerdote,
vt in Concil. Arauſicano. *c. 2. probatur, & in cap. his qui
tempore, cum ſequent. 26. q. 6. & præterea in d. decret. Conc.
Trid.* vt in terminis ex his aduertit D. Simanc. *de inſtit.
Catholic. tit. 3. num. 3.*

60 Nec Concilium † Conſtantin. excipiens prædictos duos caſus, quibus non licet communicare cum excõmunicatis, tam in diuinis, quam extra, huic opinioni obſtat, quippe, qui in eo non loquatur, ſed regulariter: at vero caſus neceſſitatis lege non conſtringitur. Quare intelligi & reſtringi debet iuxta ius commune, quo vt prędiximus, in articulo mortis quilibet Sacerdos auctoritatem habet abſoluendi morientem: ſicut enim excipit prædictos duos caſus iuxta canonicas ſãctiones, excepiſſe quoque videtur & noſtrũ, cum etiam is à canonicis ſanctionib. ſit exceptus. Non etiam obeſt, ex ſuperiorib. tantum concludi, excommunicatos abſoluendos eſſe in mortis articulo à quocunque ſacerdote, non vero è conuerſo, qui eſt noſter caſus, nempe vt præciſi, hæretici & excommunicati abſoluere poſſint à peccatis Sacramentaliter conſtitutũ in mortis articulo, alio idoneo miniſtro deficiente; Cum etſi generaliter loquatur D. decretum Sac. Conc. Trid. de omnibus ſacerdotibus, reſtringendum videatur de habilitate, & ſic de illis, qui iuriſdictionem in actu habent, non vero ſuſpenſam vel extinctam, prout eam habent excommunicati & hæretici, ceterique præciſi ab Eccleſia reſpectiue: Nam reſponſio in promptu eſt, quia ſi excommunicatos, vt recipiãt abſolutionis gratiã, Concil. admittit, cur non vt excommunicati ſacerdotes illam impẽdant? Nam ſi ſub neceſſitate corporali vel ſpirituali licitum eſt cum excommunicato communicare, vt eleemoſynam extremè indigenti præſtet, & conſilium ad dirigendam conſciẽtiam ſuſcipere, & præterea ad vtilitatem communicantis, & aliis pluribus caſibus, vt omnes fatentur, cur non idem erit à fortiori dicendum pro neceſſitate animæ
61 ſalutis? Et ita † hanc primam ſententiam affirmatiuam probauit Palud. *in 4. ſententiarum, diſt. 25. q. 1. &* Sylueſter *in ſumma, verb. confeſſor, 1. §. vltim. &* Maior *in 4. ſententiarum, diſtinct. 17.* Victoria *in ſua ſumma tit. de clauib. quæſt. 17.* dicens, quod re vera de excommunicatis Catholicis non dubitat, quin in articulo mortis poſſint Sacramentum pœnitentiæ miniſtrare, & idem ſibi probabile eſſe de hæretico, à quo periculum non timetur, & qui non errat in articulo Sacramenti pœnitentiæ. Eandem ſententiã, late de ipſius veritate diſputãs, opinatur ſatis defendi poſſe, tametſi contrariam communem Theologorum eſſe referat, Melch. Can. *in relect. de pœnitentia 5. part.* dicens eſſe probabilem in hæretico præciſo ab Eccleſia, ſi abſque periculo fidei recipi ab eo poſſit Sacramentum pœnitentiæ: à Catholico tamen excommunicato, etiam nominatim, in articulo mortis non ambigit. Cum eadem tranſit D. Couarr. *in c. alma mater, 1. part. §. 6 nu. 8. de ſenten. excommun. lib. 6.* dicens, ea ratione defendi poſſe, quod quilibet ſacerdos in mortis articulo iure diuino habeat auctoritatem abſoluendi. Eandem neruoſe probat Palat. *in 4. ſent. in 5. & 6. diſtinct. diſp. 6. 2. & 4. concluſ.* præcipuè *pag. 165. & ſeqq. vſque in fin.* vbi limitat, quando pœnitens timeret, quod hæreticus eum in prauam ſectam induceret, hoc eſt, in ſuam hæreſim, nam tunc abſtinendum ſibi eſt ab huiuſmodi confeſſione, niſi ea fortitudine mentis polleat, ex qua putet probabiliter pœnitens repugnandum, & non eſſe credendum hæretico, nam ſi aliud arbitraretur, teneretur prorſus illi non confiteri; quod ſi confiteretur, confeſſio eſſet irrita; non ex defectu iuriſdictionis, ſed quia in crimine eſſet celebranda. Quam limitationem ſenſit prius Victor. *vbi ſupr.* atque etiam Couar *loco citato.* Eandem partem ſequitur nouiſſimè F. Ioſeph Ang. *in ſuis Floribus Theologicarum q. in 1. part. in qu. de confeſſion. p. 216.* exiſtimans, eſſe definitam in præallegato decreto Concil. Tridentin. reſpectu ſacerdotis excommunicati, etiam denuntiati: admonet tamen eſſe intelligendum caute, ſcilicet, deficiente Sacerdote non impedito: idémque probat in degradato, hæretico, & apoſtata ſacerdote, dummodo habeat intentionem faciendi quod Romana Eccleſia facit; quia Conciliũ præfatum Tridentin. indiſtincte loquitur, dicens, in articulo mortis omnes Sacerdotes, quoſlibet pœnitentes abſoluere poſſe à quibuſuis peccatis & cenſuris: & hæc ſententia magis conſtare poteſt, quia ſi omnis ſacerdos habet iuriſdictionem à iure diuino abſoluendi in articulo mortis ab omnibus peccatis & cenſuris, vt multi graues auctores tenent, non aufertur huiuſmodi iuriſdictio, ſed nec Eccleſia poſſet illam auferre: ſi autem talis illa iuriſdictio in mortis articulo eſt ab Eccleſia, & à iure humano, vt alij auctores credunt, piam matrem Eccleſiam non eſt credendum eam auferre in caſu præd. cum Sacramentum pœnitentiæ ſit neceſſarium ad ſalutem, & medio neceſſario filium priuare, de nulla matre niſi nouerca ſit, credi poteſt.

Contrariam † tamen ſententiam alij tuentur, imo 62
quod etiam tempore neceſſitatis, quamuis ab excommunicato præciſo, hæretico, ſchiſmatico & quouis alio quocunque Sacerdote poſſit recipi Sacramentum Baptiſmi, non tamen pœnitentiæ, nec Sacramentalis abſolutio ob defectum iuriſdictionis, quæ cum ſit neceſſaria ad abſoluendum, per excommunicationem eiuſque denuntiationem eſt omnino extincta. Secundo ne hæreticus in prauam ſectam & deſperationem pœnitentem inducat atque in ſuum errorem collabi faciat, prout fecerunt Iudæi cum Iuda proditore, cum ei pœnitenti dixerunt; Quid ad nos? tu videris: vt probat gl. *in c. præter, verſ. ſed agentibus, & in verb. per manus, ibi, vel dic. 32. diſt.* Deinde in hanc partem adduci ſolet S. Thom. *in 4. ſent. diſt. 17. q. 3. art. 3. quæſt. 1. ad ſecundum, & diſtinct. 19. quæſt. 1. artic. 2. ad tertium, & 3. part. qu. 82. art. 7. ad ſecund.* Et eam expreſſe probat atque defendit Ioan. à Medin. *in tractat. 2. de Pœnitentia, capit. 2, cui debeat fieri cõfeſſio, verſ. aliud,* & eſſe communem Theologorum ſententiam fatetur Melch. Can. *vbi ſupr. pag. 31. colum. 1. in verſ. at ſi quis communem ſequi velit, & præterea* Victor. *vbi ſupra.* Eandem Canoniſtę probarunt *in dict. cap. non eſt vobis. de ſponſalibus,* vbi Præpoſit. *n. 10. circa finem* teſtatur, gloſſam contrariam ibi, iam ſupra pro priori parte citatam, communiter reprobari, ſequutus hanc ſecundam & Nauar. *in capitul. 1. in princip. num. 87. de pœnitentia diſt. 6. & iterum in Manual. Latin. cap. 26. num. 26. dicens gloſſam contrariam communiter reprobari, & gloſ. dict. cap. præter, eſſe communiter approbatam.* Hanc etiam ſequitur Cordub. *in ſuo tract. de caſos de conciencia, quæſt. 18. in 2. punct. in 1. dicto, in verſic. Tambien digo.*

Quid † tenendum in re hac admodum difficili? Ego 63
profecto (ſub aliorum rectius ſentientium cenſura) exiſtimo diſtinguendũ inter excommunicatum denuntiatum, vel omnino notorium clerici percuſſorem, (nam de non denuntiato vel de occulto, non eſt dubium, quin vitandus non ſit, vt ſupra non ſemel admonuimus,) & hæreticum: ſchiſmaticum, & alios omnino præciſos, in priori etenim ſpecie, nempe in excommunicato denuntiato, vel notorio omnino Clerici percuſſore, veriorem & certiſſimam atque tenendã exiſtimo priorem ſententiam, vt is in articulo mortis, alio legitimo deficiente miniſtro, poſſit audire pœnitentẽ iam moriturũ, ipſúmque abſoluere, atque proinde tam confeſſio quam abſolutio valida ſit, & non iteranda, per omnia ſupra adducta pro hac parte, quod in hoc caſu bene concludunt, præcipuè præfatũ decretũ Conc. Trid. *ſeſſ. 14. c. 7.* dũ vniuerſaliter loquitur, nullum excipiendo: quilibet enim ſacerdos habet auctoritatem iure diuino abſoluendi in mortis articulo conſtitutum, ſecundum probabiliorem ſententiã: nec enim eſt dare cauſã, quare fidelis in articulo mortis, præſente ſacerdote Catholico, quamuis excõmunicato & denuntiato, priuetur Sacramento neceſ-
ſario



ſario ad ſalutem iure diuino: nec eſſet minus intolerabile prohibere abſolutionem in articulo mortis hoc caſu, quam reſeruare caſus: hoc autem eſt contra determinationem Eccleſiæ: ergo & illud non eſt tolerandum, præſertim cum communiter homines illo tempore habeant attritionem. Præterea ſicut Sacramentũ Baptiſmi eſt neceſſarium ad ſalutẽ, ita & pœnitentiæ Sacramentũ eſt neceſſarium, non ſolum neceſſitate præcepti, ſed etiam neceſſitate medij: Ergo ſicut illud poteſt ab excommunicato recipi, vt eſt prædicta & hoc, & ita vltra ſupra allegatos hanc ſententiam probauit Naua. *in Manual. Lat. c. 27. n. 271.* ex ſuprad. decret. Concil. Trid. & quia probabiliter credi poteſt, piam matrem Eccleſiam non auferre excommunicato huiuſmodi, nec ſuſpendere iuriſdictionem quoad mortis articuli tempus quamuis ante prædict. Concil. communis contra tenuerit, quam ipſe Nauar. quoque, immemor tamen præd. Concilij, ſequutus fuit, *cap. 26. num. 26. in d. Manual.* Atque
64 idem † eſſe omnino exiſtimo fortiori ratione in hæretico ante declarationem vel condemnationem Eccleſiæ, ſiue iudicis competentis, quandoquidẽ hunc etiam extra articulum extremæ neceſſitatis, ſupra reſoluimus
65 non eſſe vitandum: In quibus † mihi placet ſententia Magiſtri Palat. vbi ſupra aduerſus Sylueſt. non ſolum nempe validam eſſe confeſſionem, abſolutionémque Sacramentalem à præd. præſtitam, ſed imo teneri ſic in mortis articulo conſtitutum confiteri eidem, alio non impedito deficiente, & quod ipſe miniſter ſic adminiſtrando non peccet, ſi tamen reſipiſcat, & animo decernat iam Eccleſiæ parere mandatis, vt excommuni-
66 cationem excutiat à ſe ipſo. Addit † præterea hoc eſſe ſpeciale in duobus prænotatis Sacramentis, propter eorum neceſſitatem, ſecus vero in ceteris, vt tenuit prius gloſ. *in d. c. non eſt vobis, de ſponſalib.* Articulus autẽ mortis in propoſito quis dicatur, videndi ſunt Syueſt. *verb. confeſſor, 1. § ſexto,* Nauar. *in Manual. cap. 27. num. 171.* Cordub. *in ſuo tractatu de caſos de conciencia. quæſt. 18. in 4. dicto aduerſus* Dominic. *à Soto in quarto, diſtinct. 18 qu. 4. artic. 4.*

67 In ſecunda † ſpecie, nempe in hæretico, ſchiſmatico & ſimilibus omnino ab Eccleſia præciſis & declaratis, exiſtimo veriorem eſſe & tenendam communem ſententiam negatiuam ſupra poſitam, vt eiſdem minime licitum ſit, confiteri, nec ab eis abſolutio præſtita valida exiſtat, ſed potius nulla: tum ex fundamentis ſupra pro hac eadem parte adductis: tum etiã quia huiuſmodi omnino præciſi ab Eccleſia, de quib. eſt præſens ſermo, nullam habent iuriſdictionem, quia extincta eſt, quam ante condemnationem habebant: tum præterea propter maximum periculum, ne pœnitentem hæreſi coinquinent: quia licet aliquod ita fortis mente eſſe poſſit, & ſibi talis videatur, vt hoc euitet, plerũmque tamen vt plurimũ in huiuſmodi articulo mortis conſtituti, cum in extremis laborẽt, non ita cauti eſſe poſſunt, vt omnia attente circumſpiciant, ſicque veneno hære-
68 tici, ſaltem latenti, infici poterunt. Præterea † cum dicat ſcriptura, *Qui amat periculum peribit in illo, Eccleſ. c. 3. c. ad audientiam, de homic. & c. iuuenis, de ſponſal.* exponens namque ſe periculo probabili peccandi, peccat, & tale quidem peccatum, quale periculum eſt, vt probat S. Thom. *d. quolib. 8. art. 13.* Nauar *in c. qualitas, n. 18. de pœnit. diſt. 5* non licebit etiam in articulo mortis Sacerdoti hæretico confiteri, præſertim quod maxime timendum ſit ab hæretico & apoſtata, quod intentionem non habeat legitimam abſoluendi: recte igitur communis ſententia prohibuit Sacramentum pœnitentiæ ab hæretico, & ſchiſmatico eſſe recipiendum: quod etiam, quamuis dubius, probare videtur Dominicus à Soto *libro quart. ſententiarum diſtinct. 18. quæſt. 4 artic. 4. pag. 811. in 1. & 2. column.*

Quod ſi exquiris rationem differentiæ inter Sacerdotem excommunicatum, vel notorium omnino Clerici percuſſorem ex vna parte, hæreticum condemna- 69
tum † vel apoſtatam, vel ſchiſmaticum ex altera, ea in promptu eſt: ille namque quamuis ſuſpenſam habeat iuriſdictionem propter excommunicationem, membrum tamen Eccleſiæ eſt per fidem informem, quamuis manente excommunicatione ab Eccleſiæ communione ſegregatus ſit, vt late probat D. Couar. *in dict. cap. alma mater, in initio 1. partis, n. 6.* At vero hæreticus, apoſtata, & ſchiſmaticus non ſolum vſu iuriſdictionis ſuſpenſi ſunt, verum etiam iuriſdictionem eradicata fide funditus amiſerunt, cum non ſint membra Eccleſiæ nec fidem habeant: quandoquidem fidem Catholicam, quam profeſſi fuerant, violarunt atque ſuſceptam per apoſtaſiã deſeruerunt: ergo ſi alius inueniri nequeat Sacerdos in articulo mortis, perinde erit tunc iudicandum, ac ſi nullus eſſet, & moriturus contritionem peccatorum quam magnam poſſit, habere intendat.

Et quod hæreticus vere de Eccleſia non ſit, probatur primo, quia hæreſis diuiſionem ſignificat: ideóque dicuntur hæretici; quia diuiſi ſunt ab Eccleſia. Secundo † ex D. Matth. ibi, *ſi Eccleſiã non audierit, ſit tibi tanquã* 70
*Ethnicus & Publicanus*: Ergo ſicut Ethnicus non eſt in Eccleſia, ita neque hæreticus. Tertio, quia vt inquit Apoſtolus, *vnus Deus, vna fides, vnum Baptiſma*: hæreticus igitur, qui non manet in vnitate fidei, non eſt in Eccleſia Dei. Sed, & aliis pluribus auctoritatibus id comprobat D. Siman. *de inſtit. Cathol. tit. 24. n. 42.* Accedit præterea quod † maiores noſtri in 4. Concil. Tolet. 71
dixerunt. *Non poteſt erga homines eſſe fidelis, qui Deo extiterit infidelis*: quamobrem iure laudatur Theodoric. Afer, qui cum Diaconum haberet orthodoxum à ſe admodum dilectum, & in Arianiſmum conuerſus eſſet, vt eidem Theodorico faueret, gladio eum interemit, dicens: Si Deo fidem ſinceram non ſeruaſti, quomodo mihi, qui homo ſum, conſcientiam ſanam præſtabis: vt referunt Theodor. *libr. ſecund. hiſtoriæ Tripart. c. 22.* Niceph. *libr. 16 hiſt. Eccleſ. c. 3.* Zonar. *tom. 3. Annal. in imperio Anaſt.* D. Simanc. *de Inſtit. Cathol. tit. 46. n. 60.* Ergo veriſimiliter timendum eſt, quod ſi moriens illi confiteatur, intentionem non habeat legitimam abſoluendi: quinimo maximè verendum, quod virus in pœnitentem euomat; quare merito, quod etiam in extrema neceſſitate non liceat confiteri hæretico, qui quidem per propriam culpam ab Eccleſiæ vnitate diuiſus eſt, *vt in c. ſane, 19. qu. 7.* vt præter ſupradict. probauit etiam in noſtra ſpecie Nauar. *in c. 1. §. laboret, n. 2. & 7. de pœnit. diſtinct. 6. vbi num. 8.* idem exiſtimat in ſchi- 72
ſmatico illo, qui † putat Eccleſiam alibi eſſe vel eſſe poſſe, quam penes Petri ſucceſſorem, is enim hæreticus eſt, *vt in capit. ſchiſma, 24. quæſt. 1.*

Sic Hermenegildus Rex, filius Leuuigildi Regis olim Hiſpaniæ, qui ob Catholicæ fidei profeſſionem ab hæreticis in carcerem coniectus, maluit oppetere mortem, quam communionem ſacram è manibus Epiſcopi Ariani ſumere, vt habetur in ſua hiſtoria apud Beat. Greg. Magn. *in ſuis dialogis lib. 3. refertur in capit. fin. 24. quæſt. 1.* Idem ſentit Medin. *in ſua ſumma, Inſtruction. de confeſſores vulg. nuncupata, ad fin. c. 19. in princip.* dicens idem quod Soto vbi ſupra, nempe quemlibet ſimplicem Sacerdotem, Catholicum tamen abſoluere poſſe pœnitentem in articulo mortis: Ergo hæreticus, cum Catholicis minimè ſit, hoc miniſterio vti non poterit. Dum † ergo Concilium Tridentinum ſupra cita- 73
tum diſponit *in articulo mortis omnes Sacerdotes, quoſlibet pœnitentes abſoluere poſſe, &c.* intelligendum eſſe videtur (ſalua cenſura S. matris Eccleſiæ) de Sacerdotibus Catholicis; ſecus de hæreticis pro talibus ab Eccleſia declaratis & denuntiatis.

Ex ſuperiorib. iam ſatis perſpicuè deducitur intelle-
ctus *ad text. in c.ad probandum , de ſententia & re iudic.*
vbi probatur, quod ſententia lata à iudice publicè ex-
communicato, eſt nulla : idem probat *tex.in c.exceptio-*
*nem,ad fin. de except.* Et quamuis *in d. c. ad probandum,*
dicatur, ſententiam eſſe infirmandam atque caſſandam,
ſicque innuatur eſſe validam: gl.tamen ibi, *in verb. caſ-*
74 *ſata*, intelligit, † id eſt caſſa & irrita nuntiata : eſt igitur
nulla ipſo iure ſententia lata à iudice publicè excom-
municato, vt ibi reſoluunt DD. & late probat plures ita
tenentes allegans Sebaſt.Vatant. *in tract.null.in rubr de*
*null.ſent.ex defect.iuriſdict.ordinar. numer.137.p.225. &*
*ſequent. & iterum in rubric. de nullitat. ſentent. ex defectu*
*iuriſd.deleg.nu.61.pag.287.* Quod † nedum procedit in
75 ſententia iudicis delegati publicè excommunicati , *de*
*quo loquitur d.c.ad probandum*, ſed etiam iudicis ordina-
rij eodem modo excommunicati , vt probatur *in dict.*
*capit.exceptionem,in fine*, quod generaliter loquitur, eſt-
que magis communis ſententia ſecundum Ioannem
Oroſc. *in l. & quia, numer.47. ff. de iuriſdictione omnium*
*iudicum* , dicentem , quod deciſio Rotæ 24. *in antiquis,*
quæ contrarium probat , non eſt recepta. Idem tenet
atque profitetur Antonius de Padilla *in l.1 num. 52. C.*
*de iuris & facti ignorantia.*

76 Hæc namque † omnia intelligenda ſunt hodie pro-
cedere , quando huiuſmodi iudex, qui protulit ſenten-
tiam , erat nominatim excommunicatus & denuntia-
tus, vel notorius omnino Clerici percuſſor ; Hi namque
excommunicati in præfatis duobus caſibus ſunt , qui
iuxta formam atque tenorem Concilij Conſtantienſ.
vſu Eccleſiæ recepti, præcipiuntur vitari, non vero cæ-
teri, ſiue generaliter vel ſimpliciter excommunicati, ſi-
ue nominatim tantum, ſi non ſint publicati vel denun-
tiati, vel etiam notorius excommunicatus , præter no-
torium omnino Clerici percuſſorem : hos namque vl-
timos vitare non tenemur, vnde ſunt tolerati ab Eccle-
ſia, ſuóque officio vti poſsũt, & valida erũt geſta per eos
ratione publicę vtilitatis, *arg. l. Barbarius Philippus, ff.*
*de offic. præt.* Et ita in terminis , quamuis non allegent
dict. Conc. Conſtant. tenent, & probant Felin. *in c. Re-*
*dolph.n.39.de reſcrip.& in c.ſi.in fine,de except.& in dict.*
*cap.ad probandum, col.3. verſ. adde etiam, n.5.* & Decius
*conſ.522. in cauſa electionis, n.13.* eoſque referens Vant.
*vbi ſupr.in dict.rubr.de nullit. ſentent.ex defectu iuriſdict.*
*delegat.num.65. & Magiſt.* Palat *in 4.ſentent.diſtinct.18.*
77 *diſput.4.in prin.verſ.porro pag.347. colum.2.* vbi † quod
tunc dicitur nominatim declaratus , quando in Paro-
chia excommunicati publicatur illum eſſe excommu-
nicatum, vel in concione publica, vel à parocho publi-
cè euulgatur coram plebe illum eſſe excommunicatum,
vel à Notario Epiſcopi , vel aliis : quæ omnia ex ſupra
87 late addactis comprobantur. Vnde † *gloſ.dict.cap.exce-*
*ptionem, verb.publicè*, dicens, *publice latam intelligi ſen-*
*tentiam excommunicationis, ſi iudex eam tulerit in loco vbi*
*publicè iudicare conſueuit, præſentibus officialibus ſuis , &*
*partibus , vel altera abſente per contumaciam* , hodie non
procedit , nec talis publicatio ſufficit , cum ipſa debeat
fieri in Eccleſia , denuntiando illum eſſe publice ex-
communicatum, vt ſupra cum Coſ. & aliis reſoluimus.

79 Iudex † igitur occultè excõmunicatus his modis, qui-
bus eum à nominatim & publicè excommunicato di-
ſtinximus, bene poterit ſuo officio vti validáque erunt
ab ipſo geſta pronuntiata , fauore iuris publici, publi-
cæque vtilitatis, vt ſupr. aduertimus : cum enim tolera-
tus ſit ab Eccleſia, & communiter reputetur ab omnib.
pro non excõmunicato, non debemus eum vitare, *vt in*
*d.l.* Barbarius Philippus, *& in terminis probãt gl.& doct.*
*in d.c.exceptionem, & in d.c.ad probandum, &* Sylu. *late*
*in ſua ſumma, verb.excommunica.3.n.3.4.& 5.eſtque com-*
*munis opinio, vt cum* Richard. *in 4. ſent.diſtinct.18. art.7.*
*q.1.in reſponſ.ad ſecũdum, & aliis teſtatur* Victoria *in ſua*
*ſumma, titul.de excom.q. 16.in verſ.occulte autem excom-*
*municatum,* Selua *in tract.beneficij,4 part.quæſt.4.num.30.*
*volum.15.tract.diuerſ.doct.fol.54.* quam late probat Alf.
à Caſt. *lib.2. de poteſt.leg pœnal. 15. & vltimo in verſ.*
*alterum, quod circa occulte excommunicatos, col.1920. &*
*ſequent.* vbi ampliat, etiamſi † poſtea manifeſtetur illum 80
fuiſſe excommunicatum quando illud fecit : † qui inde
etiam probat cum Innoc. *in c.1.de ſchiſmat.aduerſ.gloſſ.*
*in cap.ab excommunicat.9. quæſt.1.* quod recipiens ordi-
nes ſacros ab occultè excommunicato vel ab hæretico,
ſi ab Eccleſia erat toleratus , non ſolum recipit Sacra-
mentum , ſed Sacramenti exſequutionem, vnde etiam
poſtquam ſibi id conſtiterit, poterit actus illius ordinis
exercere abſque diſpenſatione: quamuis contrarium, &
ſic cum gl. *in d.c.ab excommunicato*, teneat Petr. de Palu.
& eum referens Beat. Ant. *in tract.de excommunic.c.76.*
*n.23.vol.16.tract.diuerſ.doct.fol.223.*

Quæ † communis ſententia Ricardi & aliorum, vt 81
indiſtinctè & generaliter omnes actus ab occultè ex-
communicato geſti , ſiue ſint ciuiles, ſiue ſpirituales,
ſint validi, magis placet Caſtro vbi ſupra colum.1922.
quam diſtinctionem Innoc. & Abb. *in cap.veritatis , de*
*dolo & contum.* tenentium, omnes actus occulti excom-
municati valere, ſi non ſunt ſpirituales, ſecus ſi ſint ſpi-
rituales, vt electio; quam plures referens ſequitur Selu.
*vbi ſupra num 33.* Sed nihilominus prædicta communis
ſententia Ricard. & aliorum verior videtur & tenenda,
præmaximè attentis prædictis Conciliis Conſtantienſ.
& Baſil. *in verb.ſup.citatis.*

Ex quibus † rectè infertur ad deciſionem quæſtionis 82
difficilis & in iure controuerſæ : *An ſcilicet iudex occul-*
*te excommunicatus, ac proinde toleratus ab Eccleſia, vt in*
*exemplis ſupra fictis, poſſit alterum excommunicare, & an*
*ſententia excommunicationis , vel alia ab eo lata , ſit vali-*
*da? gloſ. etenim, in ſumma 24. qu.1. negatiuam ſententiam*
*probauit, & gloſ.in cap.infamis.gloſ.fin.3. q.7.idem voluit,*
*item* Anchar. & Francus *in cap. pia, colum. 3. de except.*
Anton. & Imol. *in c. ſciſcitatus, de reſcript. quos & alios*
*referens eam magis communem teſtatur* Doct. Couarr. *in*
*dict.cap.alma mater, 1.part.relect.§.11. num.4.de ſentent.*
*excomm.lib.6.quamuis ipſe contrarium probet, vt infra di-*
*cemus. Eandem communem ſequitur ſimpliciter* Iacob. de
Lign *in tractat.de cenſur. Eccleſiaſt.§.22 nu.4. in fine, vo-*
*lum.16.tract. diu. doct.fol.240. Probat etiam* Sylu. *in ſum-*
*ma verb. excommunicatio, 1. num.6. circa finem, &* F. Io-
ſeph Angles *in ſuis floribus Theolog. quæſt. titul. de ex-*
*commun.art.4. de his, qui poſſunt excommunicare, 2.concl.*
*pag.49.*

Verum contraria ſententia, & ſic affirmatiua, verior
eſt procul dubio , & tenenda , nempe , quod quandiu
quis ignoratur eſſe excommunicatus, excommunicatio
ſeu alia ſententia eius, & alij actus teneant ex ſupradict.
circa intellectum *d. c. ad probandum, de re iudicat.* & præ-
terea, quia cum hæc ſint de iure poſitiuo, non cenſetur
Eccleſia iudices vſu iuriſdictionis priuare , quouſque
conſtet eſſe excommunicatos ; & hoc propter bonum
commune ; Nam alias actus latenter excommunicato-
rum irriti eſſent detecta excommunicatione, multique
de ſtatu ſuo dubitarent, & hac de cauſa Concil. Conſt.
ſupra citatum ad ſubueniendum conſcientiis timoratis
fidelium ſtatuit , vt excommunicati , exceptis illis dua-
bus ſpeciebus eorum , poſſent Sacramenta conferre,
nonque eſſe vitandos in diuinis nec extra. Præterea,
quia dignitas videtur excõmunicati, non perſona, *arg.*
*d.l. Barbarius*, & huius ſententiæ videtur eſſe Diuus
Thom. *in 4.diſt.18.q.2.art.2 ad 3* dum aſſerit, excommu-
nicatum non poſſe excommunicare , quia priuatur iu-
riſdictionis vſu : Ergo cum habet eum vſum, prout ex-
communicatus occultus poterit excõmunicare. Eodem
modo



modo intelligendus eſt tex. *in cap. audiuimus, 24.q.1.* vbi
expreſsè probatur , quod excommunicatus non poteſt
excommunicare , in eo nempe excommunicato , qui
ſuſpenſam habet iuriſdictionem , ſcilicet quia publicè
excommunicatus eſt, *vt in dict.cap. ad probandum*, ho-
die denuntiatus , vel notorius omnino Clerici percuſ-
ſor , vt prædiximus.

83 Hinc fit , † quod Epiſcopus publicè excommunica-
tus non poterit iudicem aliquem inſtituere , quia ille
etiam eſt actus iuriſdictionis : ſi tamen poſtquam eum
inſtituit, excommunicetur, non ceſſat inſtitutio, vt do-
cet Soto *in 4.diſt.22. q.2.art.1.p. 955.col.1. ad fin & col.*
*ſeq.* qui hoc vltimum aliquo iuris adminiculo non pro-
bat: quinimo verum non videtur & contrariũ tenet gl.
*in c.1.verb.ipſius, de offic.vicarij, l.6.* nẽpe quod ſi Epiſ-
copus eſt excommunicatus, nec ipſe nec ipſius officia-
lis de cauſa cognoſcent , ſed quod adiri debet Papa , vt
prouideat : cuius rei ea eſt ratio ſecundum gl. præfatam,
quia Epiſcopi & ſui officialis idem eſt conſiſtorium, *vt*
*in c. non putamus, de conſuet.in 6.* ideo merito vt ſuſpenſa
iuriſdictione Epiſcopi propter excommunicationem
ipſius, ſuſpenſa quoque ſit iuriſdictio ſui officialis , qui
eam accepit ab eodem, quãuis ipſe officialis non ſit ex-
communicatus, *argum. tex.in d.c.1* Quo fit, vt diuer-
ſum ſit dicendũ in delegato; Nam ipſius iuriſdictio de-
legata, ſiue in totum, ſiue pro parte ſibi ſit cõmiſſa non
ſuſpenditur per excommunicationem delegantis , cum
non ſit vtriuſque idem conſiſtorium, & quia delegante
excommunicato , non appellatur ad eum à ſubdelega-
to, ſed ad Superiorem, hoc eſt ad primum delegantem,
*vt in c.ſi is cui, de offic.deleg.in 6.& in terminis ita tenet gl.*
*ſi.in d.c.licet*, ibi, *Quid ſi excommunicatur, & ibi* Innoc.
*circa fi.&* Abb. *n.8.* præd. differentiam inter officialem
Epiſcopi, Epiſcopo excõmunicato, vt vtriuſque ſit ſuſ-
penſa iuriſdictio, & delegatum, delegante excommuni-
cato, vt poſſit procedere in cauſa re non integra, expreſ-
ſè probant, & præterea Marant. *de ordin. iud.4.p.pr.in 5.*
*diſt.iudiciorum.n.70.fol.136.* Et † in delegato, quod non
84 reuocetur officium ipſius per excommunicationem de-
legantis, cum Innoc. *vbi ſupra*, tenet expreſsè Bart. *in l.*
*more, nu.16.ff. de iuriſd.omn. iudic.* quem ibi ſequuntur
omnes communiter Doct. vt affirmant Curt. Iun. *ibi*
*n.89.* & Io.Oroſ. *n.59.in l.& quia ff.eod.tit.* Et in Vica-
rio Epiſcopi, ipſo Epiſcopo excommunicato, vt impe-
diatur de cauſis cognoſcere tenet etiam expreſſè Ro-
man. *ſing.626.per tex.in d.c.1.de off.vicarij, lib.6.* vbi of-
ficiali Epiſcopi excommunicato, geſta per vicarios eiuſ-
dem Officialis, qui ab eo tantum iuriſdictionem rece-
perunt , non tenent : Nam ſicut repellitur iudex , ita
etiam Officiales eius repelluntur.

85 Qua ratione, † ſi poteſtas vel capitaneus alicuius ci-
uitatis ſit excommunicatus , eorum iudices impedien-
tur de cauſis cognoſcere , *per d. c.1. ſecundum Rom. vbi*
*ſupra, &* Dec. *in c.intelleximus, in 1 notab. de iudic. Oroſc.*
*vbi ſupra, nu.44.poſt* Purpurat. *ibidem col.fin.quem refert.*
Rectè igitur ex ſupradictis probatur, quod Epiſcopo ex-
communicato , eius vicarius non poteſt de cauſis co-
gnoſcere aduerſus Domin. à Sot. *vbi ſup.* niſi ipſum ſal-
ues, intelligendo, quod ipſe non tenuit contrarium ex-
preſsè, ſed tantum dixit, quod ſi Epiſcopus, poſtquam
inſtituerit iudicem, excommunicetur, non ceſſat inſti-
tutio, quaſi voluerit dicere , per excommunicationem
Epiſcopi non exſtingui inſtitutionem vicarij antea ab
eo inſtituti: nos autem hoc non contradicimus , ſed af-
firmamus, iuriſdictionẽ huiuſmodi vicarij eſſe ſuſpen-
ſam per excommunicationem Epiſcopi, ita vt ea duran-
te, de cauſis cognoſcere minime poſſit, iuxta veriorẽ &
magis receptam præfatam ſententiam, quæ ſunt diuerſa.
86 Sic † ẽt eadem ratione, qñ Epiſcopus eſt ſuſpectus, cẽ-
ſetur ẽt in conſequentiam ſuſpectus eius Officialis, *ſe-*
*cundum* Abb. Imol. Fel. *& alios in c.inſinuante, de off. de-*
*leg.ſequitur* Marant. *de ord. iud.6.p.in 2.actu, tit.de appell.*
*num.28.p.559. &* Rolan. à Valle *conſ.16.nu.8.lib.2.*

Sublata autem † excommunicatione Epiſcopi per 87
abſolutionem, ipſius vicarius poterit iuriſdictionẽ exer-
cere de cauſiſque cognoſcere, ſicut ante excommunica-
tionem præd. Iudex igitur occultè excommunicatus (vt
ad noſtrum propoſitum redeamus) quia non eſt priua-
tus vſu iuriſdictionis , ſed toleratus ab Eccleſia, quouſ-
que detegatur ſua excommunicatio , rectè poterit ex-
communicare, & in terminis ita tenet & probat Palud.
*in 4.d.18.q.2.art.3.& Ricar.eadẽ d.* Sylu. *in verb excom.*
*2.in pr.* Abb. *in c.ab excõmunicato, col.2.n.5.de reſcript.idẽ*
Abb. *&* Fel. *in d.c.ad probãdum, n.1.* vbi alios citat, *idem*
Fel. *in c.ſi vere, de ſent. excommuni.* Nauart. *in Manual.*
*Lat.c.27.n.7.* vbi ampliat, etiamſi excommunicatus ex-
communicationẽ ferat in fauorem eius, qui ſcit eum ex-
communicatum, D. Couar. *vbi ſup. d. n.4.ĩd probans:* ean-
dem ſequitur, & communem profitetur Selua *vbi ſup.n.*
*32.* Eiuſdem ſententiæ eſt Victoria *in ſua ſumma, titu.de*
*excomm.q.16.* quãuis credat, † quod per talem ſententiã 88
non priuetur excõmunicatus ſuffragiis cõmunib. idque
confirmare vult ex Concil. Conſtant. dum probat, illam
indulgentiam non prodeſſe ipſi excommunicato: Ergo
cum priuare ſuffragiis (inquit ille) pertineat ad auctori-
tatem ipſius excommunicantis, non debet releuari ſuf-
fragiis, id eſt, bonis interiorib. quæ Deus præbet mem-
bris ſuæ Eccleſiæ : Nam benè priuat eum orationibus
publicis, Miſſa & Officio Diuino : hoc autem vltimum
ipſius Victoriæ aſſertum verum non credo , quia ſi
præd. excommunicatus occultus , quamdiu toleratur ab
Eccleſia , poteſt excommunicare, excommunicatióque
ſua, ſiue ſententia excõmunicationis, valida eſt & ope-
rari debet omnes ſuos effectus , quandoquidem huiuſ-
modi excommunicatus iudex habet vſum ſuæ iuriſdi-
ctionis, vt eſt prædictum Neque Victoriæ fundamen-
tum aduerſus hanc ſententiam aliquid probat : Nam
quod excommunicatio illa lata ab excommunicato to-
lerato ſit valida , non eſt propter eius bonum , nec ad
auctoritatem illius pertinet , ſed propter bonum Ec-
cleſiæ, & publicam vtilitatem , quibus ſic expedit.

Occultè etiam † excommunicatus licitè (ſaltem va- 89
lide ) poterit alteri facultatem concedere ad audiendas
confeſſiones: publicè autem excommunicatus minimè,
ſecundum Victo. *vbi ſup* quod verum eſſe exiſtimo.

Vltimo † ex ſuperiorib. infertur reſolutio ad intel- 98
lectum tex. *in c paſtoralis, §.verum, in fin.de appell.* vbi ex-
preſſe probatur, *quod excommunicatus non lucratur fru-*
*ctus ſui beneficij vel præbendæ , dum excommunicatus exſi-*
*ſtit, licet à ſententia excommunicationis appellauerit:* Nam
vt inquit tex. *illi prouentus Eccleſiaſtici merito ſubtrahun-*
*tur, cui Eccleſiæ communio denegatur :* qui text. eſt mente
tenendus, quia non eſt alibi ita expreſſus ad hoc , & ibi
id notant Abb. & communiter Doct. gl. *in c.præter, 32.d.*
Fel. *in c. Apoſtolicæ, col.5. de except.* Ripa *in c.1 col.12. verſ.*
*8 notab.de iud* Io. And. *in tract.de fructib.p. 261. ſub rub.*
*quod excommunicatus fructibus ſui beneficij priuetur,* Ma-
rant. *de ord.iud.2.q.3.p.6.partis prin.n.168. deciſ.Rotæ 8.*
*de ſent. excom in antiquis.* Et ita fuit concluſum in Rota
noua, vt refert Iac.Put. *l.1.deciſ.180.fol 95.Lancel.de at-*
*tenta 2.p.c.12.limit.22.n.1.& ſeq.* Quia † inimicus Dei 91
& Eccleſiæ, non debet de patrimonio Ieſu Chriſti vi-
uere, *ſecun.* Bal. *in c.1.col.3 in 2 lect.de iud arg.c.commiſſa,*
*de elect.l.6.* refert & ſequitur Rebuf. in praxi benef. *in*
*forma & declaratione nouæ prouiſ.in verbo, teque abſoluen-*
*tes &c. n.18.p.210.* Et † quod excõmunicatus durante 92
excommunicatione non faciat fructus beneficij ſuos, &
ſi quos percepit, teneatur ad eorum reſtitutionem, tra-
dit *ex d.c. paſtor. §. verum,* plures allegans Did. Perez *in*
*l.1.t.5.l.8.ord.fol.178.col.1.in verſ.nihilominus durãte ex-*

*communicatione.* Idem probat Paul. Borgaſ. *in tract. de irregularit. & c.6.part. in tit quot ſint effectus excommunicat.n.9.& ſeq.p.336.& in t.an excõmunicatus ab vno Epiſcopo, perdat fructus beneficij in aliena diœceſi conſtituti, ſtatim in princ.pag.337 probat etiam eos perdere.* Ad † hoc
93 enim vt hæc deciſio locum habeat, non requiritur vt præd.excommunicatus ſit etiam denuntiatus: tum cum per ipſam denuntiationem amplius non ligetur, *vt inquit idem tex. ibidem:* tum etiam per D.Concil.Baſilienſ. *in finalib.verbis,* ibi, *Per hoc tamen huiuſmodi excommunicatos, ſuſpenſos, interdictos, ſeu prohibitos non intendit in aliquo releuare, nec eis quomodolibet ſuffragari:* Nam cum hæc acquiſitio fructuum de qua agimus, ſi permiſſa foret, eſſet in fauorem ipſius excommunicati, & non aliorum, merito quod illa priuetur per ſolam excommunicationem ante denuntiationem.

94 Quod primo † procedit & ampliatur, vt excommunicatus amittat ipſo iure præd. fructus, etiam abſque eo quod in ſententia hoc exprimatur, vt conſtat *ex dict. §. verum,* in ſui generalitate, quia licet glo. ibi *ver. ſubtrahantur,* aliud teneat, cum qua tranſeunt Doct. vſque ad tempora Io. Andreæ excluſiue, communiter tamẽ doct. poſtea tenent, quod prædixi, aduerſus D. glo. nempe non requiri quod hoc in ſententia exprimatur, vt tenet Hoſtienſ. *in ſumma de ſententia excommunicationis, in §. quis ſit eius effectus, in verſ. item quod nullum, n.11 Specul. in tit. de ſuſpen. & interdict. in fine, vbi refert idem tenere Vincen. in c. quoties, de ſymon. & Hoſt. vbi ſup.* Eandem ſententiam aduerſus gl. præfatam probarunt Anton. de Butrio, *col.10. & Abb. in dict. § verum, n.17 per tex.* ibi, *quem recte in hoc expendit, & ibi additio: ſequitur etiam Imol. ibid. Philipp. Francus ſuper eadem gl. Decius n.9.* & inquit Ripa *in cap.1, num.17. de iudic.* quod communis concluſio eſt, vt excommunicatus ſit priuatus fructib. ipſo facto: quam etiam ſequitur Marant. *de ordine iudic.*
95 *6. parte princ. in rubrica de appellat. n. 68.* fortius † priuatur excommunicatus diſtributionibus quotidianis, ſecundum Imol. & Franc. *vbi ſup. & Petrum Duennas in regula 42. fallentia 8. &* Didac. Perez *vbi ſupra, col.2. in 4. concluſione.*

96 Secundo † præd. concluſio, quæ habet, vt excommunicatus fructus & diſtributiones quotidianas ſui beneficij vel præbendæ non lucretur tempore quo eſt excommunicatus, adeo procedit, vt quamuis Clerico depoſito, & ſuſpenſo à beneficio propter crimen, ex redditibus beneficij alimenta ſint miniſtranda, ne cogatur mendicare in opprobrium ordinis Clericalis: excom-
97 municato † tamen nihil ex redditibus Eccleſiæ datur etiam ſi is egenus & pauper ſit, *vt probat gl. in d. §. verũ, in verb. ſubtrahuntur, per totã, præcipue in fine, & ibi omnes Doct. & eſt recepta ſecundum* Nauar. *in Manual. Latin. cap.25. n.124 ſequitur* Didac. Perez *vbi ſupra, &* F. Lud. Lop. *in ſuo inſtructorio conſcien. 2. par. c.97. in princ. & cum ea tranſeunt omnes, ſecund.* Borgaſ. *vbi ſup. n.13 gl. etiam in cap. cum* Victonienſ. *de elect. in cap. ſtudeat, 50 diſtinct. in verb. & ſui,* Dominicus *in cap. præter hæc 32. diſtinction.* Abb. *in c. Apoſtolica, col.3. num... de except. & ibi* Felin. *num. 9.* Eſtque receptiſſimum omnium conſenſu ſecundum Couarr. *lib.1. variarum reſol. c.13. nu.8. in verſic. duodecimo,* ibi, *Adeo ſane, vbi etiam idem in eo qui actu & ſolemniter depoſitus ſit, & exauctoratus militia Sacerdotali:* Nam huic minime exhibenda ſunt alimenta ex redditibus Eccleſiaſticis, ſicut nec excommunicato, auctore Felin. *in cap. ex parte, de accuſationib. num.1.* Communis igitur ſententia ſupradicta, ea concedens depo-
98 ſito, procedit & loquitur † in depoſito verbaliter per ſententiam: ſecus ſi actualiter depoſitus ſit, per ſupradicta, & ita tenet Imol. poſt alios *in c. ad ſupplicationem, 1. col. de renunt.* Fel. *in d. c. Apoſtolica num.14.*

Ratio autem differentiæ inter Clericum depoſitum vel ſuſpenſum, & † excommunicatum, quare illi alimẽ- 99
ta ſint præſtanda ex redditibus Eccleſiaſticis, huic vero minime, ea eſt, quia depoſitus non habet facultatem, nec in ſua manu eſt, vt à depoſitione liberetur, ideóque merito vt idem in hoc ſubueniatur: excommunicatus autem habet in manu ſua, vt abſoluatur comparendo reſipiſcens à ſua contumacia, cauendo ſtare mandatis Eccleſiæ, vel ſatisfaciendo eum poſſit, *vt in c. ex parte el.1. de verborum ſignificatione,* & vbi ſatisfacere non potuerit per inopiam, liberabitur ab excommunicatione gaudere volens beneficio *tex. in c. Odoard. miles, & ibi communiter Doct. de ſolutionibus.* Quod ſi illo omittat vti propter pudorem, ſibi imputet; & ſic merito alimenta denegantur eidem ex prædictis fructibus & redditibus Eccleſiaſticis, quos ratione excommunicationis ipſius tempore iuſte amittit, atque à iure ei ſubtrahuntur: *ita* Abb. *& cæteri Doct. vbi ſupra.*

Ex quibus primo infertur, † quod ſi quis ſit ſuſpen- 100
ſus propter contumaciam, à qua poteſt reſipiſcere, & non reſipiſcat, eidem etiam ſicut excommunicato eadem ratione alimenta exhiberi non debent ex redditibus Eccleſiaſticis: *ita Abbas in dict. §. verum, num.17. & ibi* Francus, *ſuper gl. final. &* Decius *n.9* Nauarr. *&* Ludouicus Lopez *vbi ſupra.* Idem eſſet, vbi ſuſpenſus ob crimen, viuere poſſet de patrimonio ſuo vel propria induſtria, quia tũc nihil habebit de Eccleſiaſtico beneficio, *ſecundum* Baldum *in dict. cap. cum Victonienſ. poſt medium, per notata in dict. c. ſtudeat, 50. diſt. & in l. ſi maritus ff. ſoluto matrimonio, ſequitur* Felin. *in d. c. Apoſtolica, n.10.*

Secundo infero, † quod ſi excommunicatus eſſet im- 101
peditus ex aliqua iuſta cauſa, vt non poſſet abſolutionem petere (adde tu, vel obtinere, etiamſi eam petat) vt ſi in longinquis partibus adſit, qui eum abſoluere debet ac poteſt, ipſe tamen excõmunicatus faciat quod in ſe eſt pro illa abſolutione obtinenda, ſicque non ſit in mora, eſſet ſibi prouidendum hoc caſu particulari alimentis ex redditibus Eccleſiaſticis, ſicut ſuſpenſo eadem ſupradicta ratione: ita in terminis fertur tenere Ioan. de Lign. *in Clement. vt hi qui diuinis, §.1. qu.20. de ætate & qualitate, & ibi Cardinal. idem vult num.20. & expreſſe tenet, & probat* Decius *in dict. §. verum, num 9. Felinus in dict. cap. Apoſtolica, num.10. vbi alios allegat: ſequitur etiam* Syluester. *in ſumma, verb. Clericus, 4. num. 17. & Beatus* Antoninus *Archiepiſcopus Florentin. in tractatu de excommunicat. cap.76. num.16. volum.16. tractat. diuerſ. Doct. fol. 225. vbi in idem citat* Petr. de Palud. *in quarto ſtatim. Sequitur etiam* Greg. Lopez *in l.31. tit. 9. partit. 1. in gl. Las rentas del beneficio, ad finem,* Nauar. *&* Ludou. Lop. *vbi ſupra.*

Tertio deducitur; † quod in caſu extremæ neceſſitatis, ne fame pereat excommunicatus, debet eidem 102
ſubueniri ex fructibus beneficij: ita gloſſ. ſæpè citata *in dict. §. verum, verb. ſubtrahuntur, & ibi omnes Doctor. ſecundum* Decium *ibidem dict. n. 9.* Gregorium Lopez *in l.31. titul. 9. partita 1. in gloſſ. Las rentas del beneficio,* quod poſſe moderari affirmat Paulus Borgaſ. *vbi ſup. num.13.* niſi ex tali confidentia excommunicatus malignaretur, quia tunc vtilius eſurienti panis tollitur, vt ibi per eum.

Ex ſupradictis † omnibus iam deducitur regula ve- 103
riſſima & communiter approbata: Quod iuſte excommunicatus, etiam ante denuntiationem non lucratur, fructus, redditus, nec diſtributiones quotidianas ſui beneficij vel præbendæ, *vt in d. c. paſtoralis, §. verũ, vbi gl. fin. circa finem,* ibi, *Si fuit iuſte excommunicatus, &c.* quæ eſt communiter recepta, vt teſtatur D. Couar. *vbi ſupr. ſequitur etiam* Gigas *de penſion. quæſt. 64. num. 1. & 9. volum.15. tract. diuerſ. Doct. fol.212. eſt communis, vt teſtatur* Didac. Perez *vbi ſupra, colum.2. in verſ. iuſte excommunicatus,* vbi quod ceſſante excommunicatione, eos non recuperabit: ſequitur etiam Borgaſ. *vbi ſupr.* & approbatur *in dict. l.3. tit 9. partit.1.* vbi inquit lex: *Otro ſi puſo por pena al Clerigo que fueſſe deſcomulgado con derecho que no pudieſſe demandar las rentas del beneficio que deuia auer por aquel tiẽpo en que lo fue, mas pudieſſe ganar otro de nueuo:* facit optimus tex. *in l. cum allegatis, C. de re milit. lib.10.* vbi Gordianus reſcripſit, deſertorem militiæ, quamuis à Principe reſtitutus fuerit, ſtipendia tamen eius temporis, quo in deſertione fuit, exigere non
104 poſſe: Imo † vt aſſerit Sanctus Thomas 2.2. *q.51. art. 1.* excommunicatis & Reipublicæ hoſtibus ſunt beneficia ſubtrahenda, in quantum propter hoc arcetur à culpa, quem refert & ſequitur Greg. Lop. vbi ſupra.

105 Fructus † autem præbendæ durante excommunicatione vel ſuſpenſione contingentes, in vtilitatem Eccleſiæ conuertuntur (& vt inquit Borgaſ. *vbi ſupra, n.18.* applicantur ſacerdoti, qui medio tempore ſeruiat, ne Eccleſia debitis fraudetur officiis) diſtributiones vero quotidianæ præſentibus accreſcunt, *iuxta gloſſam in Clement. 2. verbo ſuſpenſos de vita & honeſt. cleric. & in Clement. vt hi qui de ætate, & qualit. verb. dimidia, ſequitur* Felin. *alios referens in dict. cap. Apoſtolica, n.12. de exceptionib.* Decius *in dict. § verum, num.9. poſt Prępoſit.* ibi, Eſtque communiter approbata diſtinctio hæc ſecund. Couar. *vbi ſupra dict. lib.3. var. reſol. c.13. n.7.* vbi recte cum aliis, quos citat, id, quod prædiximus de diſtribu-
106 tionib. quotidianis, intelligit, † vbi ſtatuto vel conſuetudine Eccleſiæ certa quantitas eſt diſtribuenda inter eos, qui horis Canonicis diuiniſque officiis præſentes fuerint. Tunc enim pars, quæ abſentibus ob præſentiam deberetur, potius præſentibus competit iure non decreſcendi quam accreſcendi: quod hodie probatur *c. 3. de reform. ſeſſ. 21. Concilij Triden.* Nec obſtat eidem aliud *cap. 3. de reform. ſeſſ.22. eiuſdem Concilij,* dum ibi probatur, *fabricæ Eccleſiæ, aut alteri pio loco partem amiſſam diſtributionum quotidianarum applicari:* loquitur namque expreſſe in diſtributionibus quotidianis, quas præſentes obtinent; ſed quia competens ſibi ſeruitium quolibet die ſtatuto non impleuerint, amittunt illius diei diſtributionem, ideo merito in pœnam contumaciæ applicatur illa pars fabricæ Eccleſiæ, vel alteri pio loco: at vero præd. caput *ſeſſ.21.* loquitur in caſu, de quo modo agimus, nempe vt pars, quæ abſentibus ob præſentiam deberetur præſentibus competat, qui eſt diuerſus: ſecus ſi in Eccleſia inſtitutum ſit vt cuilibet canonico, qui præſens horis canonicis fuerit, detur certa ac diffinita quantitas; Nam tunc portio abſentis, præſentibus minime dabitur, ſed apud ipſam Eccleſiam manebit, hoc ſiquidẽ caſu locus non eſt iuri accreſcendi, quia præſenti certa debetur quantitas, abſenti vero nulla.

Hæc tamen omnia intelligenda ſunt, & procedunt, cum ex patrimonio Eccleſiæ, cui miniſtratur, dantur redditus, & quotidianæ diſtributiones ipſis miniſtris nulla facta diuiſione redditunm inter ipſam Eccleſiam
107 & capitulum. At † vero vbi patrimoniũ Eccleſiaſticum in duas eſt diuiſum partes diſtinctas, quarum vna ipſius Eccleſiæ ad eius fabricam, veſtes aliáque ei neceſſaria propria atque applicata ſit, altera vero ad miniſtrorũ victum & laboris mercedẽ ſit deſtinata, prout eſt illa, quę cõmuniter pertinet ad menſam capitularem, tunc ẽt in redditibus principalib. diſtinctis à diſtributionib. quotidianis idem erit, quod in ipſis diſtributionib. quotidianis, quoties certa redditunm quantitas conſtituta ſit atque deſtinata ad hoc, vt inter ipſos miniſtros diuidatur, nam eo caſu portio abſentium portiones præſentiũ, & perſonaliter miniſtrantiũ auget, & quod in præmiſſa diſtinctione diximus in Eccleſiæ vtilitatem conuertendum, hoc caſu non ad ipſam pertinebit, ſed verè cedit in patrimonium cõmune ipſorum miniſtrorum, non vero ipſius Eccleſiæ, cũ ea alteram fructuũ ac redituũ partem habeat ab hac diſtinctam; hæc vero ſolis miniſtris Eccleſiæ inſeruientib. atque eidem intereſſentibus conuenit: quare hoc caſu portio abſentium, ſiue principalium fructuum, ſiue diſtributionũ quotidianarum merito præſentibus & intereſſentibus accreſcit, ſi certa quædam quantitas præſentibus tantum diſtributa atque conſtituta ſit: ſecus ſi cuilibet præſenti detur definita quantitas, abſenti vero nulla, tunc n. portio abſentiũ, quam ſi præſentes fuiſſent, lucrarentur in menſa capitulari, remanet cum reliquis eiuſdẽ fructibus inter omnes reſidentes reſpectiue pro ſuis præbendis & rata tẽporis ſuæ reſidentiæ diuidenda: hæc eſt inueteratiſſima atque immemorabili tẽpore obſeruatiſſima conſuetudo huius almæ Eccleſiæ Ciuitaten. ſuiſque ſtatutis & cõſtitutionib. conformis, aliarúmque plurimũ huius Regni, quod ẽt docet inſignis Couar. *vbi ſup.* qui eo tẽpore huius ciuitatis meritiſſimus Epiſcopus erat præfatáque cõſuetudinẽ noſtræ Eccleſiæ nõ ignarus id ſcripſit, idẽ virtualiter nitens, quáuis eius expreſſe non meminerit.

Menſa † enim capitularis, redditiuſque ipſius, menſæ 108
in qua inuitati ad comedendum ſedent, aſſimilatur: ſicut enim cibi appoſiti in hac ad edendũ tantum pertinent ad ſedentes ad eam, qui edere volunt, atque inter ipſos tantũ diſtribuuntur, non vero non venientib. nec ſedentibus, ita redditus atque fructus illius, qui ad victũ & laboris mercedem Eccleſiæ miniſtrantium atque inſeruientium deſtinati ſunt, ad illos tantum pertinent, qui reſident atque in eadem Eccleſia horis Canonicis diuiniſque officiis interſunt, non vero abſentib. hinc eſt vt portiones abſentium, quæ ſi præſentes forent eiſdem diſtribuerentur, vel præſentibus tantum ſtatis horis, ſi diſtributiones quotidianæ ſunt, accreſcunt, vel ſi fructus principales ſint (vulgo *la grueſſa,* nuncupati) in ipſamet menſa capitulari remanent inter reſidentes diſtribuendi, quibus hoc competit iure non decreſcendi quo ſit, vt præd. fructus minime abſentium dici poſſint, ſed præſentium, hoc eſt, reſidentium, cum in id ipſum in menſa ſint, vt reſidentib. impartiantur: vnuſquiſque ergo beneficiatorum tantum capit, quantum reſidet reſpectiuè pro numero & præbendarum & reſidentium, augentur igitur portiones reſidentium iure proprio per abſentiam non reſidentium. Nam ita demum horum ſunt fructus prædicti ſi ſtatuto tempore reſederint, vel ſtatis horis interſint alias ſecus. Ex quibus decidenda venit quæſtio illa ſatis difficilis † atque recẽs, *an penſio* 109
*auctoritate Apoſtolica cum conſenſu beneficiati reſeruata ac conſtituta ſuper fructibus alicuius præbendæ pro tempore vacationis eiuſdem præbendæ, ſoluenda ſit à capitulo Eccleſiæ fructibus illius præbendæ gaudente, necne, vel à nouo ſucceſſore, poſtquam eidem fuerit prouiſum?*

Nam primo videtur, capitulum ad eam ſoluendam tenerit: fructus namque, atque portionem ad illam præbendam vacantem, tempore quo vacauit pertinentes, percepit, in ſuóſque vſus conuertit ex conſuetudine ac vi ſtatutorum eiuſdem Eccleſiæ: Ergo † ad penſionem 110
tenetur quæ ſuper dictis fructib. conſtituta eſt. Penſio enim eſt onus reale, annexum fructib. eiuſdem præbendæ, hoc eſt ipſi Eccleſiæ vel præbẽdæ, & ab illius rectore intuitu ipſius Eccleſiæ debetur, vt per Paul. de Caſtro *conſil.338. incipienti, quia exceptiones, col. vltim. volum.1. ſequitur* Felinus *in d. cap ad audientiam el.2. de reſcriptis,* Collecta † enim, decima, cenſus & penſio, ſunt onera 111
realia, obligantque poſſeſſorem, *c. ſi quis laicus, 16. q.1.* vnde eſt, vt nouus poſſeſſor conueniri poſſit, vt præteritam penſionem inſolutam ſoluat, *vt in cap.1. de ſolut. l. Imperatores, ff. de public. & vectigal.* quia beneficium tranſit cum onere, *vt in dictis iuribus, & in cap. ex literis, de pignor. & in cap. cum dilectus, de donat.* Et in terminis, quod ſucceſſor in beneficio teneatur ad ſolutionem

penſionis

penſionis temporis anteceſſoris decurſæ, tenet Philip-
pus Francus *in cap.in fin.de officio ordin.in 6.& probat la-
tiſſimè* Gigas *in tractatu de penſion. Eccleſiaſt. qu.30. per
totam, & iterum quaſt.43.*vbi reſoluit, eſſe in electione
penſionarij, vel agere contra beneficij poſſeſſorem, vel
contra heredem defuncti poſſeſſoris in caſibus in qui-
bus ipſe anteceſſor erat obligatus, vt tenet Fredericus
de Senis *conſil. 81. quem refert & ſequitur Cardinal. in*
114 *Clement.1.q.10.11.de cenſibus.*Quo fit,† vt tunc demum
poſſit agi pro penſione præteriti temporis contra no-
uum poſſeſſorem, quando nouus poſſeſſor poſſet re-
currere contra heredes percipientis fructus, ſecus alias,
nempe quando alius ex conſuetudine illos recepit,quia
cum tum contra illum nouus poſſeſſor agere non poſ-
ſit, penſionarius non poterit eundem conuenire, vt te-
net Rota noua ſecundum Iacob. Puteum *lib.2.deciſio-
num Rota, deciſ.189.*vbi *nu.5.*cum Gigante *q.62.*tenet,
quod ſucceſſor non tenetur ad ſolutionem penſionis
eo caſu,quo eius prædeceſſor non teneretur. Conſulit
tamen Gigas *dicta quaſt.39.& 43.*quod ſemper creditor
penſionis(intellige in caſu quo poteſt)potius agat con-
115 tra ipſum poſſeſſorem beneficij, † quam contra here-
dem defuncti prædeceſſoris, quia aduerſus illum, cui
literæ penſionis intimatæ fuerunt, procedi poteſt via
exſecutiua, contra hunc vero minime, ſed via ordina-
ria. Et ita dicit in facto obtinuiſſe in ciuitate Venetia-
rum:quamuis Caſſiodor.*deciſ.3.& 4.in rubrica de locat.*
dicat eſſe paſſum dubium, an nouus poſſeſſor beneficij
teneatur ad decurſam penſionem tempore prædeceſ-
ſoris,& quod nondum fuit in Rota deciſus: nihilomi-
nus tamen opinio Doctorum ſupra relata verior & cō-
munis eſt,atque proinde tenenda in iudicando & con-
114 ſulendo. Quod ſi penſionarius † in caſu permiſſo con-
uenerit nouum beneficij poſſeſſorem, poterit nouus
poſſeſſor ſoluens, pro eo quod ſic ſoluit, conuenire
prædeceſſorem,ſi viuit,qui fructus percepit,& ad quem
ſpectabat ſatisfactio illo anno oneris currentis, ex quo
fructus percepit, *vt in de c.fin.de offic. ordin.lib.6. vt te-
net ibidem* Francus, *& refert* Gigas *d q.39. n.5.*

Cum igitur penſio ſit onus reale ſuper fructibus be-
neficij impoſitum,conſequitur, capitulum gaudens di-
ctis fructibus tempore vacationis illius beneficij ad
prædict. onus teneri, poſſeque ipſum ad id ſoluendum
conueniri, non vero nouum ſucceſſorem, cum hic non
poſſit recurrere contra capitulum quod vigore conſue-
tudinis percipit fructus. Secundo, † quoniam fructus
115 beneficij ſiue præbendæ; ſuper quibus Eccleſiaſtica
penſio, auctoritate Apoſtolica reſeruata eſt, ſunt obli-
gati, & hypothecati pro ſolutione penſionis, ideóque
agi poteſt contra quęcunque, ſiue quoſcúmque illorū
poſſeſſores, ſiue ſit vniuerſalis, ſiue particularis ſuc-
ceſſor, vt in terminis probat Lud. Rom. *conſ.338.inci.
in caſu propoſito thematis*, cuius in hoc ſententiam ad-
uerſus Paul. de Caſtr. & Fel. latiſſimè probauit atque
ſequutus eſt Gigas *de penſio. Eccl.vbi ſup. q.51.num.17.
& ſequentibus.*Sed capitulum habet & poſſidet hos fru-
ctus: ergo poterit hypothecaria conueniri pro ſolutio-
ne penſionis tempore vacationis beneficij decurſæ.

116 Tertio facit,† quia Eccleſia vacans, ſuper cuius fru-
ctibus eſt appoſita annua penſio,tenetur ad ſolutionem
penſionis, eamque ſoluere debet œconomus eiuſdem
Eccleſiæ, qui pro ea conueniri poteſt, vt late & benè
probat Gigas *vbi ſup.q.65.*vbi quod ſi vacatio Eccleſiæ
diutina eſſet, tunc Eccleſiæ curator dari poterit, cum
quo iudicium agatur: ſi vero Eccleſia collegiata ſit,Ca-
pitulum ipſius conueniri poterit,cum etiam agere poſ-
ſit pro ipſa Eccleſia, cum conſenſu Epiſcopi ordinarij:
& in ſolutione charitatiui ſubſidij † idem decidit Bel-
lenzin.*in ſuo tract.de charit. ſubſid. quaſtione 7.in 1. part.*
117 Quod † ſi ad alterum ex conſuetudine pertineant illi
fructus, contra eum agi poteſt, tenebitúrque ſucceſſor
ad id actionem cedere ſecundum Iacob.Puteum *vbi ſup.
n 5.*Et ita videmus,quod Camera Apoſtolica,† cuius ſūt
fructus ſedium vacantium ipſarum Eccleſiarum, ſol- 118
uit ſemper penſiones ad illius fructus ſpectantes: Ergo
cum beneficium ſiue præbenda Eccleſiæ Cathedralis
vel Archiepiſcopalis, vel etiam Collegiatæ vacat, ipſa
Eccleſia percipiens fructus tempore vacationis, tenebi-
tur ac conueniri poterit ad ſolutionem penſionis illo
tempore decurſæ impoſitæ ſuper prædictis fructibus.

Quarto facit,† quia quoties capitulum Eccleſiæ Ca- 119
thedralis & ſimilium, vigore ſtatuti eiuſdem Eccleſiæ,
vel alterius conceſſionis debet habere & habet medie-
tatem fructuum præbendarum duorum primorum an-
norum, nouorum reſidentium, tenetur ſoluere dimi-
diam partem penſionis ſuper omnibus fructibus earun-
dem reſeruatæ atque impoſitæ, vt pluribus comprobat
idem Gigas *vbi ſup.q.89.per totam.* Ergo ad idem tene-
bitur in totum, quoties capitulum omnes fructus præ-
bendæ percipit atque illis fruitur vigore ſtatuti vel
conſuetudinis, eo quod præbenda vacauerit.

Nihilominus tamen his non obſtantibus(etſi paſſum
hunc dubium vehementer eſſe exiſtimem, dignúmque
vt ſi lis aliqua ſuper eo contingat, agitari, concor-
dia inita ſopiatur) contrarium in puncto iuris verius
eſſe exiſtimo in quæſtione propoſita, nempe vt capi-
tulum ad ſolutionem præd. penſionis minime teneatur
ex ratione præd. *in verſ. menſa autem, num.* 108. quæ
eſt radicalis atque ſubſtantialis difficultatem eneruans:
quia cum capitulum † hoc caſu iure proprio propter 120
perſonalem reſidentiam atque ſeruitium perſonaliſſi-
mum prædictis fructibus, non tanquam alienis, ſed
propriis atque ſuis præbendis,iure non decreſcendi ad-
dictis fruatur atque ipſos lucretur, conſequitur non te-
neri ad ſolutionem penſionis ſuper fructibus præbendę
illius conſenſu antiqui poſſeſſoris reſeruatæ, quoniam
fructus hi percepti à capitulo tempore vacationis illius
præbendæ oneratæ, non ſunt eiuſdē præbendæ, ſed ce-
terarum reſidentium,ſicque ceſſant omnia fundamenta
cōtrariæ partis, quę in aliis beneficiis Eccleſiaſticis, quæ
habent ſuos diſtinctos & peculiares fructus atque redi-
tus diuiſos abſque cōmunione aliorum concludere poſ-
ſent:ſecus in his præbendis Eccleſiarum Cathedralium
& ſimilium, quæ menſam communem pro reſidentib.
habent ſimul: præcipuè quia conſuetudine, ēt imme-
moriali, iuuari poſſunt ad non ſoluendam præd. pen-
ſionem, cum numquam aut raro à capitulis petatur
huiuſmodi penſio, ſed à modernis poſſeſſoribus.

Præterea, † capitulum huic penſioni reſeruandæ mi- 121
nime conſenſit, nec eſt ſucceſſor in prębenda vel bene-
ficio,ſed iure proprio capit fructus, ſicut ceteros eiuſ-
dem menſæ:Ergo ad ſolutionem dictæ penſionis mini-
me tenetur. Quod præmaximè procedit, ſi penſio ſit
reſeruata, non ſolum ſuper fructibus & redditibus be-
neficiis ſiue præbendæ, ſed etiam ſuper diſtributionib.
quotidianis eiuſdem;quia cum hæ minime acquirantur,
niſi per perſonalem reſidentiam,reſidentibúſque accre-
ſcant, vt eſt prædictum, coniicitur aperta mens reſer-
uantis penſionem,vt tempore vacationis prębendę,cum
nullos fructus nec diſtributiones quotidianas habeat
illa præbenda, capitulum eas percipiens iure proprio,
ad penſionem non teneatur.Facit † etiam pro hac par- 122
te,quia communiter canonicatus, ceteræque præben-
dę Eccleſiarum horum regnorum,quamuis pinguiſſimi
ſint,ſemper in Romana curia æſtimantur in valore an-
nuo cōmuni viginti quatuor ducatorum auri de Came-
ra,& non plus, eo quod ſi nō reſideantur,nihil valeant,
ſed ad capitulū fructus eorum iure proprio pertineant,
Ergo cū deficiente poſſeſſore,canonicatus vel præben-
da fructus non habeat, conſequens eſt, vt penſio non
debeatur



debeatur pro tempore vacationis eorundem. Et poſt
huius operis primam editionem, hanc noſtram ſenten-
tiam in fauorem capituli, & contra ſucceſſorem in di-
gnitate cuiuſdam cantoriæ, poſtquam perceperit fru-
ctus eius, quibus poſſit penſionem ſoluere, late ex pro-
feſſo, ſine vllo dubio probat Nauarr. *conſ. 49. prabend.
per totum.*

123 Quod ſi † præbenda vacans aliquos habuerit fru-
ctus,redditus atque prouentus, diſtinctos ac ſeparatos à
menſa communi capitulari, vt contingit in aliquibus
Eccleſiis huius Regni, in quibus ſingulæ quæque præ-
bendæ habent præſtimonia, vel veſtuaria annexa,cuius
fructus non intrant in præd.menſa communi,vt in hac
alma Eccleſia Ciuitaten. contingit, vel etiam in aliis,
vbi præbendæ habent annexa quædam prædia, domus,
fundos vel vineas, quorum redditus, nec adminiſtratio
ad capitulum, nec eius menſam pertinent nec ſpectant,
quoties præbendæ non vacant; his caſibus cum ceſſet
ſupradicta ratio,ſi capitulum, vacante præbendâ,vigo-
re ſtatuti vel conſuetudinis, alteriuſve priuilegij illis
bonis ſiue rebus vtatur ac fruatur,tenebitur quidem vſ-
que ad quantitatem fructuum illorum, quos percepe-
runt, penſionem tempore vacationis decurſam ſoluere,
iuxta ſupra adducta in tertio fundamento contrariæ
partis, hocque caſu limitanda venit meo iudicio præ-
fata noſtra de hac re ſententia.

Non obſtant modo fundamenta contrariæ partis ſu-
pra adducta, quibus nuncupatim & ſigillatim ſic ſatis-
fit. Primo enim,quod penſio ſit onus reale,& ſic tranſit
cum fructibus penes quemcunque poſſeſſorem,vel ſuc-
ceſſorem, hoc fatemur: negamus tñ, præbendam va-
cantem habere vllos fructus, ſed qui eiuſdem eſſent, ſi
poſſeſſorem reſidentem haberet, tempore vacationis
proprij ſunt aliorū reſidentiū, ſuarúmque præbendarū.
Ergo cum ipſi non habeant illud onus ſuper fructibus
præbendarum ſuarū merito quod ad id non teneantur.

Secundum etiam fundamentum contrariæ partis non
obeſt, quoniam etſi verum illud ſit,quod adhuc expe-
ditum non eſt, cum Paulus de Caſtro & Felin. contra-
rium late probauerint, attamen procedit in fructibus
beneficij,ſuper quibus penſio reſeruata eſt:at hi fructus
de quibus agimus, non ſunt huiuſmodi, ſed menſæ ca-
pitularis atque cæterarum præbendarum reſidentium,
vt eſt ſæpius dictum & probatum: Ergo,&c.

Tertium etiam fundamentum nihil probat in pro-
poſito, quoniam agit in fructibus Eccleſiæ principalis
vacantis, hoc eſt, Epiſcopalis vel Archiepiſcopo, & ſi-
milibus, qui ſunt proprij eiuſdem, à menſa capitulari
diſtincti ac ſeparati, quos nullo modo lucrantur Ca-
nonici,nec ceteri beneficiati, ſed Cameræ Apoſtolicæ
ſunt, qui durante vacatione illius Eccleſiæ currunt:
tunc enim merito vt ex eiſdem fructibus ſic exiſtenti-
bus vacantis Eccleſiæ, ſiue ſint Cameræ Apoſtolicæ,
ſiue ad Curiam Regiam,vel certam perſonam vel com-
munitatem ex priuilegio vel conſuetudine immemo-
riali pertineant, ſoluantur penſiones, & ita videmus
quotidie fieri ac practicari: non tamen inde ſequitur,
idem eſſe in præbendis Eccleſiarum Cathedralium, &
ſimilium, quarum fructus, & redditus in communi
menſa capitulari ponuntur, cum cæteris reliquarum
præbendarum inter reſidentes diuidendi: cum enim
præbenda huius menſæ vacat, nullus particularis eiuſ-
dem eſt reſidens,ſed cęteri præbendati,qui ſuas præben-
das reſident, eos conſequuntur iure proprio, non vero
alieno.

Quartum etiam fundamentum nobis non contra-
dicit,quoniam ſi in caſu ipſius capitulum percipit me-
dietatem illorum fructuum, id contingit, non quidem
iure proprio,ſed tanquam alterius tit.ſufficienti, nem-
pe vigore ſtatuti, conſuetudinis, indulti, vel priuilegij
Apoſtolici:nihilominus tamen illa medietas fructuum
exit atque diuiditur ab altera medietate pertinente ad
poſſeſſorem, qui integros omnes fructus ratione ſuæ
præbendæ atque reſidentiæ habere debebat, & tamen
medietas ex iuſtis cauſis ſibi aufertur, & capitulo ap-
plicatur, vnde merito vt hoc caſu medietatē penſionis
capitulum ſoluere debeat:hinc autem minimè conuin-
citur, idem eſſe in noſtro caſu,in quo iure proprio,non
vero tanquam alterius capitulum fruitur dictis fru-
ctibus.

Poſt primam huius operis editionem accepi, Romæ
in hac quæſtione controuerſa diuerſum cenſeri, & in-
ſtanter agi nomine Eccleſiarum Cathedralium Hiſpa-
niæ,vt de cauſa in Rota diſputetur, & in earum fauo-
rem decidetur: ideóque in re hac me ſubiicio decla-
rationi Sedis Apoſtolicæ ſacrique Palatij Auditorum.

Licet autem iuſte excommunicatus vel ſuſpenſus
fructus ſui beneficij non lucretur, nec diſtributiones
quotidianas durante ipsâ excommunicatione, vel ſuſ-
penſionem, vt ſupra reſoluimus, *num.90. cum ſequenti-
bus,& nouiſſimè idem probat cum communi* Bartol. Vgolin.
*in tractat.de cenſur. Eccleſ.in tit.de excommunic. maj. ta-
bula 2. capit.12.per totum, vbi octo ampliationes, & toti-
dem declarationes congerit, eſtque etiam communis opinio,
vt ex* Ripa *affirmat* Flamin.Pariſ. *de reſignat.benefic. lib.
5.q.6. num.67.* Et ita fuit reſolutum in vna Brixen. 6.
Maij, ann. 1542. teſte Puteo *deciſ 280, lib.1.quem refert
idem* Flamin.*lib.4. de reſignat. benefic.quaſt.3.num 52.de
quo etiam late ſtrenue agit* Petrus Surd. *in tractat. de ali-
ment. titul.1.quaſtio 81.fol.74. & iterum titul.7.quaſt.36.
fol.264.*

Cum tamen † ſuâ culpâ ſit excommunicatus vel ſuſ- 124
penſus,etiamſi fructus & redditus ſui beneficij habere
non debeat, penſionem tamen ſuper eiſdem fructibus
reſeruatam ſoluere tenebitur, ſi beneficij retinet poſ-
ſeſſionem, vel latiſſimè pluribus comprobat in termi-
nis Gigas *in tractat.de penſio. quaſt.64 per totam ex* Bar.
Alberic.Angel. & Paulo Caſtrenſ.*in l. inter quos,§.dam-
ni, ff. de damn. infect.*

Idemque † eſſe in charitatiuo ſubſidio cum Bellēzin. 125
*in ſuo tractat. de charit.ſubſid. quaſt.33. quem refert, &
ſequitur* Gigas *de q.64.n.9.*dummodo Clericus excom-
municatus retineat poſſeſſionem beneficij.

Hoc tamen intelligunt ipſi non procedere in Cleri-
co iniuſte excommunicato, qui fructus beneficij non
percipit, nam hoc caſu charitatiuum ſubſidium ſolue-
re non tenebitur. Addo ego,quod cum iniuſte excom-
municatus non amittat fructus ſui beneficij, vt infra
dicemus, *numer.135.*tenebitur quidem ex eis perceptis
penſionem ſoluere.

Sed contra ſupradicta *num.124. cum ſequentib.*tenet
Vgolinus *vbi ſupra, circa finem d.capit 12.in verſic. quare
penſionarij*, dicens, quod in prædict. ſpecie penſionarij
ex fructibus beneficij ſuas penſiones conſequentur, &
Epiſcopus charitatiuum ſubſidium, quia non debet de
ſuo excommunicatus ſoluere? Nam ſi excommunica-
tus priuatus ſit fructibus ob ſuam culpam,culpa tamen
ipſa non eſt cauſa immediata, quo minus habet fru-
ctus, ſed excommunicatio, quo caſu ad onera quis non
tenetur, *iuxta gloſſam in d. §. damni, quam vltra* Vgolin.
*vbi ſupra, ſequitur* Bald. *in l.vlt col.1. C. de bonis auctor.
iud.poſſid.& ibi* Cuman. *argumento c. quia diuerſitatem,
de conceſſ.præb.*vbi Abb. *num.11.* notat, quod vbi non
ipſa culpa, ſed pœna culpæ eſt cauſa proxima imme-
diata impedimenti, minime imputatur ei, qui culpam
contraxit:culpa igitur, quæ excommunicationem præ-
ceſſit, non eſt immediata cauſa impedimenti, quo ex-
communicatus impeditur fructus Eccleſiæ percipe-
pere, & ex eis onera ſubire, ſed ipſamet excommunica-
tio,quæ quidem culpa non eſt,ſed pœna culpæ:quo fit,
vt

vt verior appareat opinio præfata gloſſæ, Bald. Cumani, & Abbatis, quam Bartoli & aliorum qui contrarium probare conati ſunt, ſecundum Didac. Couarru. *lib.3.variar.reſol.cap.13.n.8. in verſic.duodecimo ad fin.* quam etiam gloſſæ opinionem probat Didac. Perez *in l.1.tit.5.lib.8.ordinamenti, pagina 175. col.1. in verſic. eſt etiam aliud*, vbi dicit, quod pro rata fructuum, cum ſit onus reale, tenebitur ſoluere percipiens fructus non excommunicatus, cum ex fructibus beneficij quis teneatur ſoluere penſionem, & ratione beneficij, ſuper quo impoſitum eſt tale onus, & ſic non debet extendi ad propria bona excommunicati, quæ ſeorſum à beneficio poſſidet quocunque modo.

Quid tenendum? Ego in hac re ita diſtinguendum cenſeo, ſcilicet, vt opinio prima Gigantis, Bartol. & ſequacium procedat, & vera ſit in Clericis iuſte excommunicatis, qui præbendas obtinent in Eccleſiis Cathedralibus cum enim penſio ſit impoſita ſuper fructibus & diſtributionibus quotidianis canonicatus, & præbendæ verbi gratia, túncque temporis ratione excómunicationis ob non reſidentiam nulli ſint fructus, nec diſtributiones quotidianæ dicti ex canonicatus, & præbendæ, conſequens eſt, vt ipſe communicatus de ſuo teneatur ſoluere penſionem. Opinio vero contraria gloſſæ *in d.§.damni, & ſequacium* procedit, & verior apparet in ceteris beneficiariis extra Cathedrales Eccleſias, qui non habent diſtributiones quotidianas, nec fructus ſuorum beneficiorum diſtributi ſunt ſtatis horis: in illis etenim merito, vt ex fructibus ſuorum beneficiorum, ſuper quib. eſt penſio impoſita, ipſa ſoluatur, ad quemcunque ipſi fructus pertineant, cum tunc exſtent & dicantur etiam fructus beneficiorum.

Neque primo membro diſtinctionis prædictæ obſtat, quo culpa ipſa non fuit cauſa immediata, quominus excommunicatus haberet fructus, ſed excommunicatio ipſa, quia negari non poteſt, quin culpa illa dederit cauſam immediatam excommunicationi, ob quam excommunicatus non lucratur ipſos fructus.

Nec etiam *d. capit. quia diuerſitatem*, *iuncta ſua gloſa, verb. ſuſpenſus*, vbi licet quis ſua culpa inciderit in excommucationem vel ſuſpenſionem, non imputatur ei, quod ex illa culpa proceſſerit, quia procedit rectè in ſuo caſu, ex ratione expreſſa in textu, ibi, *A qua etſi fuerit ſuâ culpâ ſuſpenſus, non tamen ad ipſum capitulum ex illa culpa præbendarum erat donatio deuoluta, &c.* At in noſtra ſpecie, propter culpam & excommunicationem beneficiarij Eccleſiæ Cathedralis nulli ſunt fructus, nec diſtributiones quotidianæ ſunt ſuæ præbendæ, ſed ceterarum eiuſdem Eccleſiæ: Ergo ex eis ſolui penſio non debet, cum non ſint fructus beneficij ſuper quibus impoſita eſt penſio.

Non obſtat gloſa contraria *in d. §. damni*, quia ibidem à Doctoribus reprobatur, teſte Gigante *vbi ſupra, in finalibus verbis*. Vel ſecundo reſpondeo, poſſe procedere in ſecundo membro diſtinctionis prædictæ, non autem imprimo ex ratione differentiæ *de qua ſupra*, & ita cenſeo, ſaluâ etiam declaratione Sedis Apoſtolicæ & Dominorum de Rota.

126 Supereſt † tamen vt aduertamus, aliud eſſe in oneribus propriis præbendæ vacantis, atque eidem cohærentibus ex natura ipſarum; Hæ enim ſoluendæ quidem ſunt ex fructibus, qui alias eſſent eiuſdem præbendæ, ſi poſſeſſorem haberet reſidentem: & tamen propter eius defectum pertinent etiam iure proprio ad capitulum: quia cum hæc onera ſint coëtanea ipſius præbendæ, quinimò ad ea ſubeunda fuerit præbenda cum ſuo titulo inſtituta ab initio; vtputa, cantoria habet onus regendi chorum cantorum, incipiendíque cantus ipſos, ideo ſubſtituit ſuccentorem, qui id munus exequatur expenſis ſuæ præbendæ, quia vt plurimum dignitas hæc conferturperſonæ graui, quæ hoc onus ſubire neſcit, eâ tamen lege tacitâ, vt ſui loco alium Clericum ſubſtituat, qui onera adimpleat; aliæ vero præbendæ, habent annexum ordinem Presbyteratus, vt in altari Miſſas cantent præbendati, aliæ vero Diaconatus, vt Euangelia canant, aliæ Subdiaconatus, vt Epiſtolas dicant, & in Eccleſiis, vbi hic ordo ſeruatus non eſt, præcipit ſacro-ſanct. Concil. Tridentin. *ſeſſio. 24. c. 12. de reformat. verſic. Epiſcopus*, vt ab Epiſcopo id diſtribuatur ſingulis quibuſque præbendis. Hæc igitur onera quoniam neceſſaria ſunt ad ſeruitia ipſarum præbendarum atque Eccleſiarum, capitulum, vacante præbenda, ſoluere tenebitur; quod ita demum lucratur eius fructus, ſi pro præd. præbenda inſeruiat: inſeruire autem non poteſt, niſi præd. miniſterium adimpleat. Ergo ſuis expenſis facere tenetur: quod prope in his terminis probauit Ioannes Copi *in tractatu de fructibus, tit.3.cap.3.num.3. vol.8. tract. diuerſ. doct. fol.146* vbi in caſu *cap. tua nobis, de verborum ſignificat.* vbi probatur, quod priuilegium Sum-
mi Pontificis indultum Epiſcopo † pro relatione one- 127
ris debitorum, vt fructus beneficiorum, quæ interim in ſua diœceſi vacare contigerit, ſibi liceat biennio retinere, comprehendit præbendas ac alia beneficia, inquit Ioannes Copi, quod hoc caſu, vt is onus ſuſtineat, ad quem commodum pertinet, Epiſcopus vel alius, qui fructus primi, ſecundi, vel aliorum deinceps annorum percipiunt, curare debent, vt diuina obſequia peragantur, & miniſtrum conſtituere, cui neceſſaria ſubminiſtrent. Si hoc igitur ita eſt, prout veriſſimum eſſe exiſtimo, & Eccleſiis Cathedralibus miniſter hic nouus creari non poteſt abſque Summi Pontificis licentia præterquam ſuccentor præfatus, qui conſuetudine immemoriali cunctarum Eccleſiarum ad ſeruitium ipſarum à Cantore ſubſtituitur, conſequitur, vt cum ipſum capitulum, præbendâ vacante, pro ea inſeruiat fructúſque percipiat, ex eiſdem expenſas ſoluere teneatur illud onus adimplenti, ſiue is ſit ſuccentor, ſiue alius ex choro qui mandato capituli id faciat. Quare † iniquè,
& contra ius expenſæ ſiue ſalaria horum oneré, durante 128
vacaturâ eiuſdem præbendæ, cauſatâ ac debitâ ſucceſſori imponútur, atque vt ea ſoluat ex propriis fructibus, cogitur. Nec conſuetudine antiquâ iuſtificari aut colorari poſſe exiſtimo, cum potius ſit corruptela & violentia, & in grauè damnum ac preiudicium nouorum reſidentium, qui maxima paupertate primis annis laborant atque debitis premuntur; cum non gaudeant hic præbendâ groſſâ primo anno reſidentiæ annalis, ſed poſt mortem ipſorum ſibi reſeruetur ſtatuto antiquiſſimo eiuſdem Eccleſiæ, auctoritate Apoſtolicâ nouiſſimè roborato: & ſæpiſſimè exclamaui de hoc in capitulo huius almæ Eccleſiæ, & maior pars idem aſſerebat, ſed ex aduerſo contradicebant alij, quorum pars, etſi minor, propter iurgia & contentiones vitandas, ac negligentiam eorum, quorum intererat, præualuit.

Idem eſſe † videtur in expenſis factis in affigendis 129
edictis, & aliis pro electione facienda prouidendorum ad Doctorales, Magiſtrales ac lecturales præbendas, atque ad alios cantus; Hæ námque ex fructibus, quos percipit Capitulũ tempore vacantiarũ earundem, qui ad eas alias pertinerent, ſoluendæ videntur, non vero computandę poſtea electis. Sed in his ſubſiſto, quoniam fructus & diſtributiones, quos capitulum percipit, qui ad has præbendas vacantes pertinerent, ſi poſſeſſores reſidentes haberent, iure proprio, pro ſuo ſeruitio & reſidentia capiunt, non vero alieno, vt eſt prædictum: ſuis ergo ſumptibus non tenentur electionẽ facere, ſed præbendæ vacantis, *argum. text. in c. vt præterita, de electio. & in c. cupientes. §. ad hæc, de elect. l. 6.* vbi probatur, quod expenſæ neceſſariæ, quas facit capitulũ pro electione Prælati de bonis prælaturæ debent fieri vel reddi, hoc eſt,

de



de bonis ad prælatum ipſius Eccleſiæ, de cuius electio-
ne agitur pertinentibus. Ex † quo textu duplex praxis
130 colligitur in huiuſmodi expenſis habendis: poteſt enim capitulum ſede vacante de redditibus ipſius prælaturæ tantum capere, quod ſufficiat pro expenſis, *vt innuit tex*, ibi, *De bonis Eccleſiæ Patriarchalis fiant totaliter*. Poterit etiam expendere capitulum de propriis redditibus, & poſtea repetere ex bonis prælaturæ, puta à prælato nouiter creato: & hoc innuit text. *ille in verbo, redduntur*, tenet Archid. *in capit. final. 64. diſtinct.* ſentiunt Doctores *in dict. cap. vt præterita de electio.* & ibi expreſſius Abb. *num.1.* & præd. ſecunda praxi vtitur ſemper capitulum huius Eccleſiæ in expenſis factis pro electionibus præd. præbendarum.

Si ergo capitulum ſede Epiſcopali vacante, deducit expenſas neceſſarias, quas facit pro electione prælati de bonis prælaturæ, quæ ſunt diſtincta à bonis menſæ capitularis, eodem modo expenſæ, quæ fiunt pro electione canonicorum dictarum præbendarum, deduci debent à bonis earundem atque computari nouiter electis in fructibus & redditibus ad eos pertinentibus quos ratione propriæ reſidentiæ ſuos fecerint; cum vacantibus præd. præbendis nulli fructus eiſdem competant, ſed ad capitulum reſidens iure proprio ſpectent, vt eſt prædictum, capitulum ergo ſuis expenſis minime facere debet præfatas electiones, ſed eligendorum, *per ſupradicta*.

Nec obſtat, quod Vincentius *in dict. cap. vt præterita*, teneat, quod expenſæ pro electione prælati factæ vel fiendæ, debent fieri de bonis capituli, quia capitulum in eligendo exercet officium ſuum, & propriam vtilitatem proſequitur, quia punitur, ſi non eligat, *vt in cap. pro defectu, de elect.* ſed expenſæ tantum fiendæ pro electione iam facta promouenda, hoc eſt, confirmanda, debeant deduci de bonis prælaturæ, in quibus intelligit *d. c. vt præterita*. Pro quo etiam facit, quia ius
131 eligendi prælatum, fuit conceſſum † capitulo in priui-
legium, cum olim ius prouidendi ſpectaret ad ſuperiorem, iuxta notata per *gloſſ. in cap. quanquam, de elect. lib. 6.* Sic etiam ius eligendi Doctorem vel magiſtrum in Eccleſiis cathedralibus horum regnorum ad præbendas doctorales & magiſtrales, competit Epiſcopis & capitulis ſimul earundem, ex indulto ſedis Apoſtolicæ eiſdem conceſſo per Sixtum IV. Summum Pontif. anno Incarnat. Dominic. 1474. Idibus Septembris, confirmato per Leon X.

Capitulum ergo volens vti priuilegio, non debet ab alio requirere expenſas, quia videtur potius eligere vtens iure ſuo, quam gerendo negotium alterius. Hæc namque opinio Vincentij ſingularis eſt: communiter enim Doctores ibidem indiſtinctè tenent contrarium, imo quod omnes iſtæ expenſæ, ſiue pro fienda electione prælati vel ea promouenda & confirmanda, fiant & deducantur de bonis prælaturæ, cum text. ille generaliter hoc decidat, ibi, *Pro electionis negotio*, & ibi *Fiant totaliter vel reddantur*, & quia iure & priuilegio vtatur capitulum eligendo: attamen principaliter gerit negotium prælaturæ atque eligendorum: ergo debet repetere expenſas ab ipſa prælatura, *vt in cap. cum pro cauſa de procurat.* officiumque capituli eidem damnoſum eſſe non debet, *vt in cap. cum expediat, de electio. lib. 6.* & ita hanc ſententiam probarunt aduerſus Vincent. ibidem Compoſtellan. & cæteri ſcribentes, eſtque magis communis, vt teſtatur Abb. *in proprio loco, n.5. dicens nu.4. ſibi placere hoc dictum Doctor. in dict. cap. cupientes, §. ad hæc, de electio. lib. 6.* præcipue Philipp. Franc. *num.2.* & Dominic. *num.3.*

132 Adeo, vt deficientibus † præd. bonis capitulum ſede vacante poſſit recipere mutuum inſtante neceſſitate, pro negotio electionis prælati, ex talique mutuo obligatus futurus ſucceſſor, *iuxta gl. in d. §. ad hæc verb. aliunde*, vbi Francus *n.2.* alios referens idem ſequitur, addens, hoc procedere, etiam ſine ſuperioris licentia, quando de facili auctoritas eius haberi non poteſt, alias ſecus: non tamen poterunt ſecundum ipſum, pro negotio electionis alienari bona ad prælatum pertinentia, ſed tantum fructus, & redditus.

Ergo ita & eodem modo capitulum pro electione facienda prædict. canonicorum expenſas factas poterit iuſte computare eiſdem, atque à ſuis redditibus deducere, iuxta ſecundam praxim deſumptam *à dict. cap. vt præterita*, præſertim ſi antiqua conſuetudine hoc fuerit obſeruatum, prout fit hic: Ciuitaten. conſuetudini etiam in hoc, ſiue ſit huiuſmodi ſiue contraria, ſtandum eſſe exiſtimo.

Supradicta † autem regula communis, quæ habet; 133
vt iuſte excommunicatus non lucretur fructus, ſiue redditus ſui beneficij, limitatur nunc primo, niſi ſententia, qua iubetur abſolui, loquatur de reſtitutione fructuum, *vt in d. l. cum allegatis, C. de re milit. l. 10.* Ita tenet Felin. *in d. c. Apoſtolicæ, n.12. de exceptionibus.* Beatus Antonin. *vbi ſupra*, dicens, quod iuſte excommunicatus abſolutus, non ex hoc facit fructus ſuos, niſi cum eo ſuper hoc circa medio tempore perceptos fuerit ſpecialiter diſpenſatum: & Didac. Perez *vbi ſupr. col. 2. in 3. concluſ.* vbi loquitur in ſententia Papæ.

Secundo limitatur ſupradicta regula, in † caſu ex-
tremæ neceſſitatis, quia tunc, ne fame pereat, ſubue- 134
niendum eſt ei debito modo ex redditibus beneficij, vt eſt prædictum, quia hoc in caſu excommunicato poteſt fieri eleemoſyna: ſecus vbi non eſt tanta neceſſitas, vt reſoluunt præfati Doctores. Quod procedit etiamſi culpa ſua vel delicto in tali neceſſitate conſtitutus ſit, *iuxta gloſ. optimam in c. ſacrorum, 12. q. 2.* Dec. *in dict. cap. paſtoralis, §. verum, de appellationibus, num.9*

Tertio † limitatur præfata communis ſententia in- 135
Clerico iniuſte excommunicato, is enim non amittit fructus ſeu redditus ſui beneficij vel præbendæ, vt bene probat text. *in cap. ſuper cauſa, 2. qu. 4. alias 2. quæſtione 5.* ibi: *Tunc dictante iuſtitia ſine omni controuerſia Presbyter, quæcunque ob hoc iniuſte amiſerit, ac Sacerdotium accipiat & integra beneficia*, vbi gloſſ. *verb. beneficia*, expreſſe tenet, & ibi Dominicus *gloſſ. etiam fin. in dict. cap. paſtoralis, §. verum, in verſ. ſed nunquid*, ibi, *Si iniuſte poteſt*, eſtque communis ſententia Doctorum ibidem, ſecundum Couarr, *vbi ſupra*: ſequitur Diuus Antonin. *vbi ſupra ad num.16.* & Ioan. Cop. *in tractat. de fructibus, cap.5. volum.8. tractat. diuerſ. Doct. fol.165.* vbi inquit, nullam dubitationem eſſe hoc caſu, ſi conſtiterit, quod iniuſte excommunicatus, quin omnes fructus excommunicationis tempore percepti ei reſtitui debeant, tenet etiam Syluest *vbi ſupra*, Borgaſ. etiam *vbi ſupra n.14.15. & 16.* & probatur *in dict. l. Regia*, ibi, *Con derecho*, à contrario ſenſu, per quã ita tenet Didac. Perez *vbi ſupr. column.2. in 2. concluſion.* vbi quod probata iniuſtitia, debent reſtitui fructus iniuſte excommunicato: limitat Borgaſ. *vbi ſup. n.17.* cum Raymund. niſi fuiſſet in mora petendæ abſolutionis.

Hos autem fructus † recuperabit tunc iniuſte ex- 136
communicatus per viam iuſtitiæ principaliter, querelando vel ſuper hoc agendo, non vero per viam attentatorum, quamuis à ſententia excommunicationis appellauerit: ita Ant. de Butr. Imol. & Præpoſit. *in dict. §. verum, ſuper dictam gloſſam final.* & ibi Francus *num.21.* & Lancellotus *vbi ſup. num.4.* Pendente vero quæſtione ſuper iniuſtitia vel nullitate cenſuræ, forte deberent fructus conſeruari, quia facta abſolutione, tanquam de cenſura non iuſta, debent reſtitui abſolutio iuxta ſupradicta, quod difficilius fieret fructib. iam cõſumptis: hoc autem in capitulo Eccleſiæ Cathedralis vel ſimilis,

C

ceſſare videtur, cum ſemper duret & ſit ſoluendo, habeatque intentionem ſuam fundatam in dubio percipiendi fructus canonici ſiue alterius conbeneficiati excommunicati, eos poſtea reſtituturum, ſi fuerit condemnatum.

Hæc quarta limitatio ampliatur, vt + procedat non
137 tantum in redditibus beneficij, quos iniuſte excommunicatus, vel ſuſpenſus habere debet, ſed etiam in diſtributionibus quotidianis, quas etiam percipiet, ita demum ſi tempore ipſo excommunicationis præſens fuerit in loco, vbi beneficium habebat, eratque ſolitus ante excommunicationem diuinis officiis in ſua Eccleſia intereſſe: ita Felin. *in dict. c. Apoſtolicæ, nu. 12. de except.* quem refert & ſequitur D. Couar. *vbi ſup.* aduerſus Dominic. *in c. contumaces, 50. diſtinct.* tenentem indiſtincte contrarium, nempe vt ipſi non dentur vnquam excommunicato vel ſuſpenſo, etiam iniuſte, quia non darentur eidem ante excommunicationem vel ſuſpenſionem, ſi diuinis non intereſſet: Cuius opinio ſolum procederet, in eo, qui ante excommunicationem non conſueuit reſidere in Eccleſia, aut diuinis officiis intereſſe: at vero qui conſueuit facere, iniuſte poſtea excommunicatus vel ſuſpenſus eas habebit: ſequitur Didacus Perez *vbi ſupr. colu. 2. fol. 179. col. 1.* vbi hoc etiam intelligit, dum tamen per excommunicatum non ſtetiſſet, quominus abſolutus eſſet, nec mora ei poſſet imputari in petenda abſolutione.

138 Sicut etiam † videmus idem in infirmo, qui licet diſtributiones quotidianas habere debeat, *vt in cap. vnico, de cleric. non reſident. in 6. ad fi. in verſ. qui vero*, etiamſi propria culpa in morbum inciderit, *vt tenet* Couar. *vbi ſupra, in verſic. ſeptimo quoditiana*: attamen hoc procedit, eſtque intelligendum, quando ægritudo fuit cauſa abſentiæ, quia infirmus ſolitus erat tempore rectæ valetudinis officiis diuinis intereſſe, alias ſecus: ita tenet Ioannes Andreas, Abbas & communiter omnes Doctores *in cap. ad audientiam, de clericis non reſident.* vt teſtatur Felin *in dict. cap. Apoſtolicæ, nu. 12.* & Couarruuias alios referens, idem ſequutus, *vbi ſupra, in verſicul. ſexto, hoc ipſum*, vbi in verſiculo octauo, hoc intelligit, vbi † infirmus eſt præſens in loco vbi eſt Eccleſia: ſecus
139 ſi ab illo abſit, tunc enim nullo modo habet diſtributiones quotidianas cum etiamſi ſanus eſſet, eas non lucraretur tanquam abſens, niſi conſuetudine fuerit obtentum, vt infirmus, etiam abſens, lucretur diſtributiones quotidianas, quia tunc ipſa erit ſeruanda per textum *in cap. cum non deceat, de elect. lib. 6.* adiuncta interpretatione tex. *in dict. cap. vnic. § 1. ſecund. gloſ.* Io. Andr. & DD. *ibi*, præcipue Dominic. *quam reſolutionem ſequitur* Rip. *in tract. de peſte, 2. part. num. 145.*

140 Si tamen infirmus + præſens ſit in loco, vbi eſt Eccleſia vel beneficium iure communi, ſemota etiam conſuetudine, lucratur diſtributiones quotidianas, vt conſtat *ex dicto capitulo vnico, in verſiculo, ſtatuimus, de Clericis non reſidentibus, lib. 6.* vbi ponit regulam generalem, in hunc modum: *Statuimus, vt diſtributiones ipſæ quotidianæ, in quibuſcunque rebus conſiſtant, canonicis, ac aliis beneficiatis & clericis Eccleſiarum ipſarum*, qui eiſdem officiis in ipſis Eccleſiis adfuerint, tribuantur, iuxta Eccleſiæ cuiuſlibet ordinationem rationabilem iam factam ſeu etiam faciendam: & in prædicta regula non meminit conſuetudinis, ſed excipit infirmos, qui morbo impediente non potuerunt diuinis officiis perſonaliter intereſſe, vt recte deduxit aduerſus Philippum Francum, Couarr. *vbi ſupr. numer. 8. in princip.* Adde tamen, & quod ſoliti eſſent ante infirmitatem reſidere, vt eſt prædictum: niſi conſuetudine legitima introductum ſit, vt infirmus in oppido præſens, etiamſi ante infirmitatem non eſſet ſolitus perſonaliter reſidere, atque diuinis officiis intereſſe, lucraretur etiam diſtributiones quotidianas, quia hoc caſu ſicut in proxime dicto valebit, & ſeruanda erit præfata conſuetudo.

Quo fit, vt + idem cenſendum ſit in excommuni- 141
cato vel ſuſpenſo iniuſte, vt quamuis ipſe tunc demum diſtributiones quotidianas habere debeat, ſi in loco vel oppido, vbi Eccleſia eſt, præſens ſit & ſolitus eſſet antea reſidere; alias ſecus iuxta ſupradicta: attamen ſi conſuetudo adſit, vt iniuſte excommunicatus vel alias legitime impeditus, etiam abſens à præd. loco vel oppido, ipſas lucretur, ea ſeruanda erit, ſicut in terminis abſentis à loco beneficij ex iuſta cauſa decidit Ripa *vbi ſupra*, quem ſequitur etiam Didacus Couarruuias *vbi ſupra.*

Quinto, ſupradicta † communis regula, quæ ha- 142
bet, vt iuſte excommunicatus non lucretur fructus ſuæ præbendæ vel beneficij, limitari poterit in canonico præbendato vel alio beneficiato, qui ob cauſam Eccleſiæ ſuæ excommunicatur: contingit enim ſæpiſſime, quod Epiſcopi, ſiue alij prælati, vel iudices delegati Apoſtolici excommunicant capitulum vel canonicos ſingulos, aliosque beneficiatos ſuæ Eccleſiæ, vel alterius, pro cauſis vel præeminentiis ſuarum Eccleſiarum, vel pro debito aliquo capituli: ſi hoc fiat iniuſte, non eſt dubium, niſi quod lucrantur fructus per ſupradicta in quarta limitatione. Si vero iuſte, adhuc idem probo, quouſque conuincantur iuridice, quia pro vtilitate & defenſione iuris ſuæ Eccleſiæ id patitur, exiſtimans iuſtam cauſam fouere, quare ipſius fructib. atque prouentibus merito priuari non debet: ſicut enim, vbi quis pro amico moleſtias, damnaque patitur & ad ſuam inſtantiam detentus in carcere exſiſtit aliquo temporis ſpatio, æquum & iuſtũ eſt, vt ſibi id à præd. tertio ſatisfiat, atq; itaque ita ſit per homines boni nominis; quãto melius id fieri debet per Eccleſiam, quoties ipſius beneficiatus pro eius cauſa, quam iure defendere inquiſitus tenetur, excommunicatione feritur? nulla ſiquidem maior amicitia eſt, quam Eccleſiæ ergo ſuos.

Secundo, quia ita † videmus de iure eſſe, quod cleri- 143
ci accedentes ad ſedem Apoſtolicam pro negotiis ſuarum Eccleſiarum (cum tales proſequentes vtilitatem earundem, cenſeantur reſidentes) fructus beneficiorum ſuorum, quæ obtinent in eiſdem Eccleſiis, & etiam aliorum, quos poſſent recipere in ipſius Eccleſiis reſidendo, integre recipere debent (quotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis) *vt in cap. cum non deceat. 30. de elect. lib. 6. vbi gloſſ. & Doct.* cuius tex. ratio generalis idem concludit in clericis abſentibus à loco ſui beneficij, in quamcunque aliam partem eant, quam ad ſedem Apoſtolicam pro negotiis ſuarum Eccleſiarum, cum id fuerit contingentia facti in caſu illius text potius quam iuris ſpecialis introductio.

Quinimo, & abſentes † ab Eccleſia pro vtilitate 144
ipſius, lucratur etiam diſtributiones quotidianas, vt probat expreſſe text. *in dict. cap. vnico, in verſic. qui vero, de cleric. non reſidentib. libro 6.* Ibi: *Aut euidens Eccleſiæ vtilitas excuſaret*: ſicque text in *dict. capit. cum non deceat*, in exceptione præfata de diſtributionibus quotidianis, & *dict. c. vnic.* in eiſdem videntur contrarij.

Sed pro vera + huius articuli reſolutione & illorum 145
iurium concordia, & intelligentia eſt obſeruandum, quod canonici ſiue alij Clerici abſentes à loco, ciuitate vel oppido, in quo Eccleſia eſt, pro negotiis vel vtilitate ipſius Eccleſiæ, diſtributiones quotidianas minime lucrentur: & hoc caſu loquitur manifeſte text. *in dict. cap. cum non deceat*, vt ex eius contextura apparet: præſentes vero in prædict. loco, ciuitate, vel oppido occupati, ſiue impediti, pro vtilitate, & negotiis Eccleſiæ, prædictas diſtributiones quotidianas habere debeant; & in hac ſpecie loquitur & procedit *dict. capit. vnico*, ſicut fuit etiam *ſupra* idem concluſum in infirmo. Hoc tamen limitatur, niſi conſuetudine fuerit obtentum, vt abſens etiam à loco pro vtilitate Eccleſiæ ipſas lucretur, iuxta gloſſam & alios Doctores *in dicto capit. vnico*, quos refert & ſequitur Didacus Couarruuias *vbi ſupra, in verſicul. octauo, & illud de conſuetudine ſequitur etiam* Archid. & Francus *in dicto capitulo vnico, &* Paulus Pariſius *conſil. 32. num. 20. volumi-*
146 *ne 4.* In † hac autem alma Eccleſia Ciuitatenſi inuiolabiliter obſeruatur, vt canonici abſentes ab Eccleſia, & etiam ab vrbe, cum licentia capituli, pro negotiis vtilitate Eccleſiæ, lucrentur omnes fructus, & diſtributiones quotidianas reſpectiue pro tempore abſentiæ, Præter illas, quæ matutinis horis ſtatutæ ſunt, quas nec infirmus, nec alius quiuis lucratur, niſi corporaliter, vere & actualiter præſens ſit in choro: nec in huiuſmodi abſentibus vel infirmis ſit vlla diſtinctio, ſi ante abſentiam vel infirmitatem erant ſoliti reſidere, nec ne, ſed conſtitutionibus & conſuetudine antiquiſſima dictæ Eccleſiæ eas indiſtincte lucrantur præfatæ perſonæ: ſi tamen infirmus in ciuitate adſit, alias ſi extra infirmat, literas teſtimoniales infirmitatis mittit capitulo, à quo vere ægrotantibus conceditur licentia.

147 Cum + igitur hæc ita ſe habeant, quod abſenti pro negotiis & vtilitate Eccleſiæ fructus præbendæ atque reſidentiæ concedantur, merito vt eidem dicendum ſit in abſentibus ab Eccleſia per excommunicationem præ cauſa & iuris defenſione, & in vtilitatem ipſius Eccleſiæ: hocque præcipuè procedet, ſi in ipſa Eccleſia adſit conſtitutio, qua hoc caueatur atque ſanciatur, nempe, vt excommunicatus pro cauſa Eccleſiæ, fructus ſuæ præbendæ lucretur, quia cum hæc conſtitutio maxime iuri communi conueniat, vt *ſupra* vidimus, merito ſuſtinenda atque omnino ſeruanda eſt, prout ea adeſt, & ſeruatur in hac Eccleſia Ciuitatenſi.

Sexto eadem † communis regula limitari poterit, vt
148 procedat, non ſolum in excommunicato pro cauſa Eccleſiæ, vt modo dicebamus, ſed etiamſi aliquis canonicus, vel alius beneficiatus, ob ſeruitium ſui Epiſcopi, nempe exſiſtens ſuus Prouiſor & Vicarius generalis Epiſcopatus: ob eam cauſam vel ob defenſionem iuriſdictionis Epiſcopalis excommunicetur à Metropolitano, vel alio iudice Apoſtolico, ſiue iuſte ſiue iniuſte.
149 Nam Epiſcopus † duos canonicos in ſuo ſeruitio habere & occupare, ad idque eos compellere poteſt, & ipſi in eos exſiſtentes, integre lucrantur fructus ſuarum prębendarum; cum abſentes dici non debeant, ſed præſentes, qui cum Epiſcopo, pro ſuo & ipſius Eccleſiæ ſeruitio commorantur, *vt probant tex. in c. de cætero, & in c. ad audientiam, de cleric. non reſident.* & vtrobique gloſ. & Doctores notant, quod qui eſt in ſeruitio Epiſcopi ſeruire Eccleſiæ intelligitur: Epiſcopus enim eſt in Eccleſia, & Eccleſia in Epiſcopo, *cap. ſcire debes, 7. quæſt. 1.* Præterea Epiſcopus eſt caput, capitulum autem membra, quæ non licet à capite recedere, *c. cum non deceat, de præſcript.* Ergo eadem ratione, *qua ſupra concluſimus*, excommunicatum propter cauſam Eccleſiæ, lucrari fructus ſuæ præbendæ, compellimur idem dicere in excommunicato pro ſeruitio Epiſcopi, prout eſt eius Prouiſor & Vicarius generalis, quando ob id excommunicatur. Hocque præmaxime procedit, ſi conſtitutione Eccleſiæ id caueatur: fieri enim ſuper eo conſtitutio poteſt, cum hoc dici non poſſit contra ius, ſed imo ſecundo ius, per prædicta, vel ſaltem præter ius, quo caſu conſtitutio Eccleſiæ plurimum poterit atque operabitur.

150 Et à fortiori † idem erit dicendum in Prouiſoribus & Vicariis generalibus, à capitulo ſede vacante deputatis, excommunicatis ratione officij, cum ob cauſam ſuæ Eccleſiæ, cuius eſt iuriſdictio. ſint excommunicati.

Septimo † & vltimo limitari etiam poterit præfata 151
communis regula in canonico vel alio beneficiato, qui acceptauit iuriſdictionem aliquam Apoſtolicam ſibi delegatam vel commiſſam, & ob eam cauſam excommunicetur iuſte vel iniuſte: nam cum prædict. cauſæ non committantur, niſi huiuſmodi perſonis Eccleſiaſticis, præcipue iudicibus in Synodo prouinciali deputatis, & per hoc ſeruire videantur Eccleſiæ vniuerſali, hoc eſt, Romanæ, à qua iuriſdictio præfata emanat, merito, vt ob eam excommunicati lucrentur fructus ſuarum præbendarum, ſicut cæteri, de quibus *ſupra, argum. text. in cap. cum dilectus, de cleric. non reſid.* vbi commorans in ſeruitio Papæ, lucratur fructus ſuæ præbendæ, & quamuis maior ratio illo in caſu, quam in noſtro adſit. eadẽ quoque militare videtur, præmaxime ſi hoc conſtitutione eiuſdem Eccleſiæ caueatur, per ſupradicta.

### SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus à iudice, an poſſit per confeſſarium abſolui virtute Bullæ Cruciatæ, vel iubilei, ſatisfacta parte vtroque foro.*
2 *Factum iudicis, reputatur factum partis, & quomodo hoc intelligatur, n. 16.*
3 *Principis beneficium ſiue priuilegium, eſt latiſſime interpretandum.*
4 *Actus in dubio potius debet interpretari, vt valeat, quam pereat.*
5 *Verba debent impropriari, vt actus valeat.*
6 *Princeps in dubio nõ præſumitur vti plenitudine poteſtatis*
7 *Hoc fallit, quando alias ſine plenitudine poteſtatis non valeat.*
8 *Plenitudo poteſtatis, dicitur res odioſa.*
9 *Confeſſario aſſerenti ſe abſoluiſſe aliquem à ſententia excommunicationis, quam incurrerat, credendum eſt, ſed contrarium, nu. 17.*
10 *Quando in Bulla vel iubileo, datur facultas abſoluendi aliquem à ſententia excommunicationis, ſatisfacta parte, in foro conſcientiæ res eſt clara.*
11 *Idem quando in eis dicitur in vtroque foro.*
12 *Sed ſi nihil dicatur reſpectu cuius fori ſit intelligenda abſolutio, in foro tantum conſcientiæ intelligitur,*
13 *Abſolutus in animæ iudicio, etiam pœnitentia peracta, poteſt in exteriori foro accuſari & puniri.*
14 *Stylus vetuſtiſſimus eſt Romanæ Curiæ, à tempore Benedicti XII. vt quando in ſacra Pœnitentiaria gratia in foro conſcientiæ petitur, abſolutio confeſſori committatur literis laniatis & nullis teſtibus adhibitis, nec vlla tunc ſit compoſitio pecuniaria cum Datario: ſecus ſi in foro fori gratia petatur, quia tunc gratia cum Datario componenda eſt.*
15 *Iudici excommunicanti præiudicium inferretur, ſi abſque ipſius licentia cum ſatisfactione partis abſolutio fieret in vtroque foro.*
18 *Motus proprius Pij V. anno 1568. 15. Calend. Decemb. latus circa ſupradicta, declaratur.*
19 *Abſolutio à cẽſuris in vtroque vel in altero foro virtute iubilei facta, intelligitur tantũ quoad effectũ conſequendi iubileum, eo autem conſequuto, cenſuræ reinciduntur.*
20 *Abſolutio in foro conſcientiæ tantum parte non ſatisfacta, parum prodeſſet ad conſequendum iubileum, contradicente parte vel parocho alio Sacerdote, cui excommunicatio innoteſceret.*

---

### CAPVT II.

An excommunicatus à iudice, poſſit per confeſſarium abſolui virtute Bullæ Cruciatæ, vel iubilei, ſatisfacta parte, in vtroque foro, vel tantum in interiori.

A Doctiſſimis + viris frequenter dubitari contin- 1
git? *An excommunicatus à iudice, poſſit per con-*

*ſeſſarium abſolui virtute Bullæ Cruciatæ vel iubilei, ſatisfacta parte, in vtroque foro, vel tantum in interiori?*

Hæc quæſtio maximi momenti eſt, ſæpiſſiméque in dubium refricatur: quoniam ſi partem affirmatiuam elegeris, ſequeretur inde, quod huiuſmodi abſolutus, ſi ſacra egerit, non erit irregularis & præterea poterit diuinis intereſſe, cæteraque facere tanquam integre abſolutus: ſin autem negatiuam veriorem exiſtimaueris, huiuſmodi celebrans erit irregularis, & ab ordine, in quo miniſtrauerit, ſuſpenſus nec intereſſe diuinis poterit, alias punietur, cæteraque excommunicatis publicis interdicta prohibebuntur: quod ſi diu in excommunicatione permanſerit, puniri poterit iuxta formam, & pœnas legis Regiæ, *de qua infra*, annuente Deo, agemus.

Et primo videtur, quod debitor excommunicatus à iudice, ſatisfacto creditore, ac de ipſius conſenſu poſſit abſque mandato iudicis, qui eum excommunicauit, virtute Bullæ Cruciatæ, vel alterius priuilegij Apoſtolici abſolui à confeſſario ab illa excommunicatione, non ſolum in foro conſcientiæ, ſed etiam in exteriori, ita quod abſolutus hoc caſu à Sacerdote, in vtroque foro remaneat abſolutus atque ſecurus, etiamſi in prædictis Bullis hoc expreſſe minime contineatur; ſi tamen excommunicatum à iure vel ab homine, ſatisfacta parte, abſolui in eiſdem permittatur, quia intelligi debet in vtroque foro, & ſic integre: Quandoquidem Summus Pontifex, qui eſt ordinarius ordinariorum, ac ſupremus omnium, in præfatis literis conceſſerit facultatem confeſſario abſoluendi excommunicatum ab omni excommunicatione lata à iure vel ab homine, ſatisfacta parte ſoluto igitur debito creditori, qui eſt pars, cui ſatisfieri debet, iudex, qui excommunicauit, nec ipſius officiales conqueri debent, nec ſe reputare offenſos, quandoquidem ipſi ad inſtantiam & vtilitatem tantum eiuſdem partis iam ſatisfactæ, prædictam excommunicationem fulminarunt atque decreuerunt: excommunicatio autem ipſa iam ſublata eſt auctoritate ſuperioris,
2 ſilere igitur tunc debet † iudex præfatus, quandoquidem pars eſt ſatisfacta, conſenſumque præbuerit abſoluendi excommunicatum: factum enim iudicis, reputatur factum partis, *vt in l. ſi ob cauſam, & ibi Doctores, C. de euict.* Tiraq. *in tractat. de vtroque retract. tit. 1. §. 1. gloſſ. 14. nu. 13.*

3 Secundo, quia Principis beneficium † ſiue priuilegium latiſſime eſt interpretandum, *vt in l. beneficium ff. conſt. Princip. & in l. 28. tit. 34. part. 7.* Ergo abſolutio præfata in vtroque foro prodeſſe debet, quia alias ſi à iudice Eccleſiaſtico puniri poſſet atque in præfatas pœnas incurreret, abſolutio nullius aut paruæ vtilitatis eſſet; imo captioni occaſio daretur, calumniis atque vexationibus, & dum Princeps Eccleſiaſticus fidelibus fauere ſtudet, verteretur illis in odium ingenſque damnum, quod abhorrere videtur ab intentione Summi Pontificis.

Tertio, quia cum in Bullis & priuilegiis Apoſtolicis huiuſmodi non exprimatur, in quo foro præſtanda ſit abſolutio, in dubio in vtroque intelligendum eſt eam profuturam, vtpote fauorabilior ſit ſic abſolutis ac priuilegiatis: alias namque nullum eis priuilegium
4 concederetur: & in † dubio potius debet actus interpretari, vt valeat, quam pereat, *vt in leg. quoties, la 2.*
5 *ff. de reb. dub.* verba † enim impropriari debent, vt actus valeat, *vt in cap. conſtitutus, vbi gl. in verb. iuxta ratam, de religioſ. domib. l. ſi olei*, vbi Bart. *C. locat.* Decius *in rubr. de probat. in Decretal. col. 2. in fin. nu. 4. vbi plene in*
6 *propoſito.* Imo ſunt † intelligenda verba largiſſimo modo & omni meliori quo fieri poteſt, vt actus valeat ſecundum Abb. *conſ. 63. n. 8. lib. 2.* Et licet Princeps in dubio non præſumatur vti plenitudine poteſtatis, ſecund. Bald. *in l. bonorum, poſt princ. n. 2. C. qui admitti.* & ibi addito Paul. de Caſtro *conſ. 317. viſo & examinato puncto, col. 2. poſt med. n. 2. l. 1.* Cæpollæ *conſ. vltim. col. 7. poſt med.* Decius *in l. in teſtamento, n. 11. C. de teſt. am. mil.* hoc tamen fallit, quando alias ſine plenitudine † poteſtatis actus 7
non valeat, ſecund. Paul. Caſtrenſ. *conſ. 414. in facto præſenti, col. 3. circa med. lib. 1. additio* Bald. *vbi ſupr. in dict. l. bonorum*, Decius *in l. in teſtamento, n. 11. de teſtam. milit.* & tamen plenitudo poteſtatis dicitur res odioſa, *vt in decif.* Rotæ 21. *alias 331. ſuppoſito facto, nu. 2. in verſ. modo* 8
*licet Papa in nouis*, Curt. Senior. *conſil. 9. col. penult. circa fin.* vtrumque refert & ſequitur poſt alios plures Aymon Crauet *conſil. 221. n. 9* Ergo cum Papa poſſit concedere prædict. priuilegium, vt ſatisfacta parte confeſſarius poſſit abſoluere excommunicatum ab homine in vtroque foro, de quo non eſt dubium, & generaliter indulgeat in prædictis bullis, vt confeſſarius poſſit abſoluere excommunicatum à iure vel ab homine, ſatisfacta parte, intelligendum eſt in dubio de abſolutione in vtroque foro, vt actus pleno iure valeat & excommunicato plenius proficiat: alias enim, ſi in foro tantum interiori animæ intelligeretur valere; non ſatis eſſet conſultum excommunicato, cum poſſet in foro exteriori puniri ob pœnas, quas incurreret celebrando vel adminiſtrando in ordine, quem habet, vel intereſſendo diuinis, vel etiam ex diuturna mora in præfata excommunicatione, & præterea, quia à diuinis excluderetur, donec abſolutionem eiuſdem iudicis excommunicantis demonſtraſſet, ſicque ei nihil prodeſſet abſolutio: quod non eſt dicendum.

Et in propriis terminis hanc partem affirmatiuam tenet & probat expreſſe Barthol. à Medin. *in ſua ſumma, Inſtruccion de confeſſores, c. 12. Del modo como el Confeſſor ha de abſoluer al penitente, ad fin.* vbi conſulit ſic abſoluto, vt habeat penes ſe ſchedulam ſubſcriptam à confeſſario abſolutionis præfatæ, virtute Bullæ Cruciatæ vel alterius priuilegij, parte ſatisfacta, vt iudex, qui eum excommunicauit, non poſſit eum calumniare, ſi viderit eum rem diuinam audire, quia † credendum eſt con- 9
feſſario hoc caſu, ſecundum Cardin. *conſ. 2. de teſtibus, ad fin.* Sicut ſtandum eſt confeſſario aſſerenti aliquem eſſe emendatum de crimine, *iuxta gl. in cap. 1. verbo, innocentis, de except.* vbi Felin. *num. 3. alias gloſſ. & Doctores allegat, ſuaque communiter recepta:* ſequitur idem Felinus *in cap. teſtimonium, de teſtib. num. 36. in repetitorio, verbo, emendato, fol. 41. col. 2. ad fin.*

His tamen omnibus non obſtantibus, contraria ſententia & ſic negatiua, imo quod huiuſmodi abſolutio minime admittenda ſit in foro exteriori iudiciali, nec eam excommunicato prodeſſe, quoad exterioris iudicij effectus, ſed tantum in foro interiori animæ, niſi in literis Apoſtolicis dictum ſit, quod ea in vtroque foro vim obtineat, longè verior & tenenda eſt, tanquam fortioribus fundamentis probata, diſtinguendo ac conſiderando tres caſus. Primo, quando in † præd. Bullis vel alio priuilegio Apoſtolico expreſſe fit mentio, quod in foro conſcientiæ poſſit fieri prædict. abſolutio, & tunc res eſt plana, quia conſtat de intentione Summi Pontificis limitata ad forum conſcientiæ, ac proinde in foro exteriori denegata videtur: quia incluſio vnius eſt excluſio alterius, *argum. l. cum prætor, cum ſimil. ff. de indic.* & limitata cauſa limitatum parit effectum, *vt in l. age* cum Geminiano, *Cod. de tranſact. cum ſimil.* & in claris non eſt locus coniecturis, *vt in l. continuus, §. cum ita, ff. de verborum obligation.*

Secundo, quando † in literis Apoſtolicis continetur ac conceditur facultas confeſſario abſoluendi in vtroque foro, prout in eiſdem quibuſdam in caſibus exprimitur, & tunc etiam res eſt clara: imo ex hoc noſtra

ſententia



ſententia comprobatur in aliis caſibus, vbi id non exprimitur, cum manifeſte diſtinguere velit Summus Pontifex forum interius ab exteriori.

12 Tertio, quando † in literis Apoſtolicis nullius fori fit mentio, ſed ſimpliciter indulgetur, vt quis poſſit abſolui per confeſſarium à ſententia excommunicationis quam incurrit à iure vel ab homine ſatisfacta parte, prout regulariter dicitur in bullis Cruciatæ, & in hoc caſu vere conſiſtit noſtra quæſtio: & cum de abſolutione à confeſſario facienda loquatur, conſequitur in foro pœnitentiali tantum, hoc eſt, animæ, locum habere præfatam abſolutionem, non vero in iudiciali, ſicut cętera in eiſdem bullis contenta, hancq; eſſe mentem Summi Pontificis: ſi enim aliud vellet, expreſſiſſet, prout moris eſt exprimere regulariter, quoties in vtroque foro ſuam conceſſionem prodeſſe vult: ex quibus ſatisfit fundamentis contrariæ partis: nam etiam ſi beneficium Principis latiſſime ſit interpretandũ, & in dubio magis, vt actus pleno iure valeat, quam debiliori, id tamen verum eſt, vbi ex verbis concedentis, ac iuxta materiam ſubiectam de contraria mente legiſlatoris non conſtaret: *argument. l. non aliter, ff. de legatis 3. & in l. ſi vno ff. locat.* ergo cum hic conſtet mẽtem Summi Pontificis eam eſſe, vt circa forum animæ loquatur ex ſupradictis, in eo tantum valere debet abſolutio, & ſic ſuſtinetur & non perit, non vero in foro exteriori, vltra & præter intentionem concedentis.

Secundo, principaliter † hæc eadem ſententia pro-
13 batur, quoniam abſolutus in animæ iudicio, etiam pœnitentia peracta, poteſt in exteriori foro accuſari & puniri, *iuxta gloſſ. in capit. de his, de accuſat. gloſſ. vnica, in fine*, communiter ibi approbata ſecundum Couarr. *lib. 2. variar. reſolut. cap. 10. num. 2.* vbi agit, an etiam idem ſit in pœnitentia publica: quæ communis ſententia procedit abſq; dubio, etiamſi virtute bullarum vel iubilei, quis fuerit abſolutus à confeſſario à ſuis peccatis & exceſſibus, quantumcunque grauibus & enormibus: illa enim conceſſio & priuilegium, reſpectu tantum fori interioris locum habet, vt manifeſte patet ex eiſdem literis Apoſtolicis: ergo abſolutio ab excommunicatione, lata à iudice, ſatisfacta parte, permiſſa in eiſdem literis, eodem iure cenſeri debet. quandoquidem eius reſpectu aliud non exprimitur, nec differentia fit vlla inter abſolutionem à peccatis & à cenſuris, ſed à prædictis omnibus iubetur abſolui per confeſſarium, ſumens bullam vel iubileo gaudere volens: abſolutio ergo omnium ſupradictorum intelligi debet in foro pœnitentiali, non vero etiam in exteriori: quia cum abſolutio à criminibus non tollat accuſationem in foro exteriori, ita nec abſolutio ab excommunicatione ſatisfacta parte, tollet eandem in exteriori foro: vna enim determinatio reſpiciens plura determinabilia, pariformiter debet determinare, *vt in l. iam hoc iure, cum ſimilibus, ff. de vulgari & pupillari.* Quod ſi inſtes, plures determinationes dari in propoſito in bullis, vel iubileo, vnam reſpectu nempe peccatorum, alteram reſpectu cenſurarum, adhuc idem, quod prædiximus, exiſtimo; cum eadem ratio in vtraque concurrat & militet, atque eadem intentio concedentis ſub vna eadémque bulla & diſpoſitione contineatur: quare etſi plures ſint determinationes, omnes tamen ſub vnica conceſſione Apoſtolica comprehenduntur: & cum concedens in neutra fori differentiam faciat, omnes in eodem foro interiori intelligendæ ſunt: plures enim ſunt differentiæ inter vtrumque forum, vt probatur in pluribus iuris partibus, & maxime *in capit. quia plerúmque, de immunitate Eccleſ.* & bene per Ludouicum Gomez. *in regul. de non iudicando iuxta formam ſupplicationis, quæſtione 14. in verſiculo, breuiter prædictis non obſtantibus:* vbi quod iſte conſcientiæ forus à contentioſo, ſicut cœlum à terra differt.

Tertio, huic † opinioni fauet ſtylus vetuſtiſſimus 14
Curiæ Romanæ, à tempore Benedicti XII. Nam in ſacra Pœnitentiaria, quando gratia in foro conſcientiæ petitur, abſolutio confeſſori committitur literis laniatis & nullis teſtibus adhibitis, nec vlla tunc fit compoſitio pecuniaria cum Datario, & ita practicatur: ſecus eſt; qnãdo quis vti vellet gratia in foro fori, quia tunc gratia cum Datario componenda eſt: ita Gomez *vbi ſupra* quem refert & ſequitur D. Couarr. *in capit. alma mater, 1. part. relect. §. 12. n. 16. verſic. quinto de ſentent. excommunic. in 6.* vbi ad idem allegat Paul. Pariſ. *conſ. 67. n. 21. lib. 4.* referentem, inueteratum etiam ſimilem ſtylum Curiæ Romanæ, nempe, quod Romanus Pontifex non conſueuit per iubileum aut Bullas confeſſariis cõmittere ea, quæ forum contentioſum concernunt, ſed tantum ea, quæ ad pœnitentiæ forum & conſcientiæ purgationem ſpectant: ex hoc enim ſtylo mens concedentis apertior ſit, nempe quod in dubio in foro interiori conceſſio intelligatur facta.

Quarto † & vltimo, quia ſi aliud diceremus, præiu- 15
dicium inferretur iudici excommunicanti, plurimumque detraheretur auctoritati iuriſdictionis Eccleſiaſticæ fori exterioris, ſi publice excommunicatus & denuntiatus, ſecrete per ſacerdotem ab eo ad confeſſionẽ electum abſolutus ingerat ſe diuinis, quaſi in contemptum iudicis, qui eum excommunicauit: cui quidem iudici congrue non ſatisfactum eſt, etiamſi excommunicatus parti ſatisfecerit, cum eidem iudici parere recuſauerit, ſicq; opus habeat eidem quoq; ſatisfacere ob ſuam contumaciam, ob quã offenſa eſt publica auctoritas: quæ ſatisfactio fiet petendo ab eo licentiã, vt abſoluatur, ſibiq; deſuper conceſſa. Princeps autem nunquam videtur alteri priuilegium ſeu quid aliud concedere cum præiudicio tertij *vt in l. 2. § ſi quis à Principe, cum ſimil. ff. ne quid in loco public.* alioqui Eccleſiaſticus ordo peruerteretur, ſi vnicuique ſua iuriſdictio non obſeruaretur, *cap. peruenit, 11. quæſt. 1.* & in terminis noſtræ quæſtionis, etſi eam dubiam exiſtimet, hanc partem præuia deliberatione, pluribúſq; iuris fundamentis probauit atque defendit ex profeſſo D. Couarr. *vbi ſupra, dict. num. 16. per totum*, & late optiméque probat dicens, hoc ſine dubio recipiendum eſſe, *Ledeſmius in 2. part. 4. libri ſentent. quæſt. 26. artic. 1. columna penult. & fin. fol. 353.* ſecundum impreſſionem Conimbricæ factam, & eam libenti animo tanquam veriſſimam amplector, & ſcio aliis doctiſſimis viris etiam placere. Et nouiſſime poſt huius operis primam impreſſionem ſecundum eam conſuluit Nauarr. *conſil. 23. de pœnit. & remiſ.* vbi plura alia in eius fauorem addit: & iterum in tranſitu *conſil. 11. de ſentent. excommun.*

Nec obſtat, quod † in publice excommunicato & 16
denuntiato nullius effectus erit prædict. gratia, quia ſi non remanet abſolutus in foro exteriori, abſolutio in interiori nullam vtilitatem ſibi affert, cum in exteriori poſſit & debeat vitari atque puniri, ſi ſe ingerat diuinis. Nam reſpondeo, quod Papa nihil plus conceſſit, quam in foro interiori, vt ex ſupradictis patet, & ſatis eſt, quod in eo actus valeat, ne dicamus eum omnino perire. Poterit igitur excommunicatus hoc caſu faciliter, ſatisfacta parte, licentiam adiſpici à iudice, vt abſoluatur, interim vero ſe abſtineat. Erit etiam eidem prædict. conceſſio & indulgentia maximo ex vſu, nempe ſi ſit occultus excommunicatus, tunc enim cum eſſet ſcandalum, ſufficit ei abſolutio in foro animæ facta, ſi iudex aliud non poſcat nec ab eo petat. Non etiam obſtat, quod factum iudicis cenſeatur factum partis, quoniam hoc eſt diuerſum à no-

ſtra materia:procedit enim in eum ſenſum, vt illa pars, cuius bona venduntur ob cauſam iudicati, ea euincere non poſſit,imo ſi ab alio iure euincátur, tenebitur ipſe de euictione : licet enim iudex vendiderit ,perinde eſt, ac ſi ipſe debitor vendidiſſet : & hoc eſt, quod probat *dict. l.ſi ob cauſam*,& quod ibi notant Doctores, & Tiraquel.*vbi ſup*.quod nihil probat contra noſtram præfatam ſententiam

17 Non etiam obeſt dictum † Cardin.*vbi ſup.* nam verum minime eſt : quia non eſt credendum confeſſario aſſerenti aliquem ab excommunicatione abſoluiſſe, quia obſtat iuris regula de excommunicato remittendo ad ſuum excommunicatorem, qui cauſa cognita eum abſoluat, & ita aliis conſtet fuiſſe abſolutum, vt recte probat Ledeſm.*vbi ſup.*contra Cardin. & reſpondet dictis glo. in contrarium allegatis,in primis negare veras eſſe, Decium ibi in fine, & præterea loqui in diuerſo caſu, vt ibi per eum.

18 Hæc † tamen vera ſunt recteque procedere videbantur,quouſque Sanctiſſimus Dominus noſter Pius V. Iubileo anno Incarnationis Dominicæ 1568. 15. Calen. Decembris, ſui Pontificat. anno 3. lato,*incipient. Grauiſſima maximáq; pericula*,&c. ſub titulo,*Iubileũ ad implorandum diuinum auxilium,ſuam,prædeceſſorum, atque ſucceſſorum in ſimilibus gratiis & indulgentiis mentem declarauit his verbis.Declarantes inſuper,tam præſentes, quã alias quaſcunq; ſuper conceſſione ſimilium indulgentiarum à nobis & prædeceſſoribus noſtris hactenus emanatas, & in futurum quomodolibet emanandas literas, Chriſti fidelibus, ipſis niſi ad earum effectum in foro conſcientiæ & pænitentiali conſequendũ duntaxat,non autem in foro fori,aut cõtentioſo,niſi ſatisfecerint iis,propter quæ cẽſuræ in eos latæ fuerint vllatenus ſuffragari,eoſdémq; Chriſti fideles illis iuxta huius noſtræ declarationis formã & tenorem tantum,& non aliter,nec alio modo vti, aut eis ſe iuuare quoquo modo potuiſſe aut poſſe;quinimo eos in illas poſtmodũ reincidiſſe,& in futurum reincidere,ſicque ab omnibus quauis auctoritate fungentibus cenſeri & iudicari debere,irritúmque,& inane quicquid ſecus à quoquam quouis prætextu aut colore ſcienter vel ignoranter, attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterũ contigerit attentari.* Videtur enim ex ſuprad.noua declaratione,quod ſatisfactione reipſa exhibita præcedente, valeat abſolutio virtute Bullæ ſiue indulgentiæ in vtroque foro. Eadémque ratione idem videtur dicendum, quando ſatisfactio partis neceſſaria non eſſet,veluti ſi non eſſet pars, ſed cenſura impoſita fuerit à iure propter delictum puniendũ:tunc enim cum non requiratur ſatisfactio partis, abſolutio quoque virtute iubilei in vtroq; foro valere videtur contra ſententiam, quam ſupra fundauimus atque probauimus:& præd.iubileum eſt inter motus proprios,qui ſunt impreſſi Viſeo anni 1570.vbi compilator illorũ ex ſe addit;*Fuit hoc volumine inſertum propter generalem & perpetuã declarationem Pontificiã circa abſolutionem à cenſuris virtute cuiuſcunq; iubilei,quæ ſolum indicatur prodeſſe in foro interiori ad effectũ conſequendi iubileũ,non vero in exteriori abſq; debita ſatisfactione, prout in ea continetur.* Poſtea tamen Bulla quadam Cruciatæ Gregor. XIII. Pontificis Maximi, Regno Portugalliæ conceſſa,declaratum fuit expreſſe. *Que las abſoluciones hechas por virtud de aquella Bula,deſpues de ſatis fecha parte delas deſcõmuniones,o de otras cenſuras* latis ab homine vel ferẽdis,*no valga a ninguna perſona Ecleſiaſtica,o ſeglar* in foro iudiciali, *&c. antes que alcançe de ſujuez abſolucion* ſicque in excomnicatione ab homine lata expreſſe videtur approbari ibidem ſententia Cou.& noſtra ſupra fundata,quamuis illa non ſit perpetua nec generalis conſtitutio & declaratio,ſed gratia illis Regnis facta:in excommunicatione vero à iure præſupponitur ibidem valere abſolutionem virtute d.Bullę facta in vtroque foro.Quid dicend.

Certe matura ac diligenti conſideratione de hac re habita,adhuc defendo,veriorem & tenendam eſſe ſententiam Couarr. quam prædiximus, nempe abſolutionem excommunicationis ab homine latæ,parte ſatisfacta, virtute Bullæ Cruciatæ impenſam, tantum valere atque intelligendam fore ſuum effectum ſortiri in foro interiori conſcientię,non vero exteriori, per omnia ſupradicta.Nec obſtat præd.iubileum Pij V. cum ſua no- 19
ua generali + & perpetua declaratione iam *ſupra* relata,quæ profecto nobis videbatur in ſupradictis magnũ obicem ponere; quoniam abſolutio illa cenſurarum virtute illius declarationis facta,& in poſterum facienda, quæ parte non ſatisfacta prodeſt in foro interiori tantum,ipſa vero ſatisfacta in vtroq; vt ibi expreſſe cauetur, & modo ex verbis d. declarationis deduximus, procedit tantum ad effectum duntaxat conſequendi iubileum,quo conſequuto,ſtatim excommunicati præfati reincidunt in priorem excommunicationẽ,ampliuſque non gaudent præd.abſolutione: Itaque quamuis præd. abſolutio,ſatisfacta parte conceſſa,proſit in vtroque foro ad conſequendũ iubileum,hocque caſu,hoc eſt,quoad præd.effectum conſequendi iubileum, noſtra de hac re ſententia non procedat,quoniam abſolutio, ſatisfacta parte præſtita virtute d. nouæ declarationis proſit in vtroque foro ad effectum conſequendi duntaxat iubileum, quam declarationẽ non vidit Ant.de Cordub. in ſuo tract. *de caſos de conſcientia,q.* 20.*in* 3 *puncto* vbi aliter in propoſito loquutus eſt : attamen conſequuto iubileo,ſtatim excommunicati reincidunt in præfatam priorem excommunicationem, vt expreſſiſſime in eodem iubileo Pij V.eiuſque generali & perpetua declaratione in verbis *ſupra* relatis cauerunt. Quinimo hoc ipſum ad literã eſt quod pius V.*ibidem* declarauit, non vero quid aliud,vt conſtat ex literę contextura,ibi,*Niſi ad earum effectum in foro conſcientiæ & pænitentiali conſequendum duntaxat.* & ibi,*Eoſdémque Chriſti fideles,illis, iuxta huius noſtræ declarationis formam & tenorem tantum,& non aliter nec alio modo vti,* &c.& ibi, *Quinimo eos in illas poſtmodum reincidiſſe & in futurum reincidere debere ſicq; ab omnibus*,&c.ergo abſolutio illa eſt ad reincidentiam tranſacto iubileo, non vero in totum: quo ſit, vt potius illo iubileo, ipſiuſque noua declaratione, noſtra de hac re ſententia videatur probata quã correcta: quoniam ſi abſolutio virtute iubilei facta à cenſuris latis ab homine, præcedente partis ſatisfactione, vel etiam ipſa deficiente,non eſt tanti momenti ac vigoris, vt conſequuto iubileo valeat in neutro foro, ſed potius excommunicatio ipſa prior reincidatur, vt *ibidem* expreſſe cauetur, conſequitur, neceſſariam eſſe aliam legitimam abſolutionem, quandoquidem præcedens non fuit in totum,ſed ad reincidentiam. Quod ſi inſtes, quid operetur ſatisfactio partis ad iubileum cõſequendum facta, quandoquidem abſque ea abſolutio valet in foro interiori? Reſponde libenter, hunc effectum ea inducere,nempe quod cum † aliquis eſt excõ- 20
municatus nominatim & publice denunciatus ad inſtantiam partis,parum ſibi prodeſſet abſolutio excommunicationis in foro interiori, quandoquidem parochus & alij Sacerdotes,quibus innoteſceret excommunicatio, quinimo & pars, ad cuius inſtantiam excommunicatio lata fuit, impedire poſſent eidem communicationem in diuinis,ſicque eum excludere ab Eccleſia, & Sacramentorum receptione ac iubilei cõſequutione: at vero ſatisfacta parte,cum abſolutio proſit in vtroque foro, quamuis ad effectum duntaxat conſequendi iubileũ,nullo modo ab aliquo impediri poterit conſequi præd.iubileum:iuſtiſſime enim atq; ſanctiſſime,ſicut in cæteris,Pius V.in hoc proceſſit, nolens creditoribus in aliquo obeſſe,ſed tantum iudici excommunicatori, qui cum habeat iuriſdictionem emanatam ab eadem ſede Apoſto-



Apoſtolica, eidem iure optimo potuit hoc caſu præiudicare, quamuis id non in perpetuum, ſed tantum ad conſequendum iubileum duntaxat fecerit motus ſuo ſolito in gregem ſibi à Deo commiſſum feruentiſſimo pientiſſimoque zelo, vt omnes Chriſti fideles iubileum conſequi poſſint. Magni igitur habenda eſt præfata Summi Pontificis generalis & perpetua declaratio ad prædictum effectum, prout ipſa ſonat, & compilator ſummauit in ſuo illo breui compendio ſupra ralato.* Hæc dicta ſunt, ſalua cenſura ſacroſanctæ matris Eccleſiæ,eiuſque Summi Pontificis,cui in omnibus me ſubiicio.*

His mirum in modum cõcinit Bulla Cruciatæ Gregorij XIII.Regno Luſitaniæ conceſſa iam ſupra relata, quæ expreſſa eſt in fauorem noſtræ & Couar. ſentẽtiæ: Non enim ſunt contrarij Pius V.& Greg. XIII. in prædict. ſuis conceſſionibus nec hoc vllo modo dicendum eſt,quia diuerſæ ſunt.Prima enim Pij V.loquitur in abſolutione à cenſuris ad reincidentiam, quoad effectum conſequendi iubileum duntaxat, vt prædiximus non ſemel. Secunda autem Gregor. XIII. quoad abſolutionem in totum virtute BullæCruciatæ faciendam,vt ipſa tãtum proſit in foro interiori etiam ſatisfacta parte, non vero in exteriori,niſi conſequuta abſolutione ſui iudicis excommunicatoris.* Prædicta incaute legit Emanuel Roder. *in explicatione Bullæ Cruciatæ*,§. 9. *n.55 verſ.vltimo, & iterum in ſumma* 1.*tom.cap.*83.*verſ.* 9. ſiquidem nobis falſo imponit hic tenere,abſolutionem excommunicationis virtute Bullæ Cruciatæ ſatisfacta parte impenſam non prodeſſe in foro exteriori, ſtante dict.motu proprio Pij V.ſine licentia iudicis qui excommunicauit: cuius contrarium ipſe ibi probat ex litera d.motus proprij,ibi,*Niſi ſatisfecerint*,dicens: nos huic literæ inſufficienter reſpondere, aliterque eam intelligere quam ſonet.In primis namque dico,me expreſſe tenuiſſe hic, prodeſſe præd. abſolutionem ſatisfacta parte, quoad forum etiam contentioſum, vt patet expreſſe ex ſupradictis, *n.*18. *&* 19. Contendimus tamen hoc tantum procedere quoad effectum conſequendi iubileum:ſed eo conſequuto, ſtatim reincidi excõmunicationem eandem,ampliúſq; non gaudere ſic abſolutum præd abſolutione:quod ad finem declarauit dictus motus proprius,ibi, *Quinimo eos in illas poſtmodum reincidiſſe, & in futurum reincidere, &c.* qua in parte non excipit,quando parti ſit ſatisfactio, ſicut ſupra exceperat, quoad effectum iubileum conſequendi: Ergo in vtroq; caſu prædicto conſequuto iubileo,ſcil.ſatisfacta parte vel non ſatisfacta, reinciditur excommunicatio prior. Hoc autem non guſtauit Emanuel, nec eius meminit, nec quicquam de reincidentia ibi locutus eſt. Mea igitur intelligentia literalis eſt. Debuit ergo religioſus religioſe loqui,& omnia integre referre, cunctaque rimari priuſquam iudicaret. Quare teneo nihilominus meam priorem ſententiam, vt veriſſimam,ſalua in omnibus declaratione Sedis Apoſtolicæ & correctione ſanctæ matris Eccleſiæ, cui me ſubmitto.

### SVMMARIVM.

1 *An virtute Bullæ Cruciatæ abſolui poſſit quis ab irregularitate contracta ratione peccati? & nu.ſeqq.*
2 *Abſolutio ab irregularitate ratione peccati contracta, eſt reſeruata ſummo Pontifici.*
3 *In generali conceſſione abſoluendi à quibuſvis peccatis, cenſuris & pœnis, non continetur abſolutio vel diſpenſatio ab irregularitate.*
4 *Aliud eſt abſoluere, aliud eſt diſpenſare.*
5 *Qui in foro conſcientiæ poteſt abſoluere, diſpenſare non poteſt.*
6 *Irregularitas duplex eſt : vna,quæ in pœnas peccati eſt impoſita,altera, quæ incurritur circa culpam : ſed eſt alia ſpecies irregularitatis, quæ ex homicidio, vel membri mutilatione contrahitur, ob dolum vel culpam à priori abſolui poteſt virtute Bullæ Cruciatæ:à poſterioribus minime.*
7 *Abſolutio ab irregularitate contracta ratione peccati, quæ virtute Bullæ Cruciatæ fieri poteſt, procedit tantum in foro interiori : ſecus in exteriori.*
8 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate occulta.*
9 *Secus ſi ſit publica vel deducta in iudicio.*
10 *Caſus hic contentus nu.*[illegible]*. practicatus.*

## CAPVT III.

### An virtute Bullæ Cruciatæ abſolui poſſit quis ab irregularitate?

INſiguis occurrit quæſtio; *An virtute Bullæ Cruciatæ* 1
*poſſit quis abſolui † ab irregularitate contracta ratione peccati?* nempe,vt ſi quis excommunicatus celebret,*vt in tit. de cler. excommun. miniſt.* vel ſi excommunicatus ordines ſuſcipiat, *vt in c.1.de his qui furt.ord. ſuſcep.* vel ab Epiſcopo excommunicato,*vt in c.gratia, & in c. ſtatuimus*,1 *q.*1.& propter alia complura peccata? Et quod
non poſſit, probatur. Primo, quoniam † abſolutio vel 2
diſpenſatio ſuper huiuſmodi irregularitate eſt reſeruata Sũmo Pontifici,ita quod alius præter ipſum, vel cui ipſe ſpecialiter id commiſerit, ab ea abſoluere vel diſpenſare minime poſſit,vt probat tex.*In c.1 in final.verbis de ſent.excomm.l* 6.*& in c.1. verſ.ſciturus, de ſententia & re iudic.gl.& Doct.in c.3.in verb.moniti,& in c.latores, gl.final de cler. excommun.miniſt.l.5.tit.5.part.1.in verſ. E aun mas,&c.*Nec Epiſcopus poteſt ſuper ea diſpenſare præcipue ſi deducta ſit in iudicio,quia tantum in occultis id poteſt,*vt in decreto de reformat.Concil. Trident. ſeſſio.*24.*c.*6.Cum ergo hoc in bulla expreſſe non concedatur, ſed tantum quod confeſſarius electus poſſit abſoluere pœnitentem ab omnibus peccatis ſuis, pœnis & cenſuris Eccleſiaſticis, etiam reſeruatis ſedi Apoſtolicæ,& quotannis legi ſolitis in Bulla Cœnæ Domini conſequens eſt, vt ab huiuſmodi irregularitate abſoluere non poſſit præd.confeſſarius.

Præmaxime, quia in generali conceſſione + abſol- 3
uendi à quibuſvis peccatis,cenſuris & pœnis,non continetur abſolutio vel diſpenſatio ab irregularitate, vt tenent Dominicus & Alexand. *per illum tex.in c miror,* 50.*diſtin.*Villadieg.*in tract.de irreg. col.*43.*in fine*,vbi loquitur in poteſtate, quæ per Bullas Papæ datur ad abſoluendum,quem refert & ſequitur Nauar. *in Manual. Latin.c.*27 *n.*194.*& latius probat ibidem n.* 250. addens hunc etiam eſſe ſtylum Curiæ,vt per præfatam facultatem in Bullis conceſſam diſpenſandi à quibuſvis votis, & abſoluendi à quibuſlibet cenſuris,non cenſeatur cõceſſa facultas diſpenſandi ab irregularitate, niſi exprimatur.* Idem Nau.*nouiſſime conſ* 18.*n.*2. *de ſymon.** Solet Papa excipere illa,quæ ex bigamia & homicidio naſcũtur:ergo hoc non expreſſo,virtute præfatæ clauſulæ diſpenſari non poterit ſuper irregularitate.Secũdo,hęc
eadem pars probatur, quia † aliud eſt abſoluere, aliud 4
diſpenſare,vt docet Borgaſ.*de irregul.*6.*par. tit. de ſibiſmat.n.*19.adeo,vt qui † in foro cõſcientię poteſt abſol- 5
uere, diſpenſare non poſſit, ſecundum eundẽ Borgaſ.*d.* 6.*par.tit.de ſortileg.n.*11. Ergo cum ſuper irregularitate non cadat abſolutio,ſed ſola diſpenſatio,eaque reſeruata ſit Papæ,nec vigore dict.Bullæ liceat diſpenſare, ſed tantum abſoluere à peccatis & cenſuris : & irregularitas non ſit cenſura, ſed pœna, conſequitur, vt ab irregularitate diſpenſare non liceat : & in terminis ita tenet Nauarr. *vbi ſupra* præcipue *d.n.* 250.dicens, quod cum nullo irregulari diſpenſare poteſt confeſſarius electus per Bullam Papæ, quæ habet clauſulam abſoluendi à qualibet cenſura:* *& conſil.*66.*num.*1. *de ſentent.excommunic.lib.*5.Idem ante eum tenuit D. Soto *libr.*5. *de*

*iuſtitia & iure, quaſt. 1. art. 4. col, final. in verſ. ex his, ibi, quaporpter:* & Ledeſmius in ſecundam quarti libri, *qu. 26. art. 2. in tract. de irreg. in 4. regul. fol. 563.* & cum opin. Nauarr. *vbi ſup.* dicens eſſe etiam Canoniſtarum, tranſite videtur F. Ludouic. Lopez *in ſuo inſtructor. conſcient. 2. part. c. 92. col. 724.*

Nihilominus ſupradictis non obſtantibus, contraria ſententia in terminis de quibus agimus, nempe in irregularitate ratione peccati ſacrilegij contracta, vt in exemplis *ſupra* fictis, eiſque ſimilibus, vt virtute Bullæ Cruciatæ in verbis *ſupra* relatis, etiamſi non dicatur in ea, quod poſſit abſoluere confeſſarius à pœna, ſed tantum ab omnibus peccatis & cenſuris Eccleſiaſticis, etiam reſeruatis, *&c.* vt à præd. irregularitate abſoluere poſſit, mihi ſemper verior viſa eſt tenenda, ſicut & aliis doctiſſimis viris Theologis, cum quib. rem hanc contuli. Et hoc primo, quoniam duplex eſt irregulari-
6 tas, vna † nempe quæ in pœnam peccati eſt impoſita, vt in caſibus ſupradictis, & hæc proprie dicitur effectus cenſuræ, quoniam à cenſura originem ſuam ducit, nempe ab excommunicatione vel ſuſpenſione, in qua erat, qui ob exercitium vel receptionem ordinis efficitur irregularis, vel propter excommunicationem Epiſcopi ordinatis: quare merito, vt hoc caſu in Bulla Cruciatæ, qua confertur confeſſario facultas abſoluendi ab omni cenſura Eccleſiaſtica, illo nomine includitur irregularitas ratione prædicti peccati contracta.

Altera eſt irregularitas, quæ incurritur citra culpam, vt propter bigamiam vel effuſionem ſanguinis, etiam licitam, vt cum iudex iuſte ſuſpendere facit reum, vel aduocatus eum accuſat, vel procurator contra eum ſollicitat, teſtiſve verum teſtimonium fert, ex quib. mors rei ſequitur; vel propter orbitatem membri, aut fœditatem corporis: & hæc non eſt cenſura, ideóque merito ſub illo nomine non continebitur in Bulla Cruciatæ, atque proinde ab ea confeſſarius abſoluere, nec diſpenſare poterit, quantumcunque eidem facultas concedatur abſoluendi à quibuſcunque peccatis, pœnis & cenſuris; cum hæc irregularitas, nec ſit pœna, nec cenſura Eccleſiaſtica, nec etiam culpa, ſed inhabilitas quædam. Quare non eſt opus abſolutione, ſed habilitate, quæ nomine abſolutionis non intelligitur. Idemq; erit in alia ſpecie irregularitatis, quæ ex homicidio vel membri mutilatione contrahitur dolo vel culpa, quæ impedit ſacros ordines recipere propter defectum perfectæ lenitatis, quæ in ordinando requiritur propter indecentiam, quæ eſt in effundente ſanguinem ad ſacrum miniſterium; Hæc enim irregularitas ſine dubio etiam non comprehenditur in d. facultate abſoluendi à peccatis & cenſuris; quãuis enim à culpa & peccato hoc caſu delinquens pœnitens abſolui poſſit virtute d. Bullæ Cruciatæ cum ſatisfactione debita, habilitari tamen minime poteſt ad ordines ſuſcipiendos ſine Papali diſpenſatione: itaque in his duab. ſpeciebus poſterioribus irregularitatis, præter primam, minime dubiũ eſt, confeſſarium non poſſe abſoluere nec diſpenſare cum pœnitente ſuper præd. irregularitate, quæ circa culpam, vel cũ ea, propter defectum perfectæ lenitatis contrahitur: in priori aũt ſpecie irregularitatis, quæ ratione peccati & ſacrilegij contrahitur, quia procedit à cenſura, verior efficitur præfata ſententia affirmatiua, vt ab ea abſoluere poſſit confeſſarius virtute Bullæ Cruciatæ, per ſupradicta: ex quibus remanet ſatisfactum fundamentis prioris partis, quæ vere in poſteriorib. præfatis ſpecieb. irregularitatis concludunt, in quibus nos etiam idem probamus, nempe in eis confeſſarium minime diſpenſare poſſe virtute Bullæ Cruciatæ: ſecus in priori, de qua eſt noſtra principalis quæſtio. Non etiam obeſt, quod ſuper irregularitate non cadit abſolutio, ſed diſpenſatio, quæ minime conceditur confeſſario in præd. Bulla. Nam reſpondeo, quod ſuſpenſio vel irregularitas ratione peccati contracta tollitur quibuſcunque verbis, & ſic confeſſarius virtute Bullæ debet ab ea abſoluere, vt tenet. F. Bartol. à Medina *in ſua ſumma, Inſtruciõ de cõfeſſores vulgo dicta l. 2. c. 12. in forma abſolutionis ab irregularit. fol. 305. col. 2.*

Et ita hanc partem in terminis noſtræ quæſtionis tenẽt & probat Domin. Soto *in 4. ſententiarum, diſtinct. 22. q. 3. artic. 1. pag 965. col 2.* & Medina *vbi ſup. l. 1 §. 9. fol. 50.* idem Medina *2. 2. qu. 69. art. 4.* & Ant. à Corduba *lib. 5. quaſtionarij in tit. de indulgent. qu. 43. in 4. dubio, & in ſua ſumma De caſos de conſciencia, qu. 28. ad fin.* vbi tamen dicit, ſecurius eſſe occurrere ad ordinarium, qui poteſt eum abſoluere: intellige ſi eſt occultus irregularis, alias ſecus, *vt in decret. de reforma. ſancti Concil. Trid. ſeſſio. 24. c. 6.* vbi excipitur irregularitas, quæ oritur ex homicidio voluntario, & deducta ad forum contentioſum Poſt* huius operis primam editionem hanc opi- *
nionem probabilem fatetur nobiſcum Emanuel Roder in explicatione Bullæ Cruciatæ, *§. 9. n. 64.* eamque probarunt magiſtri Victoria, Cano, & Bannes, vt nouiſſime nos hic citans refert Henricus *in ſumma Theolog. mor. lib. 7. de indulg. c. 13. n. 6. in prin.* vbi licet dicat falſam, tandem *in verſ. qua ſententia,* affirmat quod ea ob auctoritatem grauium Doctorum, & probabiles rationes, admittenda eſſet in praxi, vt probabilis, ſi vrgente caſu non eſſet facilis recurſus ad Epiſcopum aut Nuntium pro diſpenſatione. At vero hæc vltima adiectio illius auctoris propria eſt, non vero noſtra, nec eorum qui hanc partem tuemur. Quinimo ſi noſtra ſententia tenenda eſt in praxi vt probabilis, ob auctoritatem grauium Doct. adiectio præd. ſuperflua eſt, & non vera, etiamſi confeſſarius virtute Bullæ Cruciatæ abſoluere non poſſet à præd. irregularitate, prout Henricus exiſtimabat difficilis recurſus ad ſuperiorem, iuriſdictionẽ non contribueret aut facultatem diſpenſandi. Tenenda igitur eſt indiſtincte noſtra præfata ſententia, vt valde probabilis, tantorum virorum aſſertione & iudicio probata, tametſi nouiſſime D. Sahagum *in c. at ſi clerici, §. de adulteriis, n. 122. cum ſeqq. de iudiciis,* opinionem contrariam cum Nauarro & ſequacibus probet ex eo, quod irregularitas non ſit proprie cenſura, *c. quærenti, de verb. ſignif.* Sed hoc non obeſt, quia hæc irregularitas eſt effectus cenſuræ, quoniam à cenſura originem ſuam ducit vt prædiximus.

Nec idem Soto contrarium in hac ſpecie probauit *in l. de iuſtitia & iure, loco ſupra citato*: nam recte inſpectus loquitur in irregularitate ſecũdæ ſpeciei, de qua *ſupra* mentionẽ fecimus, nempe illa, quæ citra culpã contrahitur propter indecentiam ad ſacrorum adminiſtrationem, vt conſtat ex verbis proxime præcedentibus eiuſdem: in qua ſpecie nos quoque *ſupra* probauimus, & Corduba *vbi ſup.* non poſſe confeſſarium abſoluere pœnitentem virtute Bullæ Cruciatæ à præd. irregularitate cum non ſit cenſura, ſed inhabilitas quędam & indecentia. Supereſt igitur, vt præfatus auctor non ſit ſibi contrarius: nam in dict. 1. loco tenuit & retulit vnũ membrum tantum diſtinctionis, quam fecit *in dict. 1. loco lib. 4.* alterum vero noſtræ quæſtioni conueniens non expreſſit, vnde circa illud recurrendum eſt ad eundem *in d. lib. 4. diſtin. 22. qu. 3. art. 1.* vbi noſtram ſententiam expreſſe probauit. Nauar. autem *ſupra* in contrarium allegatus in ſua generalitate noſtræ ſententiæ repugnat, attamen eius fundamenta, vt prædixi, tantum concludunt in ſecunda ſpecie irregularitatis ſupradictæ, in qua nos idem, quod ipſe, probamus.

Superiora tamen † rectæ procedunt atque concludũt 7
in foro pœnitentiali, in quo facultas abſoluẽdi per bullam confeſſariis conceſſa tantum videtur, tam à peccatis, quam à cenſuris, cum ipſa confeſſario loquatur, vt ſupra late reſoluimus, *cap. præced.* at vero in foro exteriori



riori verius videtur, vt confeſſarius virtute Bullæ Cruciatæ vel alterius priuilegij Apoſtolici (niſi in eo exprimatur, quod in vtroque foro abſoluere vel diſpenſare poſſit confeſſarius ab huiuſmodi irregularitate) non poſſit ab ea abſoluere nec diſpenſare, niſi tantum in foro interiori, *per ſupradicta,* quamuis nullus, quem viderim, hoc tangat, eſt tamen iuri, rationique conſentaneũ, tum ex ſupradictis, tum etiam, quia licet in abſolutione ab excommunicatione, attenta d. noua conſtitutione Pij V. ſatisfacta parte aliud prædixerimus, illam nẽpe valere atque effectum ſuum operari in vtroque foro, illud tamen verum eſt quoad effectum conſequendi iubileum duntaxat, non vero in totum, & præterea irregularitas, de qua agimus, licet proueniat ex cenſura, habet quiddam plus in foro exteriori delendum, nempe impedimentum canonicum, quo ligatus eſt Clericus in eodem foro, vt celebrare minime poſſit, quod non tollitur abſolutione, ſed diſpenſatione & habilitatione, & ita Eccleſia in foro exteriori nunquam introduxit formam abſoluendi ab irregularite, ſed diſpenſandi: diſpenſatio autem huiuſmodi non conceditur in Bulla confeſſario, ſed abſolutio: ergo, &c. Et licet quoad forum interius hæc irregularitas, de qua agimus, tollatur quibuſcunque verbis, ſiue dicat Sacerdos, *abſoluo,* vel *diſpenſo*: attamen reſpectu præfati impedimenti canonici irregularitas in foro exteriori tolli non poteſt, niſi per expreſſam diſpenſationem, habilitationem atque reſtitutionem ad exercitium ordinum: hanc autẽ facultatem confeſſarius non habet: ergo, &c. à cenſuris autẽ habet facultatem abſoluendi ſatisfacta parte, ideo merito, vt abſolutio ab eiſdem cenſuris virtute Bullæ tantum in foro interiori proſit, & virtute iubilei, attenta dicta conſtitutione generali, & perpetua Pij V. in vtroque foro valeat & teneat, quoad effectum tantum conſequendi iubileum ad reinſidentiam, *vt c. præced.* reſoluimus: quo fit, vt ſi hęc irregularitas, de † qua agimus
8 ſit occulta, Epiſcopus poſſit in ea diſpenſare, vt cauetur *in ſupra* allegato Concilij Tridentini decreto. Itidem & confeſſarius virtute Bullæ Cruciatæ, in foro tantum conſcientiæ, iuxta ſecundam partem affirmatiuam ſupradictam, veriorem & tenendam. Si † vero ſit publica,
9 vel deducta in iudicio, minime poterit Epiſcopus in ea diſpenſare, *vt in d. c. 6.* Concil. Trid. nec confeſſarius virtute Bullæ Cruciatæ, quoad forum exterius, ſed quoad interius tantum: quare ſi ſic abſolutus celebraret, poſſet puniri à iudice Eccleſiaſtico, & prohiberi ſub grauibus pœnis, ne amplius id faciat abſque diſpenſatione, & habilitatione: quæ diſpenſatio à Summo Pontifice, cui eſt reſeruata, vel ab eius Nuntio atque Legato de latere ad id mandatum habente, impetranda eſt.

10 Et hunc caſum iam habui in praxi, cum eſſem Proepiſcopus, ſede Epiſcopali vacante huius Epiſcopatus Ciuitatenſ. Contigit enim, quod quidã Sacerdos, quem pro quibuſdam criminibus atque exceſſibus detentum habebam in palatio Epiſcopali, & cui præceperam ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ, & aliis pecuniariis, ne ab ea captura diſcederet, fracto carcere pœniſque ſpretis aufugit, & in fuga publicè celebrauit: poſtea captus & in carcerẽ reductus; atque à pręd. irregularitate, eo quod excommunicatus celebraſſet, accuſatus à præmotore fiſcali, petebat, vt punitione condigna præcedente, eum abſoluerem à præd. irregularitate. Reſpondi me id non poſſe, quandoquidem & publica, & in iudicio deducta erat præd. irregularitas iuxta D. decret. Concil. Trid. Inſtabat autem ipſe fretus iudicio grauium Theologorum affirmantium contrarium, eo quod decretum Concilij præcitatum intelligendum eſſe aſſerebant in duobus caſibus à ſe exceptis, ante ſatiſfactionem & punitionem delicti: at vero ipſa præcedente credebant, me poſſe diſpenſare in præfata irregularitate: nihilominus eis ſemper iure reſtiti, dicens: nullo modo me poſſe diſpenſare ſuper præfata irregularitate publica, & in iudicio deducta, quamuis delictum poſſem punire: tum quia Concilium indiſtinctè prohibet Epiſcopo eam diſpenſationem irregularitatis publicæ & in iudicio deductæ, nec excepit aut permiſit punitione facta: tum quia iure cõmuni reſeruata ſit Summo Pontifici, *vt ſupra* eſt dictũ: nec ab hac ſententia potui vnquam flecti aut diuerti, vtpote meo iudicio veriſſima. Tandem re delata ad Nuntium Hiſpaniarum, mihi cauſam remiſit, committens ac mandans virtute facultatis Apoſtolicæ, quã ad hoc ſufficientẽ ſe habere affirmauit, vt ſine præiudicio accuſationis præfatæ, ac impoſita eidem clerico ſuſpenſione ab exercitio ſuorum ordinum per aliquod temporis ſpatium, & aliis pœnis pro modo culpæ, eo quod excõmunicatus celebraſſet, arbitrio meo moderandis, cum eo diſpenſarem ſuper præd. irregularitate, atque ad exercitium ſuorum ordinũ habilitatem, ac ſuper retẽtione etiã ſui beneficij diſpenſarem: & ita exſecutus fui, vtens in impoſitione pœnarũ potius miſericordia quã rigore, ex iuſtis cauſis meũ animum mouentib. ſicque mea ſententia præualuit atque vera apparuit aduerſus tenentes contrarium. *Laus Deo.*

SVMMARIVM.

1 *Vſus forenſis apud tribunalia Eccleſiaſtica receptiſſimus eſt, vt iudices præcepta iudicialia decernant ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, vt quis ad iudicium accedat vel aliquid aliud agat intra certum terminum: hoc tamen videtur contra ius, vt in num. 3. & ſeq. ſed defenditur num. 8. & ſeq.*
2 *Sententia excommunicationis pro futuris culpis non eſt inquenquam inſligenda.*
4 *Sententia excommunicationis lata, non præcedente trina monitione, non eſt nulla, ſed iniuſta.*
5 *Excommunicatio generalis poteſt in hunc modum ferri: Quiſquis furtum fecerit, ſit excommunicatus.*
6 *Generalis excommunicatio à canone vel ſtatuto ferri poteſt, tam pro præteritis, quam pro futuris culpis.*
7 *Statuta condere eſt iuriſdictionis.*
8 *Cap. Romana, §. caueant, de ſententia excommunic. lib. 6. interpretatur.*
9 *Cap. à nobis, el. 1. de ſent. excommunicat. intellectus.*
10 *Sententia excommunicationis generalis ferri poteſt ab homine in eos, qui tale crimen commiſerint, quoties illud in aliqua vrbe, oppido vel prouincia ita frequens ſit, vt merito pro quiete & ſecuritate, ac bono regimine Reipublicæ generalis monitio atque animaduerſio requiratur.*
11 *Idem erit, quoties ob præcedentem cauſæ cognitionem vel aliud, iudex futuram contumaciam coniectura veroſimili præſumit, vt in exemplo hĩc ficto.*
12 *Vſus forenſis ſupradictus admittendus hodie videtur propter frequentiſſimam hiſce temporib. quoad iudiciales citationes contumaciam, modo caute & non temere ea iudices vtantur.*
13 *Hinc eſt, vt eadem praxis introduxerit, vt ſemper cauſa vel ſpecialis, vel generalis in præd. ſent. exprimatur.*
14 *Conſuetudine inueterata introductus eſt præd. vſus forenſis. qua non eſt dubium derogari poſſe d. §. caueant.*
15 *Conſuetudine tolli poteſt ſolemnitas c. 1. de ſent. excom. l. 6. quæ habet, vt ſententia excomm. in ſcriptis feratur.*
16 *Conſenſus excommunicandi ſatis rationabilis cauſa eſt, vt is, tranſacto termino ſolutionis debiti, excommunicari poſſit.*
17 *Conſentiens perſonaliter conſtitutioni penſionis ſub ſolitis cenſuris & pœnis, poteſt excommunicari à iudice competente ea conditione, ſi penſionem die conſtituto non ſoluerit, etiamſi ipſi literæ penſionis intimatæ non fuerint.*
18 *Clauſula; Si ſenſeris te grauatum, compareas reſponſurus, iuſtificat excommunicationem: nam ſi reus comparea; reſoluitur in ſimplicem citationem.*

19 *Excommunicari*

19 *Excommunicari quis poteſt ea conditione, ſi intra certum terminum non ſatisfecerit: huiuſmodi tamen ſententia, appellatione medio tempore interpoſita, ſuſpenditur.*
20 *Quod procedit, etiamſi in ſententia excommunicationis dicatur, niſi ſatisfecerit creditori intra menſem, ex tunc excommunicatus ſit.*
21 *Aduerbium, Ex nunc, licet ſit præſentis temporis, futurum tamen denotat effectum.*
22 *In hac ſententia excommunicationis conditionalis, adueniente die vel conditione, ipſa excommunicatio ſtatim locum habet abſque aliqua denuntiatione.*
23 *Excommunicatio prædicta non retrotrahitur ad diem pronuntiationis.*
24 *Appellatio medio tempore interpoſita ſuſpendit excommunicationem latam in prædicto caſu.*
25 *Appellatio prædicto caſu ſatis eſt, quod interponatur ante conditionis vel diei euentum, etiam poſt lapſum decem dierum datorum ad appellandum alias regulariter.*
26 *Appellatio præd. non ſuſpendit excommunicationẽ, quoties debitor ab initio conſenſit, vt poſt diei vel conditionis aduentum poſſet excommunicari, ſi non ſolueret.*
27 *Appellatio ex cauſa probabili intra terminum exſecutorialium vel monitorij interpoſita, ſuſpendit effectum eorundem.*
28 *Poſſeſſio beneficij, virtute exſecutorialiũ contra poſſeſſorem decretarum, non eſt capienda inuito nec renitente poſſeſſore, (quamuis alias poſſit propria auctoritate capi) aliter capta poſſeſſio iure attentati reuocatur iuxta ſtylum & praxin Romanæ curiæ, & n. 29. caſus practicatus in vna Archidiaconatus Sabugal. Ciuitatenſ. refertur.*
30 *Monitio generalis ſufficit ad excommunicationem generalem ferendam: hoc tamen fallit, vbi excommunicatio ferenda eſt aduerſus participantes cum excommunicato, quia tunc neceſſaria eſt monitio ſpecialis nominatim eorum, qui monendi ſunt, nec generalis ſufficit, alias erit nulla ipſo iure, vt in n. 31. quod intelligendum eſt, quoties quis excommunicat participantes cum excommunicato à ſe ipſo: ſecus ſi cum excommunicato ab alio vel à iure, vt in num. 32.*
32 *Praxis recepit, vt generalis excommunicatio feratur aduerſus participantes cum excommunicato generali monitione præmiſſa aduerſus ius Canon. nihilominus tamen niſi feratur ſpecialis, vt eſt prædictum, non ligat.*
33 *Sententia paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, eſt timenda.*
34 *Excommunicatus iniuſte, reſpectu cauſæ, non eſt priuatus communib. & generalib. ſuffragiis Eccleſiæ Catholicæ.*
35 *Sententia excommunicationis iniuſta ex defectu notabili ordinis iuris, ligat in vtroque foro.*
36 *Sententia excommunicationis nulla non eſt timenda, nullitatis cauſa publica.*
37 *Excommunicatio nulla, nec in animæ iudicio, nec in exteriori vllum effectum habet, ſi conſtet eam eſſe nullam: quomodo autem non ſit ſeruanda, docetur, num. 8.*
40 *Excommunicationis nullitas quib. ex cauſis contingat.*
41 *Nullitas excommunicationis ſi ſapientibus nota ſit, vulgus autem ignorat, poteſt excommunicatus coram illis ſapientib. eam non ſeruare: in publico vero eam ſeruare debet, quouſque ſcandalum rationabiliter ſedauerit.*
42 *Quare ſi quis publice excommunicetur & nulliter denuntietur, ex aduerſo publicet ipſe ſufficientem cauſam nullitatis ad euitandam ſcandalum: quo facto, ſi aliquos tunc ſcandalizetur, non erit ſcandalum puſillorum, ſed Phariſæorum.*
43 *Praxis excommunicandi nominatim participantes cum excommunicato, vt iuridica ſit.*

---

## CAPVT IV.

### Quo iure procedat communis praxis, qua iudices Eccleſiaſticis præcepta iudicialia ſub pœna excommunicationis pro futuris culpis ſolent decernere.

VSus Forenſis ✝ apud Eccleſiaſtica tribunalia re-
ceptiſſimus eſt, vt iudices præcepta iudicialia de- 1
cernant, præſertim ea, quæ in id deſtinantur, vt quis
ad iudicium accedat vel aliquid aliud agat intra quin-
decim dies (aliumue terminum) quos pro canonica mo-
nitione tripartitos deſignant, ſub pœna excommuni-
cationis maioris ipſo facto ſtatim ex die præcepti in-
currendæ, ſi illud agere omiſerint. Verum hæc praxis
vniuerſalis plurimum iuris Pontificij ſanctioni aduer-
ſari videtur. Innocentius enim IV. Concilio Lugdu-
nenſi, *cap. Romana, §. caueant, de ſententia excommuni-
cationis, lib. 6. Caueant*, inquit, (*loquens in iudicibus Ec-
cleſiaſticis*) *ne tales ſententias excommunicationis, ſiue ſpe-
cialiter, ſiue generaliter, in aliquos pro futuris culpis*, vide-
licet, *ſi tale quid fecerint*, vel etiam pro iam commiſſis
ſub hac forma; *ſi de illis intra tale tempus minime ſatisfe-
cerint, proferre præſumant: niſi mora in exhibenda ſatisfa-
ctione vel culpa ſeu offenſa præceſſerit, quib. merito ad in-
iungendam ſatisfactionem huiuſmodi, & taliter prohibenda
ſimilia inducantur.* Ex ✝ quo tex. manifeſte deducitur, 2
prout ibi communiter & alibi Doct. probant, pro futu-
ris culpis minime debere ſententiam excommunicatio-
nis in quenquam infligi, cum tanta cenſura, tamque
grauis afflictio præſentem culpam exigat. Nam licet
poſſit ab initio vnica monitio tribus diſtincta dilatio-
nibus pro trina ſolemni monitione aſſignari, *vt in cap.
conſtitutionem, de ſent. excommunicationis, l. 6. in verſ. ſta-
tuimus*, ibi, *ſiue vna pro omnibus*, vbi gloſſ. communiter
recepta ſecundum Couar. *in cap. alma mater, 1. part. §.
9. num. 5. eodem titul. & lib.*
Attamen, quod ✝ ab initio & principio præcepti ſta- 3
tim ſub conditione futuræ offenſæ atque contumaciæ
excommunicatio, *prout ex nunc*, feratur & pronuntietur,
iniquum prorſus atque ab omni iuridica ratione, alie-
num videtur. Quare merito Petrus Anch. *conſ. 60.* licet
in ſpeciei huius praxis non meminerit, illam tamen ab-
horret, quia improbat ſententiam excommunicationis
iuxta eam latam à iudice, & eſſe contra *d. § caueant*, ex-
preſſe affirmant DD. *c. 2. de teſtib. cogen.* præcipue Ant.
de But. Imol. Abb. & Fel. quamuis Panorm. *ibi* eam de-
fendere conetur. Vnde Romanus *in l. ſi quis accepto, ff.
de condict. ob cauſ.* dixit, quod ſi iudex abſoluit à ſenten-
tia excommunicationis vel banni, eo addito; quod ſi
vnquam abſolutus talia de nouo attentauerit, in eaſ-
dem pœnas reincidat, talis adiectio non valet, *per d. §. ca-
ueant*, quia talia præcepta debent ſequi culpam, non ve-
ro præcedere, & in terminis præd. praxis, quod talis
comminatio ſub pœna excommunicationis ſit nulla,
tenet Io. de Anania *in c. 1. de ſagit. col. penult. in verſ. ex
prædictis*; verius tamen eſt, non eſſe nullam, ſed iniuſtã,
quia ſententia paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, timenda
eſt, *vt in c. ſententia paſtoris, 11. q. 3. & in terminis* ita tenet
Ancha. *vbi ſup.* Ioa. And. *ante n. 1.* Dominic. *n. 3. in d. § ca-
ueant*, & ſentiunt Doct. *c. à nobis, elect. 1. de ſentent. excom-
municat. & tenent omnes in dict. §. caueant*, ſecundum Fel.
*in dict. cap. 2. nu. 1. de teſtib. cogend.* ſequitur D. Couar. *in
dict. cap alma mater, in 1. parte relect. §. 10. n. 5. verſ. & ſa-
ne.* Sic ✝ etiam ſententia excommunicationis lata, non 4
præcedente trina monitione, non eſt nulla, ſed iniuſta,
*tex. in d. cap. Romana, §. porro, in verſ. ſed nec, de ſent. ex-
communic. lib. 6* ibi, *Iniuſtas nouerit eſſet illas*: vbi gl. *verb.
iniuſtas*, hoc expreſſim tenet, quam ibi Doct. ſequuntur,
gl. etiam *in c. ſacro, verb. probari poſſit, de ſentent. excom-
mun. & in c. 1. de exceſſ. prælat.* dicit communem Couar.
*vbi ſup. §. 9.* & Nau. *in c. cum contingat, pag. 114. de re-
ſcript.* Dom. Soto. *in 4. dist. 22. qu. 1. art. 2. col. 3.*
Si ergo huiuſmodi præcepta, non ✝ præcedente mo-
ra ſũt iniuſta, quo iure procedet præfata praxis vſu fre- 5
quentiſſima, de qua ſupr. nihil enim præſtat, ſi eam pro-
bari contendas *in c. 2. de conſt. in 6. & in dict. cap. à nobis,
elect. 1.*



*el. 1. de ſenten. excommunicat. in Decret.* Vbi probatur, ex-
communicationem generalem poſſe in hunc modum
ferri; *Quiſquis furtum fecerit, ſit excommunicatus*: nam
iura hæc procedunt in excommunicatione lata à cano-
ne, vel ſtatuto, quæ mature profertur: lex enim ſemper
6 monet, delictum non ✝ admitti, poteſtq; reſpicere futu-
ra & frequentiſſime id facit: ideo tam pro futuris, quam
præteritis culpis proferri poteſt generalis excommuni-
catio à canone vel ſtatuto: tex. vero *in d. §. caueant*, lo-
quitur in ſententia excommunicationis pro futuris cul-
pis vel ſatisfactione, lata ab homine, ad quem tractus
futuri temporis non ſpectat, *vt in l. non quemadmodum,
ff. de iudic. & in l. 1. ff. de vſur. ita gl. in d. §. caueant, verb. fu-
turis, ad fin. quam ibi ſequuntur Doct. præcipue* Io. Andr.
*item &* Ioan. Monachus *n. 4.* Iaſ. *in l. ſi vnus §. pactus ne pe-
teret, in prin. ff. de pact.* Nau. *in Manual. Latin. c. 27. n. 9.*
Cou. *vbi ſup. §. 9. n. 5. verſ. trina vero, & teſtatur communẽ
idem in §. 10. n. 1.* Quæ conciliatio inter præd. iura, etſi
mire conueniat literæ *d. c. 2. de conſtu.* veriſſimáque in ſe
ſit atq; tenenda: attamen ad tex. *in dict. c. à nobis el. 1.*
verã non eſt, quia expreſſe loquitur in excommunica-
tione ab homine lata pro futuris culpis, vt probant il-
la verba, *Si quis ita pronuntiauerit*; loquitur etiam in
7 iudice ✝ delegato, qui ſtatuere minime poteſt: cum
ſtatuta condere ſit iuriſdictionis, Batt. *in l. omnes po. u-
li, nu. 3. ff. de iuſti. & iur.* Tiraquel. *de primogenit. quæſt.
16. num. 2.* delegatus autem iuriſdictionem propriam
non habet, ſed in cauſa ſibi commiſſa delegantis iu-
riſdictione vtitur, *l. 1. §. qui mandatam, ff. de offic. eius cui
mandat. eſt iuriſdict.* formamq; mandati tenetur obſer-
uare: text. *in c. cum dilecta, de reſcrip. l. diligenter, ff. man-
dat.* quare tex. *in d. c. à nobis*, intelligi debet ac declarari
per. *d. §. caueant*, nempe, vt ſententia excommunicatio-
nis ab homine pro futuris culpis proferri non debeat,
niſi ex cauſis, de quibus *in d. §. caueant*, vt ſtatim refere-
mus, ſuſtinendo praxin communem de qua ſupra.
8 His ✝ tamen non obſtantibus, praxis & vſus foren-
ſis ſupradictus, qui communis eſt omnibus tribunali-
bus Eccleſiaſticis, defendi iure poteſt, ſi verba tex. *in d.
§ caueant*, ad amuſſim perpendamus. Duo enim præ-
cepta cum ſingulis ſpecialibus fallentiis, & altera vtriq;
præcepto communi ibi conſtituuntur. Primum eſt hu-
iuſmodi: *Caueant iudices, ne ſententias excommunicationis
ſiue ſpecialiter, ſiue generaliter, in aliquos pro futuris culpis
proferant, niſi culpa vel offenſa præceſſerit* (hæc eſt prima
fallentia, ſecundo loco poſita in illo text. quæ tamen
primo præcepto conuenit) *tunc enim propter culpã vel
offenſam quæ præceſſit caſum, poteſt in futurum excommu-
nicatio à iudice proferri, ne amplius illa culpa vel offenſa cõ-
mittatur*, vt exiſtimant gl. ibi, *verb. culpa, & verb. offenſa.*
Secundũ præceptum ita ſe habet: *Caueant etiam, ne pro
præteritis culpis prædictas ſententias excommunicationis in
aliquos proferant ſub ea conditione ac forma, ſi de illis intra
certum tempus minime ſatisfecerint, niſi* (& hæc eſt 1. ex-
ceptio ſiue fallentia poſita in textu) *mora in exhibenda
ſatisfactione præceſſerit.* Tertia vtriq; præcepto commu-
nis limitatio eſt, *niſi alia rationabilis cauſa ſubſit, quæ in
ipſis ſententiis exprimenda præcipitur.* Hoc ſic præhabito,
praxis noſtra atq; vſus forenſis in prædictis exceptio-
nibus nititur atq; robur ſuum ab illis recipit: etenim ſi
præcedente culpa vel offenſa caſum, vel mora ſatisfa-
ctionem, poſſunt iudices ſimiles ſententias excommu-
nicationis ſpeciales vel generales in aliquos proferre,
vt ibidem probatur iuxta verba illius text. præd. modo
declarata, hoc ipſum eſt, quo practici vtuntur: nam ob
culpã vel offenſam commiſſam aut morã præcedentem
cauere ſolent ſub præd. pœna excommunicationis latæ
vel ferendæ, vt aliquis ad iudicium perſonaliter accedat
vel aliquid aliud agat. Secundo hoc magis perſpicuum
efficitur, ſi alio modo conſideremus ſenſum atq; intel-
ligentiam verborũ, *d. §. caueant*, nempe ibi eſſe præce-
ptum, ne iudices Eccleſiaſtici incipiant ab excommu-
nicatione latæ ſententiæ conditionaliter, nempe excõ-
munico Petrum Martinum, vel Ioannem, vel etiam om-
nes, ſi quid tale fecerint, vel ſi non ſatisfecerint parti
à ſe iam læſæ intra tale tempus: hoc enim merito iure eſt
prohibitum, quia cum ſententia excommunicationis
proferri non poſſit, niſi pro culpa mortali & contuma-
cia, vt infra latius agemus *c. 7. de agitat. taur.* merito vt
mora vel contumacia non præcedente, iudices præd.
forma prolationis vti non poſſint. Præterea cum à iure
quoq; ciuili prohibitum ſit, ne ab exſecutione incipi-
atur, *vt in l. ſi cum nulli ff. de iud. l. 1. c. de execut. rei iudic.*
ſed ita demum præd. forma vtantur, ſi culpa vel offenſa
aut mora in exhibenda ſatisfactione præceſſerit, hoc
eſt incipiendo non ab exſecutione conditionali, vt præ-
diximus, ſed à diſpoſitione, nempe, quod prius præci-
piant Petro Martino vel Ioanni, vel omnibus, ne quid
tale faciant, vel vt intra certum tempus coram ſe com-
pareant, ſatisfaciantue parti læſæ, vel aliquid aliud fa-
ciant, vel non faciant, ſub pœna excommunicationis
latæ vel ferendæ ſententiæ, ſi contrarium fecerit: Hæc
enim forma conceptionis verborum (hoc eſt) contu-
macia & offenſa, id eſt, cõtemptus iudicis à parte habi-
tus, & mora ſatisfactionis præcedit ſententiam excõmu-
nicationis, vnde conſtat, quod mora iſta vel culpa præ-
ceſſit per monitionem contentã in præcepto, ſicq; iuxta
praxin præfatã adiicitur vna monitio pro trib. trina mo-
nitione dictũ conſtituta quod fieri põt, vt probauimus.
Quod ſi hæc omnia alio adminiculo indigeant, vt
praxis communis firmius in iuris fundamentis radica-
ta maneat, recurramus ad tertiã limitationẽ generalem
*d. §. caueant*, nempe quoties aliqua rationabilis cauſa
ſubſiſtit faciendi præcepta ſuprad. quibus practici vtũ-
tur: hocq; ✝ modo intelligendus eſt tex. qui videbatur 9
alias contrarius *in d. c. à nobis el. 1. de ſenten. excommunic.*
qui cum præcipue hoc non agat, an iudices præd. forma
excommunicandi vti poſſint, ſed an ea generalis, nem-
pe: *Quiſquis furtum fecerit, excommunicatus ſit*: exten-
denda ſit generaliter ab omnes, qui non ſunt de iuriſ-
dictione proferentis: & reſpondet, quod hac ſententia
non niſi ſubditi ſui ligantur, niſi forte plus contulerit
maior & largior auctoritas delegantis, merito præſup-
ponendum eſt, præd. excommunicationem generalem,
de cuius requiſitis pro ſui iuſtificatione ibi non agitur,
iuxta iuris regulas latam fuiſſe, id eſt, caſibus à iure
permiſſis: Nam cum de vno quæritur, cætera præſuppo-
nuntur habilia, vt *in cap. 1, de ætat. & qualit. l. 6.* ſicque
iura iuribus concordanda ſunt, vt *in l. vnica, C. de inoffic.
dotib. & in cap. cum expediat, de elect. lib. 6.*
Cauſa ✝ autem iuſta, ob quam prædictæ excommu- 10
nicationes generales ferri poſſunt, erit, quoties aliquod
delictũ in aliqua vrbe, oppido vel prouincia, ita frequẽs
ſit, vt merito pro quiete & ſecuritate ac bono Reipub.
regimine generalis monitio atq; animaduerſio requi-
ratur; tunc enim poterit ſententia excommunicationis
generaliter ferri ab homine, ad imitationẽ legis vel ca-
nonis, in eos, qui illud crimen commiſerint: Nam cum
moneantur ab ipſo iudice, ne id committant, & nihilo-
minus minime vereantur contumaci animo ſcelus ita
veritum perpetrare, iuſte excommunicãtur, donec ſatiſ-
factione præmiſſa abſolutionem ab Eccleſia humiliter
poſtulauerint. Idémq; dici poteſt, quotieſcũq; aliquod
crimen veroſimilibus coniecturis committi timetur,
tunc enim ad illud obuiandam caute generalis ab ho-
mine fertur excommunicatio in eos, qui id delictum
commiſerint: ſicut in vſu forenſi & praxi inductum eſt
quod iſtæ excommunicationes generaliter ab homine
proferantur pro futuris culpis, vt docet Dn. Couar-
ruuias *in dict. cap. Alma mater, prima parte relecto
§. 10.*

§. 10 num 1. in verſicul. cauſa vero, ex cuius dictis noſter ſecundus intellectus ad d. §. caueant iam ſupra aſſignatus, quamuis nouus, comprobari poterit. Hinc forte exiuit praxis etiam hodierna diſcernendi iudices Eccleſiaſticos chartas, vulgo dictas Dedeſcommunió, Latine monitorias, pro reb. furto ſubtractis, quoties neſcitur, qui eas furatus fuerit, de quibus infr. alio c. agemus.

11 Similiter † iuſta cauſa in propoſito ſententiam excommunicationis ſpecialem pro futuris culpis proferendi aſſumi poteſt, vel ex eo, quod ob præcedentem cauſæ cognitionem vel aliud, iudex futuram contumaciam coniectura veroſimili præſumat; vel ſi vocatus ad iudiciũ, vel is, qui monendus eſt, ita procul diſtet à loco iudicij, quod maximis dilationibus & forſan periculis locus foret, ſi ſeparatim præmitterentur monitiones, ac deinde ſententia excommunicationis pronunciaretur, ſecundum Abb. in cap. 2. de teſtib. cogend. quimmo, vt ait
12 Couarr. vbi ſupr. num. 5. verſic. cæterum, & propter frequentiſſimam † hiſce temporibus, quoad iudiciales citationes contumaciam & mille tergiuerſationes, quib. hominum malitia quotidie creſcens locum facit, admittenda videtur & probanda hæc forenſis conſuetudo, modo caute, non temere ea iudices vtantur. Hinc
13 eſt, vt † eadem praxis introduxerit, vt ſemper cauſa, vel ſpecialis vel generalis in prædictis ſententiis exprimatur nempe, que parez ca a ſe ſalnar de cierta informacion contra el hecho, o para ſer informado del de coſas que conuienen al ſeruicio de Dios nueſtro Senor, vel ob aliam cauſam rei, de qua agitur, conuenientem.

14 Quod † ſi omnino aliquis certus de iuſtitia huius praxis eſſe velit, conſideret, conſuetudine inueterata ita introductum eſſe, quam non eſt dubium derogare poſſe tex. in d. §. caueant, quamuis ipſe contrarius eſſet eidem praxi: ſiquidem & forma aut ſolemnitas ſtatuta in c. 1 de ſenten. excommun. in 6. vbi quod ſententia † excommunicationis in ſcriptis feratur, tolli conſuetudine forenſi poteſt, ſecundum Ægidium Bellamer. deciſion 143. & 339. Caſſiodor. deciſ. 2. tit. de penſion. num. 11. ſuper regul. cancel. quos refert & ſequitur in propoſito noſtro Cou. vbi ſupr. dict. verſ. cæterum, ad fin. Ex ſuperioribus igitur ſatis ſuperq; remanet probata atq; defenſata praxis communis præfata.

16 Quibus addendum † duxi, conſenſum excommunicandi ſatis rationabilem cauſam eſſe, vt is, tranſacto termino ſolutioni debiti appoſito, ea expreſſim pactione adiecta, vt ſi non ſoluerit intra illum terminum, conſentit in ipſum ſtatim ferri ſententiam excommunicationis: in hoc etenim caſu pro futura culpa abſq; monitione poterit excommunicari, præſertim quia tempore præd. conſenſus terminum illum ad ſoluendum conſtitutũ acceperit pro canonica monitione, vt voluerunt gl. verb. promulgaret, & Io. And. in cap. P. & G. de off. deleg. & ibi Hoſt. Imol. & Abb. ſequitur alios allegãs Cou. vbi ſup n. 4. ver. illud vero, per totũ vbi ſecus eſſe exiſtimat cum cõmuni, quoties in pręd. caſu adijceretur, vt illo termino finito, ſi non ſoluerit excõmunicari abſq; illa monitione poſſit, quaſi pactum illud iniquum ſit & contrarium Canonicis ſanctionibus, quæ ad vtilitatem publicam trinam canonicam monitionem exigunt præuiam ad iuſtitiam excommunicationis.

17 Ex quo † etiam defendi iure poterit ſtylus Romanæ curiæ aduerſus eum, qui perſonaliter conſenſit conſtitutioni penſionis ſub ſolitis cenſuris & pœnis: nam excommunicatur à Romano Pontifice vel ab eo, qui eius poteſtate ad hoc fungitur, ea conditione, ſi penſionem die conſtituto non ſoluerit; etiamſi ipſi literæ penſionis intimatę non fuerint, hoc enim fit ex cõſenſu ipſius excommunicandi: ſecus ſi conſenſit per procuratorem, quia tunc ante intimationem non afficitur excommunicationis ſententia, vt teſtatur Caſſiad. deciſ. 2. de penſionibus, ſuper regul. cancel. & 12. de reſcript. quem refert & ſequitur Nauar. in manual. Latin c. 27. n. 272. in verſ. duodecimo, & Couar. vbi ſupr. in d. c. alma mater, 1. part. relect. §. 10. n. 4. prope fin. in verſ. ſic ſane, & iterum ibid. n. 7. in verſ. quibus quidem, vbi allegat in hoc Gigant. de penſion. quæſtion. 94.

Vnus tamen † caſus eſt, in quo etiã abſq; aliqua cau- 18
ſa profertur præceptum ſiue monitorium pœnale, ſcil. quando fuit iuſtificatum cum clauſula: Si ſenſeris te grauatum, compareas reſponſurus, alias iudex excõmunicat illum, niſi alterum horum fecerit, iuxta gl. ſing. in cap. ex parte, el. 1. gl. fin. ad fi. de verb. ſignif. Nam ſi reus compareat, reſoluitur in ſimplicem citationem, & ita cõmuniter practicatur per cauſſidicos, quia petunt dictum præceptum reduci ad ſimplicẽ citationem, ſecund. Bar. in l. 1 C. de exſecut. rei iud. & fuit adinuenta hæc praxis pro faciliori exitu iudiciorum, ſecund. Abb. in d. c. ex parte, & illam gloſ. ſequitur plures allegans Palat. Rub. de benef. vacant. in curia §. 15. & hanc ſententiam cõmunis amplectitur practica ſecundum Aug. in §. curare, nu. 10. Inſtit. de actio. eſtq; magis communis ſecundum Iaſ. in l. nequicquam §. vbi decretum n. 6 ff. de off. proconſul. vbi Ioan Oroſ. inquit hanc opinionem, & à curiæ Romanæ conſilio & à Doctoribus approbatam eſſe, & plures referens eam ſequitur Mexia in l. Regia Toleti, de los terminos, 11. fundament. 1. partis n. 1 & Rebuff. 1. tom. conſtit. in tract. de lit. obligat. art. 6. gloſſ. nu. 4. & Ant. Gabr. libr. 6. commun. opin. tit. de citat. concluſ. 1. Quare ſi iudex incipiat à præcepto executiuo, facto ſine cauſæ cognitione, quando in eo non eſt clauſula iuſtificatiua, eſt ipſo iure nullum, & poteſt ſperni, & quamuis citatus non compareat, per hoc non incidit in pœnam præcepti, ſecundum Bart. vbi ſupra, & eſt magis communis concluſio ſecund. Iaſ. etiam vbi ſupra, plures allegantem.

Deniq; ex † ſuperioribus dubitari poterit de intel- 19
lectu tex. in c. præterea, de appellat. vbi permittitur poſſe quem excommunicari ea conditione, ſi intra viginti dies Sempronio non ſatisfecerit aut quantitatem debitam ei non ſoluerit: quamuis huiuſmodi ſententia excommunicationis appellatione medio tempore interpoſita ſuſpendatur, vt ibidem probatur. Ecce igitur ibi textum expreſſum, vbi pro futura culpa poteſt quis excommunicari conditionaliter; Si intra decem dies creditori ſuo non ſatisfecerit: quod expreſſim aduerſari videtur omnib. quæ ſupradicta ſunt, niſi eum intelligamus iuxta præcedentia, vel quod mora, trina canonica monitione præmiſſa, præceſſerit in non ſatisfaciendo in ea ſpecie: vel quia hoc diuinare videatur, quod hodie, vt ſententia excommunicationis conditionalis in caſu illius tex. ſit iuſta, debeat præcedere mora in exhibenda ſatisfactione, culpa vel offenſa, vt in d. c. Romana, §. caueant, de ſententia excommunic. l. 6. Nam per illum tex. ſuppleri atq; intelligi debet tex. in d. c. præterea, de appellat. vt tenent ibi Abb. & cęteri: quod vt prædiximus ſatis verificabitur, ſi iudex incipiat pręcipiendo debitori, vt intra nouẽ dies, aliumve terminum, quem ei aſſignet, trina canonica monitione præmiſſa, &c. Sempronio ſatisfaciat vel debitum ſoluat, ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententiæ: ſicq; intellectus tex. ille in d. c. præterea, non differt à d. §. caueant, quinimo ſimiles ſunt hæ iuris Pontificij reſponſiones. Verius tamen videtur intelligendus tex. in dict. cap. præterea, abſque aliqua ſuppletione, nempe quod ideo ibi ſententia excommunicationis conditionalis proferri poteſt abſq; aliqua monitione: quia dies ibi appoſitus interpellat pro homine, vt declarat Lapus allegatione 62. incip. prælatus regularis, quem refert & ſequitur Decius in proprio loco n. 2. vbi agit, an idem ſit, quando non apponitur tempus certum, ſed ſimpliciter quis excommunicatur, niſi ſatisfecerit Sempronio &c.

Verum



20 Verum † quia text. in d. cap. præterea, optimus eſt in propoſito, nonnulla obſeruanda ſunt circa illius praxin: & primò text. illius deciſionem procedere non ſolum eo caſu, quo loquitur, nempe cum quis excommunicatur, ſuſpenditur vel interdicitur ſimpliciter, ſi intra certum tempus creditori ſuo non ſatisfecerit: ſed etiamſi iudex dicat; Niſi ſatisfeceris creditori intra menſem, ex nunc excommunicatus ſis; quia per hoc nõ videtur excommunicatus à tempore ſententiæ, ſed tunc demum poſt con-
21 ditionem impletam: † quia licet aduerbium, Ex nunc, ſit præſentis temporis, l. 1. §. nunc tractemus ff. de tutel. & rat. diſtrah. futurum tamen denotat effectum, vt in terminis tenet Bald. in c. 1. n. 16. de mil. vaſall. qui contum. eſt. ſequitur Guid. Pap. deciſ. 588. & Dec. in d. c. præterea, n. 10.

22 Secundo, † obſeruandum eſt in hac ſententia excommunicationis conditionalis, quod adueniente die vel conditione, ipſa excommunicatio ſtatim locum habet abſque aliqua denuntiatione, vt in c. licet, de ſent. exc. lib. 6. gloſſ. & DD. in c. ſæpe, de appellat. idem in cap. vt ſuper, de appell. l. 6. eſt communis ſecundum Dec. conſil. 145. num. 5. Couarr. in d. cap. alma mater, 1. part. §. 10. num. 6. verſic. in hac autem.

23 Tertio, † obſeruandum eſt in præmiſſa ſpecie, quod adueniente die vel conditione, excommunicatio, quæ ex tunc vires ſuas obtinet, non vero antea, non retrotrahitur ad diem pronuntiationis; quia æquitas omnino deficiet, quæ cauſam præbet fictioni retrotractionæ, ) & aliis, vt in l. qui in vtero, ff. de ſtat. hom. & in l. poſt liminij, ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ. in princ. Bart. in l. ſi is, qui pro emptore, n. 67. ff. de vſuca. æquum autẽ non eſt, vt excommunicatus ſub conditione veræ contumaciæ, eo tempore iudicetur excommunicatus, quo nondum contumax eſt; imo tunc gaudebat dilatione ſibi conceſſa ac proinde fuit admiſſus ad Catholicam fidelium communionem: Ergo adueniente conditione non poteſt habitis iam ſuffragiis & communione præcedenti priuari, & etiamſi ante aduentum conditionis appellatum non ſit, nequaquã retrotrahitur excommunicatio poſtea adueniente conditione, cum ipſa nuſquam affecerit perſonam debitoris, in quem profertur, niſi tunc demum, cum dies vel conditio euenerit, nec prius lata cenſetur, vt probant DD. in d. c. præterea, & Nauarr. in Manual. Latin. c. 27. n. 272. verſic. 10. & tradit receptiſſimum Couar. vbi ſupra, n. 6. Cui addo aliam non infimam rationem, nempe voluntatem ac mentem iudicis excommunicantis in propoſita ſpecie eam eſſe ſatiſque perſpicuam, vt debitor ante aduentum conditionis vel diei minime ſit excommunicatus, ſed tantũ poſtea: ergo hæc omnino eſt attendenda atque obſeruanda.

Quarto, † ex d. cap. præterea, deducitur, quod appel-
24 latio in caſu ipſius medio tempore (hoc eſt ante aduentum conditionis vel diei) interpoſita ſuſpendit ſententiam excommunicationis latam, vt communiter omnes ibidem adnotarunt, & Ancharan. conſil. 240. ſequitur Dec. conſil. 214. nu. 5. DD. in cap. is cui, §. vlt. de ſententia excommunicat. in 6. Paludan. in 4. ſententiar. diſtinct. 18. quæſt. 1. col. 3. verſ. ſexta concluſio, Sylueſt. verbo, excommunicatio, 2. num. 1. & 16. communis ſecundum Couar. d. §. 10. num. 4. qui num. 6. in verſic. in hac autem, ibi, ex quibus apparet, ampliat, vt in hoc caſu excommunicatio poſt appellationem minime habeat effectum nec vires aſſumat, licet poſt appellationem deſerta ſit, vel appellationi fuerit renuntiatum.

Quinto, † aduertendum eſt, quod licet alias à ſen-
25 tentiis conditionalibus appellandum ſit intra diem, & tempus à iure conſtitutum, hoc eſt, decem dies à pronuntiationis tempore numerandos, vt notatur in cap. quoad conſultationem, de re iudic. attamen à ſententia cenſuræ ſub conditione vel in diem lata, vt in caſu d. c. præterea, ſatis eſt quoad effectum ſuſpenſionis, quod appelletur ante conditionis vel diei euentum, etiamſi decem dies dati ad appellandum fuerint elapſi, vt voluit gloſſ. in d. cap. præterea, verb. impedire, ibi, & ita ſententia, quam ſequuntur & approbant omnes fere ibidem, præter Abb. num 8. qui profeſſus eam eſſe communem, tenet contrarium, nempe nullam eſſe differentiam inter has ſententias: ſed quod tempus appellandi hoc caſu, ſicut in reliquis, currat à tempore promulgationis ſententiæ priuatis quibuſdam rationibus, quibus ſatisfaciunt Franc. & Dec. in d. cap. præterea, n. 7. qui communem ſequuntur, affirmans Dec. ab ea non eſſe recedendum: ſequitur etiam dicens, ita fere omnium conſenſu eſſe obtentum in d. c. præterea, Couar. vbi ſupra, nu. 4. ſequitur eam dicens communem contra Panorm. Nauar. in Manual. Latin. c. 27. num. 272. verſic. vndecimo. Et ratio differentiæ eſt ſecundum Dec. quia in excommunicatione contumacia requiritur, quæ reperitur tempore conditionis purificatæ, non vero tempore ſententiæ: vnde cum excommunicatio propter contumaciam incurſam tempore conditionis vel diei aduentus, in ſpecie d. cap. præterea, non retrotrahatur ad tempus ſententiæ, vt ſupra cum communi probauimus, conſequens eſt, vt tempus ad appellandum incipiat intra decem dies, antequam grauet ſententia excommunicationis, hoc eſt, ipſa incurratur, id eſt, ante aduentum conditionis vel diei, etiamſi plures ſint tranſacti à tempore pronuntiationis ipſius ſententiæ.

Hæc † tamen communis ſententia limitanda erit, 26
quoties debitor ab initio conſenſit, vt poſt diei vel conditionis aduentum, ſi non ſoluerit, poſſit eo ipſo à iudice excommunicari, vt contingit in eo, qui tempore conſtitutionis penſionis hoc conſentit, vt ſupra meminimus: tunc enim ratione huius conſenſus non poterit, qui conſenſit, appellare ab hac ſententia excommunicationis, pendente conditione, nec ante diem, ſecundum Innocent. Ioan. And. Bald. Panorm. & alios in cap. P. & G. de offic. delegat. ſequitur alios allegans D. Couar. in d. cap. alma mater, 1. part. relect. §. 10. n. 40. ad fin. Et quando proceditur via exſequutiua pro penſione, iuxta ſtylum in ſimilib. ſeruari ſolitum, quod regulariter admittatur appellatio, niſi aliqua iuſta cauſa ſubſiſtente, tenet Gig. de penſion. qu. 95. tit. 5. vol. 15. tractat. fol. 224.

Vltimo, † ex text. in d. c. præterea, de appellat, dixit ele- 27
ganter Ægid. Bellam. deciſ. 160. incip. ſi à tẽpore publicationis, quod ſi intra dies contentos in monitorio vel exſequutorialibus, qui dantur ad aliquid faciendum vel implendum, ille, contra quem monitorium vel exſequutoriales diriguntur, appellauerit ex cauſa probabili, quæ probata debet legitima reputari, iuxta notata in cap. vt debitus, de appell. cum ſimilib. talis appellatio ſuſpendit effectum monitorij vel exſequutorialium: quod etiam tenet Anchar. conſil. 241. quos refert & ſequitur Palat. Rub. de benefic. vacan in curia, §. 15. col. penult. & fin. addens quod hoc remedium appellationis erit vtile contra mendatum vel præceptum Papæ vel cuiuſlibet alterius iudicis vel ſuperioris, etiamſi cauſæ cognitio & citatio præceſſiſſent, reſque diſcuſſa foret & iudicata, vt Ægid. videtur loqui: ſi autem cum tertio non fuit habita lis nec cauſæ cognitio adhibita, & monitorium pœnale emanat contra ipſum, quo cauetur, vt dimittat beneficium, illudque reſtituat Titio infra decem dies, aliũve terminum, alias eum excommunicat Papa vel eius delegatus, &c. inquit Palat. Rub. vbi ſupr. §. 14. in verſic. ſi igitur monitorium pœnale, &c. quod quamuis tertius ille, contra quem dirigitur monitorium illud, non obtemperet, nullam excommunicationem incurrit, niſi forſan tale pręceptum emanaſſet, quod etiam parte pręſente & inuita præcipi potuiſſet; quia tanto magis fieri poteſt parte abſente & inuita, vbi probat, addens, quod

D

tertius poſſeſſor, qui prætendit ſe habere ius, & nunquam fuit citatus, poterit de iure ſuo excipere & non obtemperare, & ſi opus fuerit, appellare, & quod hæc oppoſitio & appellatio iuuabit eum & alios ſimiliter non parentes, vt puta Capitulum & ſingulares de Capitulo, quibus forſan mandatum dirigebatur: quoniam ſi mandatum non tenuit quoad principalem, conſequenter non tenebit quantum ad alios, quibus, vt exſequutoribus, dirigitur vel intimatur, vt quotidie fit.

28 Imo † etiamſi quis lite controuerſa ſententiam & exſequutoribus obtinuerit aduerſus poſſeſſorem beneficij, licet de iure poſſit propria auctoritate, non tamen inuito nec renitente poſſeſſore, poſſeſſionem beneficij capere, præſertim, quia ſolet in eiſdem literis exſequutorialibus poteſtas hæc capiendi poſſeſſionem propria auctoritate concedi, vt tradit Rota *in nouis 417. & Felin in c. de cætero, col. vlt. de re iud.* Couarr. *l. 3. var. reſol. c. 16. n. 7. in verſic. quod ſi quis.* Attamen ſtylus & praxis Romanæ Curiæ introduxit, iure attentatorum reuocari poſſeſſionem propria auctoritate apprehenſam, vel etiam obtentam auctoritate executoris electi, niſi ante eius apprehenſionem exſequutoriales ipſæ literæ oſtenſæ atque intimatæ fuerint victo poſſeſſori, & poſtea reproductæ cum intimatione Auditori in Rota, qui ſolet quatuor citationes decernere, monens eum, vt doceat cur non paruerit, aut legitime ſe excuſaret, eum declarat incurriſſe in cēſuras & alias pœnas in exſequutorialibus contentas, & ſucceſſiue proceditur ad aggrauationem, reaggrauationem, interdictum, & vſque ad brachium ſæculare incluſiue: ac ſi aperte dicat, eum prius non habendum pro excommunicato, imo pro tolerato; & ita habetur canonice poſſeſſio, non alias: nam licet exſequutoriales excommunicent, *vt ex tunc* & etiam mandent denuntiari excommunicatum, in omnibus tamen intelligitur conditio, *ſi non paruerit*: Quod autem non paruerit ſine iuſta cauſa, non priuſquam fuerit lata declaratoria præcedentibus prædictis citationibus, cæteriſque ſupradictis conſtabit: ita colligitur ex Felin. Rotæ quondam auditore *in cap. ad probandum n. 6. de re iud.* refert expreſſe Guillier. Caſſad. *deciſ. 6. in tit. de cauſa poſſeſſ. & propriet. num.* 10. & 11. vbi limitat, niſi loco exſequutorialium decernat Papa mandatum exſequutiuum, vt in quibuſdam cauſſis fit: eundem ſtylum refert & probat Ludouic. Gomez. *in reg. de ſubrogan. collitigant. quæſt. 4. in verſic. & licet iſta de iure, pag.* 367. vbi dicit, quod hodie delerentur illa verba, *propria auctoritate*, poſita in exſequutorialibus, ſtylus Rotæ magis iuſtificaretur, ſed etiamſi non deleantur, poſſunt ſuſtineri, per text. *in cap ſi beneficia, de præbend. lib. 6.* & quod etiamſi ſtante prædicto ſtylo pro vero, capiens poſſeſſionem per exſequutoriales, dicatur quaſi attentare, attamen intruſus non dicetur, ex quo habet titulum coloratum, & ſufficit ſecundum Abb. *in c. cum noſtris, de conceſſ. præbend.* Eundem ſtylum latius probat idem Gomez. *in reg. de annali poſſeſſ. quæſt. 44 p. 585. in verſic. quod etiam ex ſtylo hodierno*, dicens ita practicari, & quod non caret hæc praxis auctoritate aut ratione *idem* Gomez. *in reg. de triennal poſſeſſ. quæſt. 27. verſic. ſic etiam, pag.* 800. Huius etiam praxis meminit Couarr. *vbi ſupra*, licet referat ex ſupradictis, non adeo firmum & ſtabilem eſſe hunc ſtylum, quin quandoque contrarium obtentum & pronuntiatum fuerit; quod ipſe deducit ex Gomez. *vbi ſupra*, cum tamen Gomez. adhuc propter præfatum ſtylum ac praxin Rotæ, affirmās abſque dubio, quod ita practicatur: id quod nouiſſime teſtatur Octauian. Veſtr. *lib. 8. in Romana aula actionem, cap. vlt. num. 16. & ſeqq. fol.* 270. & *ſeq.* vbi in ſumma admonet, quod exſequutores in partibus, quibus ſubdelegatur exſequutio earūdem literarum (ſecundum morem, qui in Palatio inoleuit) duntaxat literas exſequutoriales condemnato ac intruſis intiment, & primam partem ipſarum literarum duntaxat, videlicet & ante dict. monitionis canonice ad parendum rei iudicatæ, infra 30. dierum terminum exſequantur: & vbi literæ exſequutoriales fuerint legitime intimatæ, non procedatur ad vlteriorem exſequutionem coram dictis exſequutoribus, ſed habita relatione legitimæ intimationis earundem literarum reproducantur literæ vna cum relatione intimationis in Curia corā Auditore: & *ibi* late agit de forma vlterioris proceſſus & exſequutionis.

Et † hunc caſum iam vidimus in praxi in vna Archi- 29
diaconatus de Sabugal Ciuitat. Nam fuit condēnatus in contumaciam, & per contradictas D. Ioan. de Sylua modernus poſſeſſor, ad inſtantiam cuiuſdam Clerici Palentin. diœceſis, vt dimitteret dictum Archidiaconatum & in poſſeſſionem eiuſdem mitteretur præfatus Clericus Palentin. diœceſis. Tandem exſequutoriales literæ ſuper hoc exhibitę fuerunt in hoc Capitulo Ciuitaten. cui auditor Rotæ iudex cauſæ præcepit ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ in ſingulos de Capitulo, vt intra ſex dierum ſpatium eaſdem literas exſequerentur atque in poſſeſſionem dicti Archidiaconatus mitterent dictum victorem, ac condemnatum de poſſeſſione amouerent: & cum eiſdem literis à victore requiſitum fuit præfatum Capitulum ſuper earum vera & actuali exſequutione, vt prę fertur facienda, & cum dictus condemnatus *ibidem* tanquam canonicus intereſſet, cui etiam intimatæ fuerunt exſequutoriales, contradixit, reclamauit & proteſtatus eſt atque ab exequutione Capituli appellauit, ſicque ſpoliatus fuit ſua poſſeſſione, & aduerſarius miſſus in eandem auctoritate dictarum literarum Apoſtolicarum, & iuxta ipſarum tenorem. Tandem cauſa perducta ad Regalem Cancellariam Pincianam, idem D. Ioannes fuit reintegratus, reſtitutus atque manutentus in ſua poſſeſſione, iuxta præfatam ſtylum praxinque Romanæ Curiæ, quæ in hac cauſa per Auditores Regios fuit obſeruata: contradicente enim victo, non erat ſibi auferenda poſſeſſio, ſed exſequutoriales eidem intimatæ reproducendæ coram eodem auditore, à quo emanarant, & diſcernendæ erant citationes in forma ſuprad. ad vlteriorem proceſſum, iuxta tradita per Felin & cæteros *vbi ſup.* ad canonicæ poſſeſſionis obtentionem Caueat igitur pars vincens, ne poſt contradictionem requirat exſequutorem ſiue Capitulum, vt reum virtute dictarum exſequutorialium à poſſeſſione amoueat ſeque mittat in poſſeſſionem, nec vlterius ad exſequutionem earūdem procedat ſed exſequutoriales cum intimatione legitime facta, eidem auditori producat ante captionem poſſeſſionis, vt præfatus ſtylus ſeruetur: alias enim omnia erunt attentata, & dum breuius ſibi conſulere vult, longiori mora immoderatiſque ſumptibus afficietur. Capitulum autē ipſum, ſi nihilominus à parte inſtetur, vt ad exſequutionem procedat earundem exſequutorialium, quamuis nō ſeruata forma & ſtylo, vt euitet timorem incurrendi ſententiam præfatam excommunicationis, ſi in præfato ſex dierum ſpatio prędictas literas non exſequantur, ſicque periculo ſe exponat excommunicationis, poterit eas omnino exſequi, ſibique pars imputet, qui ad hoc Capitulum vel alium exſequutorem requiſiuerit. Si tamen ſubſiſtente iuſta cauſa, Capitulum poſſeſſori velit iuſte fauere, viſa contradictione atque reclamatione ipſius, poterit ſuperſedere in vlteriori exſequutione earundem literarum, quandoquidem ipſa ſuſpenditur ex præfata poſſeſſoris contradictione: & ad maiorem cautelam, ſi requiſitum fuerit, vt vlterius procedat in exequutione exſequutorialium, iuxta ipſarum tenorem appellet ab eiſdem, durante dicto termino ſibi conceſſo in prædictis literis ad exſequutionem ipſarum antequam in præfatam ſententiam excommunicationis incurrat, quę non



non incurritur iuxta ſuprad. ſtylum, & præd. appellatio iure ſuſpendit eandem ſententiam excommunicationis, vt eſt expreſſum *in d. c. præterea, de appell.* hocque facto omni ſcrupulo & timore carebit. Denique adden-
30 dum † duxi, quod in caſibus in quib. generalis excommunicatio ferenda eſt, ſufficit monitio generalis, *vt in cap. vlt. de elect. in 6. in clement. 1. de iudic.* Felin. *in c. 2. num. 8. de conſtitut. & in cap. exhibita, de iudic. col. 2.* Hoc tamen fallit, vbi excommunicatio maior ferenda eſt aduerſus communicantes cum excommunicato: nam tunc neceſſaria eſt monitio nominatim ſpecialis eorum, qui monendi ſunt, nec generalis ſufficit, *vt in cap. conſtitutionem de ſentent. excommunicat. lib 6. & ibi gloſſ. verb. nominatim* & Dd. vbi ſtatuitur, ita demum eſſe monitionem canonicam in hoc caſu, ſi aliis rite ſeruatis, eos qui monentur, exprimat nominatim: & poſtea inquit text. requiri tres monitiones vel vnam pro tribus, cum interuallo aliquorum dierum, niſi facti neceſſitas aliter ſuaſerit moderandum, nempe quia partes ſunt ad rixam vel arma paratæ, nec curant monitiones eius, *iuxta gloſſ. fin. ibi.*

Qua † ratione ſpeciale quidem eſt, vt in hoc caſu
31 excommunicatio lata abſque præd. canonica monitione, ſit nulla ipſo iure, vt probat tex *in cap. ſtatuimus eod. tit. de ſenten. excommun. in 6. in §. quod ſi ex loquutione ibi aliter autem in participantes excommunicatis prolata non teneat*, & ibi *gloſſ. in verbo, non teneat*, communiter approbata, hoc expreſſim notat Felin. *in cap. cum ſit. Romana, num. 15. de appellat.* Sot. *in 4. diſtinct. 22. art. 2. in 3. concluſ. circa fin. pag. 938. col. 2.* Nauar *in Manual Hiſpan. c. 27. n. 36.* vbi teſtatur veram & communem. Quod intelligendum eſt, quoties quis excommunicat participantes cum excommunicato à ſeipſo: ſecus ſi excommunicet communicantes cum excommunicato ab alio
32 vel à iure; tunc † enim excommunicatio lata ſine monitione, licet ſit iniuſta, non tamen eſt nulla ipſo iure: ita Ioan. Andr. Dominic. & Franc. *in d. cap. ſtatuimus*, Couuar. *alios referens in d. cap. alma mater, in 1. par. relect. §. 3. n. 6.* Pro quo eſt textus ſingularis *in cap præſenti, de ſent. excommun, in 6. in verbo, à ſe*, quem text. ad hoc reputat ſingularem Peruſin. *in cap peruenit, 1. de appellationib.* qui eandem ſententiam probat: & præterea Nauar. *vbi ſupra, d. num. 36. & in Latin. cap. 27. num. 4.*

Hoſtienſis autem *in d. cap. ſtatuimus*, contrarium ſupradictis tenet, † exiſtimans, ſufficere generalem admonitionem, quoties in genere ferenda eſt excommunicatio aduerſus communicantes cum excommunicato, & Abb. *in d. cap. peruenit, 1.* aduerſus gloſſam *d. c. conſtitutionem verbo nominatim*, quæ expreſſe ait, tutius eſſe dicere, quod hodie in genere excommunicatio in participantes ferri non poſſit, per textum *ibi*, vt prædiximus, & ſic ſit ſublatum, quod dicitur *in cap. quod in dubiis, in fin. de ſentent. excommunicat.* nihilominus praxis recepit opinionem præfatam Hoſtienſis & Abbatis aduerſus prædicta iura, vt teſtatur Couarruuias & Nauar. *vbi ſupra.* Frequentiſſime enim, imo fere ſemper fertur ſententia excommunicationis maioris generalis aduerſus participantes cum excommunicato ad partis petitionem, generali monitione præmiſſa. Nihilominus tamen, inquit Nauar. *vbi ſupra*, quod ſicut iudices ſunt in poſſeſſione ferendi dictas literas contra participantes ſine ſolemnitate præfata illorum iurium; ita etiam ſubditi ſunt in poſſeſſione non parendi illis, tanquam nullis, & non habendi ſe pro excommunicatis maiori excommunicatione, ad effectum ſe abſtinendi à diuinis & obtinendi abſolutionem; & quod ita videtur non eſſe derogatum illis Capitulis, quorum forma ſeruatur in Luſitania, quia *ibidem* non diſcernuntur præfatæ literæ contra participantes excommunicatis, niſi monitione nominatim præcedente eorum, qui monendi ſunt, *iuxta prædicta iura*: alias enim lata excommunicatio eſt nulla, vt *ſupra* fuit concluſum. Nec obſtat, quod ex ſupradictis conſequetur, illas literas generales contra communicantes excommunicato latas, eſſe ſuperuacaneas, quia poteſt dici, quod proderunt ad effectum perueniendi ad interdictum & brachium ſæculare *iuxta text. cum ibi notatis, in cap. 1. de offic. ordin.* Nec etiam obeſt, quod in aliquibus regionibus adſit conſuetudo dandi denuntiatorium contra eos, qui non ſunt confeſſi tempore debito Paſchali, excommunicando vicinos participantes cum eis, quæ excommunicatio cenſetur valida & ligat, quia illa non datur contra participantes cum excommunicatis ab ipſo denuntiante, ſed cum excommunicatis à conſtitutione Synodali, quia denuncians non excommunicat, ſed tantum declarat excommunicatum, *arg. l. heredes palam, §. ſed ſi notam ff. de teſtament.* ſicque in ea reſidet Nauar. ſententia, vt non obſtante prædicta praxi iuri contraria, excommunicatio præfata generalis, ſine ſpeciali monitione nominatim facta, lata aduerſus communicantes excommunicatis ab eodem iudice non liget, cū populus ſit in poſſeſſione non
parendi eidem, tāquam nulli. Pro quo † facit; Nā quam- 34
uis ſententia paſtoris, ſiue iuſta ſiue iniuſta, timenda ſit, *vt in cap. ſententia paſtoru, & in cap. qui iuſtus eſt, verſic. 1. 11. quæſt. 3.* imo ſi quis eam contempſerit, peccabit mortaliter ſecundum S. Thom. *in 4. diſtinct. 18. artic* 1. *ad* 4. & ibi Palud. *quæſt. 1.* & Durand. *eſtque communis ibi ſententia Dd.* ſecundum F. Martin Ledeſmium *in ſecundam 4. quæſt. 25. art. 4. fol. 537.* & eſt communis omnium opinio ſecundum D. Couarruuiam *in d. cap. alma mater, 1. part. relection. §. 7. num. 5. verſic. tertia concluſio*, loquentem in excommunicatione, vtcunque iniuſte lata ſit deficiente cauſa & culpa ipſius excommunicati: & in præcedenti ſecunda concluſione tenet, quod hic iniuſte excommunicatus non eſt priuatus communibus & generalibus ſuffragiis Eccleſiæ Catholicæ per textum *in cap. illud plane, 11. quæſt. 3.* & quod hæc eſt communis opinio: quia licet excommunicatio iniuſta tollat diſpoſitiones quaſdam ad gratiam gratum facientem, quæ poſſent facilius contingere per communionem cum fidelibus, per participationem & perceptionem Sacramentorum, per auditionem diuinorum officiorum, quibus omnibus exterius priuat excommunicatio iniuſta; non tamen tollit gratiam ipſam gratum facientem, cum hæc per peccati mortalis culpam ſubtrahatur: quod tamen non datur in excommunicatione iniuſta, ratione cauſæ, & ideo non priuatur ſuffragiis Eccleſiæ, quoad eius communem intentionem: ſicque ſententia Diui Thomæ *ibi* per eum allegati, huic communi aſſertioni non obeſt. Eandem primam communem ſententiam, vt excommunicatio iniuſta, etiam ratione cauſæ, ſit valida, timenda & ſeruanda, late probat, affirmans eſſe communem, pluriſmoſq; eam tenentes allegans F. Ant. à Cord. *l. 1. quæſtion. q. 43. in verſ. opinio 2.* vbi eam ſequitur, non tantū, vt in publico ſeruanda ſit prædicta excōmunicatio, ſed etiam in ſecreto aduerſus Couar. & alios, quia ligat quoad Eccleſiā militātem, non quoad Deum, vnde ſecundum ipſum & communem, quam refert, non priuat gratia & bonis ſpiritualibus, quæ à Deo ſunt immediate, nec fructu communium ſuffragiorum Eccleſiæ, licet bene priuet communione corporali, vel exteriore Sacramentorum, atque fidelium aliiſque actibus legitimis & exercitio eorum: quamuis contraueniens eam non ſeruans, incurrat pœnas iuris. Eandem communem ſententiam, quod excommunicatus iniuſte ratione cauſæ, teneatur ſeruare prædictam excommunicationem in publico & ſecreto, alias incidat in pœnis iuris, quamuis non priuetur communibus ſuffragiis Eccleſiæ, tenet & pro-

bat Victoria *in ſua ſumma, tit. de excommunicat. quæſt. 7.* & ita eſt tenendum, quamuis Caietanus *2. 2. quæſt. 7. art. 4. ad ſecundum*, teneat, quod hic excommunicatus iniuſte ratione cauſæ, quia innocens eſt, poſſit communicare ſine ſcandalo in ſecreto: id quod ex epicheia concedit Victoria *vbi ſuprà*, & latiſſime cum Caietano & Paludan. probat F. Martinus Ledeſmius *in ſecundam quarti, qu. 23. artic. 4. per tot. vſque ad fin.* dicens eſſe hoc probabile, vt prædictus excommunicatus, licet falſo probatus ſit nocens, non peccet participando occulte & ſine ſcandalo cum aliis in Sacramentis, nec publice ſine ſcandalo & cōtemptu, quamuis teneatur quærere alia remedia iuris, alias peccaret: & quod quantumcunque publice cum ſcandalo ingerat ſe Sacramentis, non peccat, nec celebrando efficitur irregularis quoad Deum: communis tamen ſententia
35 ſupradicta Doctorum in hoc eſt tenenda. † Si vero ſententia excommunicationis tantum eſt iniuſta ex defectu notabili ordinis iuris, ligat in vtroque foro ſecundum omnes, vt teſtatur Cordub. *vbi ſupra, in 2. puncto, in verſic. ſi vero.*

36 Quamuis † igitur hæc ita ſe habeant in ſententia excommunicationis iniuſta, fallunt tamen atque locum minime habent in ſententia excommunicationis nulla: quam quidem non oportet timere, quia cum ſit nulla, iam non eſt ſententia nec excommunicatio, neque quoad Deum, neque quoad Eccleſiam, vt docet Palud. *in 4. ſentent. diſtinct. 18. qu. 1. verſic. quantum, ad tertium, concl. 2.* & Beatus Antoninus Archiepiſcopus Florent. *in ſua ſumma, 3. part. tit. 24. cap. 73.* dicentes, excommunicatum nulliter denuntiatum publice, non teneri abſtinere à diuinis nec ab alia hominum communione legitima, modo nullitatis cauſa publicata fuerit per eum: quos & alios auctores refert & ſequitur Nau. *in prelect. cap. cum contingat, de reſcript. remed. 3. pag. 160. cum ſeq.* idem tenet Dominic. à Soto, *in 4. diſt. 22. quæſt. 1. artic. 3. in verſic. nec vero ſecunda, pag. 943. col. 2.* vbi *in verſic. & quinto*, loquitur in terminis *d. cap. conſtitutionem, & d. cap. ſtatuimus*, de quibus nunc agimus, & tenet, quod ſententia excommunicationis aduerſus participantes lata ante monitionem canonicam, de qua ibi, non ſit ſententia nec habeat cauſam vt timeatur, nec illa loquitur *d. cap. ſententia paſtoris*, idem in terminis probauit F. Antoninus à Cordub. *lib. 1.*
37 *quæſtionar. qu. 43. in princ.* Excommunicatio † enim nulla, nec in animæ iudicio, in exteriori vllum effectum habet, ſi conſtet eam nullam eſſe, vt eſt omnium conſenſu receptum ſecundum Couar. *vbi ſupra, d. num. 5. in princ. in verſic. & hæc quidem*, ſequitur etiam Angelus de Clauaſ. *in ſua ſumma, verbo, excommunicatio, 3. §. 19.* vbi intelligit hoc verum, quando notorie conſtat eſſe nullum: alias enim ſi hoc non conſtaret, quoad Eccleſiam eſſe timenda, ipſamque contemnens peccaret mortaliter poſſetque excommunicari. Idem dicit Syluestr. *in ſumma, verbo, excommunicatio, 2. nu. 1. in fin. &* Ledeſmius *vbi ſup. in princ.* & Cordub. *vbi ſupra, paulo poſt princ. qu.* affirmans cum aliis, quos refert, hoc caſu,
38 ſi conſtiterit excommunicato † excommunicationem eſſe nullam, ſi non aliter poſſit innocentiam ſuam tueri vel iudicialiter probare, licite poſſe interim non ſeruare eam in ſecreto, ſcandalo vitato, etiam Miſſam & alia diuina celebrando, & etiam publice in ea ſolum regione & loco, vbi excommunicatus ignoratur, nec probabiliter creditur, quod *ibi* cito diuulgandus ſit: quod verum exiſtimo eo caſu, quo excommunicatus huiuſmodi credit nunquam diuulgandum, alias ſecus: ſi enim, quamuis non cito, crederet diuulgandum, non liceret ei, quia daret ſcandali occaſionem. Debet † igitur conſtare notorie, ſecundum ſupradi-
39 ctos, de nullitate ſententiæ excommunicationis, ad hoc, vt ipſa non ſit timenda nec obſeruanda, vt præter eos tradit, plures referens Mexia *in l. Regni Toleti, de los terminos, in 5. fundam. 2. part. n. 31.*

Nullitas † autem contingit in propoſito, ob defe- 40
ctum iuriſdictionis prædictam ſententiam proferentis, vel quia profertur poſt appellationem legitime interpoſitam, vel quia continet intolerabilem errorem iuris diuinis, vel humani, vel facti notorij communiter omnibus, vel quia fuit lata contra participantes cum excommunicatis, monitione nominatim facta non præcedenti, vel ob alium defectum, propter quem ipſo iure ſit nulla, vt latius proſequuntur Doctores *ſupra citati*, præcipuè Paludan. *vbi ſupra, verſic. quantum, ad quartum*, & Cordub. *in princ. d. qu.* vbi quinque caſus congerunt, in quibus eſt ſententia nulla: octo refert Paulus Borgaſ. *de irregularitate, 6. part. quæſt. 12.*

Quare † ſi ſapientibus notum ſit, ſententiam eſſe 41
nullam ex aliqua cauſa ſupradictarum, vulgus autem ignoret, poteſt in occulto coram illis ſapientibus eam non ſeruare: in publico vero eam ſeruare debet, quouſque ſcandalum rationabiliter ſedauerit: vnde ſi quis publice excommunicetur & nulliter denuntietur, † ex 42
aduerſo publicet ipſe ſufficientem cauſam nullitatis ad euitandum ſcandalum: quo facto, ſi aliquis tunc ſcandalizetur, non erit ſcandalum puſillorum, ſed Phariſæorum, vt colligitur ex præfatis auctoribus.

Cum igitur excommunicatio generalis lata aduerſus communicantes excommunicato, monitione ſpeciali, & nominatim facta minime præcedente, ſit ipſo iure nulla, vt *ſupra* eſt dictum: Ergo licet praxis eam formam introduxerit excommunicandi generaliter communicantes cum excommunicatis, non vero nominatim, poterunt participantes eidem ſe non habere pro excommunicatis publicandos nullitatem prædictæ ſententiæ ad ſedandum ſcandalum, ſi aliquod ſubortum fuerit, hocque faciendo, poterunt deponere ſcrupulum atque præfatæ ſententiæ nulli non parere, quoaduſque nominatim excommunicentur: præcipue cum vſus hoc idem introduxerit, ſecundum Nauarr. *vbi ſupra, in d. Manual.* & cum excommunicatio ſupradicta generalis, quoad alia, vt prædixi, operari queat. Quod ſi aliquis adeo timidus ſit, vt practice ſcrupulum deponere non poſſit, abſtineat ſe à communicatione cum excommunicatis, parendo ſententiæ: quod ſi aliud fecerit, petat abſolutionem ab eodem iudice, eaque vtatur & caueat, ne iterum incidat contra propriam conſcientiam: iure tamen verius & receptius eſt, vt prædixi, requiri monitionem ſpecialem nominatim factam eorum, qui monendi ſunt, ne communicent cum excommunicatis, ad hoc vt aduerſus eos ob hoc ſententia excommunicationis maioris ferri poſſit, prout fit & ſeruatur in Luſitania: praxiſque tunc erit meo iudicio, vt pars dicat & nominet perſonas certas, quib. ſit præcipiendum ſub pœna excommunicationis maioris, ne cōmunicent cum excommunicatis, & iudex eiſdē præcipiat, vt intra trium vel ſex dierum ſpatium, quos pro tribus canonicis monitionibus eiſdem aſſignat, ſe abſtineant à communione illorum, eiſdemque minime communicent ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententiæ, quam ex tunc aduerſus illos pronuntiat, ſi contrarium fecerunt, hocque illis intimetur, qui facto, tranſacto illo termino, ſi excommunicatis communicauerint, præfata cenſura in eos lata ligati manebunt.

## SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ſiue eius Vicarius generalis, poteſt abſoluere ſubditum à ſententia excommunicationis lata à iure, nulli tamen reſeruata.*

2 *Idem eſt excommunicatione lata per conſtitutionem inferioris, confirmata tamen à Romano Pontifice.*

3 *Idem obſeruandum eſt in ſuſpenſione lata ob contumaciam, & non in pœnam, ſine termino & reſeruatione.*

4 *Epiſcopus non poteſt abſoluere à ſuſpenſione lata in pœnam alicuius delicti, etiam à iure, ſiue temporalis ſiue perpetua ſit.*

5 *Limitatur tamen in ſuſpenſione impoſita ob adulterium vel alia minora delicta.*

6 *Epiſcopus non poteſt abſoluere à ſuſpenſione temporaria intra tempus.*

7 *Suſpenſio ad tempus lata, tollitur elapſo illo tempore abſque aliqua abſolutione.*

8 *Interdictum ad tempus latum, lapſo tempore ceſſat.*

9 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare circa ſuſpenſionem trienny, quam incurrit parochus, qui inter fuit matrimonio clandeſtino.*

10 *Epiſcopi nequeunt contra concilia diſpenſare.*

11 *Epiſcopus poteſt abſoluere à ſententia excommunicationis, quæ ob manuum violentarum iniectionem in clericum, ob leuem, & modicam iniuriam incurritur.*

12 *Ita leuis iniuria poteſt eſſe ex iniectione manuum proiectarum in clericum, vt non perueniat ad peccatum mortale, ſed veniale.*

13 *Non incurritur eo caſu ſententia excommunicationis, cum ea non incurratur, niſi ob peccatum mortale.*

14 *Iniuria leuis quæ dicatur in propoſito, vt Epiſcopus à ſententia excommunicationis ob eam abſoluere poſſit, relinquitur arbitrio Epiſcopi.*

15 *Extrauagans, quæ Ioanni XXII. tribuitur, quamuis male, refertur, declarans, quæ percuſſio dicatur leuis in propoſito.*

16 *Enormis læſio in propoſito quæ dicatur? exceſſus notorius, quando dicatur enormis læſio, ibidem, numero 17.*

18 *Leuis eſt percuſſio, à qua abſoluere poteſt Epiſcopus colaphus, quem impegit capellanus perpetuo canonico Eccleſiæ Vretine.*

19. *Percuſſiones clericorum, qui ſibi ipſi in itinere pugnos & pedes impegerunt, leues ſunt.*

20 *Parochus an abſoluere poſſit ſubditum à ſentētia excommunicationis maioris, cuius abſolutio alteri non eſt reſeruata? & num. ſeq.*

21 *Inferior poteſt abſoluere à ſententia excommunicationis lata per conſtitutiones Epiſcoporum & aliorum inferiorum, quando alteri non eſt reſeruata.*

22 *Suffraganei poſſunt abſoluere à ſententiis latis per Concilia prouincialia, quinimo, & ſui Sacerdotes id poſſunt.*

23 *Religioſis eſt prohibitum abſoluere excommunicatos à canone, niſi in caſibus à iure expreſſis, propter priuilegia Sedis Apoſtolicæ conceſſa.*

24 *Par ius, & ſoluendi & ligandi eſt.*

25 *Excommunicatio eſt meri impery.*

26 *Abſolutio ab excommunicatione, eſt etiam meri impery.*

27 *Abſolutio à ſententia excommunicationis maioris, eſt reſeruata ſolis Epiſcopis.*

28 *Concordia in quæſtione principali inter vtramque opinionem aſſumitur.*

29 *Facultas in diplomate Cruciatæ conceſſa ad abſoluendum ab excommunicatione, ſatisfacta parte, non eſt amplior, quam verba ſonant, vnde abſolui non poterit virtute Bullæ, qui ob impotentiam ſoluere non poſſit, quamuis hic quoad Deum ſit abſolutus.*

30 *Nomine partis in propoſito non intelligitur iudex, vt exemplo hic poſito Epiſcopi præcipientis ſub pœna excommunicationis alicui, vt iret ad proceſſionem vel quidpiam aliud faceret, quod non fecit, nam poſſet hic inconſulto Epiſcopo, per priuilegium Cruciatæ abſolui, niſi perſeueret in rebellione, retinendo concubinam contra præceptum Epiſcopi, hic namque, quouſque eam relinquat, non poteſt abſolui.*

31 *Hic excommunicatus, non data rebellione, non tenetur ſoluere iura iudici nec tabellioni, ad hoc, vt poſſit abſolui.*

32 *Appellatione ſententiarum veniunt excommunicatio, ſuſpenſio & interdictum.*

33 *Prelatus proprius poteſt abſoluere, ab excommunicatione incurſa à iure, extra ſuum Epiſcopatum, & parochiam.*



---

## CAPVT V.

### Parochus an poſſit abſoluere ſibi ſubditum à ſententia excommunicationis maioris à iure lata, nulli reſeruata?

EPiſcopus † ſiue eius Vicarius generalis, regulari- 1
ter poteſt abſoluere ſubditum à ſententia excommunicationis lata à iure; nulli tamen reſeruata: text. eſt celebris *in cap. nuper. de ſentent. excommunic. in §. in ſecunda*, ibi *Quamuis enim & tunc non iudicis, ſed iuris ſententia excommunicato communicans ſit ligatus*: quia tamen conditor canonis, eius abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit, eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem aliis relaxandi: qui text. ad hoc ſingularis eſt ſecundum Cardinal. *ibidē* & Barbat. *in cap. 2. de ſolut.* notat Abb. *in cap. graue, col. vlt. num. 13. deprehend.* late Felin. *in cap. paſtoralis, §. præterea, num. 9. de off. ordinar.* Abb. Felin & Dec. *in cap. at ſi clerici, § vlt de iudic.* refert plures Nauar. *in Manual. Latin. cap. 27. num 39.* vbi proprium Prælatum intelligit, Papam, Epiſcopum, Capitulum ſede vacante, & alium quemuis Prælatum exemptum Eccleſiæ regularis aut ſæcularis, qui dicuntur habere iuriſdictionem quaſi Epiſcopalē, iuxta gloſſam receptam *in clement. 1. de rebus Eccleſ. non alien.* & etiam quiuis alius non exemptus habens iuriſdictionem in foro exteriori: eſtque cōmunis opinio, vt teſtatur Didacus Couarruuias *in c. alma mater, 1. par. rel. §. 12.*
*num. 4. de ſentent. excommun. lib. 6.* Amplians, † vt etiam 2
procedat in excommunicatione lata per conſtitutionem inferioris, conformatam tamen à Romano Pontifice: idem lateque differit, an ſit in excommunicatione lata per ſententiam hominis generalem, alteri abſolutione minime reſeruata: qui cum Imol. *in d. cap. graue, col. 4.* aduerſus alios, quos refert, partem affirmatiuam probat, ob generalem permiſſionem text. *in d. cap. nuper.* Idem obſeruandum eſt † in ſuſpenſione lata ob 3
contumaciam, & non in pœnam delicti abſolute, ſine termino & reſeruatione, ſiue iure communi ſiue particulari confirmata, vel non confirmata per Papam, ab ea namque Epiſcopus ſiue eius Vicarius abſoluere poterit, *argumen. d. cap. nuper & cap. ex literis, de conſtitut.* ſecundum Innocent. *in c. 2. de ſolut. gloſſ. in clemen. 1. §. verum, verbo, excommunicationis ſententia, ibi, ſed quid ſi tempus, de hæretic.* eſtque communis ſecundum Nauar. *in d. Manual. cap. 27. num. 162.*

Ex † quo primo deducitur, quod Epiſcopus non 4
poteſt abſoluere à ſuſpenſione lata in pœnam alicuius delicti, etiam à iure, ſiue temporalis ſiue perpetua ſit, vt tenet gloſſ. *in cap. cupientes, §. cæterum, verbo, ſuſpenſos, de elect.* & probat bene Abb. *in c. 2. de ſolut. & in cap. cum literis, de teſtib.* quem *ibi* ſequuntur Aretin. & Felin, altius reſpondens quam *in d. cap. nuper & in d. cap. paſtoralis, §. præterea*, vbi aliud dicit, eo quod non ſatis perpenderat dicta Panormitani, *vbi ſupra*, ab omnibus recepti, qui ea diligenter expenderunt, vt refert Abbatem ſequutus Nauar. *vbi ſupra, d. num 162.* aduerſus Syluestr. *in ſumma verbo, ſuſpenſio, quæſt. 8.* & alios, qui

bat Victoria *in ſua ſumma, tit. de excommunicat. quæſt. 7.* & ita eſt tenendum, quamuis Caietanus *2. 2. quæſt. 7. art. 4. ad ſecundum*, teneat, quod hic excommunicatus iniuſte ratione cauſæ, quia innocens eſt, poſſit communicare ſine ſcandalo in ſecreto: id quod ex epicheïa concedit Victoria *vbi ſuprà*, & latiſſimè cum Caietano & Paludan. probat F. Martinus Ledeſmius *in ſecundam quarti, qu. 23. artic. 4. per tot. vſque ad fin.* dicens eſſe hoc probabile, vt prædictus excommunicatus, licet falſo probatus ſit nocens, non peccet participando occulte & ſine ſcandalo cum aliis in Sacramentis, nec publice ſine ſcandalo & cõtemptu, quamuis teneatur quærere alia remedia iuris, alias peccaret: & quod quantumcunque publice cum ſcandalo ingerat ſe Sacramentis, non peccat, nec celebrando efficitur irregularis quoad Deum: communis tamen ſententia

35 ſupradicta Doctorum in hoc eſt tenenda. † Si vero ſententia excommunicationis tantum eſt iniuſta ex defectu notabili ordinis iuris, ligat in vtroque foro ſecundum omnes, vt teſtatur Cordub. *vbi ſupra, in 2. puncto, in verſic. ſi vero.*

36 Quamuis † igitur hæc ita ſe habeant in ſententia excommunicationis iniuſta, fallunt tamen atque locum minime habent in ſententia excommunicationis nulla: quam quidem non oportet timere, quia cum ſit nulla, iam non eſt ſententia nec excommunicatio, neque quoad Deum, neque quoad Eccleſiam, vt docet Palud. *in 4. ſentent. diſtinct. 18. qu. 1. verſic. quantum, ad tertium, concl. 2.* & Beatus Antoninus Archiepiſcopus Florent. *in ſua ſumma, 3. part. tit. 24. cap. 73.* dicentes, excommunicatum nulliter denuntiatum publice, non teneri abſtinere à diuinis nec ab alia hominum communione legitima, modo nullitatis cauſa publicata fuerit per eum: quos & alios auctores refert & ſequitur Nau. *in prelect. cap. cum contingat, de reſcript. remed. 3. pag. 160. cum ſeq.* idem tenet Dominic. à Soto, *in 4. diſt. 22. quæſt. 1. artic. 3. in verſic. nec vero ſecunda, pag. 943. col. 2.* vbi *in verſic. & quinto*, loquitur in terminis *d. cap. conſtitutionem, & d. cap. ſtatuimus*, de quibus nunc agimus, & tenet, quod ſententia excommunicationis aduerſus participantes lata ante monitionem canonicam, de qua ibi, non ſit ſententia nec habeat cauſam vt timeatur, nec illa loquitur *d. cap. ſententia paſtoris*, idem in terminis probante F. Antoninus à Cordub. *lib. 1.*

37 *quæſtionar. qu. 43. in princ.* Excommunicatio † enim nulla, nec in animæ iudicio, in exteriori vllum effectum habet, ſi conſtet eam nullam eſſe, vt eſt omnium conſenſu receptum ſecundum Couar. *vbi ſupra, d. num. 5. in princ. in verſic. & hæc quidem*, ſequitur etiam Angelus de Clauaſ. *in ſua ſumma, verbo, excommunicatio, 3. §. 19.* vbi intelligit hoc verum, quando notorie conſtat eſſe nullam: alias enim ſi hoc non conſtaret, quoad Eccleſiam eſſe timenda, ipſamque contemnens peccaret mortaliter poſſetque excommunicari. Idem dicit Sylueſtr. *in ſumma, verbo, excommunicatio, 2. nu. 1. in fin.* & Ledeſmius *vbi ſup. in princ.* & Cordub. *vbi ſupra, paulo*

38 *poſt princ. qu.* affirmans cum aliis, quos refert, hoc caſu, ſi conſtiterit excommunicato † excommunicationem eſſe nullam, ſi non aliter poſſit innocentiam ſuam tueri vel iudicialiter probare, licite poſſe interim non ſeruare eam in ſecreto, ſcandalo vitato, etiam Miſſam & alia diuina celebrando, & etiam publice in ea ſolum regione & loco, vbi excommunicatus ignoratur, nec probabiliter creditur, quod *ibi* cito diuulgandus ſit: quod verum exiſtimo eo caſu, quo excommunicatus huiuſmodi credit nunquam diuulgandum, alias ſecus: ſi enim, quamuis non cito, crederet diuulgandum, non liceret ei, quia daret ſcandali occaſionem.

39 Debet † igitur conſtare notorie, ſecundum ſupradictos, de nullitate ſententiæ excommunicationis, ad hoc, vt ipſa non ſit timenda nec obſeruanda, vt præter eos tradit, plures referens Mexia *in l. Regia Toleti, de los terminos, in 5. fundam. 2. part. n. 31.*

Nullitas † autem contingit in propoſito, ob defectum iuriſdictionis prædictam ſententiam proferentis, vel quia profertur poſt appellationem legitime interpoſitam, vel quia continet intolerabilem errorem iuris diuinis, vel humani, vel facti notorij communiter omnibus, vel quia fuit lata contra participantes cum excommunicatis, monitione nominatim facta non præcedenti, vel ob alium defectum, propter quem ipſo iure ſit nulla, vt latius proſequuntur Doctores *ſupra citati*, præcipuè Paludan. *vbi ſupra, verſic. quantum, ad quartum*, & Cordub. *in princ. d. qu.* vbi quinque caſus congerunt, in quibus eſt ſententia nulla: octo refert Paulus Borgaſ. *de irregularitate, 6. part. quæſt. 12.* 40

Quare † ſi ſapientibus notum ſit, ſententiam eſſe nullam ex aliqua cauſa ſupradictarum, vulgus autem ignoret, poteſt in occulto coram illis ſapientibus eam non ſeruare: in publico vero eam ſeruare debet, quouſque ſcandalum rationabiliter ſedauerit: vnde ſi quis 41
publice excommunicetur & nulliter denuntietur, † ex aduerſo publicet ipſe ſufficientem cauſam nullitatis ad euitandum ſcandalum: quo facto, ſi aliquis tunc ſcandalizetur, non erit ſcandalum puſillorum, ſed Phariſæorum, vt colligitur ex præfatis auctoribus. 42

Cum igitur excommunicatio generalis lata aduerſus communicantes excommunicato, monitione ſpeciali, & nominatim facta minime præcedente, ſit ipſo iure nulla, vt *ſupra* eſt dictum: Ergo licet praxis eam formam introduxerit excommunicandi generaliter communicantes cum excommunicatis, non vero nominatim, poterunt participantes eidem ſe non habere pro excommunicatis publicandos nullitatem prædictæ ſententiæ ad ſedandum ſcandalum, ſi aliquod ſubortum fuerit, hocque faciendo, poterunt deponere ſcrupulum atque præfatæ ſententiæ nulli non parere, quoadusque nominatim excommunicentur: præcipue cum vſus hoc idem introduxerit, ſecundum Nauarr. *vbi ſupra, in d. Manual.* & cum excommunicatio ſupradicta generalis, quoad alia, vt prædixi, operari queat. Quod ſi aliquis adeo timidus ſit, vt practice ſcrupulum deponere non poſſit, abſtineat ſe à communicatione cum excommunicatis, parendo ſententiæ: quod ſi aliud fecerit, petat abſolutionem ab eodem iudice, eaque vtatur & caueat, ne iterum incidat contra propriam conſcientiam: iure tamen verius & receptius eſt, vt prædixi, requiri monitionem ſpecialem nominatim factam eorum, qui monendi ſunt, ne communicent cum excommunicatis, ad hoc vt aduerſus eos ob hoc ſententia excommunicationis maioris ferri poſſit, prout fit & ſeruatur in Luſitania: praxiſque tunc erit meo iudicio, vt pars dicat & nominet perſonas certas, quib. ſit præcipiendum ſub pœna excommunicationis maioris, ne cõmunicent cum excommunicatis, & iudex eiſdẽ præcipiat, vt intra trium vel ſex dierum ſpatium, quos pro tribus canonicis monitionibus eiſdem aſſignat, ſe abſtineant à communione illorum, eiſdemque minime communicent ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententiæ, quam ex tunc aduerſus illos pronuntiat, ſi contrarium fecerunt, hocque illis intimetur, qui facto, tranſacto illo termino, ſi excommunicatis communicauerint, præfata cenſura in eos lata ligati manebunt.

### SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ſiue eius Vicarius generalis, poteſt abſoluere ſubditum à ſententia excommunicationis lata à iure, nulli tamen reſeruata.*

2 *Idem eſt excommunicatione lata per conſtitutionem inferioris, confirmata tamen à Romano Pontifice.*



3 *Idem obſeruandum eſt in ſuſpenſione lata ob contumaciam, & non in pœnam, ſine termino & reſeruatione.*

4 *Epiſcopus non poteſt abſoluere à ſuſpenſione lata in pœnam alicuius delicti, etiam à iure, ſiue temporalis ſiue perpetua ſit.*

5 *Limitatur tamen in ſuſpenſione impoſita ob adulterium vel alia minora delicta.*

6 *Epiſcopus non poteſt abſoluere à ſuſpenſione temporaria intra tempus.*

7 *Suſpenſio ad tempus lata, tollitur elapſo illo tempore abſque aliqua abſolutione.*

8 *Interdictum ad tempus latum, lapſo tempore ceſſat.*

9 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare circa ſuſpenſionem trienny, quam incurrit parochus, qui inter ſuit matrimonio clandeſtino.*

10 *Epiſcopi nequeunt contra concilia diſpenſare.*

11 *Epiſcopus poteſt abſoluere à ſententia excommunicationis, quæ ob manuum violentarum iniectionem in clericum, ob leuem, & modicam iniuriam incurritur.*

12 *Ita leuis iniuria poteſt eſſe ex iniectione manuum proiectarum in clericum, vt non perueniat ad peccatum mortale, ſed veniale.*

13 *Non incurritur eo caſu ſententia excommunicationis, cum ea non incurratur, niſi ob peccatum mortale.*

14 *Iniuria leuis quæ dicatur in propoſito, vt Epiſcopus à ſententia excommunicationis ob eam abſoluere poſſit, relinquitur arbitrio Epiſcopi.*

15 *Extrauagans, quæ Ioanni XXII. tribuitur, quamuis male, refertur, declarans, quæ percuſſio dicatur leuis in propoſito.*

16 *Enormis læſio in propoſito quæ dicatur? exceſſus notorius, quando dicatur enormis læſio, ibidem, numero 17.*

18 *Leuis eſt percuſſio, à qua abſoluere poteſt Epiſcopus colaphus, quem impegit capellanus perpetuo canonico Eccleſiæ V retinæ.*

19. *Percuſſiones clericorum, qui ſibi ipſi in itinere pugnos & pedes impegerunt, leues ſunt.*

20 *Parochus an abſoluere poſſit ſubditum à ſentẽtia excommunicationis maioris, cuius abſolutio alteri non eſt reſeruata? & num. ſeq.*

21 *Inferior poteſt abſoluere à ſententia excommunicationis lata per conſtitutiones Epiſcoporum & aliorum inferiorum, quando alteri non eſt reſeruata.*

22 *Suffraganei poſſunt abſoluere à ſententiis latis per Concilia prouincialia, quinimo, & ſui Sacerdotes id poſſunt.*

23 *Religioſis eſt prohibitum abſoluere excommunicatos à canone, niſi in caſibus à iure expreſſis, propter priuilegia Sedis Apoſtolicæ conceſſa.*

24 *Par ius, & ſoluendi & ligandi eſt.*

25 *Excommunicatio eſt meri imperij.*

26 *Abſolutio ab excommunicatione, eſt etiam meri imperij.*

27 *Abſolutio à ſententia excommunicationis maioris, eſt reſeruata ſolis Epiſcopis.*

28 *Concordia in quæſtione principali inter vtramque opinionem aſſumitur.*

29 *Facultas in diplomate Cruciatæ conceſſa ad abſoluendum ab excommunicatione, ſatisfacta parte, non eſt amplior, quam verba ſonant, vnde abſolui non poterit virtute Bullæ, qui ob impotentiam ſoluere non poſſit, quamuis hic quoad Deum ſit abſolutus.*

30 *Nomine partis in propoſito non intelligitur iudex, vt exemplo hic poſito Epiſcopi præcipientis ſub pœna excommunicationis alicui, vt iret ad proceſſionem vel quidpiam aliud faceret, quod non fecit, nam poſſet hic inconſulto Epiſcopo, per priuilegium Cruciatæ abſolui, niſi perſeueret in rebellione, retinendo concubinam contra præceptum Epiſcopi, hic namque, quouſque eam relinquat, non poteſt abſolui.*

31 *Hic excommunicatus, non data rebellione, non tenetur ſoluere iura iudici nec tabellioni, ad hoc, vt poſſit abſolui.*

32 *Appellatione ſententiarum veniunt excommunicatio, ſuſpenſio & interdictum.*

33 *Prælatus proprius poteſt abſoluere, ab excommunicatione incurſa à iure, extra ſuum Epiſcopatum, & parochiam.*

---

## CAPVT V.

### Parochus an poſſit abſoluere ſibi ſubditum à ſententia excommunicationis maioris à iure lata, nulli reſeruata?

EPiſcopus † ſiue eius Vicarius generalis, regulariter poteſt abſoluere ſubditum à ſententia excommunicationis latà à iure; nulli tamen reſeruata: text. eſt celebris *in cap. nuper. de ſent. excommunic. in §. in ſecunda*, ibi *Quamuis enim & tunc non iudicis, ſed iuris ſententia excommunicato communicans ſit ligatus*: quia tamen conditor canonis, eius abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit, eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem aliis relaxandi: qui text. ad hoc ſingularis eſt ſecundum Cardinal. *ibidẽ* & Barbat. *in cap. 2. de ſolut.* notat Abb. *in cap. graue, col. vlt. num. 13. deprehend.* late Felin. *in cap. paſtoralis, §. præterea, num. 9. de offic. ordinar.* Abb. Felin & Dec. *in cap. at ſi clerici, 8 vlt de iudic.* refert plures Nauar. *in Manual. Latin. cap. 27. num 39.* vbi proprium Prælatum intelligit, Papam, Epiſcopum, Capitulum ſede vacante, & alium quemuis Prælatum exemptum Eccleſiæ regularis aut ſæcularis, qui dicuntur habere iuriſdictionem quaſi Epiſcopalẽ, iuxta gloſſam receptam *in clement. 1. de rebus Eccleſ. non alien.* & etiam quiuis alius non exemptus habens iuriſdictionem in foro exteriori: eſtque cõmunis opinio, vt teſtatur Didacus Couarruuias *in c. almæ mater, 1. par. rel. §. 11. num. 4. de ſentent. excommun. lib. 6.* Amplians, † vt etiam 2
procedat in excommunicatione lata per conſtitutionem inferioris, conformatam tamen à Romano Pontifice: idem lateque diſſerit, an ſit in excommunicatione lata per ſententiam hominis generalem, alteri abſolutione minime reſeruata: qui cum Imol. *in d. cap. graue, col. 4.* aduerſus alios, quos refert, partem affirmatiuam probat, ob generalem permiſſionem text. *in d. cap. nuper.* Idem obſeruandum eſt † in ſuſpenſione lata ob 3
contumaciam, & non in pœnam delicti abſolute, ſine termino & reſeruatione, ſiue iure communi ſiue particulari confirmata, vel non confirmata per Papam, ab ea namque Epiſcopus ſiue eius Vicarius abſoluere poterit, *argumen. d. cap. nuper & cap. ex literis, de conſtitut.* ſecundum Innocent. *in c. 2. de ſolut. gloſſ. in clemen. 1. §. verum, verbo, excommunicationis ſententia, ibi, ſed quid ſi tempus, de hæretic.* eſtque communis ſecundum Nauar. *in d. Manual. cap. 27. num. 162.*

Ex † quo primo deducitur, quod Epiſcopus non 4
poteſt abſoluere à ſuſpenſione lata in pœnam alicuius delicti, etiam à iure, ſiue temporalis ſiue perpetua ſit, vt tenet gloſſ. *in cap. cupientes, §. cæterum, verbo, ſuſpenſos, de elect.* & probat bene Abb. *in c. 2. de ſolut. & in cap. cum literis, de teſtib.* quem *ibi* ſequuntur Aretin. & Felin, altius reſpondens quam *in d. cap. nuper & in d. cap. paſtoralis, §. præterea*, vbi aliud dicit, eo quod non ſatis perpenderat dicta Panormitani, *vbi ſupra*, ab omnibus recepti, qui ea diligenter expenderunt, vt refert Abbatem ſequutus Nauar. *vbi ſupra, d. num 162.* aduerſus Syluestr. *in ſumma verbo, ſuſpenſio, quæſt. 8.* & alios, qui

ſibi ipſis contradicunt, dum ſequuntur Abbatem tenentem contrarium eius, quod ipſi tenent: ſed præfatam primam deductionem ſequuntur alij allegati per Didacum Couarruuiam *in 4. de ſponſal. 2. part. cap. 6. in*
5 *princ. num. 15.* Limitatur † tamen in ſuſpenſione impoſita ob adulterium aut alia minora delicta, tunc enim in ea Epiſcopus poterit diſpenſare, iuxta notata *in cap. at ſi clerici, §. de adulteriis, de iudic. tenent* Abb. & Nauar. *vbi ſupra*

6 Secundo † ex ſuperioribus fit Epiſcopum non poſſe abſoluere à ſuſpenſione temporaria intra tempus pro quo eſt impoſita, *iuxta ſuprad. gloſſ. in clementin. 1 §. verum, de heretic. verbo, excommunicationis, in verſic. dic. contra*, quam *ibi* ſequuntur omnes, & Bernard Diaz de Luc. *in ſua pract. crimine canonic. cap. 67.* Dicit ſingularem Abb. *in c. quamuis ſit graue, de exceſſib. Prælat.* idem *in d. cap. tam literis, colum. 2. de teſtib.* vbi aſſerit eam eſſe communiter approbatam, tametſi ab ea diſcedat: *ſequitur* Felin. *in d. cap. nuper*, & Henr. Botteus *in tract. de Synodo Epiſcopi 3. part. artic. 5. num. 14. vol. 2. tract. diuerſor. Dd. fol. 235.* & Couar. *vbi ſupra, d. num. 15. referens eſſe communem ex* Abb. *vbi ſupra.*

7 Hæc † tamen ſuſpenſio ad tempus lata, tollitur elapſo illo tempore in ea deſignato, abſque aliqua abſolutione, gloſſ. *in clement. 1 de decim. verſic. donec*, dicens ſecus eſſe in excommunicatione ad tempus lata ſequitur plurimos referens & affirmans hanc eſſe communem opinionem, Couarr. *vbi ſupra num. 16.* aduerſus
8 Alciatum probare nitentem, † idem eſſe in excommunicatione, quod in ſuſpenſione. Ampliatque Couarruuias præfatam communem in interdicto ad tempus lato: Nam lapſo tempore, illud ceſſabit, abſque iudicis relaxatione vel abſolutione, iuxta gloſſam inſignem *in cap. non eſt vobis, de ſponſal.* à qua Doctores *ibi* non recedunt, etſi Ripa *in cap. 1. notabil. de iudic.* in interdicto diuerſum eſſe opinetur.

Tertio, ex ſupradictis decerpitur verus intellectus ad textum *in cap. cum inhibitio, §. fin. de clandeſtin. deſpon-*
9 *ſat.* vbi probatur † quod Sacerdos parochialis aut quilibet, etiam regularis, qui interfuerit matrimonio clandeſtino, ſuſpendendus eſt ab officio per triennium aut grauius puniendus, ſi culpæ qualitas poſtulauerit: Nam etſi Cardinal. & Præpoſit. *ibidem num. 11.* exiſtimauerint, Epiſcopum abſoluere poſſe ab illa ſuſpenſione, cum non ſit reſeruata Papæ, iuxta *dict. cap. nuper*, & doctrinam Innocentij *in d. cap. 2. de ſolutionib.* communiter approbatam, vt *ſupra* vidimus: attamen cum pœna hæc ſuſpenſionis temporaria ſit, nempe ad triennium, & præterea non ob contumaciam, ſed in pœnam delicti, non poterit circa eam Epiſcopus vllo modo diſpenſare nec eam ante tempus tollere, vt *ſupra* eſt dictum: & ita in terminis *d. §. fin.* aduerſus Cardina. & Præpoſitum tenet Bernardus Diaz *vbi ſupra*, quem ſummis laudibus allegat & ſequitur Couarruuias *vbi ſupra nu. 14. & 15.* addens tertiam rationem, eam nempe: quod illa ſit conſtitutio à Concilio condita: † &
10 Epiſcopi nequeunt contra Concilia diſpenſare, ex frequentiori ſententia Dd. *in d. cap. at ſi clerici §. fin de iudic. vbi* Felin. *n. 5.* tradit late Petr. Duen. *in reg. 248. &* Pet. Rebuff. *in tract. nominat. 5. quæſt. num. 35. fol. 130. ad fin.*

11 Quinimo † etiamſi regulariter abſolutio ab excommunicatione, quæ à iure incurritur ob manuum violentarum in clericum iniectionem, reſeruata ſit Summo Pontifici, *vt in cap. ſi quis ſuadente Diabolo, 17. qu. 4. & in cap. 1. de ſententia excommunicat.* attamen Epiſcopus ab ea abſoluere poteſt, quæ non ob enormem, ſed modicam & leuem iniuriam incurritur, *vt eſt textus expreſſus, vbi notant omnes, in cap. peruenit, de ſentent.*
12 *excommunic.* Quod † non ſolum in proprio Epiſcopo locum habet, verum etiam in quocunque alio extraneo Epiſcopo procedit, in cuius diœceſi percuſſio contigerit, vt notat Innocent. *in c. quod clericus, de foro compet. ſequitur alios allegans deciſio Capellæ Toloſ. 231. incipien. item fuit quæſitum, ſi Catalanus & Ferdinandus de Loazes in allegat. iuris pro Marchion. de los Velez, in 1. dubit. in vlt. ſuæ part. fundam. num. 96. pag. 229.* Quod ſi ita leuis illa ſit, quæ non peruenerit ad peccatum mortale, ſed ad veniale tantum (nam iniuria leuis, etiam animo leuiter vlciſcendi & iniuriam inferendi, † veniale pecca- 13
tum eſt, vt ex ſancto Thom. docet Couar. *lib. 1. variar. reſolut. cap. 1. num. 2.* idem Couar *in c. alma mater, 1. part. relect. §. 9. num. 2. de ſent. excom. in 6.*) nuſquam percuſſor clerici, etiam animum vlciſcendi & iniuriam inferendi habens, ea iuris excommunicatione afficitur, quia tunc quamuis ſacrilegium ſit, eſt tamen leue ratione materiæ, atque ideo peccatum ſolum veniale & non mortale, pro quo ſolum poteſt incurri excommunicatio. Canon autem *ſi quis ſuadente, ſupra citatus* expreſſe ſupponit ſacrilegium, ſecundum completam ſacrilegij rationem, & non ſecundum quid, quale eſt propter veniale peccatum, cum non debeat quis excommunicari, niſi ob culpam mortalem, eaque deficiente, minime incurratur ſententia excommunicationis à canone generali vel particulari lata, vt reſoluit Nauar. *in manual. Latin. cap. 27. num. 9. & infra latius dicemus cap. de agitatione taurorum: & in terminis tenet* Caietan. *in ſua ſumma, verbo, excommunicatio, cap. 10. in verſic. quartus eſt. ſequitur* Nauar. *vbi ſup. num. 90. idem latius in cap. inter verb. 11. quæſt. 3. col. 139.* & Didac. Couarr. *d. §. 9. num. 2.* Quinimo etiamſi iniuria leuis aut nocumentum leue fiat animo grauiter iniuriandi aut nocendi, quamuis peccatum mortale ſit & ſacrilegium mortale; non tamen incurritur prædicta cenſura, quia actio exterior, quæ punitur, de ſe leuis eſt, atque ideo per eam non incurritur cenſura illius canonis, qua non punitur animus, ſed factum exterius: ideo ſi factum ſit leue nec ex malo animo animo apponatur aliqua circunſtantia exterior, qua factum exterius iam non cenſeatur leue, non incurritur præfata cenſura.

Dubitari tamen ſolet, quæ dicatur leuis percuſſio clerici, vt poſſit Epiſcopus abſoluere huiuſmodi percutientem ab excommunicatione? Et † in hoc, quia 14
certa regula dari non poteſt, relinquitur arbitrio Epiſcopi & etiam confeſſarij, qui habet facultatem Epiſcopi, vt reſoluit Hoſtienſ. *in d. cap. peruenit, ab omnibus receptus ſecundum* Nauar. *in d. cap. 27. num. 93.* vbi quod debent iudicare, habita ratione circumſtantiarum, perſonarum, locorum & temporum, cauendo ne iudicent leuem eam, quæ enormis eſt, iuxta ſententiam Abbatis *in d. cap. peruenit* latius Syluest. *in ſumma verbo abſolutio, 4. num. 1.* vbi hoc dicit eſſe iudicandum ex variis circumſtantiis perſonarum, locorum & temporum & ante eum Caietan *vbi ſupra, in verſic. demum circa calcem,* & Beatus Anton. Archiepiſcopus Florent. in *ſua ſumma, in 3. part tit. 24. cap. 1. § 3.*

Exſtat † tamen de hac re optima extrauagans, quæ 15
Ioanni XXII. tribuitur, & male, quia ante eius tempus illam allegauit Hoſtienſ. *vbi ſupr.* cuius exemplum iam diu Romam adducendum curauit Nauarrus *vbi ſupra*, eam referens in hunc modum, *Perlectis* &c. Reſpondemus, percuſſionem leuem eſſe pugni, palmæ manus, pedis, digiti, aut baculi aut lapidis, quæ nullam maculam, nec ſugillationem carnium relinquit, nec abſcindit membrum ſine effractione dentium, ſine auulſione multorum capillorum, ſine effuſione multi ſanguinis. Nolumus tamen dicere, quod huiuſmodi leuis percuſſio, vt pugni aut vnguis, fiat atrox ob multi ſanguinis effuſionem: ad iudicandum tamen, quæ læſio ſit leuis, mediocris, aut enormis, volumus diligenter perpendi, non ſolum factum, ſed etiam qualitatem eius,



eius, & modum percutiendi & lædendi cum omnibus ſuis circumſtantiis loci, perſonæ & aliis: perſonæ, ſi eſt magiſter, iudex, prælatus, pater, patronus, aut dignitas percuſſus iniuſte à ſubdito aut ab alio ſe viliore: quia ex hoc cenſentur interdum graues iniuriæ, quæ ex ſe ſunt leues aut mediocres: & quia conditio negotij non patitur integram determinationem huius rei, relinquimus tuo arbitrio, vt declares, quæ ſit leuis, & quæ enormis iniuria, admonentes, vt potius declares in dubio eſſe percuſſionem grauem, & ab ea non poſſe abſoluere, quam declarando leuem eſſe, occaſionem præbeas lædendi ſtatum Eccleſiaſticum. Hucuſque ſunt verba extrauagantis, quam etiam in idem allegauit, tribuens eam Ioanni XXII. Couarru. *d. §. 9. n. 2.*

Quo fit † primo, enormem eſſe læſionem, qua quis
16 interficitur, vel membrum ei abſcinditur, aut inutile vel quaſi ad ſuũ munus efficitur, & illam, ex qua defluit multum ſanguinis ex alia parte, quam naribus, vel alias vnde facile ſolet erumpere ſanguis: præterea illam, quæ fit in proprium Epiſcopum aut Abbatem, aut quæ magno ſcandalo eſt populo, vt cum Innocent. *in cap. cum illorum, de ſentent. excommunic.* probat Nauar. *vbi ſupra, dict. num 92.*

17 Secundo † infertur, non eſſe idem iudicium de quolibet exceſſu notorio, nec de ea læſione, quæ infertur in foro vel audientia publica coram iudice, aut in oculo aut in facie in dormitorio, niſi quando percuſſio eſt in ſe notabilis & gignit aliquod magnum ſcandalum, *vt aduerſus gloſſ.* & Syluest. *credit* Nauar. *vbi ſupra dict. num. 92.*

18 Tertio, ex † ſupradictis probanda venit opinio Lapi, *allegat. 76.* concludentis leuem eſſe percuſſionem, à qua poſſit abſoluere Epiſcopus Aretinus, vel eius Vicarius, habens ab eo ad hoc ſufficiens mandatum, colaphum, quem manu vacua impegit Capellanus quidam perpetuus dict. Eccleſiæ Aretinæ, cuidam canonico in eadem Eccleſia abſque ſanguinis effuſione, tum *ex di. cap. peruenit*, tum etiam ex dict. *extrauagant. & Doctor. communi traditione*: tum præterea, quia abſolui poſſunt per Epiſcopum à percuſſione mediocri, non tamen enormi, clerici ſimul viuentes in collegio, *c. quoniam, de vita & honeſtate clericorum, &* ibi notat. Abb. *col. 2.* & religioſi à ſuis prælatis, *vt in cap. monach. de ſent. excommunic.* Ergo cum percuſſor & ipſe percuſſus eſſent in eadem Eccleſia ſocij, vnus Canonicus & alter Capellanus perpetuus, & ſingulis diebus in eadem Eccleſia ad officia & alios actus ſimul ſeruiebant, & in ipſa Eccleſia venerunt de verbis ad verbera, & ſic ad dictam percuſſionem, merito quod tanquam communiter ac ſimul viuentes reputentur in propoſito, ad hoc vt eos tanquam de iniuria mediocri poſſit abſoluere Epiſcopus diœceſanus, *vt in dict. cap. quoniam*, præcipuè cum potius dici poſſit leuis iuxta tenorem dictæ extrauagantis, ibi, *Palma manus, &c.* Et ita merito hanc opinionem probauit Nauar. *vbi ſupra, d. n. 92.* quam accepi in praxin obſeruatam fuiſſe.

Quinto † infertur, eiſdem rationib. veram eſſe Car-
19 din. ſententiam *conſ. 42.* quem refert & ſequitur Nauar. *vbi ſupr.* exiſtimantis, percuſſiones Clericorum, qui ſibi ipſis mutuo pugnos, & pedes impegerunt in itinere, eſſe leues, à quibus poſſit abſoluere Epiſcopus.

Supereſt nunc, vt † ad caſum *di. cap. nuper, de ſentent.*
20 *excommunic.* à quo paululum digreſſi ſumus, reuertamur. Eſt igitur inſignis quæſtio in propoſito illius tex. *an ſacerdos proprius, curam animarum habens, poſſit abſoluere ſubditum à maiori excommunicatione iuris Pontificij vel Epiſcopalis, abſolutione alteri minime reſeruata?* Nam quod poſſit, probat ille text. recte expenſus, ibi; *In ſecundo vero caſu, à ſuo Epiſcopo, vel à proprio ſacerdote poterit abſolutionis beneficium obtinere*: nam etſi loquatur in abſolutione ab excommunicatione minori, ratio tamen generalis illius text. idem concludit in ſententia excommunicationis maioris à iure. Primo, quatenus æquiparat poteſtatem Epiſcopi & parochi in abſoluendo ab huiuſmodi excommunicatione nemini reſeruata: ergo poterit parochus abſoluere, vt Epiſcopus ab excommunicatione maiori, lata per canonem etiam pontificium. Secundò, quia hæc poteſtas abſoluendi hoc caſu conceſſa Epiſcopo & parocho, tantùm dependet ab eo, quod conditor canonis excommunicationis abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuerit: nam eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem aliis relaxandi, *vt in d. c. nuper.* Ergo idem procedet, ſiue excommunicatio iuris ſit minor, ſiue maior. Tertio, quia excommunicatio eſt cenſura, quæ à iure imponitur ratione peccati rationeque illius incurritur: ergo quantum eſt ex natura excommunicationis, quicunque habet iuriſdictionem abſoluendi ab illo peccato, habebit etiam iuriſdictionem abſoluendi ab ea cenſura, impoſita pœnitentia: ſed parochus habet iuriſdictionem abſoluendi à peccatis mortalibus ſubditos: ergo & ab illa excommunicatione: & ita hanc partem probarunt Innoc. & Hoſtienſ. *in dict. cap. nuper. &* ſanctus Thom. *in 4. ſententiarum, diſtinct. 18. q. 2. dubio 3.* Eſt communis ſecundum Maior, *ibi, & ſequuntur Summiſtæ, vt conſtat ex* Syluest. *in Summa, verb. abſolut. 1. quæſt. 5. & alios, quos refert* Didacus Couar. *in d. c. alma mater, 1. part. relect. §. 12. n. 5.* vbi refert etiam eſſe communem, dicens in rigore diſputationis ſatis defendi poſſe hanc Theologorum ſententiam, quam etiam communem eſſe profitetur Nau. *in dict. Manual. Latin. c. 27. num. 39.* dicens iuxta eam pridie conſuluiſſe: eam etiam probat Domin. à Soto *in 4. diſtinctione 22. qu. 2. artic. 3. pag. 961.* vbi loquitur in excommunicatione lata à canone vel Concilio: Idem probauit Paludan. *diſt. 18. quæſt. 5. artic. 1.* in excommuni- 21
catione lata † per Epiſcoporum & aliorum quorumcunque inferiorum conſtitutiones, vt ab ea inferior abſoluere poſſit, quando alteri non eſt reſeruata: quod & probat, plures referens, amplians in ſuſpenſione, & interdicto Henricus Bottheus *in tractatu de Synod. Epiſcop 3. part articul. 5. num. 1. & 2. volum. 2. tractat. diuerſ. doctor. fol. 234. &* Petrus Duennas *in regula 252.* Idem eſt in ſententiis latis per Concilia prouincialia: nam
† ab illis poſſunt ſuffraganei abſoluere, ſecundum Ar- 22
chid. *in Summa, 17. diſtinct. in finalibus verbis*, & *ibi* Gemin. & Præpoſit. *Collectar. in cap. graue, num. 12. de prebend.* Et non ſolum poſſunt abſoluere ipſi ſuffraganei, ſed etiam Sacerdotes ſui, vt tenet Præpoſitus, & Alexand. *per text.* ibi, *in cap. ſi quis autem, in 2. notabil. 18. diſtinct.* vbi limitat in aliquibus caſibus, quos referunt & ſequuntur Henric. Bottheus & Duennas *vbi ſupra.*
Sed pro contraria † parte primo facit text. *in Clement.* 23
*1. de priuileg. in princip. & in extrauagant. 1. §. obſeruent, eodem tit.* vbi prohibetur religioſis, ne abſoluant excommunicatos à canone, præterquam in caſibus à iure expreſſis, vel per priuilegia ſedis Apoſtolicæ conceſſis eiſdem: ergo ad ſuperiores ſpectat abſolutio ab excommunicatione lata à canone. Secundo, pro ea-
dem † parte facit text. *in cap. verbum Dei, de pænitent.* 24
*diſtinct. 1.* vbi inquit textus, quod Dominus par ius, & ſoluendi eſſe voluit, & ligandi, qui vtrumque pari conditione permiſit: Ergo qui ſoluendi ius non habet nec ligandi: & è contra, qui condemnare non poteſt, abſoluere non poteſt, vt docet gloſſ. *ibi*; ſed parochus non habet ius ligandi, ergo nec abſoluendi ab excommu-
nicatione. Tertio † facit, quia ſicut excommunicatio 25
eſt meri imperij, vt notat Innocen. *in cap. transmiſſam, in finalibus verbis, de elect. & ibi* Cardinal. *quæſt. 7. &* Abb. *colum. final idem* Cardin. *in cap. quoad ſedem, qu. 2. & in cap. paſtoralis, 3. notabil. de offic. ordinarij, & in*

cap. perpendimus in repet. columm. 17. verſic. circa hoc, de
ſententia excommunicat. Bertach. in tracta. de Epiſcopo, 1.
part. lib. 4. q. 11. Abb. in d. c. quoad ſedem, colum. fin. & in c.
cum contingat, colum. 5. verſic. & nota, eodem tit. vbi dicit,
quandoque etiam non eſſe meri imperij, ſcilicet, quan-
do profertur ad inſtantiam partis, Purpur. in l. imperium,
26 n. 130. ff. de iuriſdict. omn. iudic. ita etiam † abſolutio ab
excommunicatione, eſt meri imperij, auctore Purpu-
ra. in l. iubere cauere, colum. 4. verſic. ampliatur tertio, ff.
de iuriſdict. omnium iudic. ſequitur alios referens Henri-
cus Botteus in tract. de Synodo Epiſcopi, 3. part. art. 5. n. 6.
volum. 2. tract. diuerſ. doct. fol. 235. Sed parochus non
27 habet merum † imperium: ergo abſoluere non poteſt
à præd. excommunicatione. Et in terminis, quod abſo-
lutio ab excommunicatione maiori ſit reſeruata ſolis
Epiſcopis, tenet gloſſ. in cap. 2. verb. reſeruantur, de pœ-
nitent. & remiſſ. lib. 6. communiter per omnes ibi recepta,
vt teſtantur Henric. Botteus & Conar. vbi ſupra, ille nu-
mer. 5. hic dict. §. 12. num. etiam 5. plures auctores huius ſe-
cundæ partis referentes, & inquit Couarruuias ibi, quod
communis praxis eam recepit, reſpondet ad text. in
dict. cap. nuper, (vbi etiam Abb. tenet hanc ſecundam
partem) intelligendum fore in abſolutione ab excom-
municatione minori, quoad ſacerdotem parochia-
lem, & quoad Epiſcopum in abſolutione ab excom-
municatione maiori, propter diſtinctionem iuriſdi-
28 ctionis.
Quid † tenendum? Porro vtraq. opinio ex ſupradi-
ctis probabilis videtur: mihi tamen prior communior
& verior atque tenenda videtur, intelligendo tantum
in foro pœnitentiali, quo caſu reſpectu parochi loqui-
tur text. in d. c. nuper, cui præcipue nititur præfata ſenté-
tia commun. Theologorum, vt conſtat ex eo ibi, *Poſ-
ſint per confeſſionem à ſimplici ſacerdote, &c.* Nam in foro
exteriori tenenda eſt abſque dubio ſecunda ſententia
ſupra relata, etiam communis: & in terminis ita noue
tenet Nauar. vbi ſup. d. c. 27. n. 39. cuius in hoc concor-
dia mihi veriſſima videtur, addendo cum ſancto Tho-
ma, quod præd. ſacerdos ſimplex non poteſt hoc face-
re ſua auctoritate, ſed vt commiſſarius deputatus, vt in
d. c. nuper, in fine, qui ad hoc eſt quaſi expreſſus: cum
bulla autem Cruciatæ indubium eſt, ſacerdotem alias
approbatum ab Epiſcopo poſſe ab excommunicatio-
ne maiori vel minori, iure vel ab homine, ſatiſfacta
parte, abſoluere: quæ nos autem ſuperius diximus,
procedunt abſque bulla alioue priuilegio, præter in di-
29 cto cap. nuper, contentem Maxime † tamen aduerten-
dum eſt, quod facultas in diplomate Cruciatæ ad ab-
ſoluendum ab excommunicatione conceſſa, ſatisfa-
cta parte, non eſt amplior, quam verba ſonant: con-
ſequitur ergo, quod virtute dictæ bullæ, ſi aliquis eſſet
excommunicatus pro furto vel alio debito, ſi non eſ-
ſet ſoluendo, abſolui non poſſet ab excommunicatio-
ne, licet quoad Deum eſſet abſolutus propter impo-
tentiam: illud namque arbitramentum, an excommu-
nicatus poſſit ſoluere, necne, Papa nemini ſacerdotum
commiſit, ſed ſoli iudici excommunicanti reſeruatur:
30 ſicut † nec virtute bullæ ſacerdos poteſt abſoluere ad
reincidentiam: ita Dominc. à Soto in 4. diſt. 22. quæ-
ſtion. 2. art. 3. pag. 960. col. 2. verſ. præterea, vbi etiam ad-
dit, quod nomine partis non intelligitur iudex, & ideo
ſi alicui Epiſcopus præcepiſſet, vt ſub pœna atque ſen-
tentia excommunicationis iret ad proceſſionem vel
quidpiam aliud faceret, quod non fecit, poſſet hic, in-
conſulto Epiſcopo, per priuilegium Cruciatæ abſolui,
ſi tamen non perſeueret in rebellione, ſed ſit res, quæ
31 iam tranſiuit: nam ſi præceperit, vt relinquat concubi-
nam, quouſque eam relinquat, non † poteſt abſolui:
neque tenetur ſoluere iura iudicum vel tabellionum,
licet à iudice minime abſolueretur, niſi eis ſolutis: nihi-
lominus tamen abſolui poteſt per diploma Cruciatæ,
ſine eorum ſolutione. Secus ſi condemnatus iam
eſſet ad ſoluendam aliquam pœnam, ſiue pecuniariam,
ſiue aliam: & ita eſt tenendum, quamuis Magiſter
Medin. in ſua Summa, lib. 1. cap. 12. fol. 103. teneat,
quod licet opinio Dominici Soto vbi ſupra, cuius me-
minimus ſupra num. 20. ſit valde probabilis, contra-
ria tamen & ſic affirmatiua, probabilis etiam ſit & mi-
tis, & quod ita ſequi poteſt: nam mihi opinio Soto
præd. verior videtur, & tenenda, non vero contraria.
Et* quamuis contrarium prius tenuiſſet Nauar. in Ma- *
nual. c. 27. nu. 47. & 48. tandem in fine d. nu. 48. citat
Sotum vbi ſup. dum tenet noſtram opinionem, quam
ſupra dict. nu. 29. tenuimus, & cum ea remanet: præ-
ſertim quod ipſe Nauarr. dict. num. 47. loquitur in ar-
ticulo mortis, quo caſu nulla datur reſeruatio vnde
minus recte eum generaliter ſine mentione articuli
mortis refert & ſequitur, ad prædicta non aduertens,
nouiſſime Emanuel Roderic. in explicatione bullæ Cru-
ciatæ, §. 9. n. 52.
Non obſtant † tex. in d. Clem. 1. & in di. extrauag. 1. §. 32
obſeruent, de priuil. pro ſecunda parte adducti, quoniam
loquuntur in religioſis, qui non poſſunt abſoluere à
ſententiis ſtatutorum Synodalium, vt in d. Clement. 1. &
appellatione ſententiarum veniunt excommunicatio,
ſuſpenſio & interdictum, ſecundum gloſſ. ibi, verb. ſen-
tent. cuius eſt opinio communis ſecundum Henr. Bot-
teum vbi ſupra nu. 4. aduerſus Cardinal. ibi tenentem,
appellatione ſententiæ ibid. poſſint comprehendi tan-
tum ſententiæ excommunicationis, non vero ſuſpen-
ſionis & interdicti Non obſtant ſecundum, & tertium
fundamenta ſecundæ partis, quia procedunt in foro ex-
teriori, in quo & nos idem fatemur: & præcipue, quia
licet parochus excommunicare nequeat, auctoritate
tamen, qua poteſt abſoluere à peccatis, poteſt & ab ex-
communicatione nemini reſeruata: ad quam abſolu-
tionem ex natura rei ſequitur ſuffragiorum reſtitutio.
Quibus addendum duxi, quod prælatus proprius † po- 33
teſt abſoluere ab excommunicatione incurſa iure ex-
tra ſuum epiſcopatum & parochiam, ſecundum Feder.
de Senis conſ. 16. & Abb. in c. graue, col. 3. de præben. com-
muniter receptum ſecundum Nauar. vbi ſupra, dict. n. 39.
in fine.
Superiora intelligenda ſunt & procedunt in abſolu-
tione ab excommunicatione maiori à iure vel ſtatuto
Epiſcopi incurſa nemini reſeruata; alias enim ille, cui
eſt reſeruata, debet eam concedere ſecundum omnes;
excommunicatus tamen ab homine, ab eo ſolum poteſt
abſolui aut eius ſucceſſore, ſuperiore vel delegato, vt in
c. paſtoralis, §. præterea, de offic. deleg. præterquam in ca-
ſibus relatis à Nauar. vbi ſupra, n. 40.

SVMMARIVM.

1 *Parochus poteſt abſoluere ſuos ſubditos à ſententia excommunicationis minoris, quæ regulariter à iure infertur.*
2 *Sacerdos quilibet, etiam abſque priuilegio, idem facere poteſt: ſed contra n. 7.*
3 *Presbyteri in ſua ordinatione accipiunt facultatem abſoluendi à peccatis, ſaltem in habitu.*
4 *Illa habitualis & ineſficax facultas reducitur in actualem & efficacem, per legitimam ſubiectionem pœnitentis.*
5 *Confitens autem legitime ſe illi ſubiicit, ſi cum licentia expreſſa vel tacita proprij ſacerdotis id faciat.*
6 *Credendum eſt hanc licentiam tacitam habere à lege vel legiſlatore, eos, qui venialiter tantum peccauere, nunquam fuiſſe Presbyteris id ademptum.*
7 *Contritio de venialibus neceſſario habenda non eſt, nec confeſſio facienda.*
8 *Hodie poſt Concilium Tridentinum nullus, etiam regularis, poteſt confeſſiones ſæcularium, etiam ſacerdotum audire, nec ad id idoneus reputatur, niſi aut parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat.*
9 *Hodie poſt dictum Concilium Tridentinum, Doct. vel Licentiatus in Theologia vel iure Pontificio, non poterit audire confeſſiones, nec prædicare abſque licentia Ordinarij.*
10 *Simplex ſacerdos poteſt abſoluere à peccatis venialibus, & qua ratione id poſſit.*
11 *Diaconis, & non ſolum ſimplex ſacerdos habens iuriſdictionem, poteſt abſoluere ab excommunicatione minori, multo magis quam à maiori.*



## CAPVT VI.

### Abſoluere quis poſſit à ſententia excommunicationis minoris?

1 SAcerdos curam animarum † habens, poteſt abſol-
uere ſibi ſubditos à ſententia excommunicationis
minoris, quæ regulariter à iure fertur, prout contin-
git propter participationem cum excommunicato:
text. eſt expreſſus in c. nup. de ſentent. excommunicatio-
nis, vbi omnes communiter Doctores hoc profitentur,
& S. Thom. in 4. ſentent. diſtinct. 18 q. 2. art. vlt. Syluest.
alios allegans in Summa, verb. abſolutio. 1. num. 3. &
Couart. in cap. alma mater, 1. part. §. 12. nu. 6. Dominic.
à Soto in 4. diſtinct. 22. q. 2. art. 3. pag. 960. col. 1. in verſic.
tertium.
2 Dubium † tamen eſt; *An idem etiam poſſit facere qui-
libet ſimplex ſacerdos, etiãſi non ſit parochus proprius ipſius
excommunicati, deficiente bulla Cruciatæ, vel alio priuile-
go Apoſtolico, vel etiam licentia Ordinarij, cuius virtute
niti poſſit ſacerdos abſoluens?* Nam ſi illud adeſſet, res pro-
culdubio erit in partem affirmatiuam. In dubio igitur
præfato videtur, etiam abſq; priuilegio Apoſtolico, vel
licentia Ordinarij, pars affirmatiua verior, eo quod qui-
libet ſimplex ſacerdos non parochus poſſit quemcun-
que à peccatis venialibus abſoluere, vt eſt communis
omniũ atque concors ſententia, vt ex infra allegandis
apparet, qui id probant, etiam poſt Concilium Triden-
tinum, de quo infra: quilibet enim ſacerdos, ipſo qui-
dem iure diuino, vel humano, habet iuriſdictionem ad
præſtandam abſolutionem Sacramentalem à veniali-
bus peccatis, illaque abſolutio eſt verum Sacramentum
ſecundum omnes. Preſbyteri enim in ſui ordinatione
3 accipiunt facultatem † abſoluendi à peccatis, ſaltem in
habitu, vt tenet Hoſtienſ. in Summa de pœnitent. §. 5.
Panorm. in Clem. 1. de priuileg. poſt Collect. in cap. omnis,
verbo, proprium, q. 12. de pœnit. & remiſſ. Et eſt commu-
nis opinio ſecundum Stephanum Aufrer. in addit. ad
Capell. Tholoſ. deciſ. 221. Nauar. eos referentem in c. pla-
cuit, num. 25. de pœnit. diſtinct. 6. vbi cum eiſdem tenet,
4 quod illa habitualis & ineſſicax facultas † educitur in
actualem, & efficacem, per legitimam ſubiectionem
pœnitentis. Confitens autem legitime ſe illi ſubiicit, ſi
cum licentia expreſſa vel tacita proprij ſacerdotis id
faciat: & † credendum eſt eos, qui venialiter tantum
5 peccauerunt, habere hanc licentiam tacitam à lege vel
legiſlatore, imo nunquam fuiſſe Preſbyteris id adem-
6 ptum, quia nulla † eſt tunc neceſſaria eruditio nec pru-
dentia in confeſſario ad medicandum & conſulendum
pœnitenti, qui tantum venialia peccata habet, ſed ſola
ſcientia pronuntiandi verba ſacramentalia, vt docet
Nauarr. ibidem n. 23. addens, quod neque contritio de
venialibus habenda † eſt neceſſario, nec confeſſio fa-
cienda, vt omnium fere eſt vna ſententia in dict. c. om-
nis & in 4. diſt. 17. & Victor. in Summa de confeſſ. quæſt.
128. & tradit S. Thom. in 3. part. qu. 87. art. 1. dum defi-
nit ad eorum deletionem ſufficere quandam virtualem
pœnitentiam, etiam talem, quæ ad deletionem morta-
lium non ſatis eſſet, & ſecundum hanc doctrinam Di-
ui Thomæ intelligendus eſt Nauar. modo citatus, te-
nens generaliter, non eſſe neceſſariam contritionem
de venialibus: hoc ſiquidem de illa pœnitentia, quæ de
mortalibus eſt neceſſaria, intelligendum eſt, non vero
de virtuali, quæ ad venialia requiritur, vt optime expli-
cat S. Thomas vbi ſup. Ergo quemadmodum ſacerdos
electus ab eo, qui tantum venialia peccata habet, po-
teſt eum abſoluere ab illis, ita & ab excommunicatio-
ne minori, quam propter illa venialia incurrit. Et in
terminis hanc partem affirmatiuam tenere videtur gloſ.
in c. ſi quem, quod eſt penult. de ſentent. excommun. gloſ.
magna, ibi, *Cum vero à canone infligitur minor excommu-
nicatio, per ſimplicem Sacerdotem poteſt abſolui, & ſine
iuramento, vel aliquo mandato:* ſed eam ex profeſſo pro-
bauit Nauarr. in d. c. placuit, dict. nu. 25. & in Manual.
Latin. c. 27. nu. 39.
His tamen non obſtantibus, contraria ſententia eſt
verior, communis & tenenda, imo quod ab excommu-
nicatione minori abſoluere minime poſſit ſimplex ſa-
cerdos, qui non ſit parochus proprius excommunica-
ti; Nam ipſi proprio parocho, qui poteſt abſoluere à
peccato mortali vel ſuperiori, reſeruatur. Excommuni-
catio enim minor vere eſt cenſura & vinculum Eccle-
ſiaſticum, quod incurritur à iure: cenſura autem eſt
actus iudiricus, ac proinde non poteſt abſolutio ab ea
fieri, niſi per eum, qui iuriſdict. habeat. Nec obſtat,
quod quilibet ſacerdos, etiam non proprius pœniten-
tis, poſſit eum abſoluere à peccatis venialibus, iuxta re-
ceptiſſimam & verã omnium ſentẽtiam ſup. memoratã:
quoniam, etſi hoc poſſit facere ſimplex ſacerdos ab aliis
venialibus, non tamen poteſt abſoluere eum à partici-
patione cum excommunicatis, eo quod quamuis parti-
cipatio illa ſit peccatum veniale, abſoluere ab illo, an-
tequam à cenſura & excommunicatione minori, eſſet
recipere ad Sacramentum eum, cui prohibitum eſt re-
cipere Sacramenta, quare ab illo peccato eum abſolue-
re non poteſt, qui non valet à cenſura abſoluere: vnde
cum participatio hæc ſit excommunicationi ſubiecta,
ad quam ſoluendam iuriſdictio neceſſario requiritur,
quæ tamen eidem ſimplici ſacerdoti deficit, is nihil fa-
cit, ſi ab ea abſoluere prætendat: non ſic à reliquis pec-
catis venialibus ſimplicibus non habentibus annexam
cenſuram; ab eis ſiquidem abſoluere poterit, quia pœni-
tens ſe ei ſubmittit in materia non neceſſario confiten-
da, qualis eſt peccatum veniale, hoc ſiquidem homo nõ
tenetur confiteri: ex quo enim confitens peccata venia-
lia ſolum habet, obtinet, vt ſe poſſit confitendo ſubmit-
tere, cui maluerit ſacerdoti, quia nulli tenetur de illis
confiteri: quia quamuis ad venialia remittenda vtraque
poteſtas requiratur, ſatis eſt, ſi præfuerit poteſtas ordi-
nis, quia ad venialium peccatorum abſolutionem po-
teſtas iuriſdictionis per legitimam pœnitentis ſubie-
ctionem aduenit: non tamen ex hoc eſt priuilegiatus, vt
poſſit à quouis ſacerdote maluerit, abſolui à vinculo Ec-
cleſiaſticæ cenſuræ, quinimo tenetur de ea quærere, &
obtinere abſolutionem, ante abſolutionem à quibuſ-
cunque peccatis & cuiuſcunque Sacramenti ſuſceptio-
nem, & propterea oportet recurrere ad miniſtrum Ec-
cleſiæ, habentem alias poteſtatem iuriſdictionis. Ita
in terminis tenet Caietanus in ſua Summa, verbo, ab-
ſolutio ab excommunicatione, vltima, pagin. 20. 21.
& in verbo, excommunicatio minor, quæ indicat in-
commoda, pagin. 344: cuius ſententia in hoc principa-
lis, etſi à cæteris poſt eum recepta & probata ſit, vt in-
fra videbimus, eius tamen ratio atque fundamentum
ipſam non conuincit. Nam primo ſupponit, confeſ-
ſario ad abſoluendum à peccatis venialibus, tantum
ſufficere

ſufficere ſolam, quam à confitente, qui ſibi ſubiicitur, accipit poteſtatem, abſque alia iuriſdictione: hoc autem verum non eſt, cum notiſſimum ſit, ad abſoluendum, etiam à peccatis venialibus tantum, requiri iuriſdictionem: hanc tamen habet ſimplex ſacerdos ex ſubmiſſione legitima illi facta à pœnitente, vt modo in priori parte præcedenti dicebamus: ſola igitur ſubmiſſio pœnitentis, niſi legitima fuerit, ex qua legiſlatoris licentia tacita colligatur, vt iuriſdictio competat, non ſufficit ad abſoluendum peccata venialia, cum ex Concilio Florentino miniſter huius Sacramenti ſit Sacerdos, habens auctoritatem abſoluendi ordinariam, vel ex commiſſione ſuperioris: pœnitens autem dare iuriſdictionem non poteſt: *argument. leg. pacto priuatorum, C. de iuriſdictione omnium iudicum, cum ſimilibus*, ſed à lege vel homine, quæ publica fungatur auctoritate,
8 danda eſt: ✝ & ita hodie declaratum eſt per ſanctum Concilium Trident. *ſeſſ. 23. cap. 15.* vbi habetur, quod quamuis Presbyteri in ſua ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant, decernit tamen ſancta Synodus, nullum, etiam regularem, poſſe confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut parochiale beneficium aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat priuilegiis, conſuetudine quacunque etiam immemorabili non obſtantibus: per quem text. ita tenet Victoria *in ſua Summa, titu. de confeſſ. queſt. 150.* & F. Anton. de Corduba *in ſuo tracta. de caſos de conſciencia, qu. 10. & 16.* vbi expreſſe tenet, quod hodie ✝ poſt illud decretum Concilij Doctor vel
9 Licentiatus in Theologia, vel iure Pontificio, non poterit audire confeſſiones nec prædicare abſque licentia Ordinarij: quia etſi habeat ſcientiam ad hoc neceſſariam, vt ſit idoneus abſque nouo examine, non tamen habet iuriſdictionem non neceſſariam ad abſoluẽdum nec auctoritatem neceſſariam ad prædicandum ante præd. licentiam & approbationem Ordinarij: Ergo, vt eam habeat, neceſſaria eſt ſibi prædict. licentia & approbatio, quamuis in præd. perſonis notorie habilibus, atque iam rigoroſo examine probatis ad recipiendos ſuos gradus non requiratur nec ſit neceſſarium nouum examen, quandoquidem illud arbitrio relinquitur Epiſcoporum, vt iudicent, an ſit neceſſarium, necne, ad præd. licentias concedendas, vt conſtat ex eodem decreto Concilij Tridentini.

Ad abſoluendum igitur pœnitentem à peccatis venialibus, quibus ſolum irretitus eſt, neceſſaria eſt iuriſdictio, quam quilibet ſimplex ſacerdos, etiam non parochus, tacite habere cenſetur à iure, ad abſoluendum à peccatis venialibus per legitimam confeſſuri ſubiectionem, quæ ſcilicet, cum facultate ſit legis vel hominis iuri conſona, vt prædicebam ex Nauar. *in d. c. placuit, n. 23. & poſtea n. 27.* Caietanus igitur *vbi ſupra*, aliud ſentiens, vel non eſt audiendus vel ſuſpendendus per ſupradicta, vt intelligatur de legitima ſubmiſſione pœnitentis, quæ ſufficiens ſit ad tribuendam poteſtatem confeſſario neceſſariam atque requiſitam ad abſoluendum pœnitentem, peccata tantum venialia confitentem.

Secundo, ratio Caietani & cæterorum *ſupra* relata ad concludendum, quod etſi quilibet ſimplex Sacerdos, etiam non parochus, abſoluere poſſit à venialibus, non tamen à ſententia excommunicationis minori, non videtur ſufficiens; Quandoquidem, vt vidimus, ſicut ad abſoluendum à præd. cenſura requiritur poteſtas clauium atq; iuriſdictio, ita etiam ad abſoluendum à peccatis venialib. illa eſt neceſſaria, vt *ſupra* probauimus: ergo ſicut ſimplex ſacerdos poteſt ab illis abſoluere, vt omnes fatentur, poterit etiam ab ea excommunicatione minori: quod eſt contra ſententiam Caietani & ſequacium. Quid dicendum? Certe ratio hæc, eſt quæ mouit Nauar. ad improbandum præfatam ſententiam Caietani, adeo ſubtilis viſa fuit D. Couar. in loco ſtatim citando, vt neceſſariam exiſtimarit, eam lectorem perpendere, vt in hac controuerſia iuſtiorem ac veriorem ſententiam eligat, ſicque finit articulum præſentem.

Nihilominus tamen ſententia Caiet. ſupradicta receptiſſima eſt atque in ore prope omnium Theologorum: & quamuis ab ipſis aliter non probetur, quam vt prædictum eſt, ipſa eſt tenenda. Nec obſtat ratio Nau.
*vbi ſupra* contra eam adducta; ✝ quoniam etſi ad ab- 10
ſoluendum à peccatis venialib. ſufficit iuriſdictio, quæ prouenit ex ſubmiſſione pœnitentis legitima, vt ipſe fatetur, vtpote fiat cum facultate legis vel hominis tacita iuri conſona, vel quia illam habeant à iure diuino vel ab Eccleſia ad peccata venialia abſoluenda, & nunquam fuerit Sacerdotibus adempta, hoc tamen non ita reperitur ad abſolutionem ab excommunicatione maiore vel minori impendendam, imo contrarium nempe ad eam requiri iuriſdictionem, quæ neceſſaria eſt ad abſolutionem mortaliũ, prout eſt illa, quam habet parochus, vel alius, cui eſt expreſſe delegata à ſuperiore: ideo etſi fateamur ad vtrũque requiri iuriſdictionem ac legitimam poteſtatem & facultatem, nempe tam ad abſoluendum à ſententia excommunicationis minoris, quam à peccatis venialibus: minor tamen requiritur ad abſolutionem venialium, quam ad abſolutionem ab excommunicatione minori? Quandoquidem nemo tenetur confiteri peccata venialia, attamen tenetur ſe abſoluere ab excommunicatione minori, vt Sacramenta Eccleſiæ ſuſcipere poſſit abſque peccato mortali: Merito igitur vt maior facultas requiratur ad tollendam excommunicationem minorem, tanquam neceſſarium ad ſuſcipienda Sacramenta, quam ad tollenda ſimplicia venialia per abſolutionem: quandoquidem hæc abſolutio à venialibus non eſt neceſſaria ad ſuſcipienda alia Sacramenta: quinimo peccata venilia pluribus modis tolluntur, nempe aqua luſtrali, hoceſt, benedicta, oratione Dominica, punctione pectoris, actu licito charitatis: at vero abſolutio ab excommunicatione minori neceſſaria eſt ad ſuſcipienda Sacramenta, habet enim quid amplius excommunicatio minor, quam ſimplex ad veniale peccatũ abſoluendum. Et ita merito ſententiam Caietani, quæ habet, vt quilibet ſimplex ſacerdos non parochus, non poſſit abſoluere à prædict. excommunicatione minori, quam prius ſenſit Diuus Thom. *in 4. diſt. 18. q. 2. artic. 5.* dicens quod ab excommunicatione minori abſoluere ille valet ſacerdos, qui abſoluere poteſt à participatione cum excommunicatis; inſinuans ab illa non poſſe abſoluere, niſi illum, qui iuriſdictionem habeat in ſubditum, ex profeſſo probat & ſequitur Frater D. à Soto *in 4. diſt. 22. qu. 2. artic. 3. fol. 960. col. 1.* Syluest. in ſumm. *verb. abſolutio, 1. n. 3.* eſt *communis* ſecundum Victoriam *in ſua ſumma in tit. de excommunicatione, qu. 18. qua eſt finalis,* & ſecundum D. Couarr. *in cap. alma mater, 1. par. relect. §. 12. n. 6.* Magiſt. Mich. Palat. *in 4. diſt. 18. diſputat. 3. pag. 336.* F. Ioſeph. Angles *in ſuis Florib. Theologic. q. 2. parte, in quaſt. de excommunicatione in 2. difficultat. qui poſſint ab excommunicatione abſoluere, pag. 52.* Nec gloſſ. *in d. c. ſi quem,* expreſſa eſt pro contraria parte, ea ſiquidem loquens in ſimplici ſacerdote, intelligenda eſt & ſupplenda, dum tamen ſit parochus excommunicati, iuxta communem: ſic etiam text. *in d. c. nuper, de ſent. excommunic.* appellat ſimplicem ſacerdotem, parochum excommunicati: ſolus Nauarr. tenet contra communem, ſubtili, quam prædiximus, ratione: verum eidem exiſtimo ſufficienter ſatisfuctum, & ideo amplius non eſt dubitandum, ſed communis interpide tenenda, nempe quod ſimplex ſacerdos



Sacerdos, non parochus, nec alias habens iuriſdictionem, abſoluere poſſit à ſententia excommunicationis minoris, quamuis diaconus (& non ſolum ſimplex ſacerdos habens iuriſdictionem) id poſſit in foro con-
11 tentioſo, multo ✝ magis quam poteſt abſoluere à maiori excommunicatione, quoniam vtriuſque abſolutio non ſpectat ad poteſtatem ordinis, ſed iuriſdictionis ſecundum Caiet. & Victoriam & Syluest. *vbi ſupra.*

SVMMARIVM.

1 *Pius Quintus ſuo Motu proprio, Romæ dato Cal. Nouemb. ann. 1567. prohibuit agitationem taurorum.*
2 *Sed & antea quibuſdam idem placuit, ex rationibus, de quibus hic & in numeris ſeq. aliis contrarium, vt in num. 9.*
3 *Tornеamenta de iure canonico ſunt prohibita, adeo, vt qui in eis moritur, quamuis confeſſione & communione ſacra munitus, non ſit in loco ſacro ſepeliendus.*
4 *Illiciti ſunt ludi, in quibus, vt plurimum occiſiones & magna vulnera contingunt.*
5 *Exercens in arena operas ſuas cum beſtia detenta, peccat mortaliter, & aſpiciens eſt infamis.*
6 *Clericis etiam ante Motum proprium Pij V. non licebat tauricidiis intereſſe.*
7 *Clerici non debent intereſſe ludis, oſtentationibus, duellis, exſecutionibus damnatorum ad mortem, clandeſtinis matrimoniis, & aliis voluptuoſis ſeu inhumanis actibus laicorum. Prælati non debent ire ad videndum ludos, de quibus hic, eodem num. 7.*
8 *Clericus ludum mortaliter malum ſpectans peccat mortaliter.*
10 *In Dominicis & aliis feſtiuis diebus minime hodie licet tauros agitari in circo vel in foro, ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententiæ aduerſus principes, communitates & reſpublicas, earumque rectores.*
11 *Ordinarius loci procedere poteſt aduerſus ſupradictos contrarium facientes.*
12 *Nec ipſi forum Eccleſiaſticum declinare poterunt, quod laici ſint, agitur ſiquidem de peccato publico coercendo.*
13 *An ſuperiora procedant in taurorum agitatione ita moderata, vt ex ea probabiliter credi poſſit non ſecutura notabilia nocumenta perſonalia?*
*Per calles tauros agitari chordis longis cornibus vel pedibus ligatos, non eſt prohibitum.*
*Dominicis vel aliis feſtiuis diebus non licet tauros agitari per calles chordis non ligatos, portis ciuitatis clauſis, ita vt taur, licet velint, exire non poſſint.*
*Clericis tam regularibus, quam ſæcularibus beneficiatis, vel in ſacris ordinibus conſtitutis, prohibitum eſt hodie quibuſcunque diebus taurorum agitationibus intereſſe, ſub pœna excommunicationis, non tamen eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ, vt in nu. 17.*
*Clerici taurorum agitationibus intereſſentes, an peccent mortaliter, vel venialiter tantum, late diſcutitur, & n. ſequent.*
*Peccatum mortale ſecundum Richard. de Sancto Victore triplici ratione diſtinguitur.*
*Lex humana iuſta & de re graui aliquid ſtatuens, quando obliget tranſgreſſorem ad culpam mortalem vel venialem.*
*Intentio legiſlatoris Eccleſiaſtici, vtentis in ſua lege verbo præceptiuo aut prohibitiuo, eſt obligare tranſgreſſorem ad culpam mortalem, niſi aliquo ſigno vel verbo ſignificetur aut exprimatur contrarium.*
*Sententia excommunicationis, ſiue lata à iudice, vel à iure, in dubio intelligitur de maiori.*
3 *Sententia excommunicationis non debet imponi, niſi pro culpa & peccato mortali, ſiue ſit à iure, ſiue ab homine, vt in nu. 24.*
25 *Lege lata, cui adiecta ſit excommunicationis pœna, euidenter colligitur intentionem fuiſſe obligandi ad mortalem culpam. Quod procedit, licet non ſit latæ ſententiæ, ſed comminatoriæ, vt in num. 28.*
26 *Excommunicatio gladius cenſetur ſpiritualis.*
27 *Nulla maior pœna eſt in Eccleſia quam excommunicatio, quamuis ex fine ſit medicinalis.*
29 *Excommunicatio non incurritur, vbi quis certus eſt propter aliquam circumſtantiam non peccaſſe mortaliter, & num. 30.*
31 *Excommunicatio infligi poteſt pro re futura prohibenda, etiamſi alias non eſſet peccatum: declaratur numero 32.*
33 *Propter inobedientiam præcepti iuſti ſuperioris, & contrauentionem pœnæ excommunicationis, mortaliter peccatur.*
34 *Clerici occulte mutatis veſtibus, facieque tecta videntes tauros agitari, grauius peccant, idque hodie non licet, num. 38.*
35 *Periculoſum eſt decidere, quod quid tale ſit in particulari peccatum mortale, necne, ſi auctoritas expreſſa ad id non adſit.*
36 *Motus proprius Sixti V. ſuper agitatione taurorum Epiſcopo Salmantino directus contra præceptores docentes non peccare clericos intereſſentes taurorum agitationibus, & contra ipſos clericos.*
37 *Hodie non eſt dubitandum de obſeruantia Motuum propriorum Pij V. & Gregor. XIII. ſuper agitatione taurorum latorum, ſed omnino eſſe obſeruandos, non admiſſa tacita tolerantia, nec conſuetudine in contrarium.*
39 *Docere non licet, clericos licite vel ſine peccato poſſe intereſſe taurorum agitationibus.*
40 *Epiſcopus Salmantinus recte procedere poteſt iuxta tenorem dicti Breuis aduerſus clericos & præceptores contra præfatam conſtitutionem, & literas Apoſtolicas facientes, docentes vel aſſerentes, monitione præmiſſa.*
41 *Breue Sixti V. non ſuſtulit ordinariis locorum facultatem procedendi contra clericos prædictos agitationibus intereſſentes.*
42 *Clerici in duobus caſibus, videntes taurorum agitationes, excuſantur, vt hic & num. 43.*
44 *Declaratio S. D. N. Clementis Papæ VIII. & ſuſpenſio cenſurarum per Motus proprios Pij V. & Gregorij XIII. aduerſus clericos taurorum agitationi intereſſentes latarum.*

## CAPVT VII.

### De Taurorum agitatione.

SAnctiſſimus ille ✝ vniuerſalis Eccleſiæ Paſtor at- 1
que Pontifex Maximus Pius V. inter alia, quæ Catholicæ Eccleſiæ ſaluberrima decreta, pientiſſimo animo edidit, conſiderans ſpectacula, vbi tauri & feræ in circo vel foro agitantur, à pietate & charitate Chriſtiana aliena eſſe; ac volens hæc cruenta turpiaque dæmonum & non hominum ſpectacula aboleri, & animarum ſaluti, quantum cum Deo poſſit, prouidere, illud conſtitutione perpetuo valitura ſtatuit, prohibens & interdicens omnibus & ſingulis Principibus Chriſtianis, quacunque, tam Eccleſiaſtica, quam mundana, etiam Imperiali, Regia, vel quauis alia dignitate fulgentibus, quouis nomine nuncupentur, vel quibuſvis communitatibus & Rebuspublicis ſub excommunicationis & anathematis pœnis ipſo facto incurrendis, ne in ſuis Prouinciis, ciuitatibus, terris, oppidis, & locis huiuſmodi ſpectacula, vbi taurorum aliarumque ferarum beſtiarum agitationes exercentur, fieri permittant, militibus quoque cæteriſque aliis perſonis, ne cum tauris

ſufficere ſolam, quam à confitente, qui ſibi ſubiicitur, accipit poteſtatem, abſque alia iuriſdictione: hoc autem verum non eſt, cum notiſſimum ſit, ad abſoluendum, etiam à peccatis venialibus tantum, requiri iuriſdictionem: hanc tamen habet ſimplex ſacerdos ex ſubmiſſione legitima illi facta à pœnitente, vt modo in priori parte præcedenti dicebamus: ſola igitur ſubmiſſio pœnitentis, niſi legitima fuerit, ex qua legiſlatoris licentia tacita colligatur, vt iuriſdictio competat, non ſufficit ad abſoluendum peccata venialia, cum ex Concilio Florentino miniſter huius Sacramenti ſit Sacerdos, habens auctoritatem abſoluendi ordinariam, vel ex commiſſione ſuperioris: pœnitens autem dare iuriſdictionem non poteſt: *argument. leg. pacto priuatorum, C. de iuriſdictione omnium iudicum, cum ſimilibus*, ſed à lege vel homine, quæ publica fungatur auctoritate,
8 danda eſt: ✝ & ita hodie declaratum eſt per ſanctum Concilium Trident. *ſeſſ. 23. cap. 15.* vbi habetur, quod quamuis Presbyteri in ſua ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatem accipiant, decernit tamen ſancta Synodus, nullum, etiam regularem, poſſe confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut parochiale beneficium aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat priuilegiis, conſuetudine quacunque etiam immemorabili non obſtantibus: per quem text. ita tenet Victoria *in ſua Summa, titu. de confeſſ. queſt. 150.* & F. Anton. de Cordub. *in ſuo tracta. de caſos de conſciencia, qu. 10. & 16.* vbi expreſſe tenet, quod hodie ✝ poſt illud decretum Concilij Doctor vel
9 Licentiatus in Theologia, vel iure Pontificio, non poterit audire confeſſiones nec prædicare abſque licentia Ordinarij: quia etſi habeat ſcientiam ad hoc neceſſariam, vt ſit idoneus abſque nouo examine, non tamen habet iuriſdictionem non neceſſariam ad abſoluẽdum nec auctoritatem neceſſariam ad prædicandum ante præd. licentiam & approbationem Ordinarij: Ergo, vt eam habeat, neceſſaria eſt ſibi prædict. licentia & approbatio, quamuis in præd. perſonis notorie habilibus, atque iam rigoroſo examine probatis ad recipiendos ſuos gradus non requiratur nec ſit neceſſarium nouum examen, quandoquidem illud arbitrio relinquitur Epiſcoporum, vt iudicent, an ſit neceſſarium, necne, ad præd. licentias concedendas, vt conſtat ex eodem decreto Concilij Tridentini.

Ad abſoluendum igitur pœnitentem à peccatis venialibus, quibus ſolum irretitus eſt, neceſſaria eſt iuriſdictio, quam quilibet ſimplex ſacerdos, etiam non parochus, tacite habere cenſetur à iure, ad abſoluendum à peccatis venialibus per legitimam confeſſuri ſubiectionem, quæ ſcilicet, cum facultate ſit legis vel hominis iuri conſona, vt prædicebam ex Nauar. *in d. c. placuit, n. 23. & poſtea n. 27.* Caietanus igitur *vbi ſupra*, aliud ſentiens, vel non eſt audiendus vel ſuſpendendus per ſupradicta, vt intelligatur de legitima ſubmiſſione pœnitentis, quæ ſufficiens ſit ad tribuendam poteſtatem confeſſario neceſſariam atque requiſitam ad abſoluendum pœnitentem, peccata tantum venialia confitentem.

Secundo, ratio Caietani & cæterorum *ſupra* relata ad concludendum, quod etſi quilibet ſimplex Sacerdos, etiam non parochus, abſoluere poſſit à venialibus, non tamen à ſententia excommunicationis minori, non videtur ſufficiens; Quandoquidem, vt vidimus, ſicut ad abſoluendum à præd. cenſura requiritur poteſtas clauium atq; iuriſdictio, ita etiam ad abſoluendum à peccatis venialib. illa eſt neceſſaria, vt *ſupra* probauimus: ergo ſicut ſimplex ſacerdos poteſt ab illis abſoluere, vt omnes fatentur, poterit etiam ab ea excommunicatione minori: quod eſt contra ſententiam Caietani & ſequacium. Quid dicendum? Certe ratio hæc, eſt quæ mouit Nauar. ad improbandum præfatam ſententiam Caietani, adeo ſubtilis viſa fuit D. Couar. in loco ſtatim citando, vt neceſſariam exiſtimarit, eam lectorem perpendere, vt in hac controuerſia iuſtiorem ac veriorem ſententiam eligat, ſicque finit articulum præſentem.

Nihilominus tamen ſententia Caiet. ſupradicta receptiſſima eſt atque in ore prope omnium Theologorum: & quamuis ab ipſis aliter non probetur, quam vt prædictum eſt, ipſa eſt tenenda. Nec obſtat ratio Nau. *vbi ſupra* contra eam adducta; ✝ quoniam etſi ad ab- 10
ſoluendum à peccatis venialib. ſufficit iuriſdictio, quæ prouenit ex ſubmiſſione pœnitentis legitima, vt ipſe fatetur, vtpote fiat cum facultate legis vel hominis tacita iuri conſona, vel quia illam habeant à iure diuino vel ab Eccleſia ad peccata venialia abſoluenda, & nunquam fuerit Sacerdotibus adempta, hoc tamen non ita reperitur ad abſolutionem ab excommunicatione maiore vel minori impendendam, imo contrarium nempe ad eam requiri iuriſdictionem, quæ neceſſaria eſt ad abſolutionem mortaliũ, prout eſt illa, quam habet parochus, vel alius, cui eſt expreſſe delegata à ſuperiore: ideo etſi fateamur ad vtrũque requiri iuriſdictionem ac legitimam poteſtatem & facultatem, nempe tam ad abſoluendum à ſententia excommunicationis minoris, quam à peccatis venialibus: minor tamen requiritur ad abſolutionem venialium, quam ad abſolutionem ab excommunicatione minori? Quandoquidem nemo tenetur confiteri peccata venialia, attamen tenetur ſe abſoluere ab excommunicatione minori, vt Sacramenta Eccleſiæ ſuſcipere poſſit abſque peccato mortali: Merito igitur vt maior facultas requiratur ad tollendam excommunicationem minorem, tanquam neceſſarium ad ſuſcipienda Sacramenta, quam ad tollenda ſimplicia venialia per abſolutionem: quandoquidem hæc abſolutio à venialibus non eſt neceſſaria ad ſuſcipienda alia Sacramenta: quinimo peccata venilia pluribus modis tolluntur, nempe aqua luſtrali, hoc eſt, benedicta, oratione Dominica, punctione pectoris, actu licito charitatis: at vero abſolutio ab excommunicatione minori neceſſaria eſt ad ſuſcipienda Sacramenta, habet enim quid amplius excommunicatio minor, quam ſimplex ad veniale peccatũ abſoluendum. Et ita merito ſententiam Caietani, quæ habet, vt quilibet ſimplex ſacerdos non parochus, non poſſit abſoluere à prædict. excommunicatione minori, quam prius ſenſit Diuus Thom. *in 4. diſt. 18. q. 2. artic. 5.* dicens quod ab excommunicatione minori abſoluere ille valet ſacerdos, qui abſoluere poteſt à participatione cum excommunicatis; inſinuans ab illa non poſſe abſoluere, niſi illum, qui iuriſdictionem habeat in ſubditum, ex profeſſo probat & ſequitur Frater D. à Soto *in 4. diſt. 22. qu. 2. artic. 3. fol. 960. col. 1.* Syluest. in ſumm. *verb. abſolutio, 1. n. 5.* eſt *communis* ſecundum Victoriam *in ſua ſumma in tit. de excommunicatione, qu. 18. quæ eſt finalis*, & ſecundum D. Couarr. *in cap. alma mater, 1. par. relect. §. 12. n. 6.* Magiſt. Mich. Palat. *in 4. diſt. 18. diſputat. 3. pag. 336.* F. Ioſeph. Angles *in ſuis Florib. Theologic. q. 2. parte, in quaſt. de excommunicatione in 2. difficultat. qui poſſint ab excommunicatione abſoluere, pag. 52.* Nec gloſſ. *in d. c. ſi quem*, expreſſa eſt pro contraria parte, ea ſiquidem loquens in ſimplici ſacerdote, intelligenda eſt & ſupplenda, dum tamen ſit parochus excommunicati, iuxta communem: ſic etiam text. *in d. c. nuper, de ſent. excommunic.* appellat ſimplicem ſacerdotem, parochum excommunicati: ſolus Nauarr. tenet contra communem, ſubtili, quam prædiximus, ratione: verum eidem exiſtimo ſufficienter ſatisfuctum, & ideo amplius non eſt dubitandum, ſed communis interpide tenenda, nempe quod ſimplex

ſacerdos



Sacerdos, non parochus, nec alias habens iuriſdictionem, abſoluere poſſit à ſententia excommunicationis minoris, quamuis diaconus (& non ſolum ſimplex ſacerdos habens iuriſdictionem) id poſſit in foro con-
11 tentioſo, multo ✝ magis quam poteſt abſoluere à maiori excommunicatione, quoniam vtriuſque abſolutio non ſpectat ad poteſtatem ordinis, ſed iuriſdictionis ſecundum Caiet. & Victoriam & Syluest. *vbi ſupra.*

SVMMARIVM.

*1 Pius Quintus ſuo Motu proprio, Romæ dato Cal. Nouemb. ann. 1567. prohibuit agitationem taurorum.*

*2 Sed & antea quibuſdam idem placuit, ex rationibus, de quibus hic & in numeris ſeq. aliis contrarium, vt in num. 9.*

*3 Torneamenta de iure canonico ſunt prohibita, adeo, vt qui in eis moritur, quamuis confeſſione & communione ſacra munitus, non ſit in loco ſacro ſepeliendus.*

*4 Illiciti ſunt ludi, in quibus, vt plurimum occiſiones & magna vulnera contingunt.*

*5 Exercens in arena operas ſuas cum beſtia detenta, peccat mortaliter, & aſpiciens eſt infamis.*

*6 Clericus etiam ante Motum proprium Pij V. non licebat tauricidiis intereſſe.*

*7 Clerici non debent intereſſe ludis, oſtentationibus, duellis, exſecutionibus damnatorum ad mortem, clandeſtinis matrimoniis, & aliis voluptuoſis ſeu inhumanis actibus laicorum. Prælati non debent ire ad videndum ludos, de quibus hic, eodem num. 7.*

*8 Clericus ludum mortaliter malum ſpectans peccat mortaliter.*

*10 In Dominicis & aliis feſtiuis diebus minime hodie licet tauros agitari in circo vel in foro, ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententiæ aduerſus principes, communitates & reſpublicas, earumque rectores.*

*11 Ordinarius loci procedere poteſt aduerſus ſupradictos contrarium facientes.*

*12 Nec ipſi forum Eccleſiaſticum declinare poterunt, quod laici ſint, agitur ſiquidem de peccato publico coërcendo.*

*13 An ſuperiora procedant in taurorum agitatione ita moderata, vt ex ea probabiliter credi poſſit non ſecutura notabilia nocumenta perſonalia?*

*Per calles tauros agitari chordis longis cornibus vel pedibus ligatos, non eſt prohibitum.*

*Dominicis vel aliis feſtiuis diebus non licet tauros agitari per calles chordis non ligatos, portis ciuitatis clauſis, ita vt tauri, licet velint, exire non poſſint.*

*Clericis tam regularibus, quam ſæcularibus beneficiatis, vel in ſacris ordinibus conſtitutis, prohibitum eſt hodie quibuſcunque diebus taurorum agitationibus intereſſe, ſub pœna excommunicationis, non tamen eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ, vt in nu. 17.*

*Clerici taurorum agitationibus intereſſentes, an peccent mortaliter, vel venialiter tantum, late diſcutitur, & n. ſequent.*

*Peccatum mortale ſecundum Richard. de Sancto Victore triplici ratione diſtinguitur.*

*Lex humana iuſta & de re graui aliquid ſtatuens, quando obliget tranſgreſſorem ad culpam mortalem vel venialem.*

*Intentio legiſlatoris Eccleſiaſtici, vtentis in ſua lege verbo præceptiuo aut prohibitiuo, eſt obligare tranſgreſſorem ad culpam mortalem, niſi aliquo ſigno vel verbo ſignificetur aut exprimatur contrarium.*

*Sententia excommunicationis, ſiue lata à iudice, vel à iure, in dubio intelligitur de maiori.*

*3 Sententia excommunicationis non debet imponi, niſi pro culpa & peccato mortali, ſiue ſit à iure, ſiue ab homine, vt in nu. 24.*

*25 Lege lata, cui adiecta ſit excommunicationis pœna, euidenter colligitur intentionem fuiſſe obligandi ad mortalem culpam. Quod procedit, licet non ſit latæ ſententiæ, ſed comminatoriæ, vt in num. 28.*

*26 Excommunicatio gladius cenſetur ſpiritualis.*

*27 Nulla maior pœna eſt in Eccleſia quam excommunicatio, quamuis ex fine ſit medicinalis.*

*29 Excommunicatio non incurritur, vbi quis certus eſt propter aliquam circumſtantiam non peccaſſe mortaliter, & num. 30.*

*31 Excommunicatio infligi poteſt pro re futura prohibenda, etiamſi alias non eſſet peccatum: declaratur numero 32.*

*33 Propter inobedientiam præcepti iuſti ſuperioris, & contrauentionem pœnæ excommunicationis, mortaliter peccatur.*

*34 Clerici occulte mutatis veſtibus, facieque tecta videntes tauros agitari, grauius peccant, idque hodie non licet, num. 38.*

*35 Periculoſum eſt decidere, quod quid tale ſit in particulari peccatum mortale, necne, ſi auctoritas expreſſa ad id non adſit.*

*36 Motus proprius Sixti V. ſuper agitatione taurorum Epiſcopo Salmantino directus contra præceptores docentes non peccare clericos intereſſentes taurorum agitationibus, & contra ipſos clericos.*

*37 Hodie non eſt dubitandum de obſeruantia Motuum propriorum Pij V. & Gregor. XIII. ſuper agitatione taurorum latorum, ſed omnino eſſe obſeruandos, non admiſſa tacita tolerantia, nec conſuetudine in contrarium.*

*39 Docere non licet, clericos licite vel ſine peccato poſſe intereſſe taurorum agitationibus.*

*40 Epiſcopus Salmantinus recte procedere poteſt iuxta tenorem dicti Breuis aduerſus clericos & præceptores contra præfatam conſtitutionem, & literas Apoſtolicas facientes, docentes vel aſſerentes, monitione præmiſſa.*

*41 Breue Sixti V. non ſuſtulit ordinariis locorum facultatem procedendi contra clericos prædictos agitationibus intereſſentes.*

*42 Clerici in duobus caſibus, videntes taurorum agitationes, excuſantur, vt hic & num. 43.*

*44 Declaratio S. D. N. Clementis Papæ VIII. & ſuſpenſio cenſurarum per Motus proprios Pij V. & Gregorij XIII. aduerſus clericos taurorum agitationi intereſſentes latarum.*

---

CAPVT VII.

## De Taurorum agitatione.

SAnctiſſimus ille ✝ vniuerſalis Eccleſiæ Paſtor at- 1
que Pontifex Maximus Pius V. inter alia, quæ Catholicæ Eccleſiæ ſaluberrima decreta, pientiſſimo animo edidit, conſiderans ſpectacula, vbi tauri & feræ in circo vel foro agitantur, à pietate & charitate Chriſtiana aliena eſſe; ac volens hæc cruenta turpiaque dæmonum & non hominum ſpectacula aboleri, & animarum ſaluti, quantum cum Deo poſſit, prouidere, illud conſtitutione perpetuo valitura ſtatuit, prohibens & interdicens omnibus & ſingulis Principibus Chriſtianis, quacunque, tam Eccleſiaſtica, quam mundana, etiam Imperiali, Regia, vel quauis alia dignitate fulgentibus, quouis nomine nuncupentur, vel quibuſvis communitatibus & Rebuſpublicis ſub excommunicationis & anathematis pœnis ipſo facto incurrendis, ne in ſuis Prouinciis, ciuitatibus, terris, oppidis, & locis huiuſmodi ſpectacula, vbi taurorum aliarumque ferarum beſtiarum agitationes exercentur, fieri permittant, militibus quoque cæteriſque aliis perſonis, ne cum

tauris

tauris & aliis beſtiis in præfatis ſpectaculis ipſi, tam pedeſtres, quam equeſtres congredi audeant, interdicit, quod ſi quis eorum ibi mortuus fuerit, Eccleſiaſtica carere ſepultura præcipit: clericis quoque tam regularib. quam ſæcularibus beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus vel in ſacris ordinibus conſtitutis, ſub excommunicationis pœna, ne eiſdem ſpectaculis interſint, ſimiliter prohibuit: omnéſque obligationes, iuramenta, & vota à quibuſvis perſonis, vniuerſitate vel collegio de huiuſmodi taurorum agitatione, etiam (vt ipſi falſo arbitrantur) in honorem Sanctorum ſeu quarumuis Eccleſiaſticarum ſolemnitatum, & feſtiuitatum (quæ diuinis laudibus ſpiritualib. gaudiis, piiſque operib. non huiuſmodi ludis celebrari & honorari debent) hactenus factus, & facta, ſeu in futurum fienda (quæ, & quas omnino prohibuit) caſſauit & annullauit: ibiq; mandat omnib. principib. vt præmiſſa omnia in ſuis dominiis ac terris exactiſſime ſeruari faciant: atque ibidem vniuerſis prælatis, locorumque ordinariis, vt in ſuis diœceſib. præd. ſuas liter. ſufficienter publicari faciant, & præmiſſa etiã ſub pœnis & cẽſuris Eccleſiaſticis obſeruare procurent, non obſtantibus, &c. prout latius in Motu proprio originali eiuſdem Pontificis continetur, dato Romæ, anno 1567. Calend. Nouemb.

2 Itaque iuxta ✝ tenorem præfati Motus proprij agitatio taurorum eſt omnino prohibita: quod etiam ante hanc Pontificiam deciſionem quibuſdam placuit, ea nempe ratione, quod torneamenta iure canonico pro-
3 hibentur, quia ✝ inde mortes hominum & animarum pericula ſæpe proueniunt, adeo vt, qui moritur, quamuis confeſſus & ſacra communione munitus decedat, non ſit in ſacro loco ſepeliendus, *vt in c. 1. & 2 de torneamen.* Sed agitatio taurorum torneamentis ſimilis videtur: ergo prohibita: *arg. l. illud ff. ad leg. Aqu.* Secundo
4 quia ✝ illiciti ſunt ludi, in quib. vt plurimum, occiſiones, & magna vulnera contingunt, qualia in hac agitatione, contingere videntur, quia videntur homines manifeſto ſe exponere periculo, & ſic peccant, iuxta illud Eccl. *c. 3. & in c. ad audientiam, de homic. & in c. iuuenis, de ſponſalib. Qui amat periculum, peribit in illo*: præſertim cũ non videatur ſufficere diligentia aliqua ad cauendas mortes & damna, quę ex iſto ludo eueniunt, tã ex tauris, quam ex iaculis in eos miſſis, ex quib. non ſolum tauri irritatione, verum ipſi homines tauros agitantes moriuntur, iſtæq; mortes, non raro, ſed ſæpe ac ſæpiſſime & fere communiter eueniunt, euenireque eſt probabiliter ſperandum: ergo noxius & culpabilis eſt ludus hic taurorum agitationis: *arg. l. nam ludus ff. ad l. Aquil.* Tertio, quia inficiari nemo valet, quod ille actus inhumanus ſit & antiquã redolens barbariem, vtpote ex eo plures ſequantur hominum interitus, tantoq; ſoleant iucundiora reputari ſimilia ſpectacula, quanto ſeuerior fuerit in homines taurorum ferocitas iaculis laceſſita. Quarto facit gl. *in c. qui venatoribus 86. diſt.* dicens, quod ✝ exercens in
5 arena operas ſuas cum beſtia detenta, peccat mortaliter & qui aſpicit, eſt infamis: quæ gl. *ſecundum l. quam allegat*, videtur agere de locante ad hoc operas ſuas, non vero quando ſit virium exercendarum gratia. Quamuis hoc quoque in torneamentis ſit prohibitum, *vt in d. c. 1.*
6 *de torneam.* Huc accedit, quod ✝ eiuſmodi agitationis taurorum ſpectaculum multorum peccatorum occaſionem præbet, nempe ſuperbiæ, vanæ glorię, luxuriæ, gulæ, iræ & ſimilium, & in terminis hanc partem probauit Greg. Lopez *in l. 57. tit. 5. part. 1.* Anend. *in 2. par. c. præt. c. 10. n. 12.* ſanctiſſimaque erit lex, quæ hanc agitationem taurorum prohiberet, quoniam raro debita cautela, & moderamine exercetur, vt exiſtimat Nauar. *in Manual. Lat. c. 15. n. 18.* vbi refert præfatum Motum propriũ, dicens eſſe huiuſmodi, hoc eſt, ſanctiſſimum, & hæc prima pars hodie approbata eſt in prædi. motu proprio. Ex quibus eadem à fortiori procedit in Clericis, quibus non licet maxime Sacerdotibus, tauricidiis intereſſe, vt eſt probabilis opinio ſecundum Bernard Diaz de Luc. *in ſua pract. crim. canonica, c. 66. de public. ſpectacu.* id probans, quia Iuſtinianus Imperator non ſolum Epiſcopis, ſed etiam Preſbyteris, diaconis, ſubdiaconis, & lectoribus, ac omnibus aliis cuiuſlibet venerandi collegij, ad quodlibet ſpectaculorum ſpectandi gratia venire prohibuit certis ſub quibuſdam pœnis, *vt in authent. de ſanctiſſ. epiſ. §. interdicimus, collat. 9.* ex quo text. & *ex ea. ſententiam ſanguinis, ne cleric. vel monach.* poſt Laur. & Cardin. *in Clem. ne in agro, §. porro, col. 2. de ſtatu monachor.* decidit, quod ✝ clerici non debent intereſſe ludis 7
oſtentationibus, duellis, exſecutionibus damnatorum ad mortem, clandeſtinis matrimoniis & aliis voluptuoſis ſeu inhumanis actibus laïcorum: Quare merito *d. l. 57. partit.* diſpoſuit, *que los Perlados no deuen yr a ver los juegos, aſſi como alançar, o bohordar, o lidiar los toros, o otras beſtias brauas, ni yr a ver los que lidian*, & ibi Greg. Lopez *in gl. Lidiar los toros*, hanc etiam partem in clericis cum Bernard. vbi *ſupra* probauit, & generaliter, ✝ quod cle- 8
ricus ludum mortaliter malum ſpectans, peccet mortaliter, probat tex. *in c. 2. de vita & honeſt. cleric.* Nauarr. *in Manuali Latin. c. 19. n. 14.* vbi plura circa hoc Sylueſt. cæterique Summiſtæ *in verb. ludus*, vbi quando venialiter & quando mortaliter peccent inſpectores ludorum atque ſpectaculorum. Iuſtiſſime igitur Pius Quintus Clericis prohibuit ſub excommunicationis pœna, ne taurorum agitationi interſint.

Sunt tamen, qui ex aduerſo, ante Motus proprij conſtitutionem, contrariam partem probauerint, ✝ agita- 9
tionem nempe taurorum per ſe malam non eſſe, adhibitis debitis circunſtantiis ex parte rectorum Reipublicæ, quorum auctoritate tauri agitantur, præmittendo diligentiam & ſolicitudinem, ne in loco, vbi tauri ſunt agitandi, ſint perſonæ, quibus veriſimiliter periculum timeatur venturum, vt ſunt ſenes, pueri, fœminæ, mente capti, claudi, & alij infirmi; alias peccarent: hocque communiter fieri ſolet atque præcaueri præconio, antequam taurus in foro publico impellatur, quo annuntiatur exitus tauri, vt omnes ſibi caueant: quod ſi hoc prę-uento, mors aliqua vel damnum aliud ſequatur, non venit rectorib. imputandum, cum id ſit præter inten & poſt adhibitam ſufficientem diligentiam: ipſi v qui per ſe tauros in platea agitant, ſiue pedeſtres, equeſtres, & ad currendum contra ſe eos irritant, i peccabunt, ſi prope ſecuritatis locũ habeant, vbi ſe facile poſſint veniente tauro recipere, alias peccabunt temere taurum irritantes, & cum ſperantes viribus aut induſtriæ propriæ fidentes: aſſiſtentes autem & inſpectores agitationis taurorum, ſi id cauſa recreationis, & voluptatis faciant, nec lætentur de damno illic eueniente, aut peccato vel negligẽtia rectorum, ſi qua in eis ſit, aut de currentium temeritate, etiam non peccabunt: de cæteris autem factis illic contingentib. quæ culpa carent, lætari licite poterunt. Ita Ioa. à Medina *in ſuo C. de reſtitutione, q. 21. ad fin. de reb. per ludum acquiſ.* vbi ex hoc infert, poſſe ſub ſtatuto iuramento firmato taurorum agitationem cadere, cum per ſe mala non ſit, & quod tales apponi poſſunt circumſtantiæ, quod bona & ſtudioſa reddatur: quam ſententiam probare videtur *d. l. Partita 57.* quandoquidem ibi refert agitationẽ taurorum, eamq; non improbat, & Nau. *in Manu. Lat. c. 15. n. 18. ad fin.* vbi tenet, quod agitatio taurorum cum moderamine, & debita cautela, de ſe non eſt peccatum, quãuis ſanctiſſima eſſet lex, quæ illam prohiberet, quoniam raro debita cautela & moderamine exercetur, & reuera in tota Hiſpania ante Motus proprij Pij V. conſtitutionem frequentiſſima erat, quamdiu ab Eccleſia eiuſque Summo Pontifice atque vniuerſali paſtore tolerata, non vero



vero condemnata exſiſtebat. Nunc vero iuſtiſſimis de cauſis ea eſt prohibita per eundem, ſicque amplius de huiuſmodi re dubitandum nec diſputandum eſt, ſed firmiter adhærendum deciſioni atque prohibitioni Summi Pontificis, cum declaratione auguſtiſſima Sanctiſſimi D. N. Gregorij XIII. eiuſdem Pij immediate ſucceſſoris die 25. Auguſti, ano. 1575. edita, quæ, quoad laicos ſublatæ ſunt pœnę, & cenſuræ Pij V. dũmodo in dieb. feſtiuis tauri non agitentur, & prouiſo per eos ad quos ſpectabit, quod exinde alicuius mors, quoad fieri poterit, ſequi non poſſit in reliquis autem ab his, quæ à Pio V. conſtituta fuerunt, nihil immutat: quarum conſtitutionum, aliquorumque ex ſupradictis pro & contra, quamuis nihil diſſerat, meminit Ioan. Garſia Gallœcus *in tract. de expenſis & melior. c. 21. nu. 19.*

Circa quarum Pontificiarum conſtitutionum praxin atque intelligentiam multa obſeruanda ſunt.

10 Primo, in ✝ Dominicis & aliis diebus feſtiuis minime licere tauros agitari in circo vel in foro ſub pœna excommunicationis latæ ſententię aduerſus Principes, tam Eccleſiaſticos, quàm ſeculares, communitates, & reſpubl. earumque rectores illud permittentes, iuxta tenorem vtriuſque Motus proprij, tam Pij V. quam Gregorij XIII. Summorum Pontificum. Nec etiam licet militibus ſeu aliis perſonis pedeſtrib. ſiue equeſtribus, in præd. diebus cum præd. tauris ſeu aliis beſtiis in prę-fatis ſpectaculis congregi, quia eis hoc eſt prohibitum: quod ſi quis eorum *ibi* mortuus fuerit, carere debet Eccleſiaſtica ſepultura, quæ cum ſit pœna, habebit locum, etiamſi moriundus Sacramento Pœnitentiæ atque Euchariſtiæ munitus decedat: argumento text. *in d. c. 1. & 2. de torneamen.* vbi hoc eidem deciditur in decedentib.
11 in torneamentis, quæ ✝ iure canonico ſunt prohibita, ſicut nunc taurorum agitationes in feſtis diebus. Quod ſi præd. Principes ſeculares, Reſpublicæ, earumq; rectores & iudices contra fecerint, contra eos Ordinarius loci procedere poterit ratione peccati atq; excommunicationis ipſo facto incurſæ, ad declarationem & aggrauationem, eorumque punitionem pœna pecuniaria arbitraria, eo quod iuſtam legem tranſgreſſi ſint: *argum. l. nemo martyres, C. de ſacroſ. Eccleſ.* & ibi *gl. Paul. de Caſtr. n. 2.* & Ioa. Oroſc. *n. 4. in l. legis virtus ff. de legib.* ſicq; quotidie in praxi ſeruatur: nec ipſi poterunt Eccleſiaſticum tribunal declinare, nec ✝ ſubterfugere, eo quod laici ſint, agitur ſiquidem de peccato publico coercendo, qua ratione per viam denuntiationis Euangelicæ contra eos à iudice Eccleſiaſtico procedi poteſt: *arg. c. nouit ille, cum materia, de iud. Maran. de ordin. iud. 4. part. princip. 11. diſt. n. 12.* Sylua. *nupt. lib. 3. in princ. nu. 58. vol. 6. tract. diuerſ. doct. f. 41.* Denique & peremptorie, quia per præ. motum proprium Pij V. mandatur vniuerſis prælatis, locorumque ordinariis, vt præmiſſa etiam ſub pœna & cenſuris Eccleſiaſticis obſeruare procurent: erunt igitur iudices competentes aduerſus laïcos ad eorum punitionem hoc caſu pœnam aliquam arbitrariam eiſdem imponendo.

Secundo ✝ obſeruandum eſt, quod ſi credimus Nauar. *vbi ſupra* conſtitutio hæc, ſalua ſanctæ ſedis Apoſtolicæ cenſura, limitari poteſt, ne procedat in agitatione taurorum vel aliarum ferarum ita moderata, vt probabiliter credi poſſit ex ea non ſequutura notabilia nocumenta perſonalia, puta mortes, vulnera, oſſium rupturas, aliaque id genus quia tunc ceſſat ratio finalis, quæ mouit legiſlatorem, nempe quia frequenter ex huiuſmodi agitatione conſequebantur talia, vt colligitur ex proœmio eius, vnde ſolet cauſa legis finalis conijci, *vt in l. fin. ff. de hæred. inſt. cum ſimil.* Tum etiam, quia licet prohibita ſint abſolute torneamenta, eo quod inde mortes hominum & animarum pericula ſæpe proueniant, *vt in c. 1. de torneam. & ſup. eſt dictum*, permittuntur tamen illa, quæ cum moderatione præd. fiunt, vt vſus totius Chriſtiani orbis obſeruat, quia in eis ceſſat ratio prohibitionis, *vt in extrauag. 1. de torneam.* tradit late idem Nauar. *dict. cap. 15. n. 9.* refert & ſequitur nouiſſime F. Ludouic. Lopez *in ſuo inſtructorio conſcien. 1. part. c. 70.* vbi inuehit contra Ioan. à Medin. *vbi ſupra*, eo quod nimis licentioſe loquatur, abſolute licitam eſſe agitationem taurorum, præcipuè ſtante dicto Motu proprio Pij V.

Hæc tamen limitatio, ſi tauri in circo vel in foro (vt prohibet dictus Motus proprius) agitentur, non video, quomodo procedere valeat, quandoquidem adhiberi non poteſt cautela adeo moderata, quin illa damna, quę Summus Pontifex conſiderauit, conſequi poſſint: quare cum ipſe non diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus, *argum. l. de pretio ff. de Public. in rem. act. & l. non diſtinguemus ff. de arb.* præmaxime cum in hoc caſu militet eadem ratio prohibitionis: non igitur licebit in diebus feſtiuis tauros agitari in circo vel in foro quocunque modo. Et quamuis Nauar. *vbi ſupra* aſſerat, ſe non audere damnare, etiam poſt hanc extrauagantem, taurorum agitationes, vt præfertur moderatas, licet adhuc arbitretur longe melius loco illarum vti aliis ludis licitis, de quib. in Gallia & Luſitania, vt *ibi* per eum: attamen ego non auderem approbare agitationes taurorũ vllomodo in foro vel circo clauſo factas contra expreſſam prohibitionem ſummi Pontificis adeo ſanctam, & iuſtam, cum ex eis, licet moderatis, eadem damna frequenter ſequi poſſint, quæ ex non ita moderatis: vt cõſtare poteſt ex illo exemplo ab eo adducto, nẽpe in tauris cornuum cuſpidibus præciſis, & præterea coërcita nimia agitantium temeritate, tutiſq; refugiis opportune conſtitutis, quia hoc caſu multi viri eruditione, pietate & religione clari, qui damnabant agitationes taurorum eo modo, quo communiter fiebant, illas approbarũt: hoc namque etſi ante conſtitutionem Pij V. procedere rectè poſſet, quo tempore ab Eccleſia non erat facta aliqua declaratio in hoc, nec prohibita taurorum agitatio, ſed adhuc ſub iudice lis erat, quinimo frequentiſſime fiebant præd. agitationes taurorum, hodie tamẽ cum ſit expreſſe generaliter & indiſtincte prohibitum in diebus feſtiuis agitari tauros in circo vel in foro: tum ob damna, quæ inde prouenire ſolebant euitanda: tum etiam ob honorẽ feſtorum, quæ potius diuinis laudib. ſpiritualibus gaudiis, piiſque operibus, non huiuſmodi ludis celebrari & honorari debent, minime procedere poteſt præfatorum virorum ſententia ſeu permiſſio: cũ etiamſi cuſpides taurorum præſcindãtur, ſi ipſi agilitate ferocitateq; polleant, vt communiter ferociores ad hoc quæruntur, poſſint homines ita in altũ leuare atq; proiicere, vt ex ictu eos mori contingat, & præterea eos in terra ita pedibus ac manibus terere ac conculcare, cornibuſq. quamuis præciſis cuſpidibus, percutere, vt eadem prope damna inde ſequantur, ac ſi communi modo tauri agitarentur. Extra forum ✝ autem vel circum 14
clauſũ, ſed per calles agitari tauros chordis longis pedes vel cornua ligatos, non exiſtimo prohibitum per d. conſtitutionem, ideo erit permiſſum, meritóque nemo etiã poſt eam damnat, vt refert Nauar. *vbi ſup.* quoniam tantum prohibetur agitari tauros in dieb. feſtiuis in circo vel foro: ergo extra prædi. locum & cum præfata cautela cenſetur permiſſum iuxta veriorem ſententiam Methymnæ & aliorum, ante præd. Motum proprium, quam *ſupra* retulimus: prohibitum enim vno loco, & modo, alio loco & modo cenſetur permiſſum per locum ab ſpeciali, & *arg. cum prætor, cum ſimilibus, ff. de iudic.* & in hoc exemplo, & caſu conſentio cum Nauarro.

Ex quibus ✝ iam deducitur, minime licere in diebus feſtiuis agitari tauros chordis non ligatos per medios 15
calles oppidi vel ciuitatis, portis ipſius clauſis, ita vt

tauri, licet velint extra exire, non poſſint, quia ex hoc dici poteſt, eos agitari in circo, quamuis latiori, licet non in foro, cum d. conſtitutio expreſſim prohibeat eos agitari in circo vel in foro: ergo nec in circo neque in foro id licebit. Præmaxime quia maiora damna atque frequentiora ex hoc conſequi poſſent ex frequentiſſima ſenum, infantium & mulierum exſiſtentia per calles, qui quandoque non ita velociter ſibi cauere poſſunt ſicuti in foro, ſicque & verba & mens legiſlatoris hoc caſu concurrunt atque expreſſim conuenire videntur: ergo, & ipſius diſpoſitio atque prohibitio locum habere debet, *arg. l. 4. §. toties ff. de damn. infecto.* Si autem portæ oppidi vel ciuitatis eſſent apertæ, ita vt taurus exire poſſet per eas, ſecus videtur dicendũ, quia ceſſant ſuprad. inconueniẽtia, & agitatio modicũ durare poteſt.

Tertio obſerua, quod in diebus non feſtiuis hodie ex declaratione Greg. XIII. permiſſa eſt agitatio taurorum, etiam in circo vel in foro, cum cautela & moderamine debito.

16 Quarto præ oculis † ſemper habendum eſt, clericis, tam regularibus, quam ſæcularibus, beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, vel in ſacris ordinibus conſtitutis, prohibitum eſſe ſub excommunicationis pœna eiſdem ſpectaculis, hoc eſt, taurorum agitationibus, intereſſe, hocque non ſolum dieb. feſtiuis, ſed quibuſcunque aliis illi agitentur, etiam à Greg. XIII. permiſſis, patet expreſſe ex priori Pij V. conſtitutione, quæ omni tempore id prohibet ſub præd. pœna, quod Gregor non ſuſtulit, nec moderatus eſt in clericis, ſed tantum laicis, militibuſque quarumcunque militiarum, non tamen ſecris initiatis ordinibus conceſſit atque indulſit in dieb. non feſtiuis tauros agitare cum debita cautela atque moderamine, cæteris à Pio V. ſtatutis in ſuo robore permanſuris: clerici itaque nullo tempore, etiam laicis permiſſo, poterunt agitationib. taurorum intereſſe, etiam in feneſtris, nec aliis tutis locis, ſub pœna excommunicationis, & hoc iuſtiſſimis de cauſis, quarum nonnullas expreſſit antea Bernard. Diaz de Lugo, *vbi ſupra*, ducens honeſtum, & æquum, vt hoc ſynodali decreto per omnes diœceſes prohiberetur, pœna condigna cõtra facientibus impoſita. Gauderet ergo nunc præſul Chriſtianiſſimus, ſi viuere, videns hanc Summorum Pontificum ſaluberrimam conſtitutionem id generaliter prohibentem quibuſcunque clericis beneficiatis, vel in ſacris ordinibus conſtitutis, ſub pœna excommunicationis: & non immerito lex partitæ *ſupra* relata idem Epiſcopis prohibuit: hodie generaliter ad omnes clericos beneficiatos vel in ſacris conſtitutos prorogatum eſt ſub præd. excommunicationis pœna.

17 Sed an † hæc pœna excommunicationis, quæ clericis intereſſentibus agitationibus taurorum imponitur, ſit latæ ſententiæ, vel ferendæ, nemo dubitabit: quoniam etſi verba illa, *Similiter prohibemus*, inſinuent ipſo facto incurri per relationem, quæ fit ad ſuperiora, vbi ipſo facto excommunicantur Principes, & communitates, atque reſpublicæ permittentes agitationes taurorum, aliarumq; ferarum beſtiarũ in ſuis prouinciis, ciuitatib. terris, oppidis & locis, contra interdictum & prohibitionem præfatam Summi Pontificis; attamen ſenſus verus præd. verborum. *Similiter prohibemus*, non eſt iſte, nec enim referuntur ad pœnam excommunicationis ipſo facto incurrendam, ſicut in præcedentibus, ſed tantum ad prohibitionem, hoc eſt, vt ſicut in ſuperioribus prohibuit principibus; communitatibus, rebuſpublic. &c. *ne in ſuis prouinciis*, &c. eodem modo ſicque ſimiliter prohibet clericis, ne præd ſpectaculis interſint: ita vt aduerbium illud, *Similiter*, non referatur ad pœnam, id eſt, non ſimili pœna, ſed ad prohibitionem, vt ſicut prohibitum eſt laicis, ità & clericis: hocque patet. Primo quia non dixit *ſub eiſdem pœnis ſuprapoſitis*, ſed de nouo adiecit *ſub excommunicationis pœna*, nec addit, *latæ ſententiæ*, prout feciſſet, ſi illud vellet. Secundo, quia ante verba, *Similiter prohibemus*, eſt coma huiuſmodi, denotans ſeparationem à præcedenti pœna excommunicationis: ſimilitudo igitur prohibitionis non eſt in pœna latæ ſententiæ, ſed in prohibitione. Conſequitur ergo ex ſupradicta manifeſtiſſime, clericos intereſſentes taurorum agitationibus non eſſe excommunicatos ipſo facto, ſed poſſe ob id excommunicari, hoc eſt, declarari ab ordinario excommunicatos ob contrauentionem Motus proprij, & ſic veniunt excommunicandi *iuxta gl. communiter approbatam in c. 1. de ſagitt. vt teſtatur* Ang. de Clauaſ. *in ſumma, verbo, excommunic 2. n. 8. ſequitur alias gl. & doct. allegans* Did. Perez *in l. 1. tit. 5. li. 8. ordinam. pa. 180. col. 1. verſ. quæri ſolet*, & Bernar. Diaz. de Luc. *in reg. 263.** Et in noſtris terminis ita tenet poſt * primam huius operis editionem viſus Petrus à Nauar. *lib. 2. de reſtitutio. c. 3. n. 304.**

18 Supereſt nunc † vt ad illam difficilem, frequentem tamen quæſtionem deueniamus, *An clerici prædicti, quia agitationibus taurorum interſint, peccent mortaliter, vel tantum venialiter?* In qua videtur dicendum, venialiter eos tantum peccare: videtur enim materia leuis, clericos huiuſmodi ſpectaculis intereſſe ad inducendũ peccatum mortale, ſicque eos priuare vita æterna. Nulla enim lex humana, quantumlibet iuſta ſit, obligare poteſt illius tranſgreſſorem ad culpam mortalem, niſi ſit circa materiam talem, quæ poſſit ſufficientem cauſa præbere ad iniungendam talem obligationem: quia legiſlator nihil ſine legitima cauſa & ratione præcipere poteſt: *arg. Clem. Paſtoralis, de re iud & in l. fin. & ibi gl. & communiter doct. C. ſi contra ius vel vtil. publ.* idque ratione naturali probatur, quia longiſſime ab ea diſtat, vt de quacunque re leuiſſima poſſit ab homine ſtatui lex aut dari præceptum obligans illius tranſgreſſorem ad mortalem culpam: quoniam ſi ita res ſe haberet, multo maior & crudelior eſſet politiæ ſpiritualis ſeueritas, quam corporalis: lex etenim humana in corporali, & humana politia non poteſt pro aliqua leui culpa hominẽ ad mortem corporalem obligare; ergo in politia Eccleſiaſtica & ſpirituali non poterit lex pro qualibet leui culpa hominẽ ad mortem ſpiritualẽ ordinare, cum pia mater Eccleſia totis ſuis viribus homines ad cœlum perducere intendat. Conſequẽtia probatur auctoritate Diui Aug. *li. 21. de Ciuit. Dei, c. 11.* vbi mortẽ ſpiritualem in politia ſpirituali comparat morti corporali in politia mũdana, his verbis: *Quod eſt de iſta ciuit. mortali, homines ſupplicio primæ mortis, hoc eſt, de illa ciuit. immortali, homines ſupplicio ſecundæ mortis auferre*: ſicut ergo politia mundana nulla lex mortis pœna afficit aliquẽ niſi pro graui Principis aut reipubl. offenſa, vt eſt crimen læſæ Maieſtatis, hæreſis aut homicidium, aliudue ſimile peccatum, ita etiam nulla lex poterit aliquẽm ligare ad mortem ſpiritualem, niſi pro re magni momenti, quæ valde Deum, aut proximum offenderet: ergo quamuis Motus proprius Pij V. prohibens clericos intereſſe agitationib. taurorum iuſtiſſimus ſit, vt prædiximus, videtur tamen ex ſupradictis non obligare clericos contrauenientes ad reatum peccati mortalis, cum ipſi interfuerint huiuſmodi ſpectaculis decenter & honeſte, in locoque tuto abſque vllo ſcandalo, cum tunc non videatur grauis offenſa, qua ſine ſcandalo & abſque præiudicio proximi fiat, gratia potius recreationis & voluptatis, quam contemptus mandati ſuperioris.

Præterea, peccatum † mortale (ſecundum Richard. de 19
Sancto Victore *in tract. de differentia peccati mortalis & venialis*) triplici ratione diſtinguitur: mortale eſt, quod non poteſt cõmitti ſine graui læſione proximi: mortale eſt etiã, quod non poteſt cõmitti ſine magno cõtemptu Dei. Cætera vero omnia videntur venialia ex quibus verbis iuxta Ricard. ſententiam illud potiſſimũ colligitur, grauem ſemper oportere eſſe rem & vehemẽter, aut noxiam aut offenſiuam, circa quam peccatum poſſit mortale committi: modicam vero & leuem proximi offenſionem non eſſe peccatum mortale, ſed veniale, vt ex eo deducit Frater Alfonſ. à Caſtro *lib. 1. de poteſta. l. pœnal. c. 5. in 2. documento.*

Denique quia clerici communiter & publice adſunt præd. ſpectaculis, nec puniuntur in quam plurimis partibus horum regnorum, ſicque tacita tolerantia videtur eos excuſare, vel quod in hoc prædict. Motus proprius non ſit receptus: tum etiam, quia ſine ſcandalo intereſſendo in feneſtris ſecreto, vel publice, habitu decenti atque honeſto gratia delectationis ſiue voluptatis, dũ tamen de damnis *ibi* contingentibus non gaudeant, non videntur peccare, ſaltem mortaliter; ſecus ſi in foro ipſo vel circo, vbi tauri agitantur, ipſi pedeſtres, multoque fortius ſi equeſtres aſſiſtant agitationi taurorum, præmaxime ſi tanquam laici iacula in tauros injiciant, aliaque ſimilia faciant: hoc enim indecens atque ab habitu clericali omnino alienum eſt, ſcandalumque manifeſtum ſic præbentes peccabunt proculdubio mortaliter: & ita hanc partem audiui tenere nonnullos viros literis & doctrina conſummatiſſimos, quorum ſententia & opinione quamplures clerici ſiſi tauros agitari vident abſque vllo ſcrupulo conſcientiæ: alij vero ſpreto omni timore Dei id faciunt.

His tamen omnibus non obſtantibus, prout vere non obſtant, in præſenti quæſtione ſemper exiſtimaui, atque nunc libenter decerno, clericos habentes beneficia Eccleſiaſtica vel in ſacris ordinibus conſtitutos videntes agitationes taurorum, etiam ſecluſo ſcandalo, peccare mortaliter attento, tenore Motus proprij Pij V.
20 eiuſque verbis, ex ſeqq. fundamẽtis. Primo, quia lex humana † iuſta & de re graui aliquid ſtatuẽs, obligat illius tranſgreſſorem in foro conſcientiæ ad culpam mortalẽ aut venialem, iuxta variam legiſlatoris voluntatem, quę ex variis ipſius l. verbis coniici poteſt, & non aliunde, niſi forte ipſemet legiſlator poſſet de hac re conſuli, & ſua voce exprimere voluntatem, iuxta doctrinam ſancti Thomæ *prima ſecunda, q. 96 art. 5. communiter recepti à Theologis* ibid. *& Canoniſtis in c. 1. de conſtitu. ſecundum* Nauarr. *in Manual. Hiſpa. c. 23. nu. 46. & in Latino, 48. probat latiſſime* Alfonſus à Caſt. *l. 1. de poteſt. l. pœnal. c. 4. per totum.* Supradicta autem conſtitutio prohibens clericos intereſſe taurorum agitationibus, eſt iuſta, bonos mores concernens, & pro re graui, talique declarata lata, vt conſtat ex principio dict. Motus proprij ibi, *Nos igitur conſiderantes hæc ſpectacula vbi tauri, & feræ in circo vel foro agitantur, à pietate & charitate Chriſtiana aliena eſſe, ac volentes hæc cruenta turpiáque dæmonum & non hominum ſpectacula aboleri, & animarum ſaluti, quantum cum Deo poſſumus prouidere, &c.* Conſtatque de voluntate, & intentione legiſlatoris ex verbis ipſius volentis, contrauentores ad culpam mortalem obligari, *vt infra latius conſiderabimus*: ergo obligat clericos contrauenientes ad peccatum mortale.

21 Secundo, hæc † pars probatur, quoniam intentio cuiuſlibet legiſlatoris Eccleſiaſtici, vtentis in ſua l. verbo præceptiuo aut prohibitiuo, eſt obligare ad mortalẽ culpam trãſgreſſorem, niſi per aliquod ſignum vel verbum exprimatur aut ſignificetur contrarium, vt tenet communis *in c. nam concupiſcentiam, de conſtit & probatur in Clem. exiui de paradiſo, §. cum autem, de verb. ſignific.* quo in loco Pontifex non dicit, hoc eſſe peculiare in regula fratrum Minorum, quam *ibi* interpretatur, ſed ad illius interpretationem præſupponit tanquam ex iure manifeſtum, quod verba ſignificantia præceptum, & verba illis æquipollentia habent vim exprimendi obligationem ad culpam mortalem, *per quem text. hoc tenet* Caſtro *vbi ſup. c. 5. in verſ. quicquid in iure canonico*, & Nauar. *in d. Manual. Latin. c. 13. nu. 50.* vbi affirmat, quod vſus Eccleſiaſticus, & communis interpretatio conciliorum, Pontificum, aliorumque Prælatorum, & doctorum habet, omnia & ſingula verba præceptiua, & prohibitiua poſita in l. Eccleſiaſtica ſignificare, in dubio conditorẽ eius habere animum obligandi ad mortale, niſi aliud in ea poſitum contrarium indicet *per tex. in d. Clem. exiui, §. cum autem.* Sed d. Motus proprius vtitur in hoc verbis præceptiuis atq; prohibitiuis, vt conſtat ex eodem ibi, *Prohibemus & interdicimus*, & iterum ibi, *Similiter prohibemus*, nec adeſt verbum in eo contrarium ſignificans, imo quod enixius demonſtret tranſgreſſores obligari ad mortale, vt *infra* dicemus: ergo clerici videntes taurorum agitationes contra prohibitionem præfatam peccant mortaliter.

Tertio, & peremptorie hæc pars ex eo veriſſima efficitur atque irrefragabiliter comprobatur, quod eiſdem clericis ſub excommunicationis pœna prohibetur in D. Motu proprio, ne eiſdem ſpectaculis interſint: nam veriſſimum eſt in iure, quod excommunicatio maior (prout in dubio de ea intelligitur, etiamſi non exprimatur, *vt in c. penu. 1. de ſent. excommunic.* quod † procedit 22
non ſolum in ſententia excommunicationis prolata à iudice, ſed etiam à iure, quia verba debent intelligi ſecundum communem conſuetudinem, *cap. ex literis, de ſponſal. l. Labeo, ff. de ſupellect. leg.* vnde quia communis vſus habet, vt accipiatur de maiori, ſic faciendum eſt, ſecundum Angel. de Clauaſ. *in ſumma verb. excommun. 2. nu. 9.*) non debet imponi nec ferri, niſi † pro culpa, & 23
peccato mortali, *vt in c. nemo, & in c. nullus, 11. qu. 3.* id quod optime admonet Leo Papa huius nominis primus *in epiſt. 60.* ad Epiſcopos per Viennenſem prouinciã conſtitutos: eſtque communis † opinio ſecundum Vi- 24
ctoriam *in ſua ſumma, tit. de excomm. q. 5.* Quod procedit ſententia excommunicationis non ſolum à iure, ſed etiam ab homine; Nulla ſiquidem eſt infligenda, niſi pro mortali culpa, ſicuti docuerunt Theologi, præcipue S. Thomas *in 4 ſent. diſt. 18. q. 2. ad 3. qu.* & poſt eum cæteri, & hæc eſt omnium concors ſententia, vt plures referens affirmat D. Couarr. *in c. alma mater, 1. part. rel. § 9. n. 1.* Ergo cum Summus Pontifex imponat pœnam excommunicationis clericis prædictis ſpectaculis intereſſentibus, conſequitur manifeſtiſſime, eius mentis atque intentionis eſſe, vt contrauenientes clerici culpam mortalem incurrant.

Ex quo † deducitur manifeſtiſſime, lege lata, cui ad- 25
iecta ſit excommunicationis pœna, euidenter colligi, legiſlatoris intentionem fuiſſe obligare tranſgreſſorem ad mortalem culpã, etiamſi verba præceptiua vel æquipollentia in ea non adſint, ſed illa, *Decernimus, ſtatuimus, ordinamus, volumus, ſancimus, &c.* alias enim ſi legis cõditor huiuſmodi intentionem non habuiſſet, inique talem pœnam contra legis tranſgreſſores adiecíſſet: qua ratione vel lex eſt cenſenda iniuſta (quod minime eſt dicendum in propoſito) vel intentio obligandi ad mor- 26
talem culpam eiuſq † obligatio neceſſario deducitur: excommunicatio enim gladius cenſetur ſpiritualis, *cap. dilecto de ſententia excommun. cap. venerabilem, qui filij ſint legit. & ibi* Abb. *notatur in c. cum non ab homine, de iudic. & in cap. corripiantur, 24. quæſt. 3.* vbi ſecundum Auguſt nulla in Eccleſia maior pœna eſt, quam excommunicatio, quamuis ex fine † ſit medicinalis, *vt in cap.* 27
*cum medicinalis, de ſentent. excommunic. libr. 6. tradit late* Couar. *in c. alma mater, in initio, n. 9. de ſentent. excommun. lib. 6.* in terminis hanc deductionem, *de qua ſupr. n. 25.* faciunt atque probant omnes, præcipue Caiet. ſuper Thomam *prima ſecundæ, qu. 96 artic. 4. &* Dominc. à Soto *4. diſt. 22. quæſt. 1. art. 2. in verſic. ex his ſequitur*, Alfonſus à Caſtr. *d. lib. de poteſt. legis pœnal. dict. c. 5. verſic.*

quicquid in iure canonic. ibi. *Si verba talia ſint, & iterum, c.12. ibi, Si illa pars legis*, D. Couar. *vbi ſup. in verſ. primũ ſunt*, & Nauar. *in d.c.13.n.52.* Cum igitur hæc ita ſe habeant, lexque noſtra Pontificia contra clericos verbis prohibitiuis vtatur, ſimulque pœnam excommunicationis adiiciat, manifeſtiſſimum fit, & à fortiori, clericos violatores huius conſtitutionis peccare quidem mortaliter, nihilque aliud expreſſius in propoſito eſſe poteſt, quam hoc. Hocque tertium fundamentum cum ſua deductione adeo premit, vt nullam habeat nec habere poſſit ſecuram euaſionem: aſſerere namque ſupradicta procedere, quando pœna excommunicationis à iure vel ab homine ipſo facto vel latæ ſententiæ infligi-
28 tur, ſecus ſi tantum comminatoria ſit, eſt † falſum, nullibi ſiquidem id probatur, quinimo contrarium expreſſe tenet Nauar. *vbi ſup.* cum Caiet. quem refert, nempe ſuperiora procedere, ſiue pœna excommunicationis imponatur ipſo iure, ſiue non: colligiturque præterea ex Soto *vbi ſup.* loquente in comminatione excommunicationis, & Syluestro etiam *vbi ſupra*, & ratione etiam patet: nam quis pater filio ſuo comminaretur mortem corporalem, niſi pro iniuria, aut ſcelere quod mortem mereretur? quomodo ergo Summus Pontifex, piiſſimus Pater & Eccleſiæ caput, Chriſtique Vicarius comminaretur excommunicationem, quæ mortem ſpiritualem ſupponit, filiis chariſſimis, niſi pro culpa, quæ digna eſſet tali pœna?

29 Nec etiam † præſtabit dicere, quod quoties propter aliquam circumſtantiam & qualitatem actus conſtiterit tranſgreſſionis culpã, alioquin mortalem, venialem eſſe, non eſt locus excommunicationi canonis vel iudicis, ſed tantum, quando tranſgrediens legem vel præceptum, mortale crimen commiſerit, quia cum ſententia iuris non ſit iniuſta, poteſt homo ita formare conſcientiam ſuam, quod vbi non peccat mortaliter, nunquam incurrit ſententiã iuris; quia iniuria dicitur omne id, quod non iure fit: non debet autẽ, vnde iura naſcuntur, inde naſci iniuriæ occaſio, *l. meminerint, C. vnde vi*, quare cum ſit iniurioſa excõmunicatio, quæ fertur ſine mortali, non eſt ſententia iuris, vbi non eſt mortale, & ille ſolus iudicio Eccleſiæ eſt præcidendus, qui iudicio Dei creditur præciſus: ſed ſine peccato mortali iudicio Dei non creditur præciſus: Ergo, &c. vt notant Pal. *in 4. diſt. 18. q.1. art.2. concl.2.* Adr. *in 4. in tract. de clauib. q.3. in verſ. fortaſſis obiicies*, & Syluest. *in ſumma, verb. excommunic. 1. notab. 3. prope fi. expreſſius nu.* 11. & eos referens D. Couar. *vbi ſupr. in verſ.* 2. Nau. *in Manual. Lat. c.27. n.* 9. ac proinde in propoſito clericos ſine ſcandalo cauſa recreationis & voluptatis videntes agitationes taurorũ, non gaudentes nec lætantes de dãnis *ibi* contingentib. propter hanc circumſtantiã excuſari à peccato mortali, quaſi pie credendũ ſit, Summum Pontificem hoc caſu loquutũ minime fuiſſe in ſua prohibitione, ſed tantum quãdo clerici inſolenter atq. nimis licentioſe, ſicq. cum ſcandalo prædictis ſpectaculis interſunt. Nam cum Sũmus Pontifex motus maxima huius agitationis taurorũ deteſtatione, tanquam à charitate & pietate Chriſtiana alienæ, eidemq; ſumme noxiæ, generaliter & indiſtincte omnino prohibuerit ſub pœna excommunic. præd. clericos eiſdem ſpectaculis intereſſe, conſequitur manifeſtiſſime, eos obligare voluiſſe ad culpã mortalẽ, ſi quoquomodo etiam ſine ſcandalo eiſdem interefint; alias enim grauiſſima pœna excommun. impoſita, nec ſimiliter expreſſa prohibitio Pontificis aliquid operaretur: quandoquidem etiam his deficientib. ſed tantum prædictis verbis non præceptiuis appoſitis, quæ alias non obligãt ad culpam mortalem, ſed tantum venialẽ tranſgreſſores, ratione tamen ſolius ſcandali obligarentur ad culpam mortalem: hoc autem non eſt dicendum, quia eſſet contra *ſupra* dicta iura ac communem doctorum traditionem & verum ſenſum verborum: igitur præd. euaſio ſuſtineri non poteſt nec eſt alicuius momenti.
Præterea, ea in † hunc ſenſum accipienda eſt, vt ex præ- 30
fatis auctoribus colligitur, nempe vt quoties homo certus eſt, non peccaſſe mortaliter contra obediẽtiam Eccleſiæ, tutã ſubinde conſcientiam habeat, nullã incurriſſe excommunicationem iuris apud Deum, nec eſſe priuatum Eccleſiæ ſuffragiis, prout intelligit Soto *vbi ſupra in verſ. ſecundum corollarium*, & Palud. & Syluest. *vbi ſup.* dicens, ſecus eſſe in ſententia hominis, quia interdũ tenet, etiãſi irretiat innocentẽ, puta, quando error non exprimitur in ſententia, quia tunc ligat quoad Eccleſiam, non quoad Deum, *vt per ipſum verb. excommun. 2 in princ. in 8. caſu*, Clau. *verb. excommun. 3. n.12.* Eandem declarationẽ ſequitur Armilla aurea *in ſumma, verbo, excommunic. 1. n.8.* Hoc autem in noſtra quæſt. conuenire minime poteſt; Quandoquidem nulla probabilitas, non dico certitudo, haberi poteſt, quod intentio Sũmi Pontificis fuerit id prohibendi tantum, quando clerici cum ſcandalo præd. ſpectaculis interfuerint, non vero alias; cum potius conſtet contrariũ ex præfatione conſtitutionis, à qua cauſa finalis ipſius aſſumenda eſt, *vt in l. fin. ff. de hered. inſtit. cum ſimilib.* Nam in d. præfatione, vt prædiximus, reputatur huiuſmodi ſpectacula à pietate & charitate Chriſtiana aliena, ac tanquam cruenta, turpiaque dæmonum & non hominum ſpectacula vult illa aboleri, itaque malitia ipſa ſolum eſt in præd. ſpectaculis, abſque alia accidenti cauſa, & ideo eiſdem intereſſe prohibentur clerici: Ergo etiam deficiente ſcandalo in intereſſentia huiuſmodi clericorum committitur peccatum mortale. Et quamuis ex declaratione ſæpe dicta Greg. XIII. liceat in dieb. non feſtiuis tauros agitari, clericis tamen nulla indulgentia in hoc conceſſa fuit, ſed imo in eiſdem remanſit in ſuo robore prohibito Pij V. vt eſt prædictum.

Quarto & vltimo † hæc noſtra ſententia comproba- 31
tur ex alia Syluestri, *verb. excommunic. 1. n.11.* dicentis, quod etſi ſententia excommunicationis à iure vel ab homine infligi non poſſit, niſi pro peccato mortali, & in contumacem, vt eſt prædictum atque id certiſſimum, hoc tamen intelligitur, quando quis excommunicatur propter culpam præteritam vel præſentem, ſecus vero ſi pro re futura, à qua prohibetur ſub pœna excommunicationis comminatoria, vel latæ ſententiæ, tunc enim non oportet illud in ſe mortale, imo nec veniale: peccat tamen mortaliter, qui contra facit, ratione præcepti incluſi. Idem eſt, quando ponitur excommunicatio contra illud, quod de ſe non eſt malum, vt quod ante annum profeſſio non recipiatur in mendicantibus, quia tunc ſufficit, quod acto, alias licita, rationem habeat inobedientiæ: ita etiam Syluester *vbi ſup. in verſic. quod intelligo.*

Hoc tamen dictum † Syueſtri quamuis corruere vi- 32
deatur ex tertio fundamento *ſupra* adducto, & his præterea, quæ eidem adiecta fuerunt, cum de iure ſit veriſſimum, indiſtincte pœnam excommunicationis, ſiue à iure, quod pro re futura prædict. pœna vtitur, non vero pro præterita nec preſenti, ſiue ab homine, ferri non debere, niſi pro mortali culpa: attamen ſi res, quæ leue aut nullum eſſet peccatum, præcepto iuſto prohibeatur, mortale erit peccatum, contrarium agere, quia ipſo præcepto facta eſt res illa materia neceſſaria virtutis obedientiæ: mortale autem eſt agere contra materiam neceſſariam alicuius virtutis, veluti cum prælatus præcipit diem feſtum agere alicuius ſancti, aut vigiliam ieiunare de nouo: nam ante præceptum nullum erat peccatum, poſtea vero mortale peccatum eſt.

Ex quib. † recte infertur ad noſtrum propoſitum, vt 33
quãuis eſſet res leuis, clericos intereſſe huiuſmodi ſpectaculis taurorum, attamen propter inobedientiam, præcepti



præcepti ſuperioris, & contrauentionem pœnæ excommunicationis impoſitæ contrarium facientib. peccabunt mortaliter: & cum Summus Pontifex prius diſpoſuerit materiam eamque aptam fecerit exiſtimando grauem, vt pro ea, tanquam pro mortali culpa contraueniens, excommunicari poſſit, ſicque poſtea in deciſione ſub pœna excommunicationis id prohibuerit, remanet res procul dubio contra clericos in hoc articulo, vt mortaliter peccent contrafacientes.

Præmaxime, quia quoties ſuperior motus aliqua iuſta cauſa aliquid præcipit vel prohibet faciendum, licet illud in ſe ante præceptum non ſit culpa mortalis nec venialis, attamen aliqua rationabili cauſa motus id præcepit vel prohibuit ſub pœna excommunicationis: Tunc etſi excommunicatio non cadat ſuper culpa ante præceptum mortali, attamen quum iam ſit facta materia præcepti, eo ipſo fit materia neceſſaria alicuius virtutis, cum antea non eſſet, & ideo contraueniens ex inobedientia peccabit mortaliter: & in terminis hanc noſtram ſententiam principalem, quamuis eam non ita fundet, ſed ſimpliciter in pœna excommunicationis impoſita, aliiſque leuibus rationibus, probauit poſt d.
* Motum proprium Pij V. F. Ludou. Lopez *in ſuo inſtruct. conſcientiæ 2. part. c.32. col. 235.* * & Petr. à Nauar. *l.2. de reſtitut. c.5. n.302. cum ſeqq. & ante eum* D. Spino *in ſuo ſpecul. teſtam. gl.2. num.28. & 29.*

Non obſtant modo adducta pro contraria parte, quia primum de leui materia iam ceſſat, quandoquidem Sũmus Pontifex Pius V. eam grauem atque ad pœnam excommunicationis imponendam ſufficientem eſſe declarauit atque iudicauit, vt eſt prædictum.

Non etiam obeſt, quod clerici communiter intereſſe ſoleant prædictis ſpectaculis, & ſic quod tolerantia videatur eos excuſare; Nam reſpondeo, non inde conſequi, eſſe licitum, cum ſit expreſſe prohibitum: Nam ita etiam videmus, furta, adulteria, fornicationem, homicidia, & alia ſimilia eſſe tam iure diuino quam poſitiuo prohibita, & nihilominus ſæpiſſime perpetrantur. Præterea frequenter, vbique clerici puniuntur ob id, quod taurorum agitationi interſint: Ergo quãuis quandoque non puniantur, non ob id cenſetur eidem motui proprio derogatũ, nec tacita diſſimulatio inferiorũ clericis quicquam prodeſt ad excuſationem obſeruantiæ præcepti ſuperioris & peccati mortalis, quod ob violationem præcepti eiuſdem incurrunt: nec etiam poſſunt allegare, quod dict. Motus proprius non fuerit receptus: contrarium ſiquidem eſt verius, quandoquidem fuit receptus, eſtque iam diu conſuetudine obſeruatus, & virtute eius plurimi clerici eidem contrauenientes ſunt puniti atq; quotidie vbique puniuntur, quoties iudici denuntiatur: nec quod clerici videant agitationes taurorum abſque ſcandalo qui præſtat; ſcandalum enim ſi adſit, augebit peccatum, quod ſi deficiat, remanebit peccatum mortale, quod ex inobedientia præcepti pœ-
34 nalis excommunicationis committitur, vt eſt † prædictum: imo ſi occultè mutatis veſtib. facieque tecta clericus interſit taurorum agitationi, maiorem cauſam præbebit ſcandali illis, qui eum agnouerint, grauiuſque peccabit, quod non ſolum agat contra hoc præceptum, ſed quod etiã ſe perſonare auſus eſt contra canonũ præcepta, & raro adeo occulte hoc fit nec fieri poteſt, quin pluribus innoteſcat: tandem ſit fraus legi iuſtæ, adhucque ratio finalis prohibitionis *ſupra* expenſa militat hoc caſu: peccabunt igitur clerici mortaliter agitationi taurorum hoc etiam modo intereſſentes. Non obſtat denique illud de lege & politia humana, quæ nunquam ob leuem culpam obligat ad mortem corporalem: Ergo nec ſpiritualis: quoniam hic non adeſt leuis culpa, ſed grauis, vt ſuperius deduximus, ex quo etiam diluitur vltimum, quod pro priori parte fuit adductum fundamentum ex doctrin. Ricard. de S. Victore, circa diſtinctionem peccati mortalis à veniali, quandoquidem in propoſito conſtat ex verbis præceptiuis & adiectione pœnæ excommunicationis de intentione legiſlatoris, volentis obligare tranſgreſſores ad culpam mortalem, *ſupra* probauimus ſufficienter.

Præterea illa † diſtinctio Ricar. non eſt vſquequaque 35
tuta nec certa. Alij enim aliter in hoc diſtinguũt, prout facit Syluest. *in ſumm. verb. peccatum, n.3. & cæteri Summiſtæ.* Quinimo periculoſum eſt decidere, quod quid tale ſit in particulari peccatum mortale, necne, ſi auctoritas expreſſa ad id non adſit, vt ex S. Thom. *in quodlib. 9. art. 5. & Maior in 4. diſt. 15. q.6. col. 5.* refert Nauar. *in Manual. Hiſpan. c.27. n.269.* Remanet igitur ex ſupradictis ſatis probata noſtra hæc ſecunda & tenenda ſententia, quod clerici intereſſentes taurorum agitationibus in circo vel in foro, quamuis honeſte & in loco tuto atque ſine ſcandalo, peccent mortaliter. Et ita reſoluimus atque definiuimus omnes Theologi, & Canoniſtæ huius admodum illuſtris atque antiquiſſimi capituli Eccleſiaſtici Ciuitatenſ. ad inſtantiam & requiſitionem eiuſdem capituli, pro reſcribendo epiſtolæ capituli Placentini, quæ ad nos fuit delata conſultationis ſuper hoc dubio: & ita reſponſum eſſe à maiori parte doctorum vniuerſitatis Salmantinæ mihi renuntiauit illuſtriſſimus illius ciuitatis Præſul Domin. Hieronymus Manrique.

Hæc cum æquo animo & veritate duce ſcripta eſſent, ita hodie approbata ſunt à Sanctiſſimo D. N. D. Sixto V. ſummo Pontifice, Breui ſuo præfato Illuſtriſſimo Præſuli Salman. directo in hunc modum: *Venerabili fratri Epiſcopo Salmantin. Sixtus Papa Quintus Venerabilis frater ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Nuper*
*ſiquidem † ad noſtram notitiam peruenit, quod alias, poſt-* 36
*quam felicis recordat. Pius Papa Quintus prædeceſſor noſter, ſua perpetua valitura conſtitutione ſpectacula & ludos taurorum prohibuerit, ac tam laicis, quam clericis ſecularibus, & quorumuis ordinum regularibus, ne eiſdem ſpectaculis & ludis intereſſent, ſub certis inibi contentis pœnis interdixerat; & deinde piæ memoriæ Gregorius P. Papa XIII. etiam prædeceſſor noſter, per quaſdam ſuas deſuper confectas literas prædictam conſtitutionem & pœnas in ea contentas, clericos tam ſeculares, quã regulares, non tamen laicos & milites quarumcumque militiarum ſacris ordinib. non initiatos comprehendere declarauerat, prout in conſtitutione ac literis prædictis plenius continetur; Nonnulli vniuerſitatis ſtudij generalis Salmantin. præceptores, tum ſacræ Theologiæ, tum iuris ciuilis profeſſores, non ſolum agitationibus taurorum & ſpectaculis prædictis ſe oſtentare non verentur, ſed etiam clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, dũ agitationibus & ſpectaculis prædictis contra præd. conſtitutionem interſunt, nullum reatum committere, ſed licite illis adeſſe poſſe aſſerunt atque publice in ſuis lectionibus docent: vnde multi tuæ diœceſis clerici contra conſtitutionem & literas præd. licet à te ſuper illarum obſeruatione, etiam propoſitis edictis requiſiti atque coacti fuerint, eiſdem ludis intereſſe non deſiſtunt. Nos vt Romanorum Pontificum præcepta, prout decet, inuiolabiliter obſeruentur, prouidere volentes, fraternitati tuæ etiam tanquam noſtro & ſedis Apoſtolicæ delegato liberam facultatem atque auctoritatem tribuimus, vt tam præd. præceptores, ne aliquid contra conſtitutionem, & literas prædictas docere ſeu aſſerere, quam, quoſcunq; clericos in eiuſdẽ Greg. prædeceſſoris literis comprehenſos, ludis, ſeu agitationibus, ac ſpectaculis prædictis aliquo modo intereſſe audeant, ſeu præſumant, Apoſtolica auctoritate monẽdi, ac illis præcipiendi atq; mandandi, nec non contra inobedientes, cuiuſcunque qualitatis fuerint, ipſis prius etiam per edictum publicũ, conſtito ſummarie & extraiudicialiter de non tuto acceſſu, citatis, ac vt pareant, ſub ſententiis & cenſuris Eccleſiaſticis, etiam pecuniariis pœnis*

*moderandis & applicandis, requiſitis, ad incurſus cenſurarum & pœnarum huiuſmodi declarationem & exſecutionem, omnibus & quibuſcumque neceſſariis & opportunis tibi viſis remediis procedendi & quicquid decreueris & mandaueris exſequendi, ac totali exſecutioni vſque ad omnimodam paritionem demandandi, omni & quacunque appellatione ac recurſu & reclamatione poſtpoſitis: inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis ac dictæ vniuerſitatis ſtatutis & conſuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore pacifice obſeruatis, ac iuramento, confirmatione Apoſtolica vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis contra præmiſſa conceſſis, approbatis & innouatis, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo piſcatoris, die 14. April. 1586. Pontificatus noſtri anno primo.*

*Deinde 17. die Menſis Iunij eiuſd. anni, idem Hieronymus Salmantic. ſuum publicum edictum, & monitorium iuxta tenorem dict. Breuis Apoſtolici ac cum eius inſertione, decreuit, tanquam Ordinarius & etiam tanquam delegatus Apoſtolicus, aduerſus omnes & quaſlibet perſonas Eccleſiaſticas, quibus prædict. literis ac mandatis Apoſtolicis Pij Quinti & Gregorij XIII. prohibitum exſiſtit, ſpectaculis & ludis taurorum adeſſe, ne ipſis interſint, & in omnibus adimpleant atque obſeruent eaſdem prohibitiones, & conſtitutiones Apoſtolicas ſub pœna excommunicationis maioris & aliis condignis pro modo culpæ. Inſuper & omnibus lectoribus & cathedraticis eiuſdem vniuerſitatis, tam laicis quam clericis, ſecularibus & regularibus, ne in poſterum dicant, vel doceant præd. clericos poſſe aſſiſtere prædict. ſpectaculis videreque ludos taurorum ſine reatu peccati, nullo modo nec forma nec aliqua cautela: quod ſi id docuerint, conſuluerint, vel aliquo modo publicauerint, id emendent ac declarent, ita vt huiuſmodi pernicioſa opinio penitus à republica eradicetur ſub prædictis pœnis, abſolutionem præd. cenſurarum ſibi vel ſuperiori ſuo reſeruatur.*

37 Ex quo nouiſſimo † breui Apoſtolico plura notabilia colliguntur. Primo, iam hodie non eſſe dubitandũ de obſeruantia motuum propriorum Pij Quinti, ac Gregorij XIII. Summorum Pontific. ſuper agitatione taurorum latorum, ſed omnino eſſe obſeruandos, non admiſſa tacita tolerantia nec conſuetudine in contrarium.

38 Secundo, clericis † comprehenſis in dictis literis Apoſtolicis nullo modo licere intereſſe prædictis ludis & agitationibus taurorum: quo fit, nec ſine ſcandalo, etiam mutatis veſtibus, publice, nec ſecreto nec alio quouis modo id eis licere.

39 Tertio, nulli † præceptori licere aliquid docere vel aſſerere contra conſtitutionem & literas præd. Apoſtolicas, quo fit, vt nullo modo licitum hodie ſit eiſdem dicere, licite vel ſine peccato clericos poſſe intereſſe taurorum agitationib. dummodo ſine ſcandalo adſint. Quinimo cum non debeant aliquid dicere contra præfatam conſtitutionem, conſequitur debere fateri peccare mortaliter clericos contra ipſius prohibitionem taurorum agitationibus intereſſentes, cum ex contrario ſequeretur, iniuſtam eſſe prædictam conſtitutionẽ comminantem grauiſſimam pœnam pro leui culpa: Tum etiam, quia ſi aliud dicerent, aliquid docerent vel aſſererent contra eandem, quod eſt prohibitum: Tum, quia cum tam grauis pœna ſententiæ excommunicationis maioris ſit impoſita, quamuis non ipſo facto incurrenda, clericis contrarium facientibus, & præterea inobedientia tam iuſti mandati ſuperioris ſupremi interueniat, nullo modo fas erit dicere, contrauenientes mortaliter non peccare.

40 Quarto, præfatum † Hieron. Epiſcopum Salman. recte procedere poſſe iuxta tenorem breuis aduerſus clericos & præceptores aliquid contra præfatam conſtitutionem & literas Apoſtolicas facientes, docentes, vel aſſerentes reſpectiue, præmiſſa monitione, quam ſuo edicto generali præfato promulgauit.

Quinto † addo, D. Breue Apoſtolicum minime ſuſtuliſſe aliis ordinariis in ſuis diœceſibus facultatem & auctoritatem procedendi contra clericos præd. agitationibus & ludis taurorum intereſſentes à Pio V. ſua conſtitutione conceſſam, quinimo eam confirmat atque obſeruari vult, vt conſtat ex illis verbis: *Nos vt Romanorum Pontificum præcepta, prout decet, inuiolabiliter, obſeruentur prouidere volentes, &c.* & vt melius obſeruetur, committit Epiſcopo Salman. vt monitis prius præceptoribus, ne aliquid contra præfatam conſtitutionem & literas Apoſtolicas docere vel aſſerere præſumant, & clericis, ne eiſdem ludis & agitationibus taurorum aliquo modo interſint, aduerſus inobedientes ſub ſententiis & cenſuris Eccleſiaſticis, etiam pecuniariis pœnis moderandis & applicandis, procedat, &c. Quo fit vt ſinguli ordinarij in ſuis diœceſibus vigore facultatis ſibi conceſſæ à Pio V. & Greg. XIII. poſſint aduerſus clericos præd. ſpectaculis taurorum quoquo modo intereſſentes, comprehenſos in literis Apoſtolicis eorundem Pontificum, procedere, imo ad id teneri, vt tam ſancta & ſalubria animabus fidelium præcepta ſuperiorum exſequantur: præmittere tamen deberent generale edictum monitorium in valuis Eccleſiæ Cathedralis affigendum, vt nunc præcepit Summus Pontifex Sixtus Epiſcopo Salmant. in præfato ſuo Breui, quo ipſe Epiſcopus vſus fuit, vt deinceps omnes clerici à ſimilib. ſpectaculis præcaueant. 41

Poſſet tamen † moderari ſuperior noſtra principalis ſententia, quoties clerici exſiſtentes in ſuis domibus, vel in aliis circumuicinis, vel etiam in callibus eiuſdem viciniatis, vel in ſuis Eccleſiis, vel alibi extra forum vel circum vbi tauri agitantur, illac contingit tauros tranſire, tũc enim eos videndo non exiſtimo peccare mortaliter, quia non ſunt inobedientes nec contraueniunt motui proprio de hac re agenti, alio tamen caſu & loco quam hoc prohibente clericos agitationibus taurorum intereſſe, ſicque propter hanc circumſtantiam & qualitatẽ actus, quæ diuerſum caſum à prohibito conſtituit, cõſtat tranſgreſſionis culpam, alioqui mortalem, non eſſe huiuſmodi, & ideo non eſſe locum excommunicationi præfatæ, quæ non incurritur niſi ob culpam mortalem: hic autem caſus eſt præter intentionem legiſlatoris: ergo non obligat ad culpam mortalem; *ex ſupra dictis, in verſ. nec etiam præſtabit dicere, n. 19.* niſi ipſi clerici per calles ex propoſito tauros agitarent & conſulto illic ob id intereſſent, vt viderent eos ab aliis agitari: tunc enim ratione ſcandali & periculi, cui ſe exponunt, peccarent mortaliter. 42

Quinimo ſi † clericus habeat domum ſuæ habitationis in foro vel in circo vbi tauri agitantur, etiãſi ſemel atque iterum vel pluries domo ſua recluſus caſu videat taurum agitari, dummodo ex propoſito & cum mora id non fiat, ſed potius ex negligentia quadam, non peccabit mortaliter, quia iure ſuo vtitur domi exſiſtendo, nec tenetur illic oculos claudere, aut in occulto & abſcondito ſe reponere, ne omnino cuſpides tauri videat: quãuis melius faceret ſi ab illius cubiculi ingreſſu, quo feneſtræ in foro vel circo, quo tauri agitantur, exeunt, ſe illo tempore abſtineat. Hæc ſic dicta fore vellem; vt nullo modo, vel in minimo, aliquid aſſerere vel docere videar contra præfatam conſtitutionem & literas Apoſtolicas; Eo enim ſum libentiſſimo animo, vt in omnibus eiſdem paream atque ſedis Apoſtolicæ mandatis obtemperem, quibus ſemper deditiſſimus fui, & ero, tanquam filius obedientiæ: quod ſi in aliquo forſan ſuperiores noſtræ moderationes contrariæ prædictis literis Apoſtolicis ſunt, vel aliquo tempore eſſe 43



apparuerint, eas ſtatim renoco, vt, ac ſi non dicta fuiſſent, habeantur. * Poſt † huius operis primam editionem Sanctiſſimus Dominus Noſter Clemens Papa VIII. hanc, quæ ſequitur, fecit declarationem: 44

*Clemens Papa VIII. Ad futuram rei memoriam. Suſcepti muneris ratio poſtulat, vt quæ à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris ad animarum ſalutem pie & prudenter ſtatuta fuerant, cum ad illarum perniciem aliquo pacto redundaſſe conſtiterit, de his pro locorum ac temporum conditione, vt decet immutandis, matura conſultatione adhibita, cogitemus. Priſca ſiquidem illa conſuetudo, qua varia ludorum genera ſtatis anni temporibus ad publicam lætitiam populo ſpectanda proponebantur, in diuerſis quoque Chriſtiani nominis prouinciis olim vſurpabatur, quorum illi inter præcipuos erant, in quibus armati milites cum feris beſtiis ad virium & audaciæ oſtentationem congrediebantur. Quod in Hiſpaniarum ſane Regnis, vbi taurorum agitationes fieri conſueuerant adeo receptum fuerat, vt ad illarum ſpectacula omnium fere ordinum homines conuenirent. Quoniam vero felic. record. Pius Papa V. Prædeceſſor noſter ex eiuſmodi congreſſibus & ſpectaculis, non modo corporum, ſed animarum pericula frequenter oriri acceperat, de ſalute gregis Dominici ſolicitus, vt illis quantum cum Domino poterat, occurreret, perpetua ſua conſtitutione omnibus & ſingulis Principibus Chriſtianis, aliiſque perſonis in eadem conſtitutione tunc expreſſis, ſub excommunicationis & anathematis pœnis, ipſo facto incurrendis, prohibuerat, ne in ſuis prouinciis, terris, oppidis ac locis, huiuſmodi ſpectacula, vbi tauri & aliæ feræ agitabantur, fieri permitterent: militibus quoque, cæteriſque perſonis aliis; ne cum iis congrederentur, interdixerat, & ſi in congreſſu occumberent, vt Eccleſiaſtica ſepultura carerent, ſanciuerat. Clericis demum, tam regularibus, quam ſecularibus, beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, vel in ſacris ordinibus conſtitutis, ſub excommunicationis pœna, ne eiſdem ſpectaculis intereſſent, ſimiliter vetuerat. Et deinde piæ memor. Gregorius Papa XIII. & Prædeceſſor noſter, cariſſimi in Chriſto filij noſtri Philippi, Hiſpaniarum Regis Catholici, qui Regnorum ſuorum vtilitate, quæ ex ea taurorum agitatione prouenire ſolita erat, motus id ſibi ſupplicari fecerat, precibus inclinatus, excommunicationis, anathematis, aliarumque Eccleſiaſticarum ſententiarum & cenſurarum in ipſius Pij Prædeceſſoris conſtitutione contentas pœnas in eiſdem Hiſpaniarum Regnis, quoad laicos & fratres milites tantum, quarumcunque militiarum & præceptorias ac beneficia ipſarum militiarum eo tempore obtinent: modo dicti fratres milites, ſacris ordinibus initiati non eſſent, & agitationes taurorum feſtis diebus non fierent, & per eos, ad quos ſpectabat, prouideretur, ne inde alicuius mors, quoad fieri poſſet, ſequeretur, abſtulerat & amouerat, aliaque circa præmiſſa neceſſaria & opportuna ſtatuerat & decreuerat, ſicut in ſingulis literis dictorum Prædeceſſorum, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, Calend. Nouembris Pontificatus ſui anno ſecundo, necnon vigeſima quinta menſis Auguſti, anni M.D.LXXV. Pontificatus item ſui anno quarto expeditis latius continetur. Cæterum, quia ſicut idem Philippus Rex nobis, & per literas, & per dilectum filium nobilem virum Antonium, Sueſſæ Ducem, ſuum apud nos Oratorem, nuper expoſuit, vſu compertum fuit pœnas in eiſdem Pij Prædeceſſoris literis expreſſas, graues quidem illas & timendas, nondum tamen (quod ſane optandum fuerat) præfatos congreſſus & ſpectacula in eiſdem Regnis Hiſpaniarum ſuſtuliſſe, tum propter antiquum eius gentis morem, quo milites, tum equites, tum pedites ita congredientes ad bellica munera acriores redduntur; tum ob inſitã quaſi à natura, vniuerſis eius regionibus hominibus eorumdem congreſſuum, & ſpectaculorum cupiditatem, qua adeo tenentur, vt niſi vi maxima ab illis arceri poſſint: & cum ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, quamplurimi in eiſdem Hiſpaniarum Regnis in cenſuras & pœnas præfatas inciderint, in eaſque paſſim incidant, & ob id grauiora, quam antea peccata ſuadente humani generis hoſte, ibidem perpetrentur, ita vt quæ ad medelam & ſalutem parata fuerant in duriorem morbum conuerſa, ad perniciem inualeſcant: idcirco idem Philippus Rex nobis ſupplicari fecit, vt in præmiſſis prouidere ex benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos conſiderantes, pœnas omnes, excommunicationis præſertim & anathematis, ſalutares eſſe debere quod eo conſilio adhibendæ ſint, vt omnes illarum timore perterriti, ea, ex quæ prohibentur, omnino caueant: & animaduertentes, commemoratas cenſuras & pœnas, parum in dictis Hiſpaniarum Regnis hactenus profeciſſe, atque hoc tempore non ſolum animabus non mederi, ſed plurimum obeſſe, quinimo materiam ſcandali pleriſque afferre, his ſane malis ac periculis pro debito paſtoralis officij, quantum cum Domino poſſumus, occurrere cupientes, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium excommunicationis atque anathematis, cæteraſque pœnas in dictis literis contẽtas, quoad omnes in illis expreſſos in Regnis Hiſpaniarum duntaxat, Monachis & Fratribus mendicantibus, cæteriſque cuiuſcunque ordinis & inſtituti regularibus exceptis tollimus & amouemus, eaſdemque Pij Prædeceſſoris literas ad terminos iuris communis, cui per præſentes non intendimus in aliquo derogare, perpetuo reducimus ac reſtituimus, reductaſque & reſtitutas eſſe decernimus & declaramus, non obſtantibus præmiſſis, necnon cæteris conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, aliiſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, vt huiuſmodi taurorum agitationes in eiſdem Hiſpaniarum Regnis feſtis diebus non fiant, & per eos, ad quos ſpectat, prouideatur, ne inde alicuius mors, quoad fieri poterit, ſequatur. Clericos vero ſeculares, beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, vel in ſacris ordinibus ſeu in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutos, in dictis Hiſpaniarum Regnis exſiſtentes, per præſentes monemus & hortamur in Domino, ne paterna hac noſtra & Sedis Apoſtolicæ benignitate abutantur, ſed memores muneris & vocationis ſuæ, eam vtriuſque rationem habeant, vt nihil quod à propria dignitate, & à ſua cæterorumque ſalute alienum exiſtimetur, vllo vnquam loco admiſiſſe arguantur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die decima tertia Ianuarij, milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto, Pontificatus noſtri anno quarto. Locus † annuli Piſcatoris.* M. Veſtrius Barbianus. *

SVMMARIVM

1 *Locatio rerum Eccleſiæ vltra triennium eſt prohibita ſub variis pœnis per Paulum Venetum Pontificem Maximum.*
2 *Lex ad hoc vt valeat atque liget, neceſſarium eſt, vt ab initio fuerit recepta.*
3 *Legem tunc dicitur non fuiſſe receptam, quando Principe ſciente per aliquos actus contrarios excluditur, eo autem ignorante, vbi per decennium lex negligitur, nec vllo pacto admiſſa fuerit.*
4 *Extrauagans,* ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non alienand. *Pauli Veneti eſt ſeruanda, vbi fuit à principio recepta.*
5 *Iure antiquo res Eccleſiæ ad modicum tempus, hoc eſt intra decennium, locari poterant.*
6 Extrauagans, ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ alienand. *an ſit in vſu, & num. 7.*
8 *Apud Hiſpanos dubium eſt, an prædictæ extrauaganti ſit derogatum; Quandoque enim admiſſa eſt, quandoque neglecta.*
9 *Standum eſt in hoc conſuetudini loci ſiue prouinciæ, vt in quibus locis ipſa extrauagans recepta ſit, & quo-*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*ad id, in quo recepta fuerit ſeruetur, in aliis vero partibus, vbi ipſa in totum, vel in parte recepta non fuerit vel contrarium obſeruatum, obſeruantia huiuſmodi & legitima conſuetudini ſtetur.*

10 *Legitima conſuetudo in propoſito erit quadragenaria, cum ſuis requiſitis.*

11 *Ciuitatenſi à tempore immemoriali predia & fundi menſæ capitularis atque fabricæ eiuſdem Eccleſiæ, ad nouem annos locantur.*

12 *Idem in Caurienſi ciuitate.*

13 *Fundi & res Eccleſiæ ſi eius ſint conditionis, vt ex eiſdem quolibet triennio vnicus tantum fructus percipiatur poterunt in nouem annos locari.*

14 *Extrauagans prædict. an habeat locum & procedat non ſolum in bonis Eccleſiarum, ſed etiam in locatione fructuum ſiue redditum beneficiorum? & numero 15.*

16 *Beneficia ſunt bona Eccleſiaſtica.*

---

## CAPVT VIII.

### Extrauagans, *ambitioſæ de rebus Eccleſiæ non alienandis*, inter extrauagantes communes declaratur.

1 PAVLVS + Venetus Papa Secundus, anno Domini 1468. Calend. Martij, omnino prohibuit locationem & conductionem rerum Eccleſiæ vltra triennium, variis adſcriptis pœnis, & inter eas annullationis actus & excommunicationis cenſura, tam in alienantem, quam in recipientem, vt in præfata extrauagant. continetur.

2 Sæpe + tamen vidi in praxi dubitari: *An fuerit recepta, vel ſi fuit recepta, an deinde contraria fuerit conſuetudine ſublata?* neceſſarium namque eſt ad hoc, vt lex valeat, quoad ab initio recipiatur, alias nullam vim obtinet, *vt in cap. in iſtis, §. leges. 4. diſtinct.* vbi Dominicus notat, leges à Principe dari ea conditione & intentione, vt non aliter obligent, quam ſi fuerint à Republica receptæ: *ad idem l. de quibus, ff. de legibus gloſſ. in c. 1. de treuga, fide & pace, & in l. rem non nouam, §. patroni, C. de iudic. tradit bene* Syluest. *in ſumma, verbo, lex, num. 6. per totum*, eſt communis ſecundum Didacum Couar. *l. 2. variar. reſolut. cap. 16. nu. 6. in verſic. quinto ſunt, &c.* Sic itaque videmus, quamplures leges huius regni non eſſe in vſu, imo contrarium in praxi eſſe introductum, quia ab initio non fuerunt receptæ à ſubditis: quamuis enim lex ſemper ſit in viridi obſeruantia, *vt in l. Arriani, C. de hæretic. & Manich.* attamen hoc fallit, ſi ab initio non fuerit recepta, *per ſupradicta.*

3 Quatenus + autem attinet ad noſtram extrauagantem, vbicunque non fuerit recepta, manifeſtum eſt, non eſſe ſeruandam: & tunc dicitur, legem non fuiſſe receptam, quando, Principe ſciente per aliquot actus contrarios excluditur, eo autem ignorante, vbi per de-
4 cennium lex negligitur, nec vllo pacto + admiſſa fuerit, ſecundum Imol. & Felin. *nu. 13. in d. cap. 1. de treuga, fide & pace*, & Iaſ. *in d. §. patroni*, quos refert & ſequitur Couarru. *vbi ſupra* & in terminis dictæ extrauagantis eam eſſe ſeruandam, vbi fuit à principio recepta ſicut in ciuitate & diœceſi Florentina, tenet Anton. de Pet. *in tract. de iuriſdict. Epiſcop. cap. 2. vol. 2. tract. num. 10. & ſeq. fol.* 201. Teſtatur tamen in multis locis, præcipue in diœceſi Imolenſi & alibi, à principio non fuiſſe receptam, vt ius ſcriptum: idem, quod liget omnes, ſi vſu recepta ſit, affirmat Albert Troci *de vero & perfecto cleric. c. 50. l. 2. n. 9. vol. 2. tract. diuerſ. Dd. fol.* 254. At in propoſito non conſtat, quod recepta non fuerit: quinimo contrarium præſumendum eſt, cum ſit lex iuſta & pro maiori parte recepta, vt ex *infra* allegandis patebit.

5 Vnde + recurrendum eſt ad alterum aſylum: An poſtquam fuerit recepta, contraria conſuetudine ſit ſublata, ita vt in hoc antiquum ius ſit ſeruandum, nempe *cap. nulli, de reb. Eccleſ. non alien. clement. 1. eod. tit.* vbi res Eccleſiæ locari non poſſunt ad longum tempus, ſed ad modicum, hoc eſt intra decennium *vt ibi notant gloſſ.* & D. Couarru. *late d. cap. 16 num. 1.* Quinimo Concilium Tridentinum irritat locationes rerum Eccleſiæ ad longum tempus factas, vt patet *in ſeſſ. 25. cap. 11.*

6 Qua + in re Bertach. *in tract. de Epiſ. 56. quæſt. vol. 2. tract. diuerſ. Dd. fol. 178. nu. 109. in fin.* inquit, quod præfata conſtitutio vbique ſeruatur, & eſſe in obſeruantia teſtatur Auend. *lib. 1. cap. 4. prætor num.* 40. dicens, quod quotidie emanant literæ Apoſtolicæ de ea mentionem facientes & de eius obſeruantia monentes, & alias, quibus *idem* derogatur: Ergo ſi non eſſet admiſſa, non eſſet neceſſarium eidem derogare, *argum. l. decem, ff. de verb. obligat. & cap. ad diſſoluendum, de deſponſat. impub.* * & eam fuiſſe vſu receptam & obſeruari, affirmat Petrus Benint. *deciſ. 13. num. 9.* & cum referens Beccius *conſil. 92. num. 11 lib. 1.* dicens, ſe vidiſſe obſeruari in Senatu Montisferrati.

7 Rurſus, + Syluest. *in ſua ſumma, verbo, alienatio, num.* 15. inquit, non eſſe moribus vtentium receptam. Idem in aliquibus teſtatur idem Syluest. *verbo excommunicatio, 7. num. 83.* & de eius valore & obſeruantia videtur dubitari Trocius *de profeſſ. cleric. cap. 50. in fin.* & Caietan. *in ſua ſumma, cap. 75 de excommunicatione, ad fin.* inquit; Notandum, quod hæc decretalis non eſt recepta vbique, & quod alicubi videtur recepta non taliter ſed quoad aliquid, ideo vbi non eſt recepta, & ſimiliter quantum ad illud, in quo alicubi non eſt recepta, nemi nem damnes, eo quod niſi conſenſu vtentium lex fuerit firmata, pro non lege habetur: admonet igitur, cantum debere eſſe confeſſarium, vt ſciat conſuetudinem patriæ, quod hoc, & quoad illam ſciet à curia Epiſcopi: quæ dicta Caietani refert & ſequitur Summa Armilaur. *in ſum. verbo, excommunicatio, 62. & verbo, locatio, num. 5.* & Nauar. *in Manual. Latin. cap. 27. num.* 150. addens, quod idem eadem ratione debet perpendere iudex fori exterioris, & credit nullibi eſſe omnino receptam: quia in nullo loco eſt vſu recepta priuatio beneficiorum, de qua *in d. extrauagant.* & quod in Luſitania non videtur recepta, quoad locationem in ſolos tres annos, quia paſſim videt fieri locationes in quatuor: at vero in Salmantica affirmat, iam pridem ipſum tuliſſe ſententiam ex probatis coram ſe, irritam & nullam fuiſſe quandam locationem in plures quam in tres annos factam: clericum autem, qui eam fecit, non debuiſſe iudicari excommunicatum, iuxta antiquum ius *c. 1. ne Prælat. vic. ſuas*, nec per conſequens irregularem, eo quod celebraſſet poſt illam locationem abſque abſolutione: ſicque credit in paucis locis eſſe receptam quoad pœnas extrinſecas, & in multis quoad diſpoſitionem principalem & pœnam intrinſecam nullitatis alienationis & locationis factæ in plures quam in tres annos, idem etiam in effectu affirmat D. Epiſcopus Sarmient. *in ſuo lib. de reddit. Eccleſ. 1. part. cap. 2. nu.* 20. cum Caietan. & Syluest. *vbi ſupra*, quos *ibi* referens, inquit, quod illa conſtitutio extrauagans non vbique recepta eſt, ideo excommunicatio ceſſat in loco, vbi non conſtat fuiſſe expreſſe receptam: quod & teſtatur Ant. à Cordub. *in ſua ſum. de caſos de conſcientia, qu.* 103. addens, quod in Archiepiſcopatu Toletan. valet dicta conſtitutio, quantum ad irritationem contractuum, locationum vltra triennium, & quod hanc practicam ſequûtur viſitatores. Idem refert & ſequitur nouiſſime F. Lud. Lop. *in ſuo inſtr. conſc. 2. par. c.* 49. Ordines tamen mendicantium vltra triennium poſſunt locare ſua prędia cum licentia ſuorum prouincialium, *vt in compend. ſuorum priuileg. vulgo mare magnum, continetur in tit. de locatione*, vt referunt Auendan. & Anton. à Cordub. *vbi ſupra*, cuius priuilegij tenor videndus & attendendus eſt, cum caſus contigerit, vt obſeruetur ad vnguem.



8 Hac + igitur diuerſitate atque conſuetudinum varietate attenta, recte ac veriſſime docet Couarruuias *vbi ſupra*, apud Hiſpanos dubium eſſe, an prædictæ extrauaganti, *ambitioſæ* ſit derogatum: vidit etenim ſæpe eam adduci & tractari in aliquot controuerſiis, & quandoque admiſſam, quandoque neglectam fuiſſe ac proinde iudicis examinationi hoc dimittit.

In ſumma, quæſtio eſt de facto, non vero de iure quia hoc certiſſimum eſt, nempe non valere locationem rerum Eccleſiæ vltra triennium, *vt in d. extrauag.* illud vero dubium atque incertum eſt, in quibus nempe locis recepta illa ſit, & quoad quid, in quibus vero non: Quare nihil aliud affirmare poſſum poſt longum
9 laborem atque relationem tantorum virorum, + niſi quod ipſi reſoluunt, nempe ſtantum eſſe in hoc conſuetudini loci ſiue prouinciæ, vt in quibus locis ipſa extrauagans recepta ſit, & quoad id, in quo recepta fuerit, ſeruetur: in aliis vero partibus, vbi ipſa in totum vel in parte recepta non fuerit, vel contrarium legitima conſuetudine in iudicio probata obſeruatum, huic obſeruantiæ atque legitimæ conſuetudini ſtetur. Varietas autem facti & conſuetudinis, vt colligo ex ſupradictis auctoribus, magis ac potius conſiſtit in nullitate vel validitate locationis rerum Eccleſiæ vltra triennium, quam in cenſura excommunicationis, cœteriſque pœnis: Nam quoad eas certius eſt, non eſſe in vſu in maiori parte horum Regnorum dict. extrauagant. itaque contrauenientes excommunicationem nec cæteras pœnas incurrunt, ac proinde nec irregularitatem celebrando abſque abſolutione: quia cum pœnæ ſint odioſæ, eas vſus non recepit: at vero quamuis quoad nullitatem contractuum locationum vltra triennium diuerſitas locorum eſſe videatur, frequentius tamen admiſſum videtur, vt recepta ſit ipſa extrauagans, prout in dubio, alio non probato admittenda eſt ac iuxta eam iudicandum: vbi tamen legitime probata fuerit conſuetudo immemorialis, vel alia legitima in contrarium, ſeruanda erit, vt ex omnibus ſupradictis colligitur, & ex Roch. de Curt. *in c. fin. de conſuet. fol. paruo 51. col. 1. relato à noſtris, vbi ſup. quamuis ipſe hoc apud eum non inuenerim.* * Et quod huiuſmodi locatio valeat, quando res eſt ſolita locari ad longum tempus, tenet Grat. *conſil. 96. nu. 14. lib. 1. Pariſ. conſil. 98 num. 7. lib. 4. prout eos refert & ſequitur* Bec. *vbi ſupra num. 2.* *

10 Dubium + tamen eſt; *Quæ conſuetudo dicetur legitima in propoſito, vt eidem Paulinæ extrauag. iam receptæ derogatum ſufficienter in propoſito videatur?* In hoc reſoluo legitimam eſſe illam conſuetudinem, quæ quadraginta annorum continuorum ſpatio, & vltra cum ſuis ceteris requiſitis præſcripta & cõfirmata fuerit *vt in c. fin. de conſ. ita in terminis tenent* Ant. de Pet. & Cou. *vbi ſup.*

11 Et in hoc Epiſcopatu Ciuitaten. ſaltem in vrbe ipſa quę eſt caput + totius diœceſis, video ſemper locari prędia & fundos huius almæ Eccleſiæ, tam menſæ capitularis, quam fabricę ipſius Eccleſiæ, regulariter ad nouẽ annos, hocque inuiolabiliter obſeruatur, & audio ita fuiſſe ſemper obſeruatum abſque vllo dubio à tẽpore immemoriali, idemque eſſe in reb. aliarũ Eccleſiarũ huius ciuitatis, quod liquidiſſimo probari poterit: quare non dubito, hoc probato, hic locum non eſſe præfatæ Paulinæ deciſioni, nec reſpectu pœnarum, nec ipſius principalis deciſionis, quamuis non audierim, in iudicio deductam vnquam hic fuiſſe nec ſuper eo diſceptatum ſi ergo conſuetudo legitime præſcripta aliquid poteſt in propoſito, vt poteſt ex ſupradict. cum ea, quæ hic adeſt, immemorialis ſit, videtur omnino ſeruanda probata in iudicio.

Et + iuxta ſupradictam reſolutionem reſpondi ad 12
caſum, de quo fui conſultus de quadam locatione ad ſex annos facta defenſæ cuiuſdam capellaniæ Epiſco-
patus Caurienſ. in iudicio deductum, *ibi* enim, + vt mi- 13
hi renuntiatum fuit, eadem conſuetudo immemorialis, quæ hic, pollet ac viget. Præmaxime, quod illa defenſa conſiſtebat præcipue in cultura & in tota prædicta locatione ſex annorum, bis tantum rumpi debebat duoque, non vero ampliores redditus penſionis frumenti domino reddendi erant: Ergo ipſi nondum complebant vnam locationem trium fructuum, cum tamen vltra tres ſit prohibita locatio, quo caſu valet ſimilis huic locatio, etiamſi vltra tres annos fiat, dum tamen vltra tres fructus conductor, nec locator, toto illo tempore recipiat ex natura rei atque conditione, iuxta id, quod recte poſt alios in propoſito deducit Couarru. *vbi ſupra, in verſic. tertio extrauagans*, reſoluens eam eſſe intelligendam in rebus Eccleſiæ, quæ quotannis coluntur, vt ex eis fructus quolibet anno colligantur, alioqui ſi res Eccleſiæ eius ſint conditionis, vt ex eiſdem quolibet triennio vnicus tantum fructus percipiatur, poterunt in nouem annos locari: Ergo cum in caſu præmiſſo ad ipſum contigerit, locatioque tantum facta fuiſſet ad ſex annos, valida erit, præmaxime attenta conſuetudine immemoriali dicti Epiſcopatus.

Supereſt + modo, vt videamus; *An conſtitutio præfata Paulina (data ipſius obſeruantia) loquatur atque procedat non ſolum in rebus Eccleſiæ, vt hæ vltra trienniũ locari non poſſint, ſed etiam in fructibus beneficiorum?* Verbi gratia: *Prælatus, Canonicus vel alius beneficiatus, an poſſit fructus ſuæ dignitatis, prębendæ, vel beneficij vltra triennium locare, ad vitam nempe vel ad modicum tempus, hoc eſt, intra decennium?* & hoc eis licere videtur. Primo, quoniam *d. extrauagans* loquitur tantum in locatione rerum Eccleſiæ vltra triennium, vt conſtat, *ibi Bonorum Eccleſiaſticorum*, iuxto tex. *ibi, Eccleſiarum euidenti vtilitate*: non autem in locatione fructuum beneficiorum, qui locari poſſunt, *vt in cap. querelam, ne Prælat. vic. ſuas, & ibi Dd.* Secundo per tex. *in l. 9. tit. 17. part. 1.* vbi expreſſim cauetur, Prælatos alioſque clericos poſſe locare fructus ſuarum Eccleſiarum atque beneficiorum ad vitam: quia licet hi fructus proueniant ab ſpiritualibus, ſpiritualia ipſi non ſunt, & *ibi* Greg. Lopez *in gloſſ. arrendar*, refert Abb. *in d. cap. fin. ne Prælati vices ſuas* notantem *ſuper gloſſ. 2. & eſt in num. 4.* Rectorem Eccleſiæ poſſe locare fructus pro tempore vitæ ſuæ: & in terminis hanc partem videtur tenere Federicus de Senis *conſil.* 123. & nominatim Didac Couar. *d. lib. 2. variar. reſolut. c. 16 num. 6. ad fin. verſic. ſexto*, diſcens, quoſdam hoc opinari, & cum ea opinione ipſe remanet: ſed intrepide hanc partem tenet & probat Auend. *d. lib. 1. cap. 4. prætor nu. 42. in verſic. item, quæ ſupradicta ſunt.*

Sed + meo iudicio contraria ſententia eſt verior & 15
tenenda, imo quod etiam fructus beneficiorũ non poſſint vltra trienniũ locari, nec Prælatus, ſiue alius beneficiatus poſſit ad vitam, ad longiuſve tempus quã triennium eos in firmam dare, & hoc per dictam extrauag. Paulinam recte inſpectam, quæ non ſolum in bonis & rebus Eccleſiæ loquitur, ſed etiam in fructibus beneficiorum, agit enim in præfatione in principio in bonis immobilibus & pretioſis mobilibus Deo dicatis, ex quibus Eccleſiæ, monaſteria & pia loca reguntur, illuſtranturque, ac eorum miniſtri ſibi alimoniã vendicant & poſtea in deciſione prohibet omnium rerũ & bonorũ Eccleſiaſticorum alienationem, omneq; pactum, per quod ipſorum dominium transfertur, conceſſionem, hypothecam, locationem & conductionem vltra triennium, *&c.* His námque verbis non ſolum bona propria ipſarum Eccleſiarum, quarum fructus in vtilitatem fabricarum conuertuntur, vltra triennium prohibentur

bentur locari, ſed etiam illa, ex quibus Eccleſiæ ipſæ & pia loca reguntur illuſtranturque, & eorum miniſtri ſibi alimoniam vendicant: Ergo fructus beneficiorum locari non poſſunt vltra triennium; omnia enim prædicta bona ſunt Eccleſiaſtica atque de patrimonio Ieſu Chriſti Domini noſtri, Deoque dicata; poſt diuiſionem tamen factam à Simplicio Summo Pontifice, circa annum Domini 470. Quarta enim pars omnium fuit applicata fabricis Eccleſiarum pro ipſarum ſeruitio, veſtibus & ornamentis; Quarta etiam Epiſcopis, alia quarta miniſtris Eccleſiarum, reliqua pauperibus, vt reſoluimus *in noſtro lib. 2. pract. quæſt. 114. num. 7.*

Omnia igitur bona ſupradicta Eccleſiaſtica ſunt nihilominus, & de his loquitur tex. ille *in d. extrag. ambitioſæ* his verbis, *Omnium rerum & bonorum Eccleſiaſticorum, &c.* quia non exprimit nec reſtringit Eccleſiarum, ſed generalius Eccleſiaſticorum, vt vtraque bona comprehendat: nam legis ſiue conſtitutionis deciſio debet intelligi ac declarari iuxta præfationem & proœmium, *vt in l. fin. vbi communiter DD. ff. de hered. inſt. cum ſimilib.* Verum hoc expreſſius comprobatur ex eadem Paulina conſtitutione inferius in caſibus exceptis in ſecunda exceptione, ibi, *Ac de fructibus & bonis, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, pro inſtantis temporis exigentia, &c.* intelligendo eorundem bonorum Eccleſiaſticorum, de quibus *ſupra* loquitur, qualia ſunt præbendarum & beneficiorum Eccleſiaſticorum, vt infra probatur. Exceptio igitur hæc firmat regulam in contrarium, *vt in l. nam quod liquide, cum ſimil. ff. de penu legat.* nempe, vt quoties fructus & bona vltra triennium ſeruari poſſint, non poſſint vltra concedi vel alienari: ſed fructus beneficiorum percipiendi, imo, qui poſt triennium naſci debent, non eſt opus vt antea alienentur, nec vlla tunc eſt temporis exigentia, vt alienentur antequam naſcantur: Ergo vltra triennium alienari nec locari poſſunt: quinimo, niſi expreſſe in verbis præcedentibus extrauagantis, eſſet permiſſa locatio intra triennium, iuxta hanc ſolam exceptionem illa videretur prohibita, niſi tantum, quoties ſeruando ſeruari non poſſent, pro inſtantis temporis neceſſitate: attamen cum iam ex præcedentibus indiſtincte ad triennium licita ſit conceſſio, locatio & conductio bonorum Eccleſiaſticorum, pro hoc triennij tempore valida ac permiſſa erit, vltra vero non, etiamſi ſit fructuum beneficiorum: Quandoquidem illi etiam ac cætera bona quę ſeruando ſeruari non poſſunt, prohibentur alienari, niſi pro inſtantis temporis exigentia, qua conſeruatio atque temporis exigentia in fructibus nondum natis, minime vltra triennium extēditur, prout eſt nouiſſimū. Quo fit, vt cum Eccleſia Cathedralis, collegiata, vel Archiepiſcopalis habeat quamplurima bona immobilia fructifera menſæ, ſiue dignitatis Epiſcopalis vel Archiepiſcopalis, vel Abbatiæ, & præterea decimas aliosque redditus Eccleſiaſticos pro ſuſtentatione Prælati, ac tantæ dignitatis illuſtratione, nec non & alia bona ſeparata, decimas etiam & alios redditus Eccleſiaſticos, pro menſa & ſuſtentatione Canonicorum cæterorūque Eccleſiæ miniſtrorum, Prælatus huiuſmodi, nec Capitulum vel ſingulares perſonæ ipſius, poterunt fructus ſuæ Prælatiæ, menſæve Capitularis, nec ſuarū præbendarum in totum, vel pro parte, vltra triēniū locare, cum hæc ſint bona Eccleſiaſtica, itaq; ſpiritualia & redditus Eccleſiaſtici, vt communiter nuncupantur: Ergo vltra triennium locari non poſſunt, ſtāte dicta Paulina ipſiuſque obſeruantia, vbi contrarium non fuerit legitima conſuetudine præſcriptum.

Idem eſt in cæteris Eccleſiarum parochialium & aliarum beneficiatis; hi enim cum bonis & redditibus Eccleſiaſticis fruantur, eos vltra triennium, vel iure ipſo poſtulante, locare minime poterunt.

Pro quibus omnibus, vltra verba Paulinæ in idem expenſa facit, quia in propoſito ante dictam extrauagantem, ſicut bona Eccleſiaſtica ad longum tempus locari erant prohibita & permiſſa tantum ad modicum tempus, ita etiam & fructus & redituum venditiones, niſi ad modicū tempus, *vt eſt tex. expreſſus in clement. 1. in fin. de reb. Eccleſ. non alien.* Eadem igitur eſt ratio prohibitionis vltra tempus permiſſum & permiſſionis intra idem tempus reſpectiue locationis bonorum Eccleſiaſticorum, atque ipſorum reddituum & fructuum: Ergo idem ius in vtriſque in propoſito ſtatuendum eſt: & in terminis noſtris hanc ſententiam ante nos expreſſe tenuit ac probauit, quamuis breui ſermone Boerius *deciſ. 224. num. 2.* Nec Couarruuias allegatus pro contraria parte, eam intrepide tenet, nec affirmat, ſed aſſerit, quoſdam id opinari: ipſe autem licet cum ea opinione tranſire videatur, eam non audet, nec affirmare nec damnare. Federicus autem de Senis *d. conſil. 123.* non agit in terminis dictæ Paulinæ, nec eam allegat. Dicta vero lex *partita 9. tit. 17. part. 1.* pro priori parte allegata, & Gregor. Lopez *ibid.* cum Abb. non etiam obſtare videntur, quoniam illa lex fuit condita multis annis, antequam ſanciretur dicta conſtitutio: quod patet, quia liber legum Partitarum fuit inceptus anno Incarnationis Dominicæ 1251 vt in prologo eius exprimitur, & ſic 217. prope annos, antequam dict. extrauagans ederetur: Abbas vero & Gregorius huius Paulinæ non meminerunt: remanet ſolus pro contraria parte Auendanius, qui profecto nimia audacia, non vero ea moderatione, qua inſignis Couarruuias ab ea relatus vtitur, eam affirmat, præcipue cum agat de re non euidenti imo cum periculo contraueniendi Pontificiæ deciſioni: & præterea ſupponit vnum, quod maxima ſuſpicioni falſitatis non caret, nempe quod beneficia licet ſint de Eccleſia, non tamen ſunt bona Eccleſiaſtica, idque probare nititur argumentis minime efficacibus. Contrarium ſiquidem eſt verius &
16 comprobari poteſt † ex latiſſime traditis ac digeſtis, quamuis in aliud propoſitum, à doctiſſimis viris D. Nauar. & C. Franciſco Sarmient *in ſuis libell. de reddit. Eccleſiaſt. & in apolog. eiuſdem nomi- & ab eodem* D. Nauar *compoſita*: quis enim vnquam dubitauit, beneficia eorumque bona eſſe Eccleſiaſtica? Profecto videtur abſurdum contrariū aſſerere; Nam quamuis in his clerici habeant ſolum vſumfructum eorum, dominium aut pertinet ad ipſam eorum Eccleſiam, aut ad ipſos in communi, ideo non poſſunt alienari, *vt in tit. de rebus Eccl. non alienand. & alibi ſæpiſſime.* Sunt enim ſpiritualia, *vt in d. l. 9. tit. 17. part. 1.* Igitur nec locari vltra triennium, vt in dicta Paulina. Quod ſi replices, eſto quod bona ipſa ex quibus redditus proueniunt, vltra triennium locari non poſſint, quia ſunt Eccleſiaſtica, quicquid dicat Auendan. fructus tamen & redditus ipſorum clerici competentes, cum potius ſint quid temporale, *vt in d. l. 9.* poterunt intra decennium vel ad vitam locari, vt habet prima opinio: reſpondeo, nec hoc quidem licere, cum vtrumque comprehendatur *in d. Paulina extrauag.* & præterea, cum nihil interſit, ſaltem in re, inter locationem bonorum ipſorum, vel redditus eorum, vtroque enim caſu minime alienantur bona ipſa in locatione intra decennium, *vt in l. non ſolum, ff. locat.* & nihilominus locatio prædictorum bonorum tantum eſt permiſſa intra triennium, non vero vltra: Ergo & fructuum locatio eadem ratione *vt in d. clement. 1. in fin. de rebus Eccleſiæ non alienand.* vbi in propoſito, bona ipſa & fructus atque redditus earundem æquiparantur, vt ad modicum tempus locari poſſint: Ergo hodie vltra triennium id fieri non poterit, cum ex dicta Paulina hic terminus ſit huic negotio præfixus.

SVM



SVMMARIVM

1 *Ordinati per ſymoniam ſunt ſuſpenſi ab exſequutione ſuorum ordinum, & electiones & omnes aliæ prouiſiones beneficiorum, ſymoniace facta, ſunt nulla ipſo iure, & prouiſi non faciunt fructus ſuos, ſed eos in foro conſcientia tenentur reſtituere, & ſinguli ex ſupradictis, qui dando vel recipiendo ſymoniam committunt, item & mediatores ſunt excommunicati, & abſolui non poſſunt, niſi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo.*

2 *An ad hoc, vt ſuperiora procedant, requiratur conſummatio ſymoniæ conuentionalis ab vtraque parte? & num. ſeq.*

3 *Symoniacus de iure communi regulariter priuari debet per ſententiam.*

4 *Quando duo ſunt à iure æquiparata, pœna, quæ adiicitur in vno, videtur adiecta in alio.*

*Excommunicatio eſt maior pœna, quæ eſt in Eccleſia.*

*Excommunicatio dicitur mucro Epiſcopi, & eſt maxima pœna, ſicque non debet infligi pro leuibus criminibus, ſed pro peccato mortali.*

*Anima pretioſior eſt omnibus rebus.*

*Symonia ex ſola traditione rei ſpiritualis ob pretium committitur ad incurrendam ſententiam excommunicationis, licet pretium non ſoluatur: ſecus eſt econuerſo, quia traditione pretij, ſi res ſpiritualis non tradatur, non committitur ſymonia ſubiecta cenſuris Eccleſiæ, quamuis incurratur crimen ſymoniæ.*

*Collatio beneficij facta ſub pacto de aliquid ob id dando, eſt nulla, etiamſi pretium non tradatur, ſed tantum promittitur: contrarium tamen, tam reſpectu nullitatis collationis, quam excommunicationis, praxis recepit, vt in num. 10. & 11.*

*Vbi eſt varietas opinionum, non peccat non ſeruans ius præcepti*

*De temeritate argui non poteſt, qui ſequitur maiorum ſenſum.*

*Communis opinio in dependentibus ab interpretatione prudentium plene excuſat & ſequenda eſt, nec ab ea recedere licet, niſi ſit euidenter falſa.*

*Clericus celebrans poſt completam ab altera parte ſymoniam, ante implementum alterius, non incurrit irregularitatem.*

5 *Tranſlatio dominij beneficij per ſymoniam collati & pretij per ſymoniam dati, non impeditur iure naturali nec diuino, ſed humano.*

7 *Caſus practicatus.*

CAPVT IX.

Extrauagans, *Cum deteſtabile; de ſymonia,* inter communes declaratur.

EXSTAT † alia eiuſdem Pontificis Pauli Veneti conſtitutio, anno 1464. 9. Calend. Decembris lata in ordinatos per ſymoniam, vt à ſuorum ſint ordinum exſequutione ſuſpenſi, & præterea annullat ipſo iure electiones & omnes alias prouiſiones dignitatum, perſonatuum, officiorum Eccleſiaſticorum & beneficiorum ſymoniace factas, ita vt ſic prouiſi non faciunt fructus ſuos, ſed in foro conſcientiæ teneantur ad reſtitutionem eorum, & quod ſinguli ex ſupradictis, qui quomodolibet dando vel recipiendo ſymoniam commiſerint, aut quod illa fiat, mediatores extiterint ſeu procurauerint, ſententiam excommunicationis incurrant, à qua, niſi à Romano Pontifice pro tempore exſiſtente, non poſſint abſolui, præterquam in mortis articulo conſtituti. Offert ſe tamen in propoſito ſtatim in limine illa quæſtio; *An præfata conſtitutio, ad hoc procedat, pœnæque eius † nullitatis tituli collationis atque ſententiæ excommunicationis locum habeant, requiratur conſummatio ſymoniæ conuentionalis ab vtraque parte, & ſic quod ſit ſymonia realis, an vero intelligenda ſit etiam in ſymonia conuentionali tantum?* 2

Et † videtur in conuentionali tantum quoque extrauagantem illam loqui, locumque habere non ſolum in reali: quoniam ſymoniacus de iure communi regulariter priuari debet per ſententiam, non vero ipſo iure priuatus exſiſtit, *vt in cap. 2. de confeſſ. text. cum gloſſ. in cap. per inquiſitionem, de electiõ.* Abb. *in cap. inter dilectos, vltim. colum. de exceſſib. Prælat.* ſed *per dict. extrauagant. cum deteſtabile*, ipſo iure ſunt impoſitæ dictæ pœnæ, vt conſtat ex proœmio ipſius, aggrauante ſcelus ſymoniacæ prauitatis, tanquam deteſtabile, ſicque arguitur mens legiſlatoris, *argument. l. final. ff. de hered. inſtit.* volentis augere pœnam indifferenter, ex quo indiſtincte ſtatuit, & hoc ob criminis frequentiam: Ergo cum non diſtinguat ſymoniam conuentionalem à reali, in vtraque loquitur & procedit. 3

Secundo, quia paria ſunt ad inducendam ſymoniam, dare pecuniam ſeu aliud temporale, vel promittere, *vt in cap. ſuper hoc, de renunciat.* & ibi Imol. & Abb. Si ergo Paulina ſupradicta loqueretur tantum in ſymonia reali, ſequeretur, quod quando duo caſus ſunt æquiparati à lege veteri, lex noua loquens in vno, non haberet locum in alio: quod eſt contra communem reſolutionem Doctorum, quam tenet gloſſ. *in l. ſi quis ſeruo, C. de furtis*, communiter approbata. Præterea, vbi duo ſunt à iure † æquiparata, pœna, quæ adiicitur 3
in vno, videtur adiecta in alio, ſecundum Abb. *in c. 2. de mut. petit. col. 3. & in cap. de multa, de præbend. colum. 5 nu. 18. pro quo eſt text. cum gloſſ. in cap. ſi poſtquam in fin. de electiõ. in 6.* Nec textus *in d. extrauagant. in §. ſtatuentes*, videtur ſupradictis obſtare, quatenus de datione & receptione loquitur, hoc namque ad pœnam duntaxat excommunicationis adiungit, non vero ad pœnam priuationis, *de qua in §. præcedenti iam dixerat.*

Nec etiam obeſt, quod maior & grauior ſit pœna excommunicationis, quam priuationis beneficiorum, illa ſiquidem ligat animam, *cap. per venerabilem, in verſic. cuius ſententiam &c. qui filij ſint legitimi, cap. Romana, in §. in vniuerſitate, de ſententia excommunic. in 6.* & vt inquit Diuus Auguſtinus, nulla maior eſt pœna excommunicatione in † Eccleſia, *vt in cap. corripiantur,* 5
*24. quæſt. 3.* & dicitur mucro Epiſcopi *in cap. viſis, 16. quæſt. 2.* & eſt maxima pœna, ſicque non debet infligi 6
pro leuibus † criminibus, ſed pro peccato mortali, *vt in c. non aſſeramus, in fin. 24. q. 1. & in c. nullus, & in c. nemo Epiſcoporum & in c. Epiſcopi 11. quæſt. 3.* Anima † autem 7
pretioſior eſt omnibus rebus, *vt in l. ſancimus, C. de ſacroſanct. Eccleſ. cap. cum infirmitas, de pœnit. & remiſſ.* Si ergo extrauagans prædict. *cum deteſtabile*, in pœna excommunicationis, quæ eſt grauior cæteris, reſtrinxit & declarauit, vt ipſa incurratur, quando aliquid datur vel recipitur, à fortiori idem videtur voluiſſe in pœna leuiori, quæ eſt præcedens priuationis, ſcilicet beneficij, *argum. tex. in authen. multo magis, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in cap. cum in cunctis, in princ. cum ibi notatis, de elect.* Nam reſponderi poteſt; primo, quod in pœnis benigna eſt interpretatio facienda, *vt in reg. in pœnis, de reg. iur. in 6.* & non valet argumentum de maiori ad minus, *vt in authentic. quas actiones, cum ibi notatis, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Secundo, quia non ſequitur ad pœnam excommunicationis pœna priuationis; Quia licet ſententia excommunicationis ferri non debeat, niſi pro peccato mortali; non tamen omne peccatum mortale eſt priuatione beneficij dignū, etiamſi propter huiuſmodi peccatum ſequatur excommunicatio. Conſequitur

quitur igitur ex ſupradictis, quod quamuis ad incurrendam ſententiam excommunicationis contra ſymoniacos in ordinibus & beneficiis requiratur datio vel receptio: attamen ad annullationem tituli vel collationis beneficij per ſymoniam adepti, ea non requiritur, ſed ſufficit ſymonia tantum conuentionalis *vt d. extrauag. in d. verſic. per electiones vero, &c.* & expreſſius in Concilio Conſtantienſi in hæc verba: *Electiones autem, poſtulationes, confirmationes, & quæuis prouiſiones ſymoniacæ Eccleſiarum, Monaſteriorum, perſonatuū, officiorum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcunque deinceps factæ, nulla ſint ipſo iure, nullumque per illas ius cuiquam acquiratur, nec promoti, confirmati aut prouiſi faciant fructus ſuos, ſed ad illorum reſtitutionem, tanquam inique ablata percipientes teneantur: ſtatuentes, quod dantes & recipientes, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, etiamſi Pontificali aut Cardinalatus præfulgeant dignitate*, &c. Ergo cum in hoc Concilio Conſtantienſi nihil dicatur de datione, quoad priuationem, ſed quoad excommunicationem collatio beneficij ſymonia, ſiue reali, ſiue conuentionali tantum facta, eſt ipſo iure nulla, licet quidam (vt infra dicetur) intelligant *d. extrauag. cum deteſtabile*, in ſymonia reali, videlicet cum aliquid datur, vt is ſit priuatus: ſecus in ſymonia conuentionali tantum: Ita hanc partem ex dicto Concilio Conſtantienſi aduerſus illos tenet & probat Petr. Rebuff. *in ſua praxi benefic. in tit. de ſymonia in reſignat. num. 8. & 9. pag. 496.*

8 Quinimo † & ad incurrendam prædictam ſententiam excommunicationis propter ſymoniam in beneficio vel alia re ſpirituali adhibitam, ſufficit, quod ex parte rei ſpiritualis actus conſummentur, videlicet traditione reali & actuali beneficij, quamuis ex parte emptoris actus non ſit conſummatus traditione pretij minime facta, quia ſufficit conuentio pretij ſoluendi, licet ipſum non ſit ſolutum, dummodo beneficium ſit traditum: pro quo facit eadem extrauagans, *ibi, Dando vel recipiendo*, quod ſi pretium quoque ſit ſolutum, indubium eſt, ſymoniam omnino punibilem committi: ſecus ſi res ſpiritualis non tradatur, etiamſi pecunia pro pretio fuerit data; Nam ob hoc non incurritur ſymonia ſubiecta cenſuris Eccleſiæ, quamuis incurratur crimen ſymoniæ: Pœnæ ſiquidem reſtringendæ ſunt ad actus conſummatos: ita in terminis tenet & probat Caietan. *in ſua ſumma, verbo ſymonia, in verſic. ex eo autem quod actus*, &c. *pag. 612. & in ſecunda ſecundæ, quæſt. 100. art. 6. ad ſextum*, & Dominic. Soto *lib. 9. de iuſtitia & iure, quæſt. 8. art. 1. pag. 826.* vbi addit præterea, quod in priori caſu, nempe cum collatio beneficij ſit ſub pacto de aliquid ob id dando, eſt nulla, etiamſi pretium
9 non tradatur, ſed † tantum promittatur, quia ſecundum aſſertionem Sancti Thom. dare rem ſpiritualem pro aliquo temporali obſequio exhibito vel exhibendo, ſymonia eſt, quia illic eſt expreſſa emptio & venditio: qui enim credito vendit, vere vendit: Collatio namque non dependet ex futuro contingenti, ſed ſuppoſito pacto protinus abſolute fit: quare iam inde eſt ſymonia, quicquid poſtea ſubſequatur, videlicet, ſiue pretium ſoluatur, ſiue ſecus: alias numquam ſub pollicitatione cōmitti poſſet vſura: quod eſt falſum, ſed in vtroque caſu Caietani *ſupra* relato committi ſymoniam ſubiectam cenſuris Eccleſiæ, iuxta iuris obſeruantiam, ſemota Curiæ conſuetudine, tenet & probat Palatio *in ſua praxi Theolog. de contract. lib. 2. cap. 7. pag. 143.*

10 Supradictis † tamen non obſtantibus contrarium eſt in praxi tenendum, imo quod neque nullitas tituli ſiue collationes beneficij Eccleſiaſtici inducatur nec excommunicatio incurratur per ſymoniam conuentionalem, niſi reuera realis efficiatur, nempe per veram & actualem traditionem beneficij, itidem & dationem pecuniæ vel alterius rei temporalis pro ſpirituali, ita quod traditio ſiue collatio beneficij, per pactum ſolum ſymoniacum non ſufficiat, ſi res temporalis itidem non tradatur contra Caietanum & Sotum *vbi ſupra* nec etiam traditio pretij conuenti, vel alterius rei temporalis pro ſpirituali, niſi collatio beneficij fiat: Itaque vtrūque copulatiue requiritur ad hoc, vt collatio beneficij per ſymoniam factam ſit nulla, & ſententia excommunicationis incurratur. Pro qua ſentētia ponderatur *tex. in d. extrauag. cum deteſtabile, in §. per electiones, ibi, Dando vel recipiendo ſymoniam commiſerint*: Nam cum loquatur non magis de donatione vnius, quam datione alterius: & Caietanus & Sot. *vbi ſupra*, fateantur, non ſufficere dationem pretij, niſi ad dationem beneficij perueniatur, eadem ratione cogendi ſunt dicere, non ſufficere dationem beneficij ſine datione pretij vel alterius rei temporalis, vt prædictæ pœnæ incurrantur.

Præterea † quicquid ſit de iure, ſtylus Rotæ Roma- 11
næ prædict. extrauagantem interpretatus eſt atque recepit, quoad eius pœnas in ſola ſymonia reali, non vero in conuentionali, & quod ſi aliter verba ſonent, ſaltem quoad tuitionem conſcientiæ, ſufficiat hanc interpretationem fuiſſe vſu præſcriptam, † à qua adhuc 12
non diſceditur in Palatio: quia ſi non ſeruans ius præcepti, non peccat, vbi eſt varietas opinionum, *vt in cap. Capellanus iuncta gloſſ. de feriis*, & ibi Ant. de Butr. hoc tenet, licet forte quis ſequutus fuerit opinionem non veram, & poſtea pro tali reprobatam, vel non ſubtiliter loquentem aut inueſtigantem, minus ille, qui communi iudicio nititur, *vt dicit gloſſ. in cap. vnic. verbo, de cætero, de poſtular. Prælat. in 6.* cum de temeritate † argui 13
non poſſit, qui ſequitur maiorum ſenſum, *vt in cap. ne innitaris, de conſtit. & ibi Innocent.* vnde magis excuſatur qui ſequitur & tenet, quod in Romana Curia obſeruatur, vbi arguitur Papæ ſcientia & intelligentia aut ſaltem tolerantia: quam obſeruantiam omnes prouinciales ſequi debent, *vt in §. fin. Inſtitut. de ſatiſdat. & in c. cum non liceat, de maior. & obed. cap. fin. de ſponſa duorum*: hoc namque plus eſt, quam ſequi communem opinionem, quæ in dependentibus ab interpretatione prudentium † plene excuſat & ſequenda eſt, nec ab ea 14
recedere licet, niſi ſit euidenter falſa, *vt in cap. prudentiam, de offic. delegat. cum ſimilib.* Ita hæc omnia latius deducit Guliem. Caſſiad. *de conſtit. deciſ. 5. per tot.* hanc partem probans atque profeſſus, quod ita antiquiores patres, vt audit & moderni intelligunt *d. extrauag.* & quod pia videtur hæc maiorum interpretatio, & forſan temporibus conditoris recepta, propter periculum animarum, cum contraria ſit dura nimis & animabus maxime periculoſa, præmaxime, quia tempore noſtro pauci euaderent talem ſententiam: quem refert & ſequitur Gomez *in reg. de triennal. poſſeſſ. quæſt. 12. in fin.* & licet ipſe expreſſius non loquatur, quam *ſupra* viſum eſt, noſtra tamen de hac re ſententia expreſſior ex eorum mente colligitur, quatenus affirmat, collationem per conuentionem ſymoniacam factam valere: Nam per collationem beneficij ipſum beneficium datur & tamen pretium non traditur; quia ipſi præſupponunt, quod ſymonia fuit conuentionalis, qua facta eſt collatio. Et ita eos intelligit, illos ſequutus, quoad interpretationem *d. extrauag.* Did. Couar. *in reg. peccatum, 2. part. relect. §. 8. num. 7. de reg. iur. in 6.* dicens, quod illa conſtitutio vera tunc obtinet quoad pænam priuationis ipſo iure & excommunicationis, cùm datio ſpiritualis & temporalis iam præceſſerit: quaſi non ſufficiat, quoad illius conſtitutionis pœnas, ſymoniam commiſſam eſſe per traditionem rei ſpiritualis & tēporalis promiſſionem: & optime Nau. *in repet. c. ſi quando, de reſcr. excep. 4. & in comm. ſuper c. fin. n. 28. & ſeq. de ſym. & in Man. Hiſpan. c. 23. n. 105. & in c. 25. n. 112. & in Lat. c. 23. num.*



*nu. 103. & 104.* & Ignatius Salz *ed in addit. ad* Bernard. Diaz *in pract. crimin. canonic. cap. 85. incip. ſymoniaci*, vbi reprehendit Rebuff. *vbi ſupra*, contrarium tenentem: & quod eidem conſuetudini Romanæ Curiæ, ſi adſit, ſtandum ſit, tenet Palat. *vbi ſupra*. Nec contra hanc opinionē obeſt, quod collatio beneficij pure facta (cum ſit actus legitimus) non poteſt eſſe in pendenti, ſed ſtatim aut valet, aut eſt nulla, *argum. text. in c. 2. de elect. in 6. & eorum, quæ tradit late* Feli. *in c. conſtitutus, de reſcrip. nec etiam excommunicatio, vt in cap. ad hæc quoniam, de appellat.* Ad ſecundum, ſupradictam ſecundam & tenendam ſententiam, collatio pure facta, cum pacto dandi centum ad finem anni aliudve tempus, in pendenti eſſet: Si enim pecunia non ſoluatur, vel aliud temporale conuentum, interim quod non ſoluitur, valet; ſi ſoluatur, non valet iam inde à principio: idemque eſt in communicatione dict. extrauagantis: hoc autem eſſet abſurdum & contra iūs: Igitur, &c. Nā reſpondeo, nullitatē tituli & excōmunicationem in præd. caſu non inde ab ipſo tēpore datæ tituli incurri, ſed à tēpore ſymoniæ ab vtraq; parte præfectæ niſi contrarium ſeruaret ſtylus antiquus cui ſtandum eſt ſecu. Nau. *vbi ſup.* Ex quo ipſe infert, † quod clericus celebrans poſt complerā ab altera parte ſymoniam, & ante implemētum alterius, non incurrit irregularitatem, ſaltem quoad forum conſcientiæ, *vt ibi per eum.* Cætera etiam fundamenta contrariæ partis iam ceſſant ex adductis *ſupra* pro hac ſecunda, & rationib. D. Soti ſatisfacit nuncupatim Nauar. *vbi ſupr.* Nam cum tranſlatio Dominij beneficij per ſymoniam collati impediatur non iure naturali, † nec diuino, ſed humano tantum Eccleſiaſtico, vt Dominic. à Soto *vbi ſup. ſect.* fatetur: & idem eſt dicendum de tranſlatione pretij per ſymoniam dati, *ſecundum* Abb. *in cap. fin. n. 7. de ſymon.* Caietanus *in Summa, verb. ſymonia, & in ſecunda ſecundæ, qu. 110. art. 6.* Syluester, *verb. ſymonia, quæſtio. 20.* communis ſecundum Nauarrum *vbi ſupr. dicto cap. 23.* eatenus eſt dicendum, prædictas pœnas incurri, quatenus iure humano id exprimetur: ſed nullo iure eſt expreſſum, quod magis incurratur per ſymoniam conuentionalem, completam ex parte dantis ſpirituale tantum, quam completam ex parte dantis temporale tantum: Ergo ab vtraque parte debet eſſe impleta, vt vſus iudiciorum accepit, nec ſufficit magis, quod ab vna tantum ſit impleta, quam ab altera ad hoc vt incurrantur prædictæ pœnæ, quamuis alias punibilis ſit arbitrarie.

* Et poſt primam huius operis editionem, vidi ſupradictam noſtram ſententiam cum Caſſiadoro & reliquis tenentem Petrum à Nauar. *lib. 2. de reſtit. capit. 2. numer. 410. cum ſequentibus*, dicentem; quod quamuis de rigore iuris, contraria ſententia ſit verior, vt vbi probat: attamen quod prædiximus, obſeruat communis praxis & ſtylus in Curia, ſecundum Nauarr. & ita eſſe tenendum.

Et cum hic caſus iam in praxi contingeret, latque eſſet diſcuſſus articulus hic in iudicio, me præſente fuit iudicatum, ſeruandum eſſe præd. ſtylum Curiæ Romanæ, † atque iuxta eum fuit pronuntiatum, clericum ob
7 ſymoniam conuentionalem ſupradictam, cum ab vtraque parte non eſſet completa, quamuis ab vna fuiſſet adimpletum, minime in vllam incurriſſe excommunicationem, ſicque abſque vllo dubio eſt tenendum.

SVMMARIVM.

1 *Tempore interdicti celebrari poſſunt diuina officia ianuis clauſis, ſubmiſſa voce, excommunicatis, & interdictis excluſis & campanis non pulſatis.*
2 *An idem locum habeat tempore ceſſationis à diuinis? & num. ſequ.*
3 *Ex ratione expreſſa in lege vel conſtitutione, licita eſt extenſio ad caſum omiſſum, vbi eadem ratio concurrit ac militat, etiam in correctoriis, præcipuè fauore animæ.*
4 *Celebrans tempore interdicti, efficitur irregularis, non vero qui celebrat tempore ceſſationis à diuinis, quamuis multi in hoc vltimo contrarium teneant, vt in nu. 8.*
5 *Significatio propria & genuina huius dictionis, Ceſſatio, plenè inducere videtur ceſſationem penitus à diuinis, tam, quæ diſtinguitur à prohibitione illa, quæ per interdictum decernitur.*
6 *Epiſcopus tempore ceſſationis à diuinis poteſt celebrare, vt quilibet ſacerdos tempore interdicti.*
7 *Æquiparatio ceſſationis à diuinis & interdicti generalis, non in omnibus procedit, ſed in caſu tantum*, de quo in Clem. 1. de ſententia excommunicationis.
9 *Irregularitas nō contrahitur, niſi in caſib. à iure expreſſis.*
10 *Interdictum generale relaxatur in quibuſdam feſtiuitatibus hic expreſſis: non ſic ceſſatio à diuinis: ſed contrarium eſt verius, vt in num. 12.*
11 *Ceſſatione à diuinis durante, nulla die, nullo caſu, nulloque modo Miſſa aut officia diuina celebrari permittebantur ante deciſionem* tex. in c. alma mater, §. in feſtiuitatibus de ſententia excommunicationis, lib. 6.

## CAPVT X

## De interdicto Eccleſiaſtico, ceſſationeque à diuinis

QVamuis olim fuerit conſtitutum, † vt in terris ſeu
locis Eccleſiaſtico ſuppoſitis interdicto, nulla 1
(certis caſibus & Sacramentis exceptis) diuina celebrarentur officia vel miniſtrarentur Eccleſiaſtica Sacramenta; hodie tamen iuſtiſſimis ex cauſſis conceſſum eſt, quod ſingulis diebus in Eccleſiis & monaſteriis Miſſæ celebrentur, aliaque dicantur diuina officia, ſicut prius: ſubmiſſa tamen voce, ianuiſque clauſis, excommunicatis ac interdictis excluſis, & campanis etiam non pulſatis, vt cauetur *in cap. alma mater, §. adiicimus, de ſentent. excommunic. lib. 6.*

Summopere † tamen concertatum eſt inter noſtrates: *An tempore ceſſationis à diuinis, ſit locus dicto §. adiicimus, eiuſque permiſſioni iam ſupra relata, nempe, vt celebrari poſſint diuina officia tempore ceſſationis à diuinis, ianuis clauſis, excommunicatis & interdictis excluſis, abſque campanarum pulſatione?* Et quia quæſtio hæc, quamuis controuerſa, dilucide atque ſigillatim examinata eſt à doctiſſimo D. Couarruuia *in dicto capit. alma mater, 2. parte relect. §. 4. num. 7.* breuiter vnamquamque partem fundando, quid tenendum ſit, indicabo, cætera conſulto omittam apud eundem latius videnda. Et quidem pars affirmatiua ei primum innititur fundamento quod ceſſatio à diuinis, & interdictum generale, in iure, æquiparentur quoad ipſius obſeruantiam, *text. in capit. non eſt nobis, de ſponſ. text. in Clement. 1. verſic. quod etiam, de ſententia excommunic.* Ergo quemadmodum tempore interdicti generalis habet locum d. permiſſio procedet etiam tempore ceſſationis à diuinis: *argu. l. illud, ff. ad legem Aquil. cap. tranſlato, de conſtit. & cap. ſi poſtquam, de elect. in 6.*

Secundo, quia ratio, quæ mouit Summum Pontificem *in dict. §. quia vero*, vt hac præmiſſa forma, tempore interdicti diuina celebrarentur officia, nempe, quia ex obſeruantia contrariorum ſtatutorum excreſcebat deuotio populi, pullulabant hæreſes, infinitaque pericula animarum inſurgebant; ac Eccleſiis ſine culpa earum debita obſequia ſubtrahebantur, eadem omnino in ceſſatione à diuinis obtinet, vt patet: Ergo & tempore ceſſationis à diuinis deciſio ac permiſſio *d. §. adiicimus*, ſeruari debet. Ex † ratione namque expreſſa in l. vel quacunque alia conſtitutione, licita eſt extenſio ad caſum omiſſum, vbi eadem ratio concurrit ac militat, *iuxta gl. in Clement. 1. verb. eligatur, de elect.* vbi etiam in

correctoriis loquitur, cuius ſententiam in hoc taſta-
tur communem Iaſ. *in authent. quas actiones, num.22.*
*C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Decius *in cap. at ſi clerici, §. de*
*adulteriis, col.8. num.* 10. *de iudic. ſequuntur plures relati*
*per Tiraquellum de cauſa ceſſante, prima parte, num.* 153.
*teſtatur communem infinitos referens* Menchac. *de ſucceſſ.*
*creat. §.22. num.52. colum.3. & 4. illius num.* & Antonius
Gom. 1 *tom. variar. reſolut. cap. 5. num.* 11. D. Molin.
*lib.1. de Hiſpan. primogen c.5. nu.*10. Et ſequitur plures
referens D. Couar. *vbi ſupra*, vbi hoc præcipue proce-
dere affirmat, ſi conſtitutio præd. ſit animæ, & ſaluti
ſpirituali fauoribilis, *ſecundum* Abb. *& Præpoſ. in cap.*
*ex tenore, qui filij ſint legitim. & alios ibi ab eo allegatos,*
*& in 4. de ſponſal. 2. parte, cap. 6. in princip. nu.12. Peruſ.*
*cap. ſciant cuncti, de elect. lib. 6.* Bart. *in authen. Sacra-*
*menta puberum, num.19. verſ. pro eius declaratione, C.*
*ſi aduerſ. vend. & ibi* Iaſ. *num.72. &* Curt. *Iun. num.*82.
Felinus *in cap. tranſlato, col. fin. de conſtit. nu.13. gloſſ. in*
*cap. ſciant cuncti, verb. alias, de elect. lib.6. & in cap. fin.*
*eod. tit. & libro, quas refert & ſequitur* Abb. *conſil.* 114.
*num.5. ſecunda part. conſil. eſt communis opinio ſecundum*
Auend. *2. parte, c.27. prat. num.*13.

4 Tertio, † quia maius vinculum habet interdictum
generale, quam ceſſatio à diuinis: Nam celebrans tem-
pore interdicti generalis, non ſeruata forma *dict. capit.*
*alma mater, §. adiicimus*, efficitur regularis, *vt in cap. is*
*qui, §. is vero, de ſenten. excomm. in 6. c.1. de poſtul. prel.* At
vero celebrans tempore ceſſationis à diuinis, etiam ge-
neralis, & ab eo decretæ, qui poterat interdicti ſenten-
tiam pronuntiare, non eſt irregularis, iuxta gl. commu-
niter approbatam *in cap. ſi canonici, verb. ceſſare, de offic.*
*ordin. lib.6.* Quæ licet loquatur in celebrante tempore
ceſſationis à diuinis particularis, erit tamen extenden-
da ad generalem ceſſationem, vei docent Anton. Imol.
Peruſ. *Præpoſit.* Abb. *n.*8. Decius, *& communis in cap. di-*
*lectis, de appellat.* Syluest. *in Summa verb. ceſſatio, §.5.* Do-
minicus à Soto *in 4. diſtinct. 22. q.3. art.2. ad fin.* Sequi-
tur & teſtatur magis communem & benigniorem, &
quæ in diſputatione defendi optime poſſit, plures refe-
rens D. Couar. *in d. cap. alma mater, 2. part. relect. §.2. nu.*
*3. in verſic. ad quaſtionem igitur.* Curiel *in tract. de ceſſat.*
*à diuinis, colum.4. fol.11.* Borgaſ. *de irregularit. 6. part. tit.*
*de ſententia ſuſpenſion. nu.*8. Margall. *de horis canonic. fol.*
16. Alfonſus Aluarez Guerrero *in theſaur. Chriſtian relig.*
*cap. 37. nu.*11. Nauar. *in Manuali Latino, cap.27. num.*
188. Ergo licitum erit celebrare diuina officia tempore
ceſſationis generalis, ſeruata forma *dict. cap. alma mater,*
*§. adiicimus.* Et in terminis hanc partem tenet Archid.
*in dict. ca. ſi canonici, in princ. &* ibi *cæteri* Doctores Ioa.
*in Summa confeſſ. tit. 33. qu.*221. Gundiſal. à Villadieg.
& Palud. relati à Couar. *vbi ſupra, dict. §.4. num 7. verſ.*
5. Syluest. *in Summa, verb. ceſſatio.* Floren. *in 3. part. tit.*
*16. c.3.* Cardin. *in dicta Clemen. 1. §. in ceſſationibus*
Curiel *vbi ſupra plures allegans,* & Nauar. *d. c.27. n.*189.

Nihilominus tamen his omnibus non obſtantibus,
contraria ſententia, imo quod tempore ceſſationis à di-
uinis, nullo modo liceat celebrare officia diuina, etiam
ſeruata forma *dict. c. alma mater, §. adiicimus*, verior eſt
& tenenda atque conſuetudine obtenta: primo, per
tex. *in dicto c. non eſt vobis*, ſecundum communem eius
interpretationem, *de ſponſal.* ibi, *Nulla diuina officia ce-*
*lebrentur. & in c. irrefragabili, §. cæterum, de offic. ord. cap.*
*dilectis, verſic. verum, iuncto verſic. præterea, de appellat, &*
*in dict. cap. ſi canonici, & in cap. quamuis, de offic. ordi. in*
6. Et tamen nullibi huic veteri iuri derogatum eſt. Ne-
que obſtat, quod in interdicto generali hoc ſit ſtabili-
tum, vt ſeruata forma *dict. capitul. alma mater, §. adiici-*
*mus*, poſſint officia diuina celebrari, ac proinde idem
videbatur dicendum in ceſſatione à diuinis, ex *ſupra*
adductis pro priori parte: Quoniam longa differentia
eſt † in propoſito inter ceſſationem à diuinis & in- 5
terdictum: ſignificatio enim propria genuina huius di-
ctionis, *Ceſſatio*, plane videtur inducere penitus ceſſa-
tionem à diuinis eam, quæ diſtinguitur à prohibitio-
ne illa, quæ per interdictum decernitur: Interdictum
namque prohibet officiorum diuinorum celebratio-
nem pœnis quibuſdam ſtatutis contrauenientibus: Ceſ-
ſatio vero inducit omnino ſuſpenſionem diuinorum
officiorum ab interdicto diſtinctam, & quæ præcipuè
ad factum, non ad iuris effectus refertur, alioqui non
diuerſis nominib. nuncuparentur, ſi idem eſſet ceſſa-
tio à diuinis, & interdictum: *arg. l. ſi idem, C. de codic.* 6

Secundo † facit doctrina Ioa. Andr. *in cap. dilectis,*
*de appellat. col.1.* dum illum tex. intelligens in ceſſatio-
ne à diuinis, adnotauit, non eſſe permiſſum eo tempo-
re, quod Epiſcopus celebret indiſtincte, ſed certa for-
ma, nempe ianuis clauſis, interdictis & excommunica-
tis excluſis, *cap. vlt. de priuileg. in* 6. Ergo per locum ab
ſpeciali, contrarium denegatur aliis clericis.

Quare hanc partem negatiuam merito probauit Cu-
riel *vbi ſupra, in tractatu de ceſſat. à diuin. colum.5. fol.*11.
Margall. *etiam vbi ſupra, fol.*17. & D. Couar. *in dict. cap.*
*alma mater, 2. parte relect. §. quarto d. num.7.* affirmans,
eam pleriſque veriorem videri, & quod etiamſi iure ve-
rior eſſet opinio eorum, qui cenſent contrarium, nihi-
lominus hæc ſecunda negatiua potior eſt, propterea
quod fuerit conſuetudine recepta: Etenim iam diu ob-
tentum eſt, penitus ceſſandum eſſe ab officiis diuinis
tempore ceſſationis, nec ea poſſe celebrari iuxta formam
*d. §. adiicimus*, quicquid Margall. *de horis canonic. vbi ſup.*
*fol.15. pag.*1. dicat in clauſtro Salmanticenſi determina-
tum fuiſſe anno 1523. contrarium, & in ciuitate Sal-
mantina fuiſſe tunc ſeruatum; Contrarium ſiquidem
iuxta hanc partem negatiuam fuit tunc ibidem vt ac-
cepimus, decretum ſæpe ac ſæpius itidem & obſeruatũ. 7

Non obſtat † primum fundamentum contrariæ par-
tis, nempe *dict. Clemen. 1. de ſententia excommunicationis*,
vbi æquiparantur ceſſatio à diuinis, & interdictum
generale; Quia ea æquiparatio non in omnibus pro-
cedit, ſed in illo caſu tantum, de quo tex. ille agit, nem-
pe, vt religioſi etiam exempti ſequantur matricem Ec-
cleſiam ceſſantem Cathedralem aut parochialem, alias
ſint excommunicati ipſo facto: quod ſi poſt excommu-
nicationem incurſam celebrauerint, incurrent irregu-
laritatem, *de qua in cap. is qui, §. fin. de ſententia excom-*
*municationis, lib.6.*

Secundum etiam non obeſt, quia dictionis, *Ceſſatio*,
propria ſignificatio repugnat, *vt eſt prædictum.*

Tertium † fundamentum prioris partis ex eo dilui- 8
tur, quod quam plurimi contrarium teneant, nempe ce-
lebrantem tempore ceſſationis generalis ab eo indictæ,
qui poterat interdicere, eſſe irregularem, quos in vnum
congerit Didacus Couarruias *vbi ſupra, §.2. num.3.* di-
cens, hanc eſſe fortaſſe veriorem, ſi conſideremus
mentem canonum prohibentium cenſuræ Eccleſiaſti-
cæ violationem, maxime eo caſu, quo quis celebra-
uerit officia publicè ianuis apertis, tempore ceſſationis
à diuinis generalis: quod magna quidem cura cauen-
dum eſt, nec temere in hac controuerſia iudican-
dum, propter plura, quæ imminent, contracta ir-
regularitate, pericula: quam ſententiam etiam proba-
uit Simon Maiolus *de irregularitate, lib.3. c.11. verſ.*
*hæc autem.*

Quinimo, etiamſi teneamus magis receptam ſenten-
tiam contrariam affirmatiuam, nempe celebrantem
tempore ceſſationis à diuinis, etiam generalis, non eſſe
irregularem, non eo conuincitur, licitam eſſe ipſam
celebrationem ſeruata forma, quæ in interdicto requi-
ritur, *ad c. alma mater, §. adiicimus*, quandoquidem nul-
lo iure inuenitur permiſſa, ſed potius prohibita: Nec
enim



enim quod tempore interdicti ſit permiſſa, idem cen-
ſendum erit tempore ceſſationis, cum longa differen-
tia vt inter vtrumque, vt eſt prædictum, quamuis ce-
lebrans tempore ceſſationis, mortaliter peccet & gra-
uiter puniri poſſit ac debeat: at vero quod tempore in-
terdicti generalis celebrans non ſeruata forma iuris,
efficiatur irregularis eſt expreſſe cautum ab eodem iu-
re, vt probatum exſiſtit in præd. tertio fundamento
9 prioris partis, quod non ſic inuenitur in celebrante
tempore ceſſationis à diuinis: Cum † tamen irregula-
ritas non contrahatur, niſi in caſibus à iure expreſſis,
*iuxta tex. in cap. is qui, in princip. de ſenten. excommun. lib.*
*6. & tradita per* Tiraquell. *in l. ſi vnquam, verb. reuerta-*
*tur, num.251. C. de reuocand. donat.* Nauar. *in Manual.*
*Latin. cap.27. num.*194. D. Couar. *in Clem. ſi furioſus, in*
*princ. 1. partis, de homicid.*

10 Ex ſupradictis † deduci videtur, non eſſe locum in
ceſſatione à diuinis conſtitutioni *dict. cap. alma mater,*
quatenus *in § in feſtiuitatibus*, à iure relaxatur atq; ſuſ-
penditur interdictum generale in feſtiuitatibus Natiui-
tatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, Paſchæ Pentecoſtes
& Aſſumptionis Beatæ Mariæ ſemper Virginis, excom-
municatis excluſis, ſed interdictis admiſſis, vt ad hu-
militatis gratiam & reconciliationis affectum facilius
inclinentur: quibus hodie addenda eſt feſtiuitas Cor-
poris Chriſti, vt per Vrbanum Papam IV. Martin. V.
Eugen. IV. in extrauag. eiuſdem Eugenij extra com-
munes: quæ relaxatio incipit à primis Veſperis feſti, vſ-
que ad Completorium eiuſdem diei feſti, hoc eſt, poſt
ſecundas Veſperas: ſed in feſto Paſchatis incipit à Miſſa
vigiliæ, ſaltem ab initio gloriæ, quando pulſantur cam-
panæ & finitur in vltimo Completorio vltimæ diei Pa-
ſchatis, aut diei Aſſumptions, vt tradit Sot. *in 4. diſtinct.*
*22. q.3. art.1. pag.967. ad fi.* cum tex. *in d. §. in feſtiuitatib.*
11 tantum loquatur in interdicto † generali; non vero in
ceſſatione à diuinis, quæ multum ab illo differt, vt *ſu-*
*pra* probauimus: & ante illum tex. tempore ceſſationis
à diuinis, nulla die, nullo caſu, nulloque modo Miſſa aut
officia diuina celebrari permittebantur interim, quod
ceſſatio durat, *vt in d. c. non eſt vobis, de ſponſal. & in d. c.*
*irrefragabili, §. cæterum, de offi. ord. & in d. c. dilectis, cum*
*ſimilib. ſupra allegat.* & quod non mutatur, quare ſtare
prohibetur, *vt in l. præcipimus, C. de appell. cum ſimil.* quo
fit, vt hæc opinio admodum probabilis ſit atque in diſ-
putatione facillime defendi poteſt ſecundum Couar. *in*
*d. c. alma mater, 2. par. relect. §. 5. nu.*3. quamuis ipſe con-
trarium teneat, vt paulo poſt dicemus: ſequitur Mar-
gall. *vbi ſupra fol. 17. pag 1. & fol. 23. & 24.*

12 Nihilominus contrarium, † tanquam verius, exiſti-
mo tenendum; Imo quod licet *dict. §. in feſtiuitatibus*,
loquatur tantum in interdicto generali, idem dicen-
dum ſit in ceſſatione generali: Primo ex identitate ra-
tionis in propoſito, ex quo idem ſenſiſſe videtur atque
credendum eſt, Pontificem in ceſſatione ob reueren-
tiam dictarum feſtiuitatum, & vt fideles Chriſtiani hoc
diuino ſolatio recreati ad humilitatis gratiam & recõ-
ciliationis affectum facilius inclinentur: tum præterea
quod ceſſationi à diuinis non omnino derogatur,
etiamſi in his feſtiuitatibus diuina officia celebrentur,
ſicut nec interdicto, hæc ſiquidem celebratio tempora-
ria eſt ad hos dies feſtos reſtricta, quandoquidem ma-
net ceſſationis vis his diebus tranſactis, & ita hanc par-
tem, vt potiorem, admittit D. Couar. *vbi ſupr.* & audio
ſecundum eam Salmanticæ anno 1584. Vniuerſitatis
clauſtrum praxin ſeruaſſe in feſto Corporis Chriſti.

## SVMMARIVM

*3 Epiſcopus poteſt concedere monitorias generales, hoc eſt, charitas de deſcommunion, ad inſtantiam cuiuſcunque petentis.*

*2 Decret. 3. de reformatione, Seſſionis 25. Sacri Concilij Trid. in idem expenditur.*

*3 Solus Epiſcopus poteſt decernere præd. monitorias generales, alij vero inferiores minime.*

*4 Nuntius Apoſtolicus legatus à latere cum ordinariam iuriſdictionem habeat in prouincia ſibi commiſſa, eas decernere poteſt, & num.5.*

*5 Legati à latere officium non exſpirat per mortem Papæ eum mittentis.*

*6 Legatus à latere poteſt diſpenſare in omnibus caſibus, in quibus quilibet ordinarius ſua prouinciæ.*

*7 Legatus à latere omnia videtur poſſe, quæ Papa ſibi ſpecialiter non reſeruauit, quia eius vices gerit.*

*8 Prouiſor ſeu vicarius generalis, cuiuſcunque Epiſcopi ſiue Archiepiſcopi præd. monitorias generales decernere poteſt, & quomodo interpretati hoc ſunt Illuſtriſſ. Card.*

*9 Prouiſores ac officiales generales rite deputati à capitulo ſede vacante, idem poſſunt.*

*10 Capitulum ſede vacante ſuccedit generaliter in iuriſdictione prælati ſui, & etiam in adminiſtratione temporalium & ſpiritualium, & habet iuriſdictionem ordinariam à iure communi, poteſtque iudices dare ac conſtituere, & omnia, quæ ad iuriſdictionem pertinent, expedire.*

*11 Indicare furem iure ciuili tenetur quis, quãdo iudex procedit ex officio ſuo, conſiſtente in ipſomet, quod habet vt debeat purgare prouinciam malis hominibus ſecus, quando procederet ad inſtantiam partis, ſeu ex officio conſiſtente in parte: ſed de iure canonico, & attenta praxi communi Eccleſiæ, indiſtincte indicare tenetur, num.13. & ſeq.*

*12 Indicandi an ſint hi, qui occulte iniuriam irrogauerunt aut damnum dederunt, admonitorias generales? & num. 14.*

*15 Sacerdos etiam ad ſatisfaciendum damnum paſſo compellendus non eſt ad reuelandum furem, qui ſibi id in pœnitentia confeſſus fuit, vide in nu.74. vbi quod nullo modo reuelare debet, niſi, &c.*

*16 Iudex ad petitionem partis laſæ poteſt auctorem damni occultum generaliter excommunicare: quinimo ſi illud ſciat in confeſſione, poteſt eum indeterminate arguere, non vero nominatim, ſed in genere à communione remouere, quia nec Chriſtus Iudam à communione remouit.*

*17 Iudex requiſitus omnino tenetur impartiri officium ſuum etiam nobis conſiſtens in ipſomet iudice.*

*18 In foro Eccleſiæ non ſeruantur apices iuris.*

*19 Iudex dicitur procedere ex officio ſuo puro & mero quãdo nemo petit ſeu defert.*

*20 Correctio fraterna (quando ipſa eſt neceſſaria) præcedere debet, antequam quis reueletur ad monitorias, & num.73.*

*21 Quando præcipitur ſub excommunicatione, vt qui ſciuerit talem rem, eam per denuntiationem manifeſtet, intelligitur de eo, quod quis ſcit & probare poteſt: niſi prælatus is ſit, qui prodeſſe poteſt & non nocere: in ſecreto tamen tenetur quis reuelare prælato, vt corrigat occulte, tanquam patri, ſi hoc in hoc intelligat facere prælatus, num.22.*

*23 Nemo tenetur propalare in ſecreto nec in apperto expenſis ſuis, nempe ſi oporteret ire alibi ad propalandũ.*

*24 Denuntiatio, quæ fit per monitorias, dicitur iudicialis ad quam non requiritur monitio nec correctio, ſed contra ibi & nu.71.*

*25 Reuelare quis non tenetur, quod facere non poteſt ſine magno ſui detrimento, vt latius hic.*

*26 Iuſſus ſub pœna excommunicationis, non denuntians impedimentum, quod ſcit ſubeſſe inter volentes contrahere matrimonium peccat mortaliter.*

27 *Modus denuntiandi impedimentum occultum, quod ex peccato naſcitur, eſt, vt prius de illo ſecreto impedimento moneat, vt ab illo matrimonio deſiſtat, quod ſi noluerit facere, denunciet ſuperiori aut alteri, qui impedire poſſit, quamuis id probare non poſſit.*

28 *Vnus teſtis ſufficit ad impediendum matrimonium nondum contractum, quando iuramentum de ipſo contrahendo non interuenit: ſi tamen teſtis ſciens ex ſua manifeſtatione magnum ſcandalum ſequuturum, ad denuntiandum non tenetur, nu. 29.*

30 *Parochus celebraturus matrimonium, ſciens votum ſimplex alterius contrahentis, quid facere debeat?*

31 *Vnus teſtis ita demum ſufficit ad impediendum matrimonium contrahendum, quoties cum iuramento aſſereret id certo ſcire, alioqui vnus teſtis etiam iuratus de auditu cum altero abſque iuramento de certa ſcientia non ſufficere, vt nu. 32.*

33 *Fama ſola impedimenti duobus teſtibus probata ſufficit ad impediendum matrimonium contrahendum.*

34 *Teſtis vnus de auditu ad impediendum matrim. contrahendum ſufficit, ſi circa impedimentum teſtificetur iuxta formam à canonibus expreſſam.*

35 *Monitoria generales concedi poſſunt etiam contra teſtes qui veritatem ſciunt de aliquo negotio & eorum nomina ignorantur, & nu. 37.*

36 *Monitoria generales concedi poſſunt in omnes impedientes teſtes produci in cauſa mota.*

38 *Monitoria generales decerni poſſunt contra habentes vel ſcientes, quis habeat has vel illas ſcripturas: limitatur, vt hic.*

39 *Reus interrogatus de crimine an illud commiſerit, quando contra ſe veritatem dicere tenetur, & nu. 42.*

40 *Hæreticus occultus interrogatus ab inquiſitoribus verũ ſciat aliquem hæreticum eſſe, an teneatur ſe prodere?*

41 *Rei contra ius requiſiti poſſunt ac debent quacunque vti amphybologia vſitati ſermonis citra mendacium.*

43 *Copia indiciorum an ſit danda à iudice reo, ad hoc, vt ipſe teneatur dicere contra ſe veritatem? & nu. 44.*

45 *Iudex caueat ne non rite procedat interrogando reum illicite & non legitime, quia alias damnaret animam ſuam.*

46 *Non debet fieri aliquid ex ſolo zelo iuſtitiæ, niſi ſubſit iudicium rationis.*

47 *Sciens aliquid, quid ſibi ſub ſigillo & fide ſecreti dictum eſt, non debet id reuelare ad finem punitionis, niſi in delictis, in quibus inquiſitio fit & reuelatio exigitur ad prouidendum malo præſenti vel imminenti, vt in nu. 48. præter quam in caſu poſito in nu. 52.*

49 *Secretum confeſſionis Sacramentalis nullo modo etiam ad ſaluandum totum regnum reuelandum eſt: nec etiam in cauſa matrimoniali ad id compellendus eſt ſacerdos, vt in nu. 50. & n. 74. vbi limitatur.*

51 *Confeſſarius non debet reuelare hæreticum ſibi confeſſum nolentem pœnitere alios prodere.*

53 *Hæretici occulti protinus ſunt iudicibus Apoſtolicis hoc eſt, inquiſitoribus indicandi, nulla præcedente correctione fraterna, etiamſi fere compertum ſit, quod per ſolam correctionem reſipiſcent, quia eiſdem non eſt fidendum.*

54 *Coniux, deſcendentes & alij, qui iure non tenentur teſtificari contra alterum nec propalare ob monitorias, & nu. 55. quomodo intelligitur.*

56 *Vaſallus excuſatur à propalando contra Dominum.*

57 *Filius patrem hæreticum occultum accuſare aut iudicibus indicare non tenetur, duobus caſibus exceptis, de quibus hic.*

58 *Aduocatus, Medicus, Confeſſor, Obſtetrix & alij ſimiles non tenentur reuelare ſecretum cum eis communicatum ad præceptum ſuperioris, nec id debent facere, niſi in caſibus, de quibus hic.*

59 *Monitoria generales concedi debent pro occultis, in quibus alias non patet probatio; ſecus pro notis.*

60 *Monitoria generales concedi non debent pro re leui, & an lata pro ea ligent? & nu. 61.*

62 *Cauſa, quæ dicatur parua & quæ magna, relinquitur arbitrio iudicis.*

63 *Monitoria generales facilius pro pauperibus pro re parua, quam pro diuitibus concedenda ſunt.*
*Modicum dicitur reſpectu perſonarum.*

64 *Cauſa magna dicuntur reſpectu perſonarum.*

65 *Nam inter aliquos cauſa decem librarum eſſet magna, & inter alios cauſa centum Florenorum eſſet parua.*

66 *Monitoria ſpecialia contra certas perſonas pro minori ſumma concedi ſolent.*

67 *Excommunicatio generalis lata in ſcientes furtum, & non reuelantes, non obligat eum, qui aliquid accepit ſine ſcandalo in recompenſam certi debiti liquidi ſibi ex iuſtitia, quod alio modo non poterat recuperare, nec etiã obligat id ſcientes, modo pro comperto habeant pro debito legali res illas fuiſſe ſubtractas: ſecus tamen ſi dubitarent licet ſubripiens id affirmet, niſi tanta fide & virtute apud eos polleret, vt merito propter eius dictum certi efficerentur: quod procedit, etiamſi Epiſcopus iuberet reuelare eos, qui rem illam pro recuperatione ſui debiti acceperint, quia huiuſmodi monitoria continerent errorem intolerabilem; ac proinde non valerent, vt in nu. 68. Ampliatur in vxore aliquid ſurripiente de bonis mariti præd. modo, nu. 69. vbi quod debet cauere, ne iterum ſibi debitum ſoluatur.*

70 *Vxor poterit occulte & ſine ſcandalo de bonis mariti ſoluere debitum ipſius, etiam contra eius voluntatem.*

71 *Reuelare non tenetur admonitorias, qui aliquid audiuit à leuibus perſonis non fide dignis, vt hic.*

72 *Excuſatur à reuelatione facienda aliquid ſciens, ſi is à quo ſciuit, denuntiet.*

73 *Reuelare quis non tenetur peccatum ſecretum, ſi reus eſt omnino emendatus, vel cum correctione fraterna ſperatur emendatio.*

75 *Edicta quæ leguntur in viſitationib. circa peccata manifeſtanda, intelliguntur de publicis, non vero de occultis.*

76 *Monitoriis criminoſis reſpondendum non eſt: nec quando præceſſit pactum in contrarium, vt in nu. 77.*

78 *Excommunicatio regulatur ab intentione excommunicatoris: idem eſt in excommunicatione generali, n. 79.*

80 *Monitoria generales intelligi debent ciuili modo, ita quod non quis arctetur ad impoſſibile: & excommunicatio fieri non debet pro debito contra eum, qui ſoluere non poteſt, nu. 81.*

82 *Praxis monitoriarum, & numeris ſeq.*

84 *Iudex Eccleſiaſt. tenetur remittere laicum exeuntem ad monitorias, & allegantem rem tenere iuſto titulo, ad ſuum iudicem, ſi hoc petatur: cognoſcit tamen iudex Eccleſiaſt. an legitime propalauerit, vel non, n. 85. & ſeq.*

90 *Praxis procedendi in denũtiatione Euangelica, & n. ſeq.*

92 *Diœceſanus ex officio ſuo debet denuntiare excommunicatum nominatim, & eum facere euitare, quando ſibi conſtat, & nu. ſeq.*

94 *Vnus teſtis quamuis ſufficiat quantum ad excommunicationem in genere, ſecus tamen eſt quantum ad excommunicationem in ſpecie & nominatim.*

---

## CAPVT XI.

### De monitoriis generalibus earumque praxi.

EPiſcopus † ad inſtantiam cuiuſcunque potentis po- 1
teſt concedere monitorias generales (vulgo, *Cartas generales de deſcomunion dichas*) contra detinentes res ſuas, vt niſi eas reſtituant intra certum tempus in eiſdẽ literis aſſignatum, ſint excõmunicati, & etiã contra ſcient vbi vel apud quam perſonam tales res nunc ſint, vt id propalare debeant, *iuxta gloſ.* 1. Bart. Bal. Ang. & cæteros communiter Doct. *in l. ciuile, C. de furt.* tex. *in c. qui cum fure, de furt.* vbi Abb. *n.* 2. dicit per illum text. iuſtificari poſſe ſententias Epiſcoporum, qui quotidie ſubditos ſuos conſcios furti admonent, vt debeant reuelare, & non reuelantes excommunicant. Steph. Aufr. *in addit. ad Clem.* 1. *de offi. ord. & in tract. de poteſt. Eccl. ſuper ſæculares, verſ.* 8. *incip. pro quolibet damno, n.* 53. *vol.* 14. *tract. diuerſ.* Doct. *fol.* 404. Rota *in nou. deciſ.* 19. *de dolo & contum. alias* 444. *incip. extra* Rotam. *fol.* 64. Bal. *in c. ſi ſacerdos, ſtatim in prin. de off. ord. gl. in Clem. diſpendioſam, in verb. præmon. de iud. vbi* Card. Imol. Anch. *& alij notant, formamque ponunt:* ſequitur plures referens Io. de Neuizan. *in ſua* Sylua *nupt. lib.* 3. 28. *volu.* 6. *tract. diuerſ.* Doct. *fol.* 58. vbi *in* 58. iure idem probat, nempe ratione peccati, de quo ſolus Eccleſiaſticus cognoſcere poteſt, *vt in c. nouit, de iud. idem latiſſime iure probat* Steph. Aufr. *vbi ſupra in d. tract. de poteſt. Eccleſiaſt. ſuper laicu, & c. nu.* 53. *d. vol.* 14. *tract. fol.* 404. *ſequitur* Bernar. Diaz. *in reg.* 243. Quod hodie ſacrum Concil. Trid. approbauit in ſeſſ. 25. *c.* 3. *de reform.* ſalutiferam in his monitoriis formam ſeruandam præſcribens in hunc ſane modum.

2 *Quapropter † excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmiſſis, ad finem reuelationis, vt aiunt, aut pro perditis ſeu ſubtractis rebus ferri ſolent, à nemine prorſus, præterquam Epiſcopo decernantur, & tunc non alias, quã ex re non vul-*
3 *gari, cauſaq; diligenter ac magna maturitate per Epiſcopũ examinata, quæ eius animum moueat, nec ad eas decernẽdas cuiuſuis ſæcularis, etiam magiſtratus auctoritate adducatur, ſed totum hoc in eius arbitrio & conſcientia ſit poſitum, quando ipſo pro re, perſona aut tempore eas decernendas eſſe*
4 *iudicauerit:* Solus itaq; Epiſcopus poteſt decernere huiuſmodi excõmunicationes generales, † vt ibidem cauetur, quaſi alij iudices inferiores eas ferre minime poſſint. Nuntius autem Apoſtolicus Legatus à latere ad prouinciam miſſus, † vt ibi euellat & diſſipet, ædifi-
5 cet atq; plantet, cum ſit ordinarius ordinariamque iuriſdictionem habeat in prouincia ſibi commiſſa + vnde per mortem Papæ mittentis non exſpirat eius officium, *vt in c.* 2. *in c. legatos, & ibi gl. pen. & communiter* Doct. *de off. leg.* 6. Gundiſ. à Villadieg. *in tract. de legat.* 1. *par. queſtion.* 16. *num.* 12. *volum.* 14. *tractat. fol.* 165. poterit iure optimo huiuſmodi literas monitorias generales decer-
6 nere. Sic + etiam legatus poteſt diſpenſare in omnibus caſibus, in quibus Epiſcopus ſiue Archiepiſcopus, ſiue Patriarcha, vel quilibet ordinarius ſuæ prouinciæ, quia ipſe ordinarius eſt in ea, vtpote vices Domini Papæ gerens, & pleniſſimam & maiorem poſt principem in ea habet poteſtatem, *vt inquit Specul. in tit. de legat.* § *conſe-*
7 *quenter, in prin ſequitur* Villadieg. *vbi ſup. q.* 14. *in princ.* Imo omnia videtur poſſe, † quæ Papa ſibi ſpecialiter non reſeruauit, quia vices eius gerit, *c. cum venerabilis, de conſuet. c.* 1. *de off. legat. & ibi* Abb. *in vlt. notab. Specu. in tit. de leg.* § *nunc oſtendendũ, in verſ. legatus,* & eſt imago ipſius Principis, *vt in c. volentes, de off. leg. vt late plurima congerens in propoſito tradit* Nicol. Boer. *in tract. de poteſt. lega. à latere, n.* 16. *& aliquib. ſeqq. & iterum, n.* 65. *& ſeq. eod. vol.* 14. *tract.* Nil mirũ ergo ſi Nuntius Apoſtolicus legatus ſedis Apoſtolicæ poſſit, imo recte poteſt præd. monitorias generales decernere, prout quotidie eas concedit atque decernit per totam ſuam prouinciam, rem committendo Epiſcopo, ipſiuſque prouiſori ſeu officiali diœceſis, vt ſi re maturius conſiderata iuxta decretum ſacri Concil. Trid. ſuperius præinſertum, duxerit concedendas, eas decernat cum aſſignatione alicuius termini, intra quem ſub pœna excommunicationis Apoſtolicæ reueletur quod prætenditur, & ita videmus fieri ſæpiſſime, eſtque hoc indubium.

8 Quinimo, + & Prouiſor ſeu Vicarius generalis cuiuſcunque Epiſcopi ſiue Archiepiſcopi, cum habeat generale mandatum, ſitque ordinarius diœceſis, ordinariamq; exerceat iuriſdictionem, poterit præd. monitorias generales concedere atq; cenſuras decernere, *vt in terminis tenet Sylua nupt.* & Bernar. Diaz. *vbi ſup.* Nec enim hunc meo iudicio excludere ab hac facultate, & poteſtate voluit Concil. Trid. in verbis *ſupra* relatis, dũ diſpoſuit, à nemine prorſus, præterquam ab Epiſcopo eas decernendas, cum ipſius hic generalis vicarius habeat eandem poteſtatem in iuriſdictionalibus ſibi ab Epiſcopo conceſſam: ſed vt paulo ante dicebamus, inferiores ab Epiſc. voluit ſacr. Concil. in hoc excludere, Poterit igitur prouiſor vel vicarius generalis Epiſcopi, has monitorias concedere & ita praxi præceptum eſt.

Hoc tamen in hunc modum interpretati ſunt Illuſtriſſimi Cardinales ad declarationem dubiorum decretorum Conc. Trid. deputati à ſede Apoſtolica: *Vicarius generalis, & ad id facultatem habens ab Epiſcopo, poteſt ſine præuia cognitione facti ab ipſomet Epiſcopo excõmunicationes ad finem reuelationis pro rebus deperditis decernere, dum tamen ipſe Vicarius cauſa cognitionem adhibeat;* vt deduxi ex quodam ſumpto declarationum omnium eorumdẽ Card. quarũ hæc eſt *n.* 12. ſic requiritur, vt habeat Vicarius ad hoc ſpeciale ab Epiſcopo mandatum, niſi verba illa *Et ad id facultatem habens, &c.* referantur ad facultatem vicariatus generalem. Sed + & 9
prouiſores ac Vicarij, officialeſq; generales à capitulo Eccleſiaſtico ſede Epiſcopali vel Archiepiſcopali & ſimilibus vacante, rite deputati cum plena, omnimoda, & libera † poteſtate eas concedere poterunt: quia regu- 10
la affirmatiua eſt vera & cõmunis, quod capitulum ſede vacante ſuccedit generaliter in iuriſdictione Prælati ſui, & etiam in adminiſtratione temporalium & ſpiritualium, & habet iuriſdictionẽ ordinariam à iure communi, poteſtque iudices dare ac conſtituere, & omnia, quæ in iuriſdictionem pertinent, expedire, vt latiſſime plures allegans iure probat Ioa. Franciſc. de Pauino *in tract. de off. & poteſt. capit. ſede vacant, q.* 1. *&* 2. 1. *partis princ. vol.* 15. *tract. diuerſ.* Doct. *fol.* 172. *& ſeq.* Id quod hodie probauit ſanct. Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 16. præcipiens, quod capitulũ ſede vacante officialem ſeu vicarium infra octo dies poſt mortem Epiſcopi conſtituere vel exſiſtentem confirmare omnino teneatur, qui ſaltem in iure canonico ſit Doctor vel Licentiatus, vel alias, quantũ fieri poterit, idoneus: Ergo cum prouiſores ſede vacante à capitulo rite deputati habeant atque ſuccedant in omni iuriſdictione & adminiſtratione ſpiritualium & temporalium Epiſcopi, totumq; Epiſcopatum gubernent atq; regant, ac proinde Proepiſcopi recte dici valeant, conſequens eſt, vt prædictas monitorias atq; cenſuras generales decernere poſſint, ſicut ipſi Epiſcopi, cũ hoc ad claues ſpectet, in quib. abſque dubio ſuccedit capitulũ ſede vacante: proinde indubium eſt, quod prædiximus, præmaxime ſi in mãdato capituli id exprimatur: quod ſi expreſſe denegetur vel reſtringatur ad alia, reſeruando cætera ipſi capitulo, aliud erit dicẽdum: & ita cum iure cõmuni concordat praxis moderna, vt noſtris temporib. videmus, decernentes ſæpiſſime prædictas monitorias in præd. officio Proepiſcopi, quod licet immeriti nunc exercemus plus quam anno elapſo in hoc Epiſcopatu Ciuitatenſ. ſede ipſius Epiſcopali vacante, deputatione eiuſdem capituli

Summe tamẽ controuerſum eſt apud vtriuſque iuris interpretes; *An Epiſcopus eiuſq; vicarius generalis poſſint prædictas monitorias generales cõcedere, non ſolũ cõtra ſciẽtes, vt debeant propalare ſeu indicare rẽ vbi nunc eſt, eumq; qui eam detinet, ſed etiam debeant indicare & propalare furẽ, qui talem rem ſurripuit:* Legiſtæ enim magis cõmuni- 11
ter probant, † teneri quem indicare furẽ, quando iudex ex officio ſuo procedit conſiſtente in ſemetipſo, quod

27 *Modus denunciandi impedimentum occultum, quod ex peccato naſcitur,eſt,vt prius de illo ſecreto impedimento moneat, vt ab illo matrimonio deſiſtat, quod ſi noluerit facere, denunciet ſuperiori aut alteri, qui impedire poſſit, quamuis id probare non poſſit.*

28 *Vnus teſtis ſufficit ad impediendum matrimonium nondum contractum, quando iuramentum de ipſo contrahendo non interuenit: ſi tamen teſtis ſciens ex ſua manifeſtatione magnum ſcandalum ſequuturum, ad denuntiandum non tenetur, nu. 29.*

30 *Parochus celebraturus matrimonium, ſciens votum ſimplex alterius contrahentis, quid facere debeat?*

31 *Vnus teſtis ita demum ſufficit ad impediendum matrimonium contrahendum, quoties cum iuramento aſſereret id certo ſcire, alioqui vnus teſtis etiam iuratus de auditu cum altero abſque iuramento de certa ſcientia non ſufficere, vt nu. 32.*

33 *Fama ſola impedimenti duobus teſtibus probata ſufficit ad impediendum matrimonium contrahendum.*

34 *Teſtis vnus de auditu ad impediendum matrim. contrahendum ſufficit, ſi circa impedimentum teſtificetur iuxta formam à canonibus expreſſam.*

35 *Monitoria generales concedi poſſunt etiam contra teſtes qui veritatem ſciunt de aliquo negotio & eorum nomina ignorantur, & nu. 37.*

36 *Monitoria generales concedi poſſunt in omnes impedientes teſtes produci in cauſa mota.*

38 *Monitoria generales decerni poſſunt contra habentes vel ſcientes, quis habeat has vel illas ſcripturas: limitatur, vt hic.*

39 *Reus interrogatus de crimine an illud commiſerit, quando contra ſe veritatem dicere tenetur, & nu. 42.*

40 *Hæreticus occultus interrogatus ab inquiſitoribus verũ ſciat aliquem hæreticum eſſe, an teneatur ſe prodere?*

41 *Rei contra ius requiſiti poſſunt ac debent quacunque vti amphybologia vſitati ſermonis citra mendacium.*

43 *Copia indiciorum an ſit danda à iudice reo, ad hoc, vt ipſe teneatur dicere contra ſe veritatem? & nu. 44.*

45 *Iudex caueat ne non rite procedat interrogando reum illicite & non legitime, quia alias damnaret animam ſuam.*

46 *Non debet fieri aliquid ex ſolo zelo iuſtitiæ, niſi ſubſit iudicium rationis.*

47 *Sciens aliquid, quid ſibi ſub ſigillo & fide ſecreti dictum eſt, non debet id reuelare ad finem punitionis, niſi in delictis, in quibus inquiſitio fit & reuelatio exigitur ad prouidendum malo præſenti vel imminenti, vt in nu. 48. præter quam in caſu poſito in nu. 52.*

49 *Secretum confeſſionis Sacramentalis nullo modo etiam ad ſaluandum totum regnum reuelandum eſt: nec etiam in cauſa matrimoniali ad id compellendus eſt ſacerdos, vt in nu. 50. & n. 74. vbi limitatur.*

51 *Confeſſarius non debet reuelare hæreticum ſibi confeſſum nolentem pœnitere alios prodere.*

53 *Hæretici occulti protinus ſunt iudicibus Apoſtolicis hoc eſt, inquiſitoribus indicandi, nulla præcedente correctione fraterna, etiamſi fere compertum ſit, quod per ſolam correctionem reſipiſcent, quia eiſdem non eſt fidendum.*

54 *Coniux, deſcendentes & alij, qui iure non tenentur teſtificari contra alterum nec propalare ob monitorias, & nu. 55. quomodo intelligitur.*

56 *Vaſallus excuſatur à propalando contra Dominum.*

57 *Filius patrem hæreticum occultum accuſare aut iudicibus indicare non tenetur, duobus caſibus exceptis, de quibus hic.*

58 *Aduocatus, Medicus, Confeſſor, Obſtetrix & alij ſimiles non tenentur reuelare ſecretum cum eis communicatum ad præceptum ſuperioris, nec id debent facere, niſi in caſibus, de quibus hic.*

59 *Monitoria generales concedi debent pro occultis, in quibus alias non patet probatio; ſecus pro notis.*

60 *Monitoria generales concedi non debent pro re leui, & an lata pro ea ligent? & nu. 61.*

62 *Cauſa, quæ dicatur parua & quæ magna, relinquitur arbitrio iudicis.*

63 *Monitoria generales facilius pro pauperibus pro re parua, quam pro diuitibus concedenda ſunt.*
*Modicum dicitur reſpectu perſonarum.*

64 *Cauſa magna dicuntur reſpectu perſonarum.*

65 *Nam inter aliquos cauſa decem librarum eſſet magna, & inter alios cauſa centum Florenorum eſſet parua.*

66 *Monitoria ſpecialia contra certas perſonas pro minori ſumma concedi ſolent.*

67 *Excommunicatio generalis lata in ſcientes furtum, & non reuelantes, non obligat eum, qui aliquid accepit ſine ſcandalo in recompenſam certi debiti liquidi ſibi ex iuſtitia, quod alio modo non poterat recuperare, nec etiã obligat id ſcientes, modo pro comperto habeant pro debito legali res illas fuiſſe ſubtractas: ſecus tamen ſi dubitarent licet ſubripiens id affirmet, niſi tanta fide & virtute apud eos polleret, vt merito propter eius dictum certã efficerentur: quod procedit, etiamſi Epiſcopus iuberet reuelare eos, qui rem illam pro recuperatione ſui debiti acceperint, quia huiuſmodi monitoria continerent errorem intolerabilem; ac proinde non valerent, vt in nu. 68. Ampliatur in vxore aliquid ſurripiente de bonis mariti præd. modo, nu. 69. vbi quod debet cauere, ne iterum ſibi debitum ſoluatur.*

70 *Vxor poterit occulte & ſine ſcandalo de bonis mariti ſoluere debitum ipſius, etiam contra eius voluntatem.*

71 *Reuelare non tenetur admonitorias, qui aliquid audiuit à leuibus perſonis non fide dignis, vt hic.*

72 *Excuſatur à reuelatione facienda aliquid ſciens, ſi is à quo ſciuit, denuntiet.*

73 *Reuelare quis non tenetur peccatum ſecretum, ſi reus eſt omnino emendatus, vel cum correctione fraterna ſperatur emendatio.*

75 *Edicta quæ leguntur in viſitationib. circa peccata manifeſtanda, intelliguntur de publicis, non vero de occultis,*

76 *Monitoriis criminoſis reſpondendum non eſt: nec quando præceſſit pactum in contrarium, vt in nu. 77.*

78 *Excommunicatio regulatur ab intentione excommunicatoris: idem eſt in excommunicatione generali, n. 79.*

80 *Monitoria generales intelligi debent ciuili modo, ita quod non quis arctetur ad impoſſibile: & excommunicatio fieri non debet pro debito contra eum, qui ſoluere non poteſt, nu. 81.*

82 *Praxis monitoriarum, & numeris ſeq.*

84 *Iudex Eccleſiaſt. tenetur remittere laicum exeuntem ad monitorias, & allegantem rem tenere iuſto titulo, ad ſuum iudicem, ſi hoc petatur: cognoſcit tamen iudex Eccleſiaſt. an legitime propalauerit, vel non, n. 85. & ſeq.*

90 *Praxis procedendi in denũtiatione Euangelica, & n. ſeq.*

92 *Diœceſanus ex officio ſuo debet denuntiare excommunicatum nominatim, & eum facere euitare, quando ſibi conſtat, & nu. ſeq.*

94 *Vnus teſtis quamuis ſufficiat quantum ad excommunicationem in genere, ſecus tamen eſt quantum ad excommunicationem in ſpecie & nominatim.*

---

## CAPVT XI.

### De monitoriis generalibus earumque praxi.

EPiſcopus † ad inſtantiam cuiuſcunque potentis po- 1
teſt concedere monitorias generales (vulgo, *Car-*
*tas generales de deſcommunion dichas*) contra detinentes
res ſuas, vt niſi eas reſtituant intra certum tempus in
eiſdẽ literis aſſignatum, ſint excõmunicati, & etiã con-
tra ſcient vbi vel apud quam perſonam tales res nunc
ſint, vt id propalare debeant, *iuxta gloſ.* 1. Bart. Bal. Ang.
& cæteros communiter Doct. *in l. ciuile, C. de furt.* tex. *in*
*c. qui cum fure, de furt.* vbi Abb. *n.* 2. dicit per illum text.
iuſtificari poſſe ſententias Epiſcoporum, qui quotidie
ſubditos ſuos conſcios furti admonent, vt debeant re-
uelare, & non reuelantes excommunicant. Steph. Aufr.
*in addit. ad Clem.* 1. *de off. ord. & in tract. de poteſt. Eccl. ſu-*
*per ſæculares, verſ.* 8. *incip. pro quolibet damno, n.* 53. *vol.* 14.
*tract. diuerſ.* Doct. *fol.* 404. Rota *in nou. deciſ.* 19. *de dolo &*
*contum. alias* 444. *incip. extra* Rotam. *fol.* 64. Bal. *in c. ſi ſa-*
*cerdos, ſtatim in prin. de off. ord. gl. in Clem. diſpendioſam, in*
*verb. præmon. de iud. vbi* Card. Imol. Anch. *& alij notant,*
*formamque ponunt:* ſequitur plures referens Io. de Neui-
zan. *in ſua* Sylua *nupt. lib.* 3. 28. *volu.* 6. *tract. diuerſ.* Doct.
*fol.* 58. vbi *in* 58. iure idem probat, nempe ratione pec-
cati, de quo ſolus Eccleſiaſticus cognoſcere poteſt, *vt in*
*c. nouit, de iud. idem latiſſime iure probat* Steph. Aufr. *vbi*
*ſupra in d. tract. de poteſt. Eccleſiaſt. ſuper laicis, &c. nu.* 53.
*d. vol.* 14. *tract. fol.* 404. *ſequitur* Bernar. Diaz. *in reg.* 243.
Quod hodie ſacrum Concil. Trid. approbauit in ſeſſ.
25. *c.* 3. *de reform.* ſalutiferam in his monitoriis formam
ſeruandam præſcribens in hunc ſane modum.

2 *Quapropter † excommunicationes illæ, quæ monitionibus*
*præmiſſis, ad finem reuelationis, vt aiunt, aut pro perditis ſeu*
*ſubtractis rebus ferri ſolent, à nemine prorſus, præterquam*
*Epiſcopo decernantur, & tunc non alias, quã ex re non vul-*
3 *gari, cauſaq; diligenter ac magna maturitate per Epiſcopũ*
*examinata, quæ eius animum moueat, nec ad eas decernẽdas*
*cuiuſuis ſæcularis, etiam magiſtratus auctoritate adduca-*
*tur, ſed totum hoc in eius arbitrio & conſcientia ſit poſitum,*
*quando ipſe pro re, perſona aut tempore eas decernendas eſſe*
4 *iudicauerit:* Solus itaq; Epiſcopus poteſt decernere hu-
iuſmodi excõmunicationes generales, † vt ibidem ca-
uetur, quaſi alij iudices inferiores eas ferre minime
poſſint. Nuntius autem Apoſtolicus Legatus à latere
ad prouinciam miſſus, † vt ibi euellat & diſſipet, ædifi-
5 cet atq; plantet, cum ſit ordinarius ordinariamque iu-
riſdictionem habeat in prouincia ſibi commiſſa † vnde
per mortem Papæ mittentis non exſpirat eius officium,
*vt in c.* 2. *in c. legatos, &* ibi *gl. pen. & communiter* Doct. *de*
*off. leg.* 6. Gundiſ. à Villadieg. *in tract. de legat.* 1. *par. quæ-*
*ſtion.* 16. *num.* 12. *volum.* 14. *tractat. fol.* 165. poterit iure
optimo huiuſmodi literas monitorias generales decer-
6 nere. Sic † etiam legatus poteſt diſpenſare in omnibus
caſibus, in quibus Epiſcopus ſiue Archiepiſcopus, ſiue
Patriarcha, vel quilibet ordinarius ſuæ prouinciæ, quia
ipſe ordinarius eſt in ea, vtpote vices Domini Papæ ge-
rens, & pleniſſimam & maiorem poſt principem in ea
habet poteſtatem, *vt inquit Specul. in tit. de legat. §. conſe-*
7 *quenter, in prin. ſequitur* Villadieg. *vbi ſup. q.* 14. *in princ.*
Imo omnia videtur poſſe, † quæ Papa ſibi ſpecialiter
non reſeruauit, quia vices eius gerit, *c. cum venerabilis, de*
*conſuet. c.* 1. *de off. legat. & ibi* Abb. *in vlt. notab. Specu. in*
*tit. de leg. §. nunc oſtendendũ, in verſ. legatus,* & eſt imago
ipſius Principis, *vt in c. volentes, de off. leg. vt late pluri-*
*ma congerens in propoſito tradit* Nicol. Boer. *in tract. de*
*poteſt. lega. à latere, n.* 16. *& aliquib. ſeqq. & iterum, n.* 65.
*& ſeq. eod. vol.* 14. *tract.* Nil mirũ ergo ſi Nuntius Apo-
ſtolicus legatus ſedis Apoſtolicæ poſſit; imo recte poteſt
præd. monitorias generales decernere, prout quotidie
eas concedit atque decernit per totam ſuam prouin-
ciam, rem committendo Epiſcopo, ipſiuſque prouiſori
ſeu officiali diœceſis, vt ſi rematurius conſiderata iuxta
decretum ſacri Concil. Trid. ſuperius præinſertum, du-
xerit concedendas, eas decernat cum aſſignatione ali-
cuius termini, intra quem ſub pœna excommunicatio-
nis Apoſtolicæ reueletur quod prætenditur, & ita vide-
mus fieri ſæpiſſime, eſtque hoc indubium.
8 Quinimo, † & Prouiſor ſeu Vicarius generalis cu-
iuſcunque Epiſcopi ſiue Archiepiſcopi, cum habeat
generale mandatum, ſitque ordinarius diœceſis, ordi-
nariamq; exerceat iuriſdictionem, poterit præd. moni-
torias generales concedere atq; cenſuras decernere, *vt*
*in terminis tenet Sylua nupt.* & Bernar. Diaz. *vbi ſup.* Nec
enim hunc meo iudicio excludere ab hac facultate, &
poteſtate voluit Concil. Trid. in verbis *ſupra* relatis, dũ
diſpoſuit, à nemine prorſus, præterquam ab Epiſcopo
eas decernendas, cum ipſius hic generalis vicarius ha-
beat eandem poteſtatem in iuriſdictionalibus ſibi ab
Epiſcopo conceſſam: ſed vt paulo ante dicebamus, in-
feriores ab Epiſc. voluit ſacr. Concil. in hoc excludere,
Poterit igitur prouiſor vel vicarius generalis Epiſcopi,
has monitorias concedere & ita praxi præceptum eſt.
Hoc tamen in hunc modum interpretati ſunt Illu-
ſtriſſimi Cardinales ad declarationem dubiorum de-
cretorum Conc. Trid. deputati à ſede Apoſtolica: *Vica-*
*rius generalis, & ad id facultatem habens ab Epiſcopo, po-*
*teſt ſine prauia cognitione facti ab ipſomet Epiſcopo excõ-*
*municationes ad finem reuelationis pro rebus deperditis de-*
*cernere, dum tamen ipſe Vicarius cauſæ cognitionem adhi-*
*beat;* vt deduxi ex quodam ſumpto declarationum om-
nium eorundẽ Card. quarũ hæc eſt *n.* 12. ſic requiritur,
vt habeat Vicarius ad hoc ſpeciale ab Epiſcopo man-
datum, niſi verba illa *Et ad id facultatem habens, &c.* re-
ferantur ad facultatem vicariatus generalem. Sed † & 9
prouiſores ac Vicarij, officialeſq; generales à capitulo
Eccleſiaſtico ſede Epiſcopali vel Archiepiſcopali & ſi-
milibus vacante, rite deputati cum plena, omnimoda,
& libera † poteſtate eas concedere poterunt: quia regu- 10
la affirmatiua eſt vera & cõmunis, quod capitulum ſede
vacante ſuccedit generaliter in iuriſdictione Prælati
ſui, & etiam in adminiſtratione temporalium & ſpiri-
tualium, & habet iuriſdictionẽ ordinariam à iure con-
muni, poteſtque iudices dare ac conſtituere, & omnia,
quæ in iuriſdictionem pertinent, expedire, vt latiſſime
plures allegans iure probat Ioa. Franciſc. de Pauino *in*
*tract. de off. & poteſt. capit. ſede vacant, q.* 1. *&* 2. 1. *partis*
*princ. vol.* 15. *tract. diuerſ.* Doct. *fol.* 172. *& ſeq.* Id quod
hodie probauit ſanct. Conc. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reform. c.* 16.
præcipiens, quod capitulũ ſede vacante officialem ſeu
vicarium infra octo dies poſt mortem Epiſcopi conſti-
tuere vel exſiſtentem confirmare omnino teneatur, qui
ſaltem in iure canonico ſit Doctor vel Licentiatus, vel
alias, quantũ fieri poterit, idoneus: Ergo cum prouiſo-
res ſede vacante à capitulo rite deputati habeant atque
ſuccedant in omni iuriſdictione & adminiſtratione ſpi-
ritualium & temporalium Epiſcopi, totumq; Epiſcopa-
tum gubernent atq; regant, ac proinde Proepiſcopi re-
cte dici valeant, conſequens eſt, vt prædictas monito-
rias atq; cenſuras generales decernere poſſint, ſicut ipſi
Epiſcopi, cũ hoc ad claues ſpectet, in quib. abſque dubio
ſuccedit capitulũ ſede vacante: proinde indubium eſt,
quod prædiximus, præmaxime ſi in mãdato capituli id
exprimatur: quod ſi expreſſe denegetur vel reſtringa-
tur ad alia, reſeruando cætera ipſi capitulo, aliud erit
dicẽdum: & ita cum iure cõmuni concordat praxis mo-
derna, vt noſtris temporib. videmus, decernentes ſæpiſ-
ſime prædictas monitorias in præd. officio Proepiſcopi,
quod licet immeriti nunc exercemus plus quam anno
elapſo in hoc Epiſcopatu Ciuitatenſ. ſede ipſius Epi-
ſcopali vacante, deputatione eiuſdem capituli
Summe tamẽ controuerſum eſt apud vtriuſque iuris
interpretes; *An Epiſcopus eiuſq; vicarius generalis poſſint*
*prædictas monitorias generales cõcedere, non ſolũ cõtra ſciẽ-*
*tes, vt debeant propalare ſeu indicare rẽ vbi nunc eſt, eumq;*
*qui eam detinet, ſed etiam debeant indicare & propalare fu-*
*rẽ, qui talem rem ſurripuit:* Legiſtæ enim magis cõmuni- 11
ter probant, † teneri quem indicare furẽ, quando iudex
ex officio ſuo procedit conſiſtente in ſemetipſo, quod

 habet

habet;*vt debeat purgare pronunciam malis hominibus* : ſe-
cus autẽ eſſe,quando procederet ad inſtãtiam partis,ſeu
ex officio conſiſtente in parte , quia tunc non tenetur
quis indicare furem : Quare priori caſu recte facit Epi-
ſcopus,decernens cenſuras generales contra non reue-
lantes furem ſiue furtũ,vt praxis cõmunis hodierna ha-
bet:in ſecundo vero caſu ſecundũ.Legiſtas minime:*quod
probant ex l.4.§.ſi tibi iudicium,ff.de condict.ob turp.cauſ.
& in l.ſolent.ff.de præſcript.verb.* vbi probatur,repeti non
poſſe quod datum eſt à parte ob indicandum furem vel
ſeruum fugitiuum,quia non turpiter acceptum eſt,imo
ex pactione & conuentione poſſe peti,actionemque in
id exigendum dari:ergo non tenetur quis neceſſario &
præciſe legis præcepto ad inſtantiam partis gratis indi-
care furem,alias non poſſet aliquid ob id recipere abſq;
turpitudine atque proinde ad reſtitutionem teneretur,
iuxta gl.*in d.§.ſi tibi iudicium,verb.repeti*,vbi id in pro-
priis terminis notat,quæ ſingularis eſt ſecund.Iaſ.*ibi*,&
Bald.*in c.ſuper eo, de tranſact.* tradit late bene declarans
D.Couar.*in reg.peccatum,2.part.§.3,n.6.de reg.iur.in 6.*
quamuis ſaltem charitatis præcepto teneatur quis furẽ
atq; ſeruum fugitiuum indicare, vt communi omnium
conſenſu adnotatum eſt *in c.qui cum fure,de furt.& in c.
dilectus,de exceſ.prал.*& ita hanc partem priorem tenent
Bart.& communiter Doct.*in d.l.ciuile, C.de furt.& in d.
§.ſi tibi ind.* damnantes contrariam ſentẽtiam Canoni-
ſtarum , *de qua in* ſed præd. Legiſtarum opin. videntur
ſequi Abb.*in d.c.dilectus,n.1.de exceſ.pral.* Anania poſt.
12 Ant.de But.& Card.Floren.*in d.c.qui † cum fure,col.pen.*
Card.Alex.*in c.nerui,13. diſt.col 3.& in c.quidam ex his,
col fin.1.q.1.* & inquit D.à Sot.*de ration.tegen.& deteg.
ſecret.memb.2.q.6.pag fin.*quod ſolent officiales excom-
municare in genere eos , qui occulte iniuriam irroga-
runt aut dederunt damnum, puta eos,qui occulte fur-
tum fecerunt, aut fuſte aut gladio percuſſerunt : & ne-
ſcio profecto an plus nimio extendant in modo hanc
poteſtatem, inquit ille:nam quamuis id iure liceat,de-
beret tamen fieri in primis , quando damna aut iniuriæ
grauiſſima ſunt , vt puta pro bonis Eccleſiæ ; & deinde
deberet admoneri in literis excommunicatoriis ,quod
excommunicatio ſolum fertur , vt reſtitutio fiat damni
& iniuriæ , alias multi decipiuntur putantes , quod te-
nentur manifeſtare huiuſmodi malefactores , vt pu-
niantur , cum ſolum teneamur malefactores reſtituere
& ſcientes admonere illos , vt reſtituant , quod ſi no-
luerint, debent manifeſtare illis, qui poſſint prodeſſe,
& non obeſſe : Nam inquirere punitionis gratia non
poſſunt niſi illis,qui laborant infamia aut indiciis Nec
obſtat *d.c.qui cum fure*, quia ſecundum Legiſtas loqui-
tur ſolum de re furtiua indicanda , & propterea non-
nulli eorum adducunt illud vulgare exemplum S.Fran-
ciſci, qui interrogatus verum homicida inde tranſiue-
rat,vſus verbis æquiuocis immittendo manus in mani-
cas,reſpondit ; Non tranſiuit huc.

13 Rurſus, † Canoniſtæ antiqui tenent indiſtincte con-
trarium,imo quod quãuis de iure ciuili quis non tenea-
tur indicare furẽ, *vt ſup.in 1.opin.* iure tamen canonico
ad id teneatur,vt referunt Alb.& Iaſ *in d.l.4.§.ſi tibi in-
dicium,fallen.1.ff.de cond.ob turp. cauſ.*Bertach.*ſimplici-
ter in tract.de Epiſc.2.par.l.4.q.7.n.39.vol.2.tract.diuerſ.
doct.fol.163.gl.per tex.*ibi,*in d.c qui cum fure,verb.nõ in-
dicat, de furt.& ibi* Abb.Rom.*ſing.785.*& quod quando
res aliter Domino reſtitui non poteſt,teneatur quis furẽ
indicare priuato(vt in propoſito, quia tunc dãtur mo-
nitoriæ huiuſmodi, quãdo aliter nec aliũde probari id
poteſt(tenet Adrian.*in 4 ſent.in tract.de reſtit.c.reſtat in-
quirere,in verſ.ſed contra,fol.*155.ibi, *Credo tamen,&c.*D.
Couar. *in d.regul. peccatum,2. par.§.3. n.5.*& F.Anton. à
Corduba *lib.1 quæſt.q.43.in 2.dubio,verſ.2.ſi autem, pa-
gin.347.col.1.in princip.*vbi id intelligit,quoties reuela-
tio aut teſtificatio exigitur , vt damnum ſatisfiat parti
læſæ & nullo modo ad punitionem : vt quando ſub ex-
communicatione præcipitur , quod qui furatus eſt ali-
quid,reſtituat intra tot dies,vel qui id ſcit,non ſecus ſu-
periori, vt criminoſus ſic compellatur reſtituere & vel 14
à malo ſtatu vel concubinatu recedere , & huiuſmodi,
quia tunc qui ſcit,etiam ſub ſigillo ſecreti,tenetur tam
contra ſe,quam contra alium , quantumlibet occultum
criminoſum, ſecrete reuelare ei tantum,qui poteſt pro-
deſſe,non obeſſe,modo ſit ille ſuperior , modo non , ſi
credit quod ſine tali reuelatione illi malo aut damno
non prouidebitur ſufficienter , & per illam reuelatio-
nem prouidebitur : alias mortaliter contra charitatem
vel contra iuſtitiam peccabit non reuelando vel non
teſtificando, & illam excommunicationem incidet , &
tenebitur reſarcire damnum damnificato , ſi quis ideo
rem ſuam , vel damni ſatisfactionem non habuit , quia
ad d. præceptum eius ſpeciale , vel generale noluit ille
teſtificari vel occultum crimen reuelare, vt peccator il-
le à ſuo malo ſtatu recederet vel proximo ſatis de-
bita fieret ſatisfactio:ſecus ſi criminoſus emendatus eſt
iam, vel ſatis credibile & certum eſt,quod ſecretã mo-
nitionem , vel alio modo cum minori detrimento ille
emendabitur , vt latius *ibi* per eum, vbi bene declarat,
& in terminis,quod contra ſcientes furem poſſint con-
cedi monitoriæ prædictæ, vt eum indicent ſiue propa-
lent, & ſi id non faciant, poſſint excommunicari,tenet
Abb.*in d.c dilectus,1. notab.de exceſſ.pral.& alij Canoni-
ſtæ*:ſed & nonnullos Theologos hanc partem ſenentes
refert Cordub.*vbi ſup.in verſ.contra ſuprad.p.348 in fi-
ne,& pag.ſeq.in prin.*vbi inquit,quod ſic ſe habet practi-
ca Eccleſiæ,& reuera hæc ſecunda pars verior & tenen-
da eſt:tum ex fundamentis ſtatim faciendis:tum etiam,
quia vt videlicet Abbas *vbi ſup.* Cord. & alij plures af-
firmant *infra* referendi,& nos quotidie videmus,praxis
Eccleſiæ habet , vt monitoriæ generales cum cenſuris
decernantur contra ſcientes furẽ & non reuelantes : id-
que adeo eſt obſeruatum in Eccleſia,vt minime ſit mu-
tãdum,*arg l.minime,ff.de legib.cum ſimilib.* Quod præci-
pue procedit,quando crimen vel factum eſt notorium,
& patrator occultus,in quo omnes concordant ſecun-
dum Cordub.*vbi ſup.*& probat idem Cordub.*in d.tract.
De caſos de conciencia d.qu.4.in prin.*

Et primo,hæc ſententia probatur *in d.c.qui cum fure*,
cũ verba ſunt hæc;[Qui cum fure partitur,occidit ani-
mam ſuam:non fur ſolum,ſed ille reus tenetur,qui fur-
ti conſcius,quærente poſſeſſore,non indicat], & ibi *gl.
fi.* expreſſe notat, & vt prædiximus,hanc partem tenet:
Ecce enim text. vbi etiam ad inſtantiam partis tenetur
quis furem indicare. Nec obſtat reſponſio Legiſtarum
dicentium , tex. illum loqui tantum de re furtiua indi-
canda,non vero de vero:Nam ex mente & generalitate
illius tex. verius intelligitur loqui etiam de fure, prout
intelligunt gl. *ibi*,& Canoniſtæ antiqui.

Secundo , † eadem ſententia probatur per locum ab 15
ſpeciali *in d. c. dilectus , de exceſſib. prælat.* vbi ſacerdos
etiam ad ſatisfaciendum damnum paſſo compelli non
poteſt ad reuelandum furem, qui ſibi id in pœnitentia
confeſſus fuit:quia,vt inquit tex.pernicioſum eſſet Preſ-
byterum ſibi taliter credita reuelare,ac ad id cogi,quod
non rapuit , exſoluendum : Ergo quoties extra confeſ-
ſionem in pœnitentia aliquis agnouit furem , poteſt
cogi vt eum indicet ad ſatisfaciendum damnum parti
læſæ , & ibi Panormit,*notab.1.*dicit,illum tex eſſe me-
liorem de iure ad hoc.

Tertio, † pro hac eadem parte eſt optimus text.*in c.* 16
*ſi ſacerdos,de off.ordin.*vbi expreſſim cauetur,quod ad pe-
titionem partis læſæ poteſt iudex auctorem damni oc-
cultum generaliter excommunicare:quinimo probatur
*ibi*,quod ordinarius, qui ſcit,nõ vt iudex vel homo,ſed
vt



vt Deus,nempe in confeſſione Sacramentali,ſubditum
eſſe criminis reum, poteſt eum indeterminate arguere.
Non ergo poterit eum nominatim,ſed in genere à cõ-
munione remouere , quia nec Chriſtus Iudam à com-
munione remouit.Quarto,probatur ratione:quoniam
quilibet tenetur ſuo ſuperiori obedire in iis , quæ ille
poteſt præcipere, & quomodo poteſt præcipere:ſed in
caſu præd.ſuperiori poteſt inquirere & præcipere , vt
ſubditi criminoſum reuelent vti nouerunt.Quod patet
quia Eccleſia poteſt procedere ſuper occulta per acci-
dens, ſi per ſe, aut de ſe manifeſta ſunt , vt ſunt actus
exteriores , quantumlibet occulti ex defectu teſtium
vel probationis,alias enim nunquam procedere poſſet
quod abſit, ſecund.Caiet.ſecunda ſecund.*q.11.art.3.&
4.* & communiter Dd. vt affirmat Cord. *vbi ſup.* Recte
igitur ex omnib.ſuprad. iure conuincitur,poſſe decerni
monitorias generales cum cenſuris aduerſus ſcientes
furem , & non reuelantes atque indicantes.

Quinto & vltimo,quia differentia Legiſtarũ ſuprad.
in prima opinione inter iudicem procedentem ex me-
ro officio ſuo , vt tunc decernere poſſit prædictas mo-
17 nitorias , & procedentem † ad inſtantiam partis, vt id
non poſſit,inanis atque ſine effectu videtur:quia iudex
requiſitus omnino tenetur impartiri officium ſuum ,
etiam nobile, conſiſtens in ipſomet iudice , vt docet
Bart.*in l.1.n.12.ff.de iuriſd.omn. iudic.* maxime in iſtis
monitoriis ratione peccati , in quibus officium iudicis
exuberat,ſecund.Cardin.*in Clem.diſpendioſam,q.23. de
iud.* Et licet pars accuſet , dicitur nihilominus iudex
præcedere ex mero officio nobili , & accuſans dicitur
ſtimulus inſtigans iudicem,vt volunt Caccialup.Lanc.
& Claud.*in l.imperium,col. 4.ff. de iuriſd omn.iudic.*&
ibi Riminald.Curtius Iun.& Gaſpar. Velaſ.vbi omnes
teſtantur , opin.Bart.*ibi* hoc tenentis eſſe magis com-
munem,quam *ibi* late probat Alex.vt refert Sylu.Nu-
ptial.*vbi ſup.n.31.* Non igitur eſt curandum , an diœ-
ceſanus,cuius officium humiliter imploratur , conce-
dat tales monitorias generales contra ſcientes , ex eius
officio,an alias ad inſtantiã partis, poſtquã huic diffe-
rentiæ vnico verbo poteſt imponi remedium. Ex quo
per officium nobile poterunt cogi ſcientes furem pro-
palare,etiam ſecund.leges,*vt in d.§.ſi tibi iudicium*,& il-
lud iudex tenetur impartiri vt eſt prædict. maximeque
18 hoc † procedit in foro Eccleſiæ, in quo non ſeruantur
tot apices iuris,*vt in c.dilecti,vbi gloſſ.1.ad finem de iud.
Iaſ.in §.item ſi quis in fraudem,col.18.verſ.4.limitatur,n.*
19 *78.Inſtit.de action.*Quod ſi † adhuc inſtes,quod proprie
loquendo,iudex dicitur procedere ex officio ſuo puro
& mero,quando nemo petit ſeu defert,ſecund.Abb.*in
c.qualiter & quando,el.2.de accuſ.col. antepen. verſ.nota
ergo ex præd.nu.21.Capol.conſil.66. incip. decreuit , circa
fin.Prapoſitus in c.de accuſatione,2.quæſt.8.col.40.*vbi e-
numerat nouem differentias ; *An iudex inquirat ex of-
ficio, an ad inſtigationem alterius.* Attamen negari non
poteſt , quin iure ſaltem canonico hæc noſtra ſecunda
pars perſpicue probetur atque tenenda ſit,quicquid de
iure ciuili alij contrariũ contendant:& ita merito hanc
vltra *ſupr* relatos probauit Ioan. Neuiz. *vbi ſupra à nu.
30.cum ſequen.*vbi dicit,quod eam opin.ſeruat conſue-
tudo diœceſanorum & ſtylus curiæ Romanæ,in qua eſt
vberrimus fons Canoniſtarum & Nauar. contra Sot
*vbi ſup.in Manual.c.18.n. 40.* dicens , quod conſuetu-
do generalis Eccleſiæ obſeruat contrarium eius , quod
Sot.*vbi ſupr.*aſſerebat,& ſic noſtram ſententiam,quam
*ibidem* Nauar & iterum *in cap.17.nu. 134. & ſequent. &
c.25.n.46.Manualis Hiſpani*, & latius *in c. inter verba,*
20 *11.quæſt.3.concl.6.n.581.*& ante eum † Sot.*vbi ſup.dict.
col.fin.qu.6. membri 2.de ratione tegend. & deteng.ſecret.*
intelligit ſalua correctione fraterna inducendo reum,
vt mandato Epiſcopi ſatisfaciat,& conſequenter quan-
do ea eſt neceſſaria iuxta Sanctum Thom.*2.2.quæſt.33.
articul 2.ad 2.* communiter receptum,hoc eſt ſi fur aut
læſor ſecreto admonitus noluerit reſtituere,& ſi fur ſa-
tisfecerit, eum manifeſtare non debet,nec etiamſi non
ſatisfaciat , ſi illud probare non poteſt : quia † quando 21
præcipitur,vt qui talem rem ſcit,eam per denuntiatio-
nem manifeſtet , intelligitur de eo , quod quis ſcit &
probare poteſt,vt copioſius dixit idem.Nau.*in d.c. inter
verb.pag.225.& ſeq. & n.778.* niſi quando Prælatus is
eſſet,qui prodeſſe poteſt & non obeſſe,*cap.hoc videtur,
22.qu.5.*ſed ſi admonitus ſatisfacere nollet & admoni-
tor probare poteſt,manifeſtare debet, quia alias excõ-
municationem incurreret , & damnificato , quod ob
ſuum ſilentium recuperare de ſuo omiſerit , reſtituere
tenetur,niſi ob iuſtum metum taceat , ſecund. Ioan.de
Anania *in dict.cap.qui cum fure,de furtis,nu.6.& 8.* Hæc
Nauar,*vbi ſupr.*& ante eum Summa Angelic. *verb. de-
nuntiatio,num.13* Supradicta tamen reſtrictio Nauar.vt
quis non teneatur denuntiare in præd.caſu,*ſi illud pro-
bare non poteſt*,procedere prima facie videbatur,quan-
do quis cogeretur ita denuntiare,vt probet, quia ſi nõ
poteſt probare,non teneretur denuntiare , vt expreſſe
tenet Ant.Cordub.*vbi ſupr. in verſ.quinto quando quis
cogeretur,& in tract.de caſos de conciencia, quæſt.64.in 2.
punct.in verſ.El quinto caſo es*: quaſi innuat,ſecus eſſe,ſi
quis tantum cogetur reuelare quod ſcit , non vero
denuntiare , prout communiter contingit fieri in his
monitoriis de quib.agimus:nihilominus tamen adhuc
in hoc caſu dicendum eſt non teneri reuelare, quia dũ
dicitur *qui ſcit &c.*intelligitur de ſcientia probabili:in
ſecreto † tamen tenetur quis reuelare prælato, vt corri- 22
gat occulte tanquam patri, ſi hoc intendat facere præ-
latus ſecund. Angel.de Clau.*vbi ſup.* & plurimos alle-
gans ita reſoluit Sylu. Nupt.*vbi ſup.n.45.& 46.* dicens
quod ſi iudex in monitorialibus diceret[ quod ſcientes
propalent ſiue probare poſſint,ſiue non]non valerent,
quia continent errorem intolerabilem , niſi adderet,
quod qui nõ poteſt probare,dicat ſibi in ſecreto:& iux-
ta hanc diſtinctionem eſt intelligendus Nauar.*vbi ſup.*
Nemo tamen † tenetur propalare in ſecreto nec in
aperto expenſis ſuis , puta ſi oporteret ire ad vicariũ 24
Epiſcopi vel Romam vel alium,degentem in remotis
partibus adire non poteſt ſine impenſa, vt cum Roſel-
la probat Sylu. Nupt.*vbi ſup.* contra Syluest.& quod
ſi monitoriæ aliter decernantur non ligant.

Illud tamen † de correctione fraterna,vt præcedere 25
debeat in propoſito,non videtur omnino abſolutum,
quia denuntiatio, quæ fit per tales monitorias, dicitur
iudicialis,ad quam non requiritur illa monitio inter te
& ipſum &c.ſecund.Ioan.And & alios *c.nouit, de iud.*
& eſt de mente Tabienæ,*in verb.accuſ.§.14.& in verſ.
inquiſitio, §. 7.* & in propriis terminis ita tenet contra
Sylu. Sylua Nupt. *vbi ſup.n. 46.* Nihilominus tenen-
dum eſt, quod prædiximus ex Nauar. circa correctio-
nem fraternam,vt infra latius *limitat.9.n.73.*aſſeremus
cætera,quæ Nauar.*vbi ſup.*præfatur,vera eſſe exiſtimo.
Quare † ſi ſciens furtum vel aliud , quod præcipitur
reuelari , id facere non poſſet ſine magno detrimento
in perſona,fama aut rebus ſuis,ob hanc iuſtam timo-
rem excuſatur,& ſolum tenetur reuelare,vt commode
poteſt , ſecreto , ſi id etiam ſine tali detrimento facere
poteſt,alias ſecus,nec aliter obligant huiuſmodi præ-
cepta ſuperiorum,nec eorum ligant excommunicatio-
nes ſecund. Ant.à Cordub *vbi ſup.* idem eſſet quando
propalans,ob hoc poneret ſe in aliquo ſcãdalo, vt cum
Formulario prouinciali tenet Neuizan *vbi ſup. nu.47.*
vtrumque alios allegans & ſe alibi ſequitur Nauar. *in
Manual. Hiſpan.c.25.n.50.*& Cordub.*in ſuis caſib con-
ſcient.q.64.vbi ſupra.*

Ex quib. † iam deducitur,quod qui iuſſus ſub pœnis 26
F 4 excom

excommunicationis, non denuntiat impedimentum, quod ſcit ſubeſſe inter volentes contrahere matrimonium, peccat mortaliter, *arg. c. 2. de maior. & obedien.* te-
27 netur + enim illud reuelare ſacerdoti facienti banna, etiamſi ſibi reuelatum ſit, petendo ab eo conſilium, non tamen commiſſo ſecreto, *vt tenet Palud. in 4. diſt. 27. q. 1. in nono caſu, fol. 146. in princ.* Modus autem denuntiandi impedimentum, ſaltem occultum, quod ex peccato naſcitur, eſt, vt prius de illo ſecreto impedimento moneat, vt ab illo matrimonio deſiſtat, & ſi noluerit deſiſtere, denuntiet ſuperiori, aut alteri qui impedire poſſit,
28 quamuis probare non poſſit: quia † ad impediendum matrimonium nondum contractum, iuramento de ipſo contrahendo non interueniente, ſufficit teſtimonium vnius: *vt in c. præterea, el. 2. de ſponſ. & in c. ſuper eo, 2. reſponſ. de teſtib. per eum tex. ita tenet Roman. ſing. 616.* quia agitur de peccato euitando, quod imminet committendum, vt late probat Nauar. *in c. ſacerdos, n. 27. de pœnit. diſtin. 6. & in manual. c. 22. n. 83.* D. Couar. *in 4. de ſponſal. 2. part. c. 6. §. 10. n. 21. aduerſus Maior. in 4. ſenten. diſtinct. 21. quæſt. 2.* qui hunc communem illius text. intellectum ignorauit, reprobato etiam intellectu gloſſ. *in c. præterea, verb. publice confiteri,* exiſtimantis, quod ſi vnus teſtis publice deponeret de prædicto impedimento, non ſufficeret ad impediendum matrimonium, etiam contrahendum: quam communiter reprobari affirmat *ibi* Abb. *n. 7.*

29 Quod ſi † teſtis hoc ſciens ſatis intelligeret, ex ſua denuntiatione magnum ſcandalum ſequuturum, quãuis probare poſſit, etiam mandato ſub excommunicatione ipſo facto, vt nuntiet, exſiſtente, ad denuntiandum non tenetur iuxta Adrian. *in 4. de confeſſ. q. 5. dubio 7. fol. 277. col. 2. verſ. tertio dico, quem refert & ſequitur* Nauar. *vbi ſup. idem latius in repet. c. inter verba, 11. q. 3. n. 633. & ſeq.*

30 Parochus † autem vel alius ſacerdos, de ipſius vel ordinarij licentia celebraturus contractum matrimonij inter aliquos, ſciens votum ſimplex emiſſum ab altero eorum, an poſſit aſſiſtere huiuſmodi matrimonio eoſque coniungere, vel potius debeat eos repellere, videndus eſt omnino late id diſſerens per concluſiones Alf. à Veracruc. *in append. ad Spec. coniug. ad artic. 15. primæ partis de impedimento voti ſimplicis.*

31 Illud autem † quod modo prædiximus iuxta communem intellectum tex. *in d. c. præterea, el. 2.* vt vnus nẽpe teſtis de impedimento matrimonij deponens de auditu, ſufficiat ad ipſum contrahendum impediendum, intelligendum ſane eſt, quoties dictus teſtis cum iuramento aſſereret illud impedimentum certo ſcire: alio-
32 qui † teſtis vnus, etiam iuratus, de auditu teſtimonium præbens coniugium non impediret, etiamſi cum eo alter abſque iuramento de certo ſcientia teſtaretur: *tex. ſingularis, vbi notat* Abb. *nu. 2. in c. 1. de conſang. & affin.* ſequitur D. Couar. *vbi ſupr. in verſ. quibus omnibus, &c.* ex eo deducens, maiorem fidem ſoli famæ exhibendã eſſe hac in re, quam prædictis duobus teſtibus, quandoquidem hi non ſufficiunt ad impediendum matrimonium contrahendum, vt eſt prædictum: Et + tamen
33 ſola fama impedimenti duobus ſaltem teſtibus probata, abſque alia impedimenti probatione, ad id ſufficit, *iuxta tex. in c. ſuper eo, de ſanguin. & affinit. quem ibi* Abb. *& cæteri doct. notant*: idem Abb. *in c. ſuper eo, de eo qui cogno. conſang. vxoris ſuæ, & ad hoc dicit illum text. ſingularem Roman. ſingul. 616. Decius in c. 1. col. 3. n. 15. de appellat.*

34 Vnus + tamen teſtis de auditu ad impediendum matrimonium contrahendum ſufficit, ſi circa impedimentum affinitatis teſtificetur iuxta formam à canonibus expreſſam *in c. licet ex quadam, de teſtibus. vbi* Felin. *col. 1. & text. in c. tua nos, de conſanguin. & affin.* vbi Abbas & Præpoſi. hoc ipſum explicant: nam is ſolus teſtis ſufficeret ad impediendum matrimonium nondum contractum, ſecund. Couar. *vbi ſup. ad fin. d. n. 21.* ita limitantem atque reſtringentem quod prædixerat de vno teſte cum iuramento deponente de auditu, vt non ſufficiat ad impediendum matrimonium contrahendum etiamſi cum eo alter abſque iuramento de certa ſcientia teſtificetur: vt hoc non procedat, ſi teſtis de auditu etiã ſolus deponat de impedimento conſanguinitatis, iuxta formam dictorum iurium, quæ in matrimonio ſeparando præcipue eſt, vt teſtes per ordinem diſtinguant ſingulos gradus clara computatione ab vtroque latere nominibus propriis vel æquipollentib. indiciis deſignando perſonas, & cum ſuo iuramento concludentes ſe accepiſſe à ſuis maioribus, quod deponunt & credere ita eſſe, & ſe vidiſſe perſonas, vel in vno præd. graduũ conſtitutas pro conſanguineis ſe habere: Ad impediendum igitur matrimonium contrahendum ſufficit vnus teſtis de auditu deponens, iuxta formam d. cap. ſecund. Couar. *vbi ſup.* cum hoc caſu ceſſat ratio *d. c. licet ex quadam, in fin.* quod de matrimonio iam contracto ſeperando agit, quoties teſtes non deponunt iuxta formam *ibi* præſcriptam: quia tolerabilius eſt, aliquos contra ſtatuta hominum dimittere copulatos, quam coniunctos legitime contra ſtatuta hominum ſeparare, ideo merito tunc duo vel plures teſtes iuxta illam formam deponentes requiruntur. In noſtro vero caſu, cum de matrimonio nondum contracto impediendo agatur, cum tractetur de euitando peccato, ſufficit vnus teſtis de auditu impedimenti, dum tamen is diſtinguat gradus clara computatione ab vtroq; latere iuxta formam d. cap. Ex quibus ſæpiſſime in praxi hunc caſum decidi percipiens parochis, vt ſimilia matrimonia contrahenda minime celebrarent, eo quod vnus teſtis de impedimento de auditu deponebat; deſignando ac diſtinguendo gradus ab ſtirpe clara computatione propriis nominib. vel æquipollentibus indiciis, quouſq; ab Apoſt. ſede contrahere volentes illius impedimẽti diſpenſationem obtinerent. * Et præd. poſt nos refert & *
ſequit. nouiſſ. Maſc. *de prob. conc. 1034. per tatã, 2. tom.* * *

Ex quibus omnibus iam ſatis dilucide conſtat prima ampliatio ad regulam generalem, *quam ſup. in prin. huius capitis poſuimus* nempe licitum eſſe Epiſcopis, cęteriſque locorum ordinariis Eccleſiaſticis decernere monitorias generales, cum cenſuris pro rebus furatis non ſolum reuelandis, ſed etiam pro ipſo fure indicando, iuxta veriorem & in praxi indubie receptiſſimam ſententiam.

Secundo † ſupradicta regula ampliari poteſt, vt pro- 35
cedat, quod poſſint concedi monitorię generales etiam contra teſtes, qui veritatem ſciunt de aliquo negotio, & eorum nomina ignorantem vel alias nolunt deponere ſolet ad hoc allegari *tex. in c. conſtitutis, el. 1. de teſtib. & atteſtat.* & ibi Abb. *in 4. notab.* Verum + text. ille, nec 36
Abb. *ibidem* hoc probant. Loquuntur enim alio caſu, nempe vt excommunicatio generalis ferri poſſit in omnes impedientes teſtes produci in cauſa mota, & ita Abb. ibi *n. 1. in fin.* inquit, *Nota practicam, vt feratur excommunicatio generalis, ex quo ignorantur impedientes: quod diuerſum eſt à noſtra ampliatione.*

Secundo loco, pro eadem ampliatione allegatur tex. qui expreſſus videtur *in c. ad noſtram, 20. de iureiur.* ibi, *Mandamus, quatenus ſub pœna excommunicationis publice in Eccl. proponi facias vel proponas, vt qui ſuper hoc nouerit veritatem, procedat ad teſtimonium proferendum.* Eſt verum, quod Innoc. *ibi n. 1.* tex. illum intelligit, vt ſpecialiter procedat in caſu, quo † loquitur, nempe re- 37
ſtitutionis vſurarum, quando debitor iurauit non repetere, quia tunc licet contra vſurarium procedere in modum inquiſitionis vel denuntiationis, non ſolum Papæ



Papæ, ſed etiam aliis delegatis, niſi forſan forma commiſſionis contradiceret: ſecus vero in aliis criminibus vel in alio caſu: non enim ſuper iuribus ſingularũ perſonarum procedendum eſt inquirendo extra ordinem, ſed intentatis actionibus & ordinario iudicio ſecundũ iura: bene tamen fatetur, quod Epiſcopus contra aliquem, quem ſuſpectum haberet, poſſet inquirere de vſura, ſicut de aliis criminibus, ad imponendum ei pœnitentiã canonicam, ſed non ad vtilitatem vel alicuius priuatæ perſonæ intereſſe conſequendum: de conſanguinitate autẽ nõ eſt dubiũ, quod inquirere poſſit inter coniuges, *vt in c. porro, de diuort. & in c. ſi duo, 35. quæſt.* & idem forte dicendum eſſe affirmat, ſi de alio canonico alias legitimo impedimento inquirere vellet: quem intellectum atque ſententiam Innoc. ſequitur & probat ad literam Laurent. Rodulp. *in tract. de vſur. 2. part. q. 125. n. 7. fol. 137. vol. 16. tract. diuerſ. doct.*

Verior tamen mihi in hoc videtur ſententia & intellectus Abb. *in d. c. ad noſtram, n. 2.* intelligentis d. text. indiſtincte & generaliter in omni cauſa extra vſurariã, de qua in illo tex. inquit enim; *Nota bonam practicam citandi teſtes, quando ignorantur perſonæ, vt fiat generale præceptum ſub excommunic. pœna, vt qui ſuper tali facto nouerint veritatem, compareant ad teſtimonium proferendum:* & quamuis iſte tex loquitur in materia peccati, idem puto dicendum. vbicumq; teſtes compelli poſſunt quia tunc tacere veritatem eſt peccatum mortale, *vt in c. quiſquis, 11. qu. 3. & in c. 1. de crim. falſ.* addens vlterius ex illo tex. quod ratione teſtimonij ferendi poteſt laicus compelli à iudice Eccleſiaſtico: imo amplius credit, quod etiam in cauſa vertente coram iudice ſæculari poterit iudex Eccleſiaſticus ad requiſitionem iudicis ſæcularis hanc ſententiam excommunicationis generaliter & in ſpecie ferre, ſi perſonæ ſciantur: quia ſicut iudex ſæcularis impendit auxilium iudici Eccleſiaſtico ita è contra debet facere Eccleſiaſticus, *vt in c. cum ad verum 96. diſt.* Quam ſententiam & praxim, noſtram ampliationem tenens, ſequitur & probat Sylu. Nupt. *vbi ſup. n. 33. & 34.* Cauſa igitur vſuraria in illo tex. pręcedente iuramento de non repetendis vſuris, fuit facti contingentia, non vero vlla ſpecialitas, cum ratio eiuſdem militet in omni alia vbi eſt materia peccati, ſicut vertitur tacendo veritatem: & ita eſt menti tenenda hęc ſecunda ampliatio ac practica eiuſdem ſecun. Abb. *vbi ſup.* Multi enim, hoc non diſcuſſo, de ea dubitarent cum tamen ſatis iuridica & rationi conſona ſit, vt ex ſuprad. patet: ſicque nil mirũ, ſi diuerſum aſſerat Dom. à Soto *in 4. diſt. 22. q. 1. art. 2 p. 940. col. 2. verſ. 3 ad fi. dicens,* quod nec hoc eſt mos priſcus, nec res forte legitima, ſed humana auaritia bonorum temporalium ſeu dolorum cultrix, iſtarum fuit Eccleſiaſticarum cenſurarum inuentrix, quandoquidem Domin. à Sot. illius tex. nec doctrinæ Abb. *ibi* meminerit.

38 Tertio † ampliatur regula communis, vt poſſint diſcerni monitoriæ contrahabentes vel ſcientes, quis habeat has vel illas ſcripturas, quæ quoquo pacto ad aliorum ius attinet: Nam tunc proferendæ omnino ſunt & ſcientes reuelare tenentur, nec ſufficit, vt qui habet ſe excuſet, dicendo, quod inde vexationem timet, niſi forſan omni dubio procul manifeſtiſſimum ſit, taliter illas ad meum ius conducere, vt nullatenus ad alterius ius confirmandum attineant: vt docet Domin. à Sot. *in 4. diſt. 22. q. 1. art. 2. pag. 640 col 2. verſ. 3. refert & ſequitur* Ant. à Cord. *in ſuo tract. De caſos de conſciencia quæſt. 63.* vbi ſupplet & intelligit Sotum *vbi ſupra*, præterquam ſi iure habeat illas ſcripturas & ex manifeſtatione huiuſmodi maximum damnum & inconueniens, rem iuſte ab antiquo poſſidenti, ſequeretur, vt in exemplo *ibi* ab eo ficto.

Quarto principaliter ſupradicta communis regula ampliatur, vt propter tales monitorias emanatas contra ſcientes, non ſolum quis teneatur indicare alium, ſed etiam ſeipſum, quando de hoc eſſet infamatus vel ſufficienter indiciis affectus, vel quoties contra ipſum adeſt ſemiplena probatio, + hocque illi conſtat, alias 39
ſecus: Nam reus interrogatus de crimine, an illud commiſerit, tunc demum tenetur confiteri atque contra ſe veritatem dicere, quando eſt notorium factum contra eum, vel eſſet infamatus de eo: vel ſemiplene probatum per * vnum teſtem maiorem omne exceptione, depo- *
nente aſſertiue vel per indicia ſufficientia, * alias ſecus, *
quando nulla præcedit infamia, *vt in c. quis aliquando, de pœnit. diſtin. 1.* vbi Beatus Chryſoſtomus ſcriptum reliquit ſuper Epiſt. Pauli ad Hebræos, dicẽs; *Non tibi dico, vt te prodas in publicum, neque apud alios te accuſes: ſed obedire te volo Prophetæ dicenti: Reuela ante Deum viam tuam,* Abb. *in c. 2. in fine, de confeſſ. Summa Angel. verb. confeſſio delicti, in princip. & in verb. inquiſitio, §. penult. & in verb. denuntiatio, §. 13.* Sylu. *in verb. accuſatio, §. 13. teſtatur communem,* Gregor. Natan *in Clemen. ſæpe, §. quia, in 7. col. de verbo ſignific. ſequitur plurimos referens* Sylua *nuptia. vbi ſupra, num. 41. & 42. quod & tenuit Sanct. Thom. 2. 2. quæſtio. 69. art. 1. & 2.* & ibi Caiet. Soto. *de ratione tegend. & deteg. ſecret. in 2 memb. qu. 7. concl. 1. & 2. & de iuſtitia & iur. lib. 5. quæſtio 6. art. 1. & 2. & quæſt. 7.* Nauar. *in Manual. c. 25. n. 35. 36. 43. & 49.* Gregor Lopez *in l. 4. tit. 29. part. 7. in gloſſ. iurar. que diga la verdad, vbi late & optime examinat, atque ita reſoluit* Rodet. Suarez *in l. 4. tit. de las iuras, n. 15. lib. 2. for leg.* Ant. Gom. *3. tom. reſol. c. 12. de probat. delictorum. n. 5.* Bernar. Diaz *in ſua pract. crimina canonica, c. 118.* Eſtque communis opinio doctorum vtriuſque iuris, vt plurimos referens teſtatur Ant. à Cordub. *lib. 1. ſui quæſtionarij qu. 43. fol. 350. col 2. vbi pro hac ſententia allegat d. l. 4. tit. 29. part. 7.* * Et eſt communis omnium doctorum, nemine diſcrepante, præter imperitum vulgus, vt teſtatur bene id probans Salon. *de iuſtit. & iur. ſuper.* Thom. *in 2. 2. q. 69. art. 2. contr. 10. pag. 1563.* & D. Thom. *in ſuprad. eſt communiter receptus, vt teſtatur eum ſequutus nouiſſime* Ludou. Veia *in reſponſ. ad caſus conſcien. caſu 32. & eſt doct. communis, vt teſtatur eam ſequutus* Ludou. Carbo *de reſtitut. quæſt. 31. verſ. 1. concluſio & qu. 51. verſic. primum dictum.*

Idem eſt in † hæretico occulto, qui ſe ipſum prodere 40
non tenetur, nulla præcedente infamia; Cum in generali inquiſitione interrogatur à iudice, vtrum ſciat aliquem hæreticum eſſe, vt recte probat D. Siman. *de inſtit. Cathol. tit. 41. n. 13.* dicens, poſſe reum hoc caſu iuſte celare crimen, aſſerendo, neſcire ſe quis fecit, quia non ſic ſcit, vt dicere teneatur, *c. quis aliquando, de pœnit. diſt. 1,* Chryſoſt. *vbi ſupra hom 31. col. penult. & ad populum Ambioc. homil. 41* Caiet. & Soto, quos *ibi* refert Simancas: quod ſi iuſte interrogetur, ſe ipſum prodere tenetur, *vt cum.* S. Thom. *2. 2. q. 69. & q. 76.* tradit idem Simanc, *vbi ſup. tit. 29. n. 44. in fin.*

Quare † contra ius requiſiti hoc caſu poſſunt ac de- 41
bent quacũque vti amphybologia, quam viſitatus ſermo citra mendaciũ ferre poſſit: Nam ſi talia verba nullatenus ſenſum verum admitterent, mendacium eſſent: quod nullo modo licet ſecund. Soto *de iuſt. & iur. l. 5. q. 6 art. 2. concl. 7 pag 445. col. 1. & de ratione tegẽdi & deteg. ſecret. memb. 3. q. 3 concl. 4.* & D. Couar. *l. 1. var. reſol. c. 2. n. 2.* & Ant. à Cordub. *in ſuo tract. De caſos de conſc. q. 65.* vbi limitat in quibuſdam perſonis, quarum vita periclitaretur, ſi de eis interrogati tenerentur eos propalare. Ergo ita & eodem modo delinquens non tenebitur ſeipſum indicare ſiue reuelare ad monitorias generales, niſi de illo eſſet infamatus vel ſufficienter indiciis affectus, vel ſaltem ſi contra eum eſſet ſemiplena probatio, vt in terminis aduerſus Ambroſ.
de

de Vignate *in d.l.ciuile, C. de furt.reſoluit* Sylu.*nuptia.*
*vbi ſupra. num* 36.*& ſeq.per tres col.&* Cordub.*in tract.*
*De caſos de conſciencia,q.64.in 2.punct. Idem optime d.l.*
*1.qu.dict.qu.43.pag.346.col 2.& pag.347.col.2. in verſ.*
*at vero*,addit, plurimos allegans,quod hoc caſu tenen-
tur alij eum reuelare ad punitionem, etiamſi ille ſit
emendatus,ſi aliter quam per ſigillum ſecreti notus eſt
quinimo licet criminoſus ſic occultus ſit, quod notus
ſit aliis duobus vel tribus teſtibus,qui mecum id vide-
runt,per quos legitime poteſt probari contra illum,&
ex eius punitione maius bonum probabiliter ſperatur,
quam ſit eius punitionis nocumentum,licet nõ teneat
illum reuelare,licite tamen id poſſum facere ad finẽ &
punitionem vtilem: teneor tamen idem facere,ſi ſupe-
rior præcipiat generaliter vel ſpecialiter, etiamſi ſit e-
mendatus, ſecund.ipſum *pag.346. col. 2.*
42 Angelus† tamen de Clauaſ.*vbi ſupra d.verb.confeſſio,*
ſuperiorem ſententiam,quæ habet *quod quando quis eſt*
*infamatus de crimine,tenetur propalare,* limitat, quando
ageretur ad aliam pœnam quam ſpiritualem, dicens
eſſe notandum, quia iſtæ monitoriales fiunt,vt pluri-
mum,vt procedatur iudicialiter,*ſecun.eund.in verb.de-*
*nuntiatio,ad fin.*Eandem limitationem refert & ſequi-
tur Sylueſt. *in ſumma verb.confeſſio,1.in princ.in verſ.* 1.
*in iſta qu.*ſeſt vetius eſt contrarium,quia non eſt bona
ratio diuerſitatis, vt in ſpecie affirmat Greg. Lop. *vbi*
*ſupra,verſ.ego qui ratio* &c. *aduerſ.* Sylu. *vbi ſupr. quem*
*refert ,non vero Angelum.*
43 Sed an † ad hoc, vt reus teneatur iudici reſpondere
veritatem legitime interroganti, *vt ſupra* viſum eſt, ſit
neceſſarium,quod iudex ei notificet vel det copiam in-
diciorum,quæ contra eum ſunt?refert in hoc opinio-
nes contrarias Cord.*vbi ſup.d l.1.quæſtionarij,quæſt.*43.
*pag.*550.*col.* 2.*verſ.* ſed vtrum Caietan.nempe Sotum
& Nauar.*vbi ſupra*,& alios multos tenentes partem af-
firmatiuam, Gregorium Lop.*vbi ſup in fin.gloſſ.*& alios
plures tenentes negatiuam, quam etiam probauit F.
Areualus *de correct.fraterna,concluſ.6.propoſition.* 4.5.7.
8.*& 9.* Quæ ſententia negatiua communiter practica-
tur,nempe vt non ſit neceſſarium,quod id reo conſtet,
ſed debeat pro iudice præſumi, quod legitime proce-
dat & interroget,ad hoc, vt eidem teneatur reſponde-
re veritatem, dum de oppoſito non conſtiterit ſuffi-
cienter,vt ſæpiſſime vidi:quamuis duriſſimum hoc vi-
deatur Cordub.*vbi ſup.* qui potius probat ſententiam
priorem affirmatiuam, quando reus dubius eſt, an ſit
infamia aut ſemiplena probatio,vel ſufficientia indicia
contra eum,quia ſibi hoc non conſtat,nec rationabili-
ter conſtare debet,vt tunc quidem non teneatur iudi-
ci reſpondere veritatem,quamuis non debeat mentiri:
nihilominus tenenda eſt negatiua præcedens, quæ in
praxi obſeruatur,nempe,vt in dubio præſumendum ſit
pro iudice interrogante,niſi aliud reo conſtiterit: exi-
44 ſtimo tamen,quod reo poſtulante,debeant† illi edi at-
que legi dicta teſtium,ad hoc vt ſciat, an veritatem fa-
teri teneatur: quod ſi id à iudice denegetur,non quidẽ
* tenebitur reſpondere.* Et in hac ſpecie ſunt intelligẽ-
di Dd. tenentes partem affirmatiuam,quod reo debeat
dari copia indiciorum, ad hoc vt ipſe reſpondere te-
neatur,nempe reo id poſtulante, alias ſecus:& ita pro-
* cedat opinio negatiua contraria & praxis cõmunis. *
Caueat autem iudex ſecund.Gregorium Lop. *vbi ſup.*
45 ne non rite procedat interrogando †reum illicite &
non legitime, quia alias damnaret animam ſuam,nec
eum tunc zelus iuſtitiæ, quo aſſereret ſe moueri, cum
46 excuſaret:Nam vt inquit † Hoſtienſ.quem refert.Abb.
*in c.cum in iuuentute,de purgatione canon.*non debet fieri
aliquid ex ſolo zelo iuſtitiæ,niſi ſubſit iudicium ratio-
nis:quod dicit facere contra religioſos prælatos haben-
tes tantum zelum in puniendis delictis, vt prætermit-
tant ordinem iudiciarium, inquirentes quandoque de
criminibus omnino occultis.
Primo,ſupradicta† communis regula affirmatiua li- 47
mitatur, vt non procedat, quando quis aliquid ſcit ſo-
lum,quia ſibi ſub ſigillo & fide ſecreti dictum eſt,quia
non debet id reuelare vel de eo teſtificari ad finem pu-
nitionis,quia ex quo ſecretum eſt de iure naturæ, non
tenetur quis,etiam ad præceptum ſuperioris,ipſum de-
tegere;Quia fortius eſt ius naturæ quam humanum,*vt*
*in §.ſed naturalia quidem iura*,Inſtit.*de iure natu.gent.&*
*ciuil.ita* Scotus & Theologi *in 4.ſententiarum diſt.* 21.
Superior enim præcipere non poteſt, vt quis violet fi-
dem ſecreti contra ius naturale,vt ſecundum Thom.&
communiter Dd.aiunt,Sylueſt. *in verb.confeſſio 3.qu.*2.
*& verb.teſtes,qu.*8.& Nauar.*in ſumma c.*28.*n.*42.48. *&*
49.Adrian.*in 4.de conf.dubio vlt.in fine*,Gabr.*in 4.diſtin.*
*15.q.6.concl.7.* Ant.de Cordub.*d lib.1.qu.43.pag.*346.
*col 1.vbi in verſ.3.ſeq.pag.* hoc limitat, quando † præ- 48
ceptum vel inquiſitio fit,& reuelatio exigitur ad pro-
uidendum malo præſenti vel imminenti ſimul, & ad
criminoſum puniendum, vt communiter fit in crimi-
nibus læſæ maieſtatis diuinæ vel humanæ, & in aliis
criminibus adhuc pendentibus vel imminentibus in
futurum in perniciem vel notabile damnum reipubli-
vel proximi cuiuſcunque,vt ſunt hæreſes,proditiones,
machinationes,latrocinia & homicidia occulte graſſã-
tia, & falſificationes monetæ & alia huiuſmodi: quia
tunc etiam non interrogatus tenetur reuelare ei tan-
tum:qui credit,prodeſſe & non obeſſe, modo ſit ſupe-
rior,modo non,quantum fuerit neceſſarium ad ea ma-
la vel damna ſufficienter præcauendum vel ad reme-
dium adhibendum: idque faciendum eſt cum minori
detrimento ipſius criminoſi, vt poſſibile fuerit, ita vt
neque plus nec minus reueletur, quam ſit neceſſarium
ad præd.mala præcauenda remediumque adhibendum
& quod hoc eſt ita faciendum non obſtante iuramento
& promiſſione quacunque citra ſecretum confeſſionis
Sacramentalis,quod † nullo caſu,etiam ad ſaluandum 49
totum Regnum, reuelandum eſt: Quod etiam tenet
Nauar.*in c.ſacerdos de pœniten.6.diſtin. n.* 166.etiam in
caſu matrimoniali;Nam † neque in ea cogi poterit ſa- 50
cerdos propalare,quæ habuit in confeſſione, vt aduer-
ſus Fel.*in apoſtillis in c.teſtimonium,col.penul.de teſtib.&*
*in c.1.col.1.de excep.*relatum à Iaſ.tenet Neuizanus *vbi*
*ſupra n.*45 Imo nec † etiam confeſſarius debet reue- 51
lare hæreticum ſibi confeſſum nolentem pœnitere,nec
alios prodere quos ſcit hæreticos eſſe, vt reſoluit cum
communi plures allegans D.Simanc.*de inſt. Cathol. tit*
42.*n.*14.aduerſus Alber.aliud tenentem. Eandem am-
pliationem ſequitur Nauar.*in d.c.ſacerdos,6.diſtinct.nu.*
119.*de pœnit* vbi inquit,quod hanc ſententiam probãt
omnes Theologi *diſtinct.*21.And.& Thom.à Vio,quos
refert.Quod ſi † aliquis certo ſciat,illi malo ſufficiẽter 52
eſſe prouiſum,aut quod certe prouidebitur opportune
per illum criminoſum iam vere pœnitentem & damna
reſarcientem,vel per alium quemcunque,vt ad eum fi-
nem efficaciter obtinendum oportet,alio modo quam
per reuelationem,non debet illum criminoſum occul-
tum cum tanto eius detrimento vel ad eius punitionẽ
reuelare,ſecund.Cord.*vbi ſup.*poſt Nauar. *in Manual.*
*Hiſpan.c.25.n.*49.Hęretici autem occulti protinus ſunt
iudicibus Apoſtolicis,hoc eſt,Inquiſitoribus † indicã- 53
di atque deferendi, nulla præcedente correctione fra-
terna,etiamſi fere compertum ſit,quod per ſolam illam
correctionẽ hæreticus reſipiſcet ac nulli nocebit, quia
eidem non eſt fidendum,vt late optimeque probat D.
Simanc.*de inſt.Cath.tit.19.per.n.10.&* 12. Et ſuperiora
vera ſunt & recte procedunt, quamuis Capell. Toloſ.
*qu.240.incip.ſi tres ſocij, &* ibi *additio* & Aretin. *in cap.*
*qualiter & quando,el.1.de accuſ.in fin.*& Felin. *in c. inti-*
*mauit*



*mauit,col.1.de teſtib.& in c.nouit,col.penult.verſ.iuramen-*
*tum,nu.14.de indiciis*, aliud velint,teneri nempe quem
in propoſito tanquam teſtem propalare, quod ſcit,
etiamſi habere per ſecretam reuelationem, vel iuraſſet
non teſtificari vel denuntiare: Hoc namque quoad id,
quod in ſecreto acceperunt,extra cauſam hæreſis aper-
te repugnare videtur iuri naturali, ac proinde non te-
nendum, vt melius exiſtimarunt Theologi communi-
ter vt eſt prædictum, niſi in caſu ſpeciali, cuius *ſupra*
iam meminimus:quoad promiſſionem autem vel iura-
mentum de non teſtificando vel denuntiando, verum
eſt, vt probat Fel. *vbi ſupra* quia eſt contra publicam
vtilitatem occultare tunc veritatem, nec ſumus in ca-
ſu *ſuprad.1. limitationis.*
54 Secundo, eadem † communis regula limitatur, vt
non procedat in coniuge nec in deſcendentib. & aliis
quos enumerat ſumma Ang. *in verb. denuntiatio,nu.*13.
quia ſicut hi non tenentur iuſtificari, ita nec propa-
lare ob tales monitorias: *ſequitur* Neuizan. *vbi ſupra*
*nu.*47.Nauar.*in Manual.c.25.nu.46.& in c inter verba,*
*num.*808. 11.*qu.*3.Cordub.*lib.1. qu.43.pag.548.in verſ.*
*7. & in tract. De caſos de conciencia, qu.64. circa fin. in*
*verſ.El ſeptimo caſo es.*
55 Hoc autem † verum eſſe affirmat Angel. quando ſu-
perior criminaliter vult procedere: ſi autem ciuiliter,
credit ſecus eſſe, quando nullum malum ſibi immine-
ret ex hoc, alias ſecus,quia non teneor cum malo meo
facere bonum proximo temporale, vt expreſſius idem
Angel.refert *verb. familia, nu.*7. Pari ratione excuſatur
56 Vaſall. à propalando contra Dominum, *ſecund.Prepoſi-*
*tum in capit.1.§. Similiter, per illum text.de conſuetud.*
*rect.feud.quem refert & ſequitur* Ioan.à Neuiz.*vbi ſupra.*
57 Quinimo, & † filius patrem hæreticum occultum
accuſare aut iudicibus indicare non tenetur, vt late
probat Alfonſ. Toſtad. *ſuper Deuteronom.13.q.*3. cuius
ſententiam in hoc plurimus comprobat eique vehe-
menter aſſentitur D. Siman.*de inſtit.Cath.tit.29.n.37.&*
*ſeq.* aduerſus Alexand.Alenſ. Henric.Palat. Rub.Caſtr.
Caiet. & Nauar.contrarium exiſtimantes, addens ſen-
tentiam Toſtadi eſſe generaliter veriſſimam. Et quod
quamuis filius non teneatur patrem occultum hæreti-
cum iudicibus indicare, poterit tamen id facere,eoque
magis, ſi pater inſanabilis eſſe videatur, quinimo lau-
dandus eſt filius, qui ardore diuinæ religionis natura-
lem amorem vicerit & affectum hunc vehementiſſimum
ſuperauerit: ſed omnia prius tentare debet, quam pa-
trem ad iudices deferat, duobus caſibus exceptis, in
quibus filius patrem hæreticum prodere debet. Prior
eſt cum filius ab Inquiſitorib. Apoſtolicis iuſte inter-
rogatur. Poſterior, cum patris hæreſis pernicioſa rei-
publicæ ſit, *vt* ibi *per eum*, cuius in hoc dicta vera &
probabilia eſſe videntur.
58 Tertio,communis † regula limitatur in aduocato &
medico, quia hi non tenentur reuelare ſecretum ad
præceptum ſuperioris, ne dicantur præuaricatores, &
proditores cauſæ,*vt tenet* Palud. *in 4.diſt.27.qu.1. in 9.*
*caſu.fol.146. in princ. Et plurimos referens probat* Ne-
uizan. *vbi ſup. num.*47. & bene Nauar.*in Manual. cap.*
25.*num.*42.*&* 46.vbi quod aduocati, confeſſores, me-
dici & alij ſimiles, quibus deteguntur ſecreta litium,
dubiorum & morborum, peccant teſtificando de ſe-
cretis cum eis ſecreto communicatis, niſi aliunde illa
nouerint,vel niſi ſint talia, quæ detecta in aliorum dã-
num non redundarent, nec tunc eſt detegendum ali-
quid vltra neceſſarium, nec quantum eſt neceſſarium
ſi maius ex eo damnum famæ in eum quid detegitur,
quam in damnificatum bonorum redundat,*per latius à*
*ſe tradita in cap.inter verba,pag.233.nu.799. 11. quæſt.3.*
*& breuius in Manual. cap.18. num.*60. idem late probat
F.Anton. de Cordub. *in ſuo tract. De caſos de conciencia*
*quæſt.64. in ſecund.punct.in verſic. El tercero caſo es,* vbi
quod in hac tertia limitatione & caſu concordant com-
muniter Doct. *idem lib.1.quæſt.q.43.pag.548.verſ.3.* lo-
quens etiam in obſtetrice, dicens quod ſuprad. perſo-
næ,etiamſi ſub excommunicatione vel iuramento ſpe-
cialiter cogantur à ſuperiore id,quod ſciunt, reuelare,
peccant mortaliter reuelando & teſtificando, quod per
hanc viam ſolam nouerunt, etiamſi ſciant plenam eſſe
alias probationem vel infamiam contra illum: ſed ſo-
lum dicere poſſunt id, quod alio modo nouerunt vel
audierunt, excipitque quod Nauar.*vbi ſup.* quem *ibi* re-
fert & in aduocato hanc eandem limitationem ſimpli-
citer tenet Auen.*lib.1.cap.2. prætor.num.*25.
Quarto & † præcipua limitatio eſt,vt prædict moni- 59
toriæ generales concedi debeant pro rebus occultis, in
quibus non pateret probatio,niſi per monitorias:ſecus
pro notis;Nam ſi ſciretur,quis talem rem eſſet furatus,
aut alius aduerſarius, contra eum actor in iudicio de-
bet experiri agereque via ordinaria corã iudice com-
petente, ſicut videmus alias, quia vbi fit iudicium con-
tra certam perſonam, debet fieri ſpecialis citatio illius:
vbi autem non apparet certa perſona, tunc ſufficit ci-
tatio per edictum generale, ſecund. Geminian. *in c. fin.*
*de elect.lib.6.ibi* Anch.*ſequitur etiam* Fel.*in c.2 col.5.verſ.*
*circa tertium,n.8 de conſtit.& in terminis noſtris idem pro-*
*bat* D.Sot.*in 4.diſt.22.quæſt.1.art.2.verſ.inter hæc,p.*940.
Et Neuiz. *vbi ſupra, nu.*48. vbi quod ſi feratur excom-
municatio,licet ferri non debuerit,tenebit,*iuxta gl.fin.*
*in fin. in c.1. vt lite non conteſt.* Eandem limitationem
probat Bernard. Diaz *in reg.243.limit* 2. Quæ limitatio
deduci atque probari videtur ex decreto S. Conc.Trid.
*ſeſſ.25.c.3 de reformat.ſuſ.-lleg.* Quare placuit mihi illa
praxis, quam à quodam grauiſſimo Prælato huius Re-
gni introductam agnoui in propoſito, nempe, vt prius
petens ab eo has monitorias generales, iuraret id in iu-
dicio minime deduxiſſe, nec habere probationem ple-
nam aut ſemiplenam eiuſdem rei, & præterea quanti-
tatem notabilem arbitrio ſuo, qua damnificatus erat;
inhærendo verbis præfat. decret. Conc,ibi:*Et tunc non*
*alias,quam ex re non vulgari,cauſaque diligenter ac magna*
*maturitate per Epiſcopum examinata, quæ eius animum*
*moueat*: id quod ipſe in hoc Proepiſcopi officio ſemper
obſeruo, cum à me petuntur dictæ monitoriæ, conſi-
derando tamen circa quantitatem, qualitatem perſo-
narum: in diuitib.enim maiorem exigo damni quan-
titatem, in pauperibus autem minori contentor, quia
reſpectu eorum parua quantitas maxima eſt atque ma-
ior alia grauiori in diuitibus,nunquam tamen eas con- 60
ceſſi pro minori quantitate quam † 20.aureorum, nec à
me petitæ fuerunt, *de quo paulo infra in ſequenti limita-*
*tione.* Vnde inquit Palat.Rub.*in rep.c.per veſtras,§.18.n.*
22.*de don.inter vir.& vxor.fol* 151 quod excõmunicatio
generalis ab homine,lege vel ſtatuto prolata contra fu-
rantes res Eccleſiæ, non arctat eos, qui res paruas & in-
firmas ſubtraxerunt, vt puta candelam vel clauum,&c.
quia cum canones prohibeant excommunicare pro le-
uibus culpis,& excõmunicatio non liget,niſi ex inten-
tione proferentis,non eſt veriſimile,quod iudex volue-
rit excommunicare contra diſpoſitionem iurium præd.
dicit tamen tutius eſſe tenere contra,vt ſtatim dicemus.
Quinto † limitatur, vt monitoriæ generales conce- 61
di non debeant pro re leui,puta pro vna gallina & ſimi-
libus,nec pro canib.qui plus incommodi habent, quam
cõmodi:item nec pro damno leui dato per vnam galli-
nam,quam propterea quis non debet occidere, ſed ca-
pere,ſi poteſt & præſentare iudici: ita in aliis animali-
bus Petrus de Leſnaudier *in tractat.de doct.4.part.q.*81.
Et in ſpecie ita limitat Neuizan. *vbi ſupra num.* 49. *&*
Bernardus Diaz *vbi ſupra, limitation.*3. & probatat late
Domin.à Sot.*in 4.ſenten.diſtinct.22.quæſt.1. art.2. verſ.*
*quo*

quo igitur prima, pag. 939. vbi maxime abhorret vſum
moderuum decernedi frequentes excommunicatio-
nes pro minimis culpis & damnis, pro quibus vix ho-
mo dragma argenti mulctaretur, vt pro minimo furto
vel oleum vel fructuum; cum tamen excommunica-
tio ſit maior pœna, quam habeat Eccleſia, ac proinde
non eſſet imponenda niſi pro maximis peccatis, vt in
cap. corripiantur, 24. quæſt. 3. Nam pro paruis & leuibus
cauſis, nemo à communione eſt ſuſpendendus, præter
eas culpas, pro quibus antiqui Patres arceri ab Eccleſia
iuſſerunt committentes: vt in cap. nullus, 11. qu. 3. Apo-
ſtolus namque Paulus, antequam inceſtuoſum trade-
ret Satanæ, enormitatem criminis exaggerauit dicens:
*Auditur inter vos fornicatio & talis fornicatio, qualis ne-
que inter Gentes & hæreticum*: iubet poſt vnam & ſecun-
dam monitionem vitare: nec ſufficiens eſt quorũdam
iudicum excuſatio ſecundum Sotum dicentium, ſe ſæ-
pe non habere excommunicandi intentionem: Nam
cum ſubditos illa intentio lateat, non excuſantur à pec-
cato, dum contra conſcientiam non obtemperant: &
longe peius eſt, homines in peccatum conijcere, quam
pœnæ ſubijcere excõmunicationis. Præmaxime quam
vt plurimum iudices quando excommunicant pro le-
uibus, habent animum atque intentionem excommu-
candi, prout in dubio præſumitur: quare licet iniuſte id
quidem faciant, quia non debent niſi pro re graui &
enormi peccato, ferre ſententiam excommunicationis
iuxta ſupr. ad. nihilominus tamen, ſi pro quocunq; pec-
cato mortali inobedientiæ feratur, tenet ſecundum
Soto vbi ſupra, eſtque tutius pro animabus, ſecundum
Pala. Rub. vbi ſupra, d. n. 22. Sententia enim paſtoris, ſiue
iuſta, ſiue iniuſta, vel valida eſt atque proinde timenda,
iuxta illud Gregorij Papæ, de quo in c. ſent. paſtoris 11. q.
3. Superiora comprobari poſſunt ex præfato decreto
Concilij Tridentini, ſeſſio. 25. cap. 3 de reformat. in princ.
ibi: *Cum experientia, &c.* & ibi, *Et tunc non alias, quam
ex re non vulgari, &c.* Magna igitur debet eſſe res atque
non parui præiudicij, ad hoc, vt pro ea monitoriæ ge-
nerales concedi debeant: Hoc tamen arbitrio Epiſco-
pi relinquitur, vt expreſſe cauetur in præcitato Conci-
lio, ibi: *Sed totum hoc in eius arbitrio & conſcientia ſit po-
* ſitum, quando ipſe pro re, perſona aut tempore, eas decernen-
das eſſe iudicauerit.* Sic etiam videmus in iure, quod quę
62 dicatur cauſa magna, & quæ parua, † arbitrio iudicis
relinquitur, iuxta crebriorem Doctorum ſententiam,
vt plurimis relatis, eam ſequutus teſtatur Menoch de
arbitr. iud. lib. 2. centur. 1. caſu 27. nu. 10.

63 Quare, † vt paulo ante prædicebamus, aduertere de-
bet hoc caſu Epiſcopus ad perſonas; Reſpectu enim
pauperis non erit vulgaris res, quæ reſpectu diuitis mi-
nima iudicabitur: facilius igitur pro pauperibus con-
cedendæ erunt pro re parua, quã pro diuitibus: Quin-
imo pro iis pro re parua concedi non debent: Nam vt
inquit gloſſ. in l. ſed & ſi ſuſceperit, §. 1. verb. modica, ff. de
64 iudic. modicum † dicitur reſpectu perſonarum: Et po-
nit, exemplum in Regina Matthilda dicente: *Aliquan-
tulum terræ dono illi Eccleſ. quæ tamen in triginta milliaria
extendebatur.* quæ gl. eſt communiter approbata, vt te-
ſtatur Palat. Rub in repet. rubr. de donatio. inter virum &
vxorem, §. 11. nu. 12. & ſecundum Curt. in repet. l. admo-
nendi, num. 67. vbi Bar. n. 54. communiter approbatus
ſecundum eũdem Curt. Iun. in l. 3. n. 18. ff. ſi cert. pet. do-
cet, quod cauſæ magnæ dicuntur ſecundum qualita-
65 tem perſonarum; Nam † inter aliquos cauſa decem li-
brarum eſſet magna, & inter alios cauſa centum Flore-
norum eſſet parua, vt in dicta l. ſed & ſi ſuſceperit, §. 1.
Vnde in propoſito non conuenit doctrina Iaſ. in l. vt
vim, col. 6. n. 25. ff. de iuſtitia & iure, dicentis, quod res di-
citur vilis, quæ non valet duos aureos, de qua, pro &
contra per Andr. Alciat. in cap. 1. n. 18. & ſeq. ff. de indic.
In propoſito namque haberi debet reſpectus ad perſo-
nas earumque diuitias, vel paupertatem, vt in diuitibus
maior quãtitas requiratur, quam in pauperibus, ad hoc
vt monitoriæ generales decernantur; Quamuis & pro
pauperibus nunquam eas concederem pro duobus tri-
bus vel quatuor aureis, ſed pro maiore † quantitate vel 66
ſumma: Monitoria tamen ſpecialia contra certas perſo-
nas pro minori ſumma concedi ſolent, alias enim Eccle-
ſia non haberet remedium competens ad compellen-
dos reos, ſi pro minoribus quantitatibus ſpecialiter de-
bitis excommunicationem non decerneret, ſuaque iu-
riſdictio illuſoria eſſet atque ſine effectu.

Sexto † communis regula ſupradicta limitatur, vt 67
non procedat, quoties conſtaret aliquid acceptum eſſe
ſine ſcandalo in recompenſam certi debiti liquidi ex
iuſtitia, ſi per iuſtitiam nec alio modo poterat recupe-
ri ſine magno detrimento aut ſine inimicitiis vel alias
illis concurrentibus, de quibus per Nauar. in Manual.
cap. 17. n. 112 & ſeq. tunc enim excommunicatio gene-
neralis lata in ſcientes & non reuelantes, non obligat
eum, qui ſic ſubtraxerit, nec etiam in ſcientes, modo
comperto habeant res illas pro debito legali fuiſſe ſub-
tractas: ſecus tamen ſi dubitarent, licet recuperans eis
dicat, quod ad recuperandum ſuum debitum tantum,
quod iuſtum erat, accepit; niſi tanta fide & virtute apud
eos polleret, vt merito propter eius dictum certi effi-
cerentur: ita Nauar. in dicto c. 17. n. 114 & iterum quam-
uis breuius, c. 25. nu. 46. & ante eum Medin. de reſtit. qu. 3.
cauſa 12. & latius quæſt. 11. & Dominic. à Soto in 4.
diſtinct. 22. quæſt. 1. art. 2. pag. 940. col. 2. Ant. à Corduba
l. 1. quæſt. q. 43. pag. 348. col. 3. in 4. limit. & in d. q. 64 in
4. limit. idem in tract. de caſos de conſciencia, in 2. editione
qu. 181. in pulcro caſu mulieris habentis res quaſdam
amici ſui, qui eam ſtuprauit & dotem eidem promiſe-
rat, eſtque iam defunctus. Nam poteſt eas retinere pro
ſatisfactione & iuſta recompenſatione, donec ſibi dos
permiſſa ſoluatur, nec tenebitur id reuelare ad mo-
nitiones generales: quinimo nec amicus defuncti alias
res, quas apud ſe ſecreto reliquit in confidentia, vt ei-
dem mulieri daret in recompenſam debiti, quia nec id
tenetur reuelare, ſed prædictæ mulieri dare cum hoc
onere, vt quoties mulieri ſoluatur dos promiſſa, † hę- 68
redibus defuncti reſtituantur prædictæ res. Et ſupradi-
cta hæc ſexta limitatio procedit, etiamſi Epiſcopus iu-
beret reuelare eos, qui rem illam pro recuperatione ſui
debiti acceperint, ſecund. Sylueſt. in ſumma, verb. furtum
q. 15. quia tunc huiuſmodi monitoriæ cõtinerent erro-
rem intolerabilem ac per conſequens non valerent, vt
in c. 1. de re iud. ſequitur Nauar. vbi ſup. aduerſus ſum-
mam Roſellam, vbi idem tenet contra Sylu. quãdo da-
retur excommunicatio ſpecialis ob illam rem, licet
quoad perſonas, eſſet generalis, vt ibi late probat.

Ex quo † primo infertur, quod ſi vxor de bonis ma- 69
riti aliquid in caſu licito propria auctoritate occulte
acceperit pro ſatisfactione ſuæ dotis vel arrharũ quan-
do alias commode eam vel eas recuperare non poterat
non tenebitur ipſa nec id ſcientes reuelare, dummodo
caueat, ne iterum ſibi tale debitum ſoluatur, vel quod
in eum euentum ſublatum reſtituat, vt conſtat ex Cor-
dub. in ſuo tract. De caſos de conſciencia, q. 126. in princ.

Secundo infertur, † quod vxor poterit occulte & ſi- 70
ne ſcandalo de bonis mariti ſoluere debitum ipſius
etiam contra eius expreſſam voluntatem, quia eſt ſocia
adiutrix, Geneſ. 1. & hoc faciendo adiuuat eum ad ſer-
uandam animam ſuam, ſecund. Gabr. in 4. d. 15. q. 1. col.
8. Sequitur Nauar. vbi ſup. d. c. 17. n. 117. vbi hoc tempe-
rat, dũmodo prouideat, quod maritus intelligat, ſe illi
non debere, recuperata ſchedula remiſſionis ab eo, cui
ſoluit, aut alio modo, iuxta ab eo tradita ſup. num. 113.

Septimo limitatur, † quando quis id audiuit ſolum
à



à leuibus perſonis non fide dignis, ita quod ipſe de le-
uitate notaretur, ſi id ideo crederet aut denuntiaret, vel
de auditu tantum teſtificaretur, vel ſi crederet, quod
iudex propter hoc ſuum dictum plus debito contra
reum moueretur, nam tunc reuelare non tenetur: ita
Nauar. in Manual. cap. 25. n. 46. Anton à Cordub. dicto
lib. 1. quæſt. 43. in 6 caſu.

72 Octano limitatur, † vt excuſetur quis à reuelatione
facienda, ſi is, à quo id ſciuit, denuntiet, vt tradit Nauar.
in repet. cap. inter verba, n. 790. 11. q. 3. & in Manual. cap.
25. n. 46. Cordub. vbi ſupra, dict. 6. caſu. & ante eos Sylua
Nuptial. vbi ſupra, nu. 63.

73 Nono limitatur, † quando peccatum eſt ſecretum,
reuſque eſt omnino emendatus vel cum correctione
fraterna ſperetur, quod poſſit emendari, tunc enim non
debet obediri prælato, etiam præcipienti vt denuntie-
tur abſque præd. correctione fraterna, ſecundum Sanct.
Thom. 2. 2. quæſt. 33. art. 7. ad 3. & Sanct. Ant. in ſua Sum-
ma 2. parte, tit 9. cap. 6. §. 4. Nauar. in dict. cap. 25. nu. 64.
Anton. à Cordub. dict. lib. 1. quæſtio. quæſt. 43. pag. 348. in
verſic. 1. vbi hoc intelligit, quando generaliter vel ſpe-
cialiter id exigit ſolum ad emendationem peccati mor-
talis illius, vel præcauendum malum imminens Reipu-
blicæ vel proximo cuicunque, vel ad ſatisfaciendum
damnificatis de damno recepto, ſi criminoſus ille ſuf-
ficienter emendatus ſit: vel ſatis credibile & certum ſit,
quod ad ſecretam monitionem vel alio modo, cum
minori detrimento ille emendabitur, vt oportet, & dã-
num imminens omnino cauebitur & proximo damni-
ficato debite ſatisfiet: niſi conſtaret, quod ſit iam de
illo crimine infamatus vel legitime accuſatus aut de-
nuntiatus cum ſufficientib. indiciis, vel ſemiplena con-
tra illum probatione aut infamia. Tunc enim etiamſi
ſit emendatus, ſi iudice interrogetur, tenetur dicere
veritatem, & ad præceptum ſuperioris, ad punitio-
nem neceſſario reuelandus, ſi aliter quam per ſigillum
ſecreti notus eſt, vt prædiximus: occultus autem hære-
ticus, nulla præcedente correctione fraterna, protinus
inquiſitoribus Apoſtolicis reuelandus eſt, vt ſupra eſt
dictum.

74 Decimo limitatur in eo, † quod ſcit ſacerdos per cõ-
feſſionem ſacramentalem, nam id omnino reticendum
nec vllo modo reuelandum eſt ad prædictas monito-
rias generales, aliudue præceptum ſuperioris, nec ſine
eo, quia tantum id ſcit vt Deus, vt ſupra eſt dictum, ni-
ſi de licentia pœnitentis, vel ſi alias, quam per confeſ-
ſionem id ſciret, quia tunc eo modo quo id ſcit extra
confeſſionem, poterit de eo loqui, ſeruando ſemper ſe-
cretam cognitionem confeſſionis, exprimendo cauſam
ſcientiæ, vt ſcandalum euitetur, vt cum Alexand. Ha-
lenſi docet Adrian. in 4. de Sacrament. confeſſion. in vlti-
mo dubio, in verſic. quoad hanc materiam, fol. 299. col. 2. &
Victor. in Summa de confeſſ. quæſt. 186. Quamuis cautius
faciet, ſi omnino reticeat, niſi vrgente neceſſitate vel
cauſa rationabili.

75 Vndecimo † limitatur in edictis, quæ leguntur in
viſitationibus de peccatis publicis, aut generaliter de
peccatis, nulla expreſſione facta de occultis aut iniuſte
facta expreſſione de illis: Nam tunc ſciens peccata oc-
culto, ſiue ipſi fuerint ſecreto dicta, ſiue ipſe viderit ea
in ſecreto fieri, non debet nec tenetur ea reuelare, imo
aliud faciens, peccabit (ſicuti qui denuntiat, quod pro-
bare non poteſt) niſi eſſent præparationes ad aliis no-
cendum, iuxta id, quod bene probat Nauar in Manual.
cap. 18. n. 61. qui quamuis loquatur in interrogatis ſpe-
cialiter viſitationibus de præd. peccatis, ipſius tamen
fundamenta idem concludunt in caſu noſtræ limita-
tionis, nempe in monitoriis & edictis generalibus vi-
ſitationum de peccatis publicis vel nulla expreſſione
de publicis facta, vel etiam iniuſte de occultis.

Duodecimo limitatur, † quando iſtæ monitoriæ eſ- 76
ſent criminoſæ & infamatoriæ alicuius perſonæ, puta,
qui cognouerit carnaliter talem mulierem, teneatur
reuelare, vt alios allegans tenet Ioan. Neuizan. vbi ſupr.
nu. 50. & Bernar. Diaz. vbi ſup. limit. 4.

Decimo tertio limitatur, † quando is, ad cuius in-
ſtantiam concedantur monitoriæ, prius pactum feciſ- 77
ſet cum parte, quod etiamſi facere publicari monito-
rias, ipſe nec ſcientes per hoc teneantur propalare: quia
excommunicatio regulatur ab intentione † excommu- 78
nicatoris, gl. in c. 2. de teſtib. cogend. & in c. P. & G. de offic.
deleg. & in Clem. 1. de iud. gl. in c. ad Apoſtolicæ, de cler. ex-
comm. eſt communis ſententia ſecundum Didac. Perez,
in l. 1. tit. 5. lib. 8 ord. p. 180. in verſ. quam concluſionem, col.
1 ſequitur Pal. Rub. in repet. c. per veſtras, §. 18. n 23. Cor-
dub. in ſuo tract. de caſos de conciencia in 2. editione q. 175.
fol. 480. col. 2. vbi alios allegat. Idem eſt † in excommu-
nicatione generali, ſecundum Abb. in c. ſi ſacerdos, circa 79
fin. de offic. ord. Summa Tabiena, in verb. excommunicatio,
2. §. 11. & ſeq. Syluest. in Summa verb. excommun. 2. nu. 1.
verſ. 14. vbi quod non ligantur excommunicatione, ſi-
ue ſpeciali ſiue generali, ex officio vel ad inſtantiam
partis lata, quos iudex excommunicans intendit ad
hoc eximere: * vel quos petens illam, non intendit in- *
cludere: quod etiam ſequitur Nauar. in Manual. Latin.
c. 27. nu. 14. & Cordub. vbi ſupra alios citans.

Sed ſi concedens monitorias ſciuiſſet hoc pactum,
veriſimiliter credendum eſt, quod eas non conceſſiſſet:
Ergo non ligant, ita Sylua Nuptial. vbi ſupra, nu. 55. cu-
ius in hoc ſententia, etſi raro caſus continget, mihi pla-
cet, quam etiam ſequitur Bernat. Diaz. vbi ſup. limit. 6.
quamuis alias intentio iudicum non excommunican-
di, cum ſubditos lateat, non excuſet à peccato, dum cõ-
tra conſcientiam non obtemperant, vt cum Domin. à
Soto in 4. ſentent. diſtinct. 22. qu. art. 2. pag 940. col. 1. in pr.
aſſeruimus ſup. in 5 limit. nu. 59. Hoc namque caſu, de
quo agimus, de præſumpta ac ſatis coniecturata mente
excommunicatoris patet, attento præd. pacto partium,
quod ſi id ſciret, minime excommunicaret: quare me-
rito, vt excommunicatio aduerſus id lata non liget.

Decimo quarto † limitat Roſarium Buſti & eum re-
ferens Neuizanius vbi ſupra, nu. 56. & Bernardus Diaz 80
in dict. reg. 243. lim. vltim. quando debens implere, hoc
facere non poſſet, quia huiuſmodi excommunicatio-
nes debent intelligi ciuili modo, ſcilicet, quod quis nõ
arctetur ad impoſſibile: Excõmunicatio non infligi non
poteſt, niſi pro peccato mortali vel contumacia, iuxta
communem omnium veriſſimam ſententiam, vt ſupra
cap. 7. probatum eſt, & præterea tradit Nauarr. in Ma-
nuali Latino, cap. 27. num. 9. dicens, quod nemo debet
excommunicari, niſi ob contumaciam mortalem, qua
perſtitit in peccato mortali præterito aut futura inobe-
dientia: deficiente ergo contumacia, propter impoten-
tiam ſoluendi non incurritur excommunicatio; Quia
impoſſibilium nulla eſt obligatio, vt in regul. vulgari
iuris: conducunt tradita per Dominic. à Soto in 4. di-
ſtinctione 22. quæſt. 2. art. 3. pag. 960. colum. 2. & quod ex-
communicatio ferri non debeat pro debito, quoties
debitor nimia egeſtate eſt preſſus, ita quod ſoluere non
poſſit lata ſit relaxanda, & quod talis cenſuræ † com-
minatio ſeu executio contineat præceptum impoſſibi- 81
le & errorem manifeſtum, late pluribus probat in pro-
poſito Didacus Perez in l. tit. 5. lib. 5. ord. pag. 179. col. 1.
Hæc autem in foro poli recte procedere poſſet, vbi ſo-
la veritate attenta iudicatur, & ideo excommunicatus
pro furto vel alio debito, ſi non eſt ſoluendo, quoad
Deum eſſet abſolutus ſecundum Soto vbi ſup. * Et ſuffi-
cere ad abſoluendum virtute Bullæ vel priuilegio con-
cedentis, ſatisfacta parte, veram impotentiam ſatisfa-
ciendi, præſtita cautione ſibi poſſibili, ſaltem iurato-
G ria

ria,iuxta tradita per Nauar.*in Manuali, c.27. num.* 48.
*credit idem* Nauar.*conſil.23.tit.2. ad fin.de pœniten.& re-*
*miſſ.* At vero in foro fori, ſententia excommunicatio-
nis prædict. teneret, niſi expreſſe contineret præd. in-
tolerabilem errorem, vel conſtaret de impoſſibilitate
ſoluendi,vel hoc eſſet notorium, quia tunc eſſet nulla,
iuxta regul. iuris, de quibus *ſupra* alio capite diſſerui-
mus, & in terminis tenet Cordub. *in ſuo tract. de caſos*
*de concientia, quaſt. 20. circa finem, verſicul. Lo quarto,*
*&c.* vbi hoc intelligit de vera impotentia & concur-
rente contritione, & intentione ſoluendi, quampri-
mum potuerit.

82 Supereſt † nunc videre de praxi monitoriarum. Et
primo, ſi ille, contra quem decernuntur monitoriæ,
compareat in termino illarum coram decernente, di-
cendo,quod rem, de qua in monitorialibus, ſi eam te-
net, non habet cum peccato, nec contra conſcientiam,
ſed iuſto titulo, eſtque paratus ſtare iuri coram iudice
competente,coram quo ſe remitti petit & deſiſti à mo-
nitorialibus, quia à præceptis non eſt inchoandum,ſe-
cundum Iaſ.*in l.ne quicquam, §. ibi decretum, col.2. num.*
*4.& 5 ff de offi proconſul. & legat.* & ideo eas eſſe reuo-
candas ſecundum Iaſ. *num.*11.& Lancellot.*in l.ſi pacto*
*quo pœnam, col.2. C.de pact.* aut ſaltem reſolui in ſimpli-
83 cem † citationem virtute ſuæ comparitionis, *Doctores*
*in l.de pupillo, §. meminiſſe ff de oper.non.nuntiat.* & in ter-
minis monitorialium Cardin.& Lanfranc. in Clement.
diſpendioſam,*ſuper gloſ.verb.præmoniti, de iudic.* & Ber-
nard. Diaz. *vbi ſupr. limit.*5. alias proteſtatur de nulli-
tate,an ſit audiendus & remittendus ad ſuum iudicem,
necne?

84 In quo dicendum eſt, † quod iudex Eccleſiaſticus
hoc caſu tenetur eum remittere ad ſuum iudicem, quia
ad Eccleſiaſticum non pertinet cognoſcere, an iuſte
vel iniuſte teneat, nec poterit excommunicare, etiam
in genere, ſecundum Innocent. Ioan.Andr. Ant.de Bu-
trio, & Abb.*in cap. nouit, num.*53.*de iudic.* Innocent.*in*
*cap.ſtatuimus, de off. delegat. colum.2. poſt glo.* ibi, *ſubiun-*
*gens, quod in occultis, quando quis eſt confeſſus factum, non*
*eſt vlterius cogendus*. Alias enim ſecundum ſupradictos
niſi ita diceremus, ſequeretur inconueniens, quod iu-
dex Eccleſiaſticus trahere poſſet omnes cauſas ad ſuum
forum: qua comparatione facta, niſi peccatum eſſet
notorium, ſi denuntians vult quod procedatur coram
Eccleſiaſtico,debet probare,quod talem rem occupans
tenet cum peccato: quod eſt valde difficile, ſecundum
Abbatem *in dicto capit.nouit, columna antepenultim. in 6.*
*additione, de iudic.* vbi *dicto num.* 53. poſt Innocentium
& alios, quod ad excludendum prabationes, quas fa-
ceret iuſte denuntians pro retinendo cauſam coram Ec-
cleſiaſtico,ſufficeret denuntiatio allegare aliquam cau-
ſam probabilem & veriſimilem, ex qua talem rem te-
neat,puta, quod ad eum perueniret ex cauſa emptionis
vel alia iuſta, nec eam tenetur probare,niſi alias contra
eum præſumptio laboraret.puta, quia eſſet vir modicæ
fidei, vel ſi à principio pure negaſſet, licet Hoſtienſ. &
Felin.*ibidem, num.*15. aliud, velint, nempe, quod ſi de-
nuntians probat rem non eſſe denuntiati, non vide-
tur quod denũtiatus poſſit ſe excuſare, ſi allegaret ali-
quid probabile,ſi id non probat:nihilominus prius ve-
rius & tenendum videtur ex rationibus Abbatis *vbi ſu-*
*pra*,& ne vt plurimum iuriſdictio ſæcularis eneruetur.
Quod fortius procederet, quando iſte denuntiatus ta-
lem cauſam probabilem allegaret cum iuramento, quia
huiuſmodi iuramentum malam præſumptionem exclu-
deret,ſecundum Anto.*vbi ſup.col.*12. Et hanc praxin &
ſententiam principalem prædictam tenet Ambroſius
de Vignate,quem refert & ſequitur,ſummans eius fun-
damenta, Guido Pap. *ſingul.*708.*de monit.* Et idem late
probat Ioan.Neuiz.*dict.lib.*3.Sylua.Nupt.*nu.*51.*& ſequ.*
*ſequendo opin.* Abb. *vbi ſup.& in fine, n.*54. inquit,quod 85
ſecundum aliquos legitime non propaláti † non credi-
tur, vt in Clem.1. *vbi gl.* & Cardin. *de renunt.* Abb. *in*
*dict.c.nouit, vltima additione*, & quod an legitime pro-
palauerit,vel non, iudex Eccleſiaſticus cognoſceret.

Sed contra ſupradicta videntur facere, quæ ſtatim
idem auctor *n.*59. annectit, vbi quærens, an iudex Ec-
cleſiaſticus poſſit cognoſcere, an debeat Titius reſti-
tuere mihi talem rem,vel ſufficiat pronũtiaſſe, eum eſſe
excommunicatum,& remittere poſtea † cognitionem 86
cauſæ iudici laico? Reſpondet,quod imo ipſe Eccle-
ſiaſticus debet cognoſcere, an res ſit mihi reſtituenda,
tum quia connexum eſt peccato, & de connexis idem
eſt iudicium,*vt in cap.tranſlato de conſtit.* item,quia ac-
ceſſorium ſequitur naturam Principalis,vt in regula ac-
ceſſorium,*de reg.iur in 6.* item,quia iudex præparatorij,
eſt iudex præparati, ſecundum Iaſ. *in quoties, nu.*3. *C. de*
*iud. Deci.rub. eod. tit. in decretal ib.nu.*2. Item,quia talis
cẽſura fulminatur, vt exeat de peccato & pœniteat:ſed
pœnitentia ſine reſtitutione (cum ipſa poteſt fieri) eſt
infructuoſa, vt tenet Felin. *in cap.ex tenore, in princ.col.*
*penult.num.*18.*de reſcript.* Laurent. Rodulphus in tract.
*de vſuris, 2.par.qu.*127. *num.*8.*vol.*16.*tract.diuerſ. Doct.*
*fol.* 137. Non enim dimittitur peccatum, niſi reſtitua-
tur ablatum, *iuxta iuris regulam vulgarem, 4. de regulis*
*iuris in 6.* Sed nihilominus vtrumque exiſtimo verum
eſſe & tenendum, intelligendo vnumquodque in ſuo
caſu: Primum, quando ipſe monitus compareret in ter-
mino monitorialium, offerens ſe paratum ſtare iuri co-
ram iudice competenti, coram quo petit ſe remitti, &
petit deſiſti à monitorialibus, quia poſſidet rem iuſto
titulo,non vero cum peccato nec contra conſcientiam,
vt eſt prædictum: Secundum vero, quando monitus
non comparuit, ſed alij reuelauerunt eum: tunc enim
non ſolum debet à iudice Eccleſiaſtico declarari excom-
municatus propter contumaciam & inobedientiam,ſed
etiam cogi, præmiſſa cauſæ cognitione neceſſaria ad rẽ
reſtituẽdam: Nec enim debet pro rei reſtitutione eum 87
remittere ad iudicem laicum, ex † rationibus prædi-
ctis:ſed ſi ipſe excommunicatus in contumacia, com-
pareat petens abſolutionem purgatis expenſis,allegans
ſe eſſe paratum coram iudice ſuo competente iuri ſtare,
quia poſſidet rem cum legitimo titulo, non vero cum
peccato, ſicque petat deſiſti ab vlteriori proceſſu mo-
nitorialium, dummodo contra eum non conſtet nec
probetur contrarium,non video cur audiendus non ſit,
*ex prædictis ſupra in prædicta praxi*: Itaque præfatus au-
ctor Syluæ in ſupradictis duobus, quæ prima facie vi-
debantur contraria inter ſe, hoc modo eſt intelligen-
dus & ſaluandus,quamuis ipſe ſe ſatis non explicuerit:
Hoc namq; modo vtroque ſtare poteſt,intelligendo, &
limitando ſecundum aſſertum prius præcedens, quod
ſecundum debet limitari, ſi lis penderet contra † Ti- 88
tium coram iudice laico pro illa re, & poſtea pro ha-
bendis probationib. conceſſæ fuerint monitoriæ gene-
rales, & iſte Titius non comparuit neque propalauit,
quia tunc non poteſt peti contra eum veniri ad excom-
municationem in ſpecie,quia vbi cœptũ eſt iudicium,
*ibi* finiri debet: *vt in l.vbi cæptum, ff.de iud.* & continen-
tia cauſæ diuini non debet, *vt in l.nulli, C.de iudic. ita*
Neuizan. *an. vbi ſup. nu.*60.

Secundo obſeruandum eſt, † quod quando lectis in 89
Eccleſiæ his monitorialibus, & ſic poſt earum exſecu-
tionem, aduerſarius non comparuit nec reſtituit bona,
practica eſt ſecundum Doctores, præcipue apoſtillam
ad Felinum *col.fin.in capit.nouit, de iudiciis*, vt detur li-
bellus coram diœceſano,fidem faciendo de propalatio-
nibus illorum, qui dixerunt contra eum, proponendo,
quod etſi emanauerint monitoriæ generales contra de-
tinentes res meas, & contra ſcientes non reuelantes,
vt



vt patet ex ipſis,cum earum debita exſecutione,de qui-
bus fideles, licet alij propalauerint, Titium talem rem
meam tenere, idem tamen Titius reuelare neglexerit
nec reſtituere curauit, imo eam indebite detinendo,
contra conſcientiam perſeuerat in peccato in contem-
ptum cenſurarum Eccleſiæ, quare petit ipſum Titium
ſic in genere excommunicatum cogi ad pœnitentiam,
& in ſpecie & nominatim excommunicari, exindeque
non abſoluatur, donec exeat de peccato, reſtituendo
dictam rem, cum cæteris clauſulis conſuetis in libellis:
Hæc namque concluſio libelli, ſonat in denuntiatio-
nem Euangelicam, quia vt pœniteat; & in iudicialem,
vt reſtituat: quod eſt vtile ad euitandum conflictum
opinionum,ſecundum Rochum de Curt. *in dicto capit.*
*nouit, charta 27.de iudic.* oblato libello, lis conteſtatur,
recipienturque probationes, parte citata ad videndum
iurare teſtes, quia alias fidem non facerent:illiſque pu-
blicatis, ſi nihil opponatur & reperiatur iſte Titius cul-
pabilis, iudex pronunciabit eum incurriſſe dictas cen-
ſuras in genere, præcipiendo ſub pœna excommuni-
cationis in ſpecie,quod exeat de peccato, & rem reſti-
tuat:hæc eſt communis praxis ſecundum Syluam Nu-
ptial.*vbi ſupra nu.* 57. dicentem, quod ſæpe eam vidit
obſeruari.

90 Nihilominus † tamen ipſe putat eſſe vtilius practi-
cari alio modo,nẽpe concludẽdo in libello ſolum,quod
cogatur ad pœnitentiam, nulla mentione facta de re-
ſtitutione rei: Nam idem effectus omnino reſultabit,
quia non poteſt pœnitere,niſi rem reſtituat, vt eſt præ-
dictum:eritque magna vtilitas, quia in hac concluſio-
ne ſumus in denuntiatione Euangilica tantum, ex quo
ſolum principaliter tenditur ad finem correctionis, vt
volunt omnes *in dict.cap.nouit. vbi* Decius, *n.*28. Abb.
*in cap.quemadmodum, colum.*3 *de iureiurand.* in qua non
requiritur litis conteſtatio nec ordo iudiciarius, ſecun-
dum omnes indifferenter *in dicto cap.nouit*, vbi dicunt,
ſecus eſſe,quando petitur reſtitutio rei & ſic in iudicia-
91 li: requiritur † tamen bina monitio præcedens iuxta
formam Euangelij, quia alias non procederet ſecun-
dum *Doctor.in dicto cap. nouit, Speculat. & alios quos re-*
*fert & ſequitur Marant de ordin.iud.* 6. *parte, cap. de de-*
*nuntiatione, nu.5.pag.*347.

92 Imo etiam † nemine inſtante,diœceſanus ex ſuo of-
ficio debet denuntiare excommunicatum nominatim
& eum facere euitare, quando ſibi conſtat, ſecundum
Aret *in dicto cap.nouit, ad finem*, Abb.*in cap.Parochianos,*
*2.notabil.& in cap.cum deſideres, in 4.notabil.de ſenten.ex-*
*communic.* Quæ ſecunda praxis mihi magis arridet:vn-
de errant, † qui faciunt citare principalem ad allegan-
93 dum cauſas, quare non debeat excommunicari,ſecun-
dum Guid. Pap. *ſing.*708. & etiam iudices, qui ſtatim
viſis propalationibus aliorum, abſque cauſæ cognitio-
ne excommunicant nominatim.

94 Vltimo aduertendum eſt, † quod licet, quantum ad
excommunicationem in genere ſufficiat vnus teſtis,ſe-
cundum Imol.*in dict. cap. nouit, colum.6.de iudic.* ſecus
tamen eſt, quantum ad excommunicationem in ſpecie
& nominatim, quia tunc cum agatur de magna pœna,
requiruntur plenæ probationes, ſecundum Abb. *in*
*cap.cum ſit generale, col.*3.*de foro compet.* Bald *in cap.ſi ſa-*
*cerdos in prin.de off.ordin.* Neuiz. *vbi ſup.n.*62. Vbi nu.
præcedenti late agit, an propalantib. ſit legenda eorum
propalatio, quando poſtea examinantur in figura iudi-
cij,ſi referant ſe ad eam petendo ſibi legi, prout com-
muniter practicatur, & concludit, quod non, & quod
ſi alias fiat, erunt ſuſpecti:cuius contrarium verius ex-
iſtimo & tenendum.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati impœnitentes, per Principem ſæcularem puniuntur.*
2 *Perſeuerans tempus aliquod in excommunicatione, po-teſt puniri ante annum pœna aliqua temporali.*
3 *L.1 titul.*5. de los deſcomulgados,*lib.*8. *Noua Collectionis Regia, merito ſtabilita iuſtiſſima eſt, vt in numer.4.*
5 *A iudice Eccleſiaſtico poſſe excommunicatos, de quibus in præd.l.Regia, eiſdem pœnis puniri, indubium eſt.*
6 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt cognoſcere contra laicum perſeuerantem in excommunicatione ipſumque mulctare, & temporaliter punire.*
7 *Excommunicatus punitus in foro, pœnis d. l. Regia non poterit in altero amplius eiſdem puniri.*
8 *Abſolutus ab excommunicatione, in qua permanſit per tempus à lege Regia prohibitum, an poſt abſolutionem poſſit pœnis ab eadem l.impoſitis puniri, & nu.ſeq.an. 19. aſſignatur concordia.*
9 *Inuentus dicitur qui eſt inuentus & captus & repreſentatus Curiæ.*
10 *Non ſufficit, quod probatum ſit, quem cum armis de nocte inceſſiſſe, niſi cum eis apprehendatur, ad pœnam virtute ſtatuti id prohibentis imponendum, & quomodo hoc intelligatur, vide nu.*18.
11 *Delictum ſemel commiſſum non aboletur ad euitandam pœnam temporalem, propter pœnitentiam impoſitam à iudice ſpirituali pro conſequenda abſolutione, niſi eſſet ſufficiens in vtroque foro & publice impoſita, alias puniri poteſt à iudice laico.*
12 *Bigamus, ſi per Eccleſiaſticum iudicem condigna pœna non fuerit punitus, poteſt per ſæcularem iterum puniri.*
13 *Idem eſt in blaſphemo quamuis his caſibus moderanda ſit pœna, nu.*14.
15 *Punitus pro crimine mixti fori ab Epiſcopo pœna canonica, poteſt per iudicẽ ciuilẽ puniri ſecundũ ius ciuile.*
16 *Abſolutus in foro pœnitentiali, non remanet abſolutus in exteriori, quin de eo crimine puniri poſſit.*
17 *L.2. tit.*5. de los deſcomulgados, *lib.*8 *Noua Collectio. Reg. interpretatur.*
20 *Si quis indurato animo per annum in excommunicatione permanſerit, contra eum tanquam ſuſpectum de hæreſi procedi poteſt, & quomodo hoc intelligatur, num.* 21. *&* 22.
23 *Tempus quo quis in excommunicatione permanere debet, vt pœnis legis Regiæ puniri poſſit, debet eſſe continuum.*
24 *Tempus requiſitum à lege, niſi aliud exprimatur, debet eſſe continuum.*
25 *Triginta dies pœnæ carceris impoſita à lege Regia blaſphemo, debent eſſe continui, nec ſufficit, quod ſint interpelati, computati in diuerſis vicibus.*

---

CAPVT XII.

## De pœnis permanentium in excommunicatione per menſem, & vltra.

IN Concilio Triburienſi, cap. 3 olim Patres decre-
uerunt, *vt qui poſt excommunicationem inclinati non* 1
*fuerint ad pœnitentiam ſubeundam, per Principem ſæcula-*
*rem puniantur.* Hinc eſt, † vt perſeuerans per tempus 2
aliquod in excommunicatione, poſſit puniri ante in-
num pœna temporali, ſecundum Ananiam & Feli.*in c.*
*poſtulaſti, de homicid.quos refert* & ſequitur Dida.Couar.
*in cap.alma mater.*1.*part.relect.§.*7. *nu.*10.*de ſentent. ex-*
*commu. lib.*6. *circa finem.* Quare † non immerito Reges
Hiſpaniæ certis quibuſdam pœnis pecuniariis puniri 3
iuſſerunt eos, qui per menſem & vltra in excommuni-
catione permanſerint, *vt cauetur in l.1.tit.5.de los deſco-*
*mulgados, lib.8. Noua Collect. Regia*, quæ ita ſe habet. *Vida*
*eſpirituales al anima la obediẽcia, y muerte la deſobediẽcia,*
*y deſobedecer los mandamientos de la ſanta madre Igleſia,*

ria, iuxta tradita per Nauar. *in Manuali, c.27. num. 48. credit idem* Nauar. *conſil. 23. tit. 2. ad fin. de pœniten. & remiſſ.* At vero in foro fori, ſententia excommunicationis prædict. teneret, niſi expreſſe contineret præd. intolerabilem errorem, vel conſtaret de impoſſibilitate ſoluendi, vel hoc eſſet notorium, quia tunc eſſet nulla, iuxta regul. iuris, de quibus *ſupra* alio capite diſſeruimus, & in terminis tenet Cordub. *in ſuo tract. de caſos de conciencia, quæſt. 20. circa finem, verſicul. Lo quarto, &c.* vbi hoc intelligit de vera impotentia & concurrente contritione, & intentione ſoluendi, quamprimum potuerit.

82 Supereſt † nunc videre de praxi monitoriarum. Et primo, ſi ille, contra quem decernuntur monitoriæ, compareat in termino illarum coram decernente, dicendo, quod rem, de qua in monitorialibus, ſi eam tenet, non habet cum peccato, nec contra conſcientiam, ſed iuſto titulo, eſtque paratus ſtare iuri coram iudice competente, coram quo ſe remitti petit & deſiſti à monitorialibus, quia à præceptis non eſt inchoandum, ſecundum Iaſ. *in l. ne quicquam, § ibi decretum, col. 2. num. 4. & 5 ff de off. proconſul. & legat.* & ideo eas eſſe reuocandas ſecundum Iaſ. *num. 11.* & Lancellot. *in l. ſi pacto quo pœnam, col. 2. C. de pact.* aut ſaltem reſolui in ſimpli-
83 cem † citationem virtute ſuæ compartitionis, *Doctores in l. de pupillo, § meminiſſe, ff de oper. nou. nunti at.* & in terminis monitorialium Cardin. & Lanfranc. in Clement. diſpendioſam, *ſuper gloſ. verb. præmoniti, de iudic.* & Bernard. Diaz. *vbi ſupr. limit. 5.* alias proteſtatur de nullitate, an ſit audiendus & remittendus ad ſuum iudicem, necne?

84 In quo dicendum eſt, † quod iudex Eccleſiaſticus hoc caſu tenetur eum remittere ad ſuum iudicem, quia ad Eccleſiaſticum non pertinet cognoſcere, an iuſte vel iniuſte teneat, nec poterit excommunicare, etiam in genere, ſecundum Innocent. Ioan. Andr. Ant. de Butrio, & Abb. *in cap. nouit, num. 53. de iudic.* Innocent. *in cap. ſtatuimus, de off. delegat. colum. 2. poſt glo.* ibi, *ſubiungens, quod in occultis, quando quis eſt confeſſus factum, non eſt vlterius cogendus*; Alias enim ſecundum ſupradictos niſi ita diceremus, ſequeretur inconueniens, quod iudex Eccleſiaſticus trahere poſſet omnes cauſas ad ſuum forum: qua comparatione facta, niſi peccatum eſſet notorium, ſi denuntians vult quod procedatur coram Eccleſiaſtico, debet probare, quod talem rem occupans tenet cum peccato: quod eſt valde difficile, ſecundum Abbatem *in dicto capit. nouit, columna antepenultim. in 6. additione, de iudic.* vbi *dicto num. 53.* poſt Innocentium & alios, quod ad excludendum probationes, quas faceret iuſte denuntians pro retinendo cauſam coram Eccleſiaſtico, ſufficeret denuntiatio allegare aliquam cauſam probabilem & veriſimilem, ex qua talem rem teneat, puta, quod ad eum perueniret ex cauſa emptionis vel alia iuſta, nec eam tenetur probare, niſi alias contra eum præſumptio laboraret, puta, quia eſſet vir modicæ fidei, vel ſi à principio pure negaſſet, licet Hoſtienſ. & Felin. *ibidem, num. 15.* aliud, velint, nempe, quod ſi denuntians probat rem non eſſe denuntiati, non videtur quod denũtiatus poſſit ſe excuſare, ſi allegaret aliquid probabile, ſi id non probat: nihilominus prius verius & tenendum videtur ex rationibus Abbatis *vbi ſupra*, & ne vt plurimum iuriſdictio ſæcularis eneruetur. Quod fortius procederet, quando iſte denuntiatus talem cauſam probabilem allegaret cum iuramento, quia huiuſmodi iuramentum malam præſumptionem excluderet, ſecundum Anto. *vbi ſup. col. 12.* Et hanc praxin & ſententiam principalem prædictam tenet Ambroſius de Vignate, quem refert & ſequitur, ſummans eius fundamenta, Guido Pap. *ſingul. 708. de monit.* Et idem late probat Ioan. Neuiz. *dict. lib. 3.* Sylua. Nupt. *nu. 51. & ſequ.* *ſequendo opin.* Abb. *vbi ſup. & in fine, n. 54.* inquit, quod 85
ſecundum aliquos legitime non propalati † non creditur, vt in Clem. 1. *vbi gl.* & Cardin. *de renunt.* Abb. *in dict. c. nouit, vltima additione*, & quod an legitime propalauerit, vel non, iudex Eccleſiaſticus cognoſceret.

Sed contra ſupradicta videntur facere, quæ ſtatim idem auctor *n. 59.* annectit, vbi quærens, an iudex Eccleſiaſticus poſſit cognoſcere, an debeat Titius reſtituere mihi talem rem, vel ſufficiat pronũtiaſſe, eum eſſe excommunicatum, & remittere poſtea † cognitionem 86
cauſæ iudici laico? Reſpondet, quod imo ipſe Eccleſiaſticus debet cognoſcere, an res ſit mihi reſtituenda, tum quia connexum eſt peccato, & de connexis idem eſt iudicium, *vt in cap. tranſlato de conſtit.* item, quia acceſſorium ſequitur naturam Principalis, vt in regula acceſſorium, *de reg. iur in 6.* item, quia iudex præparatorij, eſt iudex præparati, ſecundum Iaſ. *in quoties, nu. 3. C. de iud. Deci. rub. eod. tit. in decretalib. nu. 2.* Item, quia talis cẽſura fulminatur, vt exeat de peccato & pœniteat; ſed pœnitentia ſine reſtitutione (cum ipſa poteſt fieri) eſt infructuoſa, vt tenet Felin. *in cap. ex tenore, in princ. col. penult. num. 18. de reſcript.* Laurent. Rodulphus in tract. *de vſuris, 2. par. qu. 127. num. 8. vol. 16. tract. diuerſ. Doct. fol.* 137. Non enim dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, *iuxta iuris regulam vulgarem, 4. de regulis iuris in 6.* Sed nihilominus vtrumque exiſtimo verum eſſe & tenendum, intelligendo vnumquodque in ſuo caſu: Primum, quando ipſe monitus comparet in termino monitorialium, offerens ſe paratum ſtare iuri coram iudice competenti, coram quo petit ſe remitti, & petit deſiſti à monitorialibus, quia poſſidet rem iuſto titulo, non vero cum peccato nec contra conſcientiam, vt eſt prædictum: Secundum vero, quando monitus non comparuit, ſed alij reuelauerunt eum: tunc enim non ſolum debet à iudice Eccleſiaſtico declarari excommunicatus propter contumaciam & inobedientiam, ſed etiam cogi, præmiſſa cauſæ cognitione neceſſaria ad rẽ reſtituẽdam: Nec enim debet pro rei reſtitutione eum 87
remittere ad iudicem laicum, ex † rationibus prædictis: ſed ſi ipſe excommunicatus in contumacia, compareat petens abſolutionem purgatis expenſis, allegans ſe eſſe paratum coram iudice ſuo competente iuri ſtare, quia poſſidet rem cum legitimo titulo, non vero cum peccato, ſicque petat deſiſti ab vlteriori proceſſu monitorialium, dummodo contra eum non conſtet nec probetur contrarium, non video cur audiendus non ſit, *ex prædictis ſupra in prædicta praxi*: Itaque præfatus auctor Syluæ in ſupradictis duobus, quæ prima facie videbantur contraria inter ſe, hoc modo eſt intelligendus & ſaluandus, quamuis ipſe ſe ſatis non explicuerit: Hoc namq; modo vtroque ſtare poteſt, intelligendo, & limitando ſecundum aſſertum prius præcedens, quod ſecundum debet limitari, ſi lis penderet contra † Ti- 88
tium coram iudice laico pro illa re, & poſtea pro habendis probationib. conceſſæ fuerint monitoriæ generales, & iſte Titius non comparuit neque propalauit, quia tunc non poteſt peti contra eum veniri ad excommunicationem in ſpecie, quia vbi cœptũ eſt iudicium, *ibi* finiri debet: *vt in l. vbi cœptum, ff. de iud.* & continentia cauſæ diuini non debet, *vt in l. nulli, C. de iudic. ita* Neuizan. *an. vbi ſup. nu. 60.*

Secundo obſeruandum eſt, † quod quando lectis in 89
Eccleſiæ his monitorialibus, & ſic poſt earum exſecutionem, aduerſarius non comparuit nec reſtituit bona, practica eſt ſecundum Doctores, præcipue apoſtillam ad Felinum *col. fin. in capit. nouit, de iudiciis*, vt detur libellus coram diœceſano, fidem faciendo de propalationibus illorum, qui dixerunt contra eum, proponendo, quod etſi emanauerint monitoriæ generales contra detinentes res meas, & contra ſcientes non reuelantes, vt



vt patet ex ipſis, cum earum debita exſecutione, de quibus fideles, licet alij propalauerint, Titium talem rem meam tenere, idem tamen Titius reuelare neglexerit nec reſtituere curauit, imo eam indebite detinendo, contra conſcientiam perſeuerat in peccato in contemptum cenſurarum Eccleſiæ, quare petit ipſum Titium ſic in genere excommunicatum cogi ad pœnitentiam, & in ſpecie & nominatim excommunicari, exindeque non abſoluatur, donec exeat de peccato, reſtituendo dictam rem, cum cæteris clauſulis conſuetis in libellis: Hæc namque concluſio libelli, ſonat in denuntiationem Euangelicam, quia vt pœniteat; & in iudicialem, vt reſtituat: quod eſt vtile ad euitandum conflictum opinionum, ſecundum Rochum de Curt. *in dicto capit. nouit, charta 27. de iudic.* oblato libello, lis conteſtatur, recipienturque probationes, parte citata ad videndum iurare teſtes, quia alias fidem non facerent: illiſque publicatis, ſi nihil opponatur & reperiatur iſte Titius culpabilis, iudex pronunciabit eum incurriſſe dictas cenſuras in genere, præcipiendo ſub pœna excommunicationis in ſpecie, quod exeat de peccato, & rem reſtituat: hæc eſt communis praxis ſecundum Syluam Nuptial. *vbi ſupra nu. 57.* dicentem, quod ſæpe eam vidit obſeruari.

90 Nihilominus † tamen ipſe putat eſſe vtilius practicari alio modo, nẽpe concludẽdo in libello ſolum, quod cogatur ad pœnitentiam, nulla mentione facta de reſtitutione rei: Nam idem effectus omnino reſultabit, quia non poteſt pœnitere, niſi rem reſtituat, vt eſt prædictum: eritque magna vtilitas, quia in hac concluſione ſumus in denuntiatione Euangilica tantum, ex quo ſolum principaliter tenditur ad finem correctionis, vt volunt omnes *in dict. cap. nouit, vbi* Decius, *n. 28.* Abb. *in cap. quemadmodum, colum. 3. de iureiurand.* in qua non requiritur litis conteſtatio nec ordo iudiciarius, ſecundum omnes indifferenter *in dicto cap. nouit*, vbi dicunt, ſecus eſſe, quando petitur reſtitutio rei & ſic in iudicia-
91 li: requiritur † tamen bina monitio præcedens iuxta formam Euangelij, quia alias non procederet ſecundum *Doctor. in dicto cap. nouit, Speculat. & alios quos refert & ſequitur Marant. de ordin. iud. 6. parte, cap. de denuntiatione, nu. 5. pag. 347.*

92 Imo etiam † nemine inſtante, diœceſanus ex ſuo officio debet denuntiare excommunicatum nominatim & eum facere euitare, quando ſibi conſtat, ſecundum Aret *in dicto cap. nouit, ad finem*, Abb. *in cap. Parochianos, 2. notabil. & in cap. cum deſideres, in 4. notabil. de ſenten. excommunic.* Quæ ſecunda praxis mihi magis arridet: vnde errant, † qui faciunt citare principalem ad allegan-
93 dum cauſas, quare non debeat excommunicari, ſecundum Guid. Pap. *ſing. 708.* & etiam iudices, qui ſtatim viſis propalationibus aliorum, abſque cauſæ cognitione excommunicant nominatim.

94 Vltimo aduertendum eſt, † quod licet, quantum ad excommunicationem in genere ſufficiat vnus teſtis, ſecundum Imol. *in dict. cap. nouit, colum. 6. de iudic.* ſecus tamen eſt, quantum ad excommunicationem in ſpecie & nominatim, quia tunc cum agatur de magna pœna, requiruntur plenæ probationes, ſecundum Abb. *in cap. cum ſit generale, col. 3. de foro compet.* Bald *in cap. ſi ſacerdos in prin. de off. ordin.* Neuiz. *vbi ſup. n. 62.* Vbi nu. præcedenti late agit, an propalantib. ſit legenda eorum propalatio, quando poſtea examinantur in figura iudicij, ſi referant ſe ad eam petendo ſibi legi, prout communiter practicatur, & concludit, quod non, & quod ſi alias fiat, erunt ſuſpecti: cuius contrarium verius exiſtimo & tenendum.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati impœnitentes, per Principem ſæcularem puniuntur.*

2 *Perſeuerans tempus aliquod in excommunicatione, poteſt puniri ante annum pœna aliqua temporali.*

3 *L. 1 titul. 5.* de los deſcomulgados, *lib. 8. Noua Collectionis Regiæ, merito ſtabilita iuſtiſſima eſt, vt in numer. 4.*

5 *A iudice Eccleſiaſtico poſſe excommunicatos, de quibus in præd. l. Regia, eiſdem pœnis puniri, indubium eſt.*

6 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt cognoſcere contra laicum perſeuerantem in excommunicatione ipſumque mulctare, & temporaliter punire.*

7 *Excommunicatus punitus in foro, pœnis d. l. Regiæ non poterit in altero amplius eiſdem puniri.*

8 *Abſolutus ab excommunicatione, in qua permanſit per tempus à lege Regia prohibitum, an poſt abſolutionem poſſit pœnis ab eadem l. impoſitis puniri, & nu. ſeq. nu. 19. aſſignatur concordia.*

9 *Inuentus dicitur qui eſt inuentus & captus & repreſentatus Curiæ.*

10 *Non ſufficit, quod probatum ſit, quem cum armis de nocte inceſſiſſe, niſi cum eis apprehendatur, ad pœnam virtute ſtatuti id prohibentis imponendum, & quomodo hoc intelligatur, vide nu. 18.*

11 *Delictum ſemel commiſſum non abolctur ad euitandam pœnam temporalem, propter pœnitentiam impoſitam à iudice ſpirituali pro conſequenda abſolutione, niſi eſſet ſufficiens in vtroque foro & publice impoſita, alias puniri poteſt à iudice laico.*

12 *Bigamus, ſi per Eccleſiaſticum iudicem condigna pœna non fuerit punitus, poteſt per ſæcularem iterum puniri.*

13 *Idem eſt in blaſphemo quamuis his caſibus moderanda ſit pœna, nu. 14.*

15 *Punitus pro crimine mixti fori ab Epiſcopo pœna canonica, poteſt per iudicẽ ciuilẽ puniri ſecundũ ius ciuile.*

16 *Abſolutus in foro pœnitentiali, non remanet abſolutus in exteriori, quin de eo crimine puniri poſſit.*

17 *L. 2. tit. 5.* de los deſcomulgados, *lib. 8 Noua Collectio. Reg. interpretatur.*

20 *Si quis indurato animo per annum in excommunicatione permanſerit, contra eum tanquam ſuſpectum de hæreſi procedi poteſt, & quomodo hoc intelligatur. num. 21. & 22.*

23 *Tempus quo quis in excommunicatione permanere debet, vt pœnis legis Regiæ puniri poſſit, debet eſſe continuum.*

24 *Tempus requiſitum à lege, niſi aliud exprimatur, debet eſſe continuum.*

25 *Triginta dies pœnæ carceris impoſita à lege Regia blaſphemo, debent eſſe continui, nec ſufficit, quod ſint interpelati, computati in diuerſis vicibus.*

---

CAPVT XII.

## De pœnis permanentium in excommunicatione per menſem, & vltra.

IN Concilio Triburienſi, cap. 3. olim Patres decreuerunt, *vt qui poſt excommunicationem inclinati non* 1
*fuerint ad pœnitentiam ſubeundam, per Principem ſæcularem puniantur.* Hinc eſt, † vt perſeuerans per tempus 2
aliquod in excommunicatione, poſſit puniri ante innum pœna temporali, ſecundum Ananiam & Feli. *in c. poſtulaſti, de homicid. quos refert* & ſequitur Dida. Couar. *in cap. alma mater, 1. part. relect. § 7. nu. 10. de ſenten. excommu. lib. 6. circa finem.* Quare † non immerito Reges
Hiſpaniæ certis quibuſdam pœnis pecuniariis puniri 3
iuſſerunt eos, qui per menſem & vltra in excommunicatione permanſerint, *vt cauetur in l. 1. tit. 5. de los deſcomulgados, lib. 8. Noua Collect. Regia*, quæ ita ſe habet. *Vida eſpiritual es al anima la obediẽcia, y muerte la deſobediẽcia, y deſobedecer los mandamientos de la ſanta madre Igleſia,*

*y por que la ſentencia de excomunion, es arma con que la Igleſia defiende ſu libertad, y mantiene, y governa las animas Chriſtianas con juſticia de Dios, y deue ſer mucho mas temida y guardada, que otra ſentencia alguna: porque no ay mayor pena que muerte del anima: y aſsi como el arma temporal mata el cuerpo, aſsi la ſentencia de excomunion mata el anima, y es llaue de nos Reynos de los cielos, que encomendo nueſtro Señor al Apoſtol ſan Pedro, y à ſus ſuceſſores, y miniſtros de la Igleſia, y les dio poder de ligar y abſoluer las animas ſobre la tierra: y porque el mayor quebrãtamiẽto de la fe Chriſtiana, es el menoſprecio de la ſanta Igleſia, por ende mãdamos, que qualquiera perſona que eſtuuiere deſcomulgada por denunciacion de los Perlados de la ſanta Igleſia, por eſpacio de treynta dias, que pague en pena ſeyſcientos marauedis, y ſi eſtuuiere endurecido en la dicha excomunion ſeys meſes cumplidos, pague en pena ſeys mil marauedis, y paſſados los dichos ſeys meſes, ſi perſiſtiere en la dicha excomunion, que pague cien marauedis cada vn dia &c. Y las dichas penas ſean partidas en tres partes, la tercia parte para la obra de la Igleſia Cathedral, y la otra tercia parte para el merino o juez que la executare, y la otra tercia parte para el Perlado que la dicha excomuniõ puſiere*: ſicque hodie ceſſat lectura antiquior circa valorem dipondiorum dictarum pœnarum, quam refert Couar. de monetis, *c.* 5. *num.* 1.

4 Quæ lex & † ſimiles iuſtiſſimæ ſunt, vt affirmat Didacus Simancas *de inſtitution. Catholic. tit.* 27. *num.* 6. *&* *Didac. Couarr. in dict. cap. alma mater, 1. parte,* §. 7. *num.* 10. *circa finem,* & valide ſecundum Didacum Perez *ibid. pa.* 18. *in fine, & in principio ſequentis*, quia ponunt pœnam propter contumaciam, quæ conſtat iudici ſæculari per denuntiationem Prælati, ideoque ſicut de aliis criminibus, de quibus ei conſtat, vt de vſura, vel blaſphemia & huiuſmodi, etſi mere vel mixte Eccleſiaſtica ſint, ab eo puniri poſſunt, quia non agnoſcit iudex ſæcularis, vtrum excommunicatio iuſta vel iniuſta ſit; nec an crimen ſit blaſphemiæ vel contractus illicitus ex vi vſuræ & declarationis, & ſic de quidditate aliorum criminum, quorum definitio ſpectat ad iudicem Eccleſiæ, ſed prout iſte reperitur tale crimen commiſiſſe, poterit puniri à Rege, qui per menſem & vltra in excommunicatione permanſerit, *in dicta l.* 1. propter ipſam contumaciam, à iudice autem Eccleſiaſtico poſ-
5 ſe † excommunicatos, de quibus in dicta l. Regia, eiſdem pœnis puniri indubium eſt, quia eſt crimen mixti fori: quinimo potiore iure punitio huius criminis ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum, quia ipſe per prædictam contumaciam fuit offenſus, & ideo tanquam of-
6 fenſo præfata l. Regia, eidem tertiam partem pœnarum applicat. Pro quo facit, quia iudex † Eccleſiaſticus poteſt cognoſcere contra laicum perſeuerantem in excommunicatione, ipſumque mulctare & temporaliter punire ſecundum Abb. *in cap. grauem, de pœnis, quem refert* & ſequitur Marant. *de ord. iudic.* 4. *parte princ. in* 11. *diſtinctione nu.* 25 *fol* 219. Si igitur hoc poteſt, nullam rei, de qua agitur, aptiorem pœnam poterit excommunicatis infligere, quam in hac l. Regia contentam *arg. c.* 1. *& 2. de oper. nou. nunt.* & ita communiter practicatur: Nam iudices quoque Eccleſiaſtici ſolent punire huiuſmodi excommunicatos, prout vidi ſæpiſſime, qua praxi & nos quoque vtimur in hoc tribunali Eccleſiaſtico Ciuitatenſ. cui præſumus: duæque partes pœnarum pertinent ad Iudicem Eccleſiaſticum eas exſequẽtem, tum tanquam ad prælatum excommunicationem ferentem, licet non ſit eadem perſona, quæ nunc exſequitur, ſed ſucceſſor, cum tamen ſit idem prælatus in dignitate atque idem tribunal: tum & tanquam ad ex-
7 ſequentem, & tertia pars fabricæ † Cathedralis, vt habet eadem lex Regia, quæ ita ſeruatur in hoc tribunali: punitus in vno foro præd. pœnis, vel qualibet earum, non poterit in altero amplius eiſdem puniri, vt ſenſit recte Didacus Perez, *vbi ſupra, pag.* 178. *col.* 1. ibi, *Niſi eſſet ſufficiens in vtroque foro, & publice impoſita*: quamuis poſtea alia adducat, quæ contradicere videntur: nihilominus tamen tenendum eſt, quod prædixi: Nemo enim pro eodem delicto puniri debet bis pœna eiuſdem l. quamuis crimen ſit miſti fori, *vt in c. at ſi clerici, de iud.* & conuincitur ex plurib. limitationib. ad communem ſententiam in contrarium adductis per Andr. Alci. *in c. pernitioſum, nu.* 83. *& ſeq. de offic. ordin.*

Verum illa † quæſtio eſt celebris in propoſito atque in praxi ſæpiſſime contingens; *An ſi aliquis perſtitit in excommunicatione poſt denuntiationem per multum temporis ſpatium fuitque tandem abſolutus, prædictaque abſolutione obtenta, & reuerſus ad gremium Eccleſiæ accuſatus fuit ad pœnam dict. l. Regiæ incurſam, ipſe reſpondet ſe nunc non perſiſtere, nec eſſe in excommunicatione, quia eſt iam abſolutus, vt patet ex literis abſolutionis, quas oſtendit, an ſit puniendus pœna d. l. necne?* 8

Et primo videtur, hoc caſu minime locum habere pœnas dict. l. nec ipſius deciſionem, quia ipſa loquitur *en el que eſtuuiere deſcomulgado, &c* Hic autem non eſt huiuſmodi, quia eſt iam abſolutus: Ergo vbi non conueniunt verba legis, nec ipſius diſpoſitio locum habet: *argum. l.* 4. §. *toties ff. de damn. infect. cum ſimilibus,* præcipue cum ſimus in pœnalib. & odioſis: odia enim reſtringi & fauores conuenit ampliari, *vt in regula iuris vulgaris.*

Secundo, quia, vt conſtat ex principio & præfatione legis, ſupponitur manifeſte loqui in illis perſonis, qui actu ſunt excommunicati, vt conſtat ex verbis *ſupra* relatis: non vero in iam abſolutis ab excommunicatione, quibus minime conueniunt verba nec mens præfationis: At vero diſpoſitio legis refertur ad principium ſeu præfationem ipſius, atque iuxta eam intelligenda eſt, *vt in l. Titia,* §. *idem reſpondit, ff. de verb. oblig. l. fin ff. de hæred. inſtit. tradidi late in repet. authent. Sacramenta puberum, nu.* 81. *C ſi aduerſ. vendit.*

Tertio, quia vt prædicebam, lex Regia ſupradicta punit perſiſtentes diu in excommunicatione propter contumaciam & inobedientiam ipſorum; ſed ceſſante hac contumacia, quia reducti ſunt obedientiam Eccleſiæ, ac proinde beneficium abſolutionis meruerunt, eoque iam perfruantur, videtur quod pœna ipſius ceſſare quoque debeat, cum iam ſublata ſit cauſa atque radix ipſius: *argm. cap. cum ceſſante, de appell. & l. adigere,* §. *quamuis, ff. de iure patron. & l. quod dictum, cum ſimilib. ff. de pact.* quo fit, vt excommunicati non ante debeant abſolui, quam Eccleſiæ plene ſatisfecerint, vnde abſolutionis tempore ſolet interdum eis pro parte ſatisfactionis pœna pecuniaria imponi: quæ iuſte poteſt ab eis exigi ad pios vſus, quemadmodum cœtus Cardinalium ſuperioribus annis Paulo Tertio reſpondit, vt refert Simanc. *vbi ſupra, nu.* 5.

Quarto, quia eadem lex Regia dicit, *que qualquiera perſona que eſtuuiere deſcomulgada por denunciacion de los Perlados de la ſanta Igleſia por eſpacio de treynta dias, pague en pena ſeyſcientos marauedis: y ſi eſtuuiere endurecido en la dicha excomunion ſeys meſes cumplidos, pague en pena ſeys mil marauedis, &c.* Videntur igitur verba illa, *que eſtuuiere deſcomulgados, &c.* & ea, *y ſi eſtuuiere endurecido en la dicha excommunion,* iunctis illis, *que pague, &c.* quę ſunt præſentis temporis, ad effectum præſentem, tem- 9
pore ſaltem accuſationis referri: ſicque clare videtur innui, vt intelligenda ſint cum effectu, *arg. l. ſi Barſatorem, C. de fide iuſſor.* vbi, qui promiſit † ſe inuenturum latronẽ Barſatorem, tenetur illum exhibere: ſicq; ille dicitur inuentus, qui eſt inuentus & captus & repræſentatus, curiæ, vbi gl. 1. inquit, quod licet huiuſmodi promiſſor inuenerit præd. latronem, non tamen eſt liberatus, niſi





cum exhibeat. Verba enim cum effectu ſunt intelligenda, *l.* 1 §. *hæc verba, ff. quod quiſque iur.* & additio *d. gloſ.* 1. aduertit, quod eam legem notant Doctores ad quæſtionem † ſtatuti dicentis, quod ſi quis de nocte fuerit inuentus cum armis, puniatur tali pœna; Nam non ſufficit, quod quis viſus fuerit de nocte cum armis, idque teſtibus probetur, ſed requiritur, quod ſi corporaliter apprehenſus cum eis, per dictam l. ſi Barſatorem, vt vult Bart. *ibid. & in l.* 1 *in princ., ff. de acquir poſſeſſ.* Cynus *in l. licet,* 3. *qu. C. eodem tit. de acquiren. poſſeſſ.* Eſtque communis opinio, vt præfata additio teſtatur, ſequitur late probans alioſque allegans Cæpolla *in l. ſi fugitiui, nu.* 73. *& ſeq. C. Se ſerui fugit.* Palat. Rub. *plura adducens in repet. cap. per veſtras, de donat. inter virum & vxor.* §. 21. *nu.* 12. Didac. Perez *in l.* 23. *in fine, tit.* 3. *lib.* 1. *ordin. col.* 172. *& iterum in l.* 2. *tit.* 14. *lib.* 2. *eiuſdem ordinam. col.* 540. Antonius Gomezius late inferẽs ad plura alia *in l.* 45. Taur. *num.* 48. *& ſequentibus*, vbi eam veram & magis communem doctrinam appellat: quamuis contrarium aduerſus communem late probet Ripa *in tract. de peſte, in cap. incip. venio nunc ad modum, n.* 104. *fol.* 58. *& ſeq.* Ergo ita & eodem modo videtur dicendum in propoſito, vt ad hoc, vt qui per menſem & vltra perſtitit in excommunicatione, puniatur pœnis præfatis legis, requiratur vt tempore ſaltem accuſationis ſit & inueniatur excõmunicatus, cum ſimus in materia pœnali; alias ſi iam ſit abſolutus, cum ſit ſatisfacta Eccleſia pœnitentia ſalutari impoſita tempore abſolutionis, videtur, quod nullo modo poſſit prædictis pœnis puniri. Et ita iam in praxi in hoc tribunali Eccleſiaſtico obſeruaui, ſcioq; ab aliis exercitatiſſimis viris obſeruatum fuiſſe in eodem & alio, vt iidem mihi affirmauerunt.

Rurſus his non obſtantibus, contraria ſententia verior videtur & tenenda, imo quod in ſpecie præmiſſa, etiam poſt abſolutionem, poſſit accuſari & puniri pœnis d. l. Regiæ, qui per menſem & vltra extitit in excommunicatione.

11 Primo, † quia delictum ſemel commiſſum non aboletur ad euitandum pœnam temporalem propter pœnitentiam impoſitam à iudice ſpirituali pro conſequenda abſolutione, niſi eſſet ſufficiens in vtroque foro, & publice impoſita, alias puniri poteſt à iudice laico, *vt in c. ſtatuimus, in verſ. per temporalem præterea, de maledic. & in capit. felicis, de pœnis, in* 6. *in verſ. Per hoc quoque ſæcularibus poteſtatibus non adimimus facultatem vtendi legibus contra tales, quas aduerſus ſacrilegos Catholici Principes ediderunt.* Ex quo text. ſumit † argumentum Abb.
12 *in cap. tuæ, num.* 15. *de procurat. & in cap.* 1. *nu.* 7. *de offic. ordin.* quod bigamus, ſi per Eccleſiaſticum iudicem condigna pœna non fuerit punitus, poteſt per ſæcularem iterum puniri, quæ eſt communis † opinio, quam ele-
13 ganter declarat Antonius Gomezius *de delict. cap.* 1. *nu.* 40. & Couar. *lib.* 2 *variar. reſolut. cap.* 10. *num.* 6. & Iulius Clarus *in practic. criminal.* §. *final. qu.* 57. *ad fin.* In blaſphemio idem eſt, vt tradit Auend. alios referens 2. *parte*
14 *cap.* 5. *prætor. n.* 18. quamuis his † caſibus minoranda ſit pœna ſecundum Boer. *deciſ.* 286. quem refert & ſequitur idem Auendan. *eodem lib.* 2. *cap.* 16. *nu.* 16. *ad fin.* Et indiſtincte, quod ſi aliquis in crimine mixto ſit condẽ-
15 natus ab Epiſcopo ſecundum † legem canonicam, poſſit etiam condemnari à iudice ciuili & puniri ſecundum ius ciuile, latiſſime probat, plures allegans teſtatuſque eam eſſe communem & ab ea non recedendum Alciat. *in c. pernicioſam, nu.* 80. *& ſequ. de officio ordinarij, vbi quinque modis limitat.*

16 Sic etiam † abſolutus in foro pœnitentiali, non remanet abſolutus in foro exteriori, quin de eodem crimine à iudice puniri poſſit, *iuxta gl. communiter approbatam in cap. de his, de accuſ. de qua ſupra, cap.* 2. *num.* 13. *egimus.* Ergo etiamſi excommunicatus huiuſmodi ſatisfecerit Eccleſiæ, ac proinde impoſita ſibi pœnitentia ſalutari ab eodem iudice, qui eum excommunicauit, ſit abſolutus, poterit accuſari ac puniri, vel à iudice ſæculari, vel Eccleſiaſtico præueniente, pœna impoſita à præd. l. Regia propter contumaciam tanti temporis exſiſtentiæ in excommunicatione.

Secundo, quia dict. l. Regia non requirit ad hoc, vt pœnæ ipſius locum habeant, quod tempore accuſationis ſit actualiter inuentus vel apprehenſus in excommunicatione, ſicque ceſſat omnino quartum fundamentum contrariæ partis, ſed tantum, *Que qualquiera perſona que eſtuuiere deſcomulgada por denunciacion. &c.* Nec exprimit, quod tempore accuſationis vel ſententiæ ſit excommunicatus, ſed quod extiterit excommunicatus per menſem vel ſex menſes continuos, &c. Hoc autem rectiſſime verificatur in illo, qui per id temporis ſpatium excommunicatus extitit, quamuis ſit iam abſolutus: Ergo puniri poterit eiſdem pœnis, *per regul. d. l.* 4. §. *toties ff. de damno infect.* à contrario ſenſu, nempe quod vbi verba legis conueniunt, *ibi* legis diſpoſitio locum habet: inſpiciendum eſt ergo tempus commiſſi & conſummari delicti, & non ſententiæ, ad imponendum præd. pœnam.

Tertio, quia ſi lex noſtra Regia fundatur in contumacia atque inobedientia Eccleſiæ ita diuturna, ea quamuis iam præterita puniri poterit, quia etſi obediens iam ſit, & in gremio Eccleſiæ atque pœnitentiam egerit, cum obtinuit beneficium abſolutionis, illa pœnitentia priuata eſt, non vero publica, nec de qua in noſtra lege: cum igitur aliquis pro delicto miſti fori non eſt ſufficienter punitus à iudice Eccleſiaſticos condigna pœna, non impeditur, quin à iudice ſæculari iterum puniri poſſit, vt tradit late Ant. Gom. *in d. tom. de delict. c.* 1. *nu.* 40. *& cæteri* ſupra *allegati.*

Quarto † & vltimo hæc ſententia vrgenter proba- 17
tur *in l.* 2. *tit.* 5. *dict. li.* 8. *noui. collect. Reg.* quæ ita ſe habet: *La pena que ſe pone à los deſcomulgados, ſe ha de lleuar ſiẽdo la ſentencia de excommunion publicada, y denũciado que la Igleſia euita, y quando los deſcomulgados no apelaron, o ſi apelaron no ſiguierõ la apelacion: y que la pena ſe ha de lleuar del tiempo que fueren deſcomulgados, y no mas, y las penas que ſe ponen à los deſcomulgados, que por la Igleſia ſon tolerados, no ſe han de exſecutar.* hic namq; habemus legẽ imprimis interpretantem atque declarantem *dictam l.* 1. *præcedentem*, vt procedat tantum in excommunicatis ab Eccleſia vitatis, ſecus in toleratis ab ea, de quibus *ſupra* late egimus *capitulo primo huius operis*, ibique dicta ſunt hic in memoriam reducenda. Secundo, vt intelligatur in excommunicatis non appellantibus vel appellationem non proſequentibus, quod exiſtimo intelligendum iuxta iuris diſpoſitionem, nempe vt appellatio interpoſita fuerit ante excommunicationem, ſecus ſi poſt, & ſic quando appellatio non ſuſpendit excommunicationem, iuxta text. *in cap. paſtoralis,* §. *verum, cum ſimilib. de appellat.* Tertio & nunc ad rem habemus interpretationem in præfata *l.* 2. ad noſtram primam, de qua agimus, quaſi ad noſtrum propoſitum cõcinnam, nempe, *que la pena ſe ha de lleuar del tiempo que fueron deſcomulgados, y no mas*: patenter igitur ſatis inſinuatur atque exprimitur in illis verbis, *del tiempo que fueron deſcomulgados*, quod huiuſmodi excommunicati poſſint prædictis pœnis puniri pro tempore prẹterito, quo fuerunt excommunicati, ſicque eo tempore, quo ſunt iam abſoluti: Nam ſi adhuc tempore ſententiæ eſſent excommunicati, non vteretur lex verbis præteriti temporis, ſed præſentis, nempe, *que ha que ſtan deſcomulgados*, vel præteriti & futuri ſimul, ſcilicet, *del tiempo que han eſtado, y eſtuuieren excomulgados*; vt proprie loqueretur; non igitur eſt dicend. hanc. 2. improprie locutam fuiſſe de excommunicatis tempore

præterito pro præſenti: & ita in terminis hanc ſententiam expreſſim, quamuis breuiter, probauit doctiſſimus Couar. *in 4. de ſponſ. lib. 2. parte cap. 6. §. 8. num. 17.* dicens: Ex quo ſubinfertur intellectus ad l. Regiam, quæ prima eſt *tit. de excommunicatis, lib. 8. ordinam.* qua pœna imponitur perſeuetanti in excommunicatione per menſem & annum, nam hic excommunicatus abſoluendus eſt, licet pœnam illius legis non ſoluat, tametſi poſſit ab eo illa pœna exigi, præſtita ſemel abſolutione: Eandem ſententiam latius probat Didac. Perez *in dicta l. 1. pag. 178. colum. 1. in verſ. ſed eſt dubium, & ſequi & iterum pag. 183. column. 1.* Qua opinione retenta, iam non obſtant fundamenta contraria *ſupra* adducta, quoniam ipſa diluuntur ex adductis pro hac ſecunda, vbi priora contra eam retorquentur: & præterea alia ratione quattum etiam ceſſat ex concordia Auguſtini de Arimino *in addition. ad Aug. in tractatu maleſic. in parte,* dictus Andreas armatus, *colum. fin.* quem refert & ſequitur Antoninus Gomezius *in dicta l. 45. num. 5.* inter præfatam magis communem ſententiam, de qua meminimus in dicto quarto fundamento, & tenentes contra eam, nempe, quod ſi lex vel ſtatutum punit deli-
18 ctum, alias à iure naturali vel communi punibile, non requiritur apprehenſio (adde tu, niſi † aliud exprimatur) ſi vero delictum non ſit à iure punibile, ſed nouiter puniatur à lege vel ſtatuto, tunc requiritur actualis apprehenſio: ſed in propoſito inobedientia atque contumacia, maxime tanti temporis, vt eſt prædictum, eſt maximum ac capitale peccatum, vt patet, quia ob id quis excommunicatur atque in excommunicatione perſeuerat: Ergo ad id puniendum pœnis dictæ l. Regiæ non requiritur apprehenſio, præmaxime cum ipſa l. hoc expreſſim non expoſcat.

19 Quid † tenendum? Certe hæc ingens controuerſia ſedari concordia poterit & vere meo iudicio hoc modo, vt prior opinio atque ſententia negatiua recte procedat & locum habeat in iudice Eccleſiaſtico, qui excommunicauit; Is namque cum ſemel abſoluerit excommunicatum in excommunicatione per menſem vel vltra permanentem vel abſoluendum iuſſerit, licentiamque ad id præſtiterit, abſque exactione pœnæ, ſed tantum impoſita eidem ſalutari pœnitentia, qua videtur ſibi ſatisfieri, vel reputare ſe contentum reliquamque pœnam eidem excommunicato condonare, cum tamen poſſet ante abſolutionem eundem reum punire pœnis d. l. & non fecerit, non videtur quod poſſi poſtea abſolutione ſemel ſimpliciter præſtita, eundem reum impetere ſiue condemnare prædicta pœna, de qua in l. Regia; Hoc enim caſu vrgere adhuc videntur fundamenta prioris partis, vel quædam ipſorum, nec obeſſe contrarium: niſi iudex Eccleſiaſticus ante abſolutionem inciperet procedere contra huiuſmodi excōmunicatum ad pœnam dict. l. Regiæ, & poſtea, ſine tamen præiudicio ipſius proceſſus atque accuſationis iuſſiſſet eum abſoluere, quia reputari debet hoc reſpectu d. pœnæ exigendæ ac ſi eum non abſoluiſſet; Quandoquidem mentem ſuam declarauit ac tempore debito, hoc eſt, ante abſolutionem formauerit proceſſum contra reum & abſolutionem ſine præiudicio præd. proceſſus ac iuris acquiſiti conceſſerit. Hoc enim facto non videtur eidem reliquum pœnæ condonare nec ſe contentum omnino reputare: conſultius tamen faciet iudex Eccleſiaſticus, ſi prius excommunicatum puniat, quam abſoluat: & hæc eſt praxis, quam diximus *ſupra* obſeruari.

At vero ſecunda opinio affirmatiua *ſupra* fundata ac auctoritate doctiſſimi Couar. & Didac. Perez probata, recte procedat atque vera ſit in iudice ſæculari procedente contra excommunicatum iam abſolutum. Is enim iudex, cum reum non abſoluerit nec abſoluere potuerit, ſed tantum Eccleſiaſticus, qui eum excommunicauit, poterit abſolutione etiam ſemel præſtita ab illo pœnam d. l. exigere, cuius executor ipſe ab ea factus eſt: hic namque fundamenta ſecundæ ſententiæ factis perſtringunt. Accedat præterea quod præfati auctores noſtri Cohiſpani eam tenentes, videntur vel ſaltem præſupponunt loqui iudice ſæculari quamuis id ſatis non aperiat Couar. alter vero expreſſiſſime.

Præterea obſeruandum eſt, † quod ſi indurato ani- 20
mo quis cenſuris annexus in illis per annum inſorduerit, etiam contra eum, tanquam de hæreſi ſuſpectum, procedi poteſt, vt in Concilio Trident. *ſeſſ. 25. in decreto de reformat. cap. 3. in fin.* cauetur, licet vt hæreticus dānandus non ſit, *iuxta gl. Inno. Hoſtienſ. & ceteros Doct. in cap. vlt. de pœnis,* dicentes hanc ſuſpicionem ſufficere, vt purgatio indicatur, Palat. Rub. *in repet. cap. per veſtras §. 18. num. 24. de donation. in vir. & vxor.* Ioann. de Anania cum Hoſtienſ. *& alij in cap. poſtulaſti, num. 2. de homicid.* vbi extendit, etiamſi non ſi excommunicatus ex cauſa hæreſis, & ibi Felin. Quod alios allegans ſequitur D. Couar. *in cap. alma mater. 1. part. relect. §. 7. nu. 10. de ſentent. excommun. in 6.* & latius plures allegans D. Simanc. *de inſtit. Cathol. tit. 27. num. 4.* addens, quod quamuis ea ſuſcipio non ſit vſque adeo violenta, vt ob eam ſolam damnari quiſpiam debeant: ſufficit tamen ad purgationem indicendam; quam ſi ſubire noluerit, & 21
adhuc in excommunicatione † permanſerit, tunc velut impœnitens, pertinax & hæreticus condemnari poteſt, *vt in cap. excommunicamus, §. qui autem de hæretic. cap. cum contumacia, eod. tit. lib. 6.* alias enim ſola ſuſcipio prædicta leuis eſt, vt tradit optime, † praxin huius caſus 22
exponens auctor Directorij Inquiſitorum, *2. par. qu. 47.* quem refert & ſequitur D. Cou. *vbi ſup.* eandē ſuſpicionem cum Palac. Rub. *vbi ſup.* refert etiam Didac. Perez *
*in d. l. 1. pag. 183. col. ad fin.* * Et plura circa intellectum, *dict. decret. de reformatione, c. 3.* ſacri Concilij Tridentini, nouiſſime poſt nos, vt credo, vel ſaltem eodem tempore, ſcripſit Ignatius Salzed. *in pract. crim. canonica* Bernard. Diaz. *cap. 116. per totum.*

Vltimo † addendum duxi in propoſito, quod ad hoc 23
vt pœnæ huius l. Regiæ exigi poſſint, dies illi triginta vel ſex menſes debent eſſe continui, ita vt in omnibus illis continuo fuerit atque permanſerit in excommunicatione: alias enim ſi aliquo tempore, licet minimo intermedio fuerit abſolutus, licet poſtea reinciderit in excommunicationem, dum tamen per triginta dies vel ſex menſes continuos non perſtiterit in excommunicatione, non habent locum pœnæ d. legis: quia in dubio tempus requiſitum à lege, † niſi aliud exprimatur, 24
debet eſſe continuum, *arg. gl. in rub. in verſ. ſed hic notandum eſt, ff. de variis & extraord. præſcript.* quam ſequitur Bart. *ibi,* & probant plures relati per Tiraq. *de vtroque retract. tit. 1. §. 1. gl. 11. n. 21. dicens eam gl. ordinariā,* & Socin. *communem appellans in l. cum filius, §. in hac, col. penult. nu. 9. ff. de verb. oblig.* ſequitur Ant. Gomez *in 3. tom. variar. c. de delict. nu. 3. & cap. de exſilio & relegat. num. 2.* Adde Greg. Lopez, *in l. 2. titul. 28. part. 7. in gloſ. primera vez, in verſicul. an vero ſufficiat.* vbi loquens in pœna 25
carceris triginta dierum impoſita † à Regia pragmatica blaſphemo, decidit non ſufficere, quod ſint interpolati, computatis dictis triginta diebus in diuerſis vicibus, ſed debere eſſe continuos, quia vbi ius apponit tempus, intelligitur de continuo, *vt in cap. 1. & ibi* notat Ioan. Andr. de vita & honeſtate clericorum, *l. 6. cap. laudabilem, cum gloſſ.* ibi *de frigid. & maleficiat.* Ergo ita in propoſito dicēdum eſt, vt triginta illi dies vel ſex mēſes, quibus quis perſtiterit in excommunicatione, ad hoc, vt pœnis dict. l. Regiæ puniri queat, debeant eſſe continui, nec ſufficiat, quod ſint interpolati in diuerſis vicibus *per ſupradicta.* Accedit huic ſententiæ mens legis-



legiſlatoris hoc ſignificantis, cum dicit, *Que qualquiera perſona que eſtuuiere deſcomulgada por denunciacion de los Perlados de la ſanta Igleſia, por eſpacio de treynta dias, pague, &c.* & ibi, *Y ſi eſtuuiere endurecido en la dicha excommunion ſeys meſes cumplidos, pague, &c.* & præterea odium pœnatum: quare reſtringenda ſunt, *vt in regula iuris vulgari.*

SVMMARIVM.

1 *Occultum duplex eſt, primum, quod eſt omnino occultum per ſe & in ipſo actu animæ conſiſtit.*
2 *Occultum ſecundo modo dicitur per accidens, quia exterius prodiit nemine præſente.*
3 *Occultum pene eſt, quod vni vel paucis notum eſt, non tamen adhuc eſt probatum iudicialiter nec pluribus notum.*
4 *Eccleſia vtrum habeat poteſtatem ſuper actus animæ pure interiores? negatiua eligitur.*
5 *Hæreticus mentalis ſolum, non incurrit excommunicationem nec aliam pœnam.*
6 *Propter crimen occultum ſecundo modo, hoc eſt per accidens & propter pene occultum, incurritur excommunicatio alias à iure impoſita.*
7 *Hæreticus occultus per accidens, ſi ſecreto confiteatur Inquiſitori crimen iſtud, & pœniteat eiuſdem, erit ab eodem Inquiſitore abſoluendus quoad pœnitentiæ iudicium.*
8 *Cap. 5. inſtructionis 1. Hiſpalenſ. declaratur, vt procedat in hæretico occulto per accidens.*
9 *Hæreticus pure mentalis, ſi coram Inquiſitoribus occultiſſimam hæreſin confiteatur, vel eam amico reuelet, petens ab eo conſilium, non incidit in excommunicationem.*
10 *Propter crimen omnino occultum, nempe mentale tantum, non incurritur ſuſpenſio nec irregularitas.*
11 *Homicida occultus per accidens, an incurrat irregularitatem? & num. ſeq.*
12 *Filius presbyteri, ex matre coniugata genitus, ſi ſciat ſecrete per vtriuſque parentis relationem ſe non eſſe legitimum, ſed filium presbyteri, dummodo hoc ſit omnino occultum, poterit ſine diſpenſatione ad ſacros ordines promoueri & beneficium curatum recipere, ſed contra num 20.*
13. *Irregularitas induci poteſt humana Pontificia conſtitutione in pœnam criminis exterioris, etiam occulti.*
15 *Crimina quædam ſunt grauia, depoſitione digna ab ordinis miniſterio, quæ tamen non inducunt irregularitatem, vt ſunt adulterium, falſi crimen, ſymonia in beneficio acquirendo commiſſa & periurium: alia tamen crimina ſunt, quæ inducunt irregularitatem, nempe homicidium, ſymonia in ordine commiſſa & ſimilia.*
16 *Epiſcopus an diſpenſare poſſit cum homicida occulto? & num. ſeq.*
17 *Solus Papa cum homicida caſuali diſpenſat, attento iure communi.*
18 *Cap. 6. in princip. de reformat. ſeſſ. 24. ſacri Conc. Trident. declaratur & nu. 27. & 29.*
21 *Homicida occultus an poſſit celebrare, quando alias probabiliter timetur reuelatio delicti.*
22 *Lex naturalis & diuina, de defendenda fama propria præſtat legi humanæ de abſtinendo à ſacro in irregularitate.*
23 *Poteſt quis ſuam conſcientiam conformare, cum qua maluerit ex duab. opin. diuerſis probabilibus.*
24 *Aduocatus in dubiis, vbi ſunt diuerſæ opiniones probabiles, poteſt defendere quamlibet earum.*
25 *Iura inter dubias opiniones, vnam eligere indiſcriminatim, bona tamen fide, concedunt.*
26 *Epiſcopi, non vero eorum vicarij, poſſunt abſoluere ab hæreſi occulta, attento Concil. Trident. hodie ſecus per bullam in Cœna Domini num. 31.*
28 *Confeſſarij, quamuis per bullas Cruciatæ non poſſint abſoluere à crimine hæreſis, fallit in hæreſi mentali.*
30 *Superior, cui reſeruatus eſt aliquis caſus habens annexam excommunicationem abſoluendo ab ea, ſublata eſt reſeruatio, & poteſt remittere pœnitentem ſuo confeſſori abſoluendum.*

## CAPVT XIII.

### De irregularitate ex homicidio occulto proueniente.

CRimen † occultum duobus modis dici poteſt. 1
Primo modo, quando aliquid eſt omnino occultum per ſe, quod ex ſua ratione ſibi vendicat non ſubeſſe cognitioni ſenſitiuæ, & ita conſiſtit in ſolo actu animæ interiori, vt nullo verbo, opere aut ſigno prodeat exterius, nec vllo modo ſentiri poſſit ſenſu exteriori: & hoc dicitur omnino occultum vel occultiſſimum, quia ſoli Deo & ipſi homini habenti talem actum, per ſe notum eſſe poteſt.

Secundo † modo dicitur crimen occultum per ac- 2
cidens tantum, quod exterius verbo aut opere aut ſigno prodit aut percipi poteſt per ſenſum exteriorem: quamuis per accidens contingat, quod de facto à nemine alio videatur aut ſentiatur, quia nullus alius adeſt qui id percipiat, qui ſi adeſſet, videre poſſet, vt ſi in eremo quis proferret hæreſin, vel alibi nemine præſente.

Eſt & † aliud, quod ab aliquibus dicitur pene occul- 3
tum, quia vni vel paucis notum eſt, per quos plene aut ſemiplene probari iudicialiter poteſt, non tamen adhuc probatum eſt iudicialiter, nec de facto publicum aut pluribus notum.

Superior duplex criminis occulti differentia latiſſime probatur per doctiſſimum Alfonſ. à Caſtr. *lib. 2. de poteſt. leg. pœnal. c. 15. in princ.* & Ant. à Cordub. *vbi infra ſtatim in 2. loco citabitur, & ab aliis, vbi de illo pene occulto etiam meminere.* Circa primum occultum, quod ſolum in actu animæ conſiſtit, dubium eſt; *vtrum excommunicatio incurratur propter crimen hoc modo occultum, cui alias ineſt excommunicatio?* Cuius quæſtionis deciſio pendere forte videri poterit ab illa, quam latiſſime & fœcundiſſime illuſtrauit F. Anton. à Cordub. *in ſuo q. l. 4. de fide & Eccl. q. 13. vtrum † Eccleſia habeat poteſta-* 4
*tem ſuper actus animæ pure interiores, præcipiēdo prohibendo & puniendo?* vbi refert tres principales in hoc plurimorum Doctorum, tam Theologorum, quam vtriuſque iuris profeſſorum ſententias, ſingulas probando, quartamque & vltimam ſuam propriam. Primam negatiuam Durandi, Gerſonis, Florentini, Medinæ & aliorum. Secundam affirmatiuam, quam tenent plurimi Iuriſtæ, quos *ibi* refert. Tertiam mediam inter præcedentes, quam tenent communiter doctores vtriuſque iuris, quorum plurimos *ibi* refert, dicens, quod hoc tēpore eſt communiſſima hæc opinio & quod communiter practicatur: ſed prior opinio negatiua, ac per conſequens, quod excommunicatio propter occulta peccata, primo modo non incurratur, magis communiter à Dd. tenetur, vt idem Cord. prius reſoluit *l. 1. d. ſui quæſt. q. 35. pag. 276. col. 1. in verſ. his ſuppoſitis,* & ante eū idem latiſſime probauit Alfonſ. à Caſtr. *vbi ſupra, in 1. concluſ.* reſoluens, quod qui commiſit crimen aliquod ex ſe & ex ſua natura occultum, vt eſt illud quod ſola mente perpetratum eſt, nullam propter illud pœnam iuris incurrit, & ibi ſatisfacit Clement. 1. *§. verum de hæret. iuncta gloſſ. in cap. dolentes, de celebrat. Miſſar.* in contrarium adductis, affirmans ſibi magis placere multorum Theologorum opinion. quæ communior & magis rationi conſona eſt contra dictam gloſſam &

Adrianum,tenentes, Eccleſiam poſſe ligare & punire crimen omnino occultum,quod in corde latet,& nunquam ad exteriorem actum proceſſit: Eandem negatiuam ſententiam late & optime probat D. Siman. *de inſtit.Cathol.tit 41.nu.2.& ſequent.*dicens, quod eſt conſtans & recepta Theologorum ſententia fere omnium aduerſus Adr.Bald. & alios Iuriſtas: Eandem teſtatur potiorem & communem Doctiſſ. Couar. *in regul.peccatum, 2. part.regul.1.n. 7.de reg.iur.in 6.*aduerſus Adr. quodlibet 8.& alios,qui contrarium ſequuntur ſententiam & teſtantur etiam eam communem:ſed negatiuã profitetur eſſe communem plures eam tenentes congerens D. Ioan.à Roias *de hæret.1.part.n.240.*quamuis
5 ipſe *n.246.*cum pluribus Iuriſtis,quos † refert, probet contrarium minus bene:quo fit, vt iuxta ſuprad. hæreticus ſolum in mente,hoc eſt, qui hæreſin ſuam ſola mente concepit, nullatenus eam ſigno aliquo foras manifeſtando,non ſit excommunicatus ipſo iure, nec dominio bonorum ſuorum priuatus, nec alicui alteri pœnæ à iure contra hæreticos ſtatutæ ſubiectus,vt late probat. Caſtr. *vbi ſupr.* aduerſus gloſ. contrariam *dict. Clem.1.§.vero,* & ibi limitat & ante eum tenuit Caiet. *in 2.2.quæſt.11.art.3.& 4.*

6 Quoad † ſecundum autem occultum(& à fortiori in pene occulto )indubium eſt apud doct. incurri excommunicationem propter crimen præd. modo occultum, cui alias à iure eſt impoſita huiuſmodi pœna,ſecundum Cordub.*vbi ſupr.dict lib.1.qu.35* & ante eum Caietan. *vbi ſup.*quod iure & ratione late probat Caſtr.*vbi ſup. in 2.conc.*& tenent omnes communiter ſecun.Simanc.
7 *vbi ſupra nu.7.* Couar. etiam *vbi ſupr.*Hic vero † hæreticus, ſi ſecreto confiteatur inquiſitori crimen iſtud & pœniteat eiuſdem,erit ab eodem inquiſitore abſoluendus, quoad pœnitentiæ iudicium, vt exiſtimauit Ioan.Lupius Decan.Segouien.*in tract. de hæreſ. qu. 11.* quem referunt & ſequuntur *vbi ſupra* Couar. & Sima.
8 *nu.11.*ſic interpretantes † inſtructionem primam Hiſpalenſ. *cap.5.*vt loquatur in hoc occulto hæretico per accidens,quamuis Ioan. à Roias *vbi ſupra,num.267. & ſequentib.*eam minus bene intelligat in hæretico mentali, & ſic in occulto per ſe & ſua natura,id etiam tribuens Siman. *vbi ſupra*, cum tamen ipſe contrarium expreſſe dicat,nempe eſſe intelligendam præfatam inſtructionem *dict. c. 5.*in hæretico occulto de per accidens:Nam hæreſis pure mentalis, quæ nunquam prodit in actum exteriorem, non eget, vt ipſe *ibi* præfatur, abſolutione inquiſitorum nec abiuratione aut reconciliatione, ſed ſufficit illam proprio ſacerdoti confiteri.

9 Si vero † hæreticus pure mentalis coram inquiſitoribus occultiſſimam hæreſin confiteatur,vel eam amico reuelet petens ab eo conſilium,non incidet in eiuſmodi excommunicationem,quia exterior ille actus eſt bonus,& hæreticus non protulit hæreſin aſſerendo illam Quare multo magis idem erit, cum hæreticus huiuſmodi in foro pœnitentiæ intellectualẽ hæreſin confeſſus fuerit,quia non modo actus ille bonus, ſed pius etiam & extra iudicium humanum eſt:*ita tenet Franc. Victoria ſuper Thom.2.2.quæſt.11.art.3.*Couar.*vbi ſupr.* quos refert & ſequitur Sim.*d. tit .42.n.9.*

10 Sed quid † quoad alias cenſuras ſuſpenſionis & irregularitatis, &c an incurrantur propter crimen occultum;Et quoad primum modum occulti, de quo ſupra, concors omnium conſenſus eſt, quod non, quia requiritur factum exterius, vt huiuſmodi pœnæ incurrantur,ſecund.Cordub.*vbi ſupr.dict.quæſt.35.verſ.quoad ſecund* idemq; conſtat ex traditis per Caſt. *vbi ſupra* iam relatis : quoad ſecundum modum occulti, nempe per accidens. Ingens controuerſia eſt inter noſtrates; *An propter crimẽ,ob quod alias à iure irregularitas incurritur, nempe homicidium,ſi ita occultum ſit,vt probari aliter minime poſſit quam per confeſſionem ſolius homicidæ,ipſa incurratur?*

Sunt etenim † qui exiſtimant,huiuſmodi homicidam 11
de quo agimus, ſi egit pœnitentiam, non eſſe irregularem ac per conſequens poſſe miniſtrare in ordine ſuſcepto, & promoueri ad alium ſuperiorem abſq; diſpẽſatione,quia Eccleſiæ non eſt obnoxius, cum peccatũ illius ſit occultum,*vt dicitur in c.Chriſtiana,32.q.5.* nec tenetur Deo, quia iam illi per pœnitentiem ſatisfecit: Ita Vinc. quem refert ſumma Angel.*verb. homicidium, 5.quæſt.1.*vbi etiam refert alios duos, nempe Ioann. & Laud. hoc tantum addentes,quod diſpenſatio Epiſcopi ſit neceſſaria,quamuis Papæ diſpenſatio non requiratur:Eandem opinionem tenet Abb.*in c.ex tenore, de temporib.ordinam.*dicens, quod ſi crimen homicidij eſt omnino occultum,vt diſtinguitur contra probabile,id eſt,ſic occultum,vt nullatenus poſſit legitime probari tunc ſi habeatur reſpectus ad legem promotionis publicam,non eſt opus aliqua diſpenſatione, vt promoueatur ad ordines ſacros & in ſuſceptis miniſtret:ſi vero reſpiciamus legem conſcientiæ,informatam ex lege poſitiua,tunc dicit,neceſſariam eſſe diſpenſationẽ non tamen declarat,quis eam concedere poſſit, an Epiſcopus vel ſolus Papa:ſed eius ſententiam Ang. *vbi ſup.* declarat,intelligendam eſſe de diſpenſatione Epiſcopi. Eandem ſententiam latiſſime probat Caſtr. *vbi ſup.* in tertia concluſione,egregie probans,nullam in hac ſpecie contrahi irregularitatem,ex cuius rationib. colligitur,non eſſe neceſſariam hoc caſu diſpenſationem Epiſcopi.Pro quod adducit *d.c.ex tenore,*cui cenſet,non obeſſe tex.*in c.fin.eodem tit & in c.inquiſitionis, in princip. eodem tit.*quippe, qui loquuntur in caſu, quo crimina occulta omnino non ſunt, ſed poſſunt in iudicio ſaltem paucis teſtibus probari.Et ſententiam Abb.*in d c. ex tenore,*in hunc ſenſum accipit, quod ſi homicida occultus agat in foro iudiciali,petendo promoueri ad ordines,aut miniſtrare in ſuſceptis,non indigeat diſpenſatione,vt alterutrũ horum iuridice petere poſſit;Quia licet diſpenſatione careat,non poterit illi petitio denegari :ſed licet non poſſit in foro iudiciali repelli,quia occultum eſt crimen illius, ille tamen quia optime agnoſcit crimen ſuum in foro conſcientiæ,ſine diſpenſatione Epiſcopali,aliquid illorum agens peccat.Quam opinionem amplectitur ſumma Angel. *vbi ſup.*quamuis, vt prædixi, iuxta rationes Caſtri nulla diſpenſatio requiratur.

Ex quo † infert ipſe Alf.à Caſt.quod ſi filius presby- 12
teri ex matre coniugata genitus ſciat ſecrete per vtriuſque parentis relationem ſe non eſſe filium mariti matris ſuæ,ſed filium presbyteri,dummodo hoc ſit omnino occultum, poterit ſine vlla diſpenſatione ad ſacros ordines promoueri, & beneficium, curam animarum habens,recipere,vt *ibi* probare conatur.

Sed verius † multo eſt, hoc caſu incurri irregulari- 13
tatem propter homicidium ita occultum,vt nullo modo probari poſſit,quam per confeſſionem ipſius homicidæ,ac proinde nec in ordinibus ſuſceptis huiuſmodi homicidã miniſtrare poſſe,nec ad maiores ordines aſcẽdere abſque legitima diſpẽſatione eius,qui eã dare poſſit,de quo paulo inferius agemus:hocque eſt tenendum in foro conſcientiæ,de quo agimus:Nam in foro iudiciali quis dubitat, cum homicidium negatum ſit improbabile, neceſſariam minime eſſe diſpenſationem nec iudicem poſſe denegare præd.licentiam : & nihilominus ea vtens abſque diſpenſatione, cum tamen occultiſſime homicidium ipſum commiſerit, peccabit mortaliter : Noſtra igitur hac de re ſententia tenenda id habet, per huiuſmodi homicidium, de quo agimus, irregularitas in foro conſcientiæ cõſtitutione Eccleſiæ
con



contrahatur, quæ impedit exercitium ordinum ſuſceptorum, atque promotionem ad maiores abſque diſpenſatione : quo fit, vt cum hac opinion. teneat Abb. expreſſe *in d.c.ex tenore,*non recte à Caſtro pro ſua contraria citetur.

14 Quæ ſententia † primo probatur,quoniã indubium eſt, poſſe humana Pontificia conſtitutione induci irregularitatem in pœnam criminis exterioris, etiam occulti, quod nullis probari teſtibus valeat. Deinde conſtitutiſſimum eſt, ius Pontificium irregularem cõſtituere homicidam exteriorem, etiamſi is occultiſſimus ſit, ita vt nullis teſtibus homicidium probari queat,vt deducitur ex omnibus iuris canonici locis, quibus hæc fuit ſtatuta irregularitas : Etenim propter homicidij exteriorem actum inducta fuit abſque diſtinctione, an is occultus vel publicus ſit:qui autem aliud dixerit,nec eſſe habet id iure probare.

15 Secundo, quia † etſi ſint quædam crimina, grauia quidem,atque ideo depoſitione digna ab ordinis miniſterio,eaque perpetua,quæ tamen,ſiue publica,ſiue occulta ſint, non efficiunt eius auctorem irregularem, nẽpe adulterium, falſi crimen, ſymonia in beneficio acquirendo commiſſa,& periurium,vt notatur *in c.tua,de pœnis,cap.at ſi clerici,§.vltimo,de iudic.* in quibus eſt intelligendus text.*in d.ex tenore*, ( quem pro ſe allegabat Caſtr.*vbi ſup.*) vbi deciditur, non eſſe quemquam prohibendum à miniſterio ordinis ſacri ſuſcepti, neque ad alios promotione, ſi crimen occultum ſit, id eſt,nondũ deductum in iudicio per probationem, nec notorium aut publicum alioqui:idem conſtat *ex tex. in c.de his in primo,50. diſt.* Sunt tamen alia crimina, quæ ipſo iure impediunt ordinis ſucepti exſequutionem & ad maiores promotionem, vt homicidium, ſymonia in ordine commiſſa & his ſimilia,in quibus, etſi omnino occulta ſint nec poſſint teſtib.probari, irregularitas adhuc iure Pontificio contrahitur,*vt in c.vltim.de tempor. ordin.*vbi apparet, homicidium poſt peractam pœnitẽtiam adhuc impedire ſuſcepti ordinis miniſterium, & ad maiores promotionem, ſi nec notorium ſit nec in iudicio probatum, ſub quo homicidium exterius omnino occultum continetur:Igitur & hoc impedit ſacri ordinis miniſterium atque promotionem ad eundem abſque diſpenſatione : idem conſtat *ex c.niſi cum pridem,§.perſonæ de renunt.*quo in loco gloſ.verb. latet,& Ant.de Butrio hoc notãt, & poſt alios Gundiſal.à Villadiego *de irregularitat.cap.diximus,& capit.dixi vlterius.* Henricus *in d. cap. vltimo de temporib. ordination. gloſſ. & omnes in d.ct. c.inquiſitionis,de accuſationibus,gl.etiam d.c.ſi.& in c. accuſatum,de ſymonia,*Abb.*in dict.cap. inquiſitionis*, vbi reprobat ſententiam gloſ. ibidem contrariam, vt erroneam & contra communiter doctor. Eandem partem probat Turrecremeta.*in dict.cap.de his,el.2.* alioſq; refert eam tenẽtes,ibi namque ex propoſito dictam quæſtionem tractat : ſequitur etiam Syluest.*in ſumma verb. homicidium,3.qu.8.& verb.crimen,qu.5. & in tit. de diſpenſat. q.7.nu. 12.* & Nauar.*in Manual. Latin. cap. 27. num. 239.* & optime doct. Couar. reprobans Caſtr.*vbi ſup.in Clement.ſi furioſus, de homicid.in ſecunda parte relectio,§.3. num.4.* Late & optime Anton.à Cordub. *dict. lib. prim.quæſtionar. qu.35. pag. 276. & ſequentib.* qui id probat à fortiori in crimine pene occulto,de quo ſupr. Quæ opinio hodie expreſſe approbatur in Conci.Trident.*ſeſſ.14.cap.7.de reform.*id quod etiam fatetur Caſt. *vbi ſupr.*contra ſuam ſententiam, dicens eſſe ex illo decreto reiiciendam,prout illam ex tunc reiicit,quia Eccleſiæ nouum decretum ſtatuenti, neceſſario obedire oportet.

16 Supereſt † ſcire,*quis poterit ſuper hac irregularitate diſpenſare an ſolus Papa vel etiam Epiſcopus?*Et quidem, vt *ſupra* allegati auctores affirmant, Epiſcopus id facere poteſt,quod & probauit Archid. *in d.cap de his,50. diſt.* & Federic. de Senis *conſ.168.* Anch *in regul.peccati venia,de regul.iuris, in 6.col.3. ex tex.optimo in d. c.niſi cum pridem,verſ ſi tamen culpa latet,de renunt.* Sequitur expreſſe Couar.*vbi ſupradict. nu 4. in princ. & in verſ. ex quibus ipſe colligo,* vbi eam probat, etiam ſtante ſeſſion. 14. ſacri Concilij Tridentin. *dict.cap.7.de reformatione,* vbi ſtatuitur:*Homicidam voluntarium non eſſe promouendum ad ſacros ordines,nec ab beneficia,etiamſi homicidium, non fuerit in iudicio probatum, nec alia ratione publicum, ſed occultum:*Nam ſecundum ipſum,ille canon fortaſſis intelligendus erit in homicidiis, quæ licet ſint occulta, poſſunt tamen probari, nec ſunt omnino occulta, occulta enim omnino ipſe appellat, quæ nullis teſtibus probari poſſunt,nec aliter quam per confeſſionem delinquentium,quamuis opere exteriori contigerint : ſic eum intelligit in homicidio occulto per accidens,quod aliter quam per confeſſionem delinquentis probari non poteſt, in quo poterit diſpenſare Epiſcopus iuxta ius commune. Hic tamen præfati auctoris intellectus ad d. decretum Concil. diuinationis morbo quodammodo laborare videtur : quare verius exiſtimo atq; tenendum, vt ſtante præd. decreto Concil. & alio *infra* allegando, Epiſcopus nullo modo poſſit diſpenſare in irregularitate ex occulto homicidio voluntario, etiam quod nullis teſtibus probari poſſit Primo, quia ibid. indiſtincte probari videtur Epiſcopis diſpenſatio in huiuſmodi irregularitate ex homicidio occulto: Ergo id intelligendum eſt in ſecundo occulto, hoc eſt, per accidens, nempe in illo, quod nullis teſtibus probari poteſt, & in illo, quod pene occultum ſit,quia vno vel duobus teſtib. probari poteſt,non tamen eſt publicum, Nam cum lex non diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus,*vt in l non diſtinguemus ff.de arb. & in l.de pretio, ff.de Publ.in rem actione.* Secundo id probo ex eodem decret Conc Trid *in 2.part.in verſ.ſi vero,*vbi in homi-
cidio † caſuali,quod eſt minus graue quam voluntariũ, 17
adhuc diſpenſationem Papæ requirit. Nec obſtat ſi reſpondeatur, Concil. in hac parte minime agere de occulto homicidio,ac proinde de publico intelligendum eſſe,ſicut iure communi attento ſolus Papa cum homicida caſuali diſpenſat,vt tenet Abb.*in c continebatur, de homicid.idem & cæteri DD.maxime Marian.Soc.n.95. in c.ad audientiam,eodem tit.l.51.tit.6.par.1.* D.Couar. *vbi ſupra, num 5. in princ.* Nam cum in prima parte præcedenti egerit Concil.de homicidio publico & etiam de occulto, nec in ſecunda loquatur de publico nuncupatim, in vtroque cenſendum eſt loqui etiam in ſecunda. Quod ſi adhuc inſtes,in caſuali homicidio occulto diſpenſare poſſe Epiſcopum ex alio decreto eiuſdem Concilij ſtatim citando,à cõtrario ſenſu,prout re vera videtur, ac proinde præcedens decretum *d. c.7. ſeſſ.14. in d. 2.part.* quatenus interdicere videtur Epiſcopis diſpenſare cum homicida caſuali, intelligendum tantum de publico homicida caſuali,non vero de occulto:reſpondeo, noſtram, quam modo fundamus ſententiam, ſaltem ac rectius probari in præd.decreto eiuſdem Conc. ſtatim citando, quamuis in hoc ſecundum fundamentum inefficax quibuſdam videatur.

Tertio, hæc noſtra † ſententia comprobatur *ex cap.* 18
*6.in princ.de reformation.ſeſ.24* eiuſd.Conc.Trident.vbi dicitur:*Liceat Epiſcopis in irregularitatib.omnibus & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario & exceptis aliis deductis in forum contentioſum, diſpenſare* : Ergo nullo modo poterit diſpenſare in irregularitate prouenıente ex homicidio exteriori voluntario occulto per accidens, nec in pene occulto,quia exceptio debet eſſe de regula: *vt late Dynus in rubrica de regulis iuris, in ſexto, num. 15.* Bartol.*in l.de his*, & ibi *doctor.ff.de legib.* Decius *in*
*lib.1.*

*l.1.nu.30.ff.de regul. iuris.* Cum igitur egerit Concilium in principio illius c. de irregularitatibus & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus, & excipiat eam, quæ oritur ex homicidio voluntario, conſequitur ſenſiſſe in hac parte Concilium etiam in proueniente ex homicidio voluntario occulto per accidens: Nullo ergo modo poterit Epiſcopus diſpenſare in irregularitate proueniente ex homicidio exteriori voluntario pene occulto, nec in occulto per accidens. Requiritur ergo hodie in noſtro caſu diſpenſatio Papæ, nec ſufficit Epiſcopalis, & in terminis per d. prius decret. ita tenet Nauar. *vbi ſupr. n.240. ad fin.* ſentit idem prius *num.* 194. vbi allegat ſecundum prædict. decretum Concilij, *cap.6. ſeſſion.24.* & clarius Anton. à Cordub. *in ſua Summa de caſos de conciencia, queſtion. 41. in verſic. de lo ſuſo dicho.*

19 Quare licet iure communi attento, Epiſcopus poſſet diſpenſare cum quocunq; homicida, vt in minoribus ordinib. iam ſuſceptis poſſit miniſtrare, iuxta magis communem ſententiam DD. tametſi quoad homicidium voluntarium nullibi probetur, ſed tantum in caſuali: & præterea licet etiam Epiſcopus poſſit cum homicida, etiam voluntario, quoad ſimplex beneficiũ obtinendum diſpenſare, *vt in cap.2. de cleric. pugnant. in duel. & ibi Doctores, & alibi:* ſecus quoad beneficium curam animarum habens, *vt in cap.1. de filiis Presbyter. in ſext. vt reſoluit* Couar. *vbi ſup. n.6.* attamen hodie poſt Concilium Tridentin. *d.c.7* non poteſt Epiſcopus diſpenſare cum homicida voluntario ad vllos ordines, neq; ad vllum beneficium, etiam ſimplex, quamuis cum alio homicida, quam voluntario, poſſet diſpenſare quoad ordines minores, *per d.c.2. de cleric. pugnant. in duel.* & ad beneficium ſimplex & etiam ad retinendum curatũ iam obtentum, licet non ad id obtinendum de nouo, iuxta Decium *in cap. at ſi clerici, §. prim. nu.16. de iudic. concordantem ſic opiniones contrarias, vt refert* Nauar. *vbi ſup. d. nu.240.* & quod prædiximis de homicida voluntario, vt cum eo Epiſcopus diſpenſare non poſſit, intelligo, ſiue publico ſiue occulto: quod autem de caſuali diſſertum eſt, vt nec in eo diſpenſare poſſit Epiſcopus, intelligo de publico: Nam cum caſuali occulto Epiſcopus diſpenſare poterit indiſtincte, vt in dictis decretis S. Concil. & in præcedentibus diximus.

20 Ex quibus + fit, non eſſe omnino verum, quod Alfonſus à Caſtro *vbi ſupra*, ex ſua opinione inferebat de filio Presbyteri ex coniugata genito, hoc ſciente in ſecreto, vt poſſit ad ſacros ordines promoueri & beneficium curam animarum habens, recipere ſine diſpenſatione: Et ita de eo dicto expreſſe dubitat D. Couar *vbi ſupra, nu.4. in verſic. hinc iſtud*, allegans contrarium tenentes Ant. *in cap.1. de filiis Presbyt.* & Gundiſal. à Villadiego *in tractat. de irregularit. cap. dixi vlterius, quod illegitimi*, atque ideo ipſe Couar. ſuper hac deciſione cogitandum eſſe amplius cenſet. Verum ſupradictum corollarium Caſtri falſum eſſe probat Anton. à Cordub. *lib.1. quæſtion. qu.35. pag.279. colum.2. verſic. ex ſupradictis, citans in id* Nauar. *in dict. Manual. Latin. cap.27. num.* 201. vbi ſatis contradicere videtur dicto corollario, quamuis ibidem Caſtrum non citet: contrarium etiam tenet idem Nauar. *dict. capitul.25. numer. ſexageſimo nono.*

21 Obſeruandum + eſt præterea in propoſito, quod in caſu, quo probabiliter timeretur talis peccati, nempe homicidij, quomodocunq; occulti reuelatio, ac proinde infamatio contra eum, ex talium cenſurarum etiam excommunicationis vel irregularitatis obſeruantia, puta ex non miniſtrando in ordine vel beneficio iam habito vel ſuſcepto, tunc poſt debitam contritionem, & confeſſionem liceret in conſcientia abſque diſpenſatione in eis miniſtrare & celebrare, durãte præd. diſcrimine dũtaxat, ita quod propter hoc non incurratur peccatum contra legem Eccleſiaſticam, aut cenſura aliqua, dũmodo talis non ſit in mora perẽdi abſolutionem vel diſpenſationem ab eo, qui ſecundum ius à tali cenſura abſoluere ſeu diſpenſare poteſt, quia nullus tenetur ſe prodere nec facere vnde ſuum peccatum occultũ prodatur vel ſit vehemens ſuſpicio de eo, niſi quando ipſe alias ad id tenetur ad cauendum aliud peccatũ ſeu æque graue damnum tertij, quod non aliter quam prodendo cauere poſſet, vt in terminis tenet Alfonſ. à Caſt. *de poteſtat. l. pœnal. lib.2. c.15. in verſ. circa iſtos*, & Nauar. *d.c. 27. nu.259. Victoria in ſua ſumma, tit. de excommunic. q.* 13. latius Ant. à Cordub. *in ſumma De caſos de conciencia q.41. ad fin.* & plures allegans idem *in ſuo quæſtionario, lib.1. d. qu.34. pag.279. in fin. & col. ſeq.* vbi inquit, quod ſupradictus criminoſus in tali diſcrimine exſiſtens non poterit promoueri. Eandem ſententiam, loquens in occulto homicida, vt præmiſſa pura confeſſione celebrare poſſit ſciens quod eius peccatum reuelabitur, ſi ſe abſtineat à re ſacra peragenda, quia tunc ius diuinum de conſeruanda fama præualet poſitiuo de non miniſtrando in irregularitate, probat & tenet Ledeſmius *in ſecundam 4. lib. q.26. art.2. p.366. col.1.* & quamuis in hac vltima obſeruatione contrarium expreſſe probet D. Couar *in c. alma mater, 1. par. rel. §.2. n.11. verſ. quamobrem, & alij plures doct. vt affirmat* Cordub. *vbi ſup.* veriorem tamen, aut ſaltem probabilem & tenendam, ne dicam probabiliorem, exiſtimo ſuperiorem Caſtr. Nauar. & cæterorum ſententiam, tum + ex ſupradictis, tum 22 etiam, quia lex naturalis, & diuina de defendenda fama propria, præſtat legi humanæ de abſtinendo à ſacro in irregularitate, per ea quæ tradit idem Nauar. *in eodem Manual. c.7. nu.2. & 3.* & F. Angles in ſuis florib. Theol. *q. lib.1. in qu. in confeſ. In difficultate, quando ex confeſſione alicuius peccati timetur malum aliquod pœna vel culpæ, poterit ne pœnitens illud peccatum celare? in ſecunda concluſione, pag.297.* Quod ſi adhuc tibi dubia videtur præfata ſententia, ſufficiat ad deponendum dubium & habendum bonam conſcientiam, probabilitas eiuſdem opin. quandoquidem eam tenent plures Patres ac viri grauiſſimi vrgentibus ſatis fundamentis. Nam quando ſuper aliquo + puncto ſunt diuerſæ ſententiæ auctorum 23 ambæque probabiles, poterit vnuſquiſque ſuam conſcientiam conformare cum qua maluerit earum, propter dubium exſiſtens & auctoritatem doctorum vnãquamque tenentium. Conducunt + tradita per Mercad. 24 *in tract. De tratos y contratos, lib.4. c.18. De como hande reſtituyr los que ſon cauſas terceras del danno, fol.* 217. vbi loquens in aduocatis, inquit, quod in cauſis ciuilib. dubiis in iure vel in facto, ſuper quarum veritate & iuſtitia ſunt diuerſæ opiniones inter doct. poteſt aduocatus defendere quamlibet earũ partium: imo addit, non eſſe neceſſarium (quamuis ſit ſecurius) vt ſemper probabiliorẽ partem agat, quia ſufficit, quod ea, quam defendit, habeat ſuam probabilitatem abſolute rationum & patronum, quãuis pro contraria ſint efficaciores aut grauiores: & ante eum idem in eodem caſu probauit Dom. Sot. *lib.5. de iuſtitia & iur. q.8. ar.3. pag.463. col.1.* vbi docet, qua cautela vti debeat aduocatus, quando infirmiorem cauſam atque debiliorem defendit: idem latiſſime examinans atq; bene declarans plures DD. in id citans* probauit Burg. de Paz *in proœmio l. Taur. à num.397. & plurib. ſequentib.* Sed melius omnibus acutiſſime, licet prolixius aliquantulum, diſſerit hanc materiam eligẽdi opinionem inter duas, pluresue probabiles, vel vnam probabiliorem altera, Anton. à Cordub. *lib.1. de ignorantia ſui quæſt. q.3. per totam*, qui omnino videndus eſt in materia. In ſumma, iura + inter dubias opiniones 25 vnam eligere indiſcriminatim, bona tamen fide, videntur concedere, vt traditur *in cap. capellanus, de feriis, cum ſimil.*



*ſimilibus*, quod ita docet plures allegans auctores hoc tenentes Salon de Paz *vbi ſupra, in proœmio legum Tau. nu.402. fol.60.*

Cum igitur in ſpecie noſtra ſententia affirmatiua, quam defendimus, vrgentibus ſatis rationibus comprobetur ſuprad. & grauiſſimorum auctorum teſtimonio atque fide roboretur, ac per eam præterea conſulatur vitæ ac famæ hominum, conſequens eſt, vt ipſam quis tuta conſcientia ſequi poſſit abſque vllo ſcrupulo ac per conſequens conſulere iuxta eam: quod ſi adhuc quis conſcientia conquieſcere non poſſit ſequendo præd. opin. aut deponat conſcientiã, aut abſtineat à celebrando. Vltimo *ex d. decreto 6. ſacroſanct. Concil. Trid. ſeſſ.24.* deducitur, licere Epiſcopis in quibuſcunque caſibus occultis, etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, delinquentes quoſcunque ſibi ſubditos in diœceſi ſua per ſe ipſos aut vicarium ad id ſpecialiter deputandum in foro conſcientiæ gratis abſoluere, impoſita pœnitentia ſalutari: idemque in hæreſis crimine in eodem foro conſcientiæ, eis tantum, non eorum vicariis eſſe per-
26 miſſum. Ex quibus vltimis † verbis colligitur, ab excommunicatione propter hæreſis crimen ſoli Papæ reſeruata (à qua etiam per Bullas Cruciatæ nullus propter inquiſitores olim poterat abſoluere)* vt bene lateque probat C. Couar. *in c. alma mater, 1. part. §.11. n. 15. per totum de ſententia excommunicationis, l.6.* ſequitur Ioan. à Roias contra Domin. à Sot. *in 2. part. de heret. aſſert.39. & de priuil. inquiſ. n.416.* vbi dicit, hoc hodie plenius declaratum eſſe per motum proprium Pij V. Calend. Febr. 1572. & Nau. *in manual. Latin. edito Valliſolet. an.1588. c.27. n.245. Y aſſiſe declara oy dia expreſſamente en las Bullas de la Cruzada*, & late probat Eman. Roder. in explicatione Bullæ Cruciatæ §.9. *n.7.* & nouiſſime Henricus *in ſua ſumma Theol. mor. l.4. c.16. nu.2. pag.445.* vbi limitant, niſi particulariter & diſtincte hoc concedatur in Bulla vel iubileo.* Hodie ſi huiuſmodi crimen fuerit occultum, ita vt non poſſit in iudicium deferri, Epiſcopi & non eorum vicarij, qui modo in Eccleſiis Cathedralibus Pœnitentiarij dicuntur, abſoluere poterunt, vt ex illo text. deducit F. Ioſeph. Angles *in ſuis florib. Theol. q. l.1. in quæſt. de conf. in difficult. poterit ne alius à Romano Pontifice in foro conſcientiæ*
27 *à cenſuris &c.* Concluſ. † vnic. itaque præfatus auctor intelligit & recte meo iudicio præfatum decretum Conc. Trid. *ibi, Idem & in hæreſis crimine:* in crimine hæreſis occulto, quod non poſſit in iudicium deferri, hoc eſt in occulto per accidens, quod probari non poteſt (quamuis exterius pronunciatum ſit) niſi per ſolam confeſſionem delinquentis: in alio vero fere occulto crimine hæreſis, quod vni vel paucis teſtibus notum eſt, contrarium exiſtimo, nempe vt ab eo Epiſcopus vigore d. decreti abſoluere non poſſit, cum ipſum loquatur in occultis & in foro conſcientiæ duntaxat. Quare Bullæ Cruciatæ hodiernæ, quæ prohibent con-
28 feſſarios abſoluere à crimine hæreſis, + cum habeant excommunicationem reſeruatam, à qua confeſſarij abſoluere non poſſint, cum eis ſit expreſſe interdictum per dictas Bullas, intelligendæ ſunt tam in publico quã in occulto per accidens crimine hæreſis: ſecus eſt in omnino occulta, hoc eſt, in mentali hæreſi, quæ exterius non prodit: Ab ea enim abſoluere poterunt prædicti confeſſarij, quoniam hæc mentalis hæreſis non eſt punibilis ab Eccleſia, ac proinde non habet excommunicationem annexam, vt eſt prædict. & ideo poterit confeſſarius ab ea abſoluere, ſecund. Simanc. *vbi ſupr. d. tit. 41. n.11.* quaſi Bullę prohibentes abſoluere à crimine hæreſis, de hac pure mentali non ſentiant nec intelligendæ ſint; ſed de illa tantum, quæ exterius prodit. Eſt tamen verum, quod Nau. *in Manual. Latin. c.27. n.271. verſ.15. quod nullus præter Papam, &c.* tenet, quod neque Epiſcopus poſſit abſoluere ab hęreſi, quę prodiit exterius & ſic habet cenſuram annexam, licet ipſa hæreſis ſit occultiſſima, quaſi Concilio derogatum ſit per Bullam Cœnæ Domini: quæ opinio probabilior eſt & vide *infra num fin.*

Ex eiſdem † verbis *ſupra* citati decreti 6. Conc. Tri- 29
dent. ſeſſ.24. ibi, *Et non eorum vicarij*, dubia redditur ſententia F. Anton. à Cord. *in ſuo tract. De caſos de conciencia, q.8.* exiſtimantis, Epiſcopum poſt Concil. Trid. poſſe committere alicui ſacerdoti abſolutionem hæreſis occultæ cuiuſdam monialis ſibi ſubditæ, poſtquam notus ſibi fuerit caſus, quamuis non perſona nominatim monialis: quod *ibi* aliquib. rationib. probare contendit, reſpondens ad d. decretum in verbis modo relatis, vt velint nempe ſignificare, quod vicarij generales Epiſcoporum hoc facere non poſſint, nec Epiſcopi ad id deputare vicarios, abſque eo, quod ſibi prius notitia detur, quando caſus contigerit: quamuis poſſint ad abſoluendum ab aliis criminibus, illis à iure reſeruatis, & aliis occultis Papalibus, de quibus in verbis præcedentibus eiuſdem decreti: quia Concil. non prohibet, quod Epiſcopi poſſint committere aliis abſolutionem hæreſis occultæ in caſu particulari, ſed non permittit hoc priuilegium & auctoritatem vicariis Epiſcoporum, ſed tantum ipſiſmet Epiſcopis.

Nihilominus contrarium verius videtur ex eodem decreto, quod hanc differentiam nominatim conſtituit inter caſus occultos ſedi Apoſtolicæ reſeruatos & hæreſis crimen, vt ab illis poſſit abſoluere per ſe vel ſuũ vicarium ad id ſpecialiter deputandũ in foro conſcientiæ gratis, impoſita ſalutari pœnitentia; ab hoc vero per ſe non autem per eorum vicarios: ergo vt diuerſitas hoc caſu à Concil. ſtatuta in omnibus recte verificetur conſequitur, vt quamuis in priori ſpecie Epiſcopi ad id poſſint deputare ſuos vicarios ſpeciales, ad hoc tamen minime: expendi enim debent verba illa, *Ad id ſpecialiter deputandum*; Nam non dicit deputandum, ſed ad id deputandum: ſignificare ergo videntur, quod poſtquam caſus occultus ſedi Apoſtolicæ alias reſeruatus, ſucceſſerit, debet deputari vicarius ſpecialis ad abſoluendum ab eo: Ergo in crimine hæreſis occulto, in quo diuerſum ſtatuitur, ſecus erit: & quãuis priori caſu ſufficiat vicarius ſpecialiter deputatus ab Epiſcopo ad ſuos caſus, nempe Epiſcopalis, prout ſunt canonici pœnitentiarij in Eccleſiis Cathedralibus inſtituti, & ſi qui ſint alij, qui eos habeant ab Epiſcopo commiſſos, non inde conſequitur, vt in crimine hæreſis occulto poſſit poſt notitiam eius Epiſcopus committere ſpecialiter alicui ſacerdoti abſolutionem à præd. crimine; Quãdoquidem d. Conc. prohibet vicariis Epiſcoporum huiuſmodi abſolutionem & non ſolum intelligitur de vicariis generalib. ſed & etiam de ſpecialib. ad id deputatis, vt vere differentia in omnibus congruat ſuperioribus & ita Ant. à Cord. præd. *vbi ſupra* quamuis teneat priorem partem, in fine tamen quæſt. inquit, ſecurius eſſe, recurrere ad Papam per declaratione. Quod ſi inſtes, quomodo poterit Epiſcopus aut vellet audire in confeſſione huiuſmodi pœnitentes occupatus variis negotiis: reſpondeo, quod poterit abſoluere ab excommunicatione huiuſmodi hæreſis occultæ virtute d. decret Conc. Trid. quo facto ſublata eſt reſeruatio remittereque poterit pœnitentem ſuo confeſſori abſoluendum iuxta tradita per Caiet. *in ſum. verb. caſus*, quẽ refert & ſequitur Nauar. *in Manual. Latin. c.27. n.254. verſ.5.** Quod ita fieri poſſe in terminis noſtris, poſt huius operis primã editionem tenet nouiſſime Eman. Rod. *in explicat. Cruciat. §.9. n.79. circa fin.* tametſi prius ſequatur & probet epicheia quadam opin. Ant. de Cordub. *de qua ſupra*, quam etiam indubie, vt veriorem probauit Nauar. *conſ. 15. l.5. de ſent. excomm. n.3. cum ſeq.*

ſed

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſed neuter eorum reſpondet noſtro fortiſſimo fundamento ex præd. decreto Concil. Trident. deſumpto pro noſtra contraria opinione, & ideo eam veriorem & probabiliorem exiſtimo,

Hæc quæ dicta ſunt de facultate Epiſcoporum abſoluendi à crimine hæreſis occultæ per accidens, *ex d. cap.6 ſeſſion.24.ſacri Concil.Trident.* vera ſunt & procedunt attenta illius decreti facultate Epiſcopis conceſſa veruntamen hodie per Bullam in Cœna Domini legi ſolitam hac facultate Epiſcopi vti non poſſunt: In eadem namque bulla, an. 1581. lata, *caſu* 22. inquit Summus Pontifex Gregorius XIII. *Cæterum à prædictis ſententiis nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, niſi in mortis articulo conſtitutus, nec etiam tunc, niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis & ſatisfaciendo cautione præſtita abſolui poſſit, etiam prætextu quarumcunque facultatum & indultorum, quibuſcunque perſonis Eccleſiaſticis, ſecularibus & quorumuis ordinum, etiam mendicantium & militiarum regularibus, etiam Epiſcopali vel alia maiori dignitate præditis, ipſiſque ordinibus, &c. ac cuiuſvis Concilij decretorum verbo, literis aut alia quacunque ſcriptura in genere & in ſpecie conceſſorum & innouatorum, ac concedendorum & innouandorum:* Ex quibus verbis manifeſte colligitur iam non licere Epiſcopis vti præfata illa facultate Concilij Tridentini; Nam eiſdem verbis ei derogat Summus Pontifex, vt patet ibi, *Etiam Epiſcopali vel maiori dignitate præditis:* & poſtea ibi, *ac cuiuſuis Concilij decreta &c.* Et Pius Quintus de hac re conſultus idem reſpondit. Et Gregorius XIII. Prædeceſſoris ſui veſtigia ſequendo idem declarauit, cum de eadem re etiam conſuleretur, vt à viro religioſiſſimo ac fide digno accepimus, & teſtatur Nauar. *vbi ſupra num.* 28. Sixtus * tamen Quintus ſucceſſor Gregorij XIII. in Bulla in Cœna Domini excipit, niſi caſus in illis literis expreſſe comprehendantur: quo exſtante indubium videtur quod dictum decretum ſacri Concilij Tridentini in ſuo robore incorrectum remaneat, ſicque licebit Epiſcopis vti prædicta facultate Concilij Trident. vt voluit idem Nauar. *in editione anni* 1584. *nu.* 260. & 265. & melius Eman Roder. *in explic. bullæ Cruc.* §. 9. *n.* 7. & lariſſime plures alios citans, & bene probat Henricus *vbi ſupr. c.* 14. *nu.* 7. *litera M. pag.* 439. & *cap.* 16. *n.* 1. *pag.* 444. & nouiſſime idem probat cum aliis Candelabrum aureum, 7. Sacrament. *in tit. de abſolut. n.* 13. *pag.* 234. & voluit idem Nauar. *de ſentent. excommunic. conſ.* 15. *num.* 1. & 2.*

SVMMARIVM

1 *Moniales nullo modo debent exire à ſuis monaſteriis, niſi ex cauſa magni incendij vel infirmitatis, lepræ aut epidemiæ.*

2 *Sed an ex aliis infirmitatibus grauibus, ex quibus iudicio medicorum mors timeatur, id liceat? late diſcutitur & num. ſeq.*

3 *Morbus talis & tantus, ex quo euidenter conſtat, non poſſe monialem cum aliis abſque graui periculo commorari, eſt ſufficiens cauſa, attento iure communi & Concil. Trid. vt monialis exire poſſit à Monaſterio.*

4 *Exheredari poſſunt filij, non ſolum vna ex quatuordecim cauſis à iure expreſſis, ſed etiam ex ſimilibus: idem in donatione, quæ non ſolum ob cauſas à iure expreſſas reuocari poteſt, ſed etiam ob ſimiles, vt in n. 6.*

5 *Dictio taxatiua non excludit caſus ſimiles.*

8 *Motus proprius Pij Quinti ſuper clauſura monialium expenditur.*

9 *Ob iuſtum timorem belli licitum eſſe exitum monialium à ſuis monaſteriis.*

10 *Monialis exire poteſt à Monaſterio electa in Abbatiſſam alterius, vt illic præſit.*

11 *Licitum eſt prælatis monaſteriorũ monialium ex cauſa vtilitatis ipſarum concernente, mutare moniales de vno in aliud ad habitandum.*

---

## CAPVT XIV.

### De monialibus, an ex aliis cauſis iuſtis, præter tres contentas in conſtitutione Pij V. poſſint à monaſterio exire?

Pius † Quintus felicis recorda. olim Pontifex Maximus ſanctiſſima ſua conſtitutione ſtatuit; *Nulli monialium quarumcunque de cætero à monaſteriis exire licere, etiam infirmitatis ſeu aliorum monaſteriorum, etiam iis ſubiectorum aut domorum parentum, aliorumve conſanguineorum viſitandorum aliaue occaſione & pertextu, niſi ex cauſa magni incendij vel infirmitatis, lepræ vel epidemiæ, qua tamen infirmitas, præter alios ordinum ſuperiores, quibus cura monaſteriorum incumberet, etiam per Epiſcopum ſeu alium loci ordinarium, etiamſi præd. monaſteria ab Epiſcoporum & ordinariorum iuriſdictione exempta eſſe reperiantur, cognita & expreſſe in ſcriptis approbata ſit.* Sed nec in prædictis caſibus extra illa, niſi ad neceſſarium tempus ſtare licere: aliter autem, quam vt præfertur, egredientes ſeu licentiam exeundi quomodocunq; concedentes, necnon comitantes ac illarum receptatrices perſonas, ſiue laicas aut ſeculares, vel Eccleſiaſticas, vel conſanguineas, excommunicationis maioris latæ ſententiæ vinculo, ſtatim eo ipſo abſque alia declaratione ſubiacere, à quo, præterquam à Romano Pontifice, niſi in mortis articulo abſolui nequeant, & inſuper tam egreſſas quam præſidentes & alios ſuperiores prædictos eis licentiam huiuſmodi concedentes, dignitatib. officiis & adminiſtrationibus per eas & eos tunc obtinent. priuauit, & illos ad obtenta & alia in poſterum obtinenda inhabiles, &c. 1

Frequentiſſime † tamen in praxi ſolet dubitari, *An prædictæ tres exceptiones extendantur ad quemlibet morbum non contagioſum, de quo tamen medici in arte periti iudicant aliquam monialem morituram, ſi non exeat monaſterium in aliquẽ locum illo tali morbo infectæ ſalubriorem, & ſi exeat minime?* Et videntur extendendæ eſſe ſequentibus fundamentis. 2

Primo, ex † tex. *in c. periculoſo, de ſtatu regul. l.* 6. vbi ita ſtatuitur: *Sancimus, vniuerſas & ſingulas moniales præſentes atque futuras, cuiuſcunque religionis ſint vel ordinis in quibuſlibet mundi partibus exſiſtentes, ſub perpetua in ſuis monaſteriis debere de cætero permanere clauſura, ita quod nulli earum religionem tacite vel expreſſe profeſſæ, ſit vel eſſe valeat, quacunque ratione vel cauſa (niſi forte & tali morbo euidenter earum aliquam laborare conſtaret, quod non poſſet cum aliis abſque graui periculo ſeu ſcandalo commorari) monaſteria ipſa deinceps egrediendi facultas:* qui tex. Bonifacij VIII. renouatur hodie in Concil. Triden. *ſeſſ.* 25. *c.* 5. *de regul.* vbi in propoſito additur. *Nemini autem ſanctimonialiũ liceat poſt profeſſionem exire à monaſterio, etiam ad breue tempus, quocumque prætextu, niſi ex aliqua legitima cauſa ab Epiſcopo approbanda, indultis quibuſcunq; & priuilegiis non obſtantibus.* Quinimo idem Pius Quintus per ſuam extrauagantem *incip. circa paſtoralis,* anni 1566. IV. Cal. Iunij editam, renouauit, tam conſtitutionem Bonifacij VIII. ſupra relatam, quam decretum præfatum Concil. Trident. Ergo iuxta omnia ſuprad. caſus noſtræ quæſt. expreſſe remanet deciſus affirmatiue in fauorẽ monialis huiuſmodi tali verbo periculoſo laborantis: Satis enim legitima cauſa exeundi à monaſterio videtur ad euitandam mortem, quam alias incurret iudicio Medicorum doctorum, ad hoc, vt Epiſcopus eam debeat approbare iuxta tenorem d. Concilij. 3

Secundo pro eadem parte facit; Nam licet parentibus licitum minime ſit, liberos exhęredare, niſi aliqua ex quatuordecim cauſis, de quibus *in authent. vt cum de appellat. cogno.* §. *aliud quoque capitulum*, ibi, *vt præter ipſa nulli liceat, & c. collat.* 8. Cui concordat *l.* 4. *tit.* 7.
4 *part.* 6. adhuc † tamen ex aliis ſimilibus cauſis poterunt etiam filios exhæredare: ita in ſpecie *d.* §. *aliud,* tenet Guilielm. de Cugno *in authent. non licet, C. de lib. præt. vel exhered.* ibi communiter DD. eandem opinionem ſequuntur, vt teſtatur ibid. Alexand. *nu.* 4. Iaſ. 6. & Curt. Iun. 23. & præterea Rip. *in l. fin. nu.* 138. *C. de reuocand. donat. idem* Rip. *in rubric. de iudic. nu.* 19. Curt Iun. *conſil.* 182. *nu.* 10. D. Couar. *in cap. Raynutius, in princ. de teſtam. num* 16. Anton. Gomez *in* 1. *tom. variar. cap.* 11. *nu.* 12. Didac. Perez *in l.* 4. *tit.* 8. *lib.* 3. *ordinam. col.* 100. Viglius *in* §. *igitur, nu.* 6. *de inoffic. teſtamen.* Quamuis ipſe contra communem teneat: dicit etiam communem Gregor. Lopez *in d. l.* 4. *tit.* 7. *in gloſ. des heredar.* quamuis ſe remittat ad dicta per ſe *in l.* 8. *eod. tit.* 7. *part.* 6. vbi ipſe tenet contra communem per illam legem, quatenus probat, *Que ſi por alguna otra razon qualquier, que no fueſſe de las ſobredichas desheredaſſe el padre à ſu hijo, no valdria tal desheredamiento.* Nihilominus tamen communem ſequitur Petrus Placa *de delictis, c.* 1. *nu.* 15. *cum ſeq.* dicens, iuxta eam eſſe intelligendam *d. l.* 8. Ergo ita & eodem modo dicendum videtur in propoſito, vt prędictæ tres exceptiones ſpeciales, de quibus *ſupra* non
5 excludant ſimiles, quamuis conſtitutio præfata vtatur dictione taxatiua, *Niſi* † quæ non excludit caſus ſimiles *iuxta gloſ. in l. ab as alienum tantum. C. de præd. & aliis reb. minor. verb. alienum.* Eſt communis ſecundum Ant. Gomez. *in* 1. *tom. variar. cap.* 11. *n.* 12. D. Ant. de Padil. *in auth. res quæ, nu.* 81. *C. commun. de legat.* vbi alios citant: ſed ſatis ſimilis caſus prædictus eſt noſter, quandoquidem præſupponimus in eo, monialem morituram, niſi exeat à monaſterio curanda in alium locum illi ſalubriorem, vt medici aſſerunt, quibus credendum eſt in ſua arte, *iuxta text. in l. ſemel, C. de re milit. lib.* 11. *cum materia.* Ergo idem ius ſtatui debet in caſu noſtræ quæſtionis, *arg. l. illud, cum materia, ff. ad leg.* Aquil.

6 Sic † etiam videmus, quod quamuis ob ſolas quinque cauſas poſſit donatio reuocari, *vt in l. fin. C. de reuoc. donat. cum ſimil.* Gloſſ. tamen *ibi* communiter recepta habet, etiã ob alias ſimiles poſſe reuocari, *vt refert* Felin. *in c. paſtoralis, de reſcrip.* 4. *n.* 1. *cum ſeq.* Rip. *in d. l. fin.* 137.

Tertio, pro eadem parte facit; Quia credendum eſt, Pio V. fuiſſe mentem adeo piam, vt talis ægrotæ miſereretur, quia defenſio naturalis nemeni eſt tollenda, *vt in clem. paſtoralis,* §. *cæterum, de re iudic. l. vt vim. ff. de iuſtit. & iur. cum ſimil.* quare ſi de hoc caſu fuiſſet interrogatus, idem reſponſurum præſumendum eſt, *iuxta gloſſ. communiter approbatam in l. tale pactum,* §. *fin. ff. de pact.* Et ita Gregor. XIII. ſimilis memoriæ, monialibus cuiuſdam illuſtris monaſterij licentiam & facultatem conceſſit, vt quotieſcunque ingruerit periculoſa infirmitas, pro illa curanda abſque conſcientiæ ſcrupulo vel alicuius pœnæ incurſu à monaſterio exire poſſent, & ad domos parentum ſeu conſanguineorum accedere, ibique per congruum tempus prædicta ex cauſa duntaxat manere, & deinde ad illud redire libere & licite: vt refert egregius Martin. Nauar. *in comment. ad cap. ſtatuimus,* 19. *quæſt.* 3. *ſuper expoſit. d. motus proprij, de quo nunc agimus, nu.* 49. vbi hanc partem affirmatiuam in terminis noſtræ quæſtionis, *per prædict. extrauag.* tenet atque probat.

7 Nihilominus † tamen ipſe in ſpecie præfata contrariam ſententiam libenter probo, imo quod dictus motus proprius Pij V. dum excipit prædictas tantum tres cauſas exeundi moniales à ſuis monaſteriis, nempe magni incendij, infirmitatis lepræ aut epidemiæ (quæ epidemia, vt medici affirmant, eſt morbus peſtifer) non extendatur ad caſum noſtræ quæſtionis, ita vt in illo liceat dare licentiam moniali exeundi à monaſterio; Quia etiamſi iuſtiſſimus ſit atque pietate plenus, adhuc excluditur à Pio V. in præfata ſua conſtitutione; Quandoquidem primo ponit regulam generalem prohibitiuam egreſſus monialium à ſuis monaſteriis, atque eam extendit etiam infirmitatis occaſione, & poſtea tres illas tantum cauſas excipit à regula negatiua præcedẽti, & præterea poſtea excommunicat ipſo facto aliter, quã vt præfertur, egredientes ſeu licentiam exeundi quomodocunque concedentes necnon comitantes, &c. atque dignitatib. officiis & adminiſtrationib. priuat & inhabiles reddit ad obtenta & alia in poſterum obtinenda: Itaque poſtea prædictam regularem & exceptiones particulares & ſpeciales, addit decretũ pœnale aduerſus aliter facientes, ſicque inducit formam, quę omnino atque præciſe obſeruanda eſt & nullo modo prætergrediends, *iuxta textum cum materia in cap. cum dilecta, de reſcript.* vbi Felin. regulam cum ampliationibus & fallentiis aſſignat, præcipue cum in principio dicatur, *Aliaue occaſione & prætextu, niſi, &c.* & pœna contra facientib. ſit grauior impoſita, quam ſit in Eccleſia, nempe excommunicationis latæ ſententiæ, vt inquit D. Auguſt. *in cap. corripiantur,* 24. *quæſt.* 3. Quis igitur audebit contra verba ita perſpicua & clara Summi Pontificis exponere ſe periculo excommunicationis latæ ſententiæ Papæ reſeruatæ? nemo profecto ſanæ mentis.

Secundo, † & peremptorie meo iudicio, hæc pars veriſſima probatur; Quoniam expreſſa mens Summi Pontificis Pij V. in prædicta ſua conſtitutione in omnibus tribus cauſis, ex quibus permittit licentiam concedi poſſe monialib. exeundi à ſuis monaſteriis, ea eſt vt tunc demum id liceat, quando cauſa tangat omnes moniales dictorum monaſteriorum, ſicque communitatem ipſarum, eiſque communis ſit, ita vt damnum non exeundi omnes concernat: ſecus ſi ſingulas infirmas. In priori etenim ſpecie, hoc eſt, pro ſalute omnium tantum, ne totum monaſterium pereat, prudentiſſime ac non minus ſanctiſſime Summus Pontifex permiſit, vt communitati conſuleret, poſſe concedi licentiam ſingulis monialibus exeundi, ex prædictis tantum cauſis ibidem expreſſis: In poſteriori autem minime, cum minus inconueniat, vt ſingulæ moniales, poſtquam profeſſæ fuerint, in monaſterio, cuius clauſuram perpetuo promiſerunt, moriantur; Quandoquidem in hoc ſumme merentur, quam vt exeant foras, præcipue, cum etiamſi Medici aliud autument, extra monaſteriũ contiget ita morituras ſicut intra, præcipue ſi infirmitas eſt mortalis, nemo enim poteſt vitare diem vocationis Dominicæ: & quod hic ſit ſenſus clarus atq; expreſſus dictæ conſtitutionis, patet ex eiſdem tribus cauſis ab eadem exceptis, & quidem prima magni incendij: Quia propter magnum incendium, certum & euidens eſt, omnes ſimul moniales ibidem perituras, niſi prius exeant à monaſterio. Præterea infirmitatis lepræ: Quia infirmitas hæc eſt contagioſa, quod ſi radix & origo foras non eiiciatur, hoc eſt, monialis hoc morbo infecta, cito omnes eiuſdem monaſterij inficiet atque proinde peribunt. Præterea epidemiæ, quæ, vt prædiximus, peſtifer morbus eſt, ac eadem ratione contagioſus, ſicq; omnib. præiudicialis: Ex cauſis igitur communibus omnibus monialibus licita erit egreſſio, ex particularib. autem minime: Quare diſſimiles maxime ſunt prædictæ tres exceptiones à caſu noſtræ quæſtionis, in quo minime ſupponimus, contagionem aliquam lepræ nec morbum peſtiferum eſſe, ſed particularem monialis infirmæ, quæ ipſam non egreditur: Ergo quamuis ipſa in monaſterio moriatur, merito vt ab eo egredi non debeat: & quamuis Nauar. *vbi ſupra* ſenſerit, dictam conſtitutionem loqui de morbo contagioſo, non tamen 8

animaduertit caſum quæſtionis non eſſe huiuſmodi, ac proinde ceſſare rationem fundamentalem dictæ conſtitutionis Pij V. Quare fundamentum hoc profecto, vt aiunt, ponit ſecurim ad radicem.

Non obſtant modo fundamenta contrariæ partis *ſupra* poſita: & quidem primum *ex d.cap.periculoſo*, & decreto ſacri Concilij Tridentini altera conſtitutione, anteriori tamen, eiuſdem Pij V. renouatis; Nam omnia illa procedebant recte ſuis temporibus, nouiſſime autem ſtandum eſt deciſioni vltimæ conſtitutionis eiuſdem Pij V. quod modo prædiximus, diſponenti.

Secundum etiam partis contrariæ fundamentum ceſſat, quoniam licet illud verum ſit in ſuo caſu, in noſtro tamen non procedit; Quia non eſt ſimilis exceptis nec eadem ratio in illo militat, quæ in eis, præterquam quod in propoſito Summus Pontifex proceſſit poſt taxatiuam vlterius grauius puniendo aliter facientes.

9 Quare † ſi alius caſus inueniri poſſet ſimilis omnino exceptis, fortaſſe comprehendendus eſſet in eis atque idem dicendum in illo, prout dici poteſt propter belli imminentis iuſtum timorem, ob quod ab hæreticis geſti licitum fuiſſe exitum quarundam monialium in Gallia prope Nabonam, reſpondit rectius Nauar. *vbi ſupra, n.*48.* cum quo tranſit Ceruantes *in l.6* Tauri, *nu.*59 & Petrus Cened. in loco ſtatim citand.

Tertium etiam contrariæ partis fundamentum non nocet, quia hic conſtat de contraria méte Summi Pontificis, vt prædiximus, quare ceſſant coniecturæ, *arg.l. continuus, §.cum ita cum ſimil.de verb.oblig.* Nec Nauarro patrocinatur, quod Gregorius XIII. ſimilem licentiam exeundi à ſuo Monaſterio conceſſerit quibuſdam monialibus: Nam potius hoc ſuæ opinioni contradicit. Id ſiquidem fuit conceſſum ex gratia & priuilegio aduerſus præfatam ſui Prædeceſſoris conſtitutionem, vt conſtat ex vltimis verbis prædict. breuis, quod ibid. refert Nauar. ibi, *Non obſtantibus literis Pij V. Prædeceſſoris ac aliis prædictis, &c.* quod potuit facere Summus Pontifex: Itaque fuit derogatio in particulari, quæ præſupponit, in contrarium eſſe ius commune: Non enim *ibi* Gregorius per viam iuris declaratorij id fecit, ſed potius priuilegij & gratiæ, quare ad alias perſonas extendendum nec trahendum eſt *vt in l.ius ſingulare, & in l.quod vero contra.cum ſimil.ff.de legib.* Priuilegia enim non egrediuntur perſonas priuilegiatas: Ergo aliis, quã priuilegiatis, non idem licebit, niſi ſpecialiter eiſdem à Sede Apoſtolica indulgeatur, prout etiam vidi aliis indultum, Epiſcopi ergo nec ſui Vicarij minime ob hoc poterunt eandem indulgentiam concedere nec prædictam licentiam alicui moniali exeundi à ſuo Monaſterio ex alia cauſa infirmitatis concedere, niſi ob cauſas tantum in præfata conſtitutione expreſſas, & in quib. eadem ratio ſubſit. Et ita ſemper obſeruaui in hoc Epiſcopatu Ciuitatenſi, tanquam Ordinarius ipſius, etſi ſæpiſſime à me petitæ ſunt ſimiles licentiæ de quibus in noſtra quæſtione, nuſquam eas nec aliquam conceſſi: Reſpondebam enim petentibus; Iurent Medici, monialem huiuſmodi habere alteram ex infirmitatibus motus proprij, & libenter annuam: illi vero ſtatim aſſerebant, hoc non ita eſſe, ſed pietatem cauſæ præponebant, cui ego fateor, ſed non licet, reſpondebam, & ita à ſimilibus negotiis me expediebam: & memor ſum veniſſe in hanc ciuitatem Generaliſſimum ordinis Seraphici Patris Sancti Franciſci, Franciſcum Gonzaga & ab eo petitam fuiſſe ſimilem licentiam pro quadam illuſtri moniali, & demonſtratum Nauarr. *vbi ſupra*, quem ego in id accommodaui, vbi eam expreſſe permittit concedi poſſe, & nihilominus ſibi non placuit præfata Nauarri opinio, ac proinde licentiam præfatam denegauit: Fecit tamen relationem Summo Pontifici Gregor. XIII. tunc in Eccleſia Dei Præſidenti infirmitatis grauis illius monialis, & Sanctitas ſua eidem ſpecialiter indulſit, vt ex illa cauſa à Monaſterio exire poſſet ad ſecurandum in domo matris ſuæ, ſicut conceſſerat prius monialibus, de quibus per eundem Nauar. *vbi ſupra*, ſicque fuit obſeruatum. * Et poſt huius operis primam editionem hanc noſtram ſententiam contra Nauar. nos hoc loco citans, vt veriorem probauit Pet. Cened. *in ſuo collectan.ad Sextum, collectan.*31.*num.*2.*

10 Hæc † quamuis ita ſe habeant, in praxi videmus obſeruari, monialem electam in Abbatiſſam alterius Monaſterij, exire illucque ſe conferre, vt ei præſit: quod iure poſſe fieri probat Nauar. *vbi ſupra, n.*48. cuius in hoc ſententia mihi placet, quoniam monialis hæc, non vt in ſæculo permaneat, exit, ſed vt in alio Monaſterio degat eique præſit: Licitum namque eſt Prælatus Monaſteriorum, ex cauſa vtilitatem ipſorum concernente, mutare moniales de vno in aliud, ad inhabitandũ, hocque non excluditur à prædicto motu proprio, ſed tantum prohibetur, moniales exire à ſuis Monaſteriis, vt in ſæculo permaneant aliquo tempore, nempe ad viſitandum domus parentum aliorumve conſanguineorũ vel ex cauſa infirmitatis curandæ, præterquam lepræ aut epidemiæ, etiam ſtatim reuerſuras: Hoc enim contradicit clauſuræ à ſe profeſſæ: At vero quod exeant, vt aliis Monaſteriis præſint, non videtur eſſe huiuſmodi, quoniam finis tũc eſt ire de vna clauſura ad aliam, vt eidem religioni & regulæ inſeruiant, quis finis eſt attendendus, dummodo id fiat iudicio & obedientia Prælati ex cauſa legitima id præcipientis: Quod autem tunc exeant à Monaſterio, non eſt in conſideratione; Quandoquidem eſt præciſe neceſſarium atque in ordine ad finem licitum. Quod non ſic contingit, quando exirent ad viſitandos parentes alioſve conſanguineos vel alias extra cauſas permiſſas. Nec obeſt, quod etiam in dicto motu proprio prohibeatur exitus ad viſitanda Monaſteria eis ſubiecta, quoniam hoc ad officium Prælati ſpectat, non vero monialium. Præſidere autem vt Abbatiſſa vel Prior atque reſidentia perſonalis in hoc vel illo Monaſterio ad regendum & gubernandum moniales illius, ad ipſas moniales ſpectat, hoc eſt, ad Prælatam intus commorantem inter eas electam vel eligendam, confirmatam, vel confirmandam non vero ad viros etiam Prælatos: Merito igitur ſi in caſu neceſſitatis ex cauſa poſſit Prælatus monialem vnius Monaſterij in Abbatiſſam vel Priorem alterius, vt ei præſit, eligere, atque vt ad hunc finem via recta exeat à ſuo Monaſterio & in aliud, cui præficitur, tendat, licentiam concedat, & ita vſus obtinuit atque ex ſupradictis obſeruatis.

SVMMARIVM.

1 *Taciturnitas copulæ intercedentis ante impetratam vel poſt conceſſam diſpenſationem ad contrahendum matrimonium inter conſanguineos vel affines commiſſam Ordinario loci, prius tamen, quam ab eo expediatur, an vitiet diſpenſationem, & num. ſeq.*

2 *Decretum Concilij Tridentini ſeſſ.24. cap. 5. de reformatione matrimonij interpretatur, & num 17.*

3 *Ea ſola taciturnitas veritatis nocet, quæ à iure præcipitur, vt exprimatur.*

4 *De crimine non eſt facienda mentio in impetratione gratiæ vel conceſſionis, & nu.19. quomodo intelligatur.*

5 *Inceſtus impedit matrimonium contrahendum.*

6 *Copula habita à marito cum cõſanguinea vxoris ſuæ producit impedimentum inceſtus, non vero habita cum propria conſanguinea: Canoniſtæ contra, quoad impediendum matrimonium contrahendum, non vero ad dirimendum iam contractum, nu.7.*

8 *Conſuetudine obtentum eſt, vt in caſu inceſtus non petatur diſpenſatio ad Epiſcopo.*

9 *Ex illicita copula inceſtus contrahitur impedimentum affinitatis, quod impedit & dirimit matrimonium, non tamen inter eos, qui fuerunt principium huius impedimenti & inter quos copula illicita interuenit, num.10.*

11 *Hodie impedimentum ex illicita copula proueniens per Concilium Tridentinum reſtrictum eſt ad primum, & ſecundum gradum, in tertio & quarto autem non impedit nec dirimit.*

12 *Ea qualitas exprimenda eſt, quæ moueret Principem ad non concedendum vel difficilius concedendum.*

13 *Stylus & communis praxis habet; Quod qualitas copulæ ad diſpenſationem exprimatur & valde difficilem reddat Summum Pontificem ad concedendum.*

14 *Vbi plura obſtant impedimenta, difficilius ſolent concedi diſpenſationes & reſcripta.*

15 *Reus interrogatus à iudice, iuris ordine ſeruato, tenetur omni iure veritatem dicere.*

18 *Exprimenda eſt illa qualitas, quæ etſi non ſit præcepta à iure, eſt tamen de ſtylo, praxi & conſuetudine curiæ exprimenda.*

20 *Copula habita ſpe diſpenſationis conſequenda, eſt neceſſario exprimenda, alias diſpenſatio erit nulla.*

21 *Diſpenſatio vitiatur, quando fuit habita copula, antequam ab Ordinario diſpenſatio expediretur, niſi iterum ad Summum Pontificem recurratur, mentioque copulæ fiat eidem atque abſolutio ab eo impetretur.*

22 *Gratia facta à principe ex aliqua cauſa finali, an & quando valeat & duret, ceſſante cauſa prædicta.*

23 *Falſitas aut ſubreptio cauſæ impulſiuæ, quæ Principem monet aut moueret ad difficilius concedendum, quod ab eo petitum eſt, Principis gratiam inualidam efficit.*

24 *Mentio inceſtus facienda eſt, vbi cum eadem, cum qua inceſtus commiſſus eſt, contrahi prætenditur.*

25 *Caſus principalis quæſtionis declaratus ab Abbreuiatore Nuntij Apoſtolici eius iuſſu, vt creditur.*



## CAPVT XV.

### De copula interueniente ante impetratam diſpenſationem à Summo Pontifice inter conſanguineos vel affines ad contrahendum matrimonium commiſſam ordinario loci, an vitiet diſpenſationem, ſi de illa nulla facta fuerit mentio?

1 SÆpe † in praxi contingit dubitari; *An copula carnalis habita inter conſanguineos vel affines, poſtquam miſerunt Romam ad Summum Pontificem pro impetranda diſpenſatione ad contrahendum matrimonium inter eos, prius tamen, quam Romanus Pontifex diſpenſet, vel poſt commiſſam ab eo diſpenſationem ordinario loci, vt ſi ita eſt, diſpenſet, &c. antequam ordinarius diſpenſet, vitiet diſpenſationem, ſi de ea nulla facta fuerit mentio, neene?* Qua in re, tanquam ſumme difficili, ſcio in diuerſas itum fuiſſe ſententias per grauiſſimos viros huius Regni, prout ex eorum ſcriptis ad nos tranſlatum eſt, vt noſtrum exponeremus de hac re iudicium. Sunt enim in primis, qui exiſtiment, non eſſe ſubreptitiam, ſed validam in caſu quæſtionis noſtræ diſpenſationem præfatam, præmaxime, ſi poſt eam impetratam à Summo Pontifice, interceſſerit prædicta copula, etiamſi ipſa, antequam ordinarius conceſſerit, contigerit.

2 Primo, † quia in his caſibus non habet locum decretum Concilij Tridentini *ſeſſion. 24. cap. 5. de reformat matrimon.* vbi diſponitur; *Quod contrahens ſcienter matrimonium in gradu prohibito, ſeparandus eſt & ſpe diſpenſationis carere debet: præmaxime, qui non tantum matrimonium contrahere, ſed etiam conſummare auſus fuerit:* quia ſi accuratius aduertas, decretum illud non punit ſolam copulam per ſe, etiamſi ſcienter habita fuerit: ſed vbi illa interuenit poſt matrimonium ſcienter contractum, vt patet ex illis verbis, *Qui non tantum contrahere, ſed etiam conſummare auſus fuerit:* Deinde materia illius decreti eſt odioſa & pœnalis, vt conſtat ex illius verbis, *Eiſdem ſubiiciatur pœnis, & per illius decretum receditur à iure & ſtylo antiquo:* Reſtringendum igitur merito eſt & non extendendum, *ex regula, odia, & regula, quæ exorbitant, de reg. iur. lib.6. & c. penult. de pœn. diſt.1.*

3 Secundo, † quia ea ſola taciturnitas veritatis nocet, quæ à iure præcipitur, vt exprimatur, vt docet Rota noua *deciſ.32. de reſcript. ad fin.* Caldetin. *conſil. 6. de præbend.* Et in hac ſpecie non præcipiunt iura, vt veritas exprimatur, vt patet ex dicto Concil. *d.c.5. & explicat* Nauar. *in Manual. Latin. cap.22. num.*86. Ergo, &c.

4 Tertio, † quia de crimine non eſt facienda mentio in interpretatione gratiæ vel conceſſionis, vt docet Innoc. *in cap. propoſuit, nu.4. & in c. cum noſtris, n.3. de conceſſ. præbend.* & Rota *noua deciſ.32. de reſcript iam citata*, Bellam. *deciſ.47. de reſcript.* & copula ſiue præcedat ſiue ſequatur ſiue ſpe diſpenſationis habeatur, eſt delictum, vt patet: Ergo de illa non facienda mentio.

5 Non † obſtat, quod huiuſmodi copula inter conſanguineos vel affines habita, ſit inceſtuoſa, & quod impedimentum inceſtus etiam impedit matrimonium contrahendum, *cap. ſi quis dormierit, 23 qu.7. l.13. tit.2. part.4.* & *ibi* Greg. Lop. Et ita in hoc caſu inter conſanguineos videntur eſſe duo impedimenta, alterum conſanguinitatis, & alterum inceſtus: Ergo licet impedimentum conſanguinitatis tollatur diſpenſatione Romani Pontificis, remanere videtur alterum impedimẽtum inceſtus. 6 Nam † reſpondeo, vere copulam mariti cum conſanguinea vxoris ſuæ producere hoc impedimentum inceſtus, non vero copulam habitam cum propria conſanguinea, vt patet *ex c.1. 2. & 3. de eo qui cogn. conſang. vxor. ſuæ*, ſecundum Sanct. Thom *in 4 diſt.34. qu. 1. art. vlt.* Et docet communis Theologorum ſententia relata & probata à Couar. *de ſponſal.2 part. c.6. in princ. num.4.* Martin. Ledeſmius *in ſecundam 4. quæſt.60. art.4.* & Martinez *vbi infra*, contra communem Canoniſtarum relatam à Nauar. *d. cap.22. num.* 74. & à Parnorm. *in d. cap.1. col.1.* & ab Ant. Cordub. *lib 1. quæſtion. 12.* & à Matienc. *in rubric. tit.1. lib.5. Noua Collect. Reg. gloſſ.1. num.* 138 Quæ etiamſi vera eſſet, ſolum hoc impedimentum inceſtus impediret & non dirimeret, 7 † ac per conſequens matrimonium contra hoc impedimentum contractum valeret, *iuxta gloſſ. verbo, nunquam, in cap.1. 25 quæſtion. quæſt.1. & gloſſ. in cap.2. de pœnit. & remiſſ. recept. à Iuriſperitis & Theologis, vt teſtatur* Matt. Ledeſmius in ſecundam *4. quæſt.62. art.2. explicat* Nauar. *d. cap.22. nu.29.* Cardin. Aracœli, *de matrim. cap.64.* Couar. *de ſponſal. 2. part. cap.6. in princ. num.4. Specul. coniug.1. part. art.23.*

8 Præterea † conſuetudine obtentum eſt, vt in caſu inceſtus non petatur diſpenſatio etiam ab Epiſcopo, vt poſt Palud. & alios teſtatur Nauar. *d. cap.22 num 74. ad fin.* & Ant. à Cordub. *vbi ſupra, in verſic. ſed vtrum.*

9 Nec † etiam obſtat, quod ex hac illicita copula inceſtus contrahitur impedimentum affinitatis, quod impedit matrimonium contrahendum & dirimit contractum *cap. diſcretionem, de eo qui cognou. conſang. vxor. ſuæ, cap extraordinaria, 35. qu.3. gloſſ. recepta in arbore affinitatis, docent plurimi relati per* Couar. *de ſponſal. c.2. part. cap.6. §.7. nu.3.* Nauar. *d. cap.22. num.41.* Dom. à Sot *in 4. diſtinct.41. quæſt. vnic. artic.2. & 3.* 10 Nam † reſpondemus dicendo, hoc impedimentum affinitati, etiam ex copula illicita oriri, quo iure antiquo impediũtur conſanguinei viri intra quartum gradum contrahere cum muliere, cum qua copula interceſſit & è conuerſo, *vt in cap.2. & in cap. non debet, de conſanguin. & affinit.* non tamen contrahitur inter eos, qui fuerunt principium huius impedimenti & inter quos copula illicita interuenit, vt patet ex iuribus prædictis, & ex his quæ docet

Syluest.*in verb.matrimonium,8.impedim.*15-Gab.Paleot.
de nothis & ſpuriis,*cap.7.n.4.& 5.Specul.coniug.1.part.*
*art.47.*Ferdinan de Loazes *in tract.de matrim.&c.dub.*1.
11 & 15.Hodie † tamen hoc impedimentum ex fornica-
tione contractum ad ſecundum gradum eſt reſtrictum
& licitum eſt contrahere in tertio & quarto gradu per
Concil.Trident.*ſeſſ.24 c.4.de reformat.matrim.* adeo, vt
huiuſmodi copula illicita,non ſolum non dirimat ma-
trimonium iam contractum in tertio vel quarto gradu,
ſed nec etiã impediat contrahendum in eodem tertio &
quarto gradu,vt explicuit ſuo motu proprio Pius V.an.
66.lato,qui eſt inter motus proprios eiuſdem Pontificis
& Conc.Bracarenſ.*act.5 c.12.fol.*121. explicat Alphon.
à Veracruce *in append. coniug.fol.*79.Card.Aracœli *de*
*matrim.c.69.Quintil.Mandoſ.de ſignat.gratiæ fol.*51.*Al-*
*bornoz en el arte de los contratos,fol.*152.Et hanc opinio-
nem in terminis, quando copula interceſſit poſt impe-
tratam diſpenſationem à Summo Pontifice atque huc
tranſlatam,antequam ab ordinario, cui commiſſa fuit,
diſpenſaretur : credit veram eamque tenet F.Ant Cor-
dub.*in ſua tract.de caſos de conciencia, in 2.edit.quæſt.*45.
*in 5.puncto noniter addito,in præd.1.edit.fol.*119.vbi eam
intelligit, niſi Romanus Pontifex committeret diſpen-
ſationem alicui ſub certa forma vel conditione, quia
ſi ea non ſeruaretur , non valeret talis diſpenſatio nec
matrimonium, quod cum ea fieret : & reddit rationem
prædictæ ſuæ ſententiæ principalis; Quia Papa non fuit
motus per copulam,nempe ſi ea interceſſerit vel non in-
terceſſerit;Quandoquidem nulla mentio eius ſibi facta
fuit , nec tunc erat habita , nec poſtea interceſſit cum
intentione tunc contrahendi per eam , nec intentandi
matrimonium clandeſtinum,nec quid aliud interuenit,
ob quod diſpenſatio ſubreptitia iudicari debeat. Cum
eadem ſententia concordant alij duo Theologi inſignes
huius ciuitatis , quinimo & iuxta eam in vna cauſa bis
fuiſſe pronuntiatum , mihi renuntiatum eſt.* Et poſt
* huius operis primam editionem , quod diſpenſatio ſu-
per impedimento conſanguinitatis vel affinitatis , non
facta mentione copulæ prius habitæ, valeat nec requi-
ratur altera diſpenſatio Papæ , conſuluit ex prædictis
Nauar.*conſil.1.2.& 5.de conſanguinit.& affinit.* Idem in
copula commiſſa poſt impetratam commiſſionem diſ-
penſandi , quamuis poſt negetur Commiſſario , con-
ſuluit idem Nauar.*conſil.2.de ſponſal.num.1.& 2.**

Ruſſus ſunt è noſtris , qui contrariam ſententiam
veriorem eſſe exiſtiment , & tenendam in foro con-
ſcientiæ , imo quod prædicti coniuges non ſint tuti in
conſcientia. Primo , quia ſuper dicta copula non fuit
diſpenſatum inter eos : Ergo,&c.
12 Secundo , † quia ea qualitas exprimenda eſt quæ
moueret Principem ad non concedendum vel ad diffi-
cilius concedendum diſpenſationem , alias ſubreptitia
& nulla eſt diſpenſatio, vel alia quæuis conceſſio,*text.*
*in cap.poſtulaſti,de reſcript.* Felin.*in cap.ſuper literis, nu.*
*8.de reſcript.*Socin. *conſil.*251. *incip.quoniam in præſenti,*
*verſic.confirmo omnia, &c. num.*12.*lib.*2. Petrus Rebuff.
13 *in praxi benefic.in rubric.de forma ſignat.ſimplic.prouiſ. in*
*§.Magdionem,p.*137.Sed † certum eſt,quod illa qualitas
copulæ habitæ inter hos contrahentes, ſi exprimeretur
Summo Pontifici , illum valde difficilem redderet ad
concedendam diſpenſationem , prout ſtylus & com-
munis praxis habet , quæ eſt ſeruanda ſecundum Felin.
*vbi ſupra* : Ergo ea qualitas copulæ exprimenda erat
Romano Pontifici, alias erit nulla, *per prædicta.* Præte-
rea,† vbi plura obſtant impedimenta,difficilius conce-
14 di ſolent diſpenſationes & reſcripta , vt inquit Decius
*conſil.206.num.19.& in cap.ad aures,col. vlt. & ibi* Ripa
*num.37 de reſcript.*Alexand.*conſil.195.num.10.lib.2.quos*
*refert* & ſequitur Menoch.*de arbitr.iudic. lib.2.centur.3.*
*caſu 203. num.*13. Sed hic plura obſtant , nempe con-
ſanguinitas ſeu affinitas & copula : Ergo ſi de ea fieret
mentio , difficilius diſpenſaretur : Exprimenda igitur
nunc erit,
Tertio,† quia quando quis interrogatur à iudice iu- 15
ris ordine ſeruato, tam iure diuino,quam humano , te-
netur ei dicere veritatem ſuper crimine à ſe commiſſo,
vt tenet S.Thom.*2.2.quæſt.66. artic.1. & quæſt.76.art.1.*
Nauar.*in cap.inter verba,* 11.*qu.3. coroll.46. & hanc opi-*
*nionem plures allegans tuetur* Couar.*in ſuis pract. qu. cap.*
18.*nu.7. ad fin.& lib.1.var.reſolut.cap.2. num.2.diximus*
*late ſupra,cap.11.de monitoriis, num.*39. Sed iſti conſan-
guinei volentes contrahere inter ſe matrimonium, cum
proponunt cauſam Romano Pontifici , videntur in-
terrogati de tota cauſa atque de pertinentibus ad eam,
maxime de illis,quæ poſſent difficiliorem reddere Sum-
mum Pontificem ad concedendum : Ergo tenentur
exprimere , quod habuerunt copulam , cum hæc iuxta
ſtylum Romanæ Curiæ, difficiliorem reddat Summum 16
Pontificem ad diſpenſandum. Quid tenendum ? † Et
profecto,vt meam exponam ſententiam,adhæreo huic
ſecundæ parti,quam exiſtimo veriorem & tenendam in
iudicando & conſulendo , præmaxime,quando copula
fuit habita ante facultatẽ ac commiſſionẽ diſpenſandi.
Primo, † quia contrariam partem minime fouet *de-* 17
*cret.5.de reform.matrim.ſeſſ.*24.Sacri Concilij Tridenti-
ni, *pro ea ſupra expenſum* , quia ipſum tantum loquitur
in illis conſanguineis,qui ſcienter & de facto matrimo-
nium contrahere præſumpſere:hi namq;ſeparandi me-
rito ſunt atque ſpe diſpenſationis carere debent; Quod
præmaxime locum habet, ſi copula conſummatum ſit
prædictum præſumptum matrimonium ſcienter con-
tractum:Quod ſi ignoranter illud ſit contractum , non
ſeruatis ſolemniis Sacri Concilij, idem eſt : Si vero iis
ſeruatis , poſtea detegatur aliquod impedimentum , de
quo contrahentes probabilem ignorantiam habue-
runt,facile & gratis cum illis diſpenſari poteſt. Et hoc
eſt,quod continet prædictum decretum Concilij,quod
vt patet , in vtroque caſu loquitur , quoties matrimo-
nium prius fuit contractum, ſiue ſcienter ſiue ignoran-
ter abſque diſpenſatione,& poſtea ſequuta fuit copula:
At noſter caſus diuerſus eſt , quia in eo fuit diſpenſa-
tum, antequam matrimonium celebraretur , & copula
ſimiliter etiam præceſſit , non ſolum matrimonium,
ſed etiam diſpenſationem ab ordinario faciendam , ſic-
que ad noſtrum propoſitum adduci non poteſt præfa-
tum decretum , nec contra , nec pro : Aliunde igitur
quærenda eſt deciſio huius quæſtionis.
Secundo,† quia quod priores affirmant,quod ea ſola 18
taciturnitas veritatis nocet,quæ à iure præcipitur,vt ex-
primatur , quod etiam fuit gloſſ. *in clem.3.verb. alteri,*
*prope med.de præbend.* quam ſequuti ſunt plurimi , quos
congerit Menoch.*de arbitr.iud.lib.2 cent.3. caſ.1.nu.*26.
quamuis verum in ſe ſit,non tamen eſt peremptorium:
Nam ita etiam exprimenda eſt illa qualitas,quæ etſi nõ
ſit præcepta à iure,eſt tamen de ſtylo, praxi & conſue-
tudine curiæ exprimenda , quæ Principem moueret ad
non concedendum , vel eum ad concedendum diffici-
liorem redderet(ſicut eſt copula, quæ prout notum eſt,
exprimi ſolet,& cum ipſa difficilius diſpenſatur , quam
ſi ea non interceſſiſſet) vt probant Dec. *in cap.ſuper li-*
*teris,num.9.de reſcript.* & Menoch. *vbi ſupra , num.* 27.
*verſic. aliqua.** Ad quod non aduertit Nauar.*vbi ſupra,*
ſicque ſua opinio contraria ex hoc deficit : * Ergo *
ſtante prædicto ſtylo & praxi Curiæ Romanæ , iuncta
iuris diſpoſitione prædicta , conſequitur , eſſe neceſſa-
rio faciendam mentionem Summo Pontifici ipſius co-
pulæ,quando habita fuit antequã miſſum eſſet Romam
pro ipſa diſpenſatione, vel etiam poſt,antequam Sum-
mus Pontifex diſpenſaſſet,ex ſupradictis,& quod alias
diſpẽſatio ſit nulla & ſubreptitia,hocq;indubium vide-
tur,



tur,quamuis prior ſententia *ſupra* poſita vnius viri gra-
uiſſimi tantum,quod ſcierim, in hoc contrarium velit:
Nam Theologi , de quibus ibidem meminimus , non
idem tenent cum eo in præfata ſpecie,ſed potius nobi-
ſcum contrarium , nempe vbi copula fuit habita ante
diſpenſationem obtentam Romæ. Nec obſtat , quod
19 de crimine non ſit facienda mentio , quia illud intelli-
gitur de aliis peccatis , † vt patet ex DD. *ſupra* ad hoc
allegatis. Loquuntur enim de peccatore impetrante li-
teras ad beneficium, quia ex eo quod peccator eſt,non
ſunt literæ ſubreptitiæ; non vero loquuntur in noſtro
caſu ; Nam de inceſtu opus eſt facere mentionem , vt
tenet D.Sarmient.*lib.1.ſelect.interpr.cap.9.nu.1.& 3.* di-
cens, quod de hoc nulla poteſt eſſe quæſtio.
20 Si † vero in noſtro caſu copula fuit habita, ſpe eiuſ-
dem diſpenſationis facilius conſequendæ, planiſſimum
exiſtimo,quod hoc non expreſſo Summo Pontifici,di-
ſpenſatio ſit nulla,quia ſtylus & praxis Romanæ Curiæ
eſt, quando hoc caſu diſpenſatur, addere, *Con tanto que*
*no ayan tenido la copula con eſperança de que por eſto mas*
*facilmente ſe concedieſſe la diſpenſacion,*vt in terminis his
verbis tenet Nauar *in Manual. Hiſpan.c.22.n.87, in fin.*
21 Quando † vero copula fuit habita poſt facultatem
diſpenſandi conceſſam & commiſſam à Romano Pon-
tifice ordinario loci vel alij, ante tamen quam ab ipſo
diſpenſetur,quamuis res hoc caſu difficultatem habeat,
adhuc verius magiſq; iuridicum videtur diſpenſationẽ
vitiari, niſi iterum ad Summum Pontificem recurratur
mentioq; copulæ fiat ac abſolutio à Summo Pontifice
impetretur:Quia ſicut quando copula interceſſit,ante-
quam diſpenſatio impetraretur Romæ, neceſſario fieri
debet mentio ipſius , vt eſt prædictum : ita etiam idem
erit,quando poſt ipſam impetratam habita fuit copula,
ante tamen quam ab ordinario diſpenſetur ; Quia ita
ſunt conſanguinei tunc, ſicut à principio , ac per con-
ſequens, inceſtus vtroque tempore per copulam com-
mittitur,ſicque non video,eſſe rationem iuridicam dif-
ferentiæ inter hos duos caſus ; Facultas quandoquidem
ad diſpenſandum , quamuis ſit gratia , nondum tamen
eſt perfecta,donec conceſſa ac expedita non ſit ab Or-
dinario , cui fuit commiſſa.
22 Hinc † eſt,vt gratia facta à Principe ex aliqua cauſa
finali, ſi ipſa ſortita eſt ſemel effectum,quamuis poſtea
ceſſet, adhuc valet & durat gratia ; ſecus ſi cauſa præfa-
ta defecit,antequam effectum ſortiretur gratia atque di-
ſpenſatio , dum eſt in fieri , vt conſtat ex adductis per
Couar.*lib.1.variar.reſol.cap.20.num.5. verſ. his ita breui-*
*ter,& latius per Tiraquel in tract. de cauſ. ceſſ.limit.* 12.
*num.1.& per tot. limitat. & in terminis diſpenſationis tra-*
*dit Tiraquell.in d.tract.1.part.nu.89.& 92.* Sic igitur in
noſtra ſpecie Summus Pontifex facilius conceſſit præ-
dictã facultatem diſpenſandi,eo,quod ſibi narratum nõ
fuit copulam interceſſiſſe , quia ipſa non interceſſerat:
Itaque hoc ipſum fuit cauſa tacita gratiam concedendi
vel ſaltem facilius:Si enim ſibi narratum fuiſſet,copu-
lam interceſſiſſe, vel minime diſpenſaret , vel difficilius
ipſam diſpenſationem conceſſiſſet , præcipiens pœni-
tentiam imponi contrahentibus, atque vt aliquam ſol-
uerent pecuniariam ſummam, in opera pia eroganda m
vel quid ſimile, vt communiter Sanctitas ſua præcipe-
re ſolet ſimilibus diſpenſationibus cum copula, vt ex-
perientia ac praxis docet : Et præterea , moderando
gratiam ſiue diſpenſationem , hoc modo , vt altero ex
coniugibus decedente , ſuperſtes iterum matrimonium
non contrahat,iuxta praxin communem Romæ in hu-
iuſmodi caſu , quo diſpenſatur inter conſanguineos ad
contrahendum matrimonium , inter quos commiſſus
fuit inceſtus : Nam additur illa clauſula , vt iterum ſu-
perſtes non contrahat matrimonium,vt refert Nauarr.
*vbi ſupra, nu.*75. & ita ſit : Ceſſante igitur cauſa tacita
prædicti defectus copulæ, prout ceſſat prius quam gra-
tia ſortiatur effectum , hoc eſt , antequam ordinarius
diſpenſet , locum non habet nec valet dicta diſpenſa-
tio , iuxta communem traditionem DD. quam refert
Couar.*vbi ſupra,in verſic.falſitas,*aſſeuerans,quod falſi-
tas aut ſubreptio cauſæ impulſiuæ,quæ Principem mo-
uet, † aut moueret ad difficilius concedendum, quod
ab eo petitum eſt,Principis gratiam inualidam efficiat, 23
quod & ſequitur ipſe Couarruuias ; Cum ea cauſa vere
Principi ſignificata, Princeps non ita, vt conceſſit, gra-
tiam,feciſſet, ſed eidem conceſſioni moderamina quæ-
dam adhibuiſſet, ex quibus cautius peritis prouiſum
eſſet. Sicque intelligit præfatam commonem , quæ de-
ducitur *ex cap.poſtulaſti,de reſcript.* eandem teſtatur re-
ceptiorem Menoch.*vbi ſupra, num.*22. ſed in diſpenſa-
tionibus huiuſmodi moderamina prædicta adiiciun-
tur , iuxta communem praxin Romanæ Curiæ , *vt eſt*
*prædictum* : Oportet igitur narrare prædictam copu-
lam , quocunque tempore interuenerit , dummodo in-
tercedat antequam ab Ordinario, tanquam Apoſtolicæ
Sedis delegato diſpenſetur *per ſupradicta.* Et vt intelli-
gamus,quantum interſit,vtrum gratia quid iam factum
contineat , vel quid faciendum ſiue ab alio expedien-
dum, eſt communis reſolutio, † quod quamuis gratia 24
per verbum, *Fiat*, non exſpiret morte concedentis : il-
lud tamen procedit & eſt verum , quando gratia quid
perfectum continet,ſecus autem quando mandatur ali-
quid faciendum,vt plures allegans reſoluit Doct. Mol.
*de primogen. Hiſpan.lib.2. cap.7.nu.63.& 64.fol.* 278.
Præterea Ordinarius , vt de veritate relationis factæ
Romano Pontifici conſtet,& vt an aliquid innouatum
ſit à tempore commiſſionis ſibi factæ intelligat, inter-
rogare ſolet , an copula inter ipſos interceſſerit : quod
ſi veritatem fateantur, certum eſt eum non diſpenſatu-
rum : Ergo ſubreptitia eſt talis diſpenſatio & inuolun-
taria , ac nulla reſpectu Ordinarij, à quo fit , ſi copula
non exprimatur. Præterea hæc ſententia iam declarata
fuit vera,& certa à Reueren. Cardinalib. ad interpreta-
tionem dubiorum decret.S.Concilij Tridentin.à Sum-
mo Pontifice deputatis & in Curia Romana huiuſmo-
di diſpenſationes factæ , non expreſſa copula habita,
etiam poſt commiſſionem Romani Pontificis factam
Ordinario de diſpenſando , ſubreptitiæ iudicantur , vt
nobis à perſonis fide dignis affirmatum eſt. Non obſtat
aſſerere , quod inceſtus, maxime inter conſanguineos,
quamuis impediat matrimonium contrahendum , non
tamen dirimit iã contractũ,& quod vbi eſt conſuetudo
contrahendi abſq;diſpenſatione inceſtus,ea non eſt ne-
ceſſaria,iuxta tradita per Nauar.*vbi ſup.n.*75. Hoc enim
procedit & locum habet,quando ille,qui inceſtum cõ-
miſit cum non † conſanguinea, vel contra, contrahere 25
velit. Attamen vbi cum eadem , cum qua inceſtum
commiſit , contrahere vellet , neceſſarium eſt, mentio-
nem facere , vt vtrumque diſpenſetur , nempe conſan-
guinitas & copula ; Quia hæc difficiliorem efficiet hoc
caſu diſpenſationem conſanguinitatis , atque vt eidem
moderamina adiiciantur , *vt eſt prædictum.* Ex quibus
iam ceſſat ratio parum vrgens Antonij Cordub. *vbi*
*ſupra* , tenentis contrarium in noſtro propoſito , quin
etiam , & cæterorum : Quandoquidem eo tempore,
quo copula interceſſit , nondum erat diſpenſatum ab
Ordinario , ſicque gratia Summi Pontificis nondum
erat perfecta & ceſſat innocentia prior contrahentium,
in qua erant tempore impetrationis : Quo fit , vt illa
amiſſa , nouo indigeant remedio. Quandoquidem co-
pula ipſa difficiliorem redderet Principem ad diſpen-
ſandum,ſi à principio interueniſſet. Idem igitur dicen-
dum eſt, ſi poſtea interceſſerit , antequam gratia perfi-
ciatur , quia idem eſt iudicium in vtroque caſu , vt ex
ſupradictis patet,

Nec obſtat id quod diximus, duabus ſententiis in vna cauſa latis contrarium fuiſſe deciſum, *ibi* namque coniuges litigantes aſſerebant ante diſpenſationem ab Ordinario factam, ſe carnali copula cognouiſſe, ideoq; matrimonium nullum fuiſſe prætendebat actor, & illis non erat credendum in fraudem matrimonij, idcoque pro matrimonio iudicatum fuit: Vel forte prædicta copula fuit negata & non probata: vel quicquid ſit dicendum eſt, illis iudicibus non conſtitiſſe de praxi Romanæ Curiæ & declaratione Cardinalium: Quod ſi illis hoc liqueret, non eſt credendum, id iudicaturos, ſi de interuentu copulæ eiſdem legitime conſtaret.

Et cum hic caſus Ciuitatenſ. contigiſſet, Ordinarius huius Epiſcopatus, anxius & dubius quid facere deberet præ varietate opinionum, conſuluit ſuper eo Nuntium Apoſtolicum atque Legatũ à latere, in Curia Regis noſtri Philippi reſidentem, cuius abbreuiator manu propria reſpondit (iuſſu, vt creditur, dicti Nuntij) *Han de bouer a ſuplicar a ſu Santidad que los abſuelua*, vt propriis oculis vidi & legi epiſtolam præfati ordinarij vbi, quęrebat, an hi poſſent contrahere prædictum matrimonium, & reſponſionem præd. ſubſcriptam à Io. Gelaſio Abbreuiatore præfato: quod ſi hæc reſponſio vera eſt, quamuis non ſit deciſio Summi Pontificis, ſatis tamen ſufficiens teſtimonium eſt vſus ac praxis Romanæ Curiæ in huiuſmodi caſu. Quamobrem perſuaderi poterit hæc noſtra ſententia, tanquam verior, & contraria, vt nec ſatis ſecura repelli atque diſſuaderi.

## SVMMARIVM.

1 *Spadones qui dicantur?*

2 *Spadones, quibus ambo teſticuli extracti ſunt (vulgo dicti capones) an matrimonium contrahere poſſint? & num. ſeq.*

3 *Tria bona in matrimonio exiguntur, proles, fides, Sacramentum re vel ſpe.*

4 *Vetuli, quamuis quandoque non habeant caliditatem ad generandum, habent tamen caliditatem ſufficientem ad carnalem copulam, & ideo permittitur eis matrimonium contrahere, quatenus eſt in officium naturæ, & num. 13.*

5 *Spadones, quamuis non poſſint ſe vltro coniungere verum matrimonium, attamen quantum ad cohabitationem & communicationem officiorum domus, poſſunt ſe in totam vitam confœderare & obligare, vt fœmina ſeruiat viro & vir alat fœminam, non tamen erit matrimonium, ſed ſocietas quædam ciuilis reputatur: periculoſiſſima tamen eſt hæc confederatio, & nu. 6.*

7 *L. ſi ſerua, §. 1. ff. de iure dot. intellectus.*

8 *Potentia coeundi eſt, quæ requiritur ad hoc vt matrimonium validum contrahi poſſit, non vero requiritur, quod contrahentes poſſint generare.*

9 *Praxis obtinuit, vt ſpadones contrahere poſſint matrimonium.*

10 *Spadones, vt Medici & Philoſophi affirmant, niſi alias natura frigidi ſint, aliquid in modum ſeminis emittunt aut emittere poſſunt, quod Medici Arabes Aguadin appellant, etſi non prolificum nec album, ſed incoctum.*

11 *Verum ſemen eſt ſtilla, quæ in ſe calidum continet ſpiritum & à cerebro excernitur, & per ſpinalem medullam in membra genitalia defluit, & cum in medullam ſpinæ peruenit, renes confeſtim petit, ex ipſiſque per medios teſtes in pudenda penetrat.*

12 *Proles non eſt de eſſentia matrimonij, imo nec actus ipſe copulæ, ſed ſolum potentia coeundi neceſſaria eſt, in qua conſiſtit matrimonialis conſenſus ſubſtantia.*

13 *Impotentia ad actum generationis eſt, quæ impedit matrimonium contrahendum & contractum dirimit: ſecus vero impotentia ad generationis effectum.*

14 *Steriles matrimonium contrahere poſſunt, licet effectu generationis careant, quia apti ſunt ad actum.*

15 *Eunuchi quid diſtent ab ſpadonibus.*

16 *Si mulier, quæ ſeminare non poſſit, contrahat cum viro, qui ſeminare poteſt, tenet matrimonium.*

17 *Ad generationem ſufficit ſemen viri, etiamſi ſemen fœminæ non concurrat.*

18 *Matrimonium non tenet, ſi vir ſeminare non valeat, etiamſi fœminæ id facere poſſit.*

---

## CAPVT XVI.

### De ſpadone, cui ambo teſticuli abſciſſi ſunt, an poſſit matrimonium contrahere?

SPadonum † generalis appellatio eſt, & ideo, vt in- 1
quit Iuriſconſultus Vlpianus *in l. ſpadonum, 128. ff. de verb. ſig.* hoc nomine continentur, tam hi, qui natura ſpadones ſunt, quam thlibiæ, id eſt, ſecundum Andream Alciat. *ibid.* qui attritos teſtes habent, & thlaſiæ, quibus teſtes fracti ſunt, & ſi quod aliud genus ſpadonum eſt, nempe caſtrati, id eſt qui caſte nati ſunt, quia naturaliter ſine teſtibus progeniti ſunt, vt placet Accurſio & frequentioribus, ita teſtante Alciat. *in d. l. ſpadonum, num. 4.* Vnde & vulgatum exſtat carmen:

*Caſtratos natura facit, violenta ſpadones*
*Improbitas, amor eunuchos & fœda libido:*

Quamuis Alciat. *vbi ſupra*, rectius exiſtimet, vt ex Latinis auctoribus apertiſſime oſtendi affirmat, caſtratos interpretari caſtos, ſiue natura non arrigant, ſiue, quia omnino ſpadones ſunt, vtpote, quibus ferro diminuta ſunt virilia, *vt in l. ſi ſeruum, §. & ſi puerum, ff. ad leg. Aquil.* Vnde vetuit Domitianus Imperator edicto, ne pueri caſtrarentur, *l. 1. C. de eunuch.*

Hoc † ſic præhabito, quæritur modo; *An ſpadones,* 2
*quibus ambo teſticuli extracti ſunt* (hoc eſt vulgo dicti *Los capones*) *matrimonium contrahere poſſint necne?*

Et in hoc gloſſ. 1. *in c. 2. ii quib. fer. exſcti. in fin. in verſic. vel. dic. 32. quæſt. 7.* tenet, quod hi ſpadones, ſi habent virgam arrectam, ſiue reſoluant ſperma, ſiue non, poſſunt matrimonium contrahere: Nam huiuſmodi ſpado ſatisfacit mulieri, ſicut mulier ſatisfacit viro, ſiue reſoluat, ſiue non, nec requiritur, quod ſemper in matrimonio ſit filiorum procreatio, quia ſufficit, quod non euitet prolem, *vt in cap. ſolet, 32. quæſt. 2.*

Pro qua ſententia videtur bonus text. *in l. ſi ſerua, §. 1. eodemq; vlt. ff. de iur. dot.* cuius verba ſunt hæc: *Si ſpadoni nupſerit mulier*, diſtinguendum arbitror, *caſtratus fuerit, necne: vt in caſtrato dicas dotem non eſſe in eo, qui caſtratus non eſt (quia eſt matrimonium) & dos & dotis exactio eſt.* Et ibi gloſſ. *fin.* in hac opinione videtur expreſſe remanere, referens quorundam opinionem, tementium in ſpadone matrimonium eſſe, etiamſi generare non poſſit, quia vitium eſt accidentale, non naturale, vt in caſtrato. Idem etiam probare videtur text. *in l. ſed eſt quæſitum, verſic. ſpadonem, ff. de lib. & poſth.* vbi inquit text. *Spadonem quoque poſſe poſthumum heredem ſcribere.* Et Labeo & Caſſius ſcribunt, quoniam nec ætas nec ſterilitas ei rei impedimento eſt.

Rurſus † communiter Canoniſtæ *in cap. quod ſedem,* 3
*de frigid. & maleſic.* tenent contrarium: Nam ex quo huiuſmodi ſpado, carens ambobus teſticulis generare nõ poteſt, poteſt dicere mulier, Volo eſſe mater & liberos procreare, *vt in cap. ex literis, de frigid. & maleſ.* Præterea quia in matrimonio tria bona exiguntur, proles, fides, Sacramentum re vel ſpe, *vt in c. ſicut, § his ita, in fin. 32. quæſt. 2. c. omne. 27. qu. 2. l. 3. tit. 2. part. 4. late de hic Matienc. in rubr. tit. 1. l. 5. Noua Collect. Reg. gloſſ. 1. n. 89.* hic



autem deficit prolis procreandæ ſpes, quia hic ſpado generare non poteſt, vt omnes fatentur: Ergo matrimonium ab eo contractum non tenet: vbi enim non eſt ſeminatio, non fiunt coniuges vna caro, & ſic non eſt matrimonium: Quare idem Vlpianus auctor *d. l. ſi ſerua, §. final. ff. de iure. dot.* vbi vxorem poſſe ſpadonem ducere probauit, hoc interpretatur *in l. Pompon. in fine, ff. de adilit. edict.* in ſpadone, qui vno tantum teſticulo caret: vtroque igitur vacui, vt ſunt eunuchi, quamuis virili polleant, illudq; erigant & in vas inducant, re vera nullum contrahunt matrimonium, quia vel non ſeminant vel eorum ſemen non eſt prolificum: Vnde vetuli ſecundum Sanctum Thom. *in 4. diſt.* 34. quamuis quan-
4 doq; non habeant caliditatem † ad generandum, habẽt tantum caliditatem ſufficientem ad carnalem copulam, & ideo permittitur eis matrimonium, quatenus eſt in officium naturæ, Ita hanc partem negatiuam noſtræ quæſtionis principalis tenent communiter Canoniſtæ, vt refert eandem ſequutus atque veriorem exiſtimans Abb. *in d. c. quod ſedem, de frigid. & maleſ.* & ibi *Prapoſ. n. 4. idem teſtatur* Socin. *in l. 1. n. 29. ff. ſolut. matr.* & Sylu. in Summa, in verb. matrimonium, 8. *n. 16. in verſ. ſi autem erigatur, & in verſ. quantum ad caſtrationem*, Gregor. Lopez *in l. 6. tit. 2. part. 4. in gl. caſtrado, in verſic.* Et idem tenet Abb. dicens, eſſe de mente & verbis illius l. vt ſpado vel caſtratus inhabilis ad copulam, ita quod non poſſit ſeminare, non poſſit contrahere matrimonium, dum inquit, *Otroſi, el que fueſſe caſtrado, o que le mẽguaſſen aquellos miembros que ſon meneſter para engendrar, maguer aya entendimiento para conſentir, non valdria eſte caſamiento que hizieſſe, porque no ſe podria ayuntar con ſu muguer carnalmente para fazer hijos*: idem probatur *in l. 4. tit. 8. ead. part. 4.* Eandem communem ſententiam Canoniſtarum probauit ex ſupradictis Dominic. à Soto *in 4. diſtin. 34. q. vnic art. 2. pag. 255. col. 1. & 2.* vbi inquit, opin. contrariam eſſe intolerabilem: & deniq; reſoluit,
5 quod etſi hi, qui perpetuis † eiuſmodi impedimentis laborant, non poſſint ſe vltro coniũgere per verum matrimonium, attamen quantum ad cohabitationem, & communicationem officiorum domus, poſſunt ſe in totam vitam confœderare, vt fœmina ſeruiat viro, & vir alat fœminam; Qui quidem contractus non matrimonium, ſed ſocietas quædam ciuilis reputatur: Et hoc eſt, quod aiunt Pontifices *in c. conſultationi, & in c. laudabilem de frigid. & maleſ.* vt matrimon. contracto inter impotentes, vir habeat illam, non tanquam vxorem, ſed tanquam ſororem; vnde non poterunt laſciue ſeſe amplexari, aut impudice tangere aut carnaliter oſculari, non ſolum propter periculum, ſi in aliquo illorum exſtiterit extraordinariæ pollutionis, quæ certe eſſet peccatum mortale, verum quia iſti actus & oſcula, per ſe, vt verior habet opinio, ſunt mortalia, niſi inter veros coniuges: & ante Sotum idem in terminis *d. c. conſultationis*
6 probarunt *ibid.* Innocent. Hoſtienſ. Ioan. Andreas, Antonius de Butrio, Cardin. Abb. & Præpoſit. *n. 1. & 2.* Nauar. *in Manu c. 22. n. 59.* qui tex. procedit † ex conſilio, non ex præcepto, vt maneant velut ſorores, non tamen eſt matrimonium, vt conſtat ex eodem text. *ibi*, vt quas tanquam vxores habere non poſſunt, &c. ſecundũ gloſſ. *ibid.* & ſpeculum coniug. *in 1. parte, tit. 38. in ſeptim. concluſ. in verſ. reſpond.* Quare Hoſtienſ. *ibi* hoc permitti aſſerit, quandiu honeſte, & caſte vixerint: idem voluit ipſe *in Summa, de frigid. &c. §. 5. verſ. hæc autem omnia.* Durum enim eſſet, potentem, qui etiam ſcientercum impotenti contraxerit, cogi vt in peccato cum ea maneat: ideo dicunt *ibi* Innocen. & Doctores, quod ſi potens cum ſecunda contraxerit, tenet ſecundum matrimonium, vt atteſtatur Ioan. Brunel. *in tractat. de ſponſ. 28. concluſ. num. 19. & 20.* quem refert & ſequitur Matienc. *in rubr. tit. 1. lib. 5. noua collect. reg. gloſſ. 1. n. 196.*

Quapropter, vt inquit Soto, periculoſiſſima hæc eſſet confœderatio, & ego eam damnarem, ſi inter ipſos verum matrimonium iure non conſiſteret, quia ſe exponunt manifeſto periculo peccandi: & ita Alfonſus à Veracruce *vbi ſupra*, pie & ſancte conſuluit in præd. caſu vt fieret diuortium.

Nec communi † ſupradictæ ſententiæ obeſt text. *in* 7
*d. l. ſi ſerua, §. 1.* quoniam non agit de ſpadone, cui ambo teſticuli auulſi vel contriti ſunt, ſed de eo, qui vel altero teſticulo tantum caret & eſt aptus ad ſeminandum, vel qui ob morbum vel frigiditatem, liberis operam dare non poſſunt & impedimento liberari poſſunt, vt docet Iuriſconſultus *in l. Pomponius, in fin. ff. de adilit. edict. & explicat. gloſſ. in dict. §. 1. & in d. l. ſed eſt quæſitum*, & Alciat, & Rebuff. *in dict. l. ſpadonum*, Cuiac. *in l. 6 ff. de liberis & poſthumis, & in l. 4. in verb. pupillus, ff. de vſucapion. Theophil. in §. ſed & illud, Inſtitution. de adopt. & ibidem* Sylueſter. Aldobrand. Ant. Auguſtin. *lib. 3. emendat. c. 5.* Andrian. Turneb. *lib. 29. aduerſariorum, c. 5.*

Nihilominus † tamen prior ſententia affirmatiua 8
verior videtur & tenenda, Quoniam cum hi ſpadones habeant virgam erectam, & ſatisfacere poſſint mulieri, & ſic eidem coire, ſufficit ad matrimonium contrahendum: quia potentia coeundi eſt, quæ requiritur ad hoc, vt matrimonium valeat, non vero eſt neceſſarium, quod poſſint generare, vt in terminis probat Andreas Alcia. *in d. l. ſpadonum, n. 2. & 3 ff. de verb. ſignif.* vbi loquens in ſpadonib. inquit, quod qui puberes exſecti ſunt & ... pate ſunt feruentiore vaſaque genitalia capaciora poſſident hi coeũnt, licet non generent: Qui igitur coire queunt, hi & vxorem ducere poſſunt; caſtrati vero non, quia coire nec arrigere poſſunt.

Secundo, quia † communiter videmus, plures ſpa- 9
dones huiuſmodi vxoratos eſſe, ac proinde praxis obtinuit, vt hi matrimonium contrahant: quod ſi non eſſet verum matrim. inter eos, Eccleſia minime id permitteret; Sed hoc ſæpe ac ſæpius permittit ac licentiam concedit expreſſam: Ergo valet matrimonium inter eos.

Tertio, quia † vt Medici ac Philoſophi affirmant, hi 10
ſpadones, niſi alias natura frigidi ſint, aliquid in modũ ſeminis emittunt aut ſaltem emittere poſſunt (quod Medici Arabes aguadin vocant ſuo patrio vocabulo, veluti Auicenna & alij) etſi non prolificum nec album, ſed incoctum: id quod ipſi ſpadones fatentur: Nam ve-
rum ſemen † eſt ſtilla, quæ in ſe calidum continet ſpiri- 11
tum, & à cerebro excernitur & per ſpinalem medullam in membra genitalia defluit, & cum in medullam ſpinæ peruenit, renes confeſtim petit ex ipſiſque per medios teſtes in pudenda penetrat, ſecundum veriorem & probabiliorem Medicorum opinionem, vt latiſſime ex Medicis & Philoſophis, eos citans adnotauit Tiraquel. *15. lege connub. num. 21. & ſequentib. fol. 114. & ſequent.* vbi ex hoc coitu nimium renibus obeſſe deducit. Hinc etiam eſt, quod in lumbis luxuria ſit hominibus & præcingi lumbos Scriptura præcipit, &c. Deficientibus igitur teſticulis, etſi ſemen non concoquatur nec dealbetur, nihilominus incoctum emittitur aut emitti poteſt; quod ſufficit, vt huiuſmodi ſpado coire cum muliere poſſit atque eidem ſatisfacere, ac per conſequens vt matrimonium cum eo contractum teneat, vt latiſſime melius omnibus in propoſito, quaſi ad oculum euidenter probat ac demonſtrat Magiſter Palatio *in 4. ſententi. diſtinct. 34. diſputatione 1. pagin. 762. & ſequent.* qui omnino in hoc eſt videndus, vbi etiam alios huius opin. affirmatiuæ auctores citat, ipſamque abſque dubio probat & reſpondet fundamentis contrariæ partis; & præcipuè illi de triplici bono matrimonij: Nam contendit ſufficere potentiam coeũndi, quamuis ſpes prolis deficiat, cum tamen adſint alia bona, eritq; tunc matrimonium in remedium concupiſcentiæ, licet per

 accidens

accidens non ſit in bonum prolis:quod comprobatur,
12 quia † proles eſt de eſſentia matrimonij, imo nec actus ipſe copulæ, ſed ſolum potentia coëundi neceſſaria eſt, in qua conſiſtit matrimonialis conſenſus ſubſtantia,vt patet *ex cap.2.de frigid.& malef.*& ex ſequentibus verſibus à contrario ſenſu, relatis à Diuo Thom. *in 4.diſt.34. queſt. vnic. art.1.* & à Decano Louanienſ. *in explicatione artic. de impedimento matrim. fol.344.* & Oſio Card.de impedimentis matrim.*c.56.*& Petro Soto de matrim.*lectione* 3.Nauar. *in Manual.c.22. nu.19.& aliis Summiſtis.*

*Error, conditio, votum, cognatio, crimen,*
*Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas,*
*Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis:*
*Hæc ſocianda vetant connubia, facta retractant.*

13 Generandi † igitur impotentia,quæ etiam ſterilitas dicitur,non eſt impedimento matrimoniis,modo adſit potentia ad copulam. Impotentia enim ad actum generationis eſt, quæ impedit matrimonium contrahendum & contractum dirimit, vt probant Diuus Thom. Ricardus & cæteri Theologi *in 4.diſtin.34.* Beatus Antoninus Archiepiſcopus Florentinus *in 3.part.ſuæ Summa,tit.1.c.12.§.2.Vige.in ſuis inſtit. Theol.c.16.§ 7.verſ. 9.textus in cap.accepiſti, & in cap. quod ſedem,& in cap. ex literis,de frigid.& malef.l.17 tit.2.part.4.*Angel.*in ſua Summa, verb. matrimonium,3. impediment. 16.§.2.* Nauar.*in Manual.c.22.n.59.Specul. coniug.1.part. art.38. concluſ.*1. Secus vero impotentia ad generationis effectum: Hæc namque non impedit matrimonium contrahere,quia ſolum requiritur potentia ad actum. Quo fit, vt ſenes recte poſſint matrimonium contrahere, tametſi generare nequeant,modo poſſint actum coitus exercere.

14 Et ſimiliter † ſteriles matrimonium contrahere poſſunt, licet effectu generationis careant, quia aptæ ſunt ad actum:idem in viro ſterili ſtatuitur,iuxta gloſſam *in d.c.quod ſedem,de frigid.& malef.* ita reſoluunt Theologi *ſupra* citati, & præterea cum eis Matienc.*in rubr. tit.1.lib.5.noue collect.reg.gloſſ.1.nu.*191. qui paulo poſt *nu.*195.*in 4.concluſ.*affirmat,quod ſpado vel ſenex,qui poſſunt actum carnalem exercere & ſeminare,licet inualide ad generationem,contrahere poſſunt matrimonium: non ſic, ſi ſemen nullo modo emittere poſſunt, vel licet ſeminare poſſint,non tamen in vaſe naturali ſecundum Ricard.*in 4.diſt.34. quæſt.1.art.2.* Palud. *diſtin. 34. quæſt.2.* ibique Scotus & cæteri idem probant, & Specul. coniug.*vbi ſupra, concluſ.6.* contra Panormit.aſſerentem contrarium, eo quod credidit hanc impotentiam eſſe accidentalem:quod verum minime eſt, ſi nullo ingenio vel arte mederi poteſt, prout non poteſt in his ſpadonibus, de quibus agimus:Ergo cum hi,etiamſi ambobus teſtibus careant,quia eiſdem fuerunt auulſi, poſſint ſeminare, & aliquando ſeminent, licet non prolifice, vt Medici & ipſi ſpadones affirmant, conſequitur ex ſupradictis, ipſos matrimonium valide contrahere poſſe. Quod etiam nouiſſime probauit Mich. de Medina *in tract.de cælibat.lib.5. cap.47 & ſequentib.* vbi ex pluribus probare contendit, matrimonium eſſe poſſe, etiamſi alter ſit impotens: Cuius opinio (etſi plures alij pro & contra teneant,vt refert Matienc.*vbi ſupra, num.*196.) tantum apud Alfonſum à Veracruce *vbi ſupra in ſeptima concluſione in fine*, potuit, vt plane exiſtimet,hanc eſſe probabiliorem opinionem & conuenire cum Pontificis determinatione *in dicto cap. conſultationi,de frigid.& malef.* & quia videt nonnullos,ſic coniugatos eſſe, & permittitur, imo de nouo admitti, vt fœmina volens cum ſpadone contrahere, non repellatur ob impotentiam conſortis: In qua ſpecie (etſi dictum ita generale Medinæ periculoſum eſſet) maior probabilitas adeſt in noſtra, in fauorem matrimonij, ob id, quod huiuſmodi ſpadones coire poſſunt & ſemen emittere,quamuis non prolificum, vt eſt prædictum. Facit etiam, quod inquit F. Angles *in ſuis floribus Theologicis quæſtion.lib.1.in quæſtion. de impediment. matrimonij,in 2.concluſione,pag.*407.nempe, quod etſi matrimonium cum eunuchis contractum ſit nullum, tamen ſi ipſi ſeminarent, erit validum, etiamſi ſemen ad generationem ſit inſufficiens, quia per ſemen coniuges vna caro efficiuntur & ſunt ad reddendum debitum potentes, quod ſolum eſt de ſubſtantia matrimo- 15
nij:Nam quod ſit ſterilis, nihil refert:voluit † loqui,vt coniicio, in ſpadonibus ſupradictis. Eunuchi namque non poſſunt emittere ſemen: Nam ſecundum Luc. in Pamphilum, hoc diſtant eunuchi à ſpadonibus, quod eunuchi ab ipſo ſtatim ortu exſecti, nihil viride vnquam experiri potuerunt. Quo ſenſu videntur hi Græcis eſſe eunuchi, qui apud Latinos ſunt caſtrati,ſecundum Alciat. *in dict. leg. ſpadonum, in princip.ff. de verb. ſignific.*

Si autem † mulier ſeminare non poſſit, ſi cum viro 16
contrahat, qui ſemen poſſit emittere, tenet matrimonium nec diſſolui poteſt: Quandoquidem ex communi Medicorum ſententia ad † generationem ſufficit ſe- 17
men viri, etiamſi mulieris ſemen non concurrat, vt ex Ariſtotel.& aliis probat Diuus Thom.*in 4.diſtin.32.art.* 4. Conſequitur ergo, vt quamuis ipſa ſeminare non valeat, impedimentum nullum ſit,quominus matrimon. 18
valeat:quod ſecus eſſet,ſi vir non poſſet & ipſa † id valeret facere,vt probat Specul.*coniug.vbi ſupr.concluſ.9.* dicens, quod eam tenet quidam grauis Doctor & quod alij communiter neceſſario debent dicere: ſequitur etiam Matienc.*vbi ſupra, n.*198.

* Hæc ſecundum tempora præterita recte procedunt. *
Hodie autem ſuprad.q. principalis de ſpadonibus; *An matrim. contrahere poſſint*: ab Eccleſia, eiuſque Summo Pontifice deciſa eſt, poſtquam hoc opus fuit typis primo mãdatum,& poſt eius editionem nobis innotuit & ad noſtras manus breue Apoſtolicum ſuper hoc latum, iuxta opinionem communem Canoniſtatum præcedentem peruenit, & ideo non eſt amplius diſputandum ſuper hoc, ſed tenenda eſt atque præciſe obſeruanda definitio Eccleſiæ, quæ eſt huiuſmodi.

*Cæſar Specianus, Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Nouarien.& in Hiſpaniarum Regnis S.D.N.Sixti diuina prouidentia Papæ V.& eiuſdem ſanctæ ſedis Apoſtolicæ,cum poteſtate Legati de latere Nuntius, &c.Vniuerſis & ſingulis Chriſti fidelibus,quas infra ſcriptæ literæ concernunt, ſiue in futurum quomodolibet concernere poſſunt, ſalutem in Domino. Noueritis nobis nuper ab eodem S.D.N. Sixto fuiſſe tranſmiſſas literas in forma breuis, tenoris infra ſcripti,videlicet (à tergo) Venerabili fratri Epiſcopo Nouarien. noſtro & ſedis Apoſtolicæ in Regnis Hiſpaniarum Nuntio.(intus vero.) Sixtus, Papa V. Venerabilis frater, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum frequenter in iſtis regionibus Eunuchi quidam & ſpadones,qui vtroq; teſte carent;& ideo certum & manifeſtum eſt, eos verum ſemen emittere non poſſe,quam impura carnis tentigine atque immundis complexibus cum mulieribus ſe commiſcent, & humorem forſan quendam ſimilem ſemini, licet ad generationem, & ad matrimonij cauſam minime aptum: effundunt, matrimonia cum mulieribus, præſertim hunc ipſum eorum defectum ſcientibus contrahere præſumant,idque ſibi licere pertinaciter contendant & ſuper hoc diuerſæ lites & controuerſiæ ad tuum & Eccleſiaſticum forum deducantur, requiſiuit à nobis fraternitas tua, quid de huiuſmodi connubiis ſit ſtatuendum. Nos igitur attendentes, quod ſecundum canonicas ſanctiones & naturæ rationem, qui frigidæ naturæ ſunt & impotentes ijdem minime apti ad contrahenda matrim. reputantur,quodq; prædicti eunuchi aut ſpadones,quas tãquam vxores habere non poſſunt,eas ſaltem habere vt ſorores*



*ſorores volunt, quia experientia docet tam ipſos dum ſe potentes ad coeundum iactitant, quam mulieres, quæ eis nubũt, non vt caſte viuant, ſed vt carnaliter inuicem coniungantur, praua & libidinoſa intentione, ſub prætextu & in figura matrimonij turpes huiuſmodi commixtiones affectare. Quæ cum peccati & ſcandali occaſionem præbeant & in animarum damnationem tendant, ſunt ab Eccleſia Dei prorſus exterminandæ. Et inſuper conſiderantes, quod ex ſpadonum huiuſmodi & eunuchorum coniugiis nulla vtilitas prouenit, ſed potius tentationum illecebra & incentiua libidinis oriũtur, eidem fraternitati tuæ per præſentes cõmittimus & mandamus, vt coniugia per dictos & alios quoſcunq; eunuchos & ſpadones vtroq; teſte carentes, cum quibuſuis mulieribus defectum prædictum, ſiue ignorantibus, ſiue etiam ſcientibus, contrahi prohibeas, eoſq; ad matrimonia, quomodocunque contrahẽda, inhabiles auctoritate noſtra declares, & tam locorum ordinariis, ne huiuſmodi coniunctiones de cætero fieri quoquomodo permittant, interdicas, quam eos etiam, qui ſic de facto matrimonium contraxerint, ſeparari cures, & matrimonia ipſa ſic de facto contracta nulla, irrita & inualida eſſe decernas. Eos etiam, qui ſic iam contraxerunt, ſi appareat illos, non vt caſte ſimul viuant, contraxiſſe, ſed actib. carnalibus & libidinoſis operam dare, ſimul in vno & eodem lecto cum præd. mulieribus dormire conuincantur, omnino ſimiliter ſeparari cures. Nos enim ita in præmiſſis & nõ aliter, per quoſcunque iudices & commiſſarios, quacunq; auctoritate & dignitate fungentes, ſublata eis & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, in quacunq; cauſa & inſtantia iudicari & diffiniri debere, & ſi ſecus ſuper his à quocunq; quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus vel attentari in poſterum contigerit, irritum & inane decernimus: Non obſtantibus cuiuſuis ciuitatis, Prouinciæ aut Regni ſtatutis, legibus municipalib. aut conſuetudinib. quæ abuſus potius & corruptela cenſendæ ſunt, etiamſi ab immemorabili tempore obſeruatæ dicantur, cæteriſque contrariis quibuſcunq; Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris, die 27. Iunij. M.D. LXXXVII. Pontificatus noſtri anno tertio. Thom. Gualterutius. Nos igitur volentes ad earundem literarum exſecutionem, prout tenemur, deuenire, vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis literas præfatas, & in eis contenta quæcunque intimamus ac notificamus, & ad cuiuſlibet veſtrum indubitatam notitiam deducimus, necnon virtute earundem literarum omnibus & quibuſcunque eunuchis & ſpadonib. vtroque teſte carentibus, ne cum quibuſuis mulieribus defectum præd. ſiue ſcientibus, ſiue ignorantibus contrahere poſſint, omnino interdicimus ac prohibemus: eoſdemque eunuchos & ſpadones ad matrimonia quomodocunque contrahenda inhabiles auctoritate Apoſtolica declaramus: Inſuperq; ordinariis quibuſcunque in huiuſmodi Hiſpaniarum & Indiarum Regnis de gentibus, eadem auctoritate cõmittimus & mandamus, ne de cætero coniunctiones huiuſmodi fieri permittant, & ſi quæ huiuſmodi matrimonia ſeu coniunctiones de facto procedere forſan contigerit, nulla irrita & inualida fuiſſe & eſſe decernimus & declaramus, nec non eiſdem, qui ſic matrimonium de facto de cætero contraxerint, ſub centum ducatorum, & excommunicationis maioris aliiſque arbitrio noſtro imponendis & applicandis pœnis mandamus, quatenus ſtatim, habita notitia noſtrarum literarum huiuſmodi, ſe ab inuicem ſeparent, ordinarioſque ipſos locorum, vt ſub eiſdem cenſuris, & pœnis eoſdem eunuchos, & ſpadones, qui ſic de cætero contraxerint, omni penitus conditione remota: Illos vero, qui in præteritum ſic iam contraxerant, ſiquidem appareat, non vt caſte ſimul viuant contraxiſſe, ſed actibus carnalibus & libidinoſis operam dare, ſimulve in vno & eodem lecto cum prædictis mulieribus dormire conuincantur, omnino ſeparari curent: non obſtantibus legibus & conſuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore obſeruatis, & aliis, quæ eidem S.D.N. in literis præfatis placuit non obſtare. Datum Madriti, ſub die decimaſeptima menſis Nouembris, anni milleſimi quingenteſimi octogeſimi ſeptimi, Pontificatus eiuſdem S.D.N. Sixti V. anno eius tertio.*

C. Epiſcopus Nouarien. Nuntius,
& Commiſſarius Apoſtolicus.
*Felix Nouellus Abbr.*
Petrus Campetius Secretarius.*

SVMMARIVM.

1 *Papa an poſſit diſpenſare in matrimonio rato, & non conſummato? & numeris ſequentibus, per totum caput.*
2 *Matrimonium ratum & non conſummatum, diſſoluitur. quoad vinculum per religionis ingreſſum, & ſolemnem profeſſionem, & numer. 3. & numer. 18. ratio differentia aſsignatur inter votum ſolemne & ſimplex in hoc.*
4 *Matrimonium ratum ſignificat coniunctionem ſpiritualem inter Chriſtum, & animam, & hæc eſt ſolubilis, ideo religionis ingreſſus ſoluit Sacramentum.*
5 *Papa poteſt diſpenſare in voto ſolemni caſtitatis vel religionis, vt religioſus ex magna cauſa communi. puta, pro Regni conuerſione vel, pace quæ aliter non ſperatur tam commode fiere, religione relicta, vxorem ducat: ſed contra, nu.32.*
6 *Matrimonium inter infideles contractum diſſoluitur ſi alter eorum ad fidem conuertatur, & alter nolit cohabitare ſine iniuria Creatoris, propter periculum fidelis coniugis.*
7 *Religioſi poſſunt extrahi à religione, vt promoueantur ad Epiſcopatum, qui eſt maius bonum.*
8 *Papa poteſt diſſoluere matrimonium ratum & non conſummatum, pro promotione viri ad Epiſcopatum, ſed contra nu.30.*
9 *Papa poteſt diſſoluere vinculum ſpirituale, quod eſt inter Epiſcopum & Eccleſiam.*
10 *Matrimonium conſummatum inter infideles, eſt de iure diuino & naturali.*
11 *Summi Pontifices plures diſpenſauerunt in matrimonio rato & non conſummato.*
12 *Auctores tenentes, quod Papa poſſit diſpenſare in matrimonio rato & non conſummato plures referuntur.*
13 *Indiſſolubilitas matrimonij etiam rati, eſt immediate de iure naturali & diuino abſoluto: Nam matrimonium eſt maris & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, & nu.14. latius probatur.*
15 *Verba illa Matth.19.*Quod Deus coniunxit, &c.*intelliguntur etiam de matrimonio rato tantum, & nu.*
16 *Quod nullus homo ſeparare poſſit coniuges, quia hoc ſoli Deo eſt reſeruatum.*
17 *Ille tantum poteſt matrimonium ratum ſoluere, qui legem dedit de eius indiſſolubilitate.*
18 *Tranſactio ſiue alia diſpoſitio, prohibetur ſuper coniugij Sacramento, vt ab eo recedatur.*
19 *Referuntur Concilia, quibus probatur, non poſſe diſpenſari in matrimonio rato.*
20 *Auctores plures referuntur, tenentes hanc partem negatiuam.*
21 *Papa non poteſt diſpenſare, vt matrimonium ratum, & conſummatum diſſoluatur.*
22 *Papa non poteſt diſpenſare, vt per ſecundum matrimonium ratum & conſummatum diſſoluatur prius ratum tantum & non conſummatum.*
23 *Matrimonium etiam ante copulam carnalem, ſignificat coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ, atque ideo eſt vinculum indiuiduum.*
24 *Cap. cum ſocietas, 27.qu.2.interpretatur.*
25 *Duplex eſt vnio Chriſti & Eccleſiæ, vt hic.*
26 *Matrimonium ratum & non conſummatum, quod per profeſſionem legitimam diſſoluitur, diuina, non humana, auctoritate*

*auctoritate ſit, vt nobis mater Eccleſia exemplis declarauit.*

27 *Chriſtus Ieſus an Ioannem Euangeliſtam à nuptiis ad caſtitatis profeſſionem vocauerit?*

29 *Matrimonium ratum & non conſummatum, non dirimitur per ſacri Ordinis ſuſceptionem, niſi promotio facta ſit cum conſenſu vxoris, & an hæc limitatio ſit vera hic agitur.*

30 *Matrimonium non diſſoluitur per Epiſcopalem dignitatem.*

31 *Matrimonium ratum & conſummatum, non diſſoluitur quoad vinculum, etiam per ſolemne votum ſeu religionis ingreſſum, & profeſſionem.*

33 *Matrimonium ratum tantum ſoluit votum ſolemne religionis, non quod ſit fortius vinculum, ſed quod ſit mors quædam ciuilis.*

34 *Papa non poteſt diſpenſare in matrimonio rato non conſummato, vt contrahatur cum alia, pro pace reformanda aut tota vna gente ad fidem conuertenda.*

35 *Matrimonij indiſſolubilitas non ſumitur ex ſignificatione, ſed ex ſui natura & inſtitutione diuina.*

36 *Verba illa Euangelij Matth.* 19. Qui dimiſerit vxorem ſuam, *&c. quomodo intelligantur.*

37 *Matrimonium ex cauſa fornicationis ſeparatur quoad thorum, non autem, diſſoluitur quoad vinculum matrimonij.*

38 *Coniugium Epiſcopi cum ſua Eccleſia eſt dignius, & perfectius matrimonio carnali, non tamen fortius reſpectu indiſſolubilitatis, vt hic.*

39 *Adrianus Sextus Pontifex Maximus, vtriuſque iuris peritiſſimus ſimul & Theologus, quid reſponderit, cum ab eo peteretur diſpenſatio matrimonij rati, & non conſummati.*

40 *Refertur communis concordia, quæ habet, vt Papa, ſubſiſtente cauſa legitima, poſſit diſpenſare in matrimonio rato & non conſummato, alias ſecus: ſed reprobatur n. 42. & ſeq.*

41 *Papa ex cauſa poteſt circa ius diuinum diſpenſare.*

42 *Papa etiam de voluntate amborum coniugum, non poteſt de poteſtate abſoluta diſpenſare ſine cauſa, contra Socinum, vt hic, & nu. 43. circa finem.*

43 *Diſpenſatio, quæ ſine cauſa fit, non dicitur diſpenſatio ſed potius diſſipatio.*

## CAPVT XVII.

### Papa an poſſit diſpenſare, vt matrimonium ratum & non conſummatum per copulam diſſoluatur?

DIfficilis & controuerſa nimis eſt illa celebris quæſtio; *An matrimonium ratum non conſummatum copula, poſſit auctoritate & diſpenſatione Papæ diſſolui*: Ideo qua potero claritate ac breuitate eam diſſeram.

1 Et primo pars † affirmatiua perſuaderi poteſt ex canone, *cum ſocietas 27. quæſtion. 2.* cuius litera apud Gratianum ita legitur: *Cum ſocietas nuptialis ita eſt à principio inſtituta, vt præter commiſtionem ſexuum non habeant in ſe nuptiæ Chriſti & Eccleſiæ Sacramentum, &c.* Ex hac enim litera probari videtur, matrimonium ante carnalem copulam non ſignificare coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ, atque ideo non eſſe vinculum indiuiduum: Ad idem eſt bonus textus *in cap. non eſt dubium, eadem cauſa & quæſtione*, cuius litera exſtat apud Auguſtinum, dicentem: *Non eſt dubium, illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua commiſtio ſexus non docetur fuiſſe.*

2 Secundo & † fortius hæc eadem ſententia conuinci ac probari poteſt ex text *in c. 2. & in c. ex publico, de conuerſ. coniug.* vbi probatur, *quod matrimonium ratum & non conſummatum, diſſoluitur quoad vinculum per religionis ingreſſum & ſolemnem profeſſionem*: Idem probat *l. 3. titul. 2. part. 4. & l. 7. eiuſdem tit. col. 2.* quod & probat Medin. *in ſuo codic. de reſtitution. quæſt. 3. cauſa 8. in reſponſione ad tertium*, Didacus Couarruuias *in 4. de ſponſal. 2. part. capit. 7. §. quarto, numer. 6.* Alfonſus à Veracruce *in ſpecul. coniug. 2. parte, artic. 28. concluſio. 2. & 3.* Ioan. Matienc. *in rubri. tit. 1. gloſſ. 1. num. 68. libro 5. noua collect. Reg.* Et † quamuis *in dict. cap. ex publico.* tantum fiat mentio de tranſitu ad religionem, 3
intelligendum tamen eſt cum effectu, profeſſionem faciendo in ea, alias enim ante profeſſionem non diſſoluitur matrimonium ſecundum Abb. ibidem *nu. 11.* Pro quo eſt text. expreſſus, quem ipſe non allegat, *in extrauag. antiquæ, Ioann. XXII. de voto & voti redemptione*, vbi dicitur, *tria vota debere coniugem profiteri, vt diſſoluatur matrimonium præcedens non conſummatum, & quod profeſſio debet fieri tacite vel expreſſe*: Id quod decreuit ſacroſanctum Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. de matrimon. canone 6.* cuius verba ſunt hæc: *Si quis dixerit, matrim. ratum non conſummatum per ſolemnem religionis profeſſionem alterius coniugum non dirimi, anathema ſit.* Quare † inquit Diuus Thom *in 4. diſtin. 27. qu. 1.* 4
*art. 3.* quod quia matrimonium ratum ſignificat coniunctionem ſpiritualem inter Chriſtum & animam, & hæc eſt diſſolubilis, ideo religionis ingreſſus ſoluit hoc Sacramentum, quia hoc matrimonium non eſt perfectum, nec plenam indiſſolubilitatem habet: Ergo, & per Papam diſſolui poteſt.

Quod ſi hæc conſequentia negetur, quia illud quod eſt *ſupra* dictum, matrimonium nempe ratum, & non conſummatum, diſſolui per religionis ingreſſum, ſequuta profeſſione, fit ex inſtitutione diuina ſpeciali id concedenti, & ſolus Deus id concedere & facere potuit, *vt infra latius dicetur in reſponſionib. ad fundamentum huius primæ partis.* Replicabis, quod ſecundum Scotum *in 4. diſtinct. 38. & communem † Theologorum*, Papa poteſt 5
diſpenſare in voto ſolemni caſtitatis vel religionis, vt ſcilicet religioſus ex magna cauſa communi, puta pro Regni conuerſione vel pace, quæ aliter non ſperatur tam commode fieri, religione relicta, vxorem ducat, vt probat & refert Anton. à Corduba *lib. 1. ſui quæſtionar. quæſt. 24.* & ante eum Paulus Borgaſ. teſtatus, eam eſſe communem opinionem, *in tract. de irregul. & diſpenſ. 6. part. in titul. de ſponſal. & matrim. numer 64. in 7 ratione*, vbi allegat Petrum Palud. dicentem, quod Papa diſpenſauit cum Rege Aragon. qui erat Monachus, ob prolem ſuſcipiendam, Ergo idem poterit & in matrimonio rato, quia ſi poteſt in illo, quod fortius eſt vinculum, nempe quia per illud diſſoluitur matrimonium ratum: Ergo & in hoc, quod eſt minus forte, iuxta regulam vulgarem. *Si vinco vincentem te, à fortiori vincam te, vt in l. de acceſſionib. ff. de diuerſ. & temporal. præſcript.* Præterea ſi per ingreſſum religionis, ſubſequuta profeſſione, diſſoluitur matrimonium ratum ex conſtitutione Papæ: Ergo per aliam meliorem cauſam idem facere poterit Papa, nempe ſi Rex, vel Princeps contraxiſſet per verba de præſenti cum vna, non ſequuta copula, & poſtea vellet contrahere cum alia, quæ eſſet Regina multarum gentium, & ob hoc vellet effici Chriſtiana cum regno ſuo: hoc enim eſſet bonum commune & abſque dubio maius, vnde præferendum bono particulari? Quia vtilitas communis † præfertur priuatæ, 6
*vt in capitulo ſcias, 7. quæſt. 1. cum ſimil.* Accedit, quod ſi diſſoluitur matrimonium, etiam conſummatum, inter fideles coniuges, ſi alter eorum ad fidem conuertatur & alter nolit cohabitare ſine iniuria Creatoris, *vt in cap. quanto, de diuort.* propter periculum fidelis coniugis, à fortiori diſſolui poterit matrimonium ratum tantum propter tantum bonum, vt vnum regnum & ſic plures



plures animæ conuertantur & ſaluentur. Præterea E-
7 piſcopari † eſt maius bonum quam religio, quia videmus, quod religioſi extrahuntur à religione, vt promoueantur ad Epiſcopatum, quia religio eſt bonum particulare, Epiſcopale vero officium eſt vniuerſale.
8 Poterit igitur Papa diſſoluere matrimonium † ratum & non conſummatum pro promotione ad Epiſcopatum, vt verior opinio habet; *de qua latiſſime per Paulum Borgaſ. de irregul. 6. part. tit. de ſponſal. & matrim. n. 77. & ſeq. vſque in finem.*

Tertio eadem ſententia affirmatiua probatur, quia ſi huiuſmodi matrimonium ratum ſignificaret illam coniunctionem inſeparabilem inter Chriſtum & Eccleſiam, nec per ingreſſum religionis ſolui poſſet, quia violatio illius Sacramenti & ſignificationis ſacrilega eſſet ibique ſignificaretur, quod ſolubilis eſſet coniunctio ſignificata in illo matrimonio: conſequens autem eſt falſum, quia regulariter abſque vlla diſpenſatione licitum eſt ingredi in religionem, vt eſt probatum modo: Ergo & antecedens.

Quarto probatur, quia *in dicto cap. ex publico*, dicitur, quod auctoritas diui Matthæi *c. 19.* quæ habet, *non licere viro, niſi ex cauſa fornicationis vxorem ſuam dimittere*, intelligenda eſt de matrimonio conſummato: Ergo non de rato tantum, à quo vterque coniungum, altero etiam inuito & contradicente, poteſt ingredi & profiteri religionem intra duos menſes, de quibus *ibi*: Ergo cum hac ratione matrimonium ratum ſoluatur, ſuapte natura non eſt inſolubile, atque ideo Romani Pontificis diſpenſatione ſolui poterit.

9 Quinto † probatur *in c. inter corporalia, & in c. quanto, de translatione Epiſcopi*, vbi habetur, *quod cum fortius ſit ſpirituale vinculum, quam carnale, dubitari non debet quod omnipotens Deus ſpirituale coniugium, quod eſt inter Epiſcopum & Eccleſiam, ſuo tantum iudicio reſeruauit diſſoluendum*, qui diſſolutionem etiam carnalis coniugij, quod eſt inter virum & vxorum, ſuo tantum iudicio reſeruauit, præcipiens, vt quod Deus coniunxit, homo non ſeparet: Non enim humana, ſed diuina potius poteſtate coniugium ſpirituale diſſoluitur, cum per tranſlationem, depoſitionem aut ceſſionem auctoritate Romani Pontificis, quem conſtat eſſe Vicarium Ieſu Chriſti, Epiſcopus ab Eccleſia remouetur: Ex quo deduci poſſe videtur, quod ſi illud fortius vinculum Epiſcopi cum ſua Eccleſia, Papa poteſt auctoritate diuina ſibi data diſſoluere: Ergo à fortiori eadem auctoritate diſſoluere poterit vinculum matrimonij rati & non conſummati, quod quidem vinculum minus forte eſt. Quę conſequentia inde fortior efficitur; Quod ea, quæ de vinculo matrimonij non diuidendo dicuntur Matthæi 19. & 1. *Corinthiorum 7. Alligatus eſt vxori, &c.* Papa *in ſupradictis ca.* expreſſe tribuit Epiſcopo cum ſua Eccleſia, ſicque communiter allegátur iura illa ad hoc, quod valet argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale, vt Doctores *ibid.* & per Euerard. late *in ſua cent. legal. loco 33. à matrim. carnali ad ſpirituale.*

10 Sexto † probatur, quia matrimonium conſummatum inter fideles, eſt de iure naturæ, *l. ius naturale, ff. de iuſtitia & iure*, & *Inſtitution. eodem, in princip.* declarat ſanctus Thomas *diſtinction. 26. quæſtion. prim. articul. 1.* & de iure diuino, quia à Deo inſtitutum eſt matrimonium: *vt eſt prædictum*: Verba namque illa, *Propter hanc relinquet homo, &c.* non fuerunt dicta tantum fidelibus, ſed infidelibus, proferente Matthæ. *capite 20.* Ergo inter eos videtur eſſe verum matrimonium, *capit. 1. 28. quæſtion. 1. §. ſed contra*, & quod ſit de iure diuino, probatur etiam *in capit. de infidelibus, de conſanguin. & affinitat.* & tamen vno ex coniugibus infidelibus ad fidem conuerſo, diſſoluitur matrimonium in caſu *d. c. quanto de diuort. vt eſt prædictum*: Ergo poterit etiam Papa diſſoluere ex cauſa matrimonium ratum inter fideles.

Septimo, eadem † pars affirmatiua probatur, quia 11
vt refert Beat. Antoninus, Archiepiſcopus Florentin. *in 3. parte ſuæ Summæ, tit. 1. c. 22.* Martinus Quintus & Eugenius Quartus & Nicolaus Quintus, qui ei ſucceſſit & poſtea plures alij Romani Pontifices, in tali matrimonio rato diſpenſauerunt: & dum huiuſmodi diſpenſatio peteretur à Sixto Quarto, fuerint ei productæ quatuor copiæ diſpenſationum ſimilium factarum per Martin. & Eugen. Quartum; In vno, propter lepram ſuperuenientem In alio, propter odium & maleuolentiam, quæ emerſerat inter virum & vxorem, ad ſcandala vlterius vitanda, vt refert Paul. Borgaſ. *vbi ſupr. n. 74.* & non ſunt propter hoc reprobandi, dum de oppoſita veritate non conſtat manifeſtiſſime.

Et ne auctoritate careamus, hanc partem affirmati- 12
uam in terminis noſtræ quæſtionis in primis tenet glo. Bernardi *in cap. ex publico, gloſſ. vltim. de conuerſ. coniug.* communiter approbata, vt *ibi* teſtatur Abb. *idem* Abb. *in 1. diſputat. column. 3. Præpoſit in cap. fin. de ſponſa duorum, per text.* ibi, *& in cap. 2. nu. 6. de ſponſal. Decius conſil. 112.* Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum, num. 20. & ibi Decius nu. 13 de conſtit.* Hieronymus Gratus *conſil. 1. nu. 31. volum. 3.* Loazes *in tractat. de matrim. 2. dubio, in 2. argumento pro parte affirmatiua, idem in tracta. de noua conuerſione pagan. colum. 33.* Caiet. *in opere 27. quæſtionum, quæſtion. 25.* Syluest. *in Summa, verb. diuortium, quæſt. 4.* Ambroſ. Catharinus *lib. 6.* contra Caiet. *cap 3.* & plures alij relati per Paul. Pariſ. *conſil. 51 n. 14. vol. 4.* Hieronymus de Monte *libro variarum quæſtionum, q. 6.* Conrad. *in templo omnium indic. in tit. de Pontific.* & Michael Medina *lib. 5. de ſacrorum homin. continentia, c. 88.* Et hanc eſſe opinionem probabilem & in Curia Romana ſeruari ſolitam à ſummis Pontificibus, profitetur Diuus Antoninus *vbi ſupra* & Caietanus etiam *vbi ſupra.* Et in hoc caſu non eſſe iniiciendum ſcrupulum docet erudite Nauar. *in Manuali Latino, c. 22. n. 21.* ſequitur ante eum Ioan. de Selua, *in tractat. de iureiurand. 4. part. nu. 61.* teſtatur communem Curt. Iun. *conſil. 170. num. 1.* & Eman. Suarez *in ſuo theſaur. receptarum ſententiar. verb. matrimonium, 5. in volum. communium opinionum diuerſ. doct. pag. 524.* ſequitur Præpoſit. *vno verbo in c. de illis el. 1. col. 3.* ibi. *Vel diſpenſatione Papæ, de deſponſ. impub.* Decius *conſil. 603. n. 7.* Quod videtur repetitum *conſ. 681. n. 13.* idem reſpondet Gozadinus *conſilio 2. num. 3. verſic. quinto poſito, &c.* copioſe ſcribit Sylua Nuptial. *l. prim. num. 152. & 159.* Dicit etiam communem Marian. Socin. *conſil. 18. volum. 1.* hanc latiſſime duodecim fundamentis probat & ſequitur aduerſus Theologos, pro quibus etiam alia duodecim fundamenta adducit Paulus Borgaſ. *vbi ſupra, à nu. 21. cum ſequent. vſque ad n. 76. incluſiue*, in quo numero hanc affirmatiuā tenet referrque eam tenere Henricum Andegau. quodlibet. 5. His tamen omnibus non obſtantibus (ſalua correctione ſacro ſanctæ matris Eccleſiæ, & auctoritate & poteſtate ſedis Apoſtolicæ, cui in omnibus me ſubmitto, quamque recognoſco & profiteor) contraria ſententia & ſic negatiua, in noſtra quæſt. in puncto iuris verior & probabilior mihi videtur, imo quod Papa non poſſit diſpenſare, vt matrimonium ratum & non conſummatum diſſoluatur. Et quidem.

Primò, quia † indiſſolubilitas matrimonij, etiam ra- 13
ti, eſt immediate de iure naturali & diuino abſoluto, id eſt, quod non oritur nec dependet ex aliquo actu humano, ſed ex Dei precepto tantum: vt primo patet, quia de ratione & diffinitione matrimonij eſt talis in diſſolubilitas: Nam matrimonium eſt maris & fœminæ coniunctio indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, *vt in l. 1. ff. de ritu nuptiar. §. 1. Inſtitution. de patria poteſt.*

c. illud

*c. illud, in fin. de præſump. & in ſumma 27. q. 2. d. 1. tit. 2.* 14 *part. 4.* Et † ſtatim ab ipſa eius inſtitutione in Adam, per conſenſum legitimum ratum fuit iure diuino & naturali indiſſolubile, niſi Deo ipſo diſpenſante, vt ſignificant verba illa Adæ: *Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: propter hanc relinquet homo patrem & matrem & adhærebit vxori ſuæ & erunt duo in carne vna*: Quæ quidem verba in ſtatu innocentiæ, ante conſummationem matrimonij prolata ſunt. Secundo idem probatur 1. *Cor. 7. His, qui matrimonio coniuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus vxorem à viro non diſcedere, & Roman. 7. Mulier viuente viro alligata eſt legi, &c.* Tertio, ex illo Matthæi ſæpe citato, *c. 19. Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Quod referunt *in c. debitum, de bigam. & in aliis locis iuris Canonici, & in propoſito adducit* Alfonſ. à Veracruce *in ſpecul. coniug. 2. part. art. 7.* Fortun. Garſ. *in l. 1. colum. 9. ff. de iuſtitia & iure*, F. Antonius à Corduba *vbi infra citabitur, & cæteri de hac re agentes.*

15 Nec contra † hoc obeſt prima euaſio Caietani *vbi ſupra* dicentis, quod prædicta omnia intelliguntur de matrimonio conſummato, quia videlicet ad illud, tanquam ad perfectum matrimonium, in ſignificando cõiunctionem Chriſti & Eccleſiæ, referuntur omnia verba illa & *Gen. 2.* & ratio indiſſolubilitatis matrimonij, quia verba illa, *Quod Deus coniunxit*, &c. referuntur ad præcedentia, ab illiſque recipiunt intellectum, quibus dicitur, *Erunt duo in carne vna.* Quomodo enim erunt duo in carne vna, ſi nunquam fuerit ſequuta copula? quia non dicuntur vna caro, niſi per legitimam copulam carnalem, *vt in cap. lex diuina, 27. quæſt. 2. & duobus ſequent. & in cap. Martinus, de cognat. ſpirit.* Ergo ſeparare eos ante copulam, non eſt contra Euangelium: Adde Auguſtin. *in cap. non eſt dubium 27. quæſtion. 2. & cap. ſequent. & capit. debitum, de bigam.* De matrimonio autem rato & non conſummato minime intelliguntur præfata verba, niſi incohatiue & in ordine ad conſummatum: Nam reſpondeo primo, quod Dominus ac Redemptor noſter in loco illo Matthæi 19. generaliter fuit interrogatus à Phariſæis; *An ex quacunque cauſa liceret relinquere vxorem.* Et ita etiam generaliter abſque vlla diſtinctione matrimonij rati vel conſummari reſpondet: Non legiſtis, &c. *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Item, quia ſi ſolum de conſummato intelligeret, ergo ratum poſſet ex ſola voluntate vel ex qualibet cauſa abſque vlla diſpenſatione diſſolui, quod eſt euidenter falſum: Igitur, &c. Tertio, quia ex prædictis verbis Dominus non nouum ius ſuperinduxit matrimonio prius inſtituto in paradiſo, ſed ſolum per conſequentiam ex Dei verbis ore Adæ prolatis; *Propter hoc relinquet homo*, &c. *Geneſ. 2.* infert Dominus reſponſionem ſuam; *Quod ergo Deus coniunxit*, &c. Igitur de eodem matrimonio intelligitur hæc conſequentia, de quo antecedens. Sed antecedens, nempe *Geneſ. 2. Propter hoc, &c.* dictum eſt, atque intelligitur de matrimonio rato nondũ conſummato, quod erat in officium naturæ, etiam pro tempore quo ſolum ratum erat: id enim dixit Adam excitatus à ſopore, cum primum vidit vxorem à Deo ſibi datam in ſtatu innocentiæ: ergo de tali matrimonio rato intelligitur conſequens, de quo Matth. 19. Quod præterea roboratur, quia ratum dicitur, quod firmum & humana voluntate indiſſolubile eſt.

16 Secunda † euaſio Caietani, quæ habet, quod verba illa, *Quod Deus coniunxit, &c.* intelliguntur formaliter de ſe, id eſt, quia matrimonium de ſe eſt indiſſolubile: ſecus autem ſi diſſoluatur per eum, qui id facere poteſt, qualis eſt Papa per ſuam diſpenſationem: Nam cum Papa diſſoluit, non homo ſed Deus, cuius auctoritate id fit, diſſoluit: non etiam obſtat, quoniam hoc eſt contra intentionem Chriſti per Matth. *c. 19.* dicentis. *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Nam quamuis Papa auctoritate Dei, vt eius miniſter, faciat quod facere poteſt, & ita Deus per ipſum id faciat: At dum Chriſtus, *vbi ſupra* dicit; *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet*, ſignificauit quidem, quod nullus homo ad id poteſtatem habeat à Deo ſibi conceſſam, ſed ſibi ſoli reſeruauit: & comprobatur, quia matrimonium ratum eſt Sacramentum nouæ legis: Ergo ſicut Papa non poteſt inſtituere, ita nec deſtituere.

Secundo † eadem ſententia negatiua probatur, quia ille tantum poteſt matrimonium ratum diſſoluere, qui legem dedit de eius indiſſolubilitate: ſed ſolum Deus eam dedit, vt prædiximus: Ergo ſolus ipſe Deus poterit id diſſoluere, cuius voluntatem Eccleſia declarat ex Chriſti verbis, vt aſſerit Alfonſ. à Varacruce *in ſpecul. coniugior. 2. part. art. 28. concluſ. 1. & 4.* 17

Tertio, pro eadem ſententia facit bonus text. *in cap. final. de tranſact.* ibi, *A ſeueritate canonica circa illud recedere non licebit*: vbi prohibetur tranſactio ſiue diſpoſitio ſuper coniugij Sacramento, vt ab ea recedatur, quia non ſolum apud Latinos & Græcos, ſed etiam apud fideles & infideles exſiſtit. Et inquit gl. *verb. Sacramentum ibid. in verſic. circa gradus*, quod nulla diſpenſatio adhibetur ab Eccleſia, vt matrimonia legitime contracta ſeparentur, & quod de tali diſpenſatione ille textus intelligitur: Nam vt patet in integra, quidã vxores legitimas dimittebãt & alias ducebant, cum talib. nulla diſpenſatio adhibetur, vt ſic remaneant cum ſecundis. Qui tex. cum ſua gl. cum generaliter loquatur in Sacramento matrimonij, de rato, non ſolum, de rato & conſummato ſimul intelligendus eſt, ſicque maxime vrget pro hac ſecunda & veriori ſententia. 18

Sed & aliis † pluribus fundamentis hac eadem pars comprobari poteſt, quæ conſtant ex auctoribus *infra* citandis eam tenentibus, præcipueque & quarto ex Concil. Eliberitano, *c. 8. & 9. & Tolet. 1. c. 16. & Tolet. 12. c. 8.* & ex decretis Syriaci *c. 4.* & Innocent. ad Victor. *c. 12.* & ad Exupetium, *c. 6.* & Calixti Papæ *decret. 29.* & exempla beati Greg. Papæ ad Theoſticam Patriciam citatis & relatis ab Ant. de Cordub. *vbi infra.* 19

Quare hanc † ſecundam ſententiam & ſic negatiuã rectius probarunt Theologi omnes (excepto Caietan. Syluest. & Cather. *vbi ſupra*) *in 4. ſent. diſtin. 23. & 27.* Eſtque communis opinio eorum ſecundum Caiet. *vbi ſupra*, cui potius patrocinatur Abb. *in d. c. ex publi. col. final.* quam contrariæ: & hanc ſequitur Ioan. Lup. Decan. Segouienſ. *in tract. de matrim. n. 30.* & Iacob. Almain *de poteſt. Eccleſ. cap. 15.* Eam ſequitur, communem Theologorum & veriorem affirmans D. Couarr. *in 4. de ſponſal. 2. part. cap. 7. §. 4. nu. 14. & Specul. coniug. vbi ſupra, concluſ. 3. ad fin.* & F. Franc. à Victoria *in tract. de poteſt. Papæ & Concilij, concluſ. ſiue propoſit. 1. in reſponſ. ad 1. argumentum, & in ſumma de matrim. q. 283. & 306.* & F. Dom. à Soto *lib. 7. de inſtit. & iur. qu. 2. art. 5.* Et eſſe vniuerſalem ſententiam Theologorum eam late & optime probans teſtatur idem *in 4. diſt. 27. q. 1. art. 4. in 3. concluſ. pag. 113.* Hanc etiam teſtatur eſſe communem Theologorum & Canoniſtarum ſententiam (ſed in hoc de Canoniſtis fallitur, quia communiter ipſi tenent contrarium *vt ſup. vidimus*) ipſamque ſex fundamentis latiſſime comprobat & ſequitur F. Ant. à Cordub. *lib. 1. ſui quæſtionar. quæ. 25.* qui eſt videndus per totam illam quæſtionem: idem, quamuis incidenter, hanc opin. dicit communem eamque ſequitur & veriſſimam cenſet *d. l. 1. quæſtionarij q. 11. art. 1. opin. ſecunda, pag. 125. ad finem.* Eandem etiam, ſequitur & affirmat procul. dubio eſſet tenendam, quia eſt communis Theologorum, quibus magis in hac re quam Canoniſtis eſſe credendum affirmat Matienco *in rubric. de matrimon. titul. 1. lib. 5.* 20





*nouæ collect. reg. n. 75. & ſequent.* qui à *n. 74.* incipit examinare quæſtionem, *fol. 15.* & inquit F. Ioſeph. Angles *in ſuis floribus Theologic. q. li. 1. q. de impedimento matrim. concluſ. 3. pag. 407.* quod matrimonium ratum ex diuina inſtitutione, non niſi per ingreſſum religionis ſoluitur. Et quod hæc eſt communis opinio contra quandam gl. iuris Canonici, quam refert & confutat Scotus *diſt. 34.* ſicque voluit atque ſenſit hanc partem, & eam expreſſe probauit idem Angles *in quæſt. de eſſentia matrimonij, in hac eadem difficultate, pag. 375.*

21 Ex quibus † reprobanda venit opinio Socin. *conſ. 28. vol. 1. col. penul.* dicens, Papam poſſe diſpenſare, vt matrimonium ratum & carnali copula conſummatum dirimatur quoad vinculum: Etenim ex ſupradictis conſtat, eſſe falſiſſimam, etſi eidem conſentiant Decius *in cap. quæ in Eccleſiarum, n. 13. de conſt.* Hieronym. Gratus *conſil. 1. n. 31. lib. 2.* & Sigiſmundus Lofredus, *conſ. 50. n. 41.* ſed cæteri omnes eam falſam eſſe iudicarunt, vt ſunt Abb. *in dict. c. ex publico, in fine*, Bald. *in c. lator. de re iudic.* Felin. *in dict. cap. quæ in Eccleſiarum, n. 23.* & eos referens D. Couar. *vbi ſup. n. 14.* qui expreſſe Socinum, & ſequaces reprobat Ioan. de Selu. *de iureiurand. 4. part. n. 28. fol. 9.* Et hanc teſtatur communem Hieronym. Cagnol. *in l. nuptias, num. 14. ff. de regul. iur.* ſequitur etiam eam Alfonſ. à Veracruce *in ſpecul. coniug. 2. par. art. 28. concluſ. 3. prope fin.* Quibus cæteri frequentius acceſſerunt contra Socin. ſecundum Matienco *vbi ſupra, n. 76.* qui etiam contra eum tenet, dicens † deceptum fuiſſe 22 in hoc Ioan. Andream, patrem Canoniſtarum dictum ob inſignem doctrinam & eruditionem, *in c. quod votum, de voto, & voti redempt. in 6.* dicentem, poſſe Papam conſtituere, quod per ſecundum matrimonium ratum & conſummatum irritetur primum ratum, & non conſummatum: Cui acceſſit Panormit. *in d. c. ex publico, de conuerſ. coniug.* ſed aberrant teſte Veracruce, *vbi ſupr. in 4. concluſ. in ſecunda ratione*, Et contra Ioan. Andre. in hoc videtur bonus textus *in capit. final. de ſponſa duorum*, vbi quod ſedes Beati Petri tenet, & docet, vt matrimonium ratum prius præferatur ſecundo conſummato & reprobatur conſuetudo contraria ciuitatis Mutinenſis.

23 Et tenendo hanc † ſententiam communem Theologorum, non obſtant modo adducta pro contraria parte. Et non quidem primum, quia negamus, matrimon. ratum non ſignificare coniunctionem Chriſti, & Eccleſiæ; Cum imo, iuxta communem aliam Theologorũ ſententiam atq; traditionem *in 4. ſenten. diſt. 26.* matrimonium etiam ante copulam carnalem ſignificet coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ, atque ideo indiuiduum vinculum ſit. At text. *in d. c. cum ſocietas, 27. qu. 2. ſupra* adductus contra hanc communem ſecundum literam Gratiani non obeſt, quoniam verba Leonis Papæ, cu- 24 ius eſt caput illud, aliter leguntur in † ſuis epiſtolis, nempe *epiſt. 90.* ad Ruſtic. Narbonenſ. *c. 4. in 1. tom. Conc.* vbi ita legitur: *Vnde cum ſocietas nuptiarum ita ab initio conſtituta ſit, vt præter ſexuum coniunctionem, haberet in ſe Chriſti & Eccleſiæ Sacramentum, non dubium eſt, illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua docetur non fuiſſe nuptiale myſterium.* Præterea, illa dictio, *Præter, d. c. cum ſocietas*, eſt pro dictione, *Vltra* aſſumenda: verum hæc adhuc non probant Caiet. opin. quia ſunt intelligenda, quoad matrimonium repræſentans coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ per carnis aſſumptionem, vt probat text. *in c. debitum, de bigam.* non tamen ſequitur ex hoc, coniugium ante copulam non ſignificare coniũctionem Chriſti & Eccleſiæ per charitatem, & dilectionem, & ſic coniunctionem Chriſti cum anima iuſta, auctore Magiſtro ſententiarũ *diſtinct. 26.* vti reſpondet D. Cou. *vbi ſupra nu. 13.* & probat late Anton. Cordub. *vbi ſupra pag. 219. col. 1. in verſ. negatur etiam.*

Duplex namque † eſt vnio Chriſti & Eccleſiæ: Vna eſt, per vnionem hypoſtaticam naturæ humanæ ad Verbum; in qua Verbum ſibi vniuit hypoſtatice humanam naturam, ita vt Deus homo & homo Deus ſit, quam repræſentat ſolum matrim. conſummatum, in quo alter alterius ſumit poſſeſſionem, & vna fit caro vtriuſque. Et de hac tantum vnione loquitur expreſſe *d. c. cum ſocietas, & c. debitum, de bigam.* non vero matrimoniũ ratum; Quamuis dici poſſit, quod eius indiſſolubilitatẽ bene repræſentet. Altera vero eſt vnio Chriſti & Eccleſiæ, nempe per fidẽ & gratiam vel charitatẽ, quę vnio eſt indiſſolubilis & fuit ſemper ante incarnationẽ, ſicut ſemper fuit Eccleſia Deo dilecta, quamuis id perperam aliquo modo negare videatur Caietan. *vbi ſup.* Et hanc vnionem matrimonium ratum repræſentat, *vt probat gl. verb. Sacramentum. & ibi doct. in d. c. debitum.* Quod inde patet, quia matrimonium Adæ ratum in ſtatu innocentiæ illam repræſentauit. *Epheſ. c. 5. Sacramentum hoc magnum eſt in Chriſto & Eccleſia, &c.* quicquid hoc etiam male neget Caiet. dicens, quod imperfecte, & inchoatiue tantum, & in ordine ad matrimonium conſummatum id repræſentat: & quamuis Beatus Thom. *vbi ſup.* allegatus in primo fundamento contrariæ partis intelligat matrimonium ratum non eſſe adeo perfectum nec tam indiſſolubile, vt conſummatum, ideo eſt, quia illud per ingreſſum religionis diſſolui poteſt, hoc autem minime, & quia illud non ita repræſentat vnionem hypoſtaticam vt conſummatum, non autem ideo intendit, quod illud per hominem, etiam per Papam, vllo modo diſſolui poſſit. 25

Secundum etiam fundamentum prioris partis non obeſt, nempe text. *in d. c. ex publico, de conuerſ. coniugat. cum ſupra adductis*, quatenus probauimus, matrimonium ratum diſſolui per ingreſſum religionis & legitimam profeſſionem ipſius. Reſpondemus namque, nihilominus matrimonium † tam ratum, quam conſummatum, ex ſua natura & inſtitutione diuina diſſolui nõ poſſe, *vt ſupra eſt probatum*, niſi vbi ipſum ius diuinum vel naturale id concedit vel ſtatuit, prout eſt in caſu *d. c. ex publico*, nempe per ingreſſum religionis & profeſſionem legitimam ipſius. Hoc namque diuortium, quoad vinculum matrimonij, non humana, ſed diuina auctoritate fit: Quia indiſſolubilitas matrimonij ſtatuta eſt à iure diuino, vt conſtat Matth. 19. *& eſt prædictum*: Eccleſia ergo non potuit aliquid contra id præceptũ definire, ſed ex verbis ipſius Chriſti intellexit diſſolui poſſe matrimonium non conſummatum per ſolemnem religionis profeſſionem, vt conſtat *ex d. c. ex publico*, vbi dicitur, *hoc deduci à ſacri eloquij interpretatione*: bonus text. *in c. 2. verb. ſanctis, eodem tit. adiuncta gl. 1. ex quo idem ſenſit* Abb. *in dict. c. ex publico, in fine*: Ergo diſſolui non potuit, niſi in caſu, quo Chriſtus inſinuauit diſſoluendũ ex verbis vel relatione facta, vt conſtat *ex cap. ex parte tua, 14. de conuerſ. coniugat.* vbi Summi Pontifices loco Dei conſtituti cognoſcentes voluntatem diuinam, declarauerunt ex intentione Chriſti fuiſſe, matrimonium ratum non conſummatum ſolui per ingreſſum religionis & ſolemnem profeſſionem, vt recte aduertit Alfonſ. à Veracruce *in ſuo ſpecul. coniugat. 2. part. art. 18. concluſ. 3. & ante eum probauit* D. Cou. *in 4. ſecunda parte. c. 7. §. 4. num. 6.* Quod † etiam eo exemplo nonnulli doct. probare nituntur, quod Chriſtus Ieſus Ioannem Euangeliſtam à nuptiis ad caſtitatis confeſſionem vocaſſe dicunt, citantes in id Diuum Auguſtinum atq; ſanctum Hieronymum in ſuis præfationibus in Euangelium Ioannis, vt facit Couar. *vbi ſupra.* Fuit enim vera religio Apoſtolorum quoad votũ obedientiæ, caſtitatis & paupertatis, quia negauerunt ſemetipſos & omnia, iuxta illud Matth. 19. *Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te, &c.* Quinimo eſt fere 26 27

communis opinio, quod nuptiæ illæ factæ in Cana Galilææ, *de quibus in Euangel. Ioan. c. 2* fuerunt eiuſd. Ioannis Euangeliſtæ, è quibus eum vocauit Chriſtus ad Aſtolatum, reſeruando eius virginitatem, ita Beda, & Thomas Caiet. *ibi* & Cyrillus *in quæſt. ſuper Euangelia, qu. 17.* Rupertus ait, eſſe communem doctorum opin. Lyra ait eſſe adeo certam, vt ex eo loco doct. argumentari ſoleant, quod prædiximus, matrimonium nempe ratum non conſummatum dirimi per ingreſſum religionis: Idem probare videtur Paludan *in 4. diſtin. 27. q. 3. in verſ. quantum ad 3. fol. 149. colum 2.* inquiens, quod Chriſtus vocauit Ioannem de nuptiis ad Apoſtolatum, etiam inuita vxore, ſecundum illos, qui dicunt, quod ipſa erat Magdalena, quæ, propter hoc indignata luxuriata eſt. Præcedens tamen ſententia communis circa nuptias beati Ioan. non eſt vſquequaq; certa, vt exiſtimo, imo aliena videtur à doctrina Patrum: id namque nullo modo colligi poteſt ex Scriptura nec traditione nec vllus Patrum ante Bedam id ſenſit nec ſenſiſſe ipſe commemorat: & præterea contrarium probatur. Primo, quia ſi Ioanne diſſoluto matrimonio tunc fuiſſet ſequutus Chriſtum: Ergo illa vocatio Ioan. fuiſſet vltima, poſtquam ipſe non redijt ad ſæculum: At vltimam vocationem Ioannis fuiſſe vno anno poſt has nuptias, patet ex Matth. c. 4. vbi deſcribitur, vltimam vocationem Ioannis factam, poſtquam Ioann. Baptiſta erat iam in carceribus, vt ipſemet dixit: Hæ autem nuptiæ factæ ſunt vno anno ante carcerem Ioannis; Quæcunq; enim narrat Ioan. *in præd. & aliis duob. cc.* facta ſunt Ioãne baptizante adhuc. Secundo, quoniam Patres docẽt, Ioannem perfectam coluiſſe virginitatem & ideo tantopere dilectum fuiſſe à Chriſto: Si autem Ioannes duxiſſet vxorem, violaſſet virginitatem propoſito aliquo, quia faciens nuptias, animo cõſenſiſſet carnali copulæ. Tertio, quia Chryſoſt. Cyrill. Auguſt. & fere omnes Patres reddentes cauſam, quare Chriſtus voluit intereſſe his nuptiis, hanc præcipue adducunt, vt ſua præſentia honoraret & confirmaret nuptias, eaſq; oſtenderet bonas eſſe & gratas Deo, & hoc argumentum afferunt aduerſus Marcionem & Manichæos, damnãtes nuptias, quod Chriſtus ſua præſentia eas confirmarit: Atqui ſi Chriſtus veniens ad nuptias diſſolueret eas, vocando ad ſe Ioannem, non honoraſſet nuptias, imo ex eo colligi poſſet, eas repudiaſſe: At vero præfationes in Ioan. Euãgelia *ſupra* citatæ nec ſunt Auguſtini nec Hieronymi, quæ enim tribuitur Auguſtino, eſt Bedæ; Auguſtinus enim abhorruit ab iſta ſententia; Siquidem in vltimo tractatu in Ioannem refert, multis Eccleſiæ doctoribus placuiſſe & ſibi, Ioannem nuquam duxiſſe vxorem, ſed à prima ætate coluiſſe virgitatem, quæ Diuo Hieronymo tribuitur non congruit ſtylo nec ingenio Hieronymi: Quinimo Hieron. *lib. 2. contra Iouin* docet, Ioannem, cum eſſet vocatus à Chriſto, fuiſſe adoleſcẽtem ac pene puerum, qua ætate non eſt credibile, duxiſſe vxorem: & ita rectius meo iudicio Ioan. Arboreus *in ſua Theoſophia, lib. 1. c. 32.* probauit, quod excepto Petro Apoſtolo, non probatur, aliquem ex Apoſtolis fuiſſe coniugatum. Sed quamuis præd. exemplum certum non ſit ad confirmanda ſuperiora, alia tamen referuntur *in c. ſcripſit nobis, 27. quæſt. 2.* quib. & aliis hoc nobis mater Eccleſia declarauit, vt inſinuat Natalis Bed. *in cenſura errorum Fabri ſuper Euang. Ioa.* & alij relati à Couar. *vbi ſup.* & præterea à Dominico à Soto *lib. 7. de iuſtit. & iur. q. 2. art. 5. verſ. negamus ergo:* & Matienço *in rubr. 2. 1. de matrim. l. 5. nona collect. reg. gl. 1. n. 69.* Tandem credẽdum eſt Eccleſiæ in ſacri Euangelij interpretatione: quare
28 non † idem erit per votum ſimplex: Per votum namq; ſolemne fit traditio realis perſonæ, non vero ſic per votum ſimplex, in quo ſolum eſt promiſſio nuda abſque traditione: Quicunque ergo ſe alteri tradit, ſuam illi voluntatem mancipando, iure naturæ & diuino fit inhabilis alium ſtatum: Qui vouet ſolemniter, ſe tradit Deo, abdicando à ſe ius ducendi vxorem poſſidendique propriam, quam non cognouit carnaliter: Nil mirum ergo, ſi vinculum matrimonij rati & non conſummati fortiori actu dirimatur, nempe ex profeſſione ſolemnique voto caſtitatis, & ſic traditione reali ad ſpiritualia ſubſequuta: Non ſic per votum ſimplex caſtitatis, quo hæc traditio realis non fit, ſed eſt ſimplex promiſſio: Ita explicat Sanct. Thom. *in 4. ſent. diſtinct. 27. quæſtio. 2. ad fin. & ibi* Palud. *qu. 3. idem Thomas diſtinct. 38. q. 1.* & D. Couar. *alios referens, vbi ſup num. 7. & 8. ſentit* Ioan. à Medina *de reſtit. qu. 3. cauſa 8. ad 3.* Soto *bene comprobans, vbi ſup. atque* Matienç. *d. gl. 1. n. 70. & 72. vbi adducit etiam in argumentum l. quoties, C. de rei vendic. & l. 50. tit. 5. part. 5.*

Sic etiam † nec per ſacri ordinis ſuſceptionem dirimitur matrimonium ratum etiam non conſummatum, 29
iuxta deciſionem text. *in extrauag antiqua Ioann. XXII. tit. de voto, gloſſ. communiter recepta in c. vnic. de voto in 6.* probat bene Palud. *vbi infra* ſtatim citabitur, & fatentur omnes *per d. extrauag.* ſecundum Palud. Borgaſ. *vbi ſupr. n. 77.* vbi cum Aretino *conſil. 59.* limitat, ſi promotio ſit facta de conſenſu vxoris, qua limitatione dubito, imo exiſtimo, eam non eſſe veram quoad diſſolutionem matrimonij, cum id nullibi reperiatur Chriſtũ inſinuaſſe, ſicut voluit, quod matrimonium ratum non conſummatum diſſolueretur per ingreſſum religionis & profeſſionem in ea: Cum igitur vinculum matrimonij etiam rati tantum ſit indiſſolubile, *vt ſupra ſatis probatum eſt,* non diſſoluitur, niſi illo tantum caſu, quo expreſſum reperitur, nempe per profeſſionem religionis, & non alias, *vt eſt prædictum.* Et in terminis, quod matrimonium non ſoluatur, quando vir de conſenſu vxoris ordinatur, tenet Palud. ſtatim citandus, inferens ex eo, quod hoc caſu vxor marito viuente non poteſt cum alio contrahere.

Imo nec † per Epiſcopalem dignitatem diſſoluitur, 30
*vt in c. ex parte 2. vbi* Anto. *ad hoc notat de conu. coniugat.* Ioan. Andr. *in d. c. vnic. de voto, lib. 6.* Aret. *d. conſil. 59. col. 2.* Palud. *in 4. diſti. 27. q. 3. ad 3.* vbi loquitur etiam de conſenſu vxoris & alia plura addit in propoſito: ſequitur Florent. *in 3. par ſumma, tit. 1. c. 21. §. 3.* Couar. *vbi ſupra, n. 9.* contra Hoſtienſ. & Ioan. Lup. Segouienſ. Contra quos etiam tenet Matienco *vbi ſup. nu. 72.* qui *n. 73.* late probat cum communi omnium Theologorũ ſententia, quam tenent plures *ibi* ab eo citati, matrimonium ratum & per copulam conſummatum nullo modo diſ-
ſolui quoad vinculum, etiam per ſolemne votum † ſeu 31
religionis ingreſſum & profeſſionem. Nec obſtat replica ex doctrina communi Scoti *ſupra* adducta pro corroboratione huius ſecundi fundamenti, nempe † quod
Papa poteſt diſpenſare ex cauſa communi in voto ſo- 32
lẽni caſtitatis vel religionis, quod eſt fortius, &c. Quoniam primo reſpondeo contrarium tenuiſſe S. Thom. & multos alios, vt conſtat ex Soto eos ſequuto *lib. 8. de inſtit. & iur. q. 2. art. 5. & q. 4. artic. 2. & q. 5. art. 3.* Secundo reſpondeo, negando conſequentiam: Non enim votum ſolemne religionis ſoluit matrimonium non con-
ſummatum eo, quod ſit fortius vinculum, ſed † quod 33
ſit mors quædam ciuilis, vt in propoſito docet Paluda. *vbi ſupra:* vnde eſt, quod Epiſcopalis ordo, licet ſit perfectior quam religio, ſicut ordo ſacer, non tamen ſoluit matrimo. propter defectum mortis. Quare non ſequitur, Romanus Pontifex poteſt in voto ſolemni diſpenſare: Ergo in matrimonio rato, quod diſſoluitur per ſolemne votum; vt ſequeretur, ſi matrimonium ratum diſſolueretur per profeſſionem, eo, quod profeſſio eſſet fortius vinculum, cum tamen non diſſoluat, niſi quod ſit ciuilis quædam mors, vt prædiximus.

Ad



Ad cætera, quæ præd. ſecundo fundamento adiecta fuere, reſpondeo, ea in propoſito non vrgere, quoniam matrimonium ratum, & non conſummatum ex ſolo ingreſſu religionis per reuelationẽ diuinam ſubſequu-
34 ta profeſſione diſſoluitur, *vt eſt prædictum*, non † vero alio modo, & ita Paludan. *diſtinct. 2. qu. 3. art. vlt.* tenet, quod Papa non poteſt diſpenſare in matrimonio non conſummato, vt contrahatur cum alia pro pace reformanda aut tota vna gente ad fidem conuertenda: Quia Papa non poteſt tollere vinculum matrimonij, quod eſt iam contractum, ſicut non poteſt facere, quod hoſtia, conſecrata deſinat eſſe conſecrata: & idem dixit *diſt. 31. q. 1. art. 3. concluſ. 4.*

35 Ad tertium † argumentum contrariæ partis reſpondeo, negando conſequentiam: Non enim violatur Sacramentum, nec id *ibi* ſignificatur, quia ex ſignificatione non ſumitur indiſſolubilitas matrimonij, ſed ex ſua natura, & inſtitutione diuina, exceptis caſibus diuino iure ſignificatis, qualis eſt hic de ingreſſu religionis, vt ex ſupradictis patet.

36 Ad quartum † reſpondetur, Summum Pontificem vere affirmare, verba illa Matth. 19. *Qui dimiſerit vxorem ſuam, &c.* eſſe intelligenda de matrimonio rato, & conſummato: Qui enim matrim. conſummauit, nec etiam propter ingreſſum religionis poteſt dimittere vxorem: Non autem intelliguntur de matrimonio rato non conſummato: Nam qui taliter coniunctus eſt, vt profiteatur religionem, poteſt dimittere vxorem. Et quamuis hac ratione ſolubile ſit matrimonium ratũ, licet non conſummatũ, non tamen inde licet inferre, per diſpenſationem Romani Pontificis diſſolui poſſe. Nam matrimonium, etiam conſummatum, per mortem naturalem diſſoluitur, & matrimonium ratum tantum, per profeſſionem, quæ eſt mors quædam ciuilis: Ex hoc autem, quod matrim. conſummatum diſſoluatur per mortem naturalem, non ſequitur, Summum Pontificẽ poſſe in eo diſpenſare: & pati etiam ratione, ex hoc, quod matrimonium ratum non conſummatum diſſoluatur per mortem ciuilem, hoc eſt, per profeſſionem, non ſequitur, Romanum Pontificem poſſe in eo diſpenſare.
37 Cauſa † etiam fornicationis excipitur iure diuino, *vt Matth. c. 5. & in d. c. ex publico.* Hęc autem ſolum intelligitur quoad thori ſeparationem, non autem etiam quoad vinculum matrimonij, iuxta tradita per D. Couar. *in 4. de ſponſalib. 2. part. c. 7. §. 5. n. 8. & §. 6. n. 8. & melius n. 13. & *latiſſime & optime* & F. Alfonſ. à Caſtro. *lib.*
* *11. aduerſus hæreſes, verbo nuptiæ, in 5. hæreſ.* *Prout etiam cauſa fornicationis ſpiritualis, ita vt coniux hæreticus ad ſuam hæreſin conetur trahere alterum coniugem, *vt in c. 2. & in c. quanto, de diuort. c. fina. de conuerſ. coniug.* Couar. *d. §. 5. n. 4. & quod prædiximus in verſ. hæc autem ſolum, &c. eſt diffinitum* in Concilio Trid. *ſeſſ. 24. can. 7. refert* Victoria *vbi ſupra, d. q. 306. verſ. 3. dicimus.*

38 Ad quintum † reſpondeo, quod coniugium Epiſcopi cum ſua Eccleſia, eſt quidem maius, id eſt, dignius & perfectius matrimonio carnali, quia ſpirituale, & ad prolem ſpiritualem Deo generandam, vt notat Panor. *in d. c. inter corporalia.* Eſt etiam maius vel fortius, quia ſub maiori culpa obligat: Nam grauius peccat Epiſcopus, qui ſine cauſa, auctoritate propria ſuam dimittit Eccleſiam quam vir ſuã dimittens vxorem. Et hoc eſt, quod *in dd. cc. inter, & quanto,* prætẽditur & ad hunc ſolum finem ſunt intelligendæ auctoritates, quæ de matrimonio corporali ad ſpirituale Epiſcopi cum ſua Eccleſia referuntur atque ei attribuuntur, non tamen eſt maius ac fortius reſpectu indiſſolubilitatis, quam matrim. ratum, quod ſola Papæ auctoritate vel diſpenſatione diſſolui non poteſt, nec oppoſitum *ibi* Papa dicere voluit, vt patet ex eodem Innocen. *in ca. ex parte tua, de conuerſ. coniug. & c. gaudemus, & c. quanto, de diuort.*

Ad ſextum reſpondeo, quod etſi matrimonium verum inter infideles exſiſtat, non tamen eſt ratum, id eſt, indiſſolubile nec Eccleſiæ Sacramentum, ſed contractus matrimonialis ciuilis: Inter fideles autem non ſolum eſt contractus matrimonialis ciuilis, ſed etiam nouæ legis Sacramentum, ac proinde ratum & indiſſolubile.

Ad ſeptimum reſpondeo, Summos Pontifices *ſupra* in eodem fundamẽto relatos, elegiſſe ac ſequutos fuiſſe opin. communem priorem Canoniſtarum in prædictis caſibus particularibus, in quibus diſpenſauerunt, non vero deciſionem generalem perpetuo valituram fecerunt nec definiendo aliquid ſtatuerunt: At vero nos contendimus, ſententiam Theologorum contrariam, receptiorem ac veriorem eſſe, vel ſaltem probabiliorem: Imo Adrianus VI. vir vtriuſque iuris peritiſſimus, ſimul & Theologus, cum ab eo huiuſmodi diſpẽſatio fuiſſet poſtulata oblataque fautrix ſententia Caietani, demiratus eſt, virũ Theologum hoc ſibi in animũ inducere potuiſſe, & ideo improbis precibus ſuccumbens reſpondit, ſe dare quod poſſet, ſed tamen credere nihil poſſe, vt refert Dominc. à Soto *vbi ſup. d. c. art. 4.*

Ex quibus † omnibus ſatis ſuperque remanet munita 39
atque defenſata communis ſententia Theologorum, vt matrimonium, etiam ratum tantum, diſſolui non poſſit diſpenſatione Papæ, aduerſus communem opinionem contrariam affirmatiuam Canoniſtarum.

Sed vt † omnia, quæ in hoc puncto ſcripta inuenio, 40
referam, ſunt nonnulli Iuriſtæ, qui hanc controuerſiam ingentem ac ſumme difficilem componere velint in hunc modum; Nempe, vt ſubſiſtente cauſa legitima, Papa poſſit in matrimonio non conſummato diſpenſare, etiam de Ordinaria poteſtate, & ita procedat prior ſentẽtia affirmatiua: abſq; cauſa vero legitima minime, quia non eſſet tutus ille, qui eſſet diſponſatus, & ita procedat ſecũda opinio communis negatiua. Hanc diſtinctionem, & concordiam tenent in terminis Ioan. Andreas & Petrus de Ancha. *in c. 1. col. 6. de conſt. idem conſ. 239. parum dubitationis.* Et poſt longam diſputationem eam ſequitur Cardin. Mediolanenſ. *in c. fi. de ſponſ. duorum,* vbi ſubdit, quod communiter doct. ita tenent: idem dicit Ioan. de Imol. *in c. final. de tranſact. communem etiam teſtatur Curt. Iunior. conſil. 170. nu. 1.* & Gozad. *conſ. 2. n. & 14. eam ſequutus, quos refert* & ſequitur Ioan. Baptiſta Villalob. *in ſuo lib. commun. opin. litera P. n. 33.* & Menoch. *conſ. 15. n. 9. poſt* Syluest. *in ſumma, verb. diuort. q. 4. quem refert.*

Quæ communis † concordia eo probari poteſt fun- 41
damento, quoniam Papa non poteſt contra ius diuinum ſine cauſa diſpenſare: Ergo cum cauſa poteſt, vt concludunt communiter ſcribentes relati per Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum, col. 6. n. 21. & ſeq. de conſt.* vbi etiã loquitur circa matrimonium, & *ibi* ſubdit, quod in caſibus, quibus Papa poteſt ſtatuere contra ius diuinum, debet exprimi ſemper cauſa rationabilis, nec hoc caſu procedit illa regula; Quod in Principe præſumatur iuſta cauſa, quia non debet inferior violare ſtatutum ſuperioris ſine apta cauſa, ſecundum Abb. *ibi* & hanc teſtatur eſſe communem concluſionem Curt. Iunior *d. conſil. 170. n. 28.*

Quinimo amplius † affirmabat Socinus *conſ. 28. circa* 42
*primum, in 4. col. vol. 1.* nempe quod de poteſtate abſoluta poteſt Papa diſpenſare, etiam ſine cauſa ſuper matrimonio nondum per copulam conſummato, de voluntate amborum coniugum, quem ſequitur Gozadi. *vbi ſupra, d. n. 14. & etiam Villalobos vbi ſupra.*

Sed, vt, quod ſentio, inſinuem, prout ratione muneris aſſumpti teneor, hæc tertia ſententia cõmunis, quæ concordia videtur inter præd. duas contrarias, mihi videtur non tenenda, quia in primis deſtruit communem

I 2 opini

opinionem Theologorum, indiſtincte negantem poſſe diſpenſare Papam ſuper huiuſmodi matrimonio rato non conſummato: Nam cum agunt de diſpenſatione
43 ſatis † præſupponunt, cauſam adeſſe debere, alias enim non eſſe diſpenſatio, ſed potius diſſipatio, vt in diſpenſatione, quæ ſine cauſa fit, dicit Archid. *in c. conſequens, diſtinct. 1.* Ioan. Andreas *in c. de multa, col. 5. de præbend. & alios referens* D. Molin. de Hiſp. *primog. lib. 2. c. 7. n. 31.* Secundo, quia rationes & fundamenta partis negatiuę id concludunt, etiam ſtante cauſa, quia fundantur in indiſſolubilitate matrimonij à iure diuino eidem attributa, iuxta illud Matth. 19. *Quod Deus coniunxit, &c.* Tertio, quia nulla alia cauſa in iure exprimitur ad diſſoluendum huiuſmodi matrimonium, niſi ſolius ingreſſus religionis, eaq; ab auctoritate diuina deducta, *vt eſt prædictum:* Quæ igitur alia legitima eſſe poteſt, ob quam Papa diſpenſare poſſit? Quarto, quia etſi regulariter cũ cauſa poſſit Papa diſpenſare aduerſus ius commune, *vt ſupra aſſeruimus,* id intelligendum eſt cum cauſa legitima, hoc eſt, à iure approbata: Hic autem nulla talis eſſe poteſt pręterea à iure expreſſam, atq; ab ipſo iure diuino deductam, *de qua in d. c. ex publico, vt eſt prædictum:* Ergo, &c. Præterea procedere poterit in iure diuino vel naturali non abſoluto, ſed orto vel pendente ab actu hominis: ſecus in matrimonio, cuius vinculum eſt de iure diuino & naturali abſoluto, *vt prædiximus.*

Ex quibus à fortiori dicendum eſſe reor, minime eſſe verum, quod ex Socin. & ſequacibus modo retulimus, nempe poſſe Papam diſpenſare de poteſtate abſoluta, etiam ſine cauſa, de voluntate amborum coniugum ſuper matrimonio non conſummato: Se enim etiam cum cauſa id facere non poſſe *ſupra* reſoluimus, à fortiori ſine cauſa: & ita merito Socin. reprobat Curtius Iunior *vbi ſupr. d. conſ. 170. c. n. 27. & 28.*

Hæc dicta ſunt, quia de iuris rigore mihi verior, & probabilior viſa eſt ſententia Theologorum: Inficiari tamen non poteſt, quin oppoſita ſententia probabilis ſit, ideoque ſi Romanus aliquis Pontifex eam ſequendo ex cauſa legitima diſpenſet, factum tenebit.

## SVMMARIVM.

1 *Matrimonio contracto ab impuberibus vel à pubere, & impubere, ſeruata forma ſacroſancti Concilij Trident, an poſtea, adueniente pubertate, debeat ratificari expreſſe eadem forma repetita, an vero tacite ratificetur interueniente copula, mutua cohabitatione, oſculis vel amplexibus? & n. ſeq.*

2 *Ante Concilium Tridentinum prædicta ſufficiebant.*

3 *Si poſt contractum de facto matrimonium in facie Eccleſiæ & conſummatum, aliter coniux ſit conſcius impedimenti ſecreti ipſum dirimentis, & obtenta diſpenſatione contrahere iterum velit, tunc abſque teſtib. ſufficit contrahere ad euitandum ſcandalum ſecundum Caiet. & communem: ſed poſt Concilium Tridentinum non procedit, & quid hoc caſu faciendum ſit, num. 7. & 8.*

4 *Copula poſt ſponſalia de futuro ſequuta, hodie non ſufficit ad præſumendum coniugalem conſenſum, neque aliquod aliud ſignum, niſi expreſſus ſimultaneus conſenſus vtriuſque partis coram parocho & teſtibus per verba de præſenti vel ſigna ſufficientia exprimatur.*

5 *Contractis ſponſalibus de futuro coram parocho & teſtibus, poſtea cum inter eoſdem contrahitur matrimonium de præſenti, ſeruari debet forma ſacri Concilij Tridentin. parochi & teſtium, alias non valebit matrimonium.*

6 *Actus à principio nullus, poſtea accedente conſenſu incipit valere prout ex tunc.*

9 *Matrimonium per verba de præſenti contractum ab impuberibus, reſoluitur iuris interpretatione in ſponſalia de futuro: & ideo ſi cum alia factus pubes contrahat de præſenti in facie Eccleſiæ, validum eſſet & ſeruandum hoc ſecundum matrimonium.*

10 *Impuberes, qui ſponſalia contraxerunt, facti puberes, poſſunt pœnitere.*

*Doctor Ioannes Segura Vbetenſis carpitur.*

---

## CAPVT XVIII.

### De matrimonio de præſenti contracto à duobus impuberibus, vel à pubere & impubere, maioribus tamen ſeptennio, ſolemniter coram parocho & teſtibus, vtrum poſt pubertatem, interueniente copula, cohabitatione, amplexibus vel oſculis ratificetur, abſque eo, quod eadem ſolemnitate repetita de nouo celebretur?

QVæſtio noua, nobis tamen neceſſario in praxi decidenda ſe offert, quæ valde difficilis viſa eſt, in hunc modum: Quidam impuberes huius Epiſcopatus Ciuitatenſ. maiores tamen ſeptennio (vel pubes & impubes de quibus in propoſito idem eſt iudicium) contraxerunt inter ſe coram parocho, & teſtibus ſolemniter matrimonium, præcedentibus bannis, cæteriſque ſolemniis à ſacroſancto Concilio Tridentino, *ſeſſione 24. capite primo, de reformatione matrimonij*, requiſitis, poſt ipſius publicationem poſtea ſimul cohabitauerunt in eadem domo cum parentibus eorum, qui ſecundo inter ſe, eadem die itidem contraxerunt, & poſt pubertatem maſculus à prædicta cohabitatione diſceſſit ſemperque extra iudicium reclamauit atque contradixit prædicto matrimonio, tandem cum eſſet maior 22. annorum, in iudicio coram me Ordinario petiit licentiam ad contrahendum cum altera, atque præcedens aſſertum matrimonium à ſe impubere contractum, nullum iudicari; cui ſe oppoſuit ſponſa contrarium petens, præfatum nempe matrimonium validum fuiſſe & eſſe, ac proinde pro tali declarandum, ipſumque virum compellendum cenſura Eccleſiaſtica, ad nuptias publicas celebrandas: Quoniam etſi ab impuberibus fuiſſet contractum, quod negabat, adueniente tamen pubertate, præſertim in prædicta ſimultanea cohabitatione, ratificatum fuiſſe: de copula vero, oſculis, donis nec amplexibus nihil fuit allegatum; Quinimo ipſa fuit confeſſa in iudicio copulam minime interueniſſe, tandem cauſa concluſa ad diffinitiuam probataque impubertate viri tempore contracti matrimonij & prædicta ſimultanea cohabitatione, ante & poſt pubertatem? Cauſa ad me delata fuit, vt ipſam diffinirem, in qua diu anxius fui, quia durum, nimis mihi videtur, matrimonium in facie Eccleſiæ contractum, nullum iudicari, præſertim ſubſequuta prædicta cohabitatione. Rurſus & è conuerſo videbam, voluntatem expreſſam viri poſt pubertatem declaratam atque prædictam cohabitationem, non pręcipue ratione prędicti matrimonij, ſed alterius, quod parentes eorum eadem die contraxerant & tanquam filiorum ſuorum ratione obſequij eiſdem debiti ſubſequutam fuiſſe: poſteaque diſplicuiſſe eidem ſponſo atque à domo ſponſæ receſſiſſe, præterea copulam nec amplexus, oſcula nec dona aliqua interceſſiſſe. Tandem cum ſæpe ac ſæpius rem mecum reuoluens contuliſſem, decreui dubium conſtituere huiuſmodi, cuius deciſione res aperta fieret atque ſine ſcrupulo.

Nempe; *An † matrimonium verbis de præſenti coram* 1
*parocho & teſtibus tribus celebratum ab impuberibus, vel à pubere & impubere, maiorib. tamen ſeptennio, adueniente pubertate, per copulam mutuamve cohabitationem, oſcula vel amplexus, validetur & ratificetur, etiamſi iterum non exprimatur conſenſus coram parocho & teſtibus, an vero ſit neceſſarius nouus conſenſus expreſſus coram parocho & teſtibus præſtandus?* Et videtur ſufficere priorẽ ſolemnitatem, iuxta formam Concilij Tridentini, tempore contracti matrimonij interueniſſe, ſubſequuta copula vel mutua cohabitatione, oſculis, donis & amplexibus, poſt pubertatem intercedentibus: Ex his enim deduci videtur, tacitus conſenſus approbandi & ratificandi præcedens matrimonium, *vt in cap. 1. §. idem quoque, de deſponſat. impub. lib. 6.* vbi probatur, quod ſi duo impuberes, vel pubes & impubes, non proximi pubertati, & in quibus ætatem malitia non ſuppleat, per verba contraxerint de præſenti, quamuis matrimonium contrahere intenderint, iuris tamen interpretatione fiunt ſpõſalia de futuro, & per aduentum pubertatis in matrimonium non tranſeunt de præſenti neć matrimonium, (quod vt matrimonium ætate non tenuit prohibente) per lapſum dicti temporis conualeſcit, niſi per carnis copulam ſubſequutam vel ob aliquem modum alium contrahentes eoſdem, cum eiuſdem perſeuerantia voluntatis ad pubertatis tempora perueniſſe conſtiterit euidenter, vbi gloſſ. *verb. modum*, alium exponit, vt
2 † quia ſimul cohabitauerunt vel ſe coniuges nominabant & amplexabantur, vt coniuges, cuius gl. ſententiam atque intellectum approbant Henricus & alij Doctores *in cap. atteſtationes, colum. 2. de deſponſatione impub.* Ludouicus Gozadinus *conſil. 1. columna penultima*, Ruynus *conſil. 203. num. 2. volumine 1. dicit communem* Decius *conſilio 368. num. 2. & Pariſienſ. conſilio 81. volumine 4. column. 2.* Eſtque communi omnium iudicio recepta hæc interpretatio, vt affirmat D. Couarr. *in 4. de ſponſal. 1. part. capit. 4. §. 2. numer. 3. ſequitur etiam* Alfonſus à Veracruce *in Specul. coniugat. 1. part. articul. 20. in fin.* & plures allegans Ioannes Matienc. *in rubric. tit. 1. de matrimon. lib. 5. nouæ collect. reg. gloſſa 1. n. 57. & 58.* vbi idem eſſe aſſerit in copula paulo ante pubertatem habita. Quæ opinio proculdubio iure communi attento tenenda eſt, tametſi Couarr. *vbi ſupra, num. 4.* pluribus fundamentis ab ea diſcedat, ægre ferens communem præfatum illius text. intellectum, alium eidem aſſignans: item Dominicus à Soto *in 4. ſentent. diſtin. 2. art. 4. pag. 116. col. 2.* Communis namque hodie expreſſe approbatur *in l. 3. t. 1. par. 4. & in l. 8. eiuſdem tituli, in verſicul. la razona, & vtrobique* Gregorius Lopez *notat.*

Secundo, pro eadem parte facit præfatum decretum Concilij Trident. ibi: *Qui aliter quam præſente parocho vel alio ſacerdote de ipſius parochi, ſeu Ordinarij licentia & duobus vel tribus teſtibus matrimonium contrahere attentabunt, eos ſancta Synodus ad ſic contrahendum omnino inhabiles reddit:* At in ſpecie propoſita impuberes cõtraxerunt, ſeruata præd. forma. Ergo non fiunt inhabiles ad ſic contrahendum nec incidunt in pœnas decreti. Quinimo videtur hic caſus, tanquam omiſſus, remanere ſub iuris communis diſpoſitione hoc eſt *dict. c. 1. §. idem quoque de deſponſat. impub. lib. 6. iuncta ſupradicta communi gloſ. & Doctorum interpretatione, quam modo adduximus*: Ergo cum in præſenti dubio atq; ſpecie propoſita, poſt pubertatem contrahentes cohabitauerunt, licet cætera non interceſſerint, videntur ex eo tacite conſentire atque de nouo, ætate ſuperueniente, approbare & ratificare matrimonium de præſenti, ante pubertatem coram parocho, & teſtibus iam contractum, quæ præſentia parochi & teſtium, tunc interueniens, ſufficere videtur *per ſupradicta.*

3 Tertio, eadem † pars comprobatur ex doctrina Caiet. *in ſua Summa, verb. matrimonium 1. pag. mihi 486. in parua*, vbi tenet, quod ſi poſt contractum de facto, tantum matrimonium in facie Eccleſiæ & conſummatum alter coniugum ſit conſcius impedimenti ſecreti, ipſum dirimentis obtenta diſpenſatione contrahere iterum velit, tunc abſque teſtimonio ſufficit contrahere ad euitandum ſcandalum, imo debet etiam alteri coniugi occultare & ab illo petere, vt pro ſua conſolatione velit iterum acceptare ſe in coniugem & ſic contrahere: Nã ceſſant in huiuſmodi caſu omnia inconuenientia: Itaque ſolemnitas primo matrimonio nulliter contracto interueniens, ſufficit, cum poſtea de nouo valide contrahitur, etiamſi ea tunc temporis non repetatur. Quã doctrinam Caietani ſequuntur plures, quos retuli *in meo tractatu de iuramento confirmat. 1. part. cap. 51. nu. 21.* Eſtque communis, *vt infra poſt ſecundam opinionem & tenendam* dicemus: Quod procedere videtur, etiam poſt Concilium: Ipſum namque introduxit præd. ſolemnitatem in matrimoniis contrahendis, ad euitanda inconuenientia, quæ alias ex clandeſtinis matrimoniis oriebantur, *vt in decreto primo, de reformat. matrimon. ſeſſione 24.* Hæc autem inconuenientia ceſſant in præfata ſpecie, quia matrimonium primum fuit celebratum publice, & iuxta formam Concilij. Igitur eadem forma non eſt iterum repetenda: Quia quando conſtitutio aliquid prohibet vel diſponit ad euitanda inconuenientia, illis ceſſantibus, ceſſat & prohibitio ſiue diſpoſitio, *argumento doctrinæ* Abb. *in cap. quoniam contra, nu. 6. de probat.* Et ita hanc partem in terminis noſtræ quæſtionis vno verbo tenui *in d. 1. part. de iurament. confirmat. c. 51. nu. 8.*

His tamen omnibus non obſtantibus, contrarium verius eſſe iudicaui, nempe hodie, attento præfato decreto Concilij Trident. non ſufficere impuberes contraxiſſe palam, præſente parocho & teſtib. & quod adueniente pubertate, per copulam vel amplexus & oſcula declaretur perſeuerantia voluntatis iuris pręſumptione: quod hodie non ſufficit, niſi expreſſe conſenſus declaretur poſt pubertatem coram parocho & teſtibus, quod ſequentibus rationibus comprobatur.

Primo, quoniam etſi inter impuberes, vel puberem & impuberem, per verba de præſenti publice contrahatur, verba illa de præſenti, reſoluuntur in ſponſalia de futuro, iuris intellectu, *vt in d. § idem quoque, & in d. l. 3. tit. 1. part. 4.* ſi ſunt ſponſalia: Ergo vtriuſque conſenſus coniugalis expreſſus non eſt: Exprimi ergo is oportebit coram parocho & teſtibus, iuxta formam Concilij Tridentini, quia impuberes conſenſum coniugalem non habent nec præſtare poſſunt ante pubertatem, vt *in d. § idem quoque, & in c. à nobis, vbi id notat Prępoſi. n. 2. in fin. de deſponſ. impub & in c. tua, de ſponſ.*

Secundo, quia iuxta Concil. Triden. *in d. decreto 1. de reformat. matrim. ſeſſ. 24.* conſenſus coniugalis mutuus ab vtroque coniuge eſt præſtandus, non per verba de futuro, ſed de præſenti, coram parocho vel alio ſacerdote de ipſius parochi ſeu Ordinarij licentia, & coram duobus vel tribus teſtibus: alias inhabiles ipſo iure redduntur ad ſic contrahendum, contractuſq; ſub alia forma celebratus eſt nullus, ita vt liceat cum alia vel alio contrahere, non obſtante huiuſmodi clandeſtino contractu, vtpote nullo.

Quin etiam † copula poſt ſponſalia de futuro ſequuta, hodie non ſufficiet ad præſumendum coniugalem 4
conſenſum nec aliquod aliud ſignum, niſi expreſſus ſimultaneus conſenſus vtriuſq; coram parocho & teſtib. per verba de præſenti vel ſigna ſufficientia exprimatur, vt late reſoluimus in dict. c. 51. n. 11. & ſeq. & poſt me Matienc. *in rubric. titul. 1. lib. 1. noua collect. reg. gloſſ. 1. num. 53. & ſequen.* Et ita declarauerunt Reuerendiſſimi Cardinales à ſede Apoſtolica deputati ad declarationem dubiorum ſacri Concilij Tridentin. his verbis:

Decretum Concilij Tridentini, *ſeſſion. 24. c. 1. de reformat. matrim* annullat tantummodo contractus matrimonij per verba de præſenti clandeſtine factos, ſponſalia tamen per verba de futuro, relinquit in terminis iuris cōmunis, præterquam quoad copulam, quia per eam non tranſeunt in matrimonium, vt ex quodam ſumpto declarationum eorundam Cardinalium decerpſi, *declarat.* 45. Ergo cum conſenſus per verba de præſenti præſtitus ab impuberibus, vel à pubere & impubere, non ſit validus ad efficiendum matrimonium de præſenti, ætate prohibente, ſed iuris interpretatione ſint ſponſalia de futuro, conſequitur, neceſſarium eſſe poſt pubertatem expreſſum conſenſum coniugalem præſtare coram parocho & teſtibus, ad efficiendum verum matrimonium: nam antea præſtitus non fuit coniugalis nec efficax matrimonij.

5 Tertio, ex † eo apertiſſime conuincitur iſthæc ſententia, quoniam ſi aliud diceremus, ſequeretur inde, quod contractis ſponſalibus de futuro à puberibus coram parocho & teſtibus, poſſet poſtea contrahi matrimonium de præſenti inter eoſdem abſque parocho, & teſtibus, à ſacro Concilio in matrimoniis celebrandis requiſitis, eſſetque validum huiuſmodi matrim. clandeſtinum, ex ſola præſentia eorundem tempore ſponſaliorum de futuro, ſi repetita cenſenda eſſet atque ſufficiens pro tempore matrimonij. Conſequens eſt falſum, quia contra verba expreſſa, mentem ac formam ſacri Concilij Tridentini vt patet: Ergo & antecedens.

6 Quarto roboratur eadem ſententia, quia licet principio forma Concilij ſeruata fuerit, nihilominus tamen conſenſus tunc præſtitus illegitimus fuit ad matr. (ætate prohibente) contrahendum, ſicque non potuit ab eo actus incipere; ac proinde retrotractio locum non habuit, cum extrema ſint inhabilia, *iuxta l. ſi is, qui pro emptore, cum materia ff. de vſucapionibus.*

Præterea † & quinto, quia actus à principio nullus, poſtea, accedente conſenſu, incipit valere, prout ex tunc, iuxta gl. receptam *in reg. non firmatur, de reg. iur. in 6. verb. ſed nouo.* ibi, *Valeant ergo.* At vero hoc matrimonium non poteſt valere *prout ex nunc*, deficiente forma Concilij, nec valet *prout ex nunc* propter impedimentum iuris ex defectu legitimæ ætatis: Igitur noua forma Concilij repeti debet. Quibus fundamentis, poſt primam editionem dicti mei tractatus *de iuram. confirmator.* re maturius conſiderata, hanc partem tenui, id addens ad finem dicti libri, in ſecunda editione, quæ profecto verior & indubia mihi videtur, & ideo iuxta eam dictam cauſam definiui, declarando præfatum prætenſum matrimonium ab impuberibus contractum eſſe nullum, atque eoſdem contrahentes liberos ad contrahendum cum aliis, non obſtante præd. cohabitatione poſt pubertatem ſimul habita, quia ipſa non eſt ſufficiēs ad ratificandum & validandum dictum matrimonium hodie attento Concilio Trident. *per ſupradicta*: & eo maxime, quod non in eum finem habita fuit, vt ex ea præſumi poſſet conſenſus coniugalis, ſed vt cum parentibus ſimul commorarentur: vnde ſtante præd. declaratione viri, nullo modo induci potuit nouus conſenſus coniugalis, ſed vt cum parentibus ſimul commorarentur, quia in claris non eſt locus coniecturis, *vt in l. continuus, § cum ita, cum ſimil. ff. de verb. oblig.* & ita iuxta ſuprad. iudicaui, quamuis à ſententia fuerit appellatum ad ſuperiorem, apud quem nunc lis pendet indeciſa. Tandem poſt præd. inueni in propriis terminis hanc meam ſententiam, quam iudicando ſequuta fui, expreſſe poſt longam diſputationem ſequutum fuiſſe Matienc.
* *in rubr. tit. de matri. lib. 5. noua collect. reg. gl. 1. n. 57. & ſeq.* Et quod* text. in d. § 1. c. 1. *de ſponſ. impub. lib. 6.* ſit hodie correctus per Concil. Trident. tenuit etiam Didac. Perez *in l. 1. tit. 1. lib. 5. ordin. verſic. 6. pag. 41.**

Et ſupradicta † conueniunt etiam, & vera ſunt in 7
matrimoniis nullis à principio ex alia cauſa, quam defectus ætatis legitimæ, vtputa propter metum, vt in caſu *c. ad id, quod. de ſponſal.* qui text. hodie non procedit ex ſupradictis, vel propter aliud legitimum impedimētum, vt conſanguinitatis vel affinitatis vel in caſu doctrinæ Caiet. *vbi ſup.* quæ hodie non procedit, attento decreto Concilij Trident. vt reſolui *in d. c. 51. de iuram. confirm. in verſ. & tenendo,* & † vltra *ibi* adducta, addo 8
nunc, quod prædict. ſententia Caietani ante Concilium Tridentin. grauiſſimorum auctorum, tam Theologorum, quam Iuriſtarum communis erat, vt alios allegans docet Alfonſ. à Veracruce *in appendic. ad Specul. coniug. in 10. dubio per totum.* Attamen poſt Concilium ſecurius eſt contrarium ſecundum ipſum, niſi in caſu, quo ſcandalum graue orietur, & infamia aliquorum vitari non poſſet, niſi per ſecretam expreſſionem conſenſus, epicheia vtendo. Nam ſi leges diuinæ hac æquitate non carent, vt interdum interpretandæ ſint, vt quę pro charitate ſunt, contra charitatem non militent: à fortiori leges humanæ & Concilij determinationes, & Pontificum decreta pati poſſunt epicheiam ſecundum ipſum, cuius in hoc doctrinam ac diſtinctionem præfatam ſequitur & probat Anton. à Cordub. *in ſua Summa, de caſos de conſciencia, q. 51. per totum,* præcipue in reſolutione quæſtionis. Nihilominus hæc limitatio ex capite videtur eſſe potius, quam ex mente Concilij: Cum enim in eo certa forma generaliter & indiſtincte contrahendi deinceps matrimonia præfigatur cum decreto irritanti nēmpe; *Qui aliter, quam præſente parocho & duobus vel tribus teſtibus, &c.* Conſequitur, nulla ex cauſa à Concilio non expreſſa licere aliter contrahere: Hæc autem non eſt huiuſmodi: Ergo, &c. Neque enim interpretatio, etiam æquitatis, aduerſus formam præciſam & inuiolabilem Concilij aliquem mouere debet, vt exiſtimet matrimonium aliter, quam à ſacro Concilio præcipitur, contractum validum eſſe; Quandoquidem Eccleſia, hoc eſt, ſancta Synodus in Spiritu ſancto legitime congregata, iuſtiſſimis ex cauſis id decreuit: Neque quod infamia detegatur vel ſcandalum ſequatur ex noua publicatione facienda iuxta formam Concilij, in cauſa ſunt, vt in matrimonium contrahi poſſit abſque parocho & teſtibus; Quandoquidem nec hunc caſum excepit Concilium, ſed generaliter loquitur, ſicq; omnes caſus comprehendit, *iuxta iura vulgaria*: alias enim quilibet pro ſuo libito ſub colore æquitatis, forſan fictæ, decreta Concilij facile poſſet effugere & ex proprio capite legem particularem conſtituere aduerſus Concilij prohibitionem: quod minimè eſt dicēdum nec permittendum. Quod ſi contingat caſus præfatus, de quo per Veracruc. *vbi ſupr.* de nouo contrahentes impetrent facultatem ſecretam à Pœnitentiario perpetuo Summi Pontificis, qua confeſſario committat in foro conſcientiæ diſpenſationem, & nouam celebrationem matrimonij abſque teſtibus, vt communiter fieri ſolet, iuxta declarationem Pij Quinti. Quo iure ſolent vti Pœnitentiarij perpetui ſedis Apoſtolicæ, vt ipſe teſtis ſum & deduxi *ſupra in dict. c. 51. de iurament. confirmat. 1. partis, numer. 22.* Nec obſtat, quod inconuenientia, de quibus in Concilio, videantur ceſſare hoc caſu, quoniam diſpoſitio Conciliaris cum generalis ſit, ad ea, quæ frequentius accidunt, adaptatur, *iuxta leg. nam ad ea, ff. de legibus,* comprehenditque caſus, in quibus non eadem ratio militare videatur, præcipue cum hic poſſint etiam concurrere prædicta inconuenientia vel alia, quæ de nouo poſt primum matrimon. emergeretur: Ideo reſoluo, requiri de nouo poſt primum matrimonium nullum, ſeruandam eſſe in hoc ſecundo matrimonio, vt validum ſit, formam præfati Concilij Tridentini. Præterea, licet opinio Caietani &
ſequa



ſequacium adhuc vera eſſet, dato ſcandalo & infamia ex noua publicatione, vt inquit Veracruz & Cordub. *vbi ſupra*, nihilominus in noſtro caſu, de quo præſens eſt quæſtio, locum habere minime poſſet, quoniam impuberes contrahendo matrimonium de præſenti, dene ſciunt aut ſcire debent eſſe nullum, ætate prohibente idque omnes etiam norunt: Vnde cum impedimentum publicum, non vero occultum ſit, ceſſant rationes prædictæ tenentium, ob impedimentum occultum ex cuius reuelatione ſcandalum & infamia orietur, ob contrahentiumque bonam fidem à principio, licere ſecreto de nouo contrahere, vt ipſi præfantur atque præſupponunt. Quare cum in noſtra ſpecie bona fides contrahentium minime adſit nec impedimentum occultum ſed publicum, vtpote ætatis deficientis, conſequens eſt, vt nullo modo matrimonium ab impuberibus contractum, poſſit ætate legitima ſuperueniente ratificari abſque nouo expreſſo conſenſu, coram parocho & teſtibus præſtando, licet principio, tempore, quo matrimonium ab impuberibus celebratum fuit, eadem forma interueniſſet.

Modo non obſtat primum fundamentum partis contrariæ ſupra adductum, quoniam procedit & loquitur, attento iure communi, ante conſtitutionem & publicationem S. Concilij Trident. at vero poſtea ſeruanda eſt forma eiuſdem. Non etiam obeſt & ſecundum, quoniam potius ex ipſo decreto Concilij requiritur prædicta forma in matrimoniis contrahendis, & quod principio fuerit ſeruata, non prodeſt nec ſufficit, cum matrimonium tunc fuerit nullum, nec hic caſus recte dici poteſt omiſſus, ſed potius in generali deciſione eiuſdem Concilij comprehenſus; Quandoquidem, vt eſt prædictum, matrimonium hoc non, *vt ex tunc*, ſed *vt ex nunc* valere incipit, tempore igitur, quo matrimonium valere incipit, hoc eſt, dum validum celebratur, debent eſſe præſentes parochus & teſtes, nec ſufficit, quod antea adfuerint in ſponſalibus de futuro, vt ex eodem Concilio manifeſte deducitur.

Tertium etiam, hoc eſt, doctrina Caieta. non obeſt, quoniam eidem *ſupra* ſatisfecimus: ſolum vnus ſcrupulus nobis ſe obtulit, vt prædictum virum liberum omnino non iudicaremus à prædicto matrimonio: quoniam etſi id nullum fuerit, iuris tamen interpretatione reſolutum fuit in ſponſalia de futuro, *vt in d. c. 1. § idem quoque, & in d. l. 5. tit. 1. part.* 4. Ergo licet, tanquam ma-
9 trimonium, non valuerit † nec ſeruandum ſit, quare ſi cum alia factus pubes contraxerit in facie Eccleſiæ, validum erit & ſeruandum hoc ſecundū matrimonium, vt late reſoluit D. Couar. *in 4. 1. part. c. 5. §. vlt. circa fin. num.* 7. & præterea plures allegans Matienc. *vbi ſupra nu. 61. & probatur in l. 8. circa fin. in verſic. ſuer a ende, tit. 1. part.* 4. attamen cum hic pubes cum alia non contraxerit, compellendus tamen videbatur, vt prædicta ſpōſalia de futuro adimpleret cum priori atq; ad effectum per verba de præſenti perduceret, iuxta late à nobis tradita *d. c. 51. n. 1. & ſeq.* vbi reſoluimus cum communi & vera atque in praxi obſeruata opinione, ſponſalia de futuro non eſſe ſublata à Concilio Tridentino ipſaque obligare in vtroque foro, & ad ea verificanda & adimplenda compellendos eſſe ſponſos.

10 Hæc † tamen obiectio facili negotio diſſoluitur, reſpondendo, illud verum eſſe atq; recte procedere inter puberes promittentes de futuro ſe contracturos, hi namq; compellendi ſunt fidem ſibi inuicem datam adimplere, vt *ibid.* deduximus: at vero in impuberibus ſecus eſt, quia in illis ſola cauſa, quod ſponſalia fuerunt contracta inter impuberes, ſufficiens eſt, vt poſtea tempore pubertatis diſſolui poſſint, quia conſenſerunt in fragili ætate, vt *in c. de illis, el. 1. de deſponſat. impub.* & ibi Doctores, præcipue Præpoſit. *nu. 1. per totum*, vbi, quod etſi huiuſmodi ſponſalia ſint valida, intelligitur reuocabiliter, quia ſi peruenerit impubes ad pubertatem, poterit contradicere: Pro quo etiam eſt bona lex Reg. ſupradicta 8. *tit. 1. part. 4. in verſic. la nouena, idem probat text. in c. fin. de deſponſ. impub. & d. c. 1. §. idem quoque*, & Couar. *vbi ſup. n. 5.** Supradicta tamen noſtra ſententia *
principalis, de qua *ſupra, n. 2. verſic. his tamen omnibus,* limitat, vt non procedat, quoties tempore matrimonij de preſenti ab impubere contracti in facie Eccleſiæ, ſeruata forma ſacri Concilij Tridentini, ipſe erat potens ad copulam & ſic ad generandum, ſi erat maſculus; ſi vero fœmina, ad concipiendum, quia tunc pubes eſt ex habitu corporis, licet plenitudo ætatis deficiat, ac proinde eſt verum matrimonium & ſeparari non debent, quia in eo ſuppleuiſſe ætatem malitia videtur: tex. expreſſus *in c. puberes, & in c. de illis, el. 1. de deſponſ. impub.* & ibi communiter Dd. tex. *in c. fin. de eo qui cogn. conſan. vxor. ſuæ, & omnes Dd. in locis ordinar.* Et hoc non ſuſtulit S. Concil. Trident. nec de eo loquitur.*

Vltimo non poſſum non mirari, quod nouiſſime Doctor Ioan. Segura Vbetenſ. *in ſuo directi. iudicum Eccleſiaſticorum, in 2. part. cap. 15. num. 6. & 7. & ſeq.* inermis rationis ac roboris praxis vniuerſalis tribunalium Eccleſiaſticorum, nos *in d. cap. 51. num. 1. & ſeq.* dum reſoluimus, ſponſos de futuro, compellendos eſſe adimplere fidem ſibi inuicem promiſſam, improbet, exiſtimans falſo, firmiter eſſe tenendum ac aſſerendum poſt Concilium Tridentinum, iudicem minime compellere debere ſic de futuro matrimonium contrahere promittentes ad implementum promiſſionis, quinimo ſtatim ſine lite & eius ſtrepitu eſſe faciendam monitionem à iudice, de qua *in cap. requiſiuit, de ſponſalib.* quod ſi ei non obtemperetur, compulſio ceſſabit diſcretique iudicis erit poſt Concilium Tridentinum deſiſtere prorſus à coactione, quia voluntas ſponſi nolentis contrahere, eſt potiſſima pars ſecundum ipſum, inducendi cauſam rationabilem, vt à compulſione omnino abſtineatur: Nam ſicut nos *ibidem* fatemur cum Ioanne Andrea & Propoſit. ſi poſt longam & importunam litem immenſaſque litigantium expenſas à prædicta coactione deſiſtendum eſt & excommunicatus, etiam non id petens, abſoluendus, quidni à principio & in limine iudicij id fiet?

Hæc tamen ipſius opinio omnino à veritate eſt aliena longeq; ab ea diſtat, & ideo à ſimili doctrina cauendum; Siquidem, vt *vbi ſupr.* late probauimus & in dicta declaratione Cardinalium expreſſe cauetur, Conciliū non ſuſtulit ſponſalia de futuro, ſed ea reliquit in terminis iuris communis, quo ſufficienter eſt probatum, valida eſſe ac ad ea implenda compellendos eſſe ſponſos iuris Canonici cenſuris, quamuis non exactiſſima coactione, vt *ibid.* reſoluimus: Nec obſtat *d. cap. requiſiuit*, quia habet ſuum communem intellectum, quem *ibi* retulimus, *num.* 4. ne ſit contrarius noſtræ ſententiæ, nempe vt procedat, ſi nolens contrahere, iuſtam rationem adducat, puta inimicitiæ, odij vel fornicationis ſuperuenientis, vel ſimiles arbitrio iudicis: Nam ſi ſponſus proſequatur ſpōſam odio capitali vel econuerſo, ita quod timeatur ex inuitis nuptiis futurum homicidium vel adulterium vel guerram inter parentes vtriuſque, his & ſimilibus caſibus debet Eccleſia deſiſtere à compulſione, vt tenet Abb. *ibid. num.* 4. & communis: quod ſi iuſta vel rationabilis cauſa non adſit, præter voluntatem ſponſi, cogetur ipſe contrahere matrimonium iuxta communem illius text. interpretationē ſupradictā. Præterea praxis vniuerſalis orbis iam probauit noſtram ſententiam, & merito, alias enim eſſet euacuare omnem neruum matrimoniorum, ſi diceremus, quod conſenſus non aſtringeret inuitos: quod igitur aduerſus nos præfatur præcitatus modernus,

eſt ſe opponere torrenti vniuerſorum tribunalium Eccleſiaſticorum communque iudicium, iure communi prædicto fundato, quod nemo ſanæ mentis tentare deberet, cum ſciat, nullius fructus id eſſe, præmaxime in noſtro caſu, quo praxis communis iure & ratione nititur, vt probauimus loco *ſupra citato*.

SVMMARIVM

1 *Matrimonij contrahendi ſolemnitas requiſita per ſanctum Concilium Tridentinum.*

2 *Denuntiationes, quæ præcedere debent matrimonium contrahendum, quis remittere cum cauſa probabili poſſit: an Parochus vel Ordinarius: reſoluitur quod Ordinarius.*

3 *Parochus remittens prædictas denuntiationes abſque licentia Ordinarij puniri poteſt.*

4 *Ordinarius an remittere poſſit prædictas denuntiationes abſque aliqua cauſa: & num. ſeq.*

5 *Diſpenſandi facultas in lege ſuperioris inferioribus nunquam conceditur, niſi cauſa cognita & ſumma maturitate.*

6 *Cauſa aliqua rationabilis requiritur, vt Ordinarius prædictas denuntiationes remittere poſſit.*

7 *Prudentia atque iudicium alicuius, cui aliquid committitur, arbitrium boni viri ſignificat.*

8 *Cauſa cognitio requiritur, vbi quis ſuo arbitrio cauſſam finire poteſt.*

9 *Et ſuccogatione & æquitate definire eam debet.*

10 *Iudex in arbitriis requiri non debet, vt rationem reddat, cur ita egerit.*

11 *Declaratio Reuerend. Cardinalium, vt Epiſcopus poſſit poſt contractum matrimonium, ante illius conſummationem ſi ita expedire iudicauerit ex aliqua cauſa remittere denuntiationes, etſi non ſit ſuſpicio, quod matrimonium malitioſe impediretur.*

12 *Non tamen id poteſt facere ſine aliqua cauſa.*

13 *Ordinarius in propoſito, vt denuntiationes remittere poſſit, intelligitur Epiſcopus ſiue eius Vicarius generalis, & num. ſeq.*

14 *Poteſtas diſpenſandi non continetur nec tranſit in generali commiſſione.*

16 *Vicarij inferiores & foranei non poſſunt nec ſolent concedere licentiam contrahendi matrimonium ſine denuntiationibus.*

CAPVT XIX.

## Ordinarius Eccleſiaſticus, an tuta conſcientia poſſit abſque vlla cauſa remittere denuntiationes in matrimoniis contrahendis requiſitas.

1 AD † matrimonium rite contrahendum præcedere debent tres denuntiationes tribus continuis diebus à parocho in Eccleſia, inter Miſſarum ſolemnia publice faciendæ, inter quos ſit matrimonium contrahendum: quibus denuntiationibus factis, ſi nullum legitimum impedimentū imponatur, ad celebrationem matrimonij in facie Eccleſiæ procedendum eſt: quod ſi aliquando probabilis fuerit ſuſpicio, matrimonium malitioſe impediri poſſe, ſi tot præceſſerint denuntiationes, tunc vel vna tantum denuntiatio fiat vel ſaltem parocho & duobus vel tribus teſtibus præſentibus matrimonium celebretur: deinde ante illius conſummationem denuntiationes in Eccleſia fiant, vt ſi aliqua ſubſint impedimenta, facilius detegantur: niſi Ordinarius ipſe expedire iudicauerit, vt prædictæ denuntiationes remittantur: quod illius prudentiæ & iudicio ſancta Synodus relinquit: ita ſtatuit ſanctum Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. cap. 1. de reformat. matrim.*

2 Sed † quoniam Concilium in hac parte non aperit, quis debeat remittere denuntiationes ante contractum matrimonium, quando probabilis fuerit ſuſpicio, matrimonium malitioſe impediri poſſe, ſi tot præceſſerint denūtiationes, an parochus ipſe, vel ſolum Ordinarius, anſam præbuit aliquibus id in dubium reſticandi: videtur enim, quod parochus ſubſiſtente dicta cauſa, poſſit vtens iure ſuo, eas remittere ante coniunctionē matrimonij, dummodo ante conſummationem eas faciat. Concilium namque in verbis præcedentibus ſolemnia ad matrimonium contrahendum, quæ præcedere debent, enumerans, præcepit (vt vidimus) parocho, vt prædictas tres denuntiationes in Eccleſia publice faciat inter Miſſarū ſolemnia, tribus diebus feſtiuis continuis, &c. Quibus factis, ſi nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie Eccleſiæ procedatur, vbi parochus viro & muliere interrogatis & eorum mutuo conſenſu intellecto, dicat; *Ego vos in matrimonium coniungo, in nomine Patris, & Filij & Spiritus ſancti*, vel aliis vtatur verbis, iuxta receptum vniuſcuiuſque prouinciæ ritum: & ſtatim ſubiicit, *Quod ſi aliquando probabilis ſuſpicio, &c.* ibi *Tunc vel vna tantum denuntiatio fiat, vel ſaltem parocho & duobus vel tribus teſtibus præſentibus matrimonium celebretur*: Itaque vſq; ad hæc verba Conciliū de munere, iure atq; facultate parochi loqui videtur circa ea, quæ ad eius ſpectant officium & quæ ipſe abſque Ordinario facere poteſt. Poſtmodum vero præcipit Concilium, vt in prædicto caſu, quo probabilis ſuſpicio fuerit, matrimonium malitioſe impediri poſſe, denuntiationes remiſſæ ante celebrationem matrimonij, ante conſummationem ipſius fiant, niſi ordinarius ipſe expedire iudicauerit, vt præd. denuntiationes remittantur: quod illius prudētiæ & iudicio ſancta Synod. relinquit. Ordinarius itaque eſt, qui poteſt iudicare, vt prædictæ denuntiationes poſt matrimoniū contractum ante ipſius conſummationem omnino remittantur: quod vero in principio ante coniunctionem omittantur, dummodo ante conſummationem fiant, videtur parocho incumbere, idque poſſe eum iure ſuo facere prędicta ex cauſa; Quandoquidem Concilium Ordinario id minime reſeruauerit, ſed tantum an omnino ante conſummationem remittendæ ſint: & in terminis ita tenet atq; interpretatur præfata verba Concilij Alfonſ. à Veract. *in ſuo appendic. ad ſpecul. coniug. in 1. dub. in 3. propoſit.* dicens, quod huiuſmodi denuntiationes, quas parochus tenetur inter Miſſarum ſolemnia facere, licet aliqua ex cauſa poſſit ipſe parochus vtens iure ſuo remittere ante coniunctionem & celebrationem matrimonij, tenetur tamen eas facere ante conſummationem ipſius per tres dies feſtos. Et expreſſius idem probat *in 4. propoſit.* dicens, quod *ibi*, (nempe in dicto Concilio) datur parocho, vt ante trinam admonitionem publicam poſſit matrimonium celebrare cum vna vel altera publicatione ſolum, quando ſuſpicio eſt de matrimonio malitioſe impediendo: quare infert & tenet *ibi*, quod parochus ex libito ſuo, ſi ſuſpicio præfata non adſit, non poterit licite omittere huiuſmodi trinam publicationē ante coniunctionem matrimonij, quamuis ſi id faciat, non peccet mortaliter, de ſe ſcandalo ſecluſo, vt ibidem probat *in ſupradicta propoſit.* Eandem principalem ſententiam, quod parochus, quando adſit probabilis ſuſpicio, quod matrimonium malitioſe impediri poſſit, ſi tot præceſſerint denuntiationes, vt puta, quia pater impedire poſſit & teneatur remittere eas ſub pœna peccati mortalis, anathematis & reſtitutionis, probat eniXe Albornos *lib. 4. del arte de los contratos, c. 1. del ſanto Concilio Trid. in verſic. octauo cap. fol. 153. & ſeq.*

His tamen non obſtantibus, contrariam partem, imo quod parochus non poſſit committere vllam trium denuntiationum, de quibus in prædicto decreto Concilij, nec ante celebrationem matrimonij nec ante conſummationem ipſius ex prædicta cauſa nec alia exſiſtente, ſed quod hoc totum ad ordinarium Eccleſiaſticum ſpectet, praxis communis, ſaltem huius Epiſcopatus Ciuitatenſ. (nec alterius contrarium ſcio) recepit, quæ ſic interpreta eſt mentem ac verba præfata Concilij: & merito, quia ad ordinarium pertinet, cauſæ cognitionem adhibere, an prædicta ſuſpicio probabilis, quod matrimonium malitioſe impediretur, ſi tot præceſſerint denuntiationes, atque ſuo iudicio hoc diſcernere. Parochus autem in hoc facile deciperetur atque ſuorum contemplatione parochianorum ac precibus eorum allectus, prope ſemper id iudicaret expedire & abſque denuntiationibus præcedentibus omnia matrimonia celebraret: hoc autem manifeſte eſt contra mentem Concilij, quæ facili negotio defraudaretur ſi contrariam ſententiam admitteremus: & cum cauſa hæc ſit magni ponderis, non cuilibet parocho (quorum maior pars ignorat diſcernere, quando omitti huiuſmodi denuntiationes debeant) remittitur, ſed tota graui & prudenti ordinariorum eſt iudicio commiſſa. Præterea nullibi expreſſe decretum videmus, vt parochus cauſæ cognitionem atque deciſionem iudicialem hac in re ſibi vendicare poſſit aduerſus auctoritatem & iuriſdictionem Ordinarij, cui iniuria profecto fieri videretur atque in contemptum ſui quodammodo verteretur, ſi parochus ſolus id facere poſſet haberetque eandem iuriſdictionem exteriorem, huius ſaltem reſpectu, quam Ordinarius ipſe: hoc autem abſurdum videretur nulloque modo tolerandum. Inſuper eadem ratio, quę militat, vt Ordinarius poſſit expedite iudicare, vt omnino præfatæ denuntiationes remittantur ante cōſummationem matrimonij, quod expreſſit Concilium, ipſamet vertitur, vt etiam ante celebrationem id iudicare debeat, exſiſtente probabili ſuſpicione de matrimonio malitioſe impediendo, ſi tot præceſſiſſent monitiones: nec differentiæ ratio probabilis inter vnum & alterum caſum reddi poteſt: Quia etſi ſit minus differre denūtiationes, quam illas in totum auferre, quare videbatur prius licere parocho, ſecundum vero minime, atque proinde hanc rationem diuerſitatis poſſe recte conſtitui inter vtrumque caſum: attamen cum in priori requiratur cauſę cognitio eaque expreſſe à Concilio parocho conceſſa fuerit, ſed hoc ipſum reliquerit in iuris communis diſpoſitione, relicta cenſetur in dubio ordinario, qui ſuam intentionem circa hoc cæteraque ſuæ poteſtatis, iure communi fundatam habet: Et præterea, quia idem Concilium paulo poſt inferius *in verſ. deinde*, totam hanc facultatem omittendi omnino denuntiationes, reliquit arbitrio Ordinarij: quod ideo expreſſit Concilium, quia ad hoc nullam requirit cauſæ cognitionem, ſed tantum, ſi ipſe expedire iudicauerit: poterit igitur quacunque ex cauſa id ſibi iuſtum videbitur, ipſum facere, quod illius prudentiæ & iudicio S. Synodus reliquit, hoc eſt, ſuo arbitrio, abſque aliqua exteriori probatione.

Poſtremo hæc pars aperta effici videtur, ſi obſeruemus atque animaduertamus particulam illam ſiue exceptionem, *Niſi Ordinarius ipſe &c.* vtrumque caſum comprehendere, quia reſpicit omnia ſuprad. *à verſ. quod ſi aliquando, &c.* atque ita ad omnia illa referri debet, *l. talis ſcriptura*, & ibi late Iaſ. *n. 36. ff. de legat.* & ita merito idem Alfonſ. à Veracr. *vbi ſupr. in 6. propoſ. in verſ. ex quo apparet*, hanc ſecundam ſententiam ſibimet contrarius probauit, dicens, quod ex verbis expreſſis in Concilio apparet, quod Epiſcopus in admonitionibus ante coniunctionem matrimonij diſpenſare poſſit: quod tamen parocho interdictum eſt. Et hanc partem optime probat & ſequitur Menoch. *conſil. 69. num. 61.* & eam forenſis praxis recepit ſecundum D. Segur. *in ſuo director. iudic. Eccleſ. 2. part. c. 16 n. 5.* Quare † ſi parochus (3) propria auctoritate, abſque licentia Ordinarij id faceret, puniri poſſet, vt docemus *in tract. de iuram. conform. 1. part. cap. 51. num. 25.*

4 Nunc † autem videndum eſt; *An Ordinarius poſſit prædictas denuntiationes remittere ante coniunctionem & celebrationem matrimonij abſque aliqua cauſa vel ſuſpicione?* Et videtur dicendum, cum minime hoc facere poſſe abſq. cauſa, ex verbis ſupra relatis ſacri Concilij, hoc ita demum permittentis, ſi probabilis ſuſpicio impediendi matrimonium fuerit, ſi tot præceſſerunt monitiones & ſic conditionaliter: Ergo deficiente prædicta ſuſpicione vel alia cauſa rationabili, hoc minime facere poterit: alias peccabit mortaliter, ſine iuſta & rationabili cauſa & non habita prius diligenti inquiſitione & cognitione cauſæ diſpenſans, quamuis matrimonium teneat, *vt in verſicul. qui aliter, &c. eiuſdem decreti.*

5 Secundo, † quia nunquam tribuit inferioribus facultas diſpenſandi in lege ſuperioris, niſi cauſa cognita & ſumma maturitate, iuxta idem Concilium Tridentinum *ſeſſ. 14 cap. 7. de reform. & ſeſſ. 25. cap. 18. facit idem Concil. ſeſſ. 22. c. 5.* docet Innocent. *receptus in cap. veniens, de filiis presbyt. n. 2. gloſſ. in cap. requiritur, §. niſi rigor, 1. quæſt. 7. Panormit. c. 2. de ſchiſmatic. & in cap. at ſi clerici, §. de adulteriis, nu. 6. de iudic.* Nauar *in cap. fin. de ſym. n. 4* tradit late alios allegans Menoch. *conſ. 15. n. 15.* vbi quod alias non diſpenſatio ſed diſſipatio appellari poterit, vt tenent omnes *in c. 1. & in c. non eſt, de voto*, Abb. *in cap. ſignificaſti, de elect. copioſe* Rebuff. *in tit. de diſpenſat. ad plura benef. num. 52.*

Tertia, quia ſi aliud diceremus, inanis eſſet conditio à Concilio requiſita ad hoc, vt diſpenſari poſſit in prædictis denuntiationibus, nempe ſi probabilis ſuſpicio fuerit, matrimoniū malitioſe impediri poſſe, ſi tot præceſſerint denuntiationes: Hoc autem minime eſt dicendum, quia eſſet verbis non rebus legem imponere, contra *l. 2. cum ſimilib. C. communia, de legat.* quæ opinio conformis videtur atq; nimium adhærens literæ Concilij. & in terminis eam tenet & probat Iac. Menoch. *d. conſil. 69. n. 61. & ſeq.* * & *conſil. 446. n. 1. cum ſeq. vol. 5.* *

Nihilominus tamen Alfonſ. à Veract. *in append. ad ſpecul. coniug. in 1. dub. in 6. propoſit.* exiſtimat ac probat contrarium, dicens, ad arbitrium Ordinarij poſſe publicationes inter Miſſarum ſolemnia requiſitas relinqui, ſiue ſit aliqua ſuſpicio vel non, vt patet in decreto Concilij: Nam poſtquam dixerat, huiuſmodi denuntiationes per parochum faciendas ante conſummationem matrimonij, additur, *Niſi Ordinarius ipſe expedire iudicauerit, vt prædictæ denuntiationes remittantur, quod illius prudentiæ & iudicio ſancta Synodus relinquit*: Hæc namque exceptio vtrumque caſum comprehendit, vt prædiximus *n. 2. circa fin. verſ. poſtremo.* Quid tenendum.

6 In † hoc vera reſolutio eſt, requiri aliquam cauſam rationabilem arbitrio Ordinarij ad hoc, vt ipſe has denuntiationes remittere poſſit, ſiue ante coniunctionem ſiue ante conſummationem matrimonij; Nec ſolum illa, quæ à Concilio exprimitur, nempe probabilis ſuſpicio, quod ſi tot denuntiationes præceſſiſſent, matrimonium malitioſe impediretur, neceſſaria eſt & requiritur ad hoc, vt Ordinarius eas remittere poſſit, ſed ſufficit, vt alia quæuis cauſa probabilis arbitrio Ordinarij intercedat, vt probatur in ipſo Concilio in verbis ſupra relatis: Nam etſi prius *in d. verſ. quod ſi probabilis*, cā ſolum cauſam expreſſerit pro ſufficienti, nempe probabilis ſuſpicionis, quod ſi tot denuntiationes præcederent, matrimonium malitioſe impediretur, poſtea tamen generalius loquitur, dicens: *Niſi Ordinarius ipſe expedire iudicauerit, vt præd. denuntiationes remittantur, quod illius prudentia & iudicio ſancta Synodus relinquit*:



Nam

Nam vt *ſupra* probauimus, clauſula hæc ad vtrumque caſum refertur: Quia ſi Ordinarij prudentiæ & iudicio remittitur, quod plus eſt, nempe remittere in totum prædictas denuntiationes, à fortiori videtur eidem cõceſſum, quod minus eſt, nempe differre prædictas monitiones ad tempus celebrati iam matrimonij, ante ipſius tamen conſummationem.

7 Præterea, † quamuis Concilium hoc relinquat prudentiæ & iudicio Ordinarij, nihilominus hæc prudentia atq; iudicium arbitrium boni viri ſignificat, vt late probat Menoch. *de arbit. iudic. lib. 1. quæſt. 8. n. 14. & ſeq.* vbi de iudicio, *& nu. 16. & ſeq.* vbi de verbo pruden-
8 dæ: & † cauſæ cognitio requiritur, vbi quis ſuo arbitrio cauſam finire poteſt, ſecundum Bart. *in l. cum hi, §. vult igitur. num.* 1. & ibi Angel. *ff. de tranſact.* & plures inferens ibidem Menoch. *vbi ſupra, quæſt. 19. in princ.* &
9 iure † ratione & æquitate diffinire debet, vt late reſoluit idem auctor *d. lib. 1. quæſt. 13. n. 15. & quæſt. 14.*

10 Cauſa + igitur aliqua iuſta & probabilis mouere debet Ordinarium, vt has denuntiationes remittere poſſit, quamuis non ea præciſa, quæ à Concilio exprimitur: etſi in arbitrariis requiri iudex non poſſit, vt rationem reddat, cur ita egerit, iuxta ea, quæ tradit idem Menoch. *d. l. 1. de arb. iudic. quæſt.* 40. Et prædicta reſolutio approbata eſt hodie, declaratione Reuerendiſſimorum Cardinalium, ad interpretationem dubiorum ſacroſancti Concilij Tridentini deputatorum: Illi enim
11 in noſtris propriis terminis declarauerunt pręfati Concilij decretum in hunc modum: *Epiſcopus † poteſt, etiam poſt contractum matrimonium, ante illius conſummationem, ſi ita expedire iudicauerit, ſecundum eius prudentiam & iudicium, ex aliqua cauſa arbitrio ſuo remittere denuntiationes, etſi non ſit ſuſpicio, quod matrimonium malitioſe impediatur*: vt deduxi ex quodam Sumpto prædictarum declarationum, quarum hæc erat decima quarta in ordine & eam refert in terminis D. Segura *vbi ſupra, d. num. 5.*

12 Poterit † igitur Epiſcopus ex aliqua ratione iuſta, ſibi tantum cognita, prædictas denuntiationes remittere, & ita fit ſæpiſſime. Caueat tamen omnino, ne ſine aliqua iuſta cauſa id faciat, etiamſi ſuo arbitrio id ſit commiſſum; Quandoquidem, vt prædicebamus, de arbitrio boni viri intelligitur, atque ideo iure, ratione & æquitate hac in re vti debeat: & præterea hoc ſignificant verba illa: *Niſi Ordinarius ipſe expedire iudicauerit &c.* Alias enim ſi ad libitum, abſolute & ſine cauſa id facere poſſet, non eſſet arbitrium nec iudicium iuris ratione regulatum, ſed potius libera voluntas, & fruſtra diceret Concilium; *Niſi Ordinarius ipſe expedire iudicauerit.* Præterea non eſſet bona prudentia nec iudicium ratione regulatum remittere abſque vlla cauſa prædictas monitiones: cum tamen Concilium prudentiæ & iudicio Ordinarij hoc relinquat, ſignificant profecto verba hæc atque aperte inſinuant ratione vti debere in hoc Ordinarium, alias non eſſet opus eius prudentia, ſed tantum liberæ voluntati relinquere ſufficeret: cauſa igitur rationabilis mouere debet Ordinarium, vt hoc faciat, alias peccabit, quamuis matrimonium teneat. Sæpe enim remiſſio harum denuntiationum à contrahere volentibus petitur, vt impedimentum forſan aliquod exiſtens non detegatur, impediens matrimonium contrahendum, non tamen dirimens iam contractum, nempe aliorum ſponſaliorum de futuro vti ſimplicis caſtitatis & ſimilium; Hoc namque ipſi occultant Ordinario, commentitiam aliquam cauſam eidem præ oculis adducentes, vt eum ad remiſſionem præfatam inuitent atque inducant (ô bone Deus, quibus hodie fraudibus & cautelis vtuntur, tu ſolus es qui noſcis atque ſcrutaris corda hominum: illumina, quæſo, ea, vt à recto non deuient, ſed te ſolum Deum ſemper ſectentur ac tuis mandatis obtemperent, vt ad cœleſtem patriam peruenire mereantur) Ordinarius igitur præcauere debet, an aliqua rationabilis cauſa exſiſtat remittendi prædictas denuntiationes: quod ſi ea, ſuo iudicio ac prudenti conſideratione adſit, ſecure id facere poterit, quamuis eo tamen ignorante, aliquod impedimentum ex ſupradictis modo enumeratis & à partibus fraudulenter occultatis adeſſet; In hac enim ſpecie cum Ordinarius ipſe fecerit, quod in ſe eſt, & quod ipſo Concilio permittente potuit, minime ſibi imputandum eſt, ſi quid præter intentionem contigerit, ſed tantum partibus in re hac male ſe habentibus: & ita ipſe tanquam Ordinarius Ciuitatenſ. nunquam remiſi prędictas denuntiationes ſine cauſa, ſed cum aliqua rationabili allegata & teſtibus probata, nempe ea, quæ exprimitur à Concilio, vel alia iuſta & rationabi-
li ſcriptis & aliquando verbo. Ordinarius autem + in 13
propoſito intelligitur Epiſcop. ſiue eius Officialis vel Vicarius generalis, quem Prouiſorem appellamus, quia vnum & idem tribunal & auditorium cenſetur Epiſcopi & Vicarij generalis ipſius: & quod facit Vicarius dicitur Epiſcopus facere, ex tex. *in c. 2. de conſuet. l. 6. c. Romana, in princ. de appell. eod. l. 6.* & in terminis ita tenet Alfonſ. à Verac. *in append. ad Specul. coniug. in 1. dub.*
*propoſ. 6. ad fin.* & D. Segura *vbi ſupra.* Hoc + tamen in- 14
telligendum videtur, quando hæc poteſtas diſpenſandi in ſpecie fuerit Vicario ab Epiſcopo conceſſa, &
non alias: In generali enim commiſſione non † tranſit 15
nec continetur poteſtas diſpenſandi, *iuxta tex. in c. quod tranſlationem, de off. legat. & gl. celebrie in c. qua de cauſa, 2. q. 4.* Calder. *conſ. 3. de offic. vicar. Domin. conſ. 38. col. 3.* Prob. *in c. ſtatutum, n. 19. de reſcript. in 6.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de forma vic. n. 44. & n. 179.* Nauar. *in Manual. c. 27. n. 255. arg. tex. in c. 2. & fin. de offic. vic. l. 6.* & eorum, quæ docet D. Couar. *lib. 2. var. reſol. c. 5. n. 9 & lib. 3. c. vlt. n. 4. & iuxta gl. receptam in c. ſi vnum, de offic. de leg. l. 6.* Et in terminis Concilij Tridentini, de quibus agimus, ita tenet & probat Menoch. *conſ. 69. n. 55. & ſeq.* vbi amplius vult, nempe non poſſe munus hoc tam graue mandari Vicario, cum ſit perſonale, ab ipſo ſacroſancto Concilio Tridentino Epiſcopo iniunctum, intelligens Ordinarium, de quo loquitur Concilium Tridentinum, eſſe tantum Epiſcopum in propoſito, non vero ipſius Vicarium.

Nihilominus etiam in noſtra ſpecie, de qua agimus, verior videtur opinio Alfonſi à Verac. indiſtincte, prout ipſe etiam ſenſit, nempe quod Prouiſor ſeu Vicarius general. Epiſcopi, ſiue ſpeciale mandatum ad id habeat ab Epiſcopo, ſiue tantum generale, poſſit pro ſuo arbitrio atq; iudicio & prudentia remittere prædictas denuntiationes. Primo, quoniam dictus textus Concilij in verbis ſæpe relatis, ordinario nuncupatim concedit hanc facultatem, nec nominatim loquitur tantum in Epiſcopo, ſed in Ordinario, quod nomen generalius eſt, comprehenditque tam ipſum Epiſcopum, quam Prouiſorem ſeu Vicarium generalem, quia hic Ordinarius eſt Ordinariamque habet iuriſdictionem, *vt in tit. de offic. ordin.* eſtque de ſe notiſſimum: & præterea probatur in quam pluribus eiuſdem Concilij decretis, loquentibus de Ordinariis locorum, & præcipue *ſeſſ. 6. in c. de refor.* & alibi ſæpiſſime, quibus plura facienda committuntur ac mandantur: & tamen certiſſimum eſt, id non tantum ad Epiſcopos, ſed & ad eorum Prouiſores ſeu Officiales generales ſpectare: Nam ſi aliud dicerem' eſſet ineptiſſimum. * Et probat nouiſſime Flam. Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 3. quæſt. 11. num. 20. cum ſeq.*

Cum igitur Ordinarius hoc poſſit, conſequitur manifeſte, vt Prouiſor ſeu Vicarius generalis Epiſcopi, poſſit remittere prædictas denuntiationes arbitrio ſuo.

Secundo, quia ſi Concilium aliud voluiſſet, expreſſiſſet



*argum. l. vnic. §. vbi autem, in fin.* ibi: *Nam ſi contrarium volebat, nulla erat difficultas, coniunctim ea diſponere C. de caduc. tollend.* Idem probatur *in cap. inter corporalia* ibi: *Vnde ſi citra, de tranſlat. Epiſcopi, congerit plurima Tiraquell. in l ſi vnquam, verbo, libertis, num. 3. C. de reuocand. donationib.* Rolandus à Valle *conſil. 68. numer. 35. libr. 4. ſicut idem Concilium id expreſſit in caſu cap. 6. in fin. de reformat. ſeſſ. 24.* Cum ergo in noſtra ſpecie hoc non expreſſerit, quinimo generaliter loquens, id reliquerit Ordinario, tam Epiſcopus, quam eius Vicarius generalis id facere poterit: Lex enim generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda, *l. de precio, ff. de public. in rem actione, cum ſimilib.*

Tertio, quia Concilium in hac parte non vtitur verbo, *diſpenſandi*, ſed verbo, *remittantur*, deferendo Ordinario, vt ſi ipſe expedire iudicauerit, poſſe remittere prædictas denuntiationes, ſicque ceſſant *ſupra* in contrarium adducta circa materiam diſpenſationis, in qua poſſent iure procedere: non vero conuenire videntur in propoſito, cum diuerſa, inter ſe videantur diſpenſare & remittere. Præterea etſi Concilium loqueretur per verbum, *diſpenſandi*, cum tamen facultatem tribuat Ordinario id faciendi, non vero ſolis Epiſcopis, eorum Vicarij generales idem facere poſſent ratione ſuæ iuriſdictionis ordinariæ, cui hoc tribuitur, niſi Epiſcopus hoc ſibi ſoli ſpecialiter reſeruauerit, tunc enim ipſius Prouiſor ſeu Vicarius generalis, id facere minime poterit.

16 Vicarij † autem inferiores & foranei, de quibus agit *clementin. 2. de reſcript. cum gloſſ. in verb. foraneo*, recepta ab Alexand. *in rubr. ff. de offic. eius cui mandat. eſt iuriſdictio, num. 17.* & Couarr. *lib. pract. quæſt. cap. 4. num. 8 & lib. 3 variar. reſolut. cap. fin.* non poſſunt nec ſolent hanc licentiam concedere, vt aduertit etiam Veracruz *vbi ſupra fol. 5. in princ.*

SVMMARIVM.

1 *Filius matrimonium contrahere poteſt ſine patris conſenſu. Idem in filia, de iure canonico, num. 2.*
3 *Filius nihilominus cum conſilio patris vxorem ducere debet: quod à ſacro Concilio Tridentino non reiicitur, num. 4. Ratio huius, num. 7.*
5 *Dictio, Præſertim, idem eſt, quod maxime.*
6 *Natura dictionis, Maxime, eſt, vt explicet caſum minus dubitabilem & implicet magis dubitabilem.*
7 *Filius etſi ſine patris conſenſu poſſit matrimonium contrahere, non tamen ſine peccato poteſt patris conſilium ſpernere.*
9 *Pater iuſte poteſt perſuaſionibus & cohortationibus impedire filium, ne aliquam in vxorem ignominioſe, perperam & ſine conſilio ducat, dummodo non vi aut violentia quadam id fiat, & num. 27.*
10 *Ordinarius non debet tunc temporis denuntiationes remittere nec licentiam præſtare filio ad contrahendum abſque eis, & latius num. 23 & ſeq.*
11 *Plus eſt inducere ad contrahendum, quam ad non contrahendum matrimonium cum vna.*
12 *Malitioſe fieri dicitur, quod iniuria fit, dolo adhibito, cum malitia ſit calumnia.*
13 *Filiumfamilias ducere vxorem indignam patre inuito vel inſcio, eſt lædere ius patriæ poteſtatis ac proinde ei iniuriam facere.*
14 *Is malitioſe aliquid facere dicitur, qui ſalua conſcientia facere non poteſt.*
15 *Abraham iam prouectæ ætatis factus ſeniorem ſeruum ſuum adiurauit, ne de filiabus Cananæorum filio ſuo Iſaac vxorem accipiat, ſed ex terra & cognatione ſua & idem prope præcepit Iſaac filio ſuo Iacob.*
16 *Conditio illa, Si patri placuerit, in contrahendis matrimoniis, honeſta ac valida eſt, non vero turpis.*
17 *Cauſa vitandæ diſcordiæ & diſſidij, iuſta & rationabilis eſt, vt monitiones remittantur & vt ab ſponſalibus recedatur, num 20.*
18 *Vere diſſidium inter eos, qui ſe amore obcæcati ducunt, facile exoritur, matrimoniaque ex eo infelicem exitum habent, ſicut illa, quæ coactione fiunt.*
19 *Amon Dauidis filius cum Thamar deperiſſet, cubauit cum ea, & deinde exoſam eam habuit odio magno nimis, ita vt maius eſſet odium, quo [illegible] eam, quam amor, quo antea dilexerat.*
21 *Deus odio non habit illum, qui vxorem ducit, cum tamen illum odio habeat, qui inter fratres diſcordiam ſeminat.*
22 *Pater poteſt ad tempus matrimonium filij impedire.*
24 *Arbitrio Ordinarij relinquitur iure communi, an denuntiationes remittendæ ſint.*
25 *Parentes ſolent maxime indignari, quod filij cum inæqualibus contrahant matrimonium eoſque exhæredes facere.*
26 *Epiſcopus ex rationabili cauſa poteſt diſpenſare, ne prædictæ denuntiationes fiant, vt in exemplis hic poſitis.*
28 *Ordinarius quando pater iuſte impedire poteſt matrimonium filij, non debet remittere prædictas denuntiationes: ſi vero timeatur maius aut prius damnum ex ipſis denuntiationibus, ſi præceſſe[illegible], ſatius erit eas remittere.*
29 *Pater, ſi filius cum æquali contrahat vel meliori ſine eius conſilio, etſi conqueri poſſit, non tamen iuſte matrimonium impedire valet.*
30 *Denuntiationes remitti poſſunt, quando filij ſub poteſtate nouercali eſſent poſiti, vt hic: cauſæ tamen cognitionem tunc interuenire oportet, nu. 31.*
31 *Cap. 9. ad fin. de reformat. matrim. ſeſſ. 24. ſacri Concilij Tridentini declaratur.*

## CAPVT XX.

### Pater an iuſte, abſque peccato poſſit impedire matrimonium filij, abſque eius voluntate, contrahendum cum diſparis ſtatus & conditionis fœmina.

Filius, † etſi matrimonium valide contrahere poſſit 1
ſine patris conſenſu, vt extat recepta magis Dd. opinio *in l. nuptias, de reg. iur.* & ſcribunt copioſ. Laurent. Calcan. *conſil. 13. num. 8* & Paulus Pariſ. *conſil. 29. num. 2. lib. 2.* Iacob. Menoch. *conſil. 69. num. 19 & ſeq.* cuius ratio ea dicitur eſſe, quod matrimonium liberæ voluntatis eſt, cum perpetuæ ſeruituti homo ligetur, & ideo, licet filius debeat ſubeſſe patri, non tamen ita vt ſeruus & mancipium, quemadmodum diceretur ſubeſſe, ſi cogeretur ad patris voluntatem vxorem ducere, vt perpendit doctiſſimus D. à Soto *in 4. ſent. diſtinct. 28. qu. 1. art. 1. in fin.* & Petrus à Soto *in comment. de inſtit. ſacerd. tit. de Sacrament. matrim. lect. 4.* poſt Diuum Thom. *in 4. ſentent. diſtin. 19.* ſequitur etiam Menoch. *vbi ſupra.*

Et † quod filia, iure Canonico attento, poſſit libere 2
abſque patris conſenſu vel licentia nubere, probat Didac. Couar. *in 4. decret. 2. part. cap. 3. § 8 num. 1.* Eamque teſtatur veriorem & magis receptam ſententiam iure Pontificio veteri & nouo, idem Menoch. *de arbitr. iudic. cent. 5. caſu 452. n. 8.* vbi plures auctores refert huius opinionis & late probat Didac. Perez *in l. 1. tit. 1. l. 5. ordinam. fol. 26.* Ceſſos *conſil. 38. n. 1.* late quoque nos deduximus *lib. 2. practicarum quæſtionum, num. 2. & 3.* Id quod hodie expreſſe approbauit ſacroſanctum Concilium Tridentinum *ſeſſ. 24. cap. 1. in princ. de reformat, matrim.* vbi ſancta Synodus anathemate damnat, qui falſo affirmat matrimonia, à filiisfam. ſine conſenſu parentum

tum contracta irrita eſſe, & parentes ea rata vel irrita
facere poſſe.
Hæc † tamen licet ita ſe habeant, filius nihilominus
3 cum conſilio patris vxorem ducere debet, non vero
ſine eius conſilio, vt aperte Theologi omnes affirmant,
ſecundum Dominicum à Soto *vbi ſupra*, vnde aliter
faciens abſque rationabili cauſa, peccabit mortaliter,
iuxta text. *in cap. honorantur 23. quæſt. 2* in illis verbis *iu-*
*dicium ſpectat parentum*, & ibi, *ita vt electionem mariti*
*parentibus deſirat: & docet* Nauar. *in Manual. cap. 14. n.*
15. Dominic. à Soto *vbi ſupr.* & Petr. Soto *vbi ſupr. lect.*
3. Decanus Louanienſ. *de impedimentis matrim. fol.* 351.
Alfonſ. à Veracruce *in ſpecul. coniug. 3. part. art. 20. concl.*
3. *fol.* 649. Menoch. *de conſil. 69 n. 19. & 23.* Burg. de Paz
*conſil. 20. num. 7.*
Hoc † autem Concilium non reiicitur à Sacroſan-
4 cto Concilio Tridentino loco *ſupra* citato: Nam etſi
vnam tantum rationem, qua clandeſtina matrimonia
exterminauit, conſiderauit ſacrum Concilium, nempe
quod aliqui æternæ ſalutis immemores clam ductam
vxorem ſpernebant & cum alia palam contrahebant,
atque ita perpetuo viuebant in adulterio: aliis tamen
rationibus ad ita ſtatuendum, vere adductum fuiſſe ſi-
gnificat illa dictio, *præſertim*. Nam cum in ſuperioribus
dixerit; *Verum cum ſancta Synodus animaduertat, prohi-*
*bitiones illas, propter hominum inobedientiam iam non pro-*
*deſſe & grauia peccata perpendat, quæ ex eiſdem clãdeſti-*
*nis coniugiis ortum habent, addit præſertim eorum, qui in*
5 *ſtatu damnationis permanent*, &c. Illa † namque dictio,
*præſertim*, quæ idem eſt, quod *maxime*, vt copioſe ſcri-
bit Albert. *in ſuo dictionar. in verb. præſertim*, hoc ſignifi-
cat: quia natura dictionis *maxime* eſt, vt explicet caſum
6 minus dubitabilem, † & implicet magis dubitabilem,
ita Dec. *in l. qui ſe patris, num. 10. C. vnde liberi*, idem de
dictione, *præcipue*, reſpondet Socin. Iun. *conſil. 86. num.*
7 *9. l. 2.* Ex † multis ergo rationibus illa vna fuit, quæ rei
noſtræ conuenit, quod iure naturæ, quo parentes in li-
beros funguntur, ſub quorum ſunt poteſtate, conue-
nit ne citra patris conſilium aliquid de re tam graui, vt
eſt matrimonij vinculum, à quo totum vitæ inſtitu-
tum pendet, filius deliberet & ipſa perpetuitatis ratio
& amoris nexus, quo debent coniuges conglutinari,
per quam maturum concilium in paciſcendis concili-
andiſque nuptiis expoſcit, ne facti, quod leuiter con-
tractum eſt, diu contrahentes pœniteat. Hanc rationem
fuiſſe perpenſam ab optimis illis Patribus, qui ſacro
Concilio interfuere, teſtis eſt Dominic. à Sot. *vbi ſupra*
*col. 3. in prin.* & ibi in fine illius articuli concludit, quod
8 etſi † filius ſine patris conſenſu poſſit matrimonium
contrahere, non tamen ſine peccato poteſt patris con-
ſilium ſpernere. Quod etiam affirmauit Petr. Soto, *vbi*
*ſupra, & Menoch. de arbitr. iudic. centur. 5. caſu 452. cum*
*ſeq.* idem ſequitur ipſe Menoch *d. conſil 62. n. 25. & ſeq.*
& vtrobique prædicto modo Concilium intelligit,
nempe, vt non excludat patris conſilium, quamuis ma-
trimonium filiis ſine conſenſu patris contractum vali-
dum eſſe ſtatuat.
9 Ex † ſupradictis ſatis deducitur, quod pater iuſte poſ-
ſit ſuaſionibus & cohortationibus impedire filium, ne
aliquam in vxorem ignominioſe perperam & ſine cõ-
ſilio ducat. Quandoquidem filius tenetur eius conſi-
lium, quamuis non conſenſum, ad id requirere. Conci-
lium enim Trident. *ſeſſ. 24. c. 1. de refor. matrim. in verſic.*
*quod ſi aliquando*, id demum matrimonij impedimen-
tum tollere intendit, quod malitioſe opponi probabi-
liter præſumitur, ob eamque cauſam permittit, vt vna
tantum denuntiatio fiat, vel ſaltem contracto matri-
monio coram parocho & teſtibus, ante illius conſum-
mationem denuntiationes in Eccleſia fiant, niſi Ordi-
narius ipſe expedire iudicauerit, vt prædictæ denuntia-
tiones remittantur, quod illius prudentiæ & iudicio
ſancta Synodus relinquit: Hoc autem patris impedi-
mentum, quando iuſta cauſa impediendi adeſt, propter
magnam inæqualitatem & diſparitatem contrahentiũ
non eſt malitioſum, ſed iuſtum, dummodo non vi aut
violentia quadam id fiat, ſed ratione, vt eſt prædictum:
Erit igitur licitum in conſcientia patri, huiuſmodi ma-
trimonium impedire. Quo † fit, vt Ordinarius tunc 10
temporis non debeat remittere denuntiationes ac pro-
inde licentiam filio contrahendi concedere coram pa-
rocho & teſtibus abſque eo, quod denuntiationes præ-
cedant, etiamſi poſtea ſequi deberent, timens, ne pater
ipſius filij hoc ſciens, valeat huiuſmodi matrimonium
impedire, cum reuera in hac ſpecie ſine cauſa diſpen-
ſet, & non malitioſe ſed iuſte pater poſſit impedire: Fie-
ri enim non poteſt, vt pater filio in matrimonio conſi-
lium præbeat, ſi eo inſcio filius contrahat, quod ex ſe-
quentib. etiam comprobatur atq; verum effici videtur.
Primo, † quia plus eſt inducere ad contrahendum, 11
quam ad non contrahendum matrimonium cum vna,
cum in contrahendo videatur homo perpetuæ ſerui-
tuti alligari, vt cum S. Thoma probat D. Soto *in 4. ſen-*
*tent. diſtin. 29. quæſt. 1. artic. 4.* & tamen non contrahen-
do cum vna remaneat liber, vt cum alia poſſit contra-
here: Poterit ergo etiam ſuaſionibus efficere, ne ali-
quam ducat, quando iuſta cauſſa impediendi adeſt.
Secundo, † quia malitioſe fieri dicitur, quod iniuria 12
fit, dolo adhibito, cum malitia ſit calumnia, vt in ſpecie
exponit gloſſ. fin. *in c. vlt. de clandeſt. deſponſat. recepta à*
*ſcribentibus ibidem*, & à Menoch *lib. 2. de arbitr. iudic.*
*caſu 321.* Hippol. *conſil. 72. n. 73. & conſil. 68. in 1 part.* &
à Socin. Iun. *in l. filiuſfamilias, § diui, n. 6 ff. de legat.* Sed
dolus & malitia hæc non conuenit in hac ſpecie in pa-
tre, quia iure ſuo vtitur, atque ita conſequenter ne-
mini iniuriam facit, dum conſilium filio præbet, ne
contrahat cum minus digna, quinimo filius peccat,
dum hoc caſu conſilium patris reiicit atque ſpernit,
vt eſt prædictum. Quam indignationem late conſide-
rat Pariſ. *conſil. 29. num. 17. cum multis ſeq. lib. 3.*
Tertio, † ſuperiora comprobantur, quia licitum eſt, 13
etiam iure naturæ, vnicuique, propulſare iniuriam, *vt*
*in l. vt vim, cum materia ff. de iuſt. & iur.* Sed filiumfa-
milias ducere vxorem indignam, patre inuito vel in-
ſcio, eſt lædere ius paternæ poteſtatis, ac proinde ipſi
patri iniuriam facere *l. vnic. C. de rapt. virg.* Ex qua ita
cenſet poſt Hoſtien. *in ſum. de cland. matrim. n. 5. Palud.*
*in 4. ſent. qu. 28. qu. 2. art. 1.* Ergo iuſte pater poterit de-
fendere ius ſuum patriæ poteſtatis, matrimonium hu-
iuſmodi impediendo. Nam † is malitioſe aliquid facere 14
dicitur, quod ſalua conſcientia facere non poteſt, cum
malitia ſit peccatum, teſte Apoſtolo *ad Epheſ. cap 4. &*
*1. ad Corinth. cap. 5.* At pater, ſalua conſcientia, impedire
poteſt, ne filius cum indigna contrahat. Ergo malitioſe
impedire non dicitur: Minor probatur lege diuina,
*Geneſ. cap. 24.* vbi Abraham iam prouectæ ætatis factus
ſeniorem † ſeruum ſuum adiurat, ne de filiabus Cana- 15
næorum filio ſuo Iſaac vxorem accipiat, ſed ex terra &
cognatione ſua Et *Geneſ. 28.* ſcriptum eſt, Iſaac itaque
præcipiſſe filio ſuo Iacob; *Noli accipere coniugem de ge-*
*nere Cananæorum, ſed vade & proficiſcere in Meſopota-*
*miam Syriæ, ad domum Bathuel patrem matris tuæ, accipe*
*tibi in vxorem de filiabus Laban auunculi tui*: quod la-
tius proſequitur Menoch. *d. conſil. 69. n. 34. & ſeq.* Con-
ſequentia patet: Igitur, &c.
Quarto, † quia conditio illa; *Si patri placuerit*, in con- 16
trahendis matrimoniis honeſta ac valida eſt, non vero
turpis, *vt in cap. ſuper eo, & ibi, per tuas, de condit. appoſit.*
& ibi communiter Dd. *l. 3. tit. 1. & l. 3. tit. 4. part. 4.* & ibi
Greg Lop. Angel. de Clauaſ. *in ſua ſum. verb. matrimon.*
*impedim. 3. num.* 3. Syluest. *verbo matrimonium, 3. num.* 3
Ergo



Ergo voluntas patris repugnantis matrimonio contra-
hendo, non dicitur afferre iniuſtum impedimentum,
quia ſi verum id eſſet, opus eſſet dicere, matrimonium
contractum, *ſi patri placuerit*, eſſe contractum ſub tur-
pi conditione, cum turpe ſit, quod ex malitia ſit, vt eſt
prædict. Antecedens eſt falſum, vt videmus: Ergo &
17 conſequens.
Quinto, quia † ex huiuſmodi matrimonio filij cum
indigna contrahentis, ſumma diſcordia inter patrem
& filium, & inter conſoceros induci poſſet, vt experien-
tia docet: ſed cauſa vitandæ diſcordiæ & diffidij, iuſta
& rationabilis eſt, vt in hac ſpecie exiſtimauit Abb. *in c.*
18 *requiſiuit, n. 4. de ſpon* vbi exemplificat. Et in his terminis
Felin. *conſ. 26. nu.* 21. Ergo iuſte licet patri impedire hoc
matrimonium: Præmaxime, † quia vere diffidium inter
eos qui ſe amore obcæcati ducunt, facile exoritur ma-
trimoniaq; infelicem ex eo exitum habent, ſicut & quæ
coactione fiunt: *argument. dict. c. requiſiuit*: amor enim
exceſſiuus cogit amantes coniungi abſque prouida in
19 futurum cogitatione. Cuius rei exempla ſunt manifeſta
in diuinis literis. Amnon † enim Dauidis fillius, cũ Tha-
mar deperiſſet, cubauit cum ea & deinde exoſam eam
habuit odio magno nimis, ita vt maius eſſet odium,
quo oderat eam, quam amor quo antea dilexerat, vt
legitur *2. Regum, cap. 13. probat latius* Menoch. *dict. conſ.*
*69. num. 44. & ſequent.* Ergo cum forſan, imo veriſimi-
lite à communiter accidentibus odium cauſabitur in-
ter ipſum virum & vxorem, quia adoleſcens impruden-
tis facti pœnitens, tum præſertim, quod bonis paternis
(excepta legitima) priuari poſſet à patre ſuo, imo etiam
odio ipſius, fratrem vel ſororem meliorabit in his Re-
gnis in tertio & quinto, vt ſibi legibus Regiis permiſ-
20 ſum eſt, vxorem etiam odio proſequi incipiet atque ita
inter eos perpetua erit diſcordia, † quæ ſane cauſa ra-
tionabilis eſt, vt recedatur ab ſponſalibus atque ita ma-
trimonium impediatur vt ſcribit Abb. *vbi ſupra.* Quot
autem & quanta mala ex diſcordia proueniant, copioſe
21 ac ſancte ſcribit Beatus Antonin. Archiepiſcopus Flo-
rentin. *in 2. parte ſuæ Summæ tit. 4. cap. 8.* Accedit, † quod
Deus odio non habet illum, qui vxorem non ducit,
cum tamen illum odio habeat, qui inter fratres diſcor-
diam ſeminat, vt legitur Prouerbiorum *cap. 6.* poteſt
ergo melius omitti matrimonium, quam diſcordiam
inter patrem & filium excitare: præſertim cum ado-
leſcens qui impeditur à patre ducere aliquam vxorem,
non impediatur in bono matrimonij; quia alteram
cum patris conſilio, ſuæ conditioni parem ducere po-
terit, & illa quoque alteri æquali nubere: & hoc di-
22 citur impedimentum † non perpetuum, ſed ad tem-
pus; quod iure patri permittitur, vt in ſpecie poſt
alios notat Decius *in l. nuptias. num. 10. ff. de regul. iur.*
*& Menoch. d. conſ. 69. nu. 52. & 53.*
Præterea † & reſpectu Ordinarii, quod ſcrupulo ca-
23 reat, ſi hoc caſu deneget licentiam contrahendi matri-
monium abſq; denuntiationibus præcedẽtibus, quin-
imo, vt intelligat melius facere, ſi eam deneget, quã ſi
cõcedat, facit: Nam etſi matrimonium magnum ſit Sa-
cramentum, teſtante Apoſtolo *ad Epheſ. c. 5. probat Co-*
*uar. in 4. part. 2. c. 1. §. vnico, nu. 2.* attamen melius eſt Sa-
cramentum hoc omittere, quam diſcordiam inter pa-
trem & filium excitare: Nam ſcriptũ eſt Matth. *cap. 5.*
*Si ergo offers munus tuum ad altare & ibi recordatus fueris,*
*quia frater tuus habet aliquid aduerſũ te, relinque ibi mu-*
*nus tuũ ante altare & vade prius reconciliare fratri tuo &*
*tunc veniens offer munus tuum:* Ergo ſicut munus, quod
diuino numini offertur, non ſe compatitur cum odio
& diſcordia proximi; ita etiam nec matrimoniũ, ex quo
maxima inter patrem & filium ſperatur iure diſcordia,
contrahi debet, quouſque reconcilientur; Non igitur
Ordinarius ægre ferre debet, quod matrimonium hu-
iuſmodi inter valde diſpares, impediri facile poſſit, ſi
tot denuntiationes præceſſerint, & quod mulier ipſa
abſque remedio manebit: Quandoquidem iure opti-
mo & tuta conſcientia abſque malitia aliqua id impe-
dire poſſit pater, vt ſupra probauimus, & huic ſe ſpõte
exponit periculo fœmina, quæ altiori nubere vult, in-
ſcio patre viri. Aliud ergo quærat cõnubium ſuo ſtatui
condecens quod ſi honorem & pudicitiam ſuam indi-
ſcrete profuderit, ſibi imputet, cum præfatus pater iure
ſuo contradicere valeat. Præterea Ordinarius diſpẽſa-
re in hoc non tenetur, niſi quando probabilis ſuſpicio
eſſet, quod matrimonium malitioſe impediri poſſet, ſi
tot præceſſerint denuntiationes, vt in Concilio. Defi-
ciente ergo prædicto malitioſo impedimento, & ſtan-
te iuſto atque rationi iurique conſono, vt monitiones
non remittantur, poteſt & debet formam & ſolemnia
Concilii in matrimoniis contrahendis integre & ſuo
ordine ſeruare: Si ergo hoc poteſt & tenetur. Igitur ſi
obſeruet, nihil timeat: Quinimo in hac ſpecie ſi aliud
faceret, dum matrimonio inter valde impares fauere
vellet, ſibi forſan ſuæque conſcientiæ damnum atque
detrimentum inferret, tanquam cooperator atque ex-
ſecutor peccati filii, nolentis deferre honori patris at-
que obligationi, qua tenetur conſilium eius exquirere
in matrimonio contrahendo. Præſertim quod ipſe fi-
lius, ſi conſilio habito cum patre, adhuc non obſtante
ipſius contradictione, eandem ducere velit vxorem,
pater hoc impedire de facto vel iure non poterit, tunc-
que Ordinarius, præcedentibus denuntiationibus, ſi a-
liud Canonicum non obſiſtat, poterit & debet licen-
tiam præſtare matrimonium contrahendi, ſicque fa-
cienti, quod in ſe eſt. Deus non denegabit ſuum auxi-
lium. Et in terminis ſuperiora omnia, tum ex ſuprad.
tum etiam ex aliis fundamentis latiſſime probat & te-
net Iacobus Menoch. *dict. conſ. 69 num. 15 & ſequent. vſ-*
*que in finem.* Et in parentibus idem probat in terminis
F. Anton. Cordub. *in ſuo tract. de caſos de conciencia, in*
*ſecund editione quæſt. 171. fol. 465. colum. 7. adde nouiſſime*
*Didac. Perez in l. 1. tit. 15. lib. 8 ordinament. fol. 284. colũ.*
*2. de hoc agentem.* Et ita eſt tenendum. quamuis Albor-
noz *lib. 4. del arte de los contratos. tit. 1. del ſancto Concilio*
*Tridentino, in verſ. el octauo capitulo, fol* 153. late probet
contrarium, nempe parochum vel Ordinarium hoc
caſu non remittentem denũtiationes, peccare morta-
liter & tanquam impedientem matrimonium incurre-
re anathema. de qua *in capit. 9. de reformatione matrimo-*
*nii, dicta ſeſſion. 24.* & ad reſtitutionem parti læſæ teneri:
ſed inprimis, quantum ad parochũ, cum ad ipſum hoc
non ſpectet, vt late ſupra reſoluimus *capitulo proximo*,
falſum dicit. Quoad ordinariũ, data maxima inæqua-
litate contrahentium ibidem per ſupradicta, reſpectu
autem anathematis fallitur manifeſte, vt ex infra dicẽ-
dis in fine *huius capituli* apparebit, & ita merito nouiſſi-
me eum reprehendit Menochium, ſequutus Ioannes
Segura *in ſuo directorio iudiciorum eccleſiaſtic. 2. part cap.*
*16, nu. 8 & ſequen.* dicens, quod Albornoz in hoc ventos
de Theſauris ſuis produxit & veniens in altitudinem
maris, tempeſtas demerſit eum: & ita nos cum ſæpe
ac ſæpius fuerimus requiſiti, vt præfatas denuntia-
tiones ante matrimonii celebrationem remitteremus
ob timorem prædictum, quod ſi præceſſiſſent, matri-
monium probabiliter malitioſe impediri poſſet, & ſi
hoc probatos eas remiſerimus, ſemper tamen obſer-
uare ſolitus ſum, an ſit æqualitas inter contrahentes
vel parua diſtantia, tunc enim faciliter annuo, ſi vero
eſſet magna inæqualitas (quod coram me nunquam
contigit) non concederent.
Hæc tamen quamuis ita ſe recte habere videantur,
non tamen carent difficultate, & primo, quia, *vt in cap.*
*præcedenti*, diximus, arbitrio Ordinarii relinquitur, que

& quando hæc denuntiationes fieri debeant, & an omnino remittendæ ſint vel non, vt conſtat ex dicto decreto Concil. Trident. *ſeſſ.24.cap.1. de reformatione matrimon. in verſ. niſi Ordinarius ipſi expedire iudicauerit, &c.* ibi, *quod illius prudentiæ & iudicio ſancta Synodus reliquit*, ius commune etiam idem hoc facit, quemad-
24 modum † ſcribunt Hoſtienſ. *in Summa de clandeſt. deſponſat.num.2. & col.4.* & Petrus de Palude *in 4.ſentent. diſtinct.28.quæſt.2.art.* Ergo recte poterit Ordinarius in prædicta ſpecie iudicare, quod malitioſe, & de facto impediri poſſet hoc matrimonium à parte, idque eſt maxime veriſimile ob magnam inæqualitatem contrahentium, ob quam parentes maxime ſolent indignari
25 & filios exheredes † facere, vel illis omnia bona auferre, excepta legitima, vt paſſim legimus apud doct. *in l.nuptiæ,ff.de regul.iur.* & Felin. *in conſil.16.num.29.* Calcaneus *conſil.13.nu.8.* Pariſius *conſil 19.nu.3. & 46. lib.3. & alibi ſæpiſſime.* Hæc tamen prima difficultas diluitur ex ſupradictis, cum patri liceat hoc caſu ius ſuum defendere, ac iure poſſit ſuaſionibus & cohortationibus filium ab huiuſmodi propoſito dimouere, ac proinde non dicitur malitioſe id facere, & quamuis arbitrio Ordinarij ſit remiſſum, quando debeat denuntiationes remittere, vel non, hoc tamen debet eſſe cum cauſa, vt in capitulo præcedenti late oſtendimus, præcipue illa, quæ à Concilio exprimitur, *in verſ. vt ſit probabilis ſuſpicio, &c.* Hic autem nulla eſt in rei veritate, quinimo aduerſus mentem Concilij fieret, ſi remitterentur, cum, vt eſt prædictum, Concilium ob hanc rationem, vt patri innoteſceret, voluit denuntiationes fieri debere. Ergo Ordinarius concedendo prædictam licentiam abſque admonitionibus, forte excederet fines ſuæ poteſtatis, ita reſpondet Menoch. *d.conſil.69.nu,*
26 *62.& ſequent.*

Secunda † difficultas proponitur ex doctrina Paludani *in 4.ſentent.diſtinct.18. quæſtion.2. artic.3.* dicentis, Epiſcopum ex rationabili cauſa poſſe diſpenſare, ne hæ denuntiationes fiant, nempe quando eſt timor, ne oppoſitum vel peius eius ſequatur propter inæqualitatem eorum, qui volunt ſe habere, aliter fornicabuntur, & parentes ſi ſcirent, vel inferiorem interficerent vel potius falſos teſtes ſupponerent & ſic male impedirent: Si autem ſcirent ex toto celebratum, ex tũc, quia non eſt remedium, parentes ſuſtinebũt. Quę ſane doctrina maxime obeſſe videtur ſupradictis. Nihilominus tamen reſpõderi poteſt, eam procedere ac loqui, vt patet, quando eſt timor ac probabilis ſuſpicio, quod matrimonium, ſi tot præcederent denuntiationes, malitioſe à parentibus impediretur de facto, ne oppoſitum vel peius ex eis ſequatur (vt inquit Paludanus) nempe, quod ſi parentes id ſcirent, inferiorem interficerent, vel falſos teſtes producerent, & ſic male impedirent de facto, quo caſu malitioſum impedimentum cum ſit, & cum peccato, atque mors aut aliud grauiſſimum ſcandalum ſequi probabiliter timeatur, ob euitandum hoc maius malum, minus eſt permittendum, nempe, vt iſti contrahant ſine denuntiationibus præcedentibus, quia parentes id ſcientes poſt contractum matrimonium, cum iam non ſit remedium, ſuſtinebunt, & quamuis inde diſcordia & cætera, quæ *ſupra* conſiderauimus, oriri poſſint, non tamen eſt omnino certum, ea oritura aut ſaltem tantum nocitura, quantum damnum ſequi poſſet ob prædictas denuntiationes, ſi parentes reſcitẽt: Et ideo merito, vt hoc caſu Ordinarius diſpenſet atq; licentiam præſtet contrahendi matrimonium abſque denuntiationibus præcedentibus, ad euitandum maius malum, & hoc eſt, quod vult & tenet Palud. *vbi ſup.* Hoc autem deficiente, ſed ſtando in terminis prius po-
27 ſitis, licitum erit patri vti ſuo iure, dum tamen iuſtam metam non excedat † atque minis, dolo, vi, falſitate vel calumniis non vtatur, alias ſecus; Quare prudenter ſe habere debet hac in re pater, ne dum honori conſulere vult, animæ ſuæ detrimentum patiatur: Ordinarius
igitur, quando pater iuſte impedire poteſt, non † debet 28
remittere præd. denuntiationes. Si vero timeatur maius aut peius damnum ex ipſis denuntiationib ſi præceſſerint, tunc iuxta doctrinam Palud. ſatius erit eas remittere & ita intelligenda eſt hæc materia.

Quod ſi † non eſſet inæqualitas inter contrahentes, 29
vel ſi qua adeſſet, eſſet quidem parua omnibus penſatis vel à fortiori, quando filius vel filia meliori nubere vellet, tunc etſi pater conqueri poſſit, quod filius ſine conſenſu eius id faciat, attamen impedire matrimonium iuſte non poterit, ordinariuſque, ſi timeatur probabiliter huiuſmodi impedimentum, remittere iuſte poterit prædictas denuntiationes: ſed & alij caſus malitioſi impedimenti videri poterunt in propoſito per Ioann. Segur. *vbi ſupr.d.2.part.c,16.nu.10. & ſeq.* quarum præ-
cipua eſt, quando filij ſub poteſtate nouercali poſiti 30
ſunt, quia † inde malitia præſumi poteſt, maxime, ſi ex hęreditate materna facti ſunt diuites, quia tunc ob matrimonium contrahendum, parentes bonorum fructus amittant, quælibet obiicient malitioſa impedimenta:
Tandem reſoluit *nu.17.* cauſæ cognitionem † ſaltem 31
ſummariam fieri oportet, vt in his diſpenſetur, nec ex aliqua latenti cauſa, iudici tamen cognita, licere, de quo *ſupra* eſt dictum.

Tertia † & vltima difficultas aduerſus ſupradicta, eſt 32
ex decreto *de reformat.matrim.c.9.ad fin.eiuſ.14.ſeſſ. ſacri Concil. Trident.in verſ. illo,* qui eſt huiuſmodi: Quare cum maxime nefarium ſit, matrimonij libertatem violare & ab eis iniurias naſci, à quibus iura exſpectantur, præcipit Sancta Synodus omnibus cuiuſcunque gradus dignitatis & conditionis exſiſtãt ſub anathematis pœna, quam ipſo facto incurrant, ne quouis modo directe vel indirecte ſubditos ſuos vel quoſcunque alios cogant, quominus libere matrimonium contrahant: Et his namque verbis videtur parentibus interdictum ſub præd. pœna (quæ propter inobedientiam aperte præſupponit peccatum mortale) ne filiis matrimonij contrahendi, cum quibus voluerint, fœminis libertatem quoquo modo impediant. Quę tex. Sacri Concil. multis verbis contendit & affirmat eſſe extendendum ad parentes & alios impedientes matrimonium, *Albornoz lib.4.del arte de los contratos tit. 1. del ſancto Conc. Trid. fol.157.in verſ.el.c.8.* Nihilominus tamen de ſua hac re opinio falſa eſt & abſq; ſolido fundamento & ratione, quinimo contra verba expreſſa principij & præfationis *d.c.9.* quia loquitur in Dominis temporalib. & magiſtratibus, qui viros & mulieres ſub eorum iuriſdictione degentes maxime diuites vel ſpem magnæ hæreditatis habentes, minis & pœnis adigunt, cum his matrimonium inuitos contrahere, quos ipſi Domini vel magiſtratus, illius præſcripſerint, vnde deciſio illius capit. intelligi debet iuxta ſui præfationem & principium, atque ad id referenda *iuxta l.fin.cum ſimil.ff. de hered.inſt.* idque conſtat expreſſe ex verſiculo ſequenti prius relato ex dictione illa, *quare, &c.* quæ cauſalis eſt præcedentium; Vnde pœna præfata ſiue prohibitio extendi non debet ad alias perſonas, quam *ibi* enumeratas, *iuxta l.interpretatione,ff de pœnis,&c.pœna,de pœnitẽtia, diſt.2.l. quod verò,ff. de legib. c ap.ſtatutum, de elect. libro ſexto*, & ita remanet ſublata præcedens tertia difficultas atque materia hæc ſatis explicata.

### SVMMARIVM.

1 *Verba hæc;* Non ducam vxorem niſi te & ſimilia, *quid operentur? & nu.ſeq.*
2 *Dictio,* niſi, *præcedentem negationem ſequuta affirmat quod ponit, ſequuta vero affirmatiuam negat.*
3 *In matrimoniis contrahendis in dubio, quem valorem habere debeant verba prolata, communis ſenſus attendendus eſt.*



4 *Communis ſenſus verborum præualet propriæ dictionis ſignificationi.*
5 *Sermones probati vulgari lingua, iuxta communem vſum loquendi interpretandi ſunt, ſed prolati in literali ſermone, ſecundum artem literarum vel groſſum modum loquendi.*
6 *Loquentium qualitas & conditio in propoſito, etiam attendenda eſt.*
7 *Communis ſenſus verborum, de quibus in nu.1. videtur eſſe, vt inducant matrimonium de præſenti, alij exiſtimant, vt ſponſalia de futuro inducant, alij diſtinguunt, vt in nu.12. tertia opinio tenenda. nu.13. ponitur, & num.18.*
8 *Verba conſenſum de præſenti exprimentia eſſe debent ad inducendum matrimonium de præſenti, nec verba ad hoc ſunt neceſſaria, ſed ſatis eſt, conſenſum de præſenti induci per ſigna, non ſolum in muto, ſed etiam in valentibus loqui, vt in nu.9.*
10 *Qando oratio præcedens inducit ſolam potentiam, dictio,* niſi, *ſubſequuta ſolum negat potentiam, ſi vero oratio præcedens actum induxerat, dictio,* niſi, *actum quoque negat.*
11 *Matrimonium de præſenti, hodie, attento ſacro Concilio Tridentino, nullum contrahi poteſt, niſi coram parocho vel alio ſacerdote de ipſius vel ordinarij licentia & duobus vel tribus teſtibus.*
14 *Promittens non alij, quam Titio fundum ſe vendit urum, non tenetur abſolute illi eum vendere, ſed tunc demum, cum alij venditurus ſit.*
15 *Idem eſt dicere, non vendam domum hanc, niſi tibi, vel alij quam tibi.*
16 *Oratio negatiua, iuxta Dialecticas traditiones, nihil aſſerit neque ponit ex ſe ipſa, niſi aliud extrinſecum affirmatiuè addatur, exempla hic, & nu.17.*
19 *Matrimonium iure communi contrahitur his verbis,* contraho matrimonium, & non cum alia niſi tecum.
20 *Spõſalia de futuro ſunt, ſi promittens dixerit;* Ducam vxorem & non aliam niſi te, vel promitto contrahere matrimonium, & non cum alia niſi tecum.
21 *Verba hæc;* promitto quod non habebo aliam mulierem in vxorem niſi te, *non inducunt matrimonium de præſenti.*
22 *Si puella iuueni ſe interpellanti reſpondeat,* nolo, vt me cognoſcas, niſi honeſte, *atque ita ſe facturum iuuenis receperat vitiauerat que, matrimonium contractum non videtur.*
23 *Verbum,* volo, *adiunctum infinitiuo deſignanti initium actus, eiuſque ſuſpenſionem in his, quæ à ſola voluntate diſponentis pendent, erit contractus ſponſaliorum, nempe;* volo contrahere tecum matrimonium: *erit tamen matrimonium, ſi dicta verba deliberate ad interrogationem alterius prolata fuiſſent, vel quãdo præceſſiſſent tractatus de matrimonio contrahendo, vt in n.24.*
25 *Verba hæc,* Ego te volo accipere in meam, *indicantur ſponſalia de futuro, ſi autem conſtat de intentione: ei eſt ſtandum in foro conſcientiæ.*
26 *Verbum,* volo, *adiunctum verbo denotanti exſequutionem actus perfecti, & ſic matrimonij exercitium;* vt volo te habere in vxorem, vel tenere in vxorem, *inducit matrimonium de præſenti, niſi præcederent ſponſalia de futuro, vt hic.*
27 *Verba hæc,* volo te in vxorem, ſi mulier ſimiliter concedat, *inducunt matrimonium de præſenti.*
28 *Verba hæc,* volo te eſſe vxorem meam, *quando inducant matrimonium de præſenti, & quando non.*
29 *Verba hæc,* iuro, vel promitto, quod te habebo in vxorem, *an inducant matrimonium vel ſponſalia de futuro.*
30 *Verba quæ propriè competunt contrahendo matrimonio ſi tempore futuro pronuntientur, inducunt tantum ſponſalia de futuro.*
31 *Text.in c.ex parte, de ſponſalib. iuncta ſua gl. communiter approbata intellectus.*
32 *Text.in c.ſi quis diuinus, in princ.30.quæſt.5 intellectus & num.ſeqq.*
33 *Leges Cæſarum in Decretorum libro relatæ tunc cenſentur canonizatæ, cum in ipſomet canone ab aliquo Pontifice edito incorporatæ aut inſertæ fuerint.*
34 *Ex traductione, an præſumatur matrimonium?*
35 *Verba hæc iuro, vel promitto, quod te habebo in vxorem, inducunt matrimonium de præſenti, ſubſequuta traductione ad domum ac ſimul tractatu præſenti matrimonialis vel quoties communis vſus loquendi & intellectus prædictorum verborum is eſſet, vt ex eiſdem matrimonium de præſenti celebratum intelligeretur.*
36 *Verba hæc, promitto, quod ducam te in vxore, & tenebo te pro legitima coniuge, non inducunt matrimonium de præſenti, ſed ſponſalia de futuro.*

---

## CAPVT XXI.

### Verba illa, non habebo aliam vxorem vel non ducam aliam vel aliquam in vxorem niſi te, vel non erit mihi alia vxor niſi tu, quid inducant? & quid de aliis, de quibus in hoc capite.

FRequens in iudiciis & vſu forenſi, ſolet eſſe illa 1
controuerſia; *An promiſſio hæc aliquando cum iuramento facta: Non habebo aliam vxorem, vel non ducam aliam in vxorem niſi te, vel non erit alia vxor mea in vita mea, niſi tu, inducant matrimonium de præſenti, an vero ſponſalia de futuro pura vel conditionalia.*

Et primo † videtur per præd. verba matrimonium 2
de præſenti contrahi: Nam dictio, *niſi*, præcedentem negationem ſequuta, affirmat quod ponit, ſequuta vero affirmatiuam negat. *l.ſi eum,§.qui iniuriarum,ff.ſi quis cautio, l.actione, C.de tranſactione, vbi Bartolus & omnes notant, l.feriatis, C. de feriis, & optime Henricus in c. de quarta de præſcription.* ſed in præſenti ſpecie, dictio, *niſi*, ſequitur negationem præcedentem. Ergo affirmat, ac per conſequens matrimonium de præſenti præd. verbis contractum eſſe videtur.

Secundo, quia † in matrimoniis contrahendis in du-
bio, quem valorem habere debeant verba prolata, com- 3
munis ſenſus attendendus atque obſeruandus eſt, *vt in c.ex literis, el. 1. de ſponſ. & ibi communiter Doctores & comprobatur ex l. Labeo, ff. de ſuppellect legat. gl. notanda in l. librorum, §. quod tamen Caſsius, ff. de legat. 3.* quæ aſſerit communem ſenſum verborum præualere propriæ dictionis † ſignificationi, Bart. *in l.talis, in princ. ff. de le-*
*gat.1.* Rolland à Valle *alios allegans conſ.42.n.28.lib.4. &* 4
*plurimos referens Palacz de maiorat.1.part.qu.65. nu.10. & in initio 2.part.n.27.& ſeq.* Bernard Diaz de Lugo *in regul.796. &* ibi *additio*, *Mexia in l. Regia Toleti in 2. fundamento 1.part.n.6.& ſequent.fol.36.* Et inquit ſingulariter Bald. *in l. duodecim, num.3. C. de legit.hered.* quod ſermones prolatos vulgari lingua iuxta communem
vſum loquendi, debemus interpretari, ſed prolatos † 5
in literali ſermone debemus interpretari ſecundum artem literarum, vel ſecundum groſſum modum loquendi literaliter, *vt in dicto §. quod tamen Caſsius*, notat Ant. de Burgos *in rubric. de emptio. & vend. colu.fin.* Iaſ. *in l.ſi auia, col.fin. C. de ſucceſſ. edict.* & hoc † ipſum in coniu-
gali contractu notat Ioannes *in Summa confeſſorum, lib.* 6
*4.titul.2.quæſt.1.* in quo etiam attendenda eſt loquentium qualitas & conditio, *c. ſolitæ, de maiori. & obed.* Abb. *conſ.78.vol.2.col.2.* Couar. *in 4.par.2.c.4.§.1.n.2.*

7 Sed prædictorum † verborum hic videtur eſſe communis ſenſus, vt matrimonium de præſenti inducant, ſecund. Abb. *in cap. ex parte, de ſponſal. num. 8. & Præpoſ. num. 7. & alios*, præcipuè inter ruſticos prolatorum. Ergo, &c. Præterea in dubio fieri debet interpretatio pro matrimonio, *vt in cap. fin. de re iudic. cap. videtur, & ibi notatur qui matrim. accuſ. poſſ. & in terminis hanc partem probarunt* Ioan. Andr. Cardin. Abb. Præpoſit. *num. 7. dicens communem in dict. cap. ex parte, de ſponſ. &* ibi *additio* Abb. *num. 8. litera B. dicit communem*, ſequitur Alex. *conſil. 152. nu. 4. volum. 5.* Barbat. *conſil. 6. colum. 4. volum. 1.* Iacobus Leoniſa *inter conſilia matrimonialia, conſil. 52. num. 5. & ſequent. volum. 1.* vbi *nu. 9.* per conſequens reſoluit, non tenere matrimonium poſtea contractum, etiamſi carnali copula fuerit conſummatum: Eandem ſequitur Syluest. *verb. matrimonium, 2. quæſt. 10.* Iaſ. *num. 4* & Cur. Iun. *num. 5. in l. actione, C. de tranſact. vbi Dec. num. 6. Purpurat. 49.* hanc teſtantur eſſe communem, communem etiam affirmat Præpoſit. *in dict. cap. ex parte, num. 7.* ex quibus idem profitetur Couarr. *vbi ſupra* & D. Anto. Padilla *in dict. l. actione, num. 12.* & Villalob. *in ſuis communibus opin. litera M. nu. 56. vbi addit l. 15. tit. 1. part. 4.* Hæc tamen communis ſententia in primis iure communi non ſubſiſtit; Quoniam ad inducendum
8 matrimonium de præſenti (cum ſit grauiſſimum onus) verba † conſenſum de præſenti exprimentia eſſe debent, *vt in cap. penult. de ſponſ.* cuius hæc eſt communis interpretatio, nẽpe cum dicit vir fœminæ *accipio te in vxorem*, fœmina vero è conuerſo reſpondet, *& ego te in virum accipio, vel placet*, vt docet Magiſter ſentent. *in 4. diſtinct. 27. c. 2. &* ibi *Theologi, præcipuè* Sot. *quæſt. 1. art. 2.*
9 *concluſ. 3. late id probans*: non † tamen intelligendum eſt, verba eſſe præcipue neceſſaria; Quia quãuis vtilia ſint attamen ipſa non ſint præciſe neceſſaria, ſed ſatis eſt, conſenſum exprimi per ſigna, dummodo talia ſigna ſint vt neceſſario exprimant conſenſum de præſenti, non ſolum in muto, ſed etiam in valentibus loqui, ſiquidem ſubſtantia non mutatur ex accidentibus, ita tenent gl. Hoſtien. Anton. Cardin. Abb. atq; communiter doctor. *in dict. cap. tua. de ſponſ.* ita intelligentes tex. illum, teſtaturque communem Modernorum, ibidem Abb. *nu. 2.* & plurimos referens idem ſequutus Couarr. *in 4. 2. part. c. 4. in princ. nu. 1.* vbi plura ex hoc infert. Et tenent communiter Theologi *in 4. diſtin. 27. vt teſtatur Angel. verb. matrimonium, 2. num. 4.* vbi quod prædict. ſigna exteriora neceſſario requiruntur, alias ſine ipſis non contrahi matrimonium.

Hic autem, nec verba nec ſigna conſenſum de præſenti exprimentia interceſſerunt, ſed potius futuri temporis, *Non habebo, &c.* Igitur nullo modo poteſt dici, contractum eſſe matrimonium de præſenti. Et in terminis ita tenet Speculat. *in tit. de ſponſal. in princ. num. 3.* loquens in illa promiſſione, *iuro*, vel *promitto, quod nunquam habebo aliam vxorem niſi te.*

10 Secundo, quia † non obeſt primum fundamentum communis *ſupra* adductum de dictione, *niſi*, nempe quod ſequuta negationem præcedentem affirmet: Nam etſi id fateamur, adhuc non probatur intentum communis; Quoniam etſi huiuſmodi promittentes: ſe, clarius promittant, habere vel accepturos in coniuges, nõ ex hoc cenſebitur contractum matrimonium de præſenti, vt *infra* dicemus. Præterea, † quia, quando oratio præcedens inducit ſolum potentiam, dictio, *niſi*, ſubſequuta, ſolum negat potentiam ſi vero oratio præcedẽs, actum induxerat, dictio hæc, *niſi*, actum quoque negat, vt docet Bart. *in dict. l. actione*, ſic interpretatus *in l. Titia, §. fin. ff. de manumiſ. teſtam.* nempe, quod vbi ſublata ſit tantum hæredi facultas dandi libertatem illi ſeruo, & ſic potẽtia, nempe, *Oneſiphorus ille liber eſſe non poſſit niſi rationes diligenter excuſſerit*: & ideo his verbis potius adempta libertas videtur quam data: quam Bartolus & cæteri idem probaſſe videntur, & eſſe communẽ teſtatur Decius *ibid. numer. 5.* optime declarans idem Bart. *in dict. § fin. & in d. l. ſi cum, §. qui iniuriarum, num. 9.* vbi eum recentiores ſequuntur & communem teſtantur Ioan. Oroſcius *ibidem numer. 7.* & Couarruuias *vbi ſupra, num. 6. & 9.* & præterea Doctor Padilla *in dicta l. actione, nu. 10.* Cum igitur aliquis promittit alteri, ſe non habiturum aliam vxorem vel non ducturum aliam in vxorem, vel quod non erit altera vxor ſua, niſi illa, verbis potius adimi, quam præſtari conſenſus de præſenti videtur.

Secundum etiam fundamentum communis ſententiæ non obeſt: Nam etſi fateamur, communem ſenſum verborum in matrimoniis contrahendis aduertendum fore, negamus tamen, in præſenti ſpecie eum eſſe actum coniugalem de præſenti: nec ita, etiam inter ruſticos interpretatum eſſe, ſed tantum quod ipſa verba ſonant. Cuius interpretatio cum capi non poſſit à communi vſu loquendi, a proprietate, & ſenſu verborum iure accipienda eſt, qualis eſt, quæ paulo poſt in tertia opinione exponetur.

Attento præterea † Sacroſancto Concilio Triden. 11
*ſeſſ. 24. c. 1. de refor. matr.* certiſſimum eſt, nullum poſſe contrahi matrimonium de præſenti, niſi præſenti parocho, vel alio ſacerdote de ipſius parochi ſeu ordinarij licentia, & duobus vel tribus teſtibus: Quo fit, vt ſi prædicta verba, vel alia etiam de præſenti ſine parocho vel etiam coram ipſo, ſine teſtibus proferantur, non fiat matrimonium, quod ſi coram parocho & teſtibus affirmentur, adhuc communis opinio præfata tenenda non erit, cum vera non ſit, ſed quod ſtatim in tertia opinione dicemus.

Rurſus alij † exiſtimant, ex præd. verbis ad minus 12
ſponſalia de futuro induci, vt refert Didac. Couarr. *vbi ſupr. d. nu. 6.* ſed expreſſius Iacobus Leoniſa *dicto conſil. 52. num. 1.* dicens, hoc eſſe exploratiſſimi iuris, & quod nec dubium minimum quid eſt, quia verba illa: *Nullam accipiam in vxorem, niſi te*, exponuntur: Ergo accipiam te in vxorem, &c. eſtq; communis opinio Doct. ſecundum Adrianum in 4. *quæſt. 12. de matrimonio*, quam ipſe probauit, quando verba ita conciperentur; *Non contraham cum aliqua muliere quam, vel niſi tecum, vel non contraham cum aliqua muliere, ſed tecum*, ſecus ſi ita dictum fuerit; *Non contraham cum aliqua muliere à te vel quam, vel niſi tecum*, quia tunc nec ſponſalia contracta cenſebuntur, vt *ibi* per eum: ſed hanc differentiam irridet Soto *in quarto ſentent. diſtinct. 29. quæſt. 2. articul. 3. circa finem*, & nihil ad noſtram rem conducere affirmat Couarruuias *vbi ſupra*, ſi communis verborum ſenſus accipiendus eſt, vt dixit: Quare Palud. *in 4. diſt. 27. quæſt. 1. articul. 1. colum. 3. in verſ. ſed ſi dixiſſet*, tenet, quod ſi quis dixerit: *Promitto tibi, quod non ducam aliquam niſi te*, non tenetur in foro conſcientiæ, ſi dicat quod non intendebat ſe præciſe obligari, quia creditur ei, niſi ſit ſibi conſcius, quod voluerit ſe obligare, ſi autem non recolit quid intendebat, diſtinguendum eſt, ſicut in foro exteriori; Quia aut dixit, *non ducam niſi te*, & tunc veritas loquutionis de virtute ſermonis, vel ſaltem de vſu loquentium habet: Ergo ducam te, ex quo agebatur de ſponſalibus puris contrahendis, ſi autem dicat; *Non ducam aliam à te*: non ſequitur: Ergo ducam te: idem videtur tenere Doct. à Sot. *vbi ſupra*, exiſtimans appoſita dictione, *niſi*, conſulendam eſſe in foro conſcientiæ intentionem contrahentis qualem habuerit, in foro tamen contentioſo aliunde eſſe explorandam, nempe, vt ſi tunc communis intelligentia verborum non liqueat, *iuxta dict. cap. ex literis, el. 1. de ſponſal.* ex cauſis, & appendicibus veritas indaganda



ſit, vt ait Hilarius *in cap. intelligentia, de regul. iur.* quod & ſequitur Padilla *vbi ſup. in finalib. verb.* ſed hoc quoad forum conſcientiæ dictum mihi placet, quoad forum tamen exterius, veritate indagata ac ſenſu verborum iuridice accepto, ſtatuenda eſt ſequens concluſio.

13 Nihilominus † in propoſito tertia opinio atque concluſio huiuſmodi vera ac tenenda eſt, vt qui promiſit cum iuramento vel abſque eo, *non ſe ducturum aliam in vxorem*, vel *quod non habebit aliam vxorem*, vel *quod non erit ſibi alia vxor, niſi Maria, vel alia fœmina*, non cenſeatur ex hoc matrimonium contraxiſſe cum ipſa, nec ſponſalia de futuro abſolute, ſed ſub conditione, ſi coniugalem vitam promittens elegerit, vt tunc cum illa, cui facta fuit huiuſcemodi promiſſio, contrahere debeat, poterit tamen, ſi maluerit continere atq; in cœlibatu viuere, nec reus erit factæ promiſſionis; Quandoquidem virtute ipſius illi præciſe matrimonialiter coniungere non tenetur. Hanc tertiam ſententiam ad literam probauit Anton. de Butr. *in d. c. ex parte, el. 1. 10. de ſponſ.* & ibi Doct. voluit & Alciat. *in d. l. actione num. 16.* & quod non cenſeatur contractum matrimonium per præd. verba magis communiter tenetur *ſecundum Gom. in princ. Inſtit. de actio. n. 10. verſ. non obſtat.* Et hanc tertiam opinionem in terminis in vtroque ſequitur & probat D. Couar. *vbi ſupra n. 8.* Eſtque communis prout ex Gom. *vbi ſupra* refert Padilla *dict. num. 12. in dict. l. actione* Gom. tamen *vbi ſupra* loquitur tamen, vt prædiximus, reſpectu matrimonij, vt illud non cenſeatur contractum per præd. verba, vt magis communiter tenetur, non tamen loquitur in ſponſalibus, & ipſam ſequitur contra Syluest. Pedaza *in ſua Summa in 6. præcepto diuino, num. 19. verſic. pero vna duda ay, fol. 67. colum. 2. Specul. coniug. 1. part. artic. 17. q. vlt. fol. 118.*

14 Cuius † quidem ſententiæ optimum fundamentum eſt, *ex l. ſi ſterilis, §. penult. verſ. ſed & ſi tibi ff. de actio. emt. & in l. qui fundum, la 2. ff. de contrahenda emt.* vbi probatur, quod ſi quis promiſerit fundum ſe non venditurum alij, quam ſibi, non ex eo eſſe obligatum eum abſolute fundum illi vendere, ſed tunc demum, ſi illum alij vendiderit, hoc eſt, vt ſi illum vendere libuerit, illi vendere teneatur, quod ſi alij de facto vendiderit atque tradiderit, tenebitur priori reſtituere quanti eius interfuerit fundum ſibi venditum fuiſſe. Et ita ex illo text. videtur colligere gl. ordinaria in illo §. *qui iniuriarum, in verſ. idem Pomponius*, quam ibi ita declarat Bart. *n. 5. & 10.* & cæteri ſequuntur, eſtque communis traditio, vt plurimis in id citatis affirmat Padilla *vbi ſup. nu. 11.* Ergo ita etiam in propoſito dicendum eſt: Nec refert, quod Iuriſconſultus in d. §. *penul.* loquitur in dictione *quam* nos vero de dictione *niſi*, quia, idem eſt dicere,
15 Non vendam domum hanc, niſi tibi, † vel alij quam tibi, vt adnotauit Lauren. Valla *lib. elegant. 3. c. 54.* & probatur *in l. conſulta diuinalia, C. de teſtam. trad.* Couar. *vbi ſup. dict. n. 8.* probatur vlterius eadem ſententia, quia
16 iuxta Dialecticas traditiones, oratio negatiua † nihil aſſerit nec ponit ex ſe ipſa, niſi aliquid extrinſecus affirmatiue addatur; veluti ſi quis promittat non alienare domum extra famil. cum nihil ponat, hæc oratio ex ſe ipſa non videtur promittere, ſe omnino alienaturum intra familiam: vel ſi Rex promittat, non gerere bellum hoc anno, niſi contra Turcam, quia tunc dictio *niſi*, reſoluitur in conditionem, hoc pacto: Si bellum geſturus eſt, hoc anno Rex illud promittit gerere contra Turcam, non vero promittit pure & abſolute illud gerere: & hac ratione conſtat deciſio tex. in d. *l. ſi ſterilis, §. pen. in verſ. ſupracitato.* Si vero extrinſece aliquid affirmatiue adiiciatur, vel expreſſim † vel ex ma-
17 teria ſubiecta & natura rei; poteſt oratio negatiua aliquid aſſerere & ponere, veluti: Homicidium hodie commiſſum eſt, & nullus, niſi Petrus illud commiſit: Igitur Petrus illud commiſit: vel promitto vendere domum hanc, non alij quam tibi; Ergo promitto vendere domum tibi, & ſic de ſimilibus. In propoſito igitur ita dicendum eſt, vt promittens non habiturum vel non accepturum aliam in vxorem, vel quod alia non erit vxor eius, niſi Maria, cum hæc oratio omnino negatiua ſit, nihilque extrinſecus affirmatiue addatur expreſſim, nec ex natura rei ſuperintelligatur; non ex eo promiſiſſe videtur Mariam ducere in vxorem, quia tunc dictio *niſi*, reſoluitur in conditionem hoc modo, vt ſi promittens coniugalem vitam elegerit, cum Maria contrahet matrimonium, ſeu illam habebit in vxorem, non tamen promittit, ſe abſolute coniugalem ſtatum electurum: Erit itaque promiſſio ſponſaliorum conditionalis, vt prædiximus, ex quibus ſatis noſtra hæc tertia
ſententia probata manet: Limitari † tamen poterit ſe- 18
cundum Specul. *vbi ſupra*, niſi ante huiuſmodi verborum prolationem inter eos de contrahendo matrimonio agebatur, & poſtea ea pertulerunt, intendentes matrimonium contrahere, de quo conſtat, ignorantes forte aptiora verba proferre, ſequitur Greg. Lopez *in l. tit. 1. part. 4. in gloſſ. magna, ad fin.*

Ex ſuperiorib. † infertur, matrimonium (cæteris ſo- 19
lemniis concurrentibus) contrahi iure communi, his verbis: *Cõtraho matrimonium, & non cum alia, niſi tecum.* Secundo eſſe ſponſalia de futuro, ſi promittens dixerit; *Ducum vxorem, & non aliam, niſi te, vel promitto contra-*
*here † matrimonium, & non cum alia, niſi tecum*, vt faten- 20
tur Andr. & Couar. *vbi ſupra*: His enim duobus caſib. aliquid extrinſecus affirmatiue adiicitur atque præponitur orationi negatiue, & ideo inducitur diſpoſitio iuxta tempus verbi: ſecundo ex ſupradictis fit, vt dubitari poſſit ex opinione Abb. *in d. c. ex parte, n. 8. de ſponſ.* dicens, quod ſi quis dixerit mulieri, *promitto, quod non habeo aliam mulierem in vxorem niſi te*, per hoc videtur matrimonium de præſenti eſſe contractum, quia etſi præcedat extrinſecus aliquid affirmatiue, hoc eſt,
*promitto*: adiungitur † tamen poſtea verbo futuri tem- 21
poris, *habebo*, & ideo contra Abb. *vbi ſupra*, tenent recentiores & cum eis Alciat. *in dict. l. actione, n. 16.* & Angel. *in Summa, verb. matrimonium, 2. num. 12.* vbi opinionem illam Abbatis credit veram, ſi verba ſint prolata de præſenti, nempe; *Nolo habere aliam vxorem niſi te*, quod enim conſtat Abb. *vbi ſupra*, ſed verius hoc caſu, etiam contra Abb. tenet Alcia. *vbi ſupra*, quia adhuc ſunt verba futuri temporis.

Vltimo, † ex ſuperioribus falſitatis vitio conuinci- 22
tur opinio Barbatij *conſilio 6. volum. 1.* tenentis, quod ſi puella iuueni ſe interpellanti reſpondeat, *nolo vt me cognoſcas niſi honeſte*, atque ita ſe facturum iuuenis receperat vitiaueratque, matrimonium contractum videri, cum honeſte eo modo attingi mulier citra matrimonium nequeat: Nam, vt eſt *ſupra* probatum, abſque conſenſu de præſenti expreſſo, verbis vel ſignis æquipollentibus, matrimonium contrahi non poteſt, nec veriſimile eſt, his verbis, tam conſenſiſſe, quam puellæ ſimplicitati illuſiſſe. Et ita merito contra Barbat. in hoc tenuerunt Calderin & Præpoſit. *in dicto cap. ex parte*, Pius *in l. 2. C. de ſecund. nupt.* & cum eis Alciat. *in dict. l. actione, num. 16. C. de tranſactionibus*, quod hodie in dubium eſt, attento Sacro ſancto Concil. Trid. iuxta quod matrimonium de præſenti aliter contrahi non poteſt, quam coram parocho & teſtibus &c. vt in eo cauetur.

Dubium † autem inſurgit; An verba hæc: *Volo con-* 23
*trahere tecum matrimonium*, ſignificent præſentem coniugalem conſenſum? In quo, vt breuiter agamus, reſoluo: Primo, quod cum hoc caſu verbum, *volo*, adiunga-

tur in infinitiuo deſignanti initium actus eiuſque ſuſ-
penſionem,in his, quæ à ſola voluntate loquentis pen-
dent,erit contractus ſponſaliorum.Ita Io. And.& Abb.
*in d.ex literis,de ſponſal.*quorum opinio eſt communis
ſecundum Boer.*dec.n.6.3.* loquentem in illis verbis:*vo-*
*lo te in vxorem accipere,*eſtque magis communis *in d.c.*
*ex literis,*vt teſtatur Cou. *vbi ſup.n.4.* alios in idem ci-
tans aduerſus Summas Ioan.& Aſtenſ.aſſerentium,iſto
caſu nec ſponſalia eſſe contracta,& contra Card. *in d.c.*
*ex literis,*aſſerentium,per prædicta verba contractũ eſſe
24 verum mattrimonium.Cuius + opinio intelligi ac ſal-
uari poſſet,ſi dicta verba deliberate & ad interrogatio-
nem alterius prolata fuiſſent , vel quando præceſſiſſet
tractatus de matrimonio contrahendo,ſecund.eundem
Card.*in Clem.1.q.20.de conſang.& affin.* vel ſi commu-
nis vſus loquendi hanc ſignificationem matrimonij re-
ceperit,iuxta eund.Card.*in d. c.ex literis,* quem ſequu-
tus ita interpretatur ac docet Couar. *vbi ſupra d.n.4.*
Ignat.Salced.*in addit.*ad Bernar.Diaz de Lugo,*in regul.*
*775.* qui ſupradictam magis communem opinionem
refert ac probat cum prædictis declarationibus: intel-
lige tamen hoc verum , ſeruatis ſolemniis neceſſariis
Concil Tridentini *ſupra* relati:Idem prope eſſe in pro-
25 miſſione iſta *Ego te volo accipere in meam.* vt†primum ſi
conſtat de intentione,ipſi ſtandum ſit in foro conſciẽ-
tiæ, ſi vero de ipſa non conſtet , indicentur ſponſalia
de futuro,non vero matrimonium,tenet Paludan *in 4.*
*diſtinct.27.qu.2.artic.4 concl.5.* niſi præceſſerint verba
matrimonij de præſenti , quia tunc per dicta verba vi-
detur vel ſaltem præſumitur,ea proferens exſequutio-
nem manifeſtare,ſecundum Adrian.vt refert & ſequi-
tur Specul. *coniug.1.part.art.17.1.2.& 3.concluſionibus:*
adde tu,quod debent ſeruari tunc ſolemnia Conc.Trid.
vt ſuperiori caſu prædiximus.

26 Si vero † verbum,*volo,*adiungeretur verbo denotan-
ti exſequutionem actus perfecti & ſic matrimonij e-
xercitium,*vt volo te habere in vxorem,vel tenere in vxo-*
*rem,* cum iſti actus præmittant contractum matrimonij
cenſebitur per præd. verba matrimonium de præſenti
contractum , vt videntur conuenire in hoc doct.*in d.c.*
*ex literis,*præcipuè Hoſtienſ.Anton.& Abb.qui hoc ex-
preſſe tenent,Henricus & Abb.*in d.cap.ex parte* , Iaſon
*in l.ſerui electione,in princip.nu.50 ff.de legat.1.* ſequitur
Syluest.*in Summa verb.matrimonium,2.queſt.9.numer.9.*
vbi in fine hoc limitat , niſi præcederent ſponſalia de
futuro, nempe dicendo;*promitto quod ducam te in vxo-*
*rem & tenebo te pro legitima coniuge:*quia per verba præ-
cedentia:ſequentia reſtringuntur in tempus matrimo-
nij contracti ,id eſt , quando matrimonium erit con-
tractum , non igitur ex præd. verbis cenſebitur tunc
matrimonium de præſenti contractum , ſed tantum
ſponſalia de futuro.

Supradicta tamen recepta Doctorum ſententia *in d.*
*c.ex literis* ,quam modo retulimus , nempe matrimo-
nium de præſenti cenſeri contractum per illa verba,*vo-*
*lo te habere in vxorem,vel tenere in vxorem* mihi vera
non videtur,tum ex his,quæ in quæſtione ſequenti di-
centur,tum etiam,quia etſi prædicti actus præmittant
contractum matrimonij,id tamen ſignificant,non qui-
dem in præſenti,ſed in futurum, quare ſaltem ex ver-
bis contractum de præſenti non videtur , niſi commu-
nis vſus loquendi id manifeſte habere vel verba de
matrimonio de præſenti habendo præceſſerint , prę-
maxime ſi ſequeretur ſtatim traductio ad domum,quo
magis præſens voluntas contrahentium manifeſtaretur
adhibitis prętereà ſolemniis Conc.Trid.Illud tamen eſt
27 apud omnes in confeſſo,† matrimonium contractum
cenſeri de præſenti per hæc verba, *volo te in vxorem,* ſi
mulier ſimiliter concedat,quia tunc verbum *volo* ad-
iungitur rei,non vero tempori futuro infinitiui,vt tra-
dit Didac.Couar.*dict.n.4.in fin.*Idem per hæc verba,*vo-*
*lo te eſſe vxorem meam,*quando illo † verbo explicatur 28
velle eligentis ſeu velle efficax,quod eſt,actu velle , vt
cum Adrian.probat Specul.coniug.*vbi ſup.in verſ.ſed*
*eſt dubium,*Secus ſi prædict.verbo explicetur appetitus
ſeu deſiderium quoddam,quod eſt velle inefficax, quia
tunc non contrahitur matrimonium nec ſponſalia ſe-
cund.eoſdem& in verſ. ſequenti agit, quid dicendum
ſit quando hoc caſu non conſtat de intentione profe-
rentis præd.verba,Quamuis Anton.Galeat.*conſ.83.in-*
*ter conſilia matrimonialia, n. 25. vol.1.*concludat , ſim-
pliciter his verbis induci matrimonium, niſi præceſſe-
rint verba ſponſaliorum de futuro , ſed præcedens di-
ſtinctio eſt verior & tenenda obſeruando ſolemnia
Concilij Trident. quando matrimonium de præſenti
inducitur atque celebratur

Supereſt † modo pro complemento huius cap. illa 29
tantum examinanda quæſtio; An matrimonium ſit cõ-
tractum illis verbis, *Iuro vel promitto,quod te habebo in*
*vxorem:*& eſſe matrimonium , probare primo videtur
tex.*in cap.ex parte,de ſponſ.*vbi probatur,quod ſi vir &
mulier ſibi inuicem promittant,ſe ab eo tempore pro
coniugibus tenere ac fidem ſibi inuicem ſeruare,eſt ve-
rum matrimonium contractum de præſenti, & *ibi* cõ-
muniter Doct.& Specul.coniug. *vbi ſupr.in verſ.adhuc*
*eſt dubium,in 1.concl.& gloſ.1.in dict.cap.ex parte,* com-
muniter *ibi* approbata per omnes,ſecund.Abb. *n. 6.* &
cæteros tenet, quod per hæc verba: *Iuro quod de cætero*
*habebo te pro legitima coniuge* & è conuerſo efficitur.at-
que celebratur matrimonium , quia per verba futuri
temporis contrahitur quandoque matrimonium de
præſenti, quando verba denotant exſequutionem ma-
trimonij, non autem principium actus,vt in verbis no-
ſtræ qu. contingit;Nam qui vult conſequens,tacite vi-
tur velle & antecedens,*vt in cap. præterea , & in c.pru-*
*dentiam.de offic.deleg.*Ita notant *ex dict.c. ex part.* Abb.
*ibi,n.3.*quem refert & ſequitur Iaſon *in l.ſerui electione in*
*princip. verſ. ſecundo principaliter confirmo, num 23.ff.de*
*legat. 1.* Secundo eandem ſententia manifeſte probari
videtur *in cap.ſi quis diuinis,in princ.30.queſt.5.* vbi in-
quit tex.*Si quis diuinis tactis ſcripturis iurauerit mulieri,*
*legitimam ſe eam vxorem habiturum:* vel ſi in oratorio
tale ſacramentum dederit, ſit illa legitima vxor:quam-
uis nulla dos, nulla ſcriptura alia interpoſita ſit : & ibi
gloſ.*in verb.habiturum,* per illum tex inquit , quod per
verba hæc futuri temporis,*iuro, quo habebo te pro legi-*
*tima vxore* , contrahitur matrimonium ,quia hoc ver-
bum *habebo,*reſpectum habet ad præſens tempus,Nam
verba illa *habiturum* interpretantur,id eſt, *habitam me*
*retenturum,* & ita profecto hanc ſententiam expreſſe
probare videtur text.ille ,eamque nuncupatim tenet
gloſſ. præfata *ibidem* Abb. & Decius *in c.iurauit,col.1.*
de probat.idem Abb.*in dict.c.ex parte,n.7.*hoc probans,
etiamſi non apponatur verbum *ab hoc tempore* , vel *de*
*cætero* & Præpoſit. *in d. cap. ex parte, num.6.* teſtatur,
eam eſſe communem & magis ſuſtentabilem, commu-
nem quoque profitetur Adrian, *in 4.ſent.quæſt.13. de*
*matrim.*ſequitur Syluest.*in ſumma verbo , matrimonium,*
*2.quæſt.10.n.10.* Ang. *verb.matrimonium 2. num. 12.* Et
eſt frequentiſſima noſtratum ſententia ſecundum Co-
uar.*vbi ſup.num. 5.* vltra quem eandem opin. ſequitur
Aret.*conſ.142.*& Alex.*conſ.152.num.4.lib. 5. & ſumma*
*Tabiena verb.matrimon.el. 2.quæſt.9.*& Gregor. Lopez
*dicens eam eſſe communem in l.2.tit.1.part.4. gloſſ.magna,*
*Villalobos in ſuis commun.opin. liter.M.nu.58.* Nihilo-
minus hæc ſententia communis vera non videtur,
Tum primo , quoniam in matrimoniis contrahendis
verba,conſenſum de præſenti exprimentia aut ſaltem
ſigna,ex quibus id appareat,requiruntur, vt probatum
eſt *ſupra:*Is autem in hac ſpecie minime interuenit nec
ſequi



ſequitur neceſſario,ſed tantum de futuro, nempe, *ha-*
*bebo te in vxorem , &c.* Ergo non eſt matrimonium de
præſenti:Comprobatur tum & ſecundo, quia licet,qui
habet aliquam fœminam in vxorem actu, promittit,ſe
cum illa matrimonium contraxiſſe , non ſic ille,qui
præſenti tempore eam actu non habet,ſed habere pro-
mittit in futurum , & quamuis ſic promittens ſtatim
teneatur eam habere in vxorem , interim tamen, quod
eam conſenſu de præſenti expreſſo , verbis aut ſignis
æquipollentibus non ducit atque habet,matrimonium
de præſenti non eſt celebratum.

30 Tertio , † quia verba , quæ competunt contrahere
matrimonio, ſi tempore futuro pronuntientur , indu-
cunt tantum ſponſalia,ſecundum Palud *in 4. diſtin. 27.*
*qu.2.art. 4. concluſione 4.* ſequitur Adrian. *vbi ſup. verſ.*
*1.quia fol.412.*

Quarto,quia verbum, *habeo* , iuxta propriam ipſius
temporis ſignificationem futurum demonſtrat , non
vero tempus præſens. Exponere autem *habiturum* , id
eſt, *habitam me retenturum,* alienum prorſus videtur à
vero ſenſu verborum : Si enim liceret promiſſioni ad-
dere vel minuere verba aliqua vel eam in alterum ſen-
ſum, quam verba ſonant exponere , vnuſquiſque faci-
liter poſſet promittentem in ſuam voluntatem capere,
quamuis contra ſuam intentionem & ideo contra con-
munem , vt in præd. ſpecie, non ſit matrimonium de
præſenti,ſolet adduci Magiſter ſent.*in 4.diſt.28.c.2.*vbi
tamen de hoc non agit , ſed de publicis proclamatio-
nibus,quæ ad matrimonium contrahendum præcedere
debent,de quibus *in cap.cum inhibit.de clandeſt.deſpon-*
*ſat.*idem tamen Magiſter *diſt.27.cap 2.*agens de mutuo
conſenſu de præſenti requiſito in matrimoniis , affir-
mat , ſolum contrahentium mutuum conſenſum de
præſenti connecti verbis aut nutibus expreſſis , alioqui
nequit eſſe mutuus,& c. 5. inquit matrimonium non
contrahi per ſponſaliorum conſenſum , quæ mutuam
in futurum ſponſionem deſignant , etiamſi fides iure-
iurando fuerit ſtabilita:Recte igitur in ſupradictis ſen-
ſit Magiſter , huiuſmodi promiſſionem , de qua eſt no-
ſtra præſens quæſtio matrimonium de præſenti mini-
me efficere & eam tenet expreſſe Palud.*vbi ſup. in d. 4.*
*concluſione.* Sed expreſſius contra præfatam communẽ
ſententiam Magiſtrum ſequutus *in 4.diſt.27.cap. 4.* te-
net Adrian.*in 4.q.13.de matrimon.* vbi late eam probat
dicens,eſſe probabiliorem & veriorem ; Quinimo eam
tenuerunt antiqui Canoniſtæ,Hugut.& Laur.quos re-
fert.Henric.*in d.c.ex parte* , atque idem inſinuat Ang.
*in authen.quib.mod.naturales effic.leg.§.ſi. collat 6.*& be-
ne ex profeſſo probat Couar.*vbi ſup.d nu.5.*& eſt com-
munis Theologorum ſecundum Alphonſ.à Veracruce
*in Specul.coniug.vbi ſupra,in 2.concluſ.*vbi eam late pro-
bat & ſequitur

31 Et tenendo † hanc ſecundam ſententiam veriorem
aduerſus communem Canoniſtarum , non obſtat pri-
mum fundamentum prioris partis,nempe tex. *in d. ca-*
*pit.ex parte,* cum ſua gl communiter approbata ; Nam
in tex.illo verbum ab eo tẽpore adiicitur promiſſioni
nempe , quod Andreas promiſit cum iuramento Ca-
tharinæ , quod eam ab eo tempore pro coniuge tene-
ret,& ei,ſicut vxori ſuæ, fidem ſeruaret , ex quo con-
ſenſus futurus ad præſens tempus deducitur, vnde tex.
ille ad hanc quęſtionem minime allegari poteſt,quini-
mo per ſola verba prædicta, niſi præcedant alia, nem-
pe,*To conſiento en ti como en mi muger &c.*non contrahi
matrimonium , videtur probare Regia *l. 2. in verſ. la*
*ſegunda tit.1.par.4.*iuxta exemplum ab ea poſitum.Ni-
hilominus tamen in materia ſeruanda potius eſt deci-
ſio tex.*in d.c.ex parte,de ſponſal.*quam d.l. Regia, præ-
maxime,cum ea non id requirat,ſed exemplum fingat,
ex eo igitur induci non debet correctio *d.cap. ex parte*
glo.etiam eiuſdem *cap.* communiter approbata eadem
ratione,qua tex.ille huic noſtræ ſententiæ non obeſt,
quia in quæſt.glo.contrahentes adiecerunt verbum,de
cætero,quod idem ſignificat,quod ab hoc tẽpore : Nec
etiam obeſt ratio , quod qui vult conſequens, videtur
etiam velle & antecedens : nam reſpondeo,quod qui
vult quod ſequitur , cenſetur etiam omnino velle id
quod præmittitur neceſſario illo tempore, quo conſe-
quens exſequutioni tradendum eſt; vnde quamuis ſic
promittens ſtatim illam habere teneatur in vxorem,
interim tamen , quod cum ea de præſenti non contra-
hat & ſic eam non habet , matrimonium non eſt,vt
pulcra ratione comprobat Adria.*vbi ſupra.*Præterea li-
cet verba de futuro denotent exſequutionem matri-
monij, non autem principium actus : nihilominus ta-
men matrimonium contractum reuera non eſt,ſed ex-
ſecutio tãtum ipſius promittitur : Quouſq. ergo ipſum
non exſequitur per verba præſentis temporis,cum ali-
ter ipſum non contrahatur,aut æquipollentibus ſignis,
vt ſæpe diximus , non erit matrimonium.

Ad ſecundum † hoc eſt ad tex.*in d.c.ſi quis diuinis , in* 32
*pr.*qui magis vrget in propoſito;Nam expreſſe ibidem
communis Canoniſtarum probata videtur , reſpondeo
illum eſſe ex nouellis conſtitutionibus Iuſtiniani Imp.
nempe *in auth.quib.mod nat.effic.legit.§. quoniam autem*
*collat. 6.* vt conſtat ex ipſius c.ſuper inſcriptione, & *ibi*
gl quam Gratia.incorporauit in decreto,vt inquit Abb.
*in d.c.ex parte,nu.6.*Quare cum hæc non ſit Pontificia
neque conciliaris deciſio nec dictum alicuius ſancti,
nec conſtet de auctoritate legitima, qua fretus Gratia.
illum tex.decreto inſeruerit, ſed ſolum illa conſtitutio
fuit à Gratia. ad ſuæ aſſertionis confirmationem relata
atque inter Canones inſerta , non tamen ab aliquo
Pontifice Canonizata, videtur de illius viribus dubi-
tari merito poſſe vt ſcribit ex aliorum ſentẽtia Ripa *in*
*c.2.n.80.de reſcrip.*dicens, tunc leges Cæſarum in de-
cretorum libro relatas cenſeri Canonizatas, cum in + 33
ipſomet Canone ab aliquo Pontifice edito incorpora-
tæ aut inſertæ fuerint , idem nouiſſime poſt multos
alios ſcribit Seb.Medices *in comm.de leg.& ſtat. 1. par.*
*q.3.n.19.*& Menoch *de adpiſc. poſſ.remed.4. n. 842. &*
*ſeq.idem affirmans generaliter.*Præterea,etiamſi ſtandum
eſſet illius l. deciſioni , *ibi* vltra prædicta verba tradu-
ctio ad domum præceſſit & tractatus vxoris ſubſequu-
tus fuit,vt patet ex originali,quod eſt huiuſmodi:quo-
niam autem interpellationibus;quæ nobis fiunt, ſem-
per omnium aſſidue mulieres audiuimus ingemiſcen-
tes & dicentes,quia quidam earum concupiſcentia de-
tenti ducant eas in domibus ſuis ſacra tangentes elo-
quia aut in orationis domibus iurantes , habituros ſe
eas legitimas vxores , taliter eas habentes tempore
multo,& forte ſuſcipientes filios : deinde dum ſe ſatia-
uerint earum deſiderio aut extra filios aut cum filiis eas
proiicientes de ſuis domib.iudicamus etiam hoc opor-
tere ſancire,vt ſi mulier oſtendere potuerit modis le-
gitimis,quia ſecundum hanc figuram vir eam accepe-
rit domi,vt eam vxorem legitimam haberet & filio-
rum legitimorum matrem,nequaquam penitus licen-
tiam eſſe ei,hanc de domo præter ordinem legis repel-
lere:ſe habere eam legitimam & filios ſuos eſſe ei, &c.
Conſtat igitur manifeſtiſſime ex hac l.ex præcedentib.
& ſubſequentibus promiſſionem ipſam iuratam de
voluntate & conſenſu contrahentium re & verbis ex-
preſſe matrimonium de præſenti celebrare intenden-
tium:præceſſit ſiquidem,vt dicebam,traductio ad do-
mum eo animo atque intentione communi amborum
facta, vt eſſet vxor legitima,& præterea in domo viri
interceſſit promiſſio iurata viri,quod eam haberet le-
gitimam vxorem ac re ipſa ſubſequutus fuit huiuſmo-
di habitus contractus promiſcuus,ſicque deductus fuit

 in

in exſecutionem, vt conſtat ex princ. text. & iterum ex
illis verbis, *quia ſecundum hanc figuram vir eam accepe-
rit domi, vt eam vxorem legitimam haberet & filiorum le-
gitimorum matrem*: Ex quibus omnibus ſimul iunctis
& ne viri alias fœminas illuderent, recte *ibi* conſtitu-
tum fuit matrimonium induci: At vero in noſtra ſpe-
cie tantum fuit promiſſio iurata, *quod illam habebit in
vxorem*, in quibus terminis merito, vt iure matrimo-
nium non inducatur per ſupradicta; Quinimo per lo-
cum ab ſpeciali probatur præfata noſtra ſententia in
dicta nouella conſtitutione; Nam ſi ideo *ibi* illud, quia
præd. omnia ſimul concurrerunt, ipſis ergo deficienti-
bus ex vi ſola verborum matrimonium minime vide-
bitur celebratum de præſenti, ſed tantum ſponſalia de
34 futuro: Ex † traductione enim præſumitur matrimo-
nium, vt ex Ang. de Vbaldis refert Veracruce *vbi ſupra
in fin. præd. ſecundæ concluſionis* & ante eos Adr. *vbi ſup.
in verſic. ex quibus, fol. 413. col. 2.* quamuis in contrarium
ſit communis opinio, ſecundum D. Couar. *in 4. 1. parte,
c. 4. §. 2. n. 1.* niſi in duobus caſib. de quibus per eum *ibi*,
poſſet tamen receptiſſima opinio ſupradicta prior ſal-
uari atque recte procedere, vbi vltra præd. verba tradu-
35 ctio ad domum interceſſiſſet, † pro qua matrimonium
ipſum indicaretur ac ſimul tractatus præſens matrimo-
nialis, vt ex prædictis conſtat, vel quoties communis
vſus loquendi & intellectus prædictorum verborum is
eſſet, vt ex eiſdem matrimonium de præſenti celebra-
tum intelligeretur, *ex d. c. ex literis, el 1. de ſponſ. iunctis
his quæ ſupra in principio huius c. in propoſito adduximus*,
dummodo in ſupradictis caſibus ſolemnia neceſſaria
Sacri Conc. Trid obſeruentur.

36 Vltimo, † etſi præd. communis ſententia vera foret,
locum non haberet, vbi ſponſalia de futuro præceſſiſ-
ſent dicta verba denotantia exſecutionem, hoc modo
concepto contractu, *promitto, quod ducam te in vxorem
& tenebo te pro legitima coniuge*, tunc enim propter præ-
dict. verba præcedentia, quæ ſunt futuri temporis, re-
ſtringuntur ſequentia in tempus matrimonij contra-
cti, id eſt, cum matrimonium erit contractum, ſicque
hæc ſponſalia de futuro iudicanda ſunt, *argum. tex. in l.
fin. §. cui dulcia ff. de vino tritico. oleoque legat. & in c. ſe-
des, de reſcript. & in no Clem. in poteſt. de procurato.* vbi
probatur, quo verba ſubiecta ex præcedentibus in-
telliguntur, ita in ſpecie tenent Hoſtienſ. & Abb. *in d. c.
ex parte, n. 7.* & ibi Præpoſ. *n. 6. Rom. ſing. 338.* Alex. *conſ.
152. vol. 5. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium vel ſponſalia inter conſanguineos vel
affines ſub conditione*, ſi Papa diſpenſauerit, *an ſint
valida, ita vt Papa diſpenſante locus non ſit pœniten-
tiæ necne? & num. ſeq. præcipue, n. 14. vbi referuntur
auctores affirmatiuæ ſententiæ, & nu. 16. negatiuæ, &
nu. 17. ſententia auctoris ponitur.*

2 *Matrimonium per verba de præſenti contractum ſub
aliqua conditione licita & honeſta, adueniente condi-
tione ſtatim perficitur & eſt verum matrimonium ab-
que nouo conſenſu, ſecundum communem opinionem
Canoniſtarum, ſed ſecundum veriorem, & commu-
nem etiam Theologorum ſecus eſt, vt in numer. 21. &
ſequentibus.*

3 *Impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ nullum ori-
tur ex ſponſalibus conditionalibus ante conditionis
euentum.*

4 *Contrahentes matrimonium per verba de præſenti, ſub
aliqua conditione licita & honeſta, non poſſunt pen-
dente conditione dictum conſenſum reuocare, ſed te-
nentur conditionem expectare, ſi tamen interim aliud
matrimonium contrahant, tenebit.*

5 *Matrimonium contractum inter conſanguineos vel
affines abſque conditione*, ſi Papa diſpenſauerit, *eſt
illicitum & contrahentes incidunt in pœnam excom-
municationis.*

6 *Inſtitutio filij ſpurij ſimpliciter facta, pro non ſcripta ha-
betur, niſi fiat ſub conditione*, ſi Princeps eum legi-
timauerit.

7 *Venditio rei feudalis vel emphyteoticæ ſimpliciter facta,
nulla eſt, ſecus ſi ſub conditione*, ſi Dominus conſen-
ſerit, *vel* Rex licentiam præſtiterit, *fiat.*

8 *Diſpoſitio ſeu vocatio teſtatoris ad maioratum vel aliud
legatum Seij*, ſi Titiam conſanguineam ſuam
vxorem ducat, *non valet, niſi adiiciatur ex diſpen-
ſatione Summi Pontificis, contrarium, numer. 23.
& 24.*

9 *Id quod à voluntate Principis pendet, reputatur quaſi
impoſſibile, hoc tamen fallit in eo, quod Princeps ſo-
let faciliter concedere, vt in num. 10.*

11 *Conditio contrahendi matrimonij inter conſanguineos
vel affines in ſecundo gradu conſtitutos, quamuis iu-
dicanda ſit impoſſibilis nedum de iure, ſed etiam de
facto, attamen ſubſiſtente iuſta cauſa valida erit, &
ideo non eſt reiicienda ex inſtitutione, vt in nume-
ro 12.*

13 *Quoties conditio eſt preambula & neceſſaria ad validi-
tatem actus, nunquam reiicitur, etſi ſumme difficilis
ſit, ſed eius euentus exſpectatur.*

14 *Conditio*, ſi Papa diſpenſauerit, *etſi impoſſibilis quo-
dammodo dici poſſit eo, quod dependeat à Principis
voluntate, non tamen proprie & ſtricta interpretatio-
ne, ſed late & improprie, vt hic.*

18 *Contractus ſponſaliorum inter conſanguineos vel affines
ſub conditione*: Si Papa diſpenſauerit, *etſi ſit validus
poterit tamen ante vel poſt diſpenſationem impetra-
tam quilibet ex contrahentibus pœnitere: tenebitur ta-
men huiuſmodi pœnitens alteri conuentioni ſtare, vo-
lenti refundere expenſas ad diſpenſationem impetran-
dam factas, vt in n. 19.*

20 *Difficultas diluitur, quare ſi valida ſunt præd. ſponſalia
conditionalia, licita eſt pœnitentia.*

21 *Cap. ſuper eo, de cond. appoſit. inducitur, vt probet com-
munem ſententiam Theologorum aduerſus Canoniſtas
de qua ſupra, num. 2. & 21.*

23 *Argumentum à contrario ſenſu in iure non procedit,
quoties ſenſus contrarius eſſet contra legem vel Cano-
nem, nec etiam, quando ex eo ſequeretur correctio iuris.*

25 *In matrimonio de præſenti de facto pure contracto inter
conſanguineos vel affines infra quartum gradum abſ-
que conditione illa*: Si Papa diſpenſauerit, *non poteſt
intelligi tacite ea conditio, ac proinde ſi ſimpliciter &
pure contrahant, incurrunt in pœnam excommuni-
cationis: ſecus in ſponſalibus de futuro inter eoſdem
pure contractis, quia forte poteſt tacite intelligi præfa-
ta conditio.*

26 *Contrahentes de futuro ſponſalia conſanguinei, non in-
cidunt in pœnam excommunicationis.*

## CAPVT XXII.

### De matrimonio vel ſponſalibus contractis inter conſanguineos vel affines ſub conditione; *Si Papa diſpenſauerit.*

Controuerſa † ſatis non modo, verum etiam fre- 1
quens in vſu forenſi quæſtio eſt illa: *An matri-
monium vel ſponſalia contracta inter conſanguineos vel
affines, alioſve canonice contrahere impeditos ſub conditio-
ne*; Si Papa diſpenſauerit, *demum Papa diſpenſante ſint
matrimonium vel ſponſalia de futuro abſque alio nouo
conſenſu, ita quod virtute prioris contractus ſponſaliorum
alter alterum, etiam inuitum, compellere poſſit, vt matrimo-
nium inter eos celebretur per verba de præſenti in facie
Eccleſiæ, necne?*



2 Et in hac † celeberrima quæſtione pars affirmatiua
veriſſima videtur ex ſequentibus. Primo, quoniam ma-
trimonium per verba de præſenti contractum ſub ali-
qua alia conditione licita & honeſta, adueniente ipſa
conditione ſtatim perficitur abſque aliquo alio nouo
cōſenſu, ad exemplum cuiuſuis alterius conuentionis
conditionalis, ita tenet Abb. *in c. de illis, poſt Innoc. & a-
lios ibidem, & in cap. ſuper eo, & Henric. in cap. fin. de cō-
dit. appoſit. Palud in 4. ſentent. diſt. 29. in fin. ibi*, Et quod
dicit Thom. *argum. d. c. de illis*, ſequitur, dicens, eam vi-
deri probabiliorē, data perſeuerantia in conſenſu con-
ditionaliter præſtito, qui, ſi de alio non appareat, præ-
ſumitur perdurare, *Greg. Lop. in l. 5. gloſſ. 1. in princ. tit. 4.
par. 4.* Eſtque hæc communis & frequentiſſima opinio
Canoniſtarum, vt fatentur omnes de re hac agentes,
præcipue Couarr. & alii infra ſtatim citādi, & probari
videtur *in d. c. ſuper eo in fin.* ibi; *Non habito*: Ergo adim-
pleta conditione, & ſic iam habito alieno arbitrio erit
3 matrimonium, † & præterea *in c. 1. § fin. de ſponſ. lib. 6.*
ibi; *Cum ex ſponſalibus conditionalibus ante conditionem
exſtantem*, ſicut conſenſum non habentibus, *& incer-
tis nulla publicæ honeſtatis iuſtitia oriatur*: Ergo à cōtrario
ſenſu impleta conditione, ſtatim oritur impedimentum
honeſtatis fundatum in ſolo conſenſu, ac per conſe-
quens, ſponſalia prædicta præcedentia purificantur.

4 Hæc † tamen communis opinio Canoniſtarum li-
mitatur, ſi ante conditionis euentum alter ex contra-
hentibus conſenſum reuocaret, tunc etenim conditio-
nis euentus non efficeret coniugium, ac per conſequēs
ſi cum alia contrahat, tenebit matrimonium, quamuis
non poſſit licite dictum conſenſum reuocare, ſed te-
neatur conditionem exſpectare, iuxta gl. & Doct. *in d.
c. ſuper eo, præcipue Abb. & Præpoſ. ibid. & D. Couarr. in
4. p. 2. c. 3. in prin. num. 6*, vbi quod non refert ad reuoca-
tionis effectum altero ignotante vel ſciente fiat, *per
tex. in cap. fin. de procurat, in 6.* quamuis glo *d. cap. ſuper
eo*, videatur ſcientiā alterius exigere: dicit etiam cōmu-
nem cum Couar. & Panor. Villalo. *in ſuis communibus
opin. lit. M. nu. 66.*

5 Secundo † eadem pars affirmatiua probatur, quo-
niam etſi huiuſmodi contractus ſi pure celebraretur
abſque præfata conditione; *Si Papa diſpenſauerit*, foret
illicitus, ac proinde contrahentes excommunicationē
incurrerent ipſo facto, *vt in Clem. 1. de conſang. & affinit.*
tamen ſi fiat ſub conditione, quæ contractum ad lici-
tum tempus referat, licitus erit atque permiſſus, *arg. l.
in tempus ff. de hered. inſtitu.* quare ita contrahentes non
peccant, licet alias contrahendo ſine præfata conditio-
ne peccarent, vt recte docet Adrian. *in 4. tractat. de ma-
trimonio, quæſt. 10. in verſic. ad rationes ante*, ibi; *Ad ſe-
6 cundum principale, fol. 413. colu. 2.* Sic † etiam vide-
mus, quod inſtitutio filii ſpurii ſimpliciter facta pro
non ſcripta habetur: Si vero fiat ſub ea conditione; *Si
Princeps eum legitimauerit*, valida eſt, *vt in dict. l. in
tempus*, vbi gloſſ. *verb. cum capere*, & ibi communiter
ſcribentes hanc differentiam conſtituunt, iunctis his,
quæ Doct. Molina *lib. 2. cap. 7. num. 4. cum ſequ. de pri-
mogen. Hiſpan.* latius adduxit.

7 Similiter † etiam venditio rei feudalis ſeu emphy-
teoticæ vel maioratus ſimpliciter facta, nulla eſt: Si
vero ea lege fiat; *Si dominus feudi ſeu emphyteoſis con-
ſenſerit*, vel *Princeps ad rem maioratus alienandam facul-
tatem præſtiterit*, valida erit, nec poterunt ſic contra-
hentes recedere, niſi prius conſenſus requiſitus fuerit,
vt oſtendit idem Molina *vbi ſup. lib. 4. c. 3. nu. 48.*

Ex quibus † probari videtur differentia, quam aſſi-
8 gnauit ſubtiliſſimus Emanuel Coſta *lib. 1. Select. capit. 8.
nu. 14.* in quæſtione illa; *An valida ſit diſpoſitio teſtatoris
vel maioratus fundatoris ad eum vocantem Seium, ſi Ti-
tiam conſanguineam ſuam vxorem duceret*, Nam ipſe di-
ſtinguit ac eam differentiam conſtituit, vt ſiquidem
prædictus teſtator adiecerit; *Ex diſpenſatione Romani
Pontificis*, valeat, ſin minus ſed ſimpliciter conditio-
nem contrahendi matrimonium cum conſanguinea
appoſuerit, minime: Hæc namque differentia ex ſu-
pradictis colligi ac probari videtur ac in propoſito
prodeſſe pro hac parte affirmatiua.

Tertio, † quia etſi id, quod à Principis volūtate pen- 9
det, reputatur quaſi impoſſibile, *vt in l. continuus, §. cum
quis ff. de verb. obligat. & ibi notat gloſſ. in verb. relicta ſint
& communiter Doct. præcipue Bart. num. 2. Paul. Caſtr. 3.
Iaſ. 8. & 9.* In idem eſt optimus tex. *in l. Africanus*, alias
incipit, *apud Iulianū. 40. in ordine, §. conſtat. ff. de legat. 1.
& in l. inter ſtipulantem, §. ſacram, cum ſimil. ff. de verb. ob-
lig.* Hoc tamen fallit in eo, quod Princeps † ſolet facili- 10
ter concedere, hoc namque impoſſibile minime repu-
tatur: quod patet *ex d. §. conſtat.* dum dicit; *Cum diſtrahi
non ſoleant*: vbi hoc notare videntur. Cuma. Paul & A-
lex. & Iaſ. *num. 13. & ſequ.* vbi dicit cōmunem: ad idem
eſt optimus tex. *in l. intercidit ff. de cond. & demonſtrat &
l. quidam relegati, & ibi Socin. nu. 11. ff. de reb. dub. Aretin.
in l. 1. verſ. permittitur, ff. de aqua quotid. & æſtiua*, ſequi-
tur plures referens Couar. *vbi ſup. in 4. part. 2. cap. 3. in
princip. nu. 8.* & communiter ſcribentes id notant, vt
plures referens teſtatur Molina *de Hiſpan. primogen. lib.
2. capit. 13. num. 8.* ſequitur Anton. Gom. *in l. 9 Tauri,
nu. 18. in fine*, vbi aliam limitationem ad prædict. regu-
lam refert, & Iaſon alios referens *in l. Gallus, §. nunc. de
lege Velleia, num. 25. ff. de liber. & poſthum.* At vero præ-
fata conditio; *Si Papa diſpenſauerit, in tertio vel quarto
gradu conſanguinitatis* vel affinitatis, impoſſibilis à iure
non eſt nec etiam de facto, cum in prædictis gradibus
cum cauſſa iuſta poſſit & ſoleat diſpenſari, vt com-
muniter videmus quotidie diſpenſari & præterea caue-
tur in decreto Concili Tridentini, infra ſtatim citan-
do: quod ſimiliter eſt dicendum in aliis impedimen-
tis Canonicis ad contrahendum matrimonium, in qui-
bus Summus Pontifex & poſſit & ſoleat diſpenſare,
vt in ſimplici voto caſtitatis vel continentiæ & aliis.
An vero in ſecundo † cōſanguinitatis vel affinitatis gra- 11
du, quamuis difficillima videatur: atque idcirco im-
poſſibilis, præcipue attento Sacroſancto Concil. Tri-
dent. *Seſſ. 24. de reformat. matrim. cap. 5.* ibi; *In ſecundo
gradu nunquam diſpenſetur, niſi inter magnos Principes
atque ob publicam cauſſam*, quare nedum de iure, ſed e-
tiam de facto impoſſibilem hanc cōditionem iudican-
dam eſſe cenſuit Doct. Molina *vbi ſupra, nu. 12.* attamen
cum ex eodem decreto Sacri Concilii inter magnos
Principes & ob publicam cauſſam permiſſa ſit diſpen-
ſatio in prædict. ſecundo gradu, idque etiam inter alios
eiſdem inferiores, etſi non facile facere ſoleant ex iu-
ſtiſſimis cauſſis Romani Pontifices moti, dicendum
erit, huiuſmodi conditionem inter hos conſanguineos
vel affines in ſecundo gradu conſtitutos, ſubſiſtente
iuſta cauſſa validam eſſe; Cum hæc difficultas potius
ad impoſſibilitatem facti, quam iuris referenda ſit,
quia non valet hoc caſu de poteſtate Romani Pontifi-
cis diſputari vel dubitari.

Quod ſit † vt ſimiliter præfata conditio contrahen- 12
di matrimonium cum conſanguinea vel affini in ſecū-
do gradu cum diſpenſatione Romani Pontificis, mi-
nime ex inſtitutione reiicienda ſit, cum ipſa conditio
ad actum validum efficiendum neceſſaria ſit atq; præ-
ambula, iuxta doctrinā Bald. *in l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit.
ſub. cond. fact.* vbi ſcribit, quod quoties cōditio eſt præ-
ambula & neceſſaria ad validitatem actus, nunquam
reiicitur, † etſi ſumme difficilis ſit, ſed eius euentus ex- 13
ſpectatur; Quem ſequitur Soci. *in d. l. quidam releg. ff. de
rebus dub.* vbi Sadolet. *col. 2.* hāc regulam exiſtimat eſſe
veriſſimam atq; hoc verum eſſe profitetur Alexan. *nu.
5.* Iaſ.

5. Iaſon *nu.16.in dict.§.conſtat*, idq; probant ex *dict.l.in tempus*, vbi communiter ſcribentes id agunt, & in terminis inſtitutionis probauit Coſta *in dict.cap.8.nu.14.* ſequitur & late non ſolum iure communi probat, ſed etiam attento prædict. Concil.Trident. decreto mutata ſententia Molinæ *in adnotationibus ad finem ſui operis poſitis, num.12.* vbi idem etiam probat in maioratibus, vbi prædict. conditio appoſita fuerit, vt minime ſit reiicienda, ſed potius exſpectanda. Ergo ita in propoſito noſtro erit dicendum, vt prædict. conditio; *Si Papa diſpenſauerit*, ſi in contractu matrimonii vel ſponſaliorum à conſanguineis vel affinibus, etiam in ſecundo gradu adiecta valida ſit & exſpectanda, ipſaque adimpleta contractus verificetur.

14 Quarto ✝ & vltimo eadē ſententia affirmatiua cōprobari poteſt, quia huiuſmodi conditio, etſi quod à Principis pendeat voluntate, impoſſibilis quodammodo dici poſſit, non tamē proprie & ex ſtricta interpretatione, etiam ſi non ſoleat concedere, ſed large & improprie, quia ſi poteſt à Principe concedi, poſſibile eſt quod fiat: dicitur ergo impoſſibile facti vel verius difficile, non vero iuris, & non eo modo, quia impoſſibile dicitur *in c.fin. de cond.apposit.* nam ibi impoſſibilis cōditio intelligi debet, quæ iure vel natura eſt impoſſibilis: Cum ergo, de qua agimus, ſit iure poſſibilis, etſi facti difficilis, reiicienda minime erit à contractu, ſed exſpectandus ipſius euentus, vt optime explicat Couarr. *vbi ſupra, num.8.* quem ſequitur Molin. *d.lib.2.de Hiſpan. primogen.cap.15.num.11.* Præterea conditio impoſſibilis de iure (qualis hæc aliquibus videri poterit) ſi ad futurum referatur, non reiicitur à matrimonio, ſecundum Adrian. *in 4.q.11.de matrimonio, in verſic. ſecundo premitto.* ibi, *Secus ſi referent, fol.416.col.2.* quem refert & ſequitur Couar. *vbi ſupra.*

15 Et ita ✝ in terminis hanc partem affirmatiuā, quod in præfata ſpecie, eueniente conditione, hoc eſt; *Papa diſpenſante*, non ſit neceſſarius nouus cōſenſus, ſed quod ſtatim, eueniente conditione prædicta, efficiatur matrimonium, quando verba de præſenti præceſſerunt, nempe: *Contraho tecum ſi Papa diſpenſauerit*, tenēt Anton.de Butr.Gaſp.Calderin.&Præpoſit. *in dict.cap.ſuper eod. num.5.* dicens, quod videtur poſſe ſuſtineri, quamuis in finalibus verbis relinquat cogitandum: ſed eam ſequitur idem Caldcrinus *conſil.1.tit.de ſponſ.Dec.ſimpliciter in l.ea quæ raro.num.14.ff.de reg. iur.* In idem etiā inclinare videtur Iaſ. *in d.§.conſtat,num.11.& ſeq.* & hæc opinio de conſuetudine ſeruatur, ſecundum Nicolaum Boer. *deciſio.264.numer.27.* & eam ſequitur & probat data perſeuerentia voluntatis Gregor. Lup. *in dict. l.5.gloſſ.1.titul.4.part.4.* & late Summa Angel. *verb.matrimonium.3.num.4.* vbi dicit, hanc partem tenendam, antequam alter ex huiuſmodi contrahentibus tranſeat ad ſecunda vota (& vt ex ipſo coniicio, ante implementum conditionis; Nam poſtea iam remanet purificatum primum matrimonium, & ideo ſecundum non tenebit.) Hanc eandem partem in ſponſalibus ſub præd. conditione contractis, quod ſint valida, & ſic promittens in euentum conditionis teneatur ad minus promiſſionem adimplere, late probat Adrian. *vbi d.q.10.de matrimon.in verſic. ſed. quantumlibet colorata. folio 411.col.2.& ſeq.*

16 Rurſus ✝ cōtraria pars omnino, id eſt, negatiua, imo quod ex huiuſmodi contractu de præſenti vel de futuro cōditionali, *ſi Papa diſpenſauerit*, nulla prorſus obligatio oriatur nec ipſe contractus teneat, ſed ſit neceſſarius nouus conſenſus ad contrahendum præter Papæ diſpenſationem, primo aſtruitur, quoniam contractus hic à principio fuit illicitus: Ergo ex eo non potuit oriri aliqua obligatio, *vt in l. cū lex.ff. de fideiuſſ.l.nō dubium.C.de legib.* Quod ſit illicitus, patet, quia inter conſanguineos vel affines infra quartum gradum non poteſt contrahi matrimonium. *vt in cap.non debet,de conſang.& affinit.* quinimo ſi de facto ipſi inter ſe contrahant, ſunt excōmunicati, *vt in Clemen.1.de conſang.& affinit.* Conſequentia iam patet & eſt probata: Igitur, &c. Præterea & ſecundo, hæc conditio; *Si Papa diſpenſauerit*, cenſetur atque reputatur à iure impoſſibilis cū dependeat à volūtate Principis, *vt in d.§.conſtat & ſup. eſt probatum.* Ergo à matrimonio reiicitur ac remanet purus contractus ipſe, *vt in c.fin.de condit. appoſit.* ſed talis contractus purus minime valet, vt eſt prædictum: Ergo etiam ſi Papa diſpenſauerit, nō erit matrimonium nec ſponſalia de futuro, *argum.l.oratio.ff.de ſponſal.* Vlterius & tertio, quoniam etſi pure contraheretur inter huiuſmodi impeditos, implicite tamen intelligeretur ac ineſt conditio ipſa: *Si Papa diſpenſauerit*: taciti autem & expreſſi idem eſt iudicium, *vt in l.cum quid, cum materia,ff.ſi cert.pet.* Ergo ſi contractus huiuſmodi adiecta præd. conditione expreſſe valeret, ea etiam non adiecta valeret: Hic non valet, id eſt, purus: Ergo nec ille.

Quarto, quia communiter diſpenſationes ad matrimonia non dantur nec fiunt in radicem matrimonii, hoc eſt, vt ipſo facto ſit diſpenſatum: Tunc enim cēſetur ſublatum impedimentum, tanquam ſi non eſſet lex, quæ hoc prohiberet, ſed fit commiſſio ad partes ordinariis locorū, vt ſi per diligentem informationem, &c. diſpenſent, tunc enim matrimonium non habet effectum tanquam à principio, ſed tanquam ex nouo conſenſu, poſt diſpenſationem interponendo: Ergo partes ſi tunc nollent de nouo contrahere vel conſentire, erunt liberi, & ita hanc partem prorſus negatiuam tuētur ac late probāt Innoc.Card. & Abb. *nu.8.in d.c.ſuper eo,* Syluest. *in Summa.verb.matrimonium,3.q.9.* Henric. *in c.fin.de cōdit.appoſit.col.2.* Aret *in conſil.142.col.1.* Idē Aret. dicens hanc opin. communem *in d.§.conſtat,nu.11.in verſic.* & ad materiam noſtræ l.quam interpretatur ſimul cum *l.cum ſeruus,eiuſdem tituli,* & cum referēs communem teſtatur Villalob. *in ſuis commun.opinio.lit. M.nu.67.& additio. Dec.in l.ea quæ raro,nu.4.ff.de reg. iur.* & eſt cōmunis opinio Doctorū *in d.c.ſuper eo,ſecundum Adrian. vbi ſup.in 4.q.10.de matrim.verſ.ad oppoſitum, fol.411.col.1.* Communem etiam teſtatur, plures in idem citans, Loazes *in tit.de matrim.in 12.dub.in princip.* Eandem ſententiam communem eſſe teſtatur (etſi fateatur rem eſſe ancipitem & vtrinque ambiguam) licetque non neceſſariam, multo tamen probabiliorem exiſtimat eam late probans Dom. à Soto *in 4.ſent.diſt.29.q.2.art.1.in verſ. quod autem maiorem affert ambiguitatem,* reſoluens, vt non modo ante diſpēſationem obtentam (de quo nulla eſt ambiguitas) verum & poſt, vterque poſſit à pacto illo recedere: Nec vero id tantum de cōſenſu alterius, quia & id certiſſimū eſt, ſed altero etiā inuito & reclamante: Imo quāuis contractus ille iuratus ſit, ſi hæc noſtra cōmunis ſententia vera eſt, vt inquit ille, iuramentum non ligat neque diſpenſatione indiget, quia ſuper illicitam materiam latum eſt. Hanc etiam partem intrepide tuetur ac defendit Victor. *in ſua Sūma de ſponſ.quæſt.960.* vbi idē exiſtimat, etiamſi iuratus eſſet contractus, quia iurando peccatur, quia eſt contra bonos mores. Eandem ſententiam optime plures allegans & commun. profitens probat ſine dubio Tellus Fernand. *in l.22.Tauri,nu.18* Mihi autem minimo ex ſupracitatis ſcriptoribus ✝ neutra pars ex ſuperioribus indiſtincte placet, ſed potius quædam media inter eas, nempe vt præd. contractus, etiam per verba de præſenti celebratus, ſub conditione tamen; *ſi Papa diſpenſauerit* (quamuis iam poſt Sacr.Conc. Trid. minime hoc modo contrahatur, dico de præſenti) etiā Papa diſpenſante eademque perſeuerante cōmuni voluntate, minime quidem matrimonium de præſenti efficia- 17

tur



tur ex fundamentis *ſupra* pro ſecunda opinione adductis, quæ in hunc ſenſum recte concludunt atq; aſtringunt: quod in dubium hodie exiſtimo, ſtante decreto *de reform.matrim.* Sacri Conc.Trid. *ſeſſ.24.c.1.* vbi cauetur præciſe, coram parocho vel alio ſacerdote de ipſius ordinarij vel parochi licentia & duob. vel tribus teſtibus matrimonium eſſe contrahendum: aliter autem contrahentes inhabiles ad ſic contrahendum reddit S. Synodus & huiuſmodi contractus irritos & nullos eſſe decernit, &c. Quod ſi coram parocho & teſtibus huiuſmodi matrimoniū de præſenti cōtraheretur inter conſanguineos vel affines infra quartū gradum ſine diſpēſatione Sūmi Pontificis, ſub conditione tamen, *ſi ipſe diſpenſauerit*, adhuc nullus erit contractus, vtpotè, quia inter impeditos Canonicè celebretur: Quinimo & cōtrahentes propter contemptum credo hoc caſu incurſuros excommunicationis ſententiā, de qua *in d.Clem. 1.de conſan.& affin.* ſecus ac ſi per verba de futuro contraxiſſent, quo caſu ipſam non incurrerent vt Adr. *in 4. q.10.* recte exiſtimauit, vbi quod non peccant ſic contrahendo: Ergo ſi non peccant, nullam incurrunt excommunicationem, & parochus & teſtes ſeueriter puniendi eſſent, eo quod matrimonio prohibito interfuerunt: valebit tamen nihilominus contractus huiuſmodi & licitus erit (præcipue ſi in futurū tēpus conferatur) vt ſponſalia de futuro, non obſtante, quod ſi pure fieret ſine conditione; *Si Papa diſpenſauerit* eſſet nullus ex eoq; nulla obligatio oriretur: Nam ex quo adiicitur præfata conditio atq; contractus ad licitum tempus confertur, verius exiſtimo, valere, ex eoque obligationem oriri ad promiſſionem implendam, iuramento etiam non interueniente ſed præcipue ipſo addito, ex fundamentis *ſupra* pro priori parte adductis, quæ quidem in hunc ſenſum ſumpta ſatis concludunt atque vrgent pro hac parte potius quam quæ pro ſecunda contraria adducta fuere, quibus ex prioribus ſatisfit.

Et ita merito hanc partem & mediam ſententiam late tuetur, vt prædiximus Adrian. *in 4.q.10.de matrim.* & Doct.Couar. *vbi ſupra in 4.2.part.c.3.in princ.in finalib.verb.* quem refert. & probat. Molina *vbi ſupr.d.lib.2. de primogen.Hiſpan.c.13.nu.20.* Et hanc partem ſequitur Alfonſ. à Veracruce *in appendice ad ſpecul.coniug.* ad illa, quæ dicta ſunt de illo, qui ſub conditione contrahit *in 2.& 4.concluſ.pag.114.116.& 118.* & Ioann. Matienço allegans *in rubr.tit.1.lib.5.* Nouæ Collect. Reg. *nu.65.* Quinimo Domin. à Soto *vbi ſupra, in verſic.hoc tamen,* idem concedit, vt ex quadam honeſtate oriatur inde obligatio ſponſaliorum, quando matrimonium illud inter cognatos ob aliquem bonum finem expediens eſſet, & dum expenſæ in expeditione diſpenſationis amplæ factæ fuiſſent, præſertim ſi ſponſa ſe permiſerit ſpe illa deflorari, tametſi non ſolum talis concubitus peccatum ſit graue, verum & oſcula & tactus, qui alias inter ſponſos de præſenti licerent, quia omnia feruntur ſuper indebitam materiam: id quod in ſpecie probauit Veracruz *vbi ſupra, concluſio 2.& 4.pag.118.* etiam ſi bonum illud, ob quod fieret prædictus contractus, non eſſet vniuerſale, ſed particulare alicuius familiæ.

18 Obſeruandum tamen eſt, ✝ quod hac opinione etiam retenta, etſi licitus ac validus ſit huiuſmodi contractus ſponſaliorum, nihilominus tamen ante & poſt diſpenſationem impetratam quilibet ex contrahentibus poterit ad libitum pœnitere, cum nouus conſenſus ad cōtrahendum ſit neceſſarius poſt omnimodam expeditionem diſpenſationis, quo fit, vt ſi tunc nollent de nouo conſentire, eſſent liberi (quamuis contrarium in hoc nominatim probent Ant.de Butr. Calder. Præpoſit & Andr. *vbi ſup.* cæterique primæ partis *ſupra* citatæ auctores) quoniam prior ille conſenſus reuocabilis fuerit, quia præſtitus fuit ab illegitimis, hoc eſt, impeditis contrahere, & quamuis validus, vtpote relatus ad tempus habile, nihilominus reuocari poteſt, vt expreſſe habet communis opinio *ſupra* ſecundo loco relata *n.16.* quam in hoc probamus, quamuis dum habet, validum non eſſe huiuſmodi contractum ac proinde nullam ex eo oriri, etiam in futurum, obligationē *ſupr.* iure improbauerimus, idque manifeſte conſtat ex Sot.& Tello Ferrand. *vbi ſup.* idem expreſſe cum communi fatentibus, nempe, licitam eſſe hoc caſu pœnitētiam, tenet præterea Marienc. *vbi ſupra*, dicens, quod quilibet poterit pœnitere, etiam poſt obtentam diſpenſationem: & probatur vlterius, quia in cuiuſque voluntate eſt, vti dicta diſpenſatione vel non, vt vult Anchar. *conſil.239.in fin.* & Pariſ. *conſil.52.n.41.vol.4.* quos refert & ſequitur Tellus *vbi ſupra* tenebitur tamen pœnitens hac in ſpecie alteri conuentioni ſtare volenti refundere expenſas ad diſpenſationem impetrandam factas, *arg.l.ſi pecuniam.ff.de cond.cauſa data.* &c.

Quod ✝ ſi replices; Quid proderit, obſecro, eſſe licitum validumque huiuſmodi contractum, ſi tandem euaneſcit pœnitentia vnius ex contrahentib. Reſpondebo libenter, quoad effectum nihil intereſſe, an validus vel nullus ſit, quandoquidem poteſt vtraque pars pœnitere. Quod ſi iterū inſtes, ſi validus eſt contractus hic compelli debet cōtrahens ad fidem præſtitam implendam diſpenſatione expedita ac ſi impedimento ſublato contraxiſſent, vt habet opinio Anton.de Butr. & ſequacium: Nam etſi Concil.Trident. ſuſtulerit matrimonia clandeſtina, non tamen prohibuiſſe viſum fuit ſponſalia de futuro, vt late probauimus *in noſtro tract. de iuramento confirm. 1.part.c.51.n.1.& ſeq.* quia hoc in caſu ceſſant rationes, quibus motum fuit Concilium, vt matrimonia clandeſtina prohiberet, vt illic docuimus: Ergo ſicut cōtrahens de futuro hodie compellitur ad promiſſionem implendam, ita etiam in propoſitò ✝ compellendus videtur conſanguineus vel affinis, qui, *ſi Papa diſpenſauerit*, promiſit contrahere cum conſanguinea vel affine, diſpenſatione ipſa conceſſa & habita, cum vt defendimus validus hic ſit contractus & licitus? Reſpondeo ſane, differētiam eſſe inter ſic promittentes habiles non impeditos, quos teneri adimplere promiſſum indubium eſt, & inter inhabiles & à iure impeditos ad conſentiendum, qui etſi valide in futurum, deficiente impedimento, contrahere poſſint, reuocabiliter tamen obligentur propter iuris impedimentum, vt habet communis ſententia: idem enim vidimus in impuberibus maiorib. ſeptennio, qui ſiue per verba de præſenti matrimonium contrahant, quo caſu ius interpretatur inter eos ſponſalia de futuro eſſe contracta, ſiue ipſi de futuro expreſſe contrahant, valent quidem ſponſalia, *vt in c.1.§.de deſponſ.impub.l.6.* & nihilominus adueniente ætate poteſt factus pubes libere à præd.ſponſalib. reſilire atque promiſſum non adimplere, *vt ſup.docuimus c.18.n.10* Ergo ita in propoſito idem dicendum videtur, vt conſenſu horum conſanguineorum vel affinium, de quib. agimus etſi licitus validuſque fuerit contrahendi in futurum; *Si Papa diſpenſauerit*, attamen Papa diſpenſante poterit quilibet eorum altero inuito pœnitere, vt eſt prædictum, quia conſenſus ab eiſdem antea præſtitus non fuit ita efficax atq; obligatorius, quia præſtitus fuit tempore, quo erant iure impediti, proinde nouus cōſenſus ſublato impedimento neceſſarius erit, ſicut ſi præſtitus fuiſſet ab omnino liberis & legitimis perſonis abſque vllo impedimento ad contrahendum: quia licet de præſenti non contraxerint ſed de futuro, ac proinde poſtea nouus conſenſus ad matrimonium de præſenti celebrandum requiratur, ille tamen conſenſus prior de futuro conſummatus ac ſufficiens fuit, quia nullo defectu

labo

laborabat, ſicut laborat in impeditis iuris diſpoſitione
ſiue prohibitione, qui etſi in futurum conſentire poſ-
ſint ſub conditione illa; *Si Papa diſpenſauerit*, adhuc ta-
men ille conſenſus non eſt integer neque conſumma-
tus, donec Papa diſpenſet & inſuper de nouo ratifice-
tur, & ideo merito, ipſo Papa diſpenſante ante ratifica-
tionem erit reuocabilis ad nutum & libitum eius, qui
illum præſtitit. Quod ſi hoc adhuc tibi non ſatisfecerit
quia ex quo promiſſio præfata ſponſaliorum eſt vali-
da: Ergo & irreuocabilis: quia etſi conſenſus præſtitus
ab huiuſmodi impeditis canonice contrahere ſit nullus
ſi pure præſtetur, attamen ſub præd. conditione; *Si Pa-
pa diſpenſauerit*, legitimus eſt validus, vt habet prior
communis opinio Canoniſtarum: Ergo irreuocabilis.
Reſpondeo nihilominus licitam eſſe pœnitentiam, vt
prædiximus ſecundũ receptiorem ſententiam, Quan-
doquidem negari non poteſt, quin minus ſoliditatis
habeat contractus hic; quam inter habiles ad contra-
hendum abſque vlla diſpenſatione celebratus ſub alia
conditione licita; Illum namque non vſque adeo expe-
ditum eſt, validum eſſe irreuocabiliter ob inhabilita-
tem perſonarum, cum ſuper eo articulo ſint opiniones
diuerſæ ac rationes pro & contra militantes, & com-
munis ac verior ſit illa, vt pœnitentiæ locus ſit, vt vidi-
mus, & ideo tenenda in iudicando & conſulendo: hic
autem iure perſpicuo validus & irreuocabilis eſt à
principio, quia nullo morbo laborat, ac proinde veri-
ficata conditione adimplendus omnino eſt. Supereſt
modo, vt reſpondeamus aliquibus rationibus *ſupra* ad-
ductis, tam propriori, quam pro ſecunda partibus, qui-
bus non eſt ſatisfactum, & huic noſtræ tenendæ ſen-
tentiæ aliquid obeſſe videntur.

Et primo non obeſt primum fundamentum prio-
ris partis, quod habet cum communi opinione Cano-
niſtarum, vt matrimonium per verba de præſenti com-
tractum ſub alia cōditione licita & honeſta, aduenien-
te conditione, ſtatim efficiatur matrimonium abſque
nouo conſenſu. Hæc namque recepta à iuris Canonici
21 interpretibus † ſententia vera non eſt, ſed prorſus fal-
ſa; & contraria Theologorum veriſſima & tenēda, imo
quod hoc caſu, adueniente conditione, non ſit matri-
monium de præſenti, ſed ſponſalia de futuro, & ideo
nouus conſenſus de præſenti ad matrimonium requi-
ritur, ex ſequentibus fundamentis.

Primo, quia in hac ſpecie à principio non eſt con-
ſenſus ad matrimonium ſufficiens, quia conditionalis
eſt nec aduentus conditionis ſufficit: Nam ſi antea diſ-
ſentiat contrahens, euentus præfatus conditionis non
operatur contractum coniugalem abſque nouo con-
ſenſu, vt ipſi Canoniſtæ fatentur: At ſi ſufficiens eſſet
à principio, nihil obeſſet, an medio tempore conſen-
tiens diſſentiret, ſi conditio poſtmodum euenerit, vt
patet in cæteris contractibus conditionaliter celebra-
tis. Cum igitur dictus conſenſus ab initio ſufficiens, nō
ſit poſtea cōditione eueniente nullus conſenſus inter-
cedit, quia aduentus conditionis non efficit nouum
conſenſum: Ergo ſi de nouo non adhibeatur, non datur
ſufficiens ad coniugium.

22 Secundo, † contra prædictam communem ſenten-
tiam Canoniſtarum & pro communi Theologorum
contraria adeſt tex. expreſſus *in dict. c. ſuper eo, de cōd.
appoſit*. vbi probat tex. adueniente conditione cogen-
dum eſſe matrimonium contrahere illum, qui condi-
tionalem cōſenſum præſtitit, nempe *ſi pater conſentiret*:
Ergo nondum erat matrimonium contractum euenie-
te etiam conditione. Præterea conſtat ex illo text. con-
ſenſum de præſenti ſub conditione præſtitum habere
vim promiſſionis de futuro: non poteſt ergo tranſire
in matrimonium, niſi conſenſus de præſenti de no-
uo interueniat: Quamuis igitur ſponſalia prædicta cō-
ditionalia ante conditionis euentum dici poſſint de fu-
turo, quoad hunc effectum, vt iure communi attento
per copulam, vel quid æquipollens cenſeatur à condi-
tione receſſum (hodie vero neque quoad hoc, attento
Concil. Trid. vt deduximus *in d. cap. 51. de iuram con-
firmat. 1. par. nu. 12. & ſequ.* & ſupra quoque *cap. 18. nu. 4.*
meminimus) non tamen quoad alia: ante ſiquidē con-
ditionis euentum nec oritur publicæ honeſtatis iuſti-
tiæ impedimentũ, *vt in c. 1. §. ſi. de ſpoſ. lib. 6.* nec eſt cogē-
dus promiſſor contrahere, *vt in d. cap. ſuper eo*, quæ lo-
cum haberent, ſi illa fuiſſent ſponſalia pura de futuro,
vt conſtat. Quibus fit, vt conditio de futuro verbis
etiam de præſenti adiecta, non faciet, dum adimple-
tur, matrimonium ſed ſponſalia confirmabit: Igitur ſi
alter illorum ad aliud matrimonium tranſierit, illud
erit validum: & ita merito hanc opinionem probauit
S. Thom *in 4. ſenten. diſt. 29 quæ 3 verſ. ad 3.* & *Io. Maier
diſt. 27. qu. 4. col. 2.* & *Adrian in 4. ſub tit. de matrim. in qu.
2. verſ. ad diſcernendum, fol. 397.* vbi Paludanum repre-
hendit, qui tam infirma ratione ſuum magiſtrum de-
ſeruerit. & Theologis deſertis ad Canoniſtas confugit:
ſed Magiſtrum ſequitur. dicens eſſe communem ſen-
tentiam Doctorum Victo. *in ſua Summa de ſponſ. q. 260.
in verſ. ſed quid ſi perſone, &c.* Eandem latiſſime pluri-
bus comprobat atque tanquam indubiam tradit Do-
min. a Soto *in 4. diſt. 29. qu. 2. art. 1. in 3. concluſ.* &
*Doctiſſ. Couar. vbi ſupra. nu. 5. & cæteri Theologi commu-
niter in 4. diſtin. 29.* quæ hodie proculdubio eſt ſeruan-
da, ſecundum formam Concilii Trident. vt teſtatur
Didac. Perez *in l. 1. tit. 1. lib. 5. ord. fol. 41.*

Quæ communis Theologorum ſententia & veriſ-
ſima maxime fauet & noſtram in præmiſſa ſpecie, de
qua agimus, quamuis ſit differentia inter vtrumque ca-
ſum reſpectu pœnitentiæ, in priori ſiquidem, nempe
cum conſanguinei vel affines aliterve Canonice impe-
diti contrahunt matrimonium ſub conditione; *Si Pa-
pa diſpenſauerit*, etiam ſi diſpenſet, poſſit quilibet eorum
pœnitere, vt ſupra probauimus: in ſecundo vero, nem-
pe quando habiles ad contrahendum pure, ſub condi-
tione alia permiſſa contrahunt, tunc enim licet adue-
niente conditione matrimonium de præſenti minime
efficiatur ſine nouo conſenſu, vt eſt prædictum iuxta
communem & veriorem Theologorum ſententiam,
non tamen poterit alter reuocare prædictum conſen-
ſum, cum ſit legitimus & ſtatim obligatorius ſub præd.
conditione, ſed aduentum conditionis exſpectare te-
nebitur atque poſtea promiſſum adimplere, vt ſupra
quoque diximus.

Nec pro communi Canoniſtarum facit dict. *c. ſuper
eo*, in verbis ſupra ponderatis à contrario ſenſu, ibi ha-
bito, &c. nec tex. in dict. *cap. 1. §. fin de ſponſ. in 6.* etiam a
contrario ſenſu inductus; Quoniam argumentum hoc 23
in iure non procedit, quoties ſenſus † contrarius eſſet
contra legem vel canonem, ſecundum Io. Andr. *in cap.
publicato, in 3. col. de elect.* nec etiam, quando ex eo ſe-
queretur correctio iuris, vt late tradit Euerard. *in ſua
centur. legal. loco 4. in 1. & 2 limitatione*, ſed in propoſito
eſt tex. expreſſus, probans contrarium *in d. c. ſuper eod.*
vt eſt prædictum. Ergo argumentum à contrario ſen-
ſu ex aliis verbis ipſius vel etiã ex dict. *cap. 1. § final. de
ſponſ. in 6.* vel aliis iurib non eſt ſumendũ in contrariũ.

Nec differentia. quam ſupra retulimus ex Emanue-
le Coſta *d. lib. 1. Select. cap. 8. num. 14.* quicquam facit in
propoſito, quia in vtroque caſu, nempe cum teſtator
iuſſit, vt ſucceſſor maioratus à ſe fundati vel heres à ſe
inſtitutus ita demum ſuccedat in maioratu vel heredi-
tate, *ſi matrimonium contraxerit cum conſanguinea pro-
pria vel affini*, non adiecta conditione; *Si Papa diſpen-
ſauerit*, quo caſu non valere diſpoſitionem affirmat
Coſta *vbi ſupra*, ſiue ea expreſſe adiecta, quo caſu valet
ſecundum



ſecundum ipſum, non agitur de matrimonio de præ-
ſenti inducēdo nec de promiſſione vel contractu ipſius
vel ſponſaliorum de futuro inter contrahere debentes,
ſed tantum de legato quodam vel hereditate relictis
ſub ea conditione, *vt matrimonium cum conſanguinea
vel affine contrahatur*, quod diuerſum eſt à noſtra quæ-
ſtione: præterquam quod & in illo caſu contrarium
aduerſus Coſtam rectius probauerit Doct. Molina *vbi
ſupra, d. lib. 2. c. 15. num. 7. & in adnotatio. num.* 11. Imo
24 quod † nulla etiam mentione facta diſpenſationis ipſa
conditio tacite inſit, vt petenda ſit prius diſpenſatio
atque obtinenda ad hoc, vt diſpoſitio teſtatoris ſuſti-
neatur hoc caſu, ſicut quando id exprimitur ab eodem.

25 Quo fit, † vt quamuis in matrimonio de præſenti de
facto pure contracto inter conſanguineos vel affines
*infra* quartum gradum abſque conditione illa; *Si Pa-
pa diſpenſauerit*, non poſſit ea intelligi tacite, cum de
facto contrahant abſque ea ac proinde incurrant ex-
communicationem, *de qua in dict. Clementin. 1. de con-
ſang. & affinit.* Attamen in ſponſalibus de futuro inter
eoſdem contractis abſque prędicta conditione; *Si Papa
diſpenſauerit*, forte ineſſe poterit atque appoſita cenſe-
ri debebit præd. conditio, vt actus potius valeat quam
pereat, cum abſque ea ſit nullus: Hinc eſt, vt ex ſponſa-
26 libus de futuro, illa † excommunicatio minime incur-
ratur, cum ſit pœna appoſita conſanguineis vel affini-
bus de præſenti contrahentibus, ergo extendi non de-
bet ad alios caſus. Et in terminis ita tenet gl. *in d. Clem.
1. verbo, contrahere*, quam *ibi* ſequuntur Doct. & eſt com-
muniter approbata ſecundum Ripam *in tit. de peſte in
rub. de remediis ad conſeru. vrb. num. 65.* & Nauar *in Ma-
nual. Latino c. 22. nu. 43.*

Vltimo non obſtat tertium argum. adductum *ſupra*
pro communi, nempe, quod ſi pure contraheretur in-
ter huiuſmodi impeditos, implicite tamen intelligere-
tur ac ineſſe conditio ipſa; *Si Papa diſpenſauerit*, & ni-
hilominus ipſa non adiecta, contractus matrimonij
non valet, &c. Nam reſpondeo, in matrimonio de præ-
ſenti pure contracto inter impeditos, nullo modo poſ-
ſe eam conditionem intelligi, cum de facto abſque
diſpenſatione celebretur, ac proinde non valebit; At
in ſponſalibus de futuro inter eoſdem contractis for-
ſan intelligi deberet, vt actus meliori modo, quo poſ-
ſet, ſuſtineretur in hunc ſenſum, vt impetrata diſpen-
tione ſit validus reuocabiliter ac ſi expreſſe adiiceretur
præfata conditio, non vero ex hoc in aliquo læditur
noſtra media ſententia, quam tuemur.

Cætera fundamenta vtriuſq; partis, nempe affirma-
tiuæ & negatiuæ, noſtræ nihil obſunt, imo proſunt, vt
ex eiſdem liquet, quapropter ipſa eſt tenenda ac ſecun-
dum eam vidi iudicari, nempe, vt impetrata diſpenſa-
tione, pœnitentiæ locus eſſet, quod communis ſupra-
dicta affirmat.

## SVMMARIVM.

1 *Impedimentum, quod propter affinitatem ex illicita co-
pula contrahitur, hodie per ſanctum Concilium Tri-
dentinum, ad primum, & ſecundum gradum reſtri-
ctum eſt, in vlterioribus vero gradibus, nec impedit
nec dirimit, vt Pius V. ſuo motu proprio declarauit,
vt in num. 2.*

3 *Inceſtus punibilis propter affinitatem, an hodie commit-
tatur ex illicita copula, in tertio & quarto gradibus?*

4 *Impedimentum contractum ex illicita copula in ter-
tio, & quarto gradu affinitatis, ante confirmationem
Concilij Tridentini eſt hodie diſpenſatum Motu pro-
prio Pij Quinti.*

5 *Coniux committens ſcienter inceſtum cum conſangui-
nea vxoris ſuæ intra quartum gradum, ſecundum ius
antiquum duplici pœna punitur; primo, quia non po-
teſt petere debitum ab vxore ſua: ſecundo, quod ipſa
mortua, non poteſt cum alia quacunque contrahere ſi-
ne diſpenſatione.*

6 *Ob inceſtum cum affine commiſſum licite denegatur con-
iugale debitum, ſi forte petatur.*

7 *Committens inceſtum, ſi ſit iuuenis, non ex hoc ei licebit
debitum coniugale exigere vel vxore mortua, cum alia
de nouo contrahere abſque diſpenſatione, quamuis iu-
uentus iuſta cauſa ſit eam impetrandi.*

8 *Impedimentum, ſi inceſtus occultus ſit, an aliquod ſit
cum alia legitima contrahendi.*

9 *Coniux ſi propter inceſtum à ſe commiſſum cum conſan-
guinea vxoris ſuæ, non poſſit ab ea debitum exigere,
poterit amen eidem nonnunquam inſinuare, ſe eſſe pa-
ratum ad illum vſum.*

10 *Epiſcopus poteſt diſpenſare cum inceſtuoſo, vt contrahat
cum illa muliere, quæ ſibi ratione inceſtus affinis facta
non eſt, & ita ſe habet conſuetudo, vt in nu. 12.*

11 *Epiſcopus poteſt contra Canonem Papæ aut Concilij pu-
re pœnalem diſpenſare, quando ei ſpecialiter hoc non
prohibetur.*

13 *Iuuenis inceſtuoſus, qui eſt in ea ætate, qua de iure de eius
continentia timeatur, poterit abſque diſpenſatione, cum
legitima alia vxore contrahere, & ab ea debitum pete-
re, quæ ſibi per inceſtum affinis effecta non eſt, & iuue-
nis in propoſito dicitur, qui ſexageſimum ætatis ſuæ
annum non attigerit.*

14 *Quilibet inceſtuoſus idem facere poterit, vbi non eſt con-
ſuetum, petere diſpenſationem, vt hic, quamuis ſecurius,
ſit, eam poſtulare ab Epiſcopo ſecrete per tertiã perſonã.*

15 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare cum inceſtuoſo, ad exi-
gendum debitum ab vxore ſua, & nu. 20. & quid ſi in-
ceſtus ſit ſceleratiſſimus, vtputa commiſſus cum ſorore
vxoris aut cum ſocru? nu. 16.*

17 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare cum contrahente matri-
monium contra votum ſimplex ad exigendum debitum.*

18 *Epiſcopus licet regulariter non poſſit concedere ſtatuta
aut diſpenſare contra Canones, fallit tamen ex cauſa
euidenti & neceſſaria.*

19 *Multa ex cauſa neceſſitatis fieri poſſunt, quæ alias non
licerent.*

21 *Diſpenſatio non eſt vlla hodie neceſſaria inceſtuoſo cum
conſanguinea vxoris ſuæ, vltra primum & ſecundum
gradum, ad petendum debitum ab vxore ſua.*

## CAPVT XXIII

## De impedimento affinitatis ex illicita copula prouueniente, & quis diſpenſet ad petendum debitum.

SAncta † Synodus Tridentina, iuſtis & grauiſſimis 1
cauſis adducta, impedimentum, quod propter affi-
nitatem ex fornicatione contractum inducitur, & ma-
trimonium poſtea factum dirimit, ad eos tantum,
qui in primo, & ſecundo gradu coniunguntur, re-
ſtrinxit: in vlterioribus vero gradibus ſtatuit huiuſ-
modi affinitatem matrimonium poſtea contractum
non dirimere, vt cauetur *Seſſione 24. cap. 4. de reforma-
tione matrimonij*. Sed quia à pluribus Chriſti fidelibus
fuit dubitatum, an, licet in vlterioribus gradibus hu-
iuſmodi matrimonium contractum non dirimatur,
adhuc tamen iuxta antiquos Canones contrahi prohi-
beretur, felicis recordationis † Pius Quintus Pontifex 2
Maximus, ſub Bulla Romæ lata anno 1566. IV. Ca-
lendas Decembris, omnem ambiguitatem tollere &
animarum tranquillitati ac matrimonij libertati, quan-
tum cum Deo poſſet, conſulere volens, declarauit & A-
poſtolica auctoritate decreuit, nullum hodie impedi-
L mentum

mentum remanere: quo minus in vlterioribus gradi-
bus huiuſmodi libere & licite matrimonium contrahi
poſſit, & ita ab omnibus iudicari debere mandauit at-
que ſtatuit, vt ad literam in præfata bulla cauetur, quã-
uis non viſo præd. motu proprio contrarium exiſtima-
uerit Nauar. in Manuali Lat. cap. 22. n. 42. nempe pec-
care contrahentes ſine diſpenſatione in tertio & quar-
to gradu affinitatis, ex illicita copula contractæ, quia
Concilium vbi ſup. non ait, non impediri, ſed non di-
rimi: & à veteri lege non diſcedimus, niſi quatenus per
nouam exprimitur, l. præcipimus, C. de appell. hoc tamen
hodie non procedit, ſtante dict. Bulla Pij V. vt poſtea
aduertit idem Nauarr. in additione marginaria ibidem
poſita.

3 Dubitari † tamen vidi circa d. conciliarem conſtitu-
tionem atq; Bullam Summi Pontificis; An in vlteriori-
bus gradib. præter primum & ſecundum, ex copula illicit a
inceſtus punibilis committeretur? Concilium enim ſolum
agit de tollendo impedimento affinitatis, quod antea
ſecundum Canones ex copula illicita, in prædictis ter-
tio & quarto gradib. ad hoc, vt huiuſmodi affinitas in
illis matrimonium poſtea contractum non dirimeret;
Quinimo nec impedit contrahendum, vt in prædicta
Bulla Pij V. Non vero loquitur quoad reliqua, nempe
reſpectu inceſtus pœnarumque ipſius: Quare cum hoc
non mutetur, incorrectum manere videtur, arg. l. ſanci-
mus, C. de teſtam. & l. præcipimus cum ſimil. C. de appellat.
Nihilominus contrarium verius exiſtimamus, quoniam
ſi affinitas in vlterioribus gradibus prædictis expreſſe
ſublata eſt à Concilio & Summo Pontifice, vt ipſa non
obſtante matrimonium poſſit contrahi libere, virtuali-
ter etiam tollitur inceſtus, cum hic ſtare aut cõmitti mi-
nime poſſit abſq; illa: quod & ſecundo ad oculum oſtẽ-
do. Iure antiquo etiam vltra quartum gradum conſan-
guinitatis & affinitatis, vſq; ad ſextum erant prohibitæ
nuptiæ, hodie vero prohibitio, iuſtis de cauſis quartum
gradum non excedit, vt in cap. non debet, ibi; Prohibemus
quoque copulæ coniugalis quartum conſanguinitatis & affi-
nitatis gradum de cætero non excedat, de conſang. & affin. l.
4. tit. 1. par. 4. verſ. la ſegunda, & l. 12. tit. 2. par. 4. nullus
tamen audebit dicere, cum conſanguineo vel affine in
quarto aut vlteriori gradu committi per copulam illi-
citam inceſtum punibilem, quamuis peccatum morta-
le incurratur, quia cum ſublata ſit conſanguinitas, &
affinitas per d. cap. non debet, vltra quartũ gradum, quo-
ad matrimonia, conſequitur manifeſtiſſime, deficiente
iam conſanguinitate vel affinitate in vlterioribus gra-
dus, nullo modo inceſtum committi poſſe in illis: Ita-
que conſanguinitas & affinitas, quæ impedit matrimo-
nia contrahi, eſt, quę etiam per copulam illicitam indu-
cit inceſtum: cum vero in tertio & quarto gradib. iam
affinitas proueniens ex copula illicita ſit ſublata, vt vi-
demus, non poteſt dici committi inceſtum in præd. vl-
teriorib. gradibus: quod inſinuauit ſtrenuiſſime F. Bar.
à Medina in ſua inſtruct. de cõfeſſores, en la declaracion del
ſexto mandamiento, §. 18. in verſ. la ſegunda, vt inquit Al-
fonſus à Veracruce in append. ad impedimenta affinit.
circa fin. prædictos gradus ablatos à Concilio, ſic ſe mo-
tos eſſe, vt perinde ſit, ac ſi non fuiſſent olim. * Et poſt
hæc ſcripta præd. meam opinionem longè probabilio-
rem eſſe, teſtatur Petrus de Ledeſma nu. 9. pag. 420. verſ.
circa eand. in addit. ad tertiam partem, q. 55. art. 3.

4 Præterea, † impedimentum contractam ex illicita
copula in prædictis vlterioribus gradidus, ante confir-
mationem Conc. Trid. eſt hodie diſpenſatum per eun-
dem Pium V. vt patet ex eius declaratione inter ipſius
motus proprios poſita, anno eodem 1566. facta.

5 Sed quid † erit dicendum, Si coniux ſcienter committat
inceſtum cum conſanguinea vxoris ſuæ intra quartum gra-
dum ſecundum ius antiquum? Et profecto duplici pœna
punitur quoad futurum. Primo, quia non poteſt pete-
re debitum ab vxore ſua, quam iam habet ſub mortali
peccato, quia per inceſtũ viri ſibi affinis facta eſt, quã-
uis illi innocenti exigenti reddere teneatur, vtpote ei-
dem nocere aut ius ſuum auferre non debet crimen
alterius. Secundo, quia ipſa vxore mortua, non poteſt
cum alia quacunque contrahere abſque diſpenſatione,
de qua infra: quod ſi contrahat, tenet matrimonium,
quamuis mortaliter peccat, vt in c. 1. & in c. 1. veniens, &
in c. transmiſſa, & in c. diſcretionem, in cap. tuæ fraternitatis
& alibi, de eo qui cognouit conſan. vxo. ſuæ. & in c. qui dor-
mierit, & in cap. non cubuiſti, in cap. ſi quis viduam, & in ca.
ſi quis nouercam. 32. q. 7. Eſtque veriſſimum atque ſine
dubio, & apud omnes conſtituiſſimum, idem tenentes
è conuerſo reſpectu alterius coniugis.

Quare † ob inceſtum cum affine commiſſum licite 6
denegatur coniugale debitum, ſi forte petatur, vt in d.
cap. 1. & in dict. cap. transmiſſa. Quod procedit, etiamſi
is, qui denegat, ſciens inceſtum ab altero commiſſum,
iam ſemel eidem debitum coniugale reddiderit, ſecun-
dum Anto. de Butr. Cardin. & Abb. in dict. cap. transmiſ-
ſa, poſt antiquiores ibidem. Quinimo, etiamſi commit-
tens inceſtum ſit iuuenis, † non ex hoc ei licebit debi- 7
tum coniugale exigere, vel vxore mortua, cum alia de
nouo contrahere abſque diſpenſatione, quamuis iu-
uentus iuſta cauſa ſit eam impetrandi: gl. communiter
recepta in cap. 2. verbo, ex diſpenſatione, de eo qui cognouit
conſang. vxor. ſuæ, Syueſt. verb. matrimonium, 7. in vltimo
impedimento, nu. 6. & verb. luxuria, verſic. quantum, Re-
gia l. 13. tit. 2. part. 4. tradit Didacus Couar. in 4. de ſponſ.
2. part. cap. 7. §. nu. 5. aduerſus gloſſam in capit. in adole-
ſcentia, 33. quæſt. 2. & ita eſt tenendum, quamuis Alfon-
ſus à Veracruce in ſuo Specul. coniug. 3. part. art. 17. circa
fin. exiſtimet, quod ſi huiuſmodi inceſtuoſus petat de-
bitum ſecluſo contemptu abſque diſpenſatione, non
videtur peccatum mortale: ſed vltra ſupradictos con-
trarium cum communi probauit Abulenſ. ſuper Mat-
thæo 5. quæſt. 200. & Alfonſus à Caſtro de poteſt. at. leg.
pænal. libro 2. cap. 5. in verſicul. verum, Ioan. Andr. ibi, in
cap. transmiſſa, &c. & Viguerius relati à Veracruce vbi
ſupra.

Si autem † inceſtus occultus ſit & de ipſo non con- 8
ſtet, nullum erit impedimentum cum alia legitime cõ-
trahendi. Solet in hoc citari Abb. in cap. literis, de præ-
ſumptionibus, eamque ſententiam cum ipſo probauit
Dominicus à Soto in 4. ſenten. diſtinctio. 37. quæſtio. vni-
ca, artic. 1. in verſi. circa hos autem omnes, & Antoninus à
Cordub. libro 1. quæſtionar. quæſt. 12. in verſic. ſed verum.
Ego vero in primis aduerto, hoc impoſitum eſſe Ab-
bati, non enim video, etſi totum eum ibi perlegerim,
quod hoc dixerit ſaltem præcipuè & apertè, ſed verbis
ſubobſcuris: Nam in n. 21. id ſolum, quoad rem attine-
re videatur, præfatur, nempe, Ex hoc text. nota, quod
inceſtuoſa priuatur ſpe contrahendi matrimonium,
etiamſi actum fuerit ciuiliter: & nota hoc vltimum, vi-
detur enim, quod ipſa ſit ipſo iure pœna delicti, quali-
tercunque de eo conſtat: argum. hic, & in cap. ſi quis ſpon-
ſam, 26. quæſt. 2. quaſi velit dicere, eſſe neceſſarium qua-
litercunque de crimine conſtare, vt inceſtuoſus in præ-
fatam incidat pœnam. Hoc tamen non aperit & ideo
immerito ad præfatam allegatur ſententiam: tum præ-
terea, etiamſi id diceret, expreſſe falſum meo iudicio
eſſet. Primo, quia nos agimus in foro conſcientiæ, &
reſpectu peccati, in quo veritati eſt ſtandum. Secundo,
quoniam iuxta illud deciſio dict. cap. transmiſſa, cum ſi-
mil. nunquam aut rariſſime ſuum ſortiretur effectum,
quia peccatum illud talis eſt conditionis, vt raro con-
tingat eſſe notorium vel ſaltem crebrius occultè com-
mittur, & ita merito prædictam ſententiam impro-
bat Alfonſus à Caſtro vbi ſupra.

Obſer



9 Obſeruandum † tamen eſt in propoſito, quod ſi vir
hoc crimen commiſerit & fœmina ſit innocens, quia
mulieres raro præ verecundia exigere conſueſcunt,
grauamen eſſet vxori virum nunquam exigere, ideo
licebit viro nonnunquam inſinuare ſe vxori & offerre
ſe ad illum vſum: Nam genus illud petendi, quodam-
modo eſt reddere, vt aduertit Soto in diſtinct. 37. quæſt.
vnica, artic. 2. in verſic. debet autem, & ibidem etiam li-
mitat ſuperiora, quando inceſtus per ignorantiam in-
uincibilem facti, hoc eſt, conſanguinitatis, eſt commiſ-
ſus, vel quando fœmina inuita & per vim fuit ab alio
cognita, quia his duobus caſibus inceſtuoſus, quam-
quam affinitatem contrahat cum ſuo coniuge, non ta-
men cenſetur iure petendi priuari: ſupereſt nunc ſcire,
vtrum Epiſcopus poſſit diſpenſare cum quocunque in-
10 ceſtuoſo, vt contrahat † cum alia legitima vxore & vt
debitum petere poſſit? Et ſane ſi quærimus reſpectu il-
lius vxoris, quæ ratione inceſtus ipſi affinis effecta non
eſt, proculdubio res eſt, id poſſe Epiſcopum. Primo per
11 tex. in cap. ab iſto die, 35. q. 6. Secundo, † quia Epiſcopus
poteſt contra Canonem Papæ aut Concilij pure pœ-
nalem diſpenſare, quando ei ſpecialiter hoc non pro-
hibetur, ſecundum communem doctrinam, quam re-
fert Syueſt. verbo, diſpenſatio, q. 9. & Summa Angel. eod.
tit. §. 5. Cordub. vbi ſup. in verſ. quorum primum eſt. Ter-
tio, quia ſic eſt conſuetudo legitime præſcripta, vt re-
12 fert † & tenet Syueſt. vbi ſup. & Caietanus in ſua Sum-
ma, verb. matrimonium impedimentia, c. 2. & Soto in d. di-
ſtinctione 37. quæſtione vnica, art. 1. & 2. & Nauar. in Ma-
nuali Latin. cap. 22. n. 74. 75. & 86. & Veracruce in Spe-
cul. coniug. 1. part. art. 23. Couarruuias vbi ſupra, cap. 7. n.
6. & in hoc omnes fere Doctores concordant ſecun-
dum Cordubam vbi ſupra, quod in terminis probauit
ante ipſum Florent. 3. part. ſua Summa, tit. 1. cap. 16. § 4 &
Palud. in 4. diſtinctio. 34. qu. 1. art. 2. fol. 170. col. 2. dicens,
poſſe in hoc diſpenſare Epiſcopum. Quinimo iuuenis
13 inceſtuoſus † huiuſcemodi, qui eſt in ea ætate, quod iu-
re de eius incontinentia timeatur, poterit abſq; diſpen-
ſatione cum legitima alia vxore contrahere, & ab ea
debitum petere, quæ ſibi per ſuum inceſtum affinis ef-
fecta non eſt, vt ex pluribus reſoluit Cordub. vbi ſupr.
in verſic. ſecundum dictum, & tenet Palud. vbi ſupra, &
inquit Corduba, ita eſſe conſuetudine legitima præ-
ſcriptum, quo res efficitur ſine dubio atque controuer-
ſia, & ſecundum ipſum iuuenis in propoſito dicitur; qui
ſexageſimum ætatis ſuæ annum non attigerit, vt in-
quit tenere Doctores communiter in cap. 1. de conuerſ.
coniug. & in verſ. ſed verum, credit eſſe conſuetudinem,
vt quilibet inceſtuoſus non petat Epiſcopi diſpenſa-
tionem ad contrahendum: præmaxime, quando ince-
14 ſtus eſt † occultus & non deductus ad forum iudicia-
le: Idemque erit, vbi non eſt conſuetum petere diſ-
penſationem, & vbi non eſt in hominum memoria, vt
Epiſcopi diſpenſent circa hæc, ſed potius hoc ſcientes,
longo tempore diſſimulaſſent, quia videntur tacite cõ-
ſentire, ac ſi diſpenſarent, ſecundum Palud. vbi ſupr. &
Syueſt. cum aliis, quos refert verb. matrimonium 7. nu. 6.
& Couarru. vbi ſupra, in verſic. & ſcito, ibi, cum reliquis
autem octo, quem refert & ſequitur Soto vbi ſupra, dicto
artic. 1. verſic. citra hoc autem, &c. Eſtque communis
hæc ſententia, vt alios allegans teſtatur Cordub. vbi ſu-
pra, verſic. tertium dictum, quamuis tutius eſt iuxta ple-
roſque ex ſupradictis ſecrete petere diſpenſationem
per tertiam perſonam ab Epiſcopo.

Si vero quærimus; Quis poſſit diſpenſare, vt inceſtuoſus
cum conſanguinea vxoris ſuæ, poſſit ab ea vxore ſua iam ei-
dem effecta affini, per prædictum inceſtum petere debitum?
de Papa, quod poſſit in hoc diſpenſare, non eſt dubium
ſecundum omnes: de Epiſcopo res quidem maiorem
difficultatem habet. Nihilominus tamen Abb. in dicto
cap. 1. de eo, qui cognouit conſang. vxoris ſuæ, nu. 4. tenet,
quod † ſi crimen inceſtus cõmiſſum eſt verum crimen 15
inceſtus (vtputa, quia commiſſum fuit cum conſangui-
nea vxoris) Epiſcopus non poteſt diſpenſare, niſi ra-
tione iuuentutis, quo caſu poteſt diſpenſare, vt in capit.
ſi duo, in fin. 35. qu. 6. ſi vero non eſt proprie crimen in-
ceſtus, vtputa, quia commiſſum fuit cum conſanguinea
ſponſæ (intellige nondum cognitæ) Epiſcopus poteſt
diſpenſare, etiam citra iuuentutem, vt in c. veniens, in
princip. eodem titul. vbi ibidem Abb. nu. 4. rationem dif-
ferentiæ aſſignat: & quod Epiſcopus poſſit in propoſi-
to diſpenſare cum cauſa (intellige in primo membro
Abbatis in dicto cap. 1. nempe, quando commiſſus fuit
inceſtus cum conſanguinea vxoris cognitæ; nam ſi cum
conſanguinea ſponſæ nondum cognitæ, ſine cauſa po-
terit Epiſcopus diſpenſare ſecundum Abbatem, vbi ſu-
pra) tenet idem Abb. innuens eſſe communem in d. cap.
transmiſſa, num. 6. quia ſi Eccleſia diſpenſat, vt poſſit
contrahere de nouo huiuſmodi inceſtuoſus, vt in dicto
cap. 1. à fortiori poteſt diſpenſare, vt poſt contractum
poſſit exigere. Eandem ſententiam probauit Beatus
Anton. Archiepiſcopus Florentinus in 3. parte ſuæ Sum-
ma, tit. 1. c. 11. col. 2. dicens, inceſtuoſum iuuenem, ſpon-
ſum tamen de præſenti, ante conſummatum cum ſpon-
ſa matrimonium ad alterum ex duobus teneri, vt vel
impetret diſpenſationem ab Epiſcopo, ſaltem ad exi-
gendum, vel religionem profiteatur, ne cogatur coha-
bitare cum vxore, imminente periculo animæ propter
exactionem debiti coniugalis, nec alias erit immunis à
peccato mortali: Ex quo apparet, poſſe Epiſcopum in
hoc diſpenſare: quod etiam tenuit idem Florent. in di-
cta 3. part. tit. 1. cap. 16. § 4. & Palud. in 4. ſenten. diſt. 34.
quæſt. 1. art. 2. Eandem diſtinctionem Abb. in dicto cap. 1.
ſequitur, & probat affirmans communem ex eodem
Abb. in dict. cap. transmiſſa Syueſt. in verb. luxuria, nu. 4.
verſ. quantum, & in verb. matrimonium, 8. quæſt. & num.
15. in verſ. ſed ille, per quem, &c. idem in verb. debitum con-
iugale, quæſt. 9. nu. 11. in fin. vbi hoc intelligit, loquens
in inceſtuoſo cum conſanguinea vxoris, hoc eſt, iam
cognitæ, quando non adeſt poſſibilitas adeundi Ro-
mam, quia non debent animæ remanere in laqueis ita
faciliter, nec hoc intendit Eccleſia: idem probauit Ca-
ietanus vbi ſupra, & citra dubium Soto dict. art. 1. in
verſ. circa hos, non ſemel citato, & latius in artic. 2. verſic.
dubium autem, vbi credit, certo Epiſcopum poſſe, imo
& debere diſpenſare, quamuis crimen ante conſumma-
tum matrimonium poſt ratum interceſſerit, ſaltem ſi
ad Romam non pateret inceſtuoſo facilis aditus aut
propter eius paupertatem aut infirmitatem aut propter
viæ longitudinẽ aut ob alia quæcunq; impedimenta, in
quibus nullum obiiceret ſcrupulum, quamuis non eſ-
ſent tam manifeſta, quia fortaſſe ſine iſtis impedimen-
tis etiam poſſet, cum in huiuſmodi diſpenſationibus
poteſtatem habeat Epiſcopus ordinariam, niſi per Pa-
pam fuerit cohibitus, & in his non videtur cohibitus:
& tandem inquit, opinio eſt communis, vt Palud. in il-
la diſtinct. & Syueſt. vbi ſupra. Idem ſimpliciter ſequi-
tur Specul. coniug. in 1. par. art. 50. in concl. 5. & in 3. par.
17. circa fin. Itaq; vt ex ſupradictis patet, communis re-
ſolutio Doctorum eſt in hoc art. vt Epiſcopus ex cauſa
iuuentutis vel ſimilibus ſupradictis, poſſit diſpenſare
cum inceſtuoſo cum conſanguinea vxoris ſuæ, faci-
liuſque ſi inceſtus commiſſus fuerit cum conſangui-
nea ſponſæ nondum cognitæ (quamuis hoc difficilius
innuat eſſe Soto, vbi ſupra, ſecundo loco allegatus) vt
debitum poſſit exigere ab vxore vel ſpõſa ſua: Attamen 16
quando inceſtus eſt ſceleſtiſſimus, † vt cum ſorore vxo-
ris commiſſus, & potiſſimum ſi eſt cum ſocru, cum
multo maiori difficultate & à ceterima iniuncta pœni-
tentia diſpenſandum eſt, & ſi poſſibilis eſt acceſſus ad

Papam, ad ipſum res ſecreto referenda eſt, ſecundum Sot *dict.2. in verſ. debet. autem*, adhuc tamen probabilius eſt, quod Epiſcopus etiam hoc caſu poſſit diſpenſare competenti pœnitentia impoſita.

Iſta autem communis ſententia nullibi in iure efficaciter probari videtur, quinimo in puncto iuris vera non videtur: quoniam in hac ſpecie, non tantum ob inceſtum prohibetur is debitum exigere, ſed etiam ex eo, quod vxor propria eiuſdẽ mariti affinis ſit propter acceſſum, quem ipſe habuit ad vxoris conſanguineam: Hoc vero impedimentum affinitatis à ſolo Romano Pontifice tollitur. Igitur & licentia exigendi debitum ab affine, per eundem tantum concedi poteſt, non per Epiſcopum: Argumento eorum, quæ in ſimili tradit Syluester *verb. matrimonium, 7. n. 5. verſic. vndecimum.* poſt D. Thom. quem refert ibi Syluest. quærens, vtrum
17 Epiſcopus poſſit diſpenſare cum + contrahente matrimonium poſt ſimplex votum caſtitatis, quantum ad hoc, vt poſſit exigere debitum, inquit, quod communiter tenent Moderniores *in capit. rurſus, qui clerici vel vouentes*, quod Epiſcopus poſſit diſpenſare ex cauſa legitima & cauſa legitima eſt periculum animæ, aut ex mora aut ex impoſſibilitate omnino adeundi Romam alias requiritur auctoritas Apoſtolica, quia iſta obligatio non exigendi (& nunc ad rem) venit ex obligatione voti, vnde ille ſolus poteſt hanc tollere, qui & illam: & ex hoc fundamento contra communem ſuperiorem ſententiam tenet nuncupatim Couar. *vbi ſupra, dict. n. 6.* & Anton. Cordub. *vbi ſupra, in verſ. quartum dictum*, qui aliis etiam rationibus id probare nititur. Nihilominus tamen communis ſententia præfata tenenda, eſt cui non obeſt argumentũ aduerſus eam *ſupr.* adductum ex Thoma & Syluestro, circa ſimilem diſpenſationem ad exigendum debitum per eum, qui contra votum caſtitatis à ſe factum matrimonium contraxit: Nam iidẽ nihilominus fatentur, in præd. caſu Epiſcopum poſſe diſpenſare ex cauſa legitima, ſicut & nos contendimus, & in noſtro, de quo agimus, nempe propter periculum animæ, aut ex mora aut ex impoſſibilitate omnino adeundi Romam: quod & probauit Dominicus Soto *in 4. ſentent. d. 38. qu. 2. art. 1. verſic. reddere etiam, &c.* Hoc namque periculum animæ prope ſemper verſatur atq; concurrit in iuuene inceſtuoſo cohabitante cum ſua coniuge, aut ex mora aut propter impoſſibilitatem vel ſaltem difficultatem aditus ad Romam aut propter paupertatem aut infirmitatem aut viæ longitudinem aut alia impedimenta, vt eſt prædictum: diſpenſare nãque hoc caſu, non eſt abſolute diſpenſare in affinitate, ſed ſecundum quid, id eſt, non ad contrahendum matrimonium de nouo cum affine, ſed ad vſum tantum matrimonij iam contracti, quod licet Epiſcopis, cum non ſit diſpenſatio abſoluta, ſed ſecundum quid ſicut diſpenſare cum eo, qui poſt votum caſtitatis contraxit matrimonium, vt poſſit petere debitum ab vxore, non eſt diſpenſare abſolute in voto caſtitatis, quia mortua vxore tenetur illud votum ſeruare, & ſi ad aliam accedat, peccabit contra votum: diſpenſare ergo ſimpliciter in affinitate, id eſt, non ſolum ad vſum matrimonij cõtracti, ſed etiam ad contrahendum matrimonium cum affine, ſolius eſt Romani Pontificis, ſed diſpenſare in affinitate ſecundum quid, id eſt, non ad contrahendum matrimonium denuo cum affine, ſed ad vſum matrimonij, non ſolius Romani Pontificis, ſed etiam Epiſcoporũ eſt. & idem eſt in voto caſtitatis ſimplici: Nam diſpenſare, vt poſt illud, qui vouit, licite contrahat matrimonium, ſolum eſt Romani Pontificis; ſed diſpenſare, vt vtatur matrimonio iam contracto, non ſolum Romani Pontificis, ſed etiam Epiſcoporum eſt: Vnde illud, quod ex Sancto Thoma & Syluestro refert Couarruuias, ſcilicet, quod ille ſolus poteſt tollere obligationem non exigendi, quæ ex voto prouenit, qui & illam, quæ ex voto procedit, verum dicit, quando auferatur illa obligatio abſolute vel ſine aliqua cauſa, etiam quoad petendum debitum tantum, vt prædicti Doctores volunt: ſecus ſi ſecundum quid auferatur, hoc eſt, ad petendum & exigendum debitum ex aliqua cauſa legitima ex ſupradictis vel ſimilibus, prout ipſi affirmant & contingit in propoſito: in quo ſcrupulus inijciendus non eſt, vt inquit Soto *vbi ſupra*, ſi impedimenta, ob quæ Ordinarius diſpenſauerit vel diſpenſatio petatur, non ſint adeo manifeſta.

Eodem modo reſpondetur ad cætera fundamenta Cord. Pro quibus facit; Nam licet regulariter non poſ- 18
ſit Epiſcopus + concedere ſtatuta vel diſpenſare contra Canones, fallit tamen ex cauſa euidenti & neceſſaria, vt ſingulariter dixit Bald. *in l. omnes populi n. 8. ff. de iuſtitia & iure*, quem ſequitur Abb. *in cap. at ſi clerici. §. de adulteriis, n. 9. de iudiciis*, & alij plures relati per Bernard. Diaz de Lugo *in regula 238.* & Petrum Duennas *in regula 248. limitatione 2.* vbi idem etiam tenet ex cauſa magnæ vtilitatis, quando ſuperior conſuli non 19
poſſet, alias ſecus. Multa + enim ex cauſa neceſſitatis fieri poſſunt, quæ alias non licerent, vt referunt Abb. *vbi ſup.* & Felin. *in cap. 1. n. 47. & ſeq. de conſtit.* & denique Rolandus à Valle *conſil. 56. lib. 4.* Quod præmaxime in propoſito procedit ob periculum animæ inceſtuoſi ſimul cum vxore cohabitantis vitandum & propter difficultatem aditus ad Romam, & quia ius hoc caſu diſpenſationem Summo Pontifici ſpecialiter non reſeruauerit nec Epiſcopi ab ea ſint cohibiti. Fit igitur ex ſuprad. vt Epiſcopus recte in hoc diſpenſare poſſit quoad effectum tantum exigendi debitum ab vxore, cui per inceſtum effectus eſt affinis, vt habet cõmunis opinio, quam ſequor ac libenter probo, & iuxta eam iam conſului; Quinimo & iudicaui, cum eſſem Ordinarius huius Epiſcopatus Ciuit. ſede vacante Epiſcopali: conceſſi enim facultatem cuidam confeſſario diſpenſandi ſuper huiuſmodi caſu: fatetur tamen lateque probat Cordub. *vbi ſupra in quinto dicto*, quod ſuis fundamentis, quibus contra communem + inſurrexit, 20
non obſtantibus, vbi fuerit conſuetudo legitime introducta, hoc eſt, ſcita vel tolerata à Papa, vel vbi ipſo ignorante introducta conſuetudo fuerit diſpenſandi cum huiuſmodi inceſtuoſis per tempus quadraginta annorum, bene poterit talis inceſtuoſus de diœceſani licentia ſeu diſpenſatione debitum petere ab vxore ita ſibi facta affine: Quinimo in præcedenti quarto dicto, *in verſ. vtrum autem ſit conſuetudo præſcripta*, tradit, quod ſit præd. conſuetudo, vt Epiſcopi diſpenſent ſuper hoc, & quod ideo notanter dixit, quod de rigore iuris Epiſcopus diſpenſare non poterat: Itaque reincidere videtur cum præd. communi ſententia, ſaltem attenta conſuetudine: ſed, vt prædiximus, de iure, etiam ſemota conſuetudine, vera eſt communis ſententia.

Vltimo + obſeruandum nobis videtur in propoſito 21
vnum ſingulare, ex quo mille forſan ſcrupuli ſuffirentur, nempe, quod hodie, ſi coniux rem habeat cum cõſanguinea vel cõſanguineo alterius coniugis, vltra primum & ſecundum gradum, puta in tertio vel quarto, ſicut in vlteriori, non erit diſpenſatio vlla neceſſaria ad exigendum debitum à proprio coniuge, cuius conſanguineam vel conſanguineum poſt ſuum matrimonium conſummatum vel ratum tantum, carnaliter cognouerit: Nam cum impedimentum ex illicita copula contractum in tertio vel quarto gradu, ad matrimonia cõtrahenda, iam ſit ſublatum à Sacro Conc. Trid ac libere in illis gradibus matrimonium contrahi poſſit, vt prædiximus in principio *huius c.* & præterea etiam inceſtus non committatur, vt nos etiam *ſupra* docuimus cõſequitur manifeſte, quod ex hac copula illicita vnius coniugis cum conſanguinea vel conſanguineo alterius coniugis, non orietur impedimentum aliquod affinitatis inter prædictos coniuges, ac proinde matrimonio contracto vti poterunt à fortiori, & non erit neceſſaria diſpenſatio. Supereſt igitur, vt in primo & ſe-
* cundo gradibus ea opus ſit. * Et in terminis, quamuis fluctuet, ita dicit videri tenendum Alphonſ. à Veracr. *vbi ſupra, cap. de impedimento affinitatis, per totum*, & in hanc partem multum inclinat (vt ipſe ait) nouiſſime Nauar. *conſil. 3. num. 3. & 4. de conſanguinitate & affinit.* licet non reſoluat: & eam tenent multi Theologi & Iuriſperiti, & eſt longe probabilior, quam contraria aliquorum Theologorum & Iuriſperitorum, ſecundum Petrum Ledeſmium *in addi. ad 3. part. qu. 53. nu. 3. pag. 418. in verſic. circa iſtam dubitationem*: Eandem ſententiam tanquam manifeſtam ex decret. Concilij Tridentini præd. ſequitur & probat Candelabrum aureum *ſeptem Sacramentorum*, dum agit de Sacramento matrimonij, *tit. de affinit. n. 209.* addens, quod ita conſulti tenuerunt Magiſtri Salmanticæ & Compluti & Guerrero Archiepiſcopus Granatenſis, & nos hic referens, dem ſequitur explicatio Bullæ Cruciatæ, Eman. Roderi. *in explicatione Bullæ Cruciatæ, §. 13. ſub. n. 8. & Archiepiſcopus Compoſtellæ Blanco in ſua Summa de aduertencias de curas, in 5. p. fol. 134. pag. 2.*

## SVMMARIVM.

1 *Vxor petens ſeparari à viro quoad thorum & mutuam cohabitationem ex cauſa ſæuitiæ, audienda eſt, ſi aliàs ei cautione ſufficienti non poſſit prouideri, & numero 2.*

3 *Cautio idonea in propoſito intelligitur, fideiuſſores, pignora vel forte iuramentum, ſi hoc magis timeat vir.*

4 *Vxor ſi propria auctoritate à viro diſcedat ob nimiam ſæuitiam, ſi hoc conſtet in continenti, eidem minime eſt reſtituenda, ſed alicui prouidæ & honeſtæ mulieri vſque ad cauſæ deciſionem cuſtodienda tradenda eſt, in loco, vbi vir neque parentes eius vllam poſſint mulieri violentiam inferre, & nu. 5.*

6 *Ex quibus proceſſit praxis hodierna in tribunalib. Eccleſiaſticis, muliere petente diuortium ex cauſa ſæuitiæ, idque in continenti probante, vt deponatur, &c.*

7 *Vxori litiganti cum marito ſunt miniſtranda expenſæ & alimenta per eum.*

8 *Vxor inſidians vitæ mariti & tentans eum perdere veneno, ſi aliter non poteſt cohiberi, veriſimiliter poteſt eijci propria auctoritate à marito & petenti reſtitutionem obſtabit exceptio.*

9 *Sæuitia non tantum præterita conſiderari debet in propoſito, ſed & timor futuræ eſt aduertendus.*

10 *Arbitrio iudicis relinquitur, quando tanta ſit ſæuitia viri, vt vxori prouideri poſſit remedio cautionis, & num. 11.*

12 *Maritus licite poteſt ex cauſa mulierem caſtigare atque iuxta qualitatem culpæ corrigere, ita quod non procedat ad ſæua, illa enim ſunt iudici relinquenda, etiam in ſeruis propriis.*

13 *Multum operabitur ad faciendam ſeparationem, ſi illam petens, probet, nullam cautionem ſufficere pro ſecuritate, &c.*

14 *Facto diuortio quoad thorum ob culpam viri, vxori reſtituenda eſt dos & medietas lucrorum ante quæſitorum. Idem eſt in lucris poſt ſeparationem quæſitis, n. 15. Nec hoc caſu vxor aliquid viro acquirit, nec communicat, num. 16. Secus ſi culpa vxoris, non vero viri, fiat diuortium, quia tunc quicquid ipſa acquirit, viro communicare tenetur, num. 17. Nec in hac ſpecie vxor aliquid habebit ex bonis antea per maritum quæſitis vel poſtea quærendis, num. 18.*

19 *Filij communes, facto diuortio inter coniuges, apud quem eorum morari ac nutriri debent.*

20 *Illud Matthæi*, Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet, *declaratur.*

21 *Cauſam magnæ ſæuitiæ eſſe ſimilem cauſæ fornicationis, vt ob eam quoque fieri diuortium debeat.*

## CAPVT XXIV.

### De diuortio inter virum & vxorem ex cauſa ſæuitiæ.

FRequentiſſime + lites agitari ſolent in tribunali- 1
bus Eccleſiaſticis inter coniuges, petente vxore ſeparari à viro, quoad thorum & mutuam cohabitationem ex cauſa ſæuitiæ: hoc autem forſan dubium videri poterit alicui, *An iure licite fieri poſſit?* dicit enim Dominus in Euangelio, vt conſtat Matthæi 19. *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Et rurſus Matthæi 5. interrogatus; an liceret viro quacunque ex cauſa dimittere vxorem ſuam, reſpondit, id non licere, niſi ob cauſam fornicationis, vt habetur *in capite ex publico de conuerſione coniugatorum.* Scriptura enim diuina teſtatur, quod propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna: vt patet *Geneſis 3. Eſdræ 4. Matthæi 19. Marci 10. refertur in capitul. gaudemus, de diuortiis.* Matrimonium enim fuit inſtitutum in ſtatu innocentiæ in paradiſo, ibique recepit indiſſolubilitatem à Domino cum dixit: *Quod Deus coniunxit, &c.* Quomodo ergo ab homine ſeparari poteſt vir ab vxore ex cauſa ſæuitiæ, cum ſolum illa fornicationis ſit excepta, ob quam vir poſſit dimittere vxorem ſuam? Exceptio enim firmat regulam in contrarium in caſibus non exceptis, *vt in l. nam quod liquide, ff. de penu legata*, notatur in rubrica *de regulis iuris, in 6.* Idem præterea cõprobatur teſtimonio Beati Pauli Apoſtoli *1. ad Corinth. 7*, dicentis *Alligatus es vxori? noli quærere ſolutionem, &c.*

Nihilominus + in contrarium eſt determinatio Ec- 2
cleſiæ ab Innoc. III. eius nomine facta *in cap. literas, de reſt. ſpol. circa finem* vbi ita ſtatuitur: Si vero tanta ſit viri ſæuitia, vt mulieri trepidanti non poſſit ſufficiens ſecuritas prouideri, non ſolum non debet ei reſtitui, ſed ab eo potius amoueri, alioqui ſufficienti ſi fieri poteſt) ſecuritate prouiſa, profecto videtur coniux ante cauſæ cognitionem reſtituenda viro. Idem probat tex. *in cap. 1.* ibi; *Verum quia dicebat mulier, ſe virum habere ſuſpectum, &c. vt lite non conteſt. vnde gl. verb. ſuſpectum* dicente; Hic eſt vnus caſus, vbi ſpoliato viro vxor non reſtituit, ſcilicet, cum timetur de ſæuitia viri: & allegat dictum *cap. literas in fine* quem text. dicit eſſe valde notabilem & ſingularem Abb. *ibidem, n. 7.* dicens; *Et ſic habes hic caſum, in quo propter adulterium licitum eſt coniugi dimittere coniugem, quod perpetuo vota*, & ibi communiter Doct. idem Abb. & Præpoſit. *in cap. 1. de diuort. Palat. Rub. in repet. c. per veſtras, 3. notab. column. penul. de donat. inter virum & vxor.* Hippolyt. *in l. fin. C. ad l. Cornel. de ſicariis*, D. Couar. *in 4. de ſponſ. 2. par. cap. 7. §. 5. num. 1.* Sed eſt vltra eum gl. ord. & magiſtr. *in cap. de benedictis, 32. quæſt. 1. verb. ſub cautela*, vbi quod ſi mulier dicat, + maritum ei eſſe ſuſpectum, oportet, vt ido- 3
nea cautio ei præſtetur, ſcilicet, fideiuſſores vel pignora vel forte iuramentum, ſi forte illud magis timet vir *vt in cap. metuentes, 17. quæſt. 4.* Si vero tanta ſit ſæuitia viri, vt nulla cautio videatur ſufficere, tunc non eſt ei reddẽda, ſed alicui honeſtæ matronæ committenda, vt *in dict. c. literas, in fin.* quia ſatiſdatio maleuolum propoſitum non mutat, *vt in §. vlt. Inſtit. de ſuſp. tut.* idem probat Ant. Gom. *in l. 5. Tauri, n. 183. col. pen.* illius numeri, idem in *5. tom. variar. cap. 6. de iniur. num. 16.* Iacob. Menoch. *de arb. iud. lib. 2. centur. 2. caſu 139. n. 5. &* Dio-

 niſius

nyſius de Franciſc.*conſil.*58.*n.*10.*inter conſilia matrimonialia lib.*1. Quę concluſio cum ſit ab Eccleſia approbata atque recepta, indubia eſt & tenenda, prout indifferenter omnes ſcribentes eam probant. Plurima tamen in propoſito ſunt obſeruanda, quæ in forenſibus controuerſiis quotie verſantur.

4 Et primo, † idem eſſe, ſi vxor propria auctoritate ob nimiam ſæuitiam à viro diſcedat, quia ſi de hoc conſtet in continenti, eidem minime eſt reſtituenda, ſed alicui prouidæ & honeſtæ mulieri vſque ad cauſæ deciſionem cuſtodienda tradenda eſt, in loco vbi vir vel parentes eius, nullam poſſint mulieri violentiam inferre. Iſte eſt caſus expreſſus *tex. in cap. ex tranſmiſſa* & ibi communiter Doctores *de reſtit. ſpoliat.* vbi prius decidit, quod recepta ſufficienti cautione, quod illi non debeat aliquod malum inferre, marito reſtituatur: Si autem capitali odio ita mulierem vir perſequatur, quod merito de ipſo diffidat, tunc deponenda eſt apud probam & honeſtam mulierem, vt eſt prædictum ex deciſione dicti tex. ex quo hoc deduxit in gloſſ. *in dicto cap. de benedicto 32. quæſtio.* 1. idem probat tex. quamuis non ita expreſſum, *in dicto capit. literas, in fin.* ibi: *Non ſolum non debet ei reſtitui &c.* & ibi: Reſtituenda marito, & ibi notat Abb. *dicto num.* 7. *& fere omnes ſupra allegati idem probant.*

5 Eſt itaque † hic caſus ſpecialis, ad regulam generalem contrariam, in quo ſpoliatus ante omnia non eſt reſtituendus: Nam maritus agens ad reſtitutionem ſuæ vxoris eamque recuperandam, repelli poterit oppoſita exceptione ſæuitiæ, ſi in continenti probetur: & merito, cum ex reſtitutione irreparabile damnum eidem vxori ſequi poſſet, vt in dictis iuribus & in terminis ita tenet Ripa *in l. naturaliter, § nihil commune, nu.* 48. *ff. de acquirenda poſſeſſione,* & Anton. Corſet. *in tractat. regul.* quod ſpoliatus ante omnia reſtituatur, *fallentia* 26. Menoch. plures alios allegans *in primo remedio recuperandæ poſſeſſ. n.* 308. vbi dicit hanc eſſe communem omniũ ſententiam *in d. cap. literas, & in d. §. nihil commune, & iterum n.* 318. *idem in d. caſu* 139. *nu.* 5.

6 Secundo † eſt notandum ex ſuperioribus exiiſſe forſan practicam hodiernam, quæ in tribunalibus Eccleſiaſticis viget, vt ſtatim, quod mulier petit ſeparationem quoad thorum & mutuã cohabitationem ex cauſa magnæ ſæuitiæ, ſe offert in continenti id probare & iudex Ordinarius competens præcipit, vt det informationem teſtium hoc probantium: qua præſtita, ſi ſufficiens iudici videtur, continuo interloquendo pronuntiat, eam deponendam penes mulierem probam & honeſtam, interim dum cauſa deciditur, pręcipiendo marito ſuiſque parentib. ne illi vllam iniuriam vel moleſtiam inferant ſub pœna excommunicationis & aliis pœnis pecuniariis arbitrio ſuo applicatis vel applicandis, ſicque tandem ſeruatur, quod dictus tex. *in c. ex tranſmiſſa,* decidit. Inſuper iubetur, vt maritus præſtet vxori veſtes neceſſarias, ſi eas detinet & alimenta † li-
7 tiumque expenſas, quæ ſtatim idem iudex moderatur: vxori etenim litiganti cum marito, ſunt miniſtrandæ expenſæ & alimenta per eum, vt deducit Matth. de Afflict. *deciſ.* Neapol. 10. *n.* 2. Rebuff. 1. *tom. comment. tit. de ſent. prouiſion. art.* 3. *gl.* 1. *n.* 26. fuitque in terminis doctrina Bald. *in l.* 1. *Colum.* 2. *C. communia de legat. in verſ. tertio dubitatur,* vbi dicit, quod poteſt mulier petere ſe ali extra domum, quando fuit iniuſte verberata: quem refert & ſequitur Couar. *vbi ſupra n.* 2. & additio Abb. *in d. c. literas, d. nu.* 7. *litera B.* & ita ſæpiſſime iudicatum vidimus & iudicauimus.

8 Tertio, † idem obſeruandum erit in marito reſpectu vxoris: Nam ſi ipſa inſidietur vitæ mariti & tentauerit eum perdere veneno nec aliter poteſt cohiberi veriſimiliter, tunc poteſt eiici & petenti reſtitutionem obſtabit exceptio, *argum. d. c. literas in fi.* Nam maritus & vxor ſunt correlatiua, vt patet: Ergo diſpoſitum in vno, habet locum & in alio: *argum. l. vnic. C. de expreſſis lib.* 11. & tradit late Euerard. *in cent. legal. loco* 76. *à correlatiuis, & in terminis ex d. c. literas, circa fi.* ita tenet, Io. And. *in cap.* 1. *de diuortiis,* vbi dicit, quod ſi eſt magnum odium inter coniuges, & timetur mors & præſertim ſi tentauit aliquid alter contra alterum in necem ipſius & timetur quod faceret, iudex poterit ſeparare coniuges ab inuicem, imo propria auctoritate poteſt coniux læſus lædentem vxoris amplexu & mutuo ſeruitio ac ſimultanea cohabitatione priuare & vxorem maritus à ſe abiicere, & ſibi petenti obſtabit exceptio ſæuitiæ, & Ioan. Andr. in hoc refert & ſequitur Abb. *in dict. cap. literas, num.* 7. *& in cap. quemadmodum, in fin. num.* 15. *de iureiur.* Hippolyt. *in l. vnica, nu.* 259. *C. de raptu virgi. probatur in l. conſenſu, C. de repud. & in authentic. ſed nouo iure, C. eod. tit.* D. Couar. *vbi ſupra.* Sed optime id plurib. probauit Dionyſius de Franciſ. *dicto Conſ.* 58. *per totum,* vbi etiam loquitur, quando mulier ſuppoſuit viro ſuo facturas & herbarias ſeu incantationes fecit ad eum necandum vel ſi venefica eſſet.

9 Quarto, † conſiderari non tantum debet in propoſito ſæuitia præterita malæ tractationis, ſed & timor futuræ eſt aduertendus, vt ſenſit Ioann. And. *in dicto c.* 1. *de diuort.* & expreſſe probauit Couar. *vbi ſup. d. nu.* 1. adducens in id optimum exemplum Aymon. Craue. *conſil.* 31. quando inter virum & vxorem eſſet grauis lis ſuper maiori parte bonorum, quia coniecturari tunc poteſt futura ſæuitia, ipſa perſonarum qualitate perſpecta: quare cautos oportet eſſe aduocatos, vt ſemper articulos faciant, non ſolum præteritæ ſæuitiæ, ſed & timoris probabilis futuræ, ita vt ſi ſeparatio non fiat, veriſimiliter timeatur, maritum vxorem necaturum vel è contra.

10 Quinto † aduertendum erit, quod iudex arbitrabitur, quando tanta ſubſit ſæuitia, vt non poſſit prouideri remedio cautionis: *argument. l.* 1. *ff. de iure deliberan. & capit. de cauſis, de officio delegat.* ita Abb. *in d. cap. literas,* in ſæpe citato, *nu.* 7. cui accedit Paulus Pariſ. *conſil.* 54. *num.* 36. *lib.* 4. ſequitur Doct. Couar. *vbi ſupra, n.* 2. *in fine* Tiraquell. *in l. ſi vnquam, verb. omnia, vel partem nu.* 31. *in fin. C. de reuocand. donat.* Menoch. *de arbitrar. iudic. dict. caſu* 139. *num.* 8. Si igitur iudex ex actis cauſæ per-
penderit, attenta † perſonarum qualitate modoque ſæ- 11
uitiæ, mulierem penes virum tutam nec ſecuram omnino eſſe, tunc arbitrabitur ſeparationem fieri debere, alias ſecus, ſed potius mulierem viro reſtituendam eſſe, præſtita prædicta cautione, quod eam non offendet, nec vllo modo moleſtiam ſiue iniuriam illi inferet ſub pœnis competentibus, quæ bene viſæ fuerint iudici.
Maritus † enim licite poteſt ex cauſa mulierem caſtiga- 12
re atque ſecundum quantitatem culpæ corrigere, ita quod non procedat ad ſæua: Illa enim ſunt iudici relinquenda, etiam in ſeruis propriis, *vt in §. ſed hoc tempore, Inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alieni iur.* ſecund. Abb. *in cap. quemadmodum, n.* 15. *de iureiur.* Multum autem
operabitur ad inducendam † ſeparationem, ſi illam pe- 13
tens probet, nullam cautionem ſiue ſatiſdationem ſufficientem eſſe pro ſecuritate ipſius præ ſæuitia graui alterius coniugis: in quo etiam oportet cautum eſſe aduocatum mulieris ſeparationem petentis, vt hoc in articulis deducat, ſi vere res ita ſe habeat.

Sexto addo, † quod in ſpecie, de qua agimus, vel 14
quando propter adulterium ſeparatur matrimonium quoad thorum, non ſolum vxori reſtituenda eſt dos *vt in c.* 1. & ibi notat Abb. *de donatio inter virum & vxorem,* Bald. *in cap.* 1. *in* 3. *notab. vt lite non conteſt.* verum etiam iam medietas lucrorum à viro ante ſeparationẽ quæſitorum, *vt in cap. ſignific. iuncta gloſſ.* 1. *de donation.*





*inter virum & vxorem* ex quibus id aſſerit Segur in repetitione *l. vnum ex familia, §: ſi fundum, nu.* 39. *ff. de legat.* 2. cui aſſentit Palatius Rubeus *in repetitione rubric. de donat. inter virum & vxorem, §* 54. *nu.* 10. Caſtellus *in l.* 16. Tauri, *gloſ. mag. in fin.* & ibi Palat. Rubeus *num* 55. Anton. Gom. *in l.* 53. Taur. *nu.* 72. Didac. Couar. *in* 4. *de ſponſat.* 2. *part. cap* 7. §. 1. *num.* 6. Pinel. *in l.* 1. *in* 1 *part. nu.* 58. *C. de bonis maternis,* Matienc. *in l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 5. *Nouæ Collectionis Regiæ, gloſſ.* 1. *diximus in noſtro tractat. de Iuramento Confirmatorio,* 1. *part. cap.* 1. *num.* 61. *vbi prædict. allegaui.*
15 Atque idem eſt in lucris † poſt ſeparationem quæſitis, ſecund. Palat. Rub. *vbi ſupra,* Ferdinan. Gom. *in l.* 12. Taur. *n.* 15. Couar. *vbi ſupra,* Didac. Perez *in addition.* ad Seguram *vbi ſup.* contra Segur. ibidem & Caſtel. *vbi ſupra,* contrarium tenentes, contra quos eſt communis opinio ſecundum Matienc. *vbi ſupra, numer.* 48.

16 Quinimo † quando vxor ob culpam viri ab eo ſeparatur vel eius cohabitationem vitauerit, nihil ei acquirit nec communicat auctore Bald. *in l. ſi vxor, num.* 6. *in fin. C. de condic. inſert. voluit idem in l. non ſine, C. de bonis, quæ lib.* Decius *in l.* 1. *num. in C. vnde vir & vxor,* Pinel. *in dict. l.* 1. 1. *part. n.* 58. Matienc. *vbi ſupr. n.* 53. Secus ſi
17 culpa † vxoris, non vero viri fiat diuortium, quia tunc quicquid ipſa acquirit, viro communicare tenetur, ſecundum Seguram *vbi ſupra, nu.* 36. Caſtel *in l.* 16. Taur. *gloſſ. magn. colum. vlt.* Lupium *in dict. l.* 16. Taur. *num.* 32.
18 Matienc. *vbi ſupra, nu.* 54. & in hac ſpecie † vxor nihil habebit ex bonis antea per maritũ quæſitis vel poſtea quærendis, ſecundum Palat. Rub. *in repetition. rubric. de donat. inter vir & vxor.* §. 64. *n.* 1. *& ſequent.* Caſtel & Matienc. *vbi ſupra num.* 55.

19 Vltimo † ſciendum eſt, quod facto diuortio inter coniuges, licet iure Codicis in arbitrio iudicis eſſet, an apud patrem vel matrem liberi morari ac nutriri deberent, *vt in l.* 1. *C. diuortio facto, apud quem liber. morar. vel educ. deb.* iure tamen nouiſſimo authenticorum deciſum exſtat, vt ſi pater cauſa diuortij præſtiterit, apud matrem ad ſecundas nuptias non venientem liberi cõmunes nutriri debent patris expenſis: ſi vero contra, apud patrem, matris locupletis expenſis, niſi pater minus idoneus ſit: Tunc enim apud matrem locupletem nutriri debent. *vt in authe. ſi pater, C. eodem tit. & in corpore vnde ſumitur,* per quem text. ita tenet Sylueſt. *in Summa verb. filij, nu.* 24. vbi limitat, niſi alter parentum eſſet infidelis, quia tunc apud fidelem ſunt alendi filij, vt per dicta per eum *in verb. baptiſmum.* 4. §. 6. & 7.

20 Supereſt † modo vt ſatis faciamus argumentis ex diuinis literis ſupra in contrarium adductis, & primo illud Diui Matth. *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet,* non obeſt in propoſito, quoniam intelligi debet, vt homo ſua auctoritate non ſeparet quos Deus coniunxit, *vt in cap. ſi quis cum matre, in fin.* 33. *quæſt.* 2. quamuis Iſidorus aliter intelligat: dicens eſſe ſubaudiendum ad illa verba: *Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet, violenter ſine lege abſque ratione:* Non enim homo ſeparat, quos pœna condemnat, quos reatus accuſat, quos maleficiũ coarctat, verum hoc pro his dictum intelligitur, quos iudices ſæculi pro ſuis ſceleribus legum ſeueritate percellunt, quos vel morte puniunt vel deportare iubent, vt patet in canone ſequenti, *Quos Deus, eadem cauſa & quæſtione.* In noſtra autem ſpecie homo ſua auctoritate non ſeparat, ſed Eccleſia ex iuſtiſſima cauſa, vt prouideatur ſecuritati & vitæ coniugis offenſi, *vt in dict. c. ex tranſmiſſa, & in d. c. literas, circa fin. de reſtitut. ſpoliator.* manente tamen ſemper vinculo matrimonij, quia ipſum non ſoluitur ſed tantum fit ſeparatio quoad thorum & mutuam cohabitationem atque bona.

21 Non † obſtat & ſecundum, nempe, exceptionem illam fornicationis à ſacro eloquio factam, ob quam tantum licet dimittere vxorem, videri excludere alias: Nam reſpondeo, hanc etiam cauſam magnæ ſæuitiæ eſſe à iure expreſſam ob ſimilitudinem & identitatem rationis: Nam ſi ob cauſam fornicationis licet dimittere vxorem, & e contra, quare non idem dicendum erit ob cauſam magnæ ſæuitiæ, ita vt aliter quam per ſeparationem quoad thorum, vitæ coniugis prouideri non poſſit, vel ſi mulier inſidietur vitæ mariti: hoc enim deduci poteſt ex prohibitione ab eodem iure diuino facta de altero non occidendo. Si enim ſimul cohabitando iuſte timetur mors violenta alterius, quare hoc permittendum: maius namque hoc caſu periculum vertitur quam inconueniens ſequatur ex ſeparatione: è duobus autem malis minus eſt eligendum, vt ſunt iura vulgaria. Accedit quod ſeparatio hæc contingit culpa coniugis nimium ſæuientis vel vitæ alterius inſidiantis, & nihilominus non fit quoad vinculum matrimonij, quod fatemur eſſe indiſſolubile, ſed tantum quoad thori ſeparationem & mutuam cohabitationem atque bona, manente illæſo vinculo matrimonij: ſicque non obſtat illud Pauli 1. *ad Corin.* 6. *Alligatus eſt vxori, &c.*

## SVMMARIVM.

1 *Maritus an propter publicum adulterium vxoris, poſſit ipſa viuente clericus in ſacris effici, & nu. ſequentib. num* 12. *ponitur affirmatiua, ſed nu.* 13. *& ſeq. negatiua quæ eligitur.*

2 *Maritus propter adulterium vxoris poteſt intrare religionem ibique ſolemniter profiteri, & in ea perſeuerare inuita vxore.*

3 *Vxor propter adulterium amittit ius, quod in viro habebat.*

4 *Marito non licet, vxore adultera viuente, aliã ducere.*

5 *Quotieſcunque poſt conſummatum matrimonium licet viro tranſire ad religionem, licet etiam eidem tranſire ad ſacros ordines in ſæculo.*

6 *Maritus etiam matrimonio copula conſummato, poteſt de licentia vxoris conuerti ad religitionem, ipſa vxore in ſæculo remanente, ſi non ſit ſuſpecta de incontinẽtia ac caſtitatem promittente, alias tenetur etiam profiteri.*

7 *Maritus vxore religionem profitente, poteſt ordinari.*

8 *Vxoratus de licentia vxoris atque ipſa religionem profitente, poteſt in Epiſcopum promoueri.*

9 *Beatus Hilarius fuit vxoratus & Epiſcopus, & habebat filiam & vxorem, exiſtens Epiſcopus, & quidam Genebaldus etiam fuit vxoratus & Epiſcopus.*

10 *Apoſtoli fuerunt coniugati, ſed verius eſt, excepto Petro Apoſtolo, non probari aliquem ex Apoſtolis fuiſſe coniugatum: & quid de Ioann. Apoſtol. nu.* 11.

12 *Epiſcopi in locum Apoſtolorum ſucceſſerunt, in eo quod ſunt paſtores, non vero in ordine, quo Apoſtoli fuerunt religioſi.*

14 *Vxoratus eo ipſo, quod promouetur ad ſacros ordines, videtur continentiam profiteri.*

15 *Maritus etiam ignorans, cognoſcens carnaliter vxorem ſuam adulteram, bigamiam contrahit.*

16 *Maritus, qui vxorem adulteram poſt pœnitentiam ſibi reconciliatam cognouerit, irregularis eſt.*

17 *Nullo iure cauetur, quod matrimonium ratum & non conſummatum diſſoluatur per ſacri ordinis ſuſceptionem, quinimo vxoratus nullum ſacrum ordinem ſuſcipere præſumere debet durante matrimonio, niſi prout ſacris Canonibus nouerit expedire, alias neque matrimonio ſoluto in ſic ſuſcepto ordine miniſtrare nec ad ſuperiores ordines prouehi nec ad aliquod beneficium vel officium Eccleſiaſticum valet promoueri.*

18 *Nullo iure ſpeciali cauetur, vt maritus propter adulterium vxoris poſſit ordinari, quamuis religionem intrare ac profiteri valeat.*

## CAPVT XXV.

### An maritus propter publicum vxoris adulterium, poſſit ipſa viuente clericus in ſacris effici.

1 PVlcra ſane + quæſtio, tametſi difficilis & contro-
uerſa ſe nobis offert hic examinanda, nempe; *An
maritus propter fornicationem notoriam vxoris, hoc eſt
adulterium, poſſit, iure ſacris ordinibus inſigniri, vſque
ad presbyterium incluſiue?*
Et pars affirmatiua in promptu eſſe videtur, quoniam
maritus propter adulterium vxoris poteſt intrare reli-
2 gionem ibique ſolemniter + profiteri atque in ea libe-
re permanere, à qua ab vxore reuocari non poteſt: tex.
eſt *in c. conſtitutus, & in c. veniens, de conuerſ. coniug. &*
3 *in c. Agathoſa, 27. qu. 2. l. 11. tit. 7. part. 1.* per adulterium
namque amiſit vxor ius, quod in marito habebat, *vt in
cap. ſignificaſti, de diuort. & in c. fin. de adulter. & in cap. 1.
& 2. 32. qu. 1. & Lucæ 16.* vbi quod non licet dimittere
vxorem, niſi ex cauſa fornicationis, *cap. ex parte cl. ſeq.
de ſponſ.* quamuis † nihilominus marito non liceat, v-
4 xore adultera viuente, aliam ducere, ſecundum Diuum
Hieronym. *in cap. dixit Dominus, 32. qu. 1.* idem probat
tex. *in cap. gaudemus, de diuortiis.* Ex Innocentio III. edi-
tus, ſic intelligens locum illum Matt. *c. 19. Quicunque
dimiſerit vxorem ſuam ob fornicationem & aliam duxerit,
mœchatur:* idem Innoc. *lib. 1. de contemptu mundi, c. 26.
text. etiam in cap. ex parte, de ſponſ.* optimus *in cap. per ve-
nerabilem, qui filij ſint legit.* probat latiſſime ac curioſe
nimis auctoritate plurimorum Conciliorum & San-
ctorum doct. Couar. *in 4. de ſponſ. 2. part. cap. 7. §. 6. n. 13.*
aduerſus Diuum Ambroſ. *1. ad Corinth. cap. 7.* aliud exi-
ſtimantem: Quinimo ita de fide eſt determinatum in
Conc. Trident. *ſeſſ. 24. can. 7.* cuius verba ſunt hæc: *Si
quis dixerit Eccleſiam errare, cum docuit & docet iuxta
Euangelicam & Apoſtolicam doctrinam, propter adulte-
rium alicuius coniugum, matrimonij vinculum non poſſe
diſſolui: & vtrunque, vel etiam innocentem, qui cauſam a-
dulterio non dedit, non poſſe altero coniuge viuente, aliud
matrimonium contrahere mœcharique eum, qui dimiſſa adul-
tera, aliam duxerit & eam, quæ dimiſſo adultero alij nup-
ſerit, anathema ſit:* per quem text. Concilij idem docuit
Victoria *in ſumma de matrimonio quæſt. 306. verſic. tertio
dicimus:* Ergo vir ſine licentia vxoris adulteræ poteſt
religionem intrare ibidemque permanere: Sicut igitur
hoc poteſt, poterit etiam facere ſe promoueri ad ſa-
5 cros ordines: quia † quotieſcunque poſt conſummatum
matrimonium licet viro tranſire ad religionem, licet
etiam eidem tranſire ad ſacros ordines in ſæculo: ita
nuncupatim docet Palud. *in 4. ſent. diſt. 27. q. 3. art. 2.* ſe-
quitur Sylu. *in Summa, verb. diuortium, q. 17. n. 20.* vbi hoc
ampliat etiam vſque ad Epiſcopatum & Victor. *in Sum-
ma de matrimonio q. 255. circa fin.* dicens, quod in nullo
alio doctore præterquam in Paludano hoc inuenit
& credit, quod dicit verum, quia tunc nullum eſt im-
pedimentum. Eandem doctrinam Paludan. probauit
& Domin. à Soto *in 4. diſtinction. 27. qu. 1. in fin.* aliique
6 plures ſtatim citandi. Secundo + eadem ſententia
aſtruitur, quoniam maritus, etiam matrimonio copula
conſummato, de licentia vxoris poteſt conuerti ad re-
ligionem, ipſa vxore in ſæculo remanente, ſi non ſit ſu-
ſpecta de incontinentia ac caſtitatem promittente: alias
7 + tenetur etiam profiteri, *vt in capit. cum ſit præditus,
& in c. vxoratus, de conuerſ. coniugat.* poteſt etiam vxo-
re profitente religionem coniugatus ordinari, *vt in c.
8 coniugatus, eod. tit.* Quinimo † & vxoratus de licẽtia vxo-
ris atque ipſa religionem profitente, poteſt in Epiſcopũ
promoueri, *vt in c. ſane, el. 1. de conuerſ. coniugat. & in c.
Epiſcopus, qui filios, 12. qu. 2. text. in capit. ſicut hi, §. ne-
ceſſe, 47. diſtinct. capit. 1. de teſtament.* & probatur priori
ad Corinthios tert. *ibi, Oportet Epiſcopum eſſe vnius v-
xoris virum,* quamuis nec etiam matrimonium diſſol-
uatur, *vt in dict. cap. ex parte.* Itaque hæc eſt communis
reſolutio, vt ſine vlla diſpenſatione poſſit effici Epiſco-
pus, coniugatus cum ſola licentia & profeſſione vxoris
ſuæ, ſecundum Abb. *in cap. 1. de teſtam. col. 2.* & ita † Bea- 9
tus Hilarius fuit vxoratus & Epiſcopus, & habebat fi-
liam & vxorem exſiſtens Epiſcopus, & quidam Gene-
baldus, vt inquit Florent. *3. part. ſuæ Summæ, tit. 1. capit.
21. §. 1.* & Palud. *vbi ſup.* Quinimo & Apoſtoli fuerunt
coniugati, vt inquit Beatus Ambroſius *2. ad Corinthios
11.* de quo latiſſime per Ioann. Arbor. *in ſua Theoſophia
lib. 1. c. 32.* vbi tamen ipſe probat, quod † excepto Pe- 10
tro Apoſtolo, non probatur aliquem fuiſſe coniuga-
tum ex Apoſtolis: ſed de Beato Ioanne legimus, quod
fuit vocatus de nuptiis ad caſtitatis profeſſionem, † vt 11
ex Hieronymo in prœmio Apocalypſis refert Couar-
ruuias *in 4. de ſponſ. 2. part. capit. 7. §. 4. numer. 6.* Verum
matrimonium Beat. Ioannis, ſi illud contraxit, non fuit
conſummatum, ſed ratum tantum: Quinimo nec eſt
certum omnino ipſum fuiſſe vxoratum, vt præter Io.
Arbor. *vbi ſupra* nos probauimus ſupra *cap. 17. num. 27.*
At Epiſcopi + in locum Apoſtolorum ſucceſſerunt, vt 12
eſt decretum in concilio Tridentino, *ſeſſion. 23. cap. 4.*
quod intelligitur in eo, quod ſunt paſtores, non vero
in ordine, quo Apoſtoli fuerunt religioſi, vt docet So-
to *vbi ſup. in verſic. & per hæc ſoluitur.* Si ergo de licentia
vxoris maritus poteſt effici religioſus, quinimo &
Epiſcopus eligi atque creari, poterit etiam, ea inuita,
adulterium tamen commiſſa, propter quod amiſit ius,
quod in marito habebat, ſacris ordinibus inſigniri,
adulterium quippe idem debet operari in propoſito,
quod licentia vxoris & ſic habemus intentum.
Præterea & tertio, quia per monachatum non im-
primitur character, bene autem per ordines ſacros: Er-
go, &c. Et in terminis hanc ſententiam affirmatiuam
probauit nuncupatim gloſ. *1. verb. ad gradum ſacerdotij,
in dict. cap. conſtitutus, de conuerſ. coniugat.* & ibi Abb. *n.
5.* per illum tex. & Card. eandem opinionem ſequun-
tur, quam etiam voluerunt Palud. & Syluest. *vbi ſupra,*
eamque expreſſe probauit atque defendit Beatus An-
ton. Archiepiſcop. Florent. *in 3. parte ſuæ Summæ, titul.
1. cap. 21. §. 1. in fin.* & Victor *vbi ſupra* & Domin. à Sot.
*dict. lib. 4. ſent. diſtinct. 27. quæſt. 1. art. 4. in fin.* ea ratione
quia ſolutus ſit vir hoc caſu vinculo reddendi debitũ,
& limitat, niſi fornicariæ pepercerit: ſequitur ibidem
Magiſter Palat. idem Soto iterum *diſtinct. 36. quæſt. vnic.
art. 5. circa fin. Celſus in ſuo Repertor legum huius Regni,
in verb. clerigos, in verſic decimo,* idem videtur ſentire, al-
legans *l. 11. tit. 7. part. 1.* Lex tamen illa ſecundum quam
intelligi debet Celſus, loquitur in marito intrante re-
ligionem ſine licentia vxoris, quo caſu probat, ipſam
poſſe eum reuocare, niſi commiſerit adulterium, quo
probato, maritus poſſet eam repudiare: Itaque nec lex
hæc nec Celſus in noſtris terminis loquuntur, ſed in ca-
ſu prioris fundamenti huius partis, quod eſt ſine du-
bio, nempe, quod propter adulterium vxoris, maritus
poſſit, inuita vxore, religionem ingredi vel ingreſſam
retinere: at vero nos hoc non quærimus, ſed an poſſit
in prædicto caſu ad ſacros ordines promoueri inuita
vxore, quod nec lex illa neque Celſus vbi ſupra attin-
gunt neque declarant. Nihilominus cæteri ſupra alle-
gati & præterea Anton. à Cordub. *in ſuo tractat. de caſos
de conciencia, qu. 138. & 178. in ſecunda impreſſione,* * &
Nauar. *conſil. 23. de ſponſ. num. 6.* * idem, hoc eſt, præfa-
tam opinionem affirmatiuam probant, iuxta quam iam
vidi quendam vxoratum, viuente vxore adultera, pro
tali declarata per exſequutoriam Regiam, ordinatum
in presbyterum, atque vt talem per concurſum, iuxta
formam



formam decreti Concilij Tridentini, adeptum fuiſſe
beneficium curatum in hoc Epiſcopatu, aliiſque pres-
byteris benemeritis non vxoratis, prælatum fuiſſe ab
examinatoribus & Epiſcopo, quamuis ſciebant vxo-
ratum eſſe, ſed quia iam erat ordinatus & habilis, e-
idem præd. beneficium, contulerunt, & poſtea fuit
promotus ad quendam Canonicatum Doctoralem cu-
iuſdam eccleſiæ Cathedralis huius Regni, etiam per
concurſum, viuente vxore adultera.
13 Hæc tamen † ſententia quamuis ita recepta ſit à
præfatis Doctoribus, mihi tamen nunquã placuit neque
placere potuit: Itaque huiuſmodi vxorato adulterium
paſſo, nunquam ſacrum ordinem coferrem nec confe-
rendi licentiam aut facultatem concederem, ſi mei
muneris id eſſet, nec etiam iam ab alio ordinato be-
neficium eccleſiaſticum conferrem aut eidem proui-
derem, aliis benemeritis ſtantibus, ſequentibus funda-
mentis.
14 Primo, † propter ſcandalum aut ſaltem malum exẽ-
plum vitandum in noſtra eccleſia Latina, in qua vxo-
rati, viuentibus vxoribus, minime ſine licentia earum
poſſunt ordine ſacro clericali inſigniri quicquid ſit in
eccleſia Græca, abhorrent enim laici ſimiles clericos
vxoratos, atque indecens eſſet, clericos habentes vxo-
res in ſeculo, quamuis ſeorſim viuentes ſacris mini-
ſtrare: Et quamuis quandoque hoc contingat vi-
deri admiſſa priori ſententia, id tamen raro accidit, &
ideo tanquam inſolitum admirationem cauſſaret,
prout cauſſauit in hac ciuitate clericus ille vxoratus,
cuius modo meminimus: & quamuis coniugatus ab-
ſolutus, ab vxore continentiam profitente, ad ſacros
ordines promoueri poſſit, *vt in c. coniugatus de conuerſ.
coniug.* is tamen de quo agimus, non eſt huiuſmodi.
Secundo & quod maxime mouere debet in hãc ſen-
tentiam negatiuam facit, quoniam facilime continge-
re poterit, imo frequenter contingit, vt eidem adulteræ
vxori maritus pepercerit iniuriãque condonauerit ta-
cite vel expreſſe, occulte, hoc ignorante Epiſcopo ſiue
eius Vicario diœceſano, quo caſu Soto fatetur, & me-
rito, minime ordinari poſſe: & quamuis hoc fundamẽ-
tum nihil concludat in eo, quem non conſtat mulieri
adulteræ pepercisse, timere tamen debet ordinarius,
quamuis alias poſſet eidem ſacrum ordinem conferre,
ne incidat in abſurdum ac proinde in dubio ſecurio-
rem partem eligendo, eum non ordinare, præcipue cum
ſint alii non vxorati, qui poſſint & velint ordinari, vt
diuinis vacent & operam dent quid enim eccleſia Dei
opus habet huiuſmodi hominibus vxoratis ad ſacros
ordines eis conferendos, cum alii adſint non vxorati,
quibus id munus rectius mandari queat?
Tertio quoniam etſi maritus cum ordinatur, vxori
adulteræ non pepercerit, poterit tamen poſtea ſtimulo
carnis faciliter inductus, eidem coniugi carnaliter cõ-
miſceri: in hoc autem quãtum abhorreat à caſtitate &
munditia, qua ſacerdotes vti debent ac tenentur; &
quam veſtis alba, qua funguntur in diuinis officiis, ſi-
gnificat, ac demum à more eccleſiæ Romanæ vnuſ-
quiſque attente circumſpiciat. Qui enim vxoratus pro-
mouetur ad ſacros ordines, eo ipſo intelligitur conti-
nentiam vouere, vt in terminis notat gloſ. *fin. in c. con-
iugatus, de conuerſ. coniugat.* ibi. *Nam qui:* ergo debi-
tum exigere non poteſt, *argum. c. placet eodem tit appro-
batur in l. 40. verſic. mas ellos, tit. 6. part. 1.*
15 Quinimo + bigamiæ vitium contrahitur hoc caſu,
etiam ab ignorante adulterium cognoſcente vxorem
carnaliter, *cap. ſi cuius vxorem, & cap. ſequenti 34. diſtin-
ction.* Abb. & Ann. & Doctor. *in c. 3. de adult.* quorum
opinio communis eſt & obtinet, etiamſi ex præcepto
eccleſiæ vxorem inuitus quis cognouerit, iuxta magis
communem ſententiam, vt aduerſus Innocent, & alios
reſoluit D. Couar. *in Clem. ſi furioſus, de homicid. 1. part. §.
2. num. 3.* Et præterea + irregularis eſt, qui vxorẽ adul- 16
teram poſt pœnitentiam ſibi reconciliatam cognoue-
rit, ſecund. Anan. *in d. c. 3. Felin. in c. ius generale, col. 6.
diſt. 2.* & ſentiunt omnes, qui proximam opinionem
probarunt, ſecund. Couar. *vbi ſupr.* Vtrumq; probauit
Nauar. *in manual. Latin. in c. 16. n. 27.* & prius dictum
ſequitur Sylu. Nupt. *in q. 1. quod non ſit vtile nubere, c.
127. vol. 6. tract. diuerſ. doct. fol. 21.* vbi quod propter bi-
gamiam perdit priuilegiũ clericatus & alia plura. Quod
ſi hoc etiam fundamentum nihil vrgere dicas, quia ſuf-
ficit, quod tempore, quo hic coniugatus ordinatus, v-
xori adulteræ non pepercerit nec eidem carnaliter ſe
immiſcuerit, vt recte ordinari poſſit, iuxta priorem re-
ceptam ſententiam: Non enim inſpiciendum eſt, quod
poſt ordinationem poſſit vxorem cognoſcere carnali-
ter; Hæc namque nec aliæ irregularitates, quæ poſtea
poterunt contingere occidendo hominem vel muti-
lando membrum vel alia grauiſſima delicta commit-
tendo, non debent eſſe in conſideratione, vt tempore
habili impediant ordinum collationem, ſicut nec in
aliis ſolutis, qui ordinari volunt, alias enim nullus
poſſet ordinari, cum poſſibilitas ſit res ampla: Tra-
ctus enim futuri temporis non ſpectat ad iudicem, *vt
in l. non quemadmodum, ff. de iudic. cum ſimil.* Nihilomi-
nus tamen præcipua & ſpeciali ratione hoc caſu con-
ſiderari poterit præfatum inconueniens, cum facilius
contingere poſſit, quam cetera generalia ſupradicta.
Sed quo magis hæc ſecunda opinio ſtrictius probetur,
accipe quartum fortiſſimum fundamentum. 17
Quarto + & vltimo hæc pars negatiua comproba-
tur, quia, quemadmodum nullo iure diuino vel huma-
no cauetur, quod matrimonium ratum & non cõſum-
matum diſſoluatur per ſacri ordinis ſuſceptionem, niſi
tantum per profeſſionem ſolẽnem alicuius de religio-
nib. approbatis, & ideo nullus, durante matrimonio,
nondum etiam conſummato, nullum de ſacris ordini-
bus ſuſcipere præſumere debet, niſi prout ſacris ordini-
bus nouerit conuenire, alias neque matrimonio ſoluto
in ſic ſuſcepto ordine miniſtrare nec ad ſuperiores or-
dines proueh neq; ad aliquod beneficiũ vel officium
eccleſiaſticum valet promoueri, vt in extrauaganti an-
tiquæ concertationis Ioan. XXII *de voto & voti redem.
in princip. & in §. 1. incipit, auctoritate Apoſtolica.* quam
in hoc citat Magiſter ſent *in 4. diſt. 27. cap. 5.* vbi limitat,
niſi de conſenſu vxoris, & gl. *in d. extrauag. verb. ſtatim,*
ex illa colligit bonum modum formæ argumẽtandi &
dicendi: † *Non eſt ita, quia iure cautum non reperitur:* gl. 18
etiam *in cap. quemadmodum, verb. tenetur, de iure iurand.
& in cap. vnico, de voto, lib. 6. Abb. in cap. 1. & capit. ex
parte, de conuerſ. coniugat* ita etiã nullo ſpeciali iure ca-
uetur, vt maritus propter adulterium vxoris ordinari
poſſit, quamuis religionem intrare ac profiteri valeat:
quo fit, vt minime hoc caſu hic ad ſacros ordines pro-
moueri licite poſſit, remanendo in ſeculo, ſub prædictis
pœnis, cum hoc non ſit iure cautum & ſolum id liceat
in caſibus à iure expreſſis, vt ibidem expreſſe probatur:
quod magis aſtringo; Nam *in dict. §. auctoritate Apoſto-
lica,* illud inhibetur, ne quiſquam, durante matrimo-
nio, ſiue copula conſummato ſiue non, aliquem or-
dinem ſacrum ſuſcipiat, niſi prout ſacris Canonibus
nouerit expedire: ſed iure Canonico vxoratus non de-
bet promoueri ad ſacros ordines, niſi abſolutus ab v-
xore continentiam profitente, *vt in dict. cap. vxoratus,
de conuerſ. coniug.* & licet ob adulterium vxoris liceat
marito religionem ingredi ac ibidem profiteri, vt eſt
prædictum, non tamen eo caſu expreſſum eſt à iure, vt
ad ſacros ordines promoueri poſſit inuita vxore; eſſet
namq; maximũ inconueniẽs, vt ſupra conſiderabimus,
ipſos ambos in ſeculo remanere, marito ſacris inſignito

contra voluntatem vxoris ipſaq; continentiam minime profitente:quod ſic non contingit ipſo religionem ingreſſo vel vxore continentiam profitente: Ergo &c. Et quamuis per adulterium vxoris liberetur vir ab obligatione reddendi debitum, vinculum tamen matrimonii adhuc manet : Ergo nullo modo dici poteſt. quod maritus ob adulterium vxoris iure poſſit ipſa inuita, ad ſacros ordines promoueri,cum caſus exceptus firmet regulam in contrarium, *vt in l.nam/quod liquide ff.de penu legat.* ex quibusfit,vt facilius poſſit quis conuerti ad religionem , quam ad ſacros ordines promoueri : vnde rectius procedit argumentum negatiue quā affirmatiue ; Nempe quando religionem intrare non licet : Ergo multo minus ad ſacros ordines promoueri, non vero ſemper, quod licet religionem intrare , licet promoueri ad ſacros ordines, vt ex præd.patet & cenſuit Sylueſt.*vbi ſupr.* Nec obſtat ſi replicet quis, tex. *in §. auctoritate Apoſtolica*, argumentumque ab eo modo ſumptū procedere ac loqui in matrimonio abſolute, hoc eſt, quando coniuges ſimul cohabitant vel ſaltem diuortio nō facto: At vero nos agimus, quādo propter adulterium eſt factum diuortium atq; ſeparatio, quod etſi ſecundum quid dici matrimonium valeat , non tamen abſolute.Nam reſpōdeo in primis, tex.præfatum *§.auctoritate Apoſtolica*, generaliter & indiſtincte loqui in quocunque matrimonio : at vero commiſſo adulterio , verum matrimonium eſt quoad vinculum ,quod minime ipſo adulterio diſſoluitur,vt ſup.latius probatum eſt:Separatio autem tunc fit quoad cohabitionem ſimultaneam & thorū ac bona,non vero ex hoc deſinit eſſe verum matrimonium inter eos.Præterea qui præd. replica contra nos vti velint, neceſſe habent, vt probēt hunc eſſe caſum , in quo iure Canonico maritus ob adulterium vxoris ordinari valeat abſq; licentia vxoris: quod ſi expreſſe probauerint,ſtatim annuam ipſorū opinioni, ſin minus, regulam generalem in contrarium conſtituit *d. §. auctoritate Apoſtolica*,in hunc modum, vt maritus ordinari non valeat ſub pœnis ibi contentis, niſi prout ſacris Canonibus nouerit expedire : ſed hoc caſu non conſtat neque probatur , quod ſacris Canonibus id expediat : Ergo habemus intentum.

Et in expreſſo hanc partem negatiuam probauit Innocent.*in d. c.conſtitutus, de conuerſ.coniugat.*vbi reddit rationem diuerſitatis inter ſacros ordines & religioné, ſequitur eandem ſententiam ibidem Anan. Anchar, *num.3.Anton.de But quæſt.2. & Ioan. Aud. ſequitur etiam ſumma Aſteſana,2 part.libr.8.tit.11 artic.2.quæſt.9. in eamque inclinat Aretin.conſil.59.* & quamuis Abb.*in dict.cap.conſtitutus.nu.5.*conetur elidere rationem differentiæ aſſignatam ab Innoc. *vbi ſupr.*inter ſacros ordines & religionem, illa tamen coadiuuari poteſt ex deciſione tex *in cap.quia ſunt,& in cap ſequenti,28 diſtinct. iuncta gloſſ.fin ibi circa fin quam probat Archid.in cap.ſciatis in fin.32. diſt.* Quod ſi adhuc præfatam rationé differentiæ Innocentii veram non eſſe contendas , dictum tamen ipſius & ſic noſtra ſententia negatiua efficacitec probari videtur ex ſupradict. tertio fundamento pro eadem adducto , quam veriorem in puncto iuris atque ſecuriorem eſſe exiſtimo ac proinde tenendam; præcipue cum auctoritate etiam grauiſſimorum auctorum non careat, quamuis contraria ſit magis recepta ac proinde non peccaret eam ſeruans.

Ad primum fundamentum prioris partis reſpōdeo, quod etſi liceat marito propter adulterium vxoris religionem intrare , non tamen ideo licebit ſacros ordines ſuſcipere in ſeculo remanēdo, quia vt ſupra probauimus, præd. conſequentia Doctor.eſt falſa , quia non valet argumentum affirmatiue in propoſito , nempe vxoratus quādo poteſt intrare religionem, poteſt etiam ordinari:Nam illud inuenitur iure expreſſum, hoc autem minime,ſed potius contrarium, niſi tantum in caſibus à ſacris Canonibus permiſſis : Hic autem non eſt huiuſmodi : Ergo &c. Negatiue autem recte procedit , qui non poteſt religionem intrare , neque promoueri, vt prædiximus.

Ad ſecundum circa eius primam partem eodem modo reſpōdeo,&ad *cap coniugatus,de conuerſ.coniugat.* quod procedit ſeruatis in ipſo requiſitis , hoc eſt quod maritus ab vxore continentiam profitente abſolutus ad ſacros ordines promoueatur , qui caſus non eſt noſter , ſed multum diuerſus. Item etiam non obſtat illud, quod prædiximus de Epiſcopo.*vt in dict.cap.ſane,* quia procedit ipſa vxore religionem profitente , alias ſecus vt ibidem probatur.Ad tertium reſpondeo , nihil concludere in propoſito quod nobis obſit.

## SVMMARIVM.

1 *Ætas ſingulis ordinibus iure antiquo requiſita.*

2 *Prima tonſura & omnes minores ordines a ſeptennio, etiam ſtatim ſuſcipi poſſunt iure nouiori.*

3 *Subdiaconus effici quis poteſt , cum primum decimum octauum annum fuerit ingreſſus ,diaconus vero poſtquam inchoauerit viginti, Prsbyter dum attigerit vigintiquinque , iuxta Clementinam finalem de ætate & qualit. itaque ſufficit attingere vltimum annum prædictarum ætatum , etiam ſi annus ipſe completus non fuerit : & an hoc hodie procedat ſtante decreto de rereformat.Sancti Concil.Trident Seſſ.23.c.12 late agitur nu 4.& ſequ. vbi reſoluitur affirmatiue , quamuis ad Subdiaconatum nullus promoueri præcipiatur ibidem ante vigeſimum ſecundum annum, & ad Diaconatum ante vigeſimum tertium.*

6 *Qui ante Calendas proximas ſtipulatur , ſimilis eſt ei qui Calendis ſtipulatur.*

7 *Anniculus non ſtatim , vt natus eſt , ſed trecenteſimo ſexageſimo quinto die dicitur.*

9 *Qui ſacris initiatur in vigeſimo ſecundo anno, non promouetur ante vigeſimum ſecundum..*

10 *Verba denotantia tempus,ſi ſint ſingularis numeri verificantur in tempore incepto , ſi vero ſint pluralis numeri, debet eſſe tempus completum.*

11 *Significatio propria dictionis,*ante , *eſt excludere illud cui præponitur.*

12 *Illud dicitur ante, quod omnino ante eſt.*

13 *Vltima dies termini cedit commodo promiſſoris ad hoc, vt non ſit in mora , antequam totum tempus labatur.*

14 *L.qui ante Cal.13 ff.de verb. oblig. intellectus, & n. 15. de concord d.l.cum l.anniculus, la 132.in ordine, ff.de verb. ſignif. remiſſiue.*

16 *L. anniculus, la 2. 134. in ordine.ff.de verbor, ſignif, intellectus.*

17 *Conferre aut ſuſcipere ordines citra prædictas ætates, crimen eſt mortale, & ordinator huiuſmodi per annum a collatione clericalis tonſuræ ob huiuſmodi culpam ſuſpenditur.*

18 *Suſcipiens ordines ſacros ante ætatem legitimam, verum characterem & ſacramentū ſuſcipit etiam Preſbyteratus(etiamſi ſit puer)non tamen ordinum exſecutionem, imo ipſo iure eſt ab eiuſmodi exſecutione ſuſpēſus quouſque legitimā ætatē attigerit, & presbyter hoc caſu celebrās,præter peccatū mortale,irregularis fit,n:19.Hodie per extrauag.Pii.II.ipſo iure ſūt ſuſpenſi , qui ſine diſpenſatione canonica aut legitima licentia ,ſiue extra tempora vel ante ætatem legitimam vel abſq; dimiſſoriis ordinantur , nu. 20.*

21. *Ordinatus extra tempora vel ante ætatem legitimam vel ſine dimiſſoriis , ſuſpenſus eſt ipſo iure, n. 20. contra nonnullos relatos,n.23.*

22 *Sic ſuſpenſus ſi miniſtrauerit in ordine , irregularitatem incurret, a qua a ſolo Papa abſolui poteſt.*

24. Or-



24 *Ordinans aliū ſine dimiſſoris ordinarii ſui, per annum eſt ſuſpenſus ab ordinum collatione , ordinatus vero quamdiu proprio ordinario vidrbitur expedit.*

25. *Peccat mortaliter , qui ſe facit ordine inſigniri contra Canones Conc. Trid.hic relatos.*

26 *Licentia ſeu facultas ordinandi à quocūque Catholico antiſtite in propria diæceſi reſidenti, an ad alium de licentia proprii ibi Pontificalia exercentem extendatur & num.ſeq.*

30 *Minores ordines & Subdiaconatus an eodem die conferri valeant, & nu, 31.& 32.*

33 *Nullus prima tonſura initiatus aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus, ante decimum quartum annum beneficium poteſt obtinere.*

34 *Non omnes habentes ætatem legitimam promouendi ſunt ab Epiſcopis ad ſacros ordines , ſed digni duntaxat, quorum probata vita ſenectus ſit.*

35 *Caueant Epiſcopi ab ordinando pueros in aſpectu, quamuis vigeſimum quintum annum attigerint , ne forte ſuprebat in opprobrium ordinis clericalis.*

36 *Et præterea ne iis ſacri muneris diſpenſationem committant, qui ob imbecillitatem intellectus atque debitæ conſiderationis diuina miniſteria parui pendant.*

37 *Caueant etiam , ne indoctos ordinent , atque eos , qui male legunt, ne ignorantia cauſſet contemptum.*

38 *Regulares quoque , nec in minori ætate nec ſine diligenti examine ordinentur, priuilegiis quibuſcunque ad hoc penitus excluſis.*

39 *Ætas 30. annorum requiritur ad Epiſcopatum.*

40 *Pœnitentiarius perpetuus,qui in Eccleſiis Cathedralibus inſtitui debet.40. annorum eſſe debet.*

---

## CAPVT XXVI.

### De ætate ſingulis ordinibus Eccleſiaſticis requiſita.

QVamuis iure diuino , quoad ſubſtantiam Sacramenti nulla ſit ætas diſtincta , iure tamen Pontificio eiuſmodi ætates decretæ ſunt & præfinitæ:

1 Iure † etenim antiquo longiora ætatis tempora exigebantur:Nam,vt habetur *in cap.in ſingulis,77.diſtinct.* ab infantia(hoc eſt à primo ſeptennio)poterat quiſq; nomen Eccleſiaſticis miniſteriis dare(hoc eſt)primam tonſutam accipere, ſed tres minores ordines non, niſi vſque ad annum duodecimum , neque acolythatum vſque ad quatuordecimum : Subdiaconus vero nemo, qui erat minor viginti annis completis , fieri poterat, vt patet ex ſexta Synodo, *Canon.Subdiaconus, 77.diſtin. & ibi gloſſ.* neque Diaconus ante vigeſimum quintum annum, vt in decreto Conc. Carthagin. *Canon.placuit.* neque vero presbyteratum obtinere minor triginta ann.vt tota diſtinct.78. decernitur : ita Dominic. à Sot. *in 4.ſentent diſt.25.quæſt.2,art.2.pag.51.colū.2.in verſic. quo autem,*tametſi Iacobus Menoch. *de arbit.iudic.caſu 427.num.14,cent.5.*dicat per illū text,*in dict.cap.in ſingulis* ,quod minores ordines conferuntur habēti duodecim vel ſeptēdecim annos , & Rebuffus *in praxi beneſic.in titul de cleric. ad ſacros ordin.male promot.gloſſ.2.*
2 *num.1.pag.436.habenti duodecim vel 15.ann. & num.ſeq.* de ordinibus ſacris quod prædictum eſt probat : ſed re vera meo † iudicio text, ille rectius probat,quod ex eo collegit Soto *vbi ſupra,* Vidēda eſt in hoc,*l.27.tit.6.par.* 1.Iure tamen nouiori,non modo prima tonſura,verum & omnes minores ordines à ſeptennio ſtatim ſuſcipi poſſunt, iuxta gloſ. *fin. in Clem.fin.de ætat. & qualitat.* per iura quæ allegat , quam probauit Sot. *vbi ſupr* de prima tonſura, quod ſeptennio conferri poſſit, Albertus Trocius de vero & perfecto cleric. *capit 17. num. 1. vol.2.tract diuerſor.doctor.fol. 243. & Rebuff. vbi ſupra.*

Ad Subdiaconatum † vero ordinem *ex d. Clem.fin.* promoueri quis poteſt , cum primum decimum octauum annum fuerit ingreſſus, & ad Diaconatum, poſtquam inchoauerit vigeſimum, & ad Preſbyteratum,dū attigerit vigeſimum quintum , vt *ibidem* expreſſe cautur.Nam cum tex.ille non requirat, quod prædicti ordinandi ſint decem & octo , viginti & vigintiquinque annorum reſpectiue,ſed tantum quod poſſit quis libere in decimo octauo ad Subdiaconatus, in vigeſimo ad Diaconatus, & in vigeſimo quinto ætatis ſuæ anno ad Preſbyteratus ordines promoueri , conſequitur manifeſtiſſime , ſufficere attingere vltimum annum prædictarum ætatum reſpectiue , etſi annus ipſe completus non fuerit : Quod etiam aperte probatur *in cap.cum in cunctis, §. inferiora, de elect.* vbi ſufficit, quem attigiſſe vigeſimum quintum ſuæ ætatis annum ad beneficium curatum obtinendum, & ſi non eſt in ordine requiſito conſtitutus , debet ſe facere promoueri , præfixo à Canonibus tempore ſub pœnis de quibus ibi : qui tex. hodie ad literam innouatur in Sacro Concilio Trident. *Seſſ. 24. c. 12.*

Neque obſtat, quod ſecundum † Hoſtien.diſpenſa- 4
tur in ætate *in d.§. inferiora,* propter curam animarum, & ſecundum Innoc. quia ſuberat neceſſitas, ex quo vocatus fuerat ad beneficium,quod requirebat ordinem, ideo obſeruādi ſunt antiqui Canones in hoc ſupra relati : Abſurdum namq; eſſet, quod minor viginti quatuor ann.poſſit habere curam & ſacerdotium, non vero ſacerdotium ſolum : Quare ex illo tex.recte probari videtur, ſufficere attigiſſe vigeſimum quintum annum, ad hoc , vt quis in preſbyterum ordinari queat , quod vt prædixi , iure nouiori eſt expeditum *in dict. Clem. fin. ex verbis ſupra relatis,* & in terminis,quod ſufficiat attigiſſe 18. ann. ad Subdiaconatum & 20. ad Diaconatum, & 25. ad presbyteratum , tenet gl *in d Clem. fin. in verbo, in decimooctauo,* ſic intelligens tex. illum, quam ſequitur alios allegans Card.*ibid.nu.8.* & optime probat Albert. Troc. *vbi ſupra num.2. & Io.de Imol. in d. Clem. fin. ſuper illa gl. & ibi Boniſ. de Vita nu. 19. Fel. in c. cum vigeſimum , nu 7 de offic.deleg. Domin. à Soto vbi ſupra, & illam glo.ſequitur Rebuff.in prax.beneſ. in tit. de cleric. ad ſacros ordin. male promot. gl. 2. nu.2.*

Poterit tamen quis forſan dubitare ; An præcedens communis ſententia , quæ profecto veriſſima & receptiſſima eſt, hodie procedat , ſtante decreto *de reform. ſacro ſancti Concil. Trid.Seſſ.23. ca. 12.* vbi alia ætas ad
prædictos ſacros ordines præſcribitur, † ſaltem ad Su- 5
diaconatum,nempe ad illum 22.ann.ad hunc vero 23. his verbis ; *Nullus in poſterum ad Subdiaconatus ordinem, ante vigeſimum ſecundum, ad Diaconatus ante vigeſimum, tertium ad Preſbyteratus ante vigeſimum quintum ætatis ſuæ annum promoueatur* : An vero hoc decreto ſtante , corrigatur præfata communis opinio?

Et primo † videtur ex illo tex. non ſufficere vlti- 6
mum annum ſingulis ordinibus præſcriptum eſſe inceptum, ſed requiri eſſe completum, ex tex. *in l. qui ante 13 in ordin. ff. de verb. obligat.* vbi inquit tex. *Qui ante Calendas proximas ſtipulatur, ſimilis eſt ei , qui Calendis ſtipuletur.* Cum ergo Concilium vtatur prædicta propoſitione, *ante,* cum prohibitione præcedenti, videtur requiri , vt annus compleatur, *arg. d. l. qui ante.*

Secundo † ex tex.*in l. anniculus, la 2. 134. in ordin.* 7
*ff. de verb.ſignif.* vbi inquit tex. *Anniculus non ſtatim vt natus eſt , ſed trecenteſimo ſexageſimo quinto die dicitur, incipiente plane , non exacto* : Ergo annus vigeſimus ſecundus , vel vigeſimus tertius , vel vigeſimus quintus ætatis vniuſcuiuſque non dicitur ſtatim , quod quis cum ingreditur, ſed vltimum eius diem, quamuis non completum : & in noſtris terminis ita tenet Menoch. *de arbitr.iudic. cent. 5. caſu 427.nu.25.*

His

8 His tamen † non obſtantibus, contraria ſententia
tenenda eſt tanquam verior in iudicando & conſulen-
do, imo quod præfata communis & recepta ſententia
hodie non corrigatur per præd. decretum Conc. Trid.
& ſic quod etiam hodie ſufficiat ordinando in Subdia-
conum attigiſſe ætatem 22. annorum, & in Diaconum
23. & in Presbyterum 25. quamuis annus non ſit com-
pletus. Primo, quia hoc expreſſe à Conc. Trid non mu-
tatur: Ergo quare ſtare prohibetur *argum. l. præcipimus,*
*C. de appel. & l. ſancimus, C. de teſt.* Secundo quia ſolum
tempus ad Subdiaconatum & Diaconatum augetur à
Concilio, non vere aliquid innouatur circa noſtram
quæſtionem.

9 Præterea, qui ſacris † initiatur in vigeſimo ſecundo
anno, non promonetur ante vegeſimum ſecundum,
iuxta tex. *in l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad Treb.* ex quo tex.
conſtituit differentiam Corn. *conſ. 213. vol. 1. num 7.*
vtrum verba † denotantia tempus, ſint ſingularis nume-
ri, quo caſu poſſunt verificari in tempore incepto: Nam
in anno vigeſimo cenſetur eſſe, qui annum vigeſimum
ingreſſus eſt: & ſimiliter verificantur verba ad annum
vigeſimum: an vero pluralis numeri, & tunc debet eſſe
tempus completum, nempe ſi vixerit annis viginti,
vel ſi erit viginti annorum, vel aſcenderit ad viginti
annos ſecund. opin. Bald. & Imol. quos refert: Ergo
cum Concil. in propoſito loquatur per verba ſingula-
ris numeri, nempe ante vigeſimum ſecundum, vigeſi-
mum tertium & vigeſimum quintum ætatis ſuæ annũ
reſpectiue, vt patet, conſequitur poſſe verificari in tem-
pore incepto.

11 Tertio, propria † ſignificatio huius dictionis *ante*, eſt
excludere illud, cui præponit, vt docet Aul. Gell. *l. 12.*
*noctium Atticarum. c. 13.* quem refert & ſequitur Alciat.
*dict. l. anniculus, num. 5.* vbi id in propriis terminis *dict.*
*Clem. fin.* tenet, nempe ſi ſcriptum ſit, vt in vigeſimo
anno poſſit quis ad ſacros ordines promoueri, ſufficiat
20. ann. eſſe cœptum, idem ſi intra vigeſimum dicatur,
vel ante vigeſimum, quia hæc verba magis initium
reſpiciunt, quam finem.

Denique ſi annus adimpletus requireretur, non poſ-
ſet quis promoueri ad Subdiaconatus ordinem, niſi in
vigeſimo tertio anno, & ad Diaconatum in vigeſimo
quarto, & ad prebyteratum in vigeſimo ſexto: quod
manifeſte aduerſatur Concil Trident. & hoc non eſſet
*ante*, ſed *poſt*, iuxta ea, quæ docent Bald. Alex. & Rom.
*in d. l. qui ante, ff. de verb. oblig.* Cum. & Imol. *in l. ſi cui, ff.*
*de legat. 1.* Bald. *in dict. l. ex verbis, n. 2. C. quando dies leg.*
*ced.* vbi affirmat. illud dici *ante*, quod omnino *ante eſt*,
12 Vltimo huic † opinioni fauet, quod Concil. non dicit
nec exprimit completum, prout ſi vellet, expreſſiſſet
ſed abſolute ante 22. 23. & 25. ann. reſpectiue: Innuiſſe
ergo videtur ſufficere, eſſe ordinandum in præd. annis
inceptis reſpectiue: Qui enim iam exſiſtens in præd an-
nis, etiam nondum completis, ordinatur, non dicitur
ordinari ante eos, ſed in eis, & ſic ſatisfacit præcepto
Conc. Præmaxime, quia ad minus negari non poteſt,
quin hoc ſit omiſſum à Conc. ſicq; remanet ſub diſpo-
ſitione iuris communis, *arg. l. commodiſſime, cum ſim. ff. de*
*lib. & poſth.* Iure autem cõmuni nouiſſime hoc expedi-
tum eſt *in d. Clem. fin. de ætat. & qual. iuncta gl. fin & com-*
*muni*, vt ſufficiat, quod ordinandus ſit in prædictis an-
nis inceptis, licet non completis, vt eſt prædictum: Er-
go idem etiam locum habet hodie, ſtante dict. decret.
Concilij: quod profecto indubium meo iudicio atque
proinde tenendum eſt, & ita in terminis tenet & pro-
bat Nauar. *in Man. Latin. c. 25. n. 116. pag. 653. & nouiſ-*
*ſime* D. Spino *in ſuo ſpeculo teſtament. gloſſ. 3. de capella-*
*nus n. 47.* quæ ſententia receptiſſima eſt in vſu & praxi
prout vidi eam ſemper obſeruari atque iuxta eam con-
ſului & pronuntiaui ſæpiſſime.

Non † obſtant modo fundamenta *ſupra* in contra- 13
rium adducta, & primo tex. *in d. l. qui ante Calend. ff. de*
*verb. oblig.* quoniam quoties quis ſtipulatur aliquid da-
ri vel fieri, ad hoc vt promiſſor ſit in mora atq; conue-
niri poſſit, requiritur, vt totus terminus prius labatur,
vltima enim dies termini cedit commodo promiſſoris,
nec enim prius dicitur eſſe in mora, quia licet teneatur
id ſoluere in prædicto termino, & ſic etſi ante Calend.
dies cedat, non tantum venit quo peti poſſit, quouſque
debitor ſit in mora, *vt in l. cedere diem ff. de verb. ſign.* &
ita debet intelligi *d. l. qui ante Calendas.* Nam † qui ante 14
Calendas proximas ſtipulatur, ſimilis eſt ei, qui Calen-
dis ſtipulatur, quoad effectum exactionis, in hunc ſane
ſenſum, vt qui ſtipulatus eſt ante Cal. tanquam à mo-
roſo debitore petere non poſſit ante Calendas, & ideo
non dicit, quod eſt idem, ſed ſimilis: omue autem ſimi-
le non eſt idem, *vt l. quod Nerua, ff. depoſit.* at vero in
terminis noſtræ quæſtionis, de qua agimus qui exiſtens
in ætate 22. 23. vel 25 annorum ordinatur, non dicitur
ordinarii ante prædictos annos, ſed in ipſiſmet annis
ætatis requiſitæ à Concilio: vnde cum ipſum Conc. nõ
expreſſerit completum, non excludit inceptum, imo
ipſum includere videtur. Præterea contra deciſionem,
*d. l. qui ante Calend.* eſt *l. anniculus, la 1. 132 in ordine*, di-
cens, ante † diem 10. Calen poſt diem 10. Calend. neu- 15
tro n. ſermone decimus dies ſignificatur: Pro quarum
legum concordia & vero intellectu, quia inter ſe diſta-
re videntur, quamuis quoad noſtrum propoſitum nihil
obſtent, vt vidimus, videndus eſt Laur. Vall. *l. 4. el. c. 80.*
& Alciat. *in l. anniculus la 1.* Ad ſecundum hoc eſt, *l. an-*
*nicul. la 2. 134. ff. de verb. ſig.* reſpondeo, † verbum ſeu 16
nomen, *anniculus*, perfectionem ſignificare vnius anni,
quare ſtatim vt natus eſt, non dicitur anniculus, ſed
cum dies vltima anni incepit, licet non ſit completa:
Quinimo tex. ille atque ipſius ratio recte inſpecta pro
nobis facit, quia ſi in anniculo, qui eſt principium nu-
meri annorum, non vero numerus: quia eſt vnus tantũ
annus, vltimus dies anni inceptus habetur pro comple-
to: Ergo in ætate plurimũ ann, vltimus annus cœptus
habetur per completo: Præterea *d. annicul.* arg. quamuis
alicuius momenti alias eſſet, generale quidẽ eſt in pro-
poſ. & ideo nihil obeſt, cum in ſpecie habeamus deci-
ſum contrarium *in d. Clem. fin.* iuncta ſua gl. communi-
ter approbata, quia generi per ſpeciem derogatur, vt in
regula iuris: at opinio Menoc. quæ ſpecialis eſt in no-
ſtra quæſtione, tenentis, diem vltimam anni cęptam in
propoſito de quo agimus, haberi pro completa ad or-
dines, non excludit, vt annus etiam cœptus non habea-
tur pro completo: quod ſi aliud ſenſit, errat, vt pote cõ-
tra *d. Clem fin. cum communi, de ætat & qualitat.*

Conferre † autem ordines citra prædictas ætates aut 17
ſuſcipere, crimen eſt mortale, quippe quia in re graui
tranſgreſſio ſit Eccleſiaſticæ præceptionis, vnde huiuſ-
modi ordinator per annum à collatione clericalis ton-
ſuræ ob huiuſmodi culpam ſuſpenditur *vt in cap. nul-*
*lus de ætat. & qualit. lib. 6.* Qui † vero ante eaſdem æta- 18
tes ordinis ſacramentum ſuſcipit, verum characte-
rum & Sacramentum ſuſcipit, etiam presbyteratus
(etiamſi puer ad ſacerdotium ordinaretur ſecun. Card.
*in dict. Clem. fin. per. gloſſ. in c. pueri, 1. quæſt. 1. Rebuff. vbi*
*ſupra num. 8.* Quinimo puer in cunis poteſt effici ſacer-
dos & Epiſcopus, omneſque ordines ſuſcipere, vt ex
Hugone refert Hoſtienſ. *in ſumma de temporib. ordina-*
*tion. §. ſed & præter, in verſ. plus notat Hugo*) non tamen
ordinum exſequutionem, imo ipſo iure eſt ab eiuſmo-
di exſequutione ſuſpenſus, quouſque legitimam æta-
tem attigerit. *vt in c. vel non eſt compos, de tempor. ordi-*
*nat. & in c. dilectis, de ætat. & qualit.* & presbyter hoc
caſu celebrans, antequam legitimam ætatem attingat,
præter † peccatum mortale irregularis ſit: vt notatur,
in



*in capitul. ſane, & in capitul. cũ quidam, & c. conſultationi,*
*de tempor. ordin.* Et quamuis illic mentio non fiat, niſi
de iis, qui ordinantur extra quatuor tempora ab Eccle-
ſia ſtatuta, iam idem per extrauagantem. Cum ex ſacro-
rum, Pii ſecundi & per regulas Cancellariæ ſtatutum
eſt, nempe vt eiuſmodi presbyter fiat irregularis, ſi ce-
lebret, antequam attingat 25. ætatis ſuæ annum, vt ait
Soto *vbi ſupr. in n. 4. diſtinct. 25. quæſt. 1 art. 2 in fin. & Re-*
*buff. vbi ſupr.* in gloſ. 4. refert literam d. extrauag. Pii Se-
20 cundi, vbi † reuera plus expreſſe diciditur, quam Dom.
à Soto refert, forte eam non viderat. Cauetur enim ibi,
quod omnes & ſinguli, qui abſque diſpenſatione Ca-
nonica aut legitima licentia, ſiue extra tempora à iure
ſtatuta, ſiue ante ætatem legitimam, vel abque dimiſ-
ſoriis literis, etiam Ditramontani à Citromontanis
(præterquam ſi in hoc vltimo caſu per Cameram A-
poſtolicam iuxta illius ſtylum ordinati fuerint) ad ali-
quem ex ſacris ordinibus ſe fecerint promoueri, à ſuo-
21 rum ordinum exſequutione ipſo iure ſuſpenſi ſint, & ſi
huiuſmodi ſuſpenſione durante in eiſdem ordinibus
miniſtrare præſumſerint, eo ipſo irregularitatem incur-
rant & vltra alias pœnas generaliter à iure inflictas, be-
neficiis Eccleſiaſticis poſſunt iure priuari: Quam extra-
uagantem obſeruari iuſſit Pius V. *in ſuis ſanction. Apoſt.*
*& reg. Cancel. in regul. 22. de male promotis.* Ex qua litera
ita generali duo deducuntur expreſſim: Primo, quod
qui extra tempora vel ante ætatem legitimam vel ſine
dimiſſoriis promotus fuerit ad ſacros ordines, ſuſpen-
ſus eſt ipſo iure, donec abſolutionis beneficium à Papa
fuerit conſequutus, non tantum vſq; ad ætatem legiti-
mam, prout de iure exiſtimabat Sot. *vbi ſupra.* & pro-
batur *in c. cum quidã, & c. literas, de temp. ord.* ſed etiã ho-
die perpetuo, donec abſoluatur, vt in d. extrauag. Pii II.
22 Secundo, quod ſi † durante ſuſpẽſione præd. Sacer-
dos celebrauerit vel Diaconus tanquam Diaconus in
Eccleſia miniſtrauerit, aut tanquam Subdiaconus irre-
gularitatem incurrent, à qua abſolui non poterunt ab
alio: quam à Papa: Quamuis Doct. *in c. conſultationi, de*
*temp. ord.* contrarium dicant: *Ita Sylu. in Summa, verb. ir-*
*regularitas, §. 10. n. 12. quẽ refert & ſequitur Rebuf. vbi*
*ſupra, in gl. 1. n. 16. & iterum gl. 2. n. 23. & gloſ. 4. nu. 3. &*
*4. Nauar. in manual. Lat. c. 25. nu. 7. & c. 27. n. 155. & n.*
*242.* Ex quo decepti ſunt omnes, qui præd. extraua-
gantem non nouerant, putantes, non ſuſpendi quem
23 ipſo iure propterea, quod ante legitimam ætatem or-
dinem ſacrum, etiam presbyteratus, ſuſcipiat, prout
ſunt S. Ant. *in 3. part. ſuæ Summæ, tit. 14. c. 16. & Maior*
*in 4. ſent. diſt. 24. q. 5. & Sot. vbi ſupra.* ita aduertit Na-
uar. *vbi ſupra. d. n. 70.* dicens, quod non videtur pro-
deſſe in hoc fratribus Obſeruantiæ ſuum priuilegium.
24 In ordinato † ſine dimiſſoriis ſui ordinarii hodie ſa-
crum Con. Trid. *ſeſſ. 23. in decret. de reform. c. 8.* decreuit,
vt ordinans collatione ordinum per annum, & ordi-
natus à ſuſceptorum ordinum exſequutione, quamdiu
proprio ordinario videbitur expedire, ſit ſuſpẽſus: quod
ad literam, Concilio tamen non relato, ſed per Cano-
nem. Lugdunẽſis *9. q. 2.* probauit Sot. *in 4 d. 25. q. 1. art.*
25 *3. pag. 56. col. 1.* Itaq; tantum ad ordinatum ſine literis
dimiſſoriis ſui ordinarii, rigor ille extrauagantis Pii II.
vt remaneret ipſo iure perpetuo ſuſpenſus, temperatur
hodie per præfatum decretum Concil. Trident, vt quã-
diu proprio ordinario videbitur expedire, ſuſpenſus ſit.
Poterit igitur Epiſcopus, quando ſibi viſum fuerit, tol-
lere hanc ſuſpenſionem: interim vero quod non tolli-
tur, ſi ſic ſuſpẽſus ſacerdos celebret, Diaconus vel Sub-
26 diaconus, tanquam talis in Eccleſia ſolemniter mini-
ſtrauerit, ſit irregularis per ſupra dicta, peccat & mor-
taliter, qui ſe facit ordine inſigniri contra canones
Concil Trid. *ſeſſ. 23. c. 4. & ſeq. & ſeſſ. 7. c. 10. & 11.* vt
docet Nauar. *in manual. c. 25. nu. 68.*

Dubitatum tamen fuit circa deciſionem *d. c. 11.* aſſe- 27
rentis, quod facultates de promouendo à quocunque
non ſuffragentur, niſi habentib. legitimam cauſſam, ob
quam à propriis Epiſcopis ordinari non poſſint expri-
mendam, & tunc non ordinentur niſi ab Epiſcopo in
ſua diœceſi reſidente, aut pro eo Pontificalia exercente
& diligenti præuio examine; Quid ſi in literis dimiſſo-
riis tantum concedatur licentia & facultas promouen-
di a quocunq; Catholico Antiſtite in propria diœceſi
reſidenti, non tamen additum ſit, vel ab alio pro eo ibi
Pontificalia exercẽte; *An tũc rigore huius facultatis poſſit*
*promoueri ab Epiſcopo in alterius diœceſi de licẽtia Epiſco-*
*pi illius diœceſis Pontificalia exercẽte:* Et videtur poſſe, *ex*
*d. cap. 11 ſeſſ. 7. ſacri Conc. Trid.* in verbis ſupra relatis ibi,
*Aut pro eo Pontificalia exercente.* Præterea quia nihil
intereſſe videtur inter hæc duo, nempe, quod quis vir-
tute dimiſſoriarum ſui ordinarii ordinetur ab alio in
ſua diœceſi reſidente, vel pro eo Pontificalia exercente.
Denique quia hæc videtur eſſe intentio ordinarii vel
Nũtii legati concedentis prædictas dimiſſorias quam-
vis litera ſit aliquantulum defectuoſa: Nihilominus ta-
men contrarium verius reputauimus, imo quod præd.
in ſpecie ordinarii hic non debeat, niſi iuxta tenorem
dimiſſoriarum, nempe à Catholico Antiſtite in pro-
pria diœceſi Pontificalia exercente, non vero ab alio,
quamuis de licentia proprii Epiſcopi ibidem ordines
celebrante, alias ſuſpenſus ſit, donec Epiſcopo proprio
ordinati iuſtũ videbitur, *iuxta d. c. 8. ſeſſ. 23. Conc. Trid.*
*in decret. de refor.* Primo, quia nemo poteſt ordinari, niſi
à proprio Epiſcopo, vel alio, cui ipſe licentiam impar-
titus fuerit, *vt in d. c. 8. & in d. c. 11. ſeſſ. 7.* Sed in hoc caſu
Epiſcopus concedit facultatem ſubdito ordinando à
quocũque Catholico Antiſtite in propria diœceſi: Er-
go alius, etiam de licentia eiuſdem ordinare eum non
debet. Secundo, quia *d. c. 11. ſeſſ. 7.* loquitur in facultate
generali de promouendo à quocunq; &c. cuius virtus
extenditur ad Epiſcopum in aliena diœceſi de licentia
proprii ibidem Pontificalia exercentem, imo verba &
mens dimittẽtis hoc caſu vtrumq; Epiſcopum, Catho-
licum tamen comprehendit, & ita merito vt à quolibet
ordinari poſſit; non vero inde ſequitur, idem eſſe, quo-
ties facultas promouendi ab Epiſcopo in ſua diœceſi eſt
reſtricta, prout in noſtra ſpecie, tunc n. mens proprii
Epiſcopi ea eſt tantum, alteri proprio Epiſcopo in ſua 28
diœceſi impartiendi facultatem ordinandi ſubditum,
non vero alii. Tertio, hoc videtur expreſſius probari in
quadam declaratione Illuſtriſſimorum Cardinal. ad in-
terpretationem dubiorum circa decreta Concil. Trid.
deputatorum ordine 2. vbi ita cauetur: *Epiſcopus in alte-*
*rius diœceſi de licentiã ordinarii loci non poteſt ordinare*
*perſonas, quæ nõ sũt ſubiectæ illi ordinario, niſi habeat dimiſ-*
*ſorias generales à ſuis ordinariis, &c.* vt vidi in quodam
Sumto e Roma delato. Ecce igitur; quomodo requirũ-
tur dimiſſoriæ generales ad hoc, vt Epiſcopus in aliena
diœceſi exercens Pontificalia, etiam de licentia proprii
poſſit non ſubditum illi ordinare. Quarto, hoc idem o-
ptime probatur *in decret de reform. c. 2. ſeſ. 14. d. Conc. Tri.*
vbi præcipitur, vt nemo Epiſcoporum, qui titulares vo-
cantur, cum licentiam ordinarii. Pontificalia ibidem ex-
ercens poſſit alterius ſubditum promouere ad ſacros
ordines aut minores ordines vel † prima tonſura, abſq; 29
ſui proprii prælati expreſſo conſenſu aut literis dimiſ-
ſoriis, ad præd. ordines ſuſcipiendos: Ergo, &c. Ex qui-
bus pro contraria parte adducta iam ſunt ſublata: Intẽ-
tio vero concedentis præd. dimiſſorias reſtrictas ad E-
piſcopum propriæ diœceſis, vbi ordines cõferuntur, ſi
ea fuerit certa, vt etiam ab alio de licẽtia proprii poſſit
ordinari, proderit quoad forum conſcientiæ, non
vero quoad contentioſum.

Obtulit ſe in praxi † dubitatio: *An minores ordines* 30

*Subdiaconatus eodem die conferri valeãt.* Et videtur id li-
cere, arg. ab ſpeciali per tex. *c. 2. de eo qui ordines furt ſuſc.*
vbi eſt prohibitũ illi, qui 4. minores ordines recepit, te-
merario auſu Subdiaconatum etiam recipere: & teme-
rario auſu facere cẽſetur, quoniã ſine examine & ſcientia
Epiſcopi ad Subdiaconatũ ſe intruſit, vt Dd. ibi dicunt:
ergo ſi deficiat auſus temerarius & accedat voluntas &
ſciẽtia expreſſa Epiſcopi, licitũ id erit: Nihilominus cõ-
51 trarium † tenent Dd. vt refert Sylu. *in ſum verb. ord. 2. n.
7. & Dom. à Sot. vbi ſup. pag. 56. col. 2.* vbi quod ex eo in-
curritur ſuſpenſio, in qua poterit Abb. diſpẽſare, ſi hu-
iuſmodi ordinati aliquam religionẽ ingrediantur & E-
piſcopus, ſi eam non ingrediãtur, ſi ipſi, antequã ordina-
rentur, non fuerant præmoniti ſub excommunicatio-
nis ſentẽtia, ne vllos ſimul ordines ſuſciperent, alias ſo-
lus Pap. poterit diſpenſare in hoc. Hæc tamen præcedẽs
ſententia cõmunis limitatur, niſi cõſuetudo præmiſſiua
eſſet in contrarium: nempe vt præd. minores ordines &
Subdiacon. eodẽ die cõferrentur, quæ valida erit ſecũd.
B. Ant. Archiep. Flor. *in ſua ſũ 3. p. tit. 14. c. 16. §. 16. Nau.
in d. manual. c. 25. n. 71. & Rebuf. vbi ſub. gl. 2. n. 17.* vbi af-
firmat cum Card. ita ſeruari de conſuetudine, nempe
vt præd quatuor minores ordines & Subdiaconat. eo-
dem die conferri valeant, eſſeq; validam conſuetudinẽ
52 huiuſmodi, cum non prohibeãtur, niſi † duo aut plures
ſacri ordines eodem die conferri ſub pœna ſuſpenſio-
nis, *vt in c. literas, & in c. dilectus, de tẽp. ord.* ergo quatuor
minores & Subdiaconat. eodem die conferri & accipi
poſſunt ex conſuetudine, quam vbi adſit, conciliũ non
tollit nec improbat, quinimo validam eſſe innuit, quã-
doquidem tantum prohibet duos ſacros ordines eodẽ
die, etiam regularibus, conferri priuilegiis ac indultis
quibuſuis conceſſis non obſtantibus quibuſcunque
quaſi velit ac intendat, ius commune & conſuetudi-
nem in hoc caſu in ſuo vigore permanere & omittere
reſpectu 4. minorum ordinum & Subdiaconat. nec
etiam 4. minores ordines tantum, debeant vno die
conferri, niſi de conſuetudine eſſet in aliqua Eccleſia,
probat *l. 27. prope fin. 6. part. 1.*

53 Ad ſuperiora † redeundo, quamuis prima tonſura ſe-
ptẽnio cõferri valeat, nihilominus nullus prima tonſura
initiatus aut etiã in minorib. ordinibus conſtitutus, an-
te 14. annum beneficium poteſt obtinere, vt cauetur in
54 *c. 5. decret. de reformat. ſeſſ. 23. d. Con. Trid.* Nec † omnes
qui ſunt conſtituti in prædict. ætate requiſita ad ſacros
ordines, ad eos aſſumere debent Epiſcopi, ſed dignos
55 duntaxat † & quorum probata vita ſenectus ſit, *vt in d.
c. 12. ſeſſ. 23. d. Conc.* Caueant igitur ab ordinando pue-
ros in aſpectu, quamuis vigeſimum quintum annum
36 attigerint vel expleuerint, ne forte id ſubrepat in op-
probrium ordinis clericalis. Et præterea † ne iis ſacri
muneris diſpenſationem committant, qui ob imbecil-
37 litatem intellectus atque debitæ conſiderationis † di-
uina miniſteria parui pendãnt. Caueant etiam ne in-
doctos ordinent atque eos, qui male legunt, ne
38 ignorantia cauſſet contemtum. Regulares † quoque
nec in minori ætate nec ſine diligenti Epiſcopi exami-
ne ordinentur, priuilegiis quibuſcunque ad hoc peni-
tus excluſis, *vt in d. c. 12. in fine ſeſſ. 23. d. Conc.*

39 Ad Epiſcopatum † à inter alia requiritur ætas tri-
ginta annorum iam impletorum, *vt in c. Epiſcopus, 77.
diſt. & in c. cum in cunctis de elect. & in d. Conc. Trid.
in decret. de reform. c. 2. ſeſſ. 22.* vbi innouantur à ſacris
Canonibus ſtabilita quoad ætatem & cætera requiſita
in Epiſcopo aſſumendo.

40 Pœnitentiarius † autem, qui cum vnione præbendæ
proximæ vacaturæ, in omnibus etiam Cathedralibus
Eccleſiis, vbi id cõmode fieri poteſt, ab Epiſcopo per
S. Conc. Trid. inſtituendus præcipitur M. vel D. aut Li-
cent. in Theologia vel iure Canonico, annorum qua-
draginta eſſe debet, ſeu alias qui aptior pro loci quali-
tate reperiatur, vt in *c. 8. decret. de reform. ſeſſ. 24.* eiuſ-
dem Conc. cauetur.

SVMMARIVM.

1 *An virtute Bullæ Cruciatæ eligi poſſit in confeſſarium
in hoc Epiſcopatu, approbatus in alio, non tamen in
hoc, & num. ſeq. affirmatiua probatur vſque ad n. 6. ſed
eo num. & ſeq. contraria.*

2 *C. 15. de reform. ſeſſ. 23. Concil. Trid. declaratur, & nu.
3. & 18.*

4 *Quilibet Sacerdos, licet per ſacerdotalem characterem
accipiat poteſtatem & iuriſdictionem habitualem ad
abſoluendum à peccatis, actualem tamen, quæ ad id eſt
neceſſaria, non recipit, niſi eam habeat ordinariam
vel delegatam, vt hic & nu. 5.*

7 *Approbatio confeſſarii, vt idoneus iudicetur, ab ordina-
rio loci, vbi confeſſiones auditurus eſt, fieri debet.*

8 *Dominus noſter Ieſus Chriſtus miſit diſcipulos ſuos in
vniuerſum terram ad prædicandum ſuum Euangel.*

9 *Et ad Apoſtolos dixit; accipite Spiritum ſanctum, quo-
rum remiſeritis peccata, remiſſa erunt, & quorum re-
tinueritis, retenta erunt: quilibet n. habuit principatum
ſibi à Deo decretum, magnæ prouinciæ vel Regni.*

10 *Apoſtoli (vt ex traditione Eccleſiæ habemus) poſt paſ-
ſionem Domini diuiſerunt ſibi prouincias, & vnuſquiſ-
que ibat ad prædicandum Euangelium Chriſti in prouin-
ciam, quæ ſibi ſorte obtigerat.*

11 *Non legimus, quod nemo Apoſtolorum in alterius pro-
uinciam ſe intromitteret, præter Paulum, quamuis poſ-
ſent ac valerent.*

12 *Omnes Apoſtoli erant ac fuerunt vniuerſales Pontifices
totius orbis, eandemque poteſtatem habebant (ſub Pe-
tro tamen) in vniuerſum mundum, quamuis non habe-
rent ſucceſſores in eundem præter Petrum, vt hic.*

13 *Eccleſia Catholica diuiſit totum orbem per prouincias
in Epiſcopatus & Archiepiſcopatus: &c. vnicuique
præficiens ſuum Epiſcopum & paſtorem atque guber-
natorem: qui Epiſcopi in locum Apoſtolorum ſucceſſe-
runt, vt in num. 14.*

15 *Approbatio confeſſarii ea tantum mente fit, vt in pro-
prio Epiſcopatu approbatis proſit, non vero in alio.*

16 *Extra territorium ius dicenti impune non paretur: quod
in propoſito approbationis confeſſarii adducitur.*

17 *Pater familias ſuis infirmis Medicum meliorem ſuo
arbitrio eligit, non vero extraneus, idem in propoſito.*

18 *Non quicunque eſt idoneus ad audiendas confeſſiones
certæ perſonæ, vel in aliquo loco, eſt idoneus ad alias vel
quæcunque loca.*

19 *Qui audit confeſſiones in aliquo vico aut pago ruſtico-
rum non tanta indiget ſcientia, quam ille, qui audit in
ciuitate, &c.*

20 *Iniuria fieret ordinario loci, ſi aliquis abſque ſua ap-
probatione & licentia in ſuo Epiſcopatu audiret confeſ-
ſiones, etiam virtute Bullæ.*

21 *Habens beneficium curatum non poteſt audire alienas
ones ſine licentia expreſſa vel interpretatiua proprii
parochi.*

22 *Eligi poteſt in confeſſarium virtute Bullæ approbatus,
tantum à ſuo ordinario ad audiendas confeſſiones, licet
facultas vel iuriſdictio abſoluendi ſibi data non ſit ab
eodem.*

23 *Differentia aſſignatur inter licentiam ad confitendum
& approbationem tantum, idem num. 27.*

24 *Proprius Sacerdos pœnitẽtis dicitur parochus parochia-
lis, Epiſcopus & legatus in prouincia & ipſius pœni-
tentiarius & Vicarius generalis Epiſcopi, & Archi-
presbyter cathedralis, & ad quemlibet iſtorum, non
petita alterius licẽtia, poteſt quis recurrere pro pœnitẽtia.*

25 *Omnes animæ diœceſis ſunt commiſſæ ſub poteſtate Epi-
ſcopi.*

26 *Qui-*



26 *Quilibet de diœceſi dicitur eſſe parochianus Epiſcopi.*

29 *Quid operatur Bulla Cruciata in hac parte vltra ius
commune.*

CAPVT XXVII.

## Approbatus in vno Epiſcopatu ad audiendas confeſſiones, an poſſit virtute Bullæ Cruciatæ in alio Epiſcopatu eligi in confeſſarium, abſque noua approbatione huius Epiſcopatus.

1 FRequenter dubitari † contingit; *An virtute Bullæ
Cruciatæ, qua pœnitenti conceditur facultas eligendi
confeſſione quem velit ex approbatis ab ordinario, poſſit
eligi confeſſorẽ approbatus à quocunque ordinario, licet ab
illo, in cuius diœceſi eligitur ad audiendas* ibi *confeſſiones,
non ſit approbatus?* verbi gratia; *An pœnitens Ciuitaten-
ſis, qui hic confiteri vult, poſſit virtute dictæ Bullæ eligere
in confeſſarium, approbatum per ordinarium Salmantinum
hic exſiſtentem, non tamen per Ciuitatenſem approbatum
nec reprobatum?*

Quæſtio hæc, quamuis prima facie facilis videatur,
ſatis tamen controuerſa eſt apud viros grauiſſimos, in
qua itum eſt per eos in diuerſas ſententias. Eminentiſ-
ſimi enim Theologi infra referendi in ea ſunt ſenten-
tia, vt hoc fieri poſſit, nempe, vt confeſſor approbatus
ab vno ordinario, poſſit eligi virtute d. Bullæ in con-
feſſarium in alio Epiſcopatu, licet ab ordinario huius
Epiſcopatus non ſit approbatus, itaque approbatio
vnius ordinarij ſufficiat, vt eligi quis poſſit confeſſa-
rius virtute Bullæ, in quibuſcunque aliis Epiſcopati-
bus abſque alia approbatione.

Et hoc primo, quia Bulla non dicit, *quod pœnitens
eligere poſſit confeſſarium approbatum à ſuo ordinario, ſed
approbatum ab ordinario:* Ergo ſufficit approbatio cuiuſ-
cunque ordinarij, quia lex generaliter loquens, gene-
raliter debet intelligi, *l. non diſtinguemus, ff. de arbit. l. de
pretio, cum ſimil. ff. de public. in rem actio.* Præcipue, quia
cum fauores debeant ampliari, *vt in regul. odia, cum ſi-
milibus de regul. iur. in 6.* non eſt, cur reſtringamus gra-
tiam in Bullis conceſſam ad approbationem ordinarij
pœnitentis, cum ipſa generalius loquatur in approba-
to ab ordinario: ſed hic eſt approbatus ab ordinario
Salmantino: ergo poterit eligi in confeſſarium virtu-
te Bullæ Cruciatæ vbicunque, etiam extra Epiſcopa-
tum Salmantinum; Nam vbicunque conueniunt ver-
ba legis, eius diſpoſitio locum habet, *vt in l. 4. §. toties,
ff. de damn. infect.* hic conueniunt, Igitur, &c.

2 Secundo, quia † intentio Conc. Trid. in hac parte
fuiſſe videtur, quod iudicium eligendi confeſſarium
idoneum, non relinqueretur iudicio pœnitentium,
quorum maior pars illiterati, imperiti atque idiotæ
ſunt, ideo ſtatuit, vt iudicium hoc diſcernendi, quis ſit
idoneus ad audiendas confeſſiones, relinqueretur Epiſ-
copis hoc eſt, ordinariis locorum, *vt in c. 15. decreti de
reformatione, ſeſſ. 23.* vbi ſic dicitur: *Quamuis Presbyteri
in ſua ordinatione à peccatis abſoluẽdi poteſtatem accipiãt,
decernit tamen ſancta Synodus, nullum, etiam regularem,
poſſe confeſſiones ſæcularium etiam Sacerdotum audire, ne-
que ad id idoneum reputari: niſi aut parochiale beneficium
aut ab Epiſcopis, per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſa-
rium aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, quæ
gratis detur, obtineat: priuilegiis, conſuetudine quacunque
etiam immemorabili non obſtantibus.* Colligi igitur vide-
tur, quod ad hoc, vt quis poſſit virtute Bullæ eligi in
confeſſarium, ſufficiat eſſe approbatum à quocunque
Epiſcopo, quamuis proprius non ſit diœceſis pœ-
nitentis; Quandoquidem idoneus declaratus eſt ad au-
diendas confeſſiones ab Epiſcopo, ſicque ſatisfit Conci-
lio & Bullæ: Concilium enim prædictis verbis repro-
bauit opinionem antiquam receptiorem dicentium, iu-
dicium eligendi confeſſorem idoneum, eſſe relinquen-
dum pœnitenti, † prout ante Concilium vidi in praxin 3
deduci, & approbauit contrariam text. *in c. omnis vtriuſ-
que ſexus, de pœnitent. & remiſ. vt probat Victoria in ſum-
ma tit. de confeſ. q. 150.*

Tertio, quoniam ſi aliud diceremus, Bulla præfata
in hac parte nullum priuilegium concederet pœni-
tenti, ſicque inanis eſſet: quod minime eſt dicendum.
Patet, quia etiam abſque Bulla pœnitens idem haberet;
Quandoquidem quilibet non priuilegiatus poſſit ſibi
eligere confeſſorem approbatum ab ordinario, vt patet
in d. Concilio; quia licet quilibet Sacerdos per ſacerdo-
talem characterem accipiat poteſtatem & iuriſdictio-
nem habitualem ad abſoluendum à peccatis, actualem
tamen, quæ † ad id eſt neceſſaria, non recipit, vnde re-
quiritur, quod eam habeat ordinariam vel delegatam 4
à ſummo Pontifice vel ab Epiſcopo ſeu eius vicario vel
à parocho in ſuis diœceſibus, vel ſaltem approbationẽ,
vt ratione Bullarum vel propter alias conceſſiones poſ-
ſit à pœnitente eligi tanquam proprius ſacerdos, *vt in
c. 6. de caſuum reſeruat. ſeſſ. 14. d. Concil.* vbi decernitur,
*nullius momenti † eſſe abſolutionem, quam ſacerdos in eum
profert, in quem ordinariam aut ſubdelegatam non habet
iuriſdictionem, & in d. 15. ſeſſ. 23. eiuſdẽ Concil. & in Conc.* 5
Floren. *ſub Eugen. Pap. celebrato, §. 4.* vbi habetur; *Mi-
niſter huius Sacramenti eſt ſacerdos, habens auctoritatem
abſoluendi ordinariam vel ex cõmiſſione ſuperioris:* id quod
latiſſime pluribus corroborat Nauar. *in c. placuit, nu. 5.
& ſeq. de Pœnitent. diſt. 6. idem in Manual. c. 4. nu. & 2.*
Vt igitur priuilegium aliquid contra ius commune
operetur, vt decet, quia inde dicitur priuilegium, quaſi
priuans legem, fruſtra enim quis precibus nititur im-
petrare, quod ſibi iure communi conceditur, *vt l. vnica,
C. de theſ. ſub 10.* fatendum eſt, virtute Bullæ Cruciatæ
eligi non ſolum poſſe confeſſarium approbatum ab or-
dinario illius diœceſis, vbi quis confiteri vult, ſed etiam
ab alio quocunque, cum Summus Pontifex ſit omnium
paſtor atque prælatus, qui poteſt hanc facultatem con-
cedere ipſiuſq; beneficium latiſſime eſt interpretandum,
*vt in l. beneficium, ff. de conſtitut. Princip. cum ſimil.* alio-
quin non diceretur electio, quia ea cadit inter plures, *vt
in l. vnum ex familia, ff. de legat. 2.* Hæc ſunt quæ pro hac
parte adduci poſſunt, quam ex duobus prioribus fun-
damentis, abſque illo tertio, quod adiecimus, tenuerunt
atque propriis nominib. ſubſcripſerunt, imprimis do-
ctiſſimus ille ſacræ Theologiæ profeſſor Primarius Sal-
mantinus Frater Bartholomæus à Medina ordinis Præ-
dicatorum: nec non & ſplendidiſſimum lumen eiuſd.
facultatis, Cathedram Veſpertinam Salmanticæ regens,
iam iubilatione gaudens, Frater Ioan. de Gueuara, or-
dinis Diui Auguſtini nunc meritiſſimus miniſter Pro-
uincialis, quorum iudicium huiuſmodi penes me ha-
beo ſuis ſubſcriptionibus roboratum, affirmantium in
calce ipſius, ſufficere, quod ita ſentiunt homines do-
ctiores huius Regni. Deinde idem ſubſcripſit peritiſſi-
mus ac admodum Reued. Pater F. Gaſp. de Vzeda ordi-
nis S. Franc. inſignis vir, qui omni procul dubio hanc
partem probarunt: ſed alij plures eiuſdem poterunt eſſe
ſententiæ, prout reuera ſunt, vt credo, quæ magis con-
uinci videtur prædicto tertio fundamento, quam præ-
cedentibus. * Eenoniſſime eam alios allegans ſequitur
futili tamen fundamento, Henrich *in ſua ſumma Theol.
Moral. lib. 7. de indulg. c. 12. nu. 4. pag. 510.* qui in margi-
ne parum ſubſiſtit, vt infra dicemus.

Nihilominus † ſalua pace tantorum virorum ac ſub 6
cẽſura & correctione ſacroſanctæ Matris Eccleſiæ Ro-
manæ eiuſque Summi præſidis, ſemper dubitaui de
præfata ſententia, ac eam à veritate alienam exiſtimaui
& tenui & teneo, confeſſarium approbatum ab vno
ordinario, non poſſe eligi à pœnitente, etiam virtute

Bullæ,in alio Epiſcopatu in confeſſarium, vbi non ſit
approbatus ab illius ordinario, quia facultas conceſſa
à Bulla eligendi confeſſarium, quemcunque Presbyte-
rum ſeculārē vel regularem, ex approbatis per ordina-
rium,intelligi debet per ordinariū illius loci,vbi pœni-
tens confeſſariū eligere vult,vt illic confiteatur,vt red-
dantur ſingula ſingulis.Et hoc primo,nam in quàm pluri-
mis iuris Canonici partibus & capitibus ſacri Concilij
Trid. fit mentio ſimpliciter ordinarij, & nihilominus
certiſſimum eſt, intelligendum fore de ordinario lo-
ci, nec vllus vnquam dubitauit nec dubitare poteſt de
hoc, quia in dubio ordinarius loci eſt, qui aliquid
facere debet, non vero ordinarius alterius loci.
7 Præterea † approbatio confeſſarij, vt idoneus iudi-
cetur ab ordinario loci,vbi confeſſiones auditurus eſt,
fieri debet, ad illum namque ſpectat curare animas ſui
Epiſcopatus ibidemque commorantium, non vero ad
ordinarium alterius diœceſis, qui alias oues habet ſub
ſua cura; Vnicuique enim commiſſa eſt cura ſui gregis,
hoc eſt, exſiſtentium in ſua prouincia: & ita Dominus
8 noſter Ieſus Chriſtus miſit diſcipulos ſuos in vniuer-
ſam terram † ad prædicandum ſuum Euangelium,iux-
ta illud Marci 16. *Euntes in vniuerſum mundum,prædica-
te Euangelium vniuerſæ creaturæ*; & Lucæ 10.Miſit diſ-
cipulos ſuos binos ante faciem ſuam in omnem ciuita-
tem & locum,quo erat ipſe venturus,†& Io.20.ad Apo-
9 ſtolos dixit; *Accipite Spiritum ſanctum,quorum remiſe-
ritis peccata, remiſſa erunt,& quorum retinueritis,retenta
erunt*:Quilibet n.habuit principatum ſibi à Deo decre-
tum magnæ prouinciæ vel regni,vt late refert Caſſ.*in
catalogo in gloria mundi,3.p.conſideratione* 29.vbi princi-
patū & prouinciam vniuſcuiuſq;commemorat.Sic etiā
ex traditione Eccleſiæ habemus, † quod Apoſtoli poſt
10 paſſionem Domini diuiſerunt ſibi per ſortes omnes
prouincias, & vnuſquiſque ibat ad prædicandum Euā-
gelium Chriſti in prouinciam, quæ ſibi ſorte obtige-
rat,vt auctor eſt Nicephorus *in hiſt.Eccleſ.lib.3. c.1. in
11 prin.& Euſeb.Cæſarienſ.Epiſcopus lib.3 hiſtor.Eccleſ.c.1.
& Socrates lib.1.hiſt. Eccleſ.ca.15.* Et † tamen non le-
gimus,quod vnus in prouincia alterius prædicaret nec
ſe intromitteret, præter Paulum, quamuis poſſent ac
12 valerent,omnes enim Apoſtoli erant † ac fuerunt vni-
uerſales Pontifices totius orbis,eademq;poteſtatem ha-
bebant(ſub Petro tamen)in vniuerſum mundum, quā-
uis non habuerint ſucceſſores in eandem, præter di-
uum Petrum, cui ſuiſq; ſucceſſoribus,tantum nomine
Eccleſiæ, data eſt eadem poteſtas, iuxta illud Matth.
16. *Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam
meam, &c.*Et, *Tu es paſtor ouium, Princeps Apoſtorum,
tibi tradidit Deus omnia regna mundi,& ideo traditæ ſunt
tibi claues regni cælorum, &c.* quamuis enim Dominus
noſter Ieſus Chriſtus omnib.Apoſtolis in cōmuni cla-
ues dederit,vt habetur *Io.20.& Math.*18.Similiter om-
nib.diſcipulis præcipit prædicare,*Marci vlt.& Matth.
vlt.*ſoli tamen Petro fuit dictum, *paſce oues meas*,quod
ipſe fuit Prælatus Apoſtolorum,vt late probat Caſſan.
*vbi ſupra conſideratione* 30. Petro enim primo Pontifi-
catus in Eccleſia Chriſti datus eſt,vt conſtat ex verbis
Domini prædictis, *Tu es Petrus, &c.* hic ergo ligandi
ſoluendique poteſtatem primus accepit à Domino,pri-
muſque ad fidem populum ſuæ prædicationis virtute
adduxit verboque inſtituit: cæteri vero Apoſtoli cum
eodem pari conſortio honorem & poteſtatem accepe-
runt ipſumque Principem eorum eſſe voluerunt, qui
13 etiam iubente Domino in toto orbe terrarum diſperſi
Euangelium prædicauerunt, † *vt in c.in nouo 21.diſt.*
ſic etiam Eccleſia Catholica diuiſit totum orbem per
prouincias, in Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, &c.
14 vnicuique præficiens ſuum Epiſcopum, paſtorem &
gubernatorem:qui † Epiſcopi in locum Apoſtolorum
ſucceſſerunt, *vt in d.cap.in nouo 21.diſt.*& docet Conc.
Trid. *Seſſ.23.cap.4.de Sacram. ordin.* in hunc modum:
*Proinde ſacro-ſancta Synodus declarat, præter cæteros
Euangelicos gradus, Epiſcopos, qui in Apoſtolorum lo-
cum ſucceſſerunt, adhuc Hierarchicum ordinem præcipuè
pertinere & poſitos,ſicut idem Apoſtolus ait,à Spiritu San-
cto regere Eccleſiā Dei,eoſque Presbyteris ſuperiores eſſe.*
Ergo ad vnumquemq;Epiſcoporum ſpectat cura, gu-
bernatio & regimen totius ſui Epiſcopatus, nec vnus
ſiue alter eorum in alterius Eccleſiam ſiue Epiſcopa-
tum ad eam † regendam ſe intromittere debet nec po- 15 *
teſt.* Vnde iure optimo diſtinctæ fuerunt diœceſes &
parochiæ, ac vnicuique gregi proprij attributi paſto-
res & inferiorum Eccleſiarum rectores, qui ſuarum
quiſque ouium curam habeant, vt ordo Eccleſiaſticus
non confundatur, vt habetur in ſacro Conc.Trid. *ſeſſ.
14.in decreto de reform. c.9. in prin.* Accedit, quod nec
approbatio cōfeſſarij ea mente fit ab Epiſcopo vel eius
Prouiſore ſeu Vicario generali, vt in alio Epiſcopatu,
ſed imo expreſſe tantum in illo proprio approbantis
proſit, non vero in alio, etiam virtute Bullæ Cruciatæ
nec alterius priuilegij. Vlterius hæc ſecunda & verior
ſententia † cōprobatur, quia extra territorium ius di- 16
centi impune non paretur,*vt in l.ſi.cum materia,ff.de iu-
riſd.omn.iud.* Approbatio igitur atq; facultas audiendi
confeſſiones,facta alicui ab ordinario Salmantino,non
proderit in Epiſcopatu Ciuitatēſi, vbi Salmantinus nō
habet iuriſdictionē,ad hoc, vt virtute Bullæ Cruciatæ
vel alterius priuilegij eligi poſſit in confeſſarium,& è
conuerſo & ſic de ſingulis ſimilib. caſibus.Nec obſtat,
quod per Bullam ſuperioris pœnitenti hoc priuilegium
concedatur, quia negamus id in ipſa contineri. 17
Quarto,† quia quem approbauit Salmantinus,for-
te non placebit Ciuitatenſi,qui maturius in ſimilib.ex-
animib.forte procedet vel è cōtra,quare non vult con-
fidere in alieno iudicio circa ſuas oues, ſed in proprio,
cum de eis teneatur Deo rationem reddere.Nam quem-
admodum paterfamilias ſuis infirmis Medicū ſuo arbi-
trio meliorē eligit,nō vero eos curat ille,quē mittit ex-
traneus,abſq; licentia & voluntate domini,ita & eodē
modo eſt dicendum in curandis peccatoribus ſanan-
diſque eorum languoribus (quorum curatio, & ſalus
ſpiritualis ad proprium Epiſcopū,cui ſubſunt,pertinet,
non vero ad alienū)vt ipſius confeſſariū idoneum præ-
bere atque approbare debeat proprius Epiſcopus, non
vero alienus.Quinto † corroboratur hęc noſtra ſentētia, 18
quia non quicunq;eſt idoneus ad audiendas cōfeſſiones
alicuius certæ perſonæ,vel in aliquo loco certo,eſt ido-
neus ad audiendas confeſſiones quorundam aliorum &
in quocunq; loco:quare in oppidis muro accinctis ha-
biliores rectores poni debent, *vt in Prag. ſanctio.Gallic.
in tit.de collat.§.in Eccleſiis,iuncta gl.in verb.muratis,tra-
dit* Nauar.*in Manul,c.4. nu.4.* vbi etiam, quod qui au-
dit confeſſiones in aliquo vico † aut pago ruſticorum 19
hominum & ſimplicium, non tanta indiget ſcientia,
quanta ille, qui audit in ciuitate:nec qui audit in ciui-
tate mediterranea,tanta,quanta,qui in ciuitate mariti-
ma,nec qui in maritima, tanta, quanta,qui in vniuerſo
quodam Regno vel Inſula, nec qui audit,vbi ſunt mul-
ti viri literati, quos poſſet cōſulere, vt vbi nullus eſt ta-
lis:itaque qui eſt idoneus in vno loco vel Epiſcopatu,
non omnib.erit talis:Quare igitur in propoſito noſtro,
de quo agimus, ex eo ſolum, quod quis approbatus ſit
in vno Epiſcopatu,in omnib. totius orbis cēſeri debet
approbatus,ad hoc vt virtute Bullæ eligi poſſit in con-
feſſarium,niſi in quolibet ab ordinario proprio appro-
betur. Dum igitur Bulla concedit facultatem eligendi
confeſſarium quemcunq; Presbyterum ſecularem, vel
regularē ex approbatis ab odinario intelligendū eſt ab
ordinario pœnitentis,hic illius loci,vbi exerceri debet
admi



adminiſtratio Sacramenti pænitentiæ, vt vnuſquiſque
Prælatus medeatur ſuis ouibus,alias enim iniuria affici
videretur ordinarius loci, ſi in ſuo Epiſcopatu abſque
20 ſua † licentia & approbatione alius hoc ſacramentum
adminiſtraret, etiam virtute Bullæ. Intentio namque
Summi Pontificis in prædictis verbis minime cenſen-
da erit prejudicare volentis propriis Epiſcopis, nec
ſuam obligationem atque proprium munus minuen-
di,cum id non exprimat:*argum l.1.§ ſi quis à Principe,
ff.ne quid in loc.pub.*& præterea totus Eccleſiaſticus or-
do atque orthodoxa politia peruerteretur maximaque
confuſio oriretur,ſi aliud diceremus, atque forſan anſa
præberetur occulte ſeminandi aliquos errores in ani-
mos pœnitentium ab ignotis & exteris confeſſariis, ſi
tantum à ſuo ordinario approbati, in aliis prouinciis
confeſſiones audire poſſent,electi virtute Bullæ vel al-
terius Iubilei ab ipſis pœnitentibus, atque quandoque
falſis literis approbationis vti poſſent, nonnunquam
etiam qui Sacerdotes re vera nō eſſent,idē facerent vel
etiam excommunicati, ſuſpenſi vel irregulares & à ſua
diœceſi fugitiui propter crimina; id munus exercerent
Ad obuiandum igitur mille huiuſcemodi fraudibus,
ſanctiſſime ſtatutum eſt,vt nullus audiat confeſſiones,
niſi qui beneficium curatum habeat vel iuriſdictionem
delegatam,hoc eſt,licentiam & approbationem ab or-
dinario,intelligendo de ordinario loci,non vero cuiuſ-
libet alieni ordinarij,ne alias locus fiat dictis fraudib.
quibus non eſt credendum, Summum Pontificem vllo
modo locum dari voluiſſe.
21 Præterea,† à Concil. Trident.in propoſito æquipa-
rantur, habens beneficium curatum vel approbationē
ab ordinario,ad audiendas confeſſiones:ſed habens be-
neficium curatum,non poteſt audire alienas oues ſine
licentia expreſſa ſaltem interpretatiua proprij paro-
chi,vt eſt notum & probatur *in c omnis vtriuſque ſexus
de pænit & remiſ.*ergo nec habens approbationem ab
vno ordinario, poterit audire oues alterius Epiſcopa-
tus:fit igitur,vt nec vnus nec alter extra Epiſcopatum,
vbi curatum vel approbationem obtinet, eligi poſſit
in confeſſarium virtute Bullæ Cruciatæ.
Vltimo, hæc ſententia comprobatur per locum ab
ſpeciali: Nam religioſi Societatis Ieſu habent priuile-
gium Apoſtolicum,vt cum iter fecerint,poſſint audire
confeſſiones pœnitentium vbique exſiſtentium, dum-
modo,ſi ibi ordinarius loci adſit,ab eo licentiam ad id
obtineant,alias ſecus:Ergo in contrarium eſt ius com-
mune: Nam fruſtra quis precibus impetrare conatur,
quod ſibi iure communi conceditur, *vt in d.l.vnica,C.
de theſ.lib* 10.
Quibus fit, vt alij etiam grauiſſimi Theologi,cum
quibus ſuperiora contuli,hanc meam ſententiam liben-
ter probauerint,nec contrariam opinionem, quamuis
inſignium virorum,vt vidimus,iudicio munitam con-
ſulere vel in praxin deducere vel obſeruare auderem:
vnde noſtra retenta,ad primum contrariæ fundamen-
tum reſpondeo, quod quamuis in Bulla non exprima-
tur,ex approbatis à ſuis ordinariis,nihilominus ita in-
telligendum eſt,iuxta alia iura; Quandoquidem con-
trarium in ea non cauetur, quia,vt prædiximus,Conc.
Trid.cui conſonare videtur Bulla in hac parte, hoc in-
tendit,nempe improbare ſeu potius exterminare com-
munem,quamuis pernicioſam æſtimar/mationem,ex-
ſiſtentem eligendi confeſſorem idoneum arbitrio pœ-
nitentium, qui tamen,vt ſuis votis obtemperent, vt
plurimum minus idoneos & idotas eligebant, & ap-
probare ſaniorem opinionem exiſtimantium, id relin-
quendum arbitrio ordinarij loci:approbatio igitur or-
dinarij.de qua in Bulla, proprij intelligenda eſt, non
vero alieni,nec generalitas,ex approbatis ab ordinario
quidquam nocet in propoſito; Quandoquidem iuxta
Canonicas traditiones ac rectum & germinum ſenſum
intelligenda atque reſtringenda eſt,ne alias abſurdum
vel fraudes,quas prædiximus,ſequantur.Ad ſecundum
reſpondetur,fatendo intentionem Conc.vt modo dice-
bamus,negando tamen ſequelam; Nam verius conſe-
quitur,approbationem requiri & debere eſſe à proprio
ordinario loci,quam ab alieno Tertium, quod magis
vrgere videbatur pro priori opinione,non etiam obeſt
nempe,quod ſecund.hanc noſtram ſententiam, Bulla
præfata nullum in hoc priuilegium contineret, &c.
Nam reſpondeo primo,quod etiamſi id fateamur,nihil
contra nos; Nam illa verba, *Ex approbatis ab ordinario*,
potius reſtringere videntur præcedentem facultatem,
quam ius commune corrigere vel augere.Secundo po-
teſt & rectius reſponderi,quod iure communi, vt præ-
diximus,nullus poteſt audire confeſſiones,niſi qui or-
dinariam aut † delegatam iuriſdictionem habeat:Ope- 22
rabitur igitur hæc conceſſio vltra vel contra ius com-
mune,vt quamuis ſacerdos nullam iuriſdictionem ha-
beat alias, dum tamen ſit expoſitus vel approbatus à
ſuo ordinario ad hoc,vt poſſit eligi virtute Bullæ vel
alterius Iubilei in confeſſorem,ſiue is ſæcularis vel re-
gularis ſit,poſſit audire confeſſiones eligentium eum,
& in hoc conſiſtit priuilegium; Nam abſque præd.ap-
probatione non poterat eligi in confeſſarium, vtpote
carens alterutra iuriſdictione in actu, virtute tamen
Bullæ vel Iubilei poteſt in confeſſarium aſſumi,quia
eo ipſo, quod approbatus ſit ab ordinario; iuriſdictio,
quam in habitu habebat, per electionem virtute Bullę
vel iubilei,quo à Summo Pontifice conceditur facultas
abſoluendi ab omnibus peccatis & cenſuris,deducitur
ad actum & exſequutionem.Pro cuius clariori intelli- 23
gentia diſtinguendum eſt inter licentiam confitenti
conceſſam ab Epiſcopo & approbationem ſimplicem
idoneitatis:Qui enim licentiam ſufficientem habet au-
diendi confeſſiones ab ordinario, is abſque dubio id
munus explere poterit, quia iam habet iuriſdictionem
delegatam,ac ſi eam haberet à proprio Parocho *argum.
tex in cap.omnis vtriuſque ſexus,de pænit.& remiſ.iuncta
doctrina* Abb. *recepti ibidem n.*12. vbi habetur quod 24
proprius ſacerdos pœnitentis, dicitur & appellatur
presbyter parochialis:item Epiſcop⁹ & Legatus in pro-
uincia & ipſius pœnitentiarius item & vicarius gene-
ralis Epiſcopi & Archipresbyter Catedralis,qui in hoc
cenſetur vicarius Epiſcopi, vnde ad quemlibet iſtorū,
non petita alterius licentia, poteſt quis recurrere pro
pœnitentia:quod expreſſim tenuit prius gl & Dd. *in c.
1.verb.ſubdito ſuo,de pænit.& remiſſ.in 6* quæ credit ſuf-
ficere alterius licentiam, ſcilicet, vel Epiſcopi vel pa-
rochialis ſacerdotis,de quo per Phil Fran.*ibi n.7.& cæ-
teros doct. & per nos infra in c.30.n.* 12 Omnes † enim 25
animæ diœceſis ſunt commiſſæ ſub poteſtate Epiſcopi
vt probat tex.*in c.quecunque,10.qu.1.& in c.præcepimus
12.q.1.* & quilibet † de diœceſi dicitur eſſe parochia- 26
nus Epiſcopi *vt in c.licet,de feriis, & in cap.1.de rapto,
& in c.ad aures,de pænis*,facit bonus tex.*in Clem.dudum
§.in Eccleſiis,de ſepult*,qui vero approbationem ſimpli-
cem tantum habuerit abſque licentia † & facultate 27
abſoluendi,hoc eſt,iuriſdictione,is tantum poterit vir-
tute Bullæ vel priuilegij in cōfeſſarium eligi vel ex li-
centia Parochi proprij audire confeſſiones, alias ſecus,
cum iuriſdictionem in actu non habeat, quamuis raro
aut nunquam approbatio prædicta abſq; iuriſdictione
concedi ſoleat,ſuffici tamen,quod vnum poſſit eſſe ſi-
ne alio:& de hac approbatione ſimplici loquūtur Bullę
Cruciatæ cæteraque priuilegia,quæ ſic intellectæ gra-
tiam vltra ius commune continent atque priuilegium.
Prædictis † non obſtat *d c 15 ſeſſ.23.Conc.Trid.*vbi vi- 28
detur probari,ſolam approbationem ordinarij ſuffice-
re ad audiendas confeſſiones: Nam intelligi debet per

aliud, c. 7. ſeſſ. 2. eiuſdem. Conc. vbi dicitur, *nullius momenti abſolutionem eam eſſe debere, quam ſacerdos in eum profert in quem ordinariam aut ſubdelegatam non habet iuriſdict.* Ergo approbatio, de qua *in d. c.* 15. intelligi debet cum iuriſdictionis conceſſione, vt vnam cum alio concordet & cohæreat correctio eiuſdem Concil. atque iuris communis.

29 Tertio ✝ reſponderi poteſt, hoc operari poſſe Bullam in hac parte, vltra ius commune, etiamſi id non operaretur, quod contraria ſententia vult, vt quamuis iure communi alienus ſacerdos non poſſit audire confeſſiones ſibi non ſubditorum, nec abſolutio eiſdem ab eo præſtita valida ſit, niſi de licentia proprij parochi id fiat, *vt in dict. c. omnis vtriuſque ſexus*, virtute tamen Bullæ vel alterius iubilei, poterit eligere pœnitens quemcunque velit presbyterum, ſecularem vel religioſum, ex approbatis ab ordinario, ſine licentia parochi: & quamuis ordinarius ſit etiam parochus in hoc, à communiter tamen accidentibus, ordinarius ſolet præd. approbationes & licentias concedere cum conſenſu, vel ſine præiudicio parochorum. Hoc igitur in caſu ſola approbatio præd. vel licentia ordinarij, tametſi cum præd. additamento, ſufficiet ad hoc, vt virtute Bullæ vel iubilei, huiuſmodi confeſſarius poſſit eligi abſq; alia licentia vel conſenſu parochi, cum habeat plenariam facultatẽ eum eligendi à ſummo parocho, qui eſt Pontifex Maximus, cum ſola approbatione ordinarij, quam habet. *Poſt huius operis primam editionem hanc noſtram principalem ſententiam ſequutus eſt & latiſſime probauit, nos citans, contra Theologos & Canoniſtas Salmanticenos, per quam doctus pater Emanuel Roder. in explicatione Bullæ Cruc. §. 9. *n.* 5. dicens *Que aun que en algun tiempo tuuo la primera, aora mirando mas en ella, le parece que en ninguna manera ſe deue aconſejar, ni ſeguir*, & quod compluti noſtra præd. ſententia communiter tenetur, eo quod eam probauit congregatio Cardin. Conc. Trid. in Archiepiſcopatu Valent. quam ibi ad literam refert Quinimo Henricus *vbi ſupra* qui tenuit contrarium, fatetur, nos etiam referens, Epiſcopum Guienen. Delgado & Archiepiſcop. Valent. Ioannem Ribera nobiſcum ſentire: & tandem reſoluit, quod vbi Epiſcopi ægre ferrent, aut multi ex ſapientibus communi ſcandalo contradicunt, temperate agendum eſt: At quis non videt, cum noſtra ſententia ſit iam communis (laus Deo Optimo Maximo) ſapientum Complut. vt affirmauit Emanuel *vbi ſup.* quem vidit & citauit Henricus, qui ſupra, quinimo & aliorum quamplurimorum doctiſſimorum virorum vbique, quod communi ſcandalo contradicitur priori contrariæ affirmatiuæ, præterquam quod non eſt vera nec ſecura; Præmaxime, attenta præd. declaratione Cardinalium: vnde iam clare patet, non eſſe vllo modo tenendam, ſed noſtram negatiuam: quod licet inuitus, fateri iam videtur idem Henric. *in præd. ſua reſolutione marginaria*, Quandoquidem ei conſtitit de præd. declaratione Cardinalium & communi aſſenſu Doctorum Complut. huius noſtræ ſententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Lateranenſe ſpatium ſex menſium præfiniuit ad prouidendas præbendas cæteraque beneficia Eccleſiaſtica, quo tranſacto, Capitulum prouidere iuſſit, & è contra, data negligentia Capituli, vt Epiſcopus prouideat.*

2 *Tempus, quo electores ſunt excommunicati excommunicatione maiori vel alio iuſto impedimento detenti, non computatur in præd. ſemeſtri.*

3 *Excommunicati non poſſunt, etiamſi velint, eligere, durante tempore excommunicationis.*

4 *Tempus excommunicationis vel ſuſpenſionis, non computatur in præd. ſemeſtri.*

5 *Si pendente termino ſuperueniat impedimentum, tota dilatio debet reintegrari, quia Concil. Lateranen. procedit, quando quis diſtulit per negligentiam: ſecus ſi per impotentiam iuris vel facti, etiam ex culpa ſua prouenientem.*

6 *Præſcriptio non currit, impedito illius temporis, quo fuit impeditus, quamuis impedimentum, culpa conferre debentis, præceſſerit, dummodo non fuerit ordinata ad caſum, num. 8.*

7 *Excommunicato non currit præſcriptio, non ſolum quando eſt excommunicatus pro iuribus ſuæ Eccleſiæ ſed etiam pro rebus propriis.*

9 *Reſtitutio non eſt neceſſaria ad ſubducendum illud tempus impedimenti excommunicationis de medio.*

10 *Quando quis directe impeditur ſeu inhabilitatur à iure ad agendum ipſo facto, impeditur præſcriptio durante impedimento: ſecus, quando extrinſecus venit impedimentũ, quia tũc, licet currat præſcriptio, datur reſtitutio.*

11 *Terminus datus ad eligendum, non currit quibuſcunque aliis iuſte impeditis.*

12 *Tempora quæ prouidentiam Eccleſiarum reſpiciunt, quoad quid ſunt vtilia, quia impeditis non currunt.*

13 *Electio non poteſt, durante lite ſuper iure eligendi aliiſque rebus ad id pertinentibus, & num. 14. & quid in iure præſentandi?*

CAPVT XXVIII.

## Beneficia vacantia, intra quod tempus prouideri debeant?

CONcilium ✝ Lateranenſe ſtatuit, vt præbendæ Eccleſiaſticæ ſeu quælibet officia vacantia, non diu maneant in ſuſpenſo, ſed intra ſex menſes perſonis, quæ digne adminiſtrare valeant, conferantur, ſin autem Epiſcopus, vbi ad eum ſpectat, conferre diſtulerit, per Capitulum ordinetur: quod ſi ad Capitulum pertinuerit & intra præſcriptum terminum hoc non fecerit, Epiſcopus ſecundum Deum, hoc cum religioſorum virorum conſilio exſequatur, vel ſi omnes forte neglexerint, Metropolitanus de ipſis ſecund. Deum abſque illorum contradictione diſponat. 1

Sed pro ✝ intellectu & praxi huius Conc. obſeruandum erit, quod tempus, quo electores ſunt excommunicati excommunicatione maiori vel alio iuſto & legitimo detenti impedimento, non computatur in præd. termino ſex menſium, ſed ab illo ſubducitur, vt ex ſequentibus facile apparebit. 2

Primo, quia ✝ excommunicati huiuſmodi, non poſſunt (etiamſi velint) eligere durante tempore excommunicationis, vt probat tex. *in c. cum inter, de election. & in cap. cum dilectus & ibi doct. de conſuetud.* docet Petrus Abiaxio *in ſuo director. elect. c. 9. 1. partis, incip. ſeptimo requiritur, vol. 14. tract. diuerſ. doctor. fol. 64.* D. Couarru. *in c. alma mater, 1. part. relect. §. 7. nu. 9. de ſentent. excom. lib. 6.* Cæſar. Lambert. *de iure patro. in 2. art. 2. q. princip. 1. part. lib. n. 6.* vbi *nu.* 11. affirmat, eſſe magis communem opinionem, quod excommunicati etiam cum aliis eligere non poſſunt. 3

Tempus ✝ excommunicationis vel ſuſpenſionis, non computatur in præd. ſemeſtri, cum illa Lateranenſis conſtitutio contra negligentes tantum fuerit promulgata, vt probat expreſſe tex. in propriis terminis, *in cap. quia diuerſitatem & ibi notant Doctor. de conceſ. preb.* præcipue Ant. de Butr. *nu.* 7. vbi expreſſe dixit, quod detrahitur de ſemeſtri ſuſpenſionis tempus: quod idem tenet Imol. *ibi num.* 4. & Petr. Anchar. *num.* 8. *verſic. ſi tamen.* 4

Et ex illo ✝ tex. notat idem Anchar. *in cap.* 2. *n.* 13. *de conceſ. præb.* quod diſpoſitio *dict. cap.* 2. procedit quan- 5



do quis diſtulit per negligentiam, ſecus ſi per impotentiam iuris vel facti, etiam ex culpa ſua prouenientem, quia ſi pendente termino ſuperueniat impedimentum tota dilatio debet reintegrari, *l. ita ſtipulatus, ff. de verb. obligat. notatur in Clem.* 1. *de reſtit. in integr. & in l. ab hoſtib. §. ſed quod ſimpliciter, ff. ex quib. cauſis maio.* Matth. de Afflict. *deciſ.* Neapol. 50. *n.* 6. & deciſio tex. *in dict. c. quia diuerſitatem*, ad literam approbatur *in l.* 8. *titul.* 16. *part.* 1. cuius verba ſunt hęc: *E ſi aconecieſſe que algun Prelado fuiſſe vedado, o deſcomulgado, o quier por ſu culpa, o no, le deuen contar en los ſeys meſes el tiempo que fue en la ſentencia.* Et tex. in dicto *cap. quia diuerſitatem*, eſt multum ſingularis & peregrinus ad hoc, quod quamuis

6 impedimentum ✝ culpa conferre debentis præceſſerit, non tamen currit præſcriptio illius temporis, quo fuit impeditus, ſecundum Ioann. de Anan. & eum referentem Iaſ. *in §. rurſus, num.* 26. & ibi Gomez *num.* 15. *Inſtit. de action.* & idem Gomez. *in regula de annali poſſeſſ. qu.* 14. *verſicul. tertio, quia licet*, Rochus de Curt. *de iure patron. verb. competens, num.* 23. & 24. *fol.* 38. Balb. *de præſcript.* 1. *parte* 6. *partis, caſu* 12. *nu.* 21. Alexander *conſ.* 58. *nu.* 10. *volum.* 5. Igneus *in l.* 2. *§. ſi conditioni, num* 85. *ff.* ad Syllan. Decius *in l.* 1. 1. *lectura, n.* 27. *C. qui admit. & in* 2. *lectura, num* 68. *extollit* Pariſien. *conſil.* 104. *n.* 146. *lib.* 1. Pinell. *in authentic. niſi triennale, num.* 46. *C. de bonis maternis*, vbi ſecus, ſi culpa fuiſſet ordinata ad caſum impedimenti: & optime Menochius *de arbitrar. iudic. lib.* 2. *centur.* 2. *caſu* 182. *num.* 49. *& ſequent.* Nec etiam patrono excommunicato currit tempus ad præſentandum, vt cum Rota probauit Rochus *vbi ſupra num.* 24. *& verb. honorificum, num.* 58. Paul de Citadin. *in eodem tractatu, de iure patron. art.* 3. 6. *partis, n.* 42. *vol.* 15. *tract. diuerſ. doct. fol.* 391.

7 Deinde ✝ & in terminis, quia excommunicato non currit præſcriptio, non ſolum quando excommunicatus eſt pro iuribus ſuæ Eccleſiæ, ſed etiam pro iurib. præeminentiis & rebus propriis ipſius excommunicati ex tex. *in dicto cap. quia diuerſitatem*, tenet Abb. *in capit.* 1. *num.* 8. *de præſcript.* & ibi Felin *num.* 7. idem Abb. *in c. cum inter priorem, num.* 19. *de exceptio.* vbi Decius allegans alios, *num.* 25. idem probat, idem intelligens procedere, etiamſi iuſte ſit excommunicatus, *per dict. capit. quia diuerſitatem*, Franc. Balb. *de præſcrip.* 1. *parte,* 6. *partis princip. caſu* 22. *num.* 24. *volum.* 8. *tract. fol.* 64. vbi cum Felin tenet etiam idem in iuſte excommunicato, quia impedito agere non currit præſcriptio, *vt in l.* 1. *§. ne autem, cum ſimilib. C. de annal. except.*

8 Præmaximeque ✝ ſuperiora procedunt, ſi iniuſte quis & abſque culpa fuerit excommunicatus; quandoquidem, etiamſi culpa ſua id contingat, adhuc locum habeant, dum tamen culpa non fuiſſet ordinata ad caſum *vt in dicto cap. quia diuerſitatem*, quia, vt ibi inquit Abb. ea, quæ proueniunt non immediate ex culpa, ſed ex ſententia ſeu pœna, culpæ non imputantur *vt ibi*. Non enim debet quis duplici pœna conteri, *vt in c. at ſi clerici, de iud.* & ſententia ſuſpenſionis in dicto *cap. quia diuerſitatem*, fuit cauſa immediata impedimenti, non autem culpa præcedens: & regulariter inſpici debet cauſa immediata impedimenti, & non mediata, vt in iuribus ab eo allegatis: Cum igitur nulla culpa, quæ dederit cauſam excommunicationi, præceſſerit, à fortiori non erit computandum tempus excommunicationis in prædicto ſemeſtri, dummodo imputari non poſſit excommunicatis culpa aliqua vel negligentia in non petendo abſolutionem, *iuxta gl. in d. c. quia diuerſitatem verb. ſuſpenſionis, quam ibi ſequuntur Doctores.*

9 Et ſupradicta ✝ adeo procedunt, vt non ſit neceſſaria reſtitutio ad ſubducendum illud tempus impedimenti excommunicationis de medio, cum præd. tempus non computetur in ſemeſtri, & ſic non concurrerit in eo præſcriptio *vt in dict. cap. quia diuerſitatem*, & præterea tenet Panormitanus *in cap. ex tranſmiſſa, num.* 13. *de præſcriptio. in ſua magiſtrali doctrina*, quam ibi conſtituit, dicens, quod quando quis ✝ directe impeditur ſeu inhabilitatur à iure ad agendum, ipſo facto impeditur præſcriptio durante impedimento, ſiue id acciderit à principio ſiue poſt inchoatam præſcriptionem, vt in filio durante patria poteſtate *vt in l.* 1. *C. de annali except.* & in muliere durante matrimonio in rebus dotalibus; & in præfato excommunicato, vel ſuſpenſo: alias vero quando extrinſecus venit impedimentum, licet currat præſcriptio, datur reſtitutio aduerſus eam, niſi contrarium, ſcilicet, quod non currat, reperiatur à iure expreſſum, idem Abb. *in capit. ne pro defectu, num.* 2. *de electio.* At in noſtra ſpecie ſumus in ſecundo membro Abb. quia expreſſe reperitur cautum in iure, in noſtro caſu, quod non currat ſemeſtre excommunicatis ad eligendum, *vt in dict. c. quia diuerſitatem, & per Doctores ſupra allegatos*: quam Abb. doctrinam ſequitur ibi Felin. *num.* 8. Gomez *in dicto §. rurſus, num.* 14. *Inſtit. de action.* Balb. *vbi ſupra, n.* 17. & eſt communis ſecundum Cæſar. Lambert. vbi infra ſtatim allegabitur. 10

Tertio ✝ & præcipue, quia terminus datus ad eligendum, non currit iuſte impeditis, non ſolum in ſpecie propoſita impedimenti excommunicationis & ſuſpenſionis, ſed etiam generaliter, in quocunque alio impedimento iuſto, cum ſit eadem ratio, vt probant Doctores *in dicto cap. quia diuerſitatem*, præcipue Ioann. de Imol. *ibi n.* 4. & 5. & Antonius de Butr. *in cap.* 2. *num.* 15. *eodem tit.* & præterea probatur in terminis *in dicto cap. ne pro defectu, de electio.* ibi, *Iuſto impedimento ceſſante*, & ibi expreſſe notat gloſ. *verb. impedimento*, aſſerens, & ita non currit præſcriptio contra Canonicos, ſi iuſta cauſa interueniente non eligant, per text. *in dicto cap. quia diuerſitatem*, & alia iura, quæ ibi allegat gl. & notant Doctores *in dicto cap. ne pro defectu*, tenet etiam gl. 1. *in c. bonæ* 61. *diſt.* dicens, quod licet aliqui intra tempus ſtatutum, iuſto impedimento detenti non eligant, non priuantur electione, per tex. *in dicto capitul. ne pro defectu*, idem probat Archid. *in dict. cap. bonæ*, & Cæſar Lambert. *de iure patron. in* 8. *articul.* 1. *quæſtion. princip. ſecundæ partis, lib.* 2. *per totum articulum, fol.* 117. & probatur expreſſe *in dict. a l.* 8. *tit.* 16. *par.* 1. ibi. *Eſſo miſmo ſeria ſi ouieſſe otro algun embargo derecho, porque no pudieſſe dar el beneficio que vacaſſe.* Et ✝ inquit eleganter Bald. *conſil.* 469. *incip. Sanctiſſime. in fin. volum.* 4. quod tempora, quæ prouidentiam Eccleſiarum reſpiciunt, quoad quid vtilia ſunt, quia impeditis non currunt refert & ſequitur Anchar. *in dicto cap.* 2. *n.* 17. *de conceſſ. præben.* Roch de Curt. *vbi ſupra, verb. honorificum, nu.* 58. & Lambertinus *vbi ſupra.* 11 12

Quo ſit, ✝ vt eum durante lite ſuper iure eligendi aliiſque rebus ad id pertinentibus electio celebrari non poſſit, tum, quia lite pendente nihil eſt innouandum, tum etiam, quia ſi aliud fieret, eſſet in contemptum iudicis de prædicta cauſa cognoſcentis, ac proinde electio ſi fieret, veniret caſſanda, ſi forte ſententia ferretur in fauorem colitigantis, quo ſpreto fuit facta electio, iuxta tradita per Petrum Abiaxio *in ſuo direct. elect. cap.* 7. 3. *partis, vol.* 14. *tractat. diuerſor. Doctor. folio* 74. hoc caſu non curret tempus electoribus, ſic iuſte impeditis ad eligendum ſibi à iure conceſſum per ſupradicta. 13

Et in terminis, ✝ quoad quando contenditur inter electores de poteſtate eligendi, & non deducitur quæſt. intra tempus datum ad eligendum, poteſtas ordinandi Eccleſiam non deuoluatur ad ſuperiorem, per text. *in c.* 1. *de in integr. reſt.* & alia fundamenta (quicquid dicas ſit in iure præſtandi) tenent Hoſtienſ. & Ioann. Andr. *in cap.* 3. *de iure patron.* cum quibus tranſit Ant. de Butr. 14



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& Anchat. *ibi num.* 12. quorum opinionem expreſſe ſequitur & probat Abb. *ibidem num.* 6. & inquit Io. And. *vbi ſupra*, ſe vidiſſe de facto obſeruari hoc caſu, vt non prouideatur Eccleſiis per ſuperiorem, etiamſi quæſtio mota ſuper iure eligendi per triennium protrahatur: & conſuetudo hoc caſu, etiam in iure præſentandi, ſufficit, vt non deuoluatur ad ſuperiorem ordinario Eccleſiæ patronatæ, vt ſupponit Lapus *allegatione* 78. *nu.* 11. quem ſequitur Lambert. *vbi ſupra art* 9. 1. *q. princ.* 2. *partis libri ſecundi, num.* 26. *fol.* 121.

## SVMMARIVM.

1 *Decretum de obſeruandis & euitandis in celebratione Miſſæ, Sacri Concilij Tridentini, Seſſione* 22. *late declaratur per totum capitulum.*

2 *Pro ſpirituali Sacramentorum gratia pecuniam vel quicquid pro ea æſtimatur, accipere, crimen eſt, ſacrilegum, ſymonia atque ideo naturali diuinoque iuri contrarium, vt nulla poßit conſuetudine excuſari.*

3 *Accipere vel dare aliquid pro ſuſtentatione ſpiritualia miniſtrantium licitum eſt ſecundum ordinationem Eccleſiæ & conſuetudinem approbatam ac Epiſcoporum conſtitutiones, qui taxare poſſunt quanto ſtipendio ille dignus ſit, qui tali ſeruitio Eccleſiæ mancipatur, dum tamen abſit emptionis vel venditionis cogitatio.*

4 *Licitum eſt, dare librum vel aliam ſuppellectilem Sacerdoti pro pictantiis & eleemoſynis quarundam Miſſarum, vſque ad valorem ſupellectilis, ſiue ipſi offeratur ſiue ipſe ad id ſe exponat.*

5 *Suſtentationis nomine non tantum venit cibus & potus ſed quicquid eſt neceſſarium ad victum & veſtitum ſui & eorum, quorum cura ſibi incumbit, ſecundum Caiet. nos vero contrarium probamus, num.* 6.

7 *Stipendium pro neceſſaria miniſtri ſuſtentatione, an poßit licite ab initio in pactum deduci, & numeris ſequentibus.*

8 *Stipendium neceſſarium pro miniſtri ſuſtentatione quando auctoritate ſuperioris vel conſuetudinis conſtitutum ac taxatum non eſt, licitum eſt in pactum deduci, dummodo moderate exigatur, alias ſecus.*

9 *Stipendium hoc, ſi neceſſarium non ſit pro ſuſtentatione miniſtri, quia ipſi aliunde eam congruam habebat diueſque ſit, in pactum deduci non poteſt atque ab initio exigi per ſpiritualium ſubtractionem ob auaritiam, quæ tunc in foro ſeculari præſumeretur: ſecus in conſcientia, dummodo immoderatum non exigatur, &c.*

10 *Stipendium neceſſarium pro ſuſtentatione miniſtri, ſi certum ſtatutum ac taxatum ſit, poteſt in pactum deduci à ſacerdote paupere vel diuite.*

11 *Parochus non poteſt à ſuis ſubditis hoc exigere, ſibi tamen oblatum bene poteſt recipere.*

12 *Operæ pro re ſpirituali, an mercede aliqua locari poßint doctrina bimembris.*

13 *Symonia non eſt, dare vel accipere temporale, alia ratione, quam pro pretio quærendi ſpirituale, puta pro ſuſtentatione miniſtri, vel pro liberalitate vel eleemoſyna vel pro ſolutione obligationis vel alias, vt hic.*

14 *Epiſcopi, clerici, monachi & monachæ licite accipere poſſunt portiones, eleemoſinas & ſtipendia, quæ pia conſuetudine aut lege naturali, diuina aut humana iuſta aliquod tale opus ſpirituale facientibus debentur ſecus ſi alias ad id tenerentur, vt num.* 15. *gratis tamen oblatum accipere poſſent, vt ibi.*

16 *Parochus licet pro benedictione nuptiarum non poßit aliquid accipere, ſponte tamen oblatum recipere poteſt.*

17 *Parochus ſi nolit dare licentiam alteri ſacerdoti, quod benedicat nuptias, niſi pro pecunia, an ſymoniam committat?*

18 *Etſi pro Baptiſmo adulti pecunia exigi nec dari poßit, quia per contritionem poteſt ſaluari, ſecus tamen eſt pro puero baptizando, quando alius non eſt, qui poßit eum baptizare, vt in num.* 19.

20 *Pecunia dari poteſt ſanctis viris, ad impetrandum orationis ſuffragia.*

21 *Prædicatoribus etiam ſpiritualia ſeminantibus temporalia debentur ad ſuſtentationem, non autem ad emendum prædicationis verbum.*

22 *Celebrantibus diuinas laudes in Eccleſiaſtico officio & proceßiones facientibus aliquid dari poteſt, & quandoque annui redditus ad hoc aßignantur, non quaſi pretium, ſed quaſi ſuſtentationis ſtipendium: ſi autem hoc pacto interueniente fierent, aut cum intentione emptionis aut venditionis, ſymoniaca eſſent, vt in numer* 23.

23 *Illicita eſſet ordinatio Eccleſiæ, qua ſtatueretur, quod non fieret proceßio in funere alicuius, niſi ſolueret certam pecuniæ quantitatem, licita autem magis eſt, ſi ſtatueretur, quod omnibus certam eleemoſynam dantibus talis honor exhiberetur.*

24 *Locatio operarum locum habet in illis exercitiis ſpiritualibus, quæ principaliter ſunt corporalia, vt Vicariatus Epiſcopi vel parochi, vel capellani, vel concionatoris, & ſimil.*

26 *Symmoniacum eſſet ſoluere aliquid conbeficiariis in electione, præſentatione vel admiſione ad poſſeßionem.*

27 *Cap.* 14 *in decreto de reformat. ſeßione* 24 *ſacri Concilij Tridentini refertur.*

28 *Non poteſt capi pro rebus piis, quod conſueuit capi pro commodo proprio.*

29 *Noui reſidentes æquo iure ac antiqui, fructus beneficiorum ſuorum lucrari debent motu proprio Pij Quinti.*

30 *In alma Eccleſia Ciuitaten. aliud obſeruatur ex declaratione Illuſtriſſimorum Cardinalium & ſtatutis dictæ Eccleſiæ.*

31 *Nouiter recepti in prædicta Eccleſia, ex conſuetudine immemoriali ſoluunt fabricæ eiuſdem duodecim aureos pro ſingulis præbendis.*

32 *Sacerdos an poßit ſibi retinere quod ſupereſt ex pictantiis ſibi datis pro Mißis dicendis, ſi minoribus eas celebrari faciat.*

---

## CAPVT XXIX.

### An aliquid recipi poſſit pro adminiſtratione ſpiritualium.

EXſtat ſanctiſſimum decretum de obſeruandis & 1
euitandis in celebratione Miſſæ, Sacri Concilij Tridentini, *ſeßione* 22. quo decreuit ſancta Synodus, *vt Ordinarij locorum Epiſcopi ea omnia prohibere atque e medio tollere ſedulo curent ac teneantur, quæ vel auaritia, idolorum ſeruitus vel irreuerentia, quæ ab impietate vix ſeiuncta eſſe poteſt, vel ſuperſtitio, veræ pietatis falſa imitatrix induxit, atque vt multa paucis comprehendantur in primis quod ad auaritiam pertinet, cuiuſvis mercedis conditiones, pacta & quicquid pro Mißis nouis celebrandis datur, &c.* Cuius decreti meminit Nauar. *in Manuali Latino cap.* 21. *num.* 10. dicens, ibi iuberi, vt inhibeant Epiſcopi, ne fiat vlla conuentio ſuper dicendarum Miſſarum mercede, neque in Miſſis nouis offeratur quicquam magis coacte, quam ſponte, idem Nauar, *in c.* 25. *num.* 68. vbique Epiſcopi omnino prohibeant, ne quid pro Miſſis nouis celebrandis detur.

Sed pro intellectu huius decreti oportet inquirere, quidnam hoc caſu antea iure ſtatutum vel à Doctorib. traditum ſit, & an eidem in totum, vel quoad aliquid cenſeatur derogatum à prædicto Concilio, vt his abſolutis, lucidus ſenſus decreti Conciliariis appareat. Pro



cuius rei expeditione obſeruandum eſt, triplici modo rem hanc diſtingui poſſe ac debere pro clariori intelligentia, dum quæritur; *Vtrum liceat pro adminiſtratione ſpiritualium aliquid temporale dare ſeu accipere, nempe reſpectu pretij ſpiritualium, reſpectu ſtipendij ad ſuſtentationem & reſpectu mercedis pro operis locatis & labore.*

2 Quoad primum † eſt firmiſſima regula atque concluſio: *Pro ſpirituali Sacramentorum gratia pecuniam vel quicquid ea æſtimatur, accipere, crimen eſſe ſacrilegum ſymonia, vſque adeo naturali diuinoque iuri contrarium, vt nulla poſſit conſuetudine excuſari.* Hæc propoſitio notiſſima eſt atque veriſſima, eamque latiſſime probant auctores infra citandi, idem intelligentes in ſpiritualibus annexis. Et in hac prima ſpecie præfatum decretum Concil. Tridentini, ſi hoc caſu loqui intelligatur, idem ſtatuit.

3 Quoad † ſecundum reſpectu ſtipendij ad ſuſtentationem ſit concluſio; *Accipere vel dare aliquid pro ſuſtentatione ſpiritualia miniſtrantium licitum eſt, ſecundum ordinationem Eccleſiæ, & conſuetudinem approbatam ac Epiſcoporum conſtitutiones, qui taxare poſſunt, quanto ſtipendio ille dignus ſit, qui tali ſeruitio Eccleſiæ mancipatur, dum tamen abſit emptionis vel venditionis cogitatio:* Eaq; probatur Matthæi 10. *Dignus eſt mercenarius mercede ſua*, & ſecundum illud 1. *ad Corinthios* 9. *Quis militat ſuis ſtipendiis vnquam? quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat?* Et ibi; *Qui altario ſeruit, de altario participat:* Quibus & illud accedit 1. *ad Timoth* 5. *Qui bene præſunt Presbyteri, duplici honore digni ſunt:* vbi Diuus Auguſt. *Accipiant*, inquit, *ſuſtentationis neceſſitatem à populo, mercedem diſpenſationis à Domino:* Permagno ergo Sacerdotes iure pollent, non vt qualitercunque, ſed pro ſua dignitate decenter ſuſtentari: & præterea ea ratione; Quia hoc non eſt vendere ſpiritualia nec locare operas pro mercede, ſed eſt velle habere neceſſaria ad vitam corporalem, ſine qua non poſſumus ſpiritualia exercere. Probatur etiam *ex text. in cap. iudices*, ibi, *Quia hæc magis in ſumptum*, & ibi gl. *verb. in ſumptum*, 1. *quæſt.* 1. Hanc concluſionem probant ac profitentur S. Thomas *in* 2. 2. *quæſt.* 100. *artic.* 3. *& ibi* Caietanus, *late idem* Caietanus *in ſua Summa, verbo, ſymonia, in* 4. *regula, pag.* 608. *in paruis*, Dominic. à Soto *libr* 9. *de iuſtitia & iure, qu.* 6. *art.* 1. *in poſteriori concluſione*, Ioan. Selua *in tract. de benefic.* 1. *part. quæſt.* 7. *nu.* 49. *volum.* 15. *tractat. diuerſorum Doctorum, fol.* 17. Nauar. *late in dict. Manuali Latino, cap.* 23. *nu.* 100. *verſic.* 4. *vbi dicit communem, & numeris ſeq.* & F. Anton. à Cordub. *in ſuo tracta, de caſos de conciencia, quæſt.* 27. Vbi ex hoc infert, licitum eſ-

4 ſe † dare librum vel aliam ſuppellectilem Sacerdoti pro pictantiis & eleemoſynis quarundam Miſſarum, vſque ad valorem ſuppellectilis, ſiue ipſi offeratur, ſiue ipſe ſe ad id exponat.

5 Et † *ſuſtentationis* nomine ſecundum Caietanum *vbi ſupra, dicto art.* 3, *in verſ. ad euidentiam*, ibi, *aduerte, &c.* non tantum venit cibus & potus, ſed quicquid eſt neceſſarium ad victum & veſtitum ſui & eorum, quorum cura ſibi incumbit: Non enim debet mendicare Sacerdos pro ſuſtentatione ſuorum aut parentum, antiquorum aut paruulorum nepotum ſuæ curæ, ſecũdum na-

6 turæ iura relictorum & huiuſmodi. Hæc autem Caietani adnotatio vera non eſt: Nam ſi lege † vel conſuetudine certum ſtipendium Miſſæ taxatum ſit, Sacerdos vltra id exigere non poteſt: Si vero illud taxatum non ſit, non poteſt Sacerdos plura ſtipendia accipere pro vna Miſſa, etiamſi pauper ſit & mercenarius, etiam pro ſua decente ſuſtentatione, & multo minus pro ſuorum, vt cum Medina & Nauar. *in Manual. cap.* 25. *n.* 92. aduerſus Sotum *lib.* 9. *de iuſtitia & iure, quæſt.* 3. *artic.* 1. & alios bene probat Antonius à Corduba *lib.* 1. *quæſtionum, qu.* 4. *in* 2. *dubio*, & in hac ſpecie nihil innouat ſacrum Concilium Tridentinum, in verbis ſupra relatis, cum loquatur in conditionib. & pactis mercedum ſapientibus auaritiam: hic autem nulla datur auaritia, cum aliquid datur ratione ſtipendij ad ſuſtentationem. Ergo non eſt prohibitum. Et ſupra dict. 2 *concl.* vſque adeo pro-

cedere videtur, vt hoc ſtipendium † pro neceſſaria miniſtri ſuſtentatione poſſit licite ab initio in pactum deduci; Quia pactum hoc non mutat naturam actus: velle namq; ſtipendium ſuſtentationis, non eſt velle temporale pro ſpirituali: Ergo ex pacto velle tale ſtipendium, non eſt vendere ſpiritualia. Ita Caietanus *diſt.* 3. *artic. in princ.* ſequitur Soto *vbi ſupra, dict. quæſt.* 6. *art.* 1. *poſteriori concluſione*, dicens, quod poteſt Sacerdos victus indigens, cum ad ſeruitium Capellaniæ aut Vicariatus conducitur, paciſci de ſtipendio ſuſtentationis ſecundum loci, temporiſque diſpenſationem: Nam ſi ex rei natura ad diſpenſationem miniſtri tali functioni mancipati, moderatio huiuſmodi ſuſtentationis neceſſaria eſt: tũc ex natura rei nulla emergit ſymonia. Contrarium tamen ſentire videtur S. Thomas *in loco ſupra citato*, dicens ita demum procedere præfatam concluſionem ſecundam, de qua agimus, vt ab inuitis non exigatur prædictum ſtipendium pro ſubſtentatione miniſtrantium per ſpiritualium ſubtractionem, quæ ſunt exhibenda: Hoc enim haberet quandam venditionis ſpeciem, gratis tamen ſpiritualib. prius exhibitis, licite poſſunt ſtatutæ, & conſuetæ oblationes & quicunque alij prouentus exigi à nolentibus atque valentibus ſoluere, auctoritate ſuperioris interueniente. Idem prope probare videtur Caietanus *in Summa, verbo, ſymonia, in* 4. *regula*, dicens, quod licet hoc licitum ſit, quia tamen habet ſpeciem mali, & prohibitum eſt regulariter ex iure poſitiuo paciſci in huiuſmodi, ideo non eſt faciendum. Et Syluester, *verbo, ſymonia, num.* 9. *verſiculo tertium.*

Hoc autem diſcrimen fœdere diſtinctionis componit idem Caietanus *ſuper D. Thom. vbi ſupra, in* 2. *dubio, in verſic. ad euidentiam*, hoc modo; Nempe, quod ſuſtentationis ſtipedium, quod ſuperioris auctoritate decretum eſt, poteſt Sacerdos, ſiue pauper ſiue diues, percipere: quando vero eiuſmodi ſtipendium non eſt lege conſtitutum, ſed priuata conuentione conſtituendum, tunc pauper paciſci de illo poteſt, diues vero minime: Quoniam cum aliunde ſibi ſuſtentatio ſuppetit, indicium eſt, conuentionem facere non pro ſuſtentatione ſed pro operarum mercede, atq; proinde conuincitur, quod mendax eſt. Eandem diſtinctionem probare videtur Nauar. *vbi ſup. n.* 101. *in princ.* dicens, non eſſe ſymoniam, dare vel accipere quid pro ſuſtentatione miniſtri, & quod hoc proculdubio procedit in ſuſtentatione neceſſaria quoad vtrumque forum, & etiam in non neceſſaria, quoad forum conſcientiæ; Quia licet diuites accipientes pro illa, præſumi poſſint eam admittere, ſcilicet, ſymoniam, vere tamen non admittunt, ſi non accipiũt pro pretio vel cauſa principali & immediata ſuę actionis ſpiritualis *per prædicta*. Eandem diſtinctionem Caietani expreſſe probauit Cordub. *in dicta qu.* 27. *ſua Summa, in verſ. lo tercero*, quamuis idem Cord. *in d. libr.* 1. *ſui quæſtionaru, q.* 4. *pag.* 69. *verſ. in omnib.* aliter referat Caietan. *vbi ſup.* ſed reuera Caietanus tenet, quod prædixi. Nihilominus tamen Soto *vbi ſup.* vt vidimus, præcedentem ampliationem, *de qua ſupra, nu.* 7. indiſtincte probat aduerſus Caiet. nempe, vt Sacerdos, ſiue pauper ſiue diues poſſit paciſci de illo ſtipendio ſibi præſtando. Nam ſi ex rei natura ad ſuſtentationem miniſtri talis ſuſtentationis moderatio neceſſaria eſt, tunc, vt eſt prædictum, ex natura rei nulla emergit ſymonia, atque ideo nec ex qualitate Sacerdotis creatur: intentionis namque Deus ſolus ſcrutator eſt. Hæc ſunt quæ in præſenti articulo Doct. præfantur: quid tenendum?

Ergo

8 Ergo, ✝ ſalua cenſura ſacroſanctæ matris Eccleſiæ
meliuſque ſentientium, exiſtimarem, hoc ſtipendium,
quod pro ſuſtentatione miniſtri neceſſarium eſt, quan-
do auctoritate ſuperioris vel conſuetudinis conſtitu-
tum ac taxatum non eſt, licitum eſſe in pactum deduci,
dummodo moderate exigatur: Nam ſi immoderate ab
inuitis exigeretur, iam exactio huiuſmodi ſaperet aua-
ritiam: Quia licet cauſa, ob quam exigitur, licita ſit, *vt
in 1. concluſione*, exceſſus à debito, boni viri arbitrio iu-
dicando eſſet iniuſtus. Et hoc caſu verificari & habere
locum poterunt verba Concilij ſupra relata, ibi, *Impri-
mis, quod ad auaritiam pertinet, cuiuſuis generis mercedum
conditiones, pacta, &c.* Nam verba illa; *Cuiuſuis generis
mercedum conditiones, pacta, &c.* etſi generalia ſint vide-
anturque omnes pactiones cuiuſuis generis mercedum
comprehendere, vt Epiſcopi eas prohibere ac è medio
tollere teneantur, moderari ac interpretari iure debet
ex verbis præcedentibus, nempe quando in prædictis
conuentionibus auaritia intercedit, ſicut in præſenti
ſpecie, de qua agimus, adeſſe videtur, nempe cum plus
debito in pactum deducitur: quare id minime licebit:
quoniam prædicta & ſimilia, à ſymoniaca labe vel cer-
te turpique quæſtu non longe abſunt, vt inquit Concilium.
Non obſtat doctrina S. Thom. ſupra in contrarium re-
lata, quia loquitur quādo auctoritate Eccleſiæ vel con-
ſuetudinis certum ſtipendium pro ſubſtentatione mi-
niſtrorum ſtatutum eſt: Nos vero agimus, quādo nul-
lum Præterea, etiam in caſu S. Thom, ſi deſit intentio
emendi vel vendendi ſpiritualia, ſi in pactum ſtipen-
dium debitum deducatur, non erit ſymonia, ſed lici-
tum, vt ex infra dicendis apparebit.

9 Si vero ✝ in hac ſpecie ſtipendium non ſit neceſſariū
pro ſuſtentatione miniſtri, quia ipſe aliunde congruam
habeat ſuſtentationem diueſq; ſit, verius eſſe diiudico,
non poſſe in pactum deduci atque ab inuitis exigi per
ſpiritualium ſubtractionem, ob auaritiam, quæ nunc
in foro ſeculari præſumeretur, & in hac ſpecie videtur
etiam loqui, & habere locum Concil. Tridentinum vbi
ſupra: quamuis exiſtimem, adhuc ſymoniam vere non
cōmitti hoc caſu, ſi aliud fiat à miniſtris diuitibus, ſi id
non accipiant pro pretio vel cauſa principaliter & im-
mediata ſuæ actionis ſpiritualis, atque proinde licitum
eſſe in foro conſcientiæ, dummodo immoderatum non
exigant, vt reſoluunt Nauar. & Cordub. *vbi ſup.* & quod
non interueniat ſymonia hoc caſu, probatur ex ratione
Soti iam *ſupr.* relata: & præterea id innuit ſacrū Conc.
Trid. *vbi ſup.* dum loquens in his pactionib. & ſimilib.
iubet eas tollere ac prohibere ob auaritiam, non ve-
ro expreſſe eas ſymoniacas eſſe affirmat, quamuis dicat
non lōge à ſymoniaca labe abeſſe, vel certe turpi quæ-
ſtu, quaſi certius ſit, eas non eſſe ſymoniacas. Quare
etſi ex parte, qua ſymonia deficit, licita videtur præ-
dicta pactio; Ex cauſa tamen auaritiæ ac proximitate
turpis quæſtus permittenda non eſt, vt ſenſit Caietan.
*in dicta 4. regul.* & in terminis tenet Beatus Antonin. *in
in 2. parte ſumma, tit.* 1. *cap.* 5. §. 16. & Sylueſt. *in ſumma,
verbo, ſymonia, num.* 9. *verſ. tertium*, & Selua *in tractatu
de benef.* 1. *part. qu.* 7. *num.* 56. *vol.* 16. *tractat. diuerſorum
Doctorum, fol.* 28. quamuis Soto *vbi ſupra*, conſiderans
tantum defectum ſymoniæ, non vero interuentum
auaritiæ & turpis quæſtus proximitatem aliud exiſti-
mauerit, vt eſt prædictum: ipſius tamen in hoc ſenten-
tia ſaluari poterit in exemplo, quod ibidem fingit, ad
quod ipſa reſtringi videtur, nempe, in Sacerdote, qui
ad ſeruitium conducitur Capellaniç aut Vicariatus: hic
namque, ſiue pauper ſiue diues ſit, alia ratione poterit
iuſte paciſci de iuſto ſtipendo, vt latius infra *in tertia
concluſione* dicitur.

10 Si autem ✝ ſtipendium ſuſtentationis miniſtrātium
certum, ſtatutum ac taxatum ſit auctoritate ſuperioris
vel conſuetudinis, tunc poteſt in pactum deduci à Sa-
cerdote paupere vel dite, vt conſtat nuncupatim ex
Caiet. *vbi ſup. in d.* 2. *dubio, in verſ. euidentiam*, id quod
fortius fatetur Soto *vbi ſup* atque probat Ant. à Cord.
etiam *vbi ſupra* & in foro conſcientiæ tenet Nauarr.
*vbi ſup.* quando illud non accipitur pro pretio vel cau-
ſa principali & immediata ſuæ actionis ſpiritualis: Quō
caſu limitanda videtur ſententia S. Thomæ *vbi ſupra*,
vt ex eodem colligitur: Loquitur enim, quando ab in-
uitis exigitur prædictum ſtipendium per ſpiritualium
ſubtractionem, quæ ſunt exhibenda, quia hoc haberet
quandam venditionis ſpeciem: deficiente igitur inten-
tione emendi vel vendendi, quæ colligitur ex inuolun-
taria omnino præuia exactione, per ſubtractionem ſpi-
ritualium alias expreſſe obiectam, licite poterit in pa-
ctionem deduci præd. ſtipendium lege vel conſuetudi-
ne taxatū, ſiue miniſter pauper ſiue diues ſit, *per ſuprad.*
Superiora omnia ✝ dicta in hac ſecunda concluſione, 11
intelligenda ſunt in ſacerdote, qui ex officio ad id non
eſt obligatus: ſecus vero erit in illo, qui ad id tenetur, vt
eſt parochus: Is namque non poteſt à ſuis ſubditis hoc
exigere nec etiam pro ſumptu aliquid ab eis accipere ſi-
ne ſymonia, pro quocunq; ſpirituali, *vt in c. vendentes*,
1. *q.* 3. ab aliis autē bene poteſt: ita Aug. *in Summa, verb.
ſymonia, n.* 6. Verum hoc ſubintelligendum eſt exigen-
do, quia bene poteſt recipere quod ſibi offertur, dum-
modo non exigat: ita Summa Armil. *verb. ſymon. num.* 9. *

Quoad tertium, reſpectu mercedis pro operis loca-
tis & labore, dicendum eſt, quod etſi plures Docto-
res, præcipuè Iuris Canonici profeſſores, teneant, quod
liceat pro labore adminiſtrationis Sacramentorum de
pretio paciſci, iuxta doctrinam Apoſtoli in ſuperiori-
bus allegatam, cui conſonare videtur Canon vltimus 1,
*quæſt.* 2. vbi aſtruitur, *quod clerici ſtipendia accipere poſ-
ſint iuſtis laboribus merita*: id quod in Euangelio proba-
ri videtur, vbi Christus ait: *Dignus eſt mercenarius mer-
cede ſua*: verior tamen, communis & tenenda eſt doctri-
na bimembris, nempe quod labores ✝ & operæ aliæ ſunt 12
comitantes Sacramentum atque ipſi intrinſecæ, puta
Miſſæ celebratio aut baptizandi opus aut quæuis alia
Sacramenti applicatio, officium diuinum, vel mortuo-
rum prædicatio, olei ſancti vel chriſmatis confectio, be-
nedictio nubentium & ſimilia: pro his enim non eſt li-
citum paſciſci, quia principale eorum eſt ſpirituale, &
acceſſorium temporale, hoc eſt, labor, ac proinde quic-
quid temporale in iſtis interuenerit, æſtimatur inter-
uenire ratione ſpiritualis, non alias, & ideo eſt illicitū:
& de his Auguſt. *qui ſupra*, mercedem diſpenſationis à
Domino recipiant: perinde enim eſſet, ac ſi reciperé-
tur pro gratia Sacramenti, quia baptizatio & Baptiſmus
pro eodem reputantur, ſicut Miſſa & celebratio Miſſæ,
quamuis hoc caſu oblata pro ſpiritualibus poſſit ſacer-
dos acceptare, etiam cum intentione non proſequendi,
niſi talia ſibi darentur, quibus ſuſtentatur, dummodo
nihil paciſcatur, aut exigat ante ſpiritualium exhibi-
tionem, vt cum Rayner. tenet Syluest. *vbi ſupra.*

Aliæ vero ſunt operæ antecedētes Sacramentum at-
que illi accedentes, prout eſt obligatio ad celebrandum
Miſſam in tali loco, toties in hebdomada, tali hora, &
huiuſmodi, vt contingit in capellanis vel aliis clericis
ad ſeruititium parochiæ cōductis, cum obligatione, his
aut illis dieb. celebrandi confeſſioneſq; audiendi, quo-
rum principale, reſpectu laboris, eſt temporale: pro
his autem licitum eſt paciſci atque eas operas locare
ſtatuto pretio, ſicut poſſet Sacerdos pro itineris labo-
re pretium exigere, quoties è longinquo accerſitus eſt,
vt infirmi audiat confeſſionem vel Miſſam celebret, &
in Summa illa, in quibus principale quæſitum eſt tem-
porale, poſſunt ſub pacto poni: illa autem, in quibus
principale quæſitum eſt ſpirituale, minime, quia acceſ-
ſorium



ſorium ſequitur principale: Itaque non æſtimatur vtro-
bique acceſſorium, ſed concurrit concomitanter ad
principale: ita tenet & late probat, Caiet. *vbi ſup. vtro-
bique*: & Soto *dict. lib.* 9. *de inſt. & iur. quæſt.* 6. *artic.* 1.
Nauar. *d. Manual. c.* 23. *num.* 101. *verſic. decimo*, ibi, *Idem
dicendum, & in verſ. addo*, & hæc eſt doctrina commu-
nis verior & ſecurior, quam frequentiores ſequuntur,
ſecundum Ant. de Cord. *vbi ſupra, d q.* 27. *in verſ. lo ſe-
gundo, adde l.* 3. *verſ. la tercera, tit.* 17. *part.* 3. & iuxta prę-
dictam diſtinctionem exiſtimo, intelligendum eſſe prę-
fatum Conc. Trid. decretum nempe, vt eas conditio-
nes atque pactiones mercedum non tollat quæ ratione
principalis temporalitatis, nempe maioris laboris ap-
ponuntur, cum hæ licitæ ſint, vtpote auaritiam, nec
ſymoniam aut turpe lucrum ſapiant: ſed tantum illas,
quæ circa principale ſpirituale, ſiue pro labore intrin-
ſeco miniſtrationis Sacramentorum vel pro ſtipendio
immoderato, vt prædiximus, ineuntur: In his etenim
cuiuſcunque generis ſint, ſymonia aut ſaltem turpis
quæſtus vel auaritia intercedit, ideo Epiſcopi eos tol-
lere ac prohibere tenentur.

13 Ex ſupradicta ✝ reſolutione iam clare deducitur, non
eſſe ſymoniam, dare vel accipere temporale alia ratio-
ne, quam pro pretio quærendi ſpirituale, puta pro ſu-
ſtentatione miniſtri vel pro liberalitate vel eleemoſy-
na vel pro ſolutione obligationis, legis vel conſuetu-
dinis, vel ex legato, vt tenet Nauar. *vbi ſupra, d. nu.* 100.
*verſ.* 4. *& in nu.* 101. *in verſ.* 9. vbi quod largiri eleemo-
ſynam pauperi vel ſacrifico pro Miſſa vel orationibus,
non eſt ſymonia, niſi pro pretio & animo illa emendi
daretur: & alia huiuſmodi addit Corduba etiam *vbi
ſupra.*

Secundo infertur, ✝ quod Epiſcopi, clerici, monachi
14 & monachæ, ſiue ſint pauperes, ſiue diuites, ſiue pro-
prij, ſiue alieni, ſine peccato accipere poſſunt portio-
nes, eleemoſynas & ſtipendia, quę pia conſuetudine aut
lege naturali, diuina aut humana iuſta, iis, qui tale vel
tale opus ſpirituale faciunt, debentur, non quidem pro
pretio & cauſa principali immediata eorum, nec labo-
ris qui in opere ſuſcipitur, ſed tanquam pium debitum,
vel ex cauſa excitatiua & minus principali per ſuprad.
& per *cap. ſignificatum, de præben. ita* Nauar. *vbi ſupra, d.
nu.* 101. *verſ.* 9. *& verſ.* 10. *in fine.*

15 Sin autem ✝ teneretur celebrare, vel exſequias aut
alia officia facere, non poſſet pro eis aliquid exigere,
alias committeret ſymoniam, *vt in c. vendentes*, 1. *q.* 3.
per quem ita tenet Rayn. & eum refert Syluest. *in Sum-
ma, verb. ſymonia, nu.* 9. *verſ. tertium*, & Selua *de benef. vbi
16 ſup. d. n.* 56. *poſt* Archiep. Floren. *quem refert*: gratis ✝ ta-
men oblatum recipere recte poſſet, ex ſupradictis. Et
quia ita etiam videmus, quod licet parochus pro bene-
dictione nuptiarum prohibeatur aliquid exigere, ſpon-
te tamen oblatum recipere poteſt, vt tenet Selua *vbi
ſup. n.* 54. addens cum Guiliel. & Archip. Flor. quod ſi
ſacerdos, ad quem ſpectat benedictio ✝ nuptiarum, nolit
17 dare licentiā alteri ſacerdoti, quod benedicat nuptias,
niſi pro pecunia, ſiquidem non intendat vendere licen-
tiam benedictionis, ſed prouideri ſibi de portione ob-
lationis eidem contigenti, non eſt ſymonia: ſi tamen ex
certa ſcientia maiorē exigat ſummam, quam præſuma-
tur debere valere portio eidem contingens, merito prę-
ſumi poteſt, quod ipſam licentiam vendere voluit. Si-
militer etiam, etſi pro baptiſmo ✝ non ſit danda nec exi-
18 genda pecunia pro adulto baptizando, quia per con-
tritionem poteſt ſaluari, *vt in c. baptizandis*, 1. *q. & in c.
ſatis, de ſymonia*, per quæ iura ita tenet Selua *vbi ſup. nu.*
55. niſi pro puero, quando, ✝ non eſt alius, qui poſſit eū
19 baptizare, quia tunc licite datur petenti & non alias
volenti baptizare, ad redimendam vexationem, vt cum
Palud. tenet. Summa Ang. *verb. ſymonia*, 2. *num.* 12. &
Armil. *verb. ſymonia, nu.* 29. tamen ſi gratis offeratur po-
ſtea, maxime ſtante conſuetudine, credo licite id recipi
poſſe, non quidem pretio ſed gratuito in beneuolen-
tiam, ex ſupradictis. Sequitur Theſaur. Chriſtian. relig. *
*cap.* 62. *n.* 8. *cum ſeq.* & probatur *in l.* 3. *verſ pero ſeys ma-
neras*, ibi *la primera, &c. tit.* 17. *part* 1. vbi Greg. Lop. *in
gloſ. de ſu voluntad* plura iura & Doctores ad hoc citat.
Adde Concilium Toletanum XI. *cap.* 8. cuius literam
refert Alfonſus à Caſtro *lib.* 13. *aduerſus hæreſes, cap. de
ſymonia, col.* 2. *in principio.*

Tertio infertur, ✝ quod licet oratio, prædicatio, laus 20
diuina, ſint actus maxime ſpirituales, vt conſtat, nihil-
ominus ad impetrandum orationum ſuffragia pecunia
dari poteſt ſanctis viris, ſecundum illud Luc. 16. *Facite
vobis amicos de mămona iniquitatis*: prædicatorib. etiam 21
✝ ſpiritualia ſeminantibus temporalia debentur ſecū-
dum Apoſtolum 1. *ad Corintheos, cap.* 9. ad ſuſtentatio-
nem prædicantium, non autem ad emendum prædi-
cationis verbum. Celebrantibus etiam diuinas laudes
in Eccleſiaſtico Officio & proceſſiones ✝ facientibus 22
aliquid dari poteſt, quandoque annui reditus ad hoc
aſſignantur, non quaſi pretium, ſed quaſi ſuſtentatio-
nis ſtipendium. Hæc namque licent, dum tamen deſit
animus emendi, ſed per gratuitam beneficentiam con-
cedantur, prouocando pauperum animos, vt pro eis
gratis & ex charitate orant: ſuperiora autem, ſi pacto
interueniente ✝ fierent, aut etiam cum intentionem em- 23
ptionis vel venditionis, ſymoniaca eſſent, vt optime de-
ducit S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 100. *art.* 3. *ad* 2. *idem in* 4. *ſen-
ten. diſt.* 25 *ſequitur* Selua *vbi ſupra nu.* 50 58 *&* 59 Ar-
mil. *aurea verbo, ſymonia, nu.* 19. Ex quo infert S. Thom.
*vbi ſup.* illicitam eſſe ordinationem Eccleſiæ, qua ✝ ſta- 24
tueretur, quod non fieret proceſſio in funere alicuius,
niſi ſolueret certam pecuniæ quantitatem, quia per
tale ſtatutum præcluderetur via gratis officium pieta-
tis aliquibus impendendi: Licita autem magis eſſet, ſi
ſtatueretur, quod omnibus certam eleemoſynam dan-
tibus talis honor exhiberetur. Prima enim ordinatio
ſupradicta habet ſpeciem exactionis: ſecunda vero
ſpeciem gratuitæ recompenſationis: quod ſequuntur
communiter Doctores, vt affirmat Cordub. *lib.* 1. *quæſt.*
4. *pag.* 68. *col.* 2. *verſ. quarto probatur.*

Quarto infertur, ✝ quod locatio operarum locum ha- 25
bet in illis exercitiis ſpiritualibus, quæ principaliter
ſunt corporalia, prout eſt obligatio exercendi munus
Vicarij Epiſcopi vel Parochi vel Capellani vel concio-
natoris per vnum annum, menſem aut hebdomadam,
ſecundum Innocent. receptum *in cap. quoniam, ne præ-
lat. vices ſuas*, tenet etiam Caietanus *in ſua Summa, verb.
ſymonia, in 6. regula*, vbi idem eſſe aſſerit in officio iudi-
cis, Doctoris etiam in Theologia & aliis huiuſmodi,
quibus debentur certa ſtipendia, & quod poſſunt in
iſtis interuenire conuentiones ac pacta de quantitate
ſtipendij, quia de corporali ac veniali opere pactio ſit,
non de ſpirituali iuſtitia, veritate, &c. & Nauar. *d. c.* 23.
*nu.* 101. *verſ.* 10. *ad finem.*

Quinto infertur, ✝ ſymoniacum eſſe, ſoluere aliquid 26
conbeneficiariis in electione, præſentatione, nomina-
tione, inſtitutione, confirmatione, collatione vel alia
prouiſione ſeu admiſſione ad poſſeſſionē alicuius Ca-
thedralis Eccleſiæ vel beneficij, Canonicatus vel præ-
bendæ: ad quod tamen non poteſt cogi, *vt in cap. Iacob.
de ſymon. & in cap. ex multis*, 1. *q.* 3. etiam ſtante conſue-
tudine, ſi dandum vertit in priuatum cōmodum, qua-
le eſt prandium an pretium eius: ſecus ſi pro fabrica,
pauperibus vel alio pio opere, vt tradit Hoſtienſ. & Pa-
normitanus communiter receptus *in dicto cap. Iacob. de
ſymon. nu.* 2. *&* 3. *& ib.* Ioan. de Anan. *num.* 3. *&* 4. *Ægi-
dius conſil.* 31. *Angelus in Summa, verb. ſymonia*, 2. *verſic.
pone quod ſtatuto, num.* 5. *Summa*, Armil. *verb. ſymonia,
nu.*

*nu.*24.Syluest.*in Summa,verb.ſymonia,nu.*8.*col.*1.*& nu.*13.*col.*2.Quod intelligit Abb.*vbi ſupra*, quando ſtatutum imponit onus præbendæ in fauorem diuini cultus,*vt in c.ſignificatum,de præben.& in c.vnico,vt Eccleſ. benefic.*ſecus ſi tale onus imponat recepto vel recipiendo,etiam pro eis,quæ ad Dei cultum pertinent: Nam tunc non valet eſſe ſine ſymonia:quam opin.ſequuntur Summiſtæ *ſupra* allegati,tametſi contrariam non damnent nec eſſe damnandam affirmat Armil.*vbi ſupra*, & ſupradicta indiſtincte approbauit S Conc.Trid.*ſeſ.*24.*c.*14.*in decret. de reformat.* vbi amplius deteſtatur atque
27 prohibet tolliq;iubet † ab Epiſcopis conditiones, nempe ad partem prouentuum ſeu ad diſtributiones quotidianas ſeu deductiones ex fructib.ſolutiones,promiſſiones, compenſationes illicitas, aut etiam quæ in aliquib. Eccleſiis dicuntur turnorum lucra interponi cõſueta,atq; ingreſſus eos,qui ſymoniacæ labis aut ſordidæ auaritiæ ſuſpicionem habent,non obſtantibus conſtitutionibus ſiue conſuetudinibus ſuperprædictis, illis tantum,quas, vt laudabiles Epiſcopi probauerint, exceptis,reliquas,vt prauas ac ſcandaloſas reiiciant & ab-
28 oleant: contrauenientes autem comprehenſis in præfato decreto, pœnis contra ſymoniacos editis + teneri decreuit. Circa cuius decreti intelligentiam putat Nauar.*d. c.*23.*nu.*101. *verſ.vndecimo*, non poſſe nunc capi pro rebus piis, quod conſueuit capi pro commodo proprio, quia non erat conſuetudo, vt pro illis caperetur, & quod pro commodo proprio capiebatur, ſublatum eſt:& iure communi etiam pro illis non debet capi *d.cap.ex multis*, quod verum videtur.

29 Circa vero † conſuetudinem & conſuetudines quarundam Eccleſiarum, tam Cathedralium, quam Collegiatarum & parochialium,vt noui reſidentes non lucrentur fructus primi,ſecundi vel aliorum annorum vel certam partem eorum, ſed quod cæteris antiquioribus beneficiatis accreſcant, exſtat nouiſſimus motus proprius Pij V.ann.1570. pridie Cal. Iulij latus in exſecutionem & declarationẽ præfati decreti Conc.Trid.quo ſanctiſſime reuocantur præd. conſtitutiones ac etiam conſuetudines immemoriales, & ſeuere præcipitur, vt omnes,tam noui, quam antiqui beneficiati reſidentes, æquo iure pariterque fructus lucrentur, reſpectiue à tempore, quo Eccleſiis inſeruire inceperint: Quorum quidem decreti Concilij Tridentini & Motus proprij vigore iam vidi in quadam Eccleſia Cathedrali huius Regni ſublatas fuiſſe à ſuo Prælato ſimiles conſtitutiones atque conſuetudinem immemorialem, & præceptum Capitulo, vt Canonici noui reſidentes, ſtatim fructus ſuarum præbendarum lucrarentur, ſicut antiqui, ita vt nihil eiſdem virtute dictæ conſuetudinis ac conſtitutionum dictæ Eccleſiæ auferretur, ſed integre perſolueretur;cui mandato ſe Capitulum oppoſuit atque præfatam conſuetudinem & conſtitutiones obſeruari ſolitas à impore immemoriali deduxit, atque vt in poſterum obſeruarentur, petiuit, nihilominus Epiſcopus,quod prædixerat,exſequi iuſſit,ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ: à quo cum Capitulum appellaſſet atque ad Regiam Cancellariam Valliſoleti, per modum violentiæ, perduxiſſet, remiſſa cauſa fuit ad eundem Epiſcopum atque declaratum, eum vim minime inferre Capitulo in non deferendo ſuæ appellationi:tandem res ad exſecutionem perducta fuit, atque nunc ita obſeruatur aduerſus præfatas conſuetudines & conſtitutiones dictæ Eccleſiæ.

30 At cum † in hac alma Eccleſia Ciuitatenſi idem pene, quod in illa à tempore immemoriali per conſtitutiones eiuſdẽ Eccleſiæ obſeruatum eſſet, hoc excepto, quod fructus primi anni,qui auferuntur primis reſidẽtibus, & inter antiquos diſtribuuntur, reſeruantur totidem eiſdem primis poſt mortem eorum, pro ſolutione debitorum & funeralium, dubitatum tamen vehementer fuit in noſtro inſigni atque antiquiſſimo Capitulo Ciuitatenſi, vbi inſignes literarum ſcientia viri ſunt præbendati,an cum bona conſcientia id fieri atque cõſeruari poſſet?Reſolutum fuit non poſſe niſi à Summo Pontifice noſtræ conſtitutiones approbarentur, eo quod dici non poſſet auferri,quod differtur,ſicque decreuimus,vnum è nobis Romam mittendum,vt impetraret, qui relatione facta Summo Pontif. Greg. XIII. atq; ſupplicatione eidem porrecta negotium remiſit ad Reuerend. Car. ad declarationem dubiorum circa decreta Conc.Trid.contingẽtium deputatorum,in quorũ congregatione eodem ventilato atque recte perſpecto, * vna cum conſtitutionib. huius Eccleſiæ * ſuper prima & vlterioribus reſidentiis diſponentib. ibid. authenticè productis declaratum fuit per eoſdem Reuerend. interpretes,præfatum motum proprium Pij V.* *& c.*24. * *Seſſ.*24.*Conc.Trid.*minime eſſe contrarium conſtitutionibus huius Eccleſiæ Ciuitat. ea nempe ratione, vltra alias, quia quod differtur, non aufertur, & ita cum ſecuritate conſcientiæ virtute dictæ declarationis hodie conſeruamus prædictam conſuetudinem & conſtitutiones huius Eccleſiæ.

Solent † etiam ex conſuetudine immemoriali & con- 31
ſtitutionibus eiuſdem Eccleſiæ, nouiter recepti in eadem,ſoluere fabricæ illius duodecim aureos pro ſingularum præbendarum receptione: hæc conſuetudo valida eſt & ſeruanda,non ſolum iure communi,*de quo in d.Iacob.* ſed etiam attento præd.decreto Conc. Triden. quatenus mandat obſeruari conſuetudinem, qua aliquid huiuſmodi in pios vſus conuertitur, & ita inuiolabiliter obſeruatur & iuſtiſſime:quia fabrica huius Eccleſiæ admodum egens eſt,ita vt niſi è noſtris præbendis quotannis eidem plurimum præſtemus,adhuc onera cõſueta & neceſſaria ſupportare vix poſſit,atq;ob id * annuis redditibus onerata eſt.*Et quod prædicta conſuetudo ſit valida & ſeruanda, tenet expreſſe Hoſtienſ. *in Summa de ſymo.*§.*qualiter,col.*3.eum refert, & ſequitur Greg.Lop.*in* 15.*ingl.por premia,tit.*17.*part.*1.loquẽtes in conſuetudine, quod Canonicus de nouo receptus debeat cappam facere vel dare fabricæ Eccleſiæ certam quantitatem pecuniæ vel luminariis vel aliis, quæ ad diuinum cultum pertinent per tex.*in c.ad Apoſtolicam,de ſymon & c.ſignificatum, de præb.& c. fin de his quæ fiunt à maiori parte,cap.cum ſimil.* Vnde conſuetudo, quæ in hac Eccleſia viget vigore conſtitutionis eiuſdem,quod Epiſcopus nouiter receptus det fabricę eius cappam, valida & ſeruanda eſt, per prædicta,& ita iam obtinui in contradictorio iudicio & exſequutum fuit.

Vltimo, + pro complemento huius capitis exami- 32
nanda reſtat illa quæſtio; *An Sacerdos, qui aliquã pecuniæ quantitatem accepit, per ſe vel per alium,pro dicendis Miſſis, vel vt eas faciat dici per alios Sacerdotes,ſi eas celebrari faciat per alios minori pictantia, an poſſit iuſte ſibi retinere reſiduum eius,quod ſibi datum fuit,ſine peccato & reſtitutione?* Videtur enim hoc minime poſſe, quia ſibi ob eam cauſam datur:Ergo quod ſupereſt,Domino reſtituere tenetur:& ita tenet Maior. *in* 4 *ſent. d.*45.*q.*5.

Contrarium tamen probauit Dominic.à Soto *lib.*9. *de iuſtitia & iure,q.*5.*art.*1. *verſ. ſed hoc præterea*, dicens quod paſtor, qui curam animarum habet, cuique ſubinde ex officio incumbit huiuſmodi functio,poteſt ex pictantiis portiunculam ſibi vſurpare, imminutaſque mercenario porrigere. Nam ſi reuera iuſtum ſtipendium mercenario relinquitur, non fit illi iniuria, quandoquidem pictantiæ omnes parocho conferuntur, qui ſubinde, vt Miſſarum debitor, quo potuerit honeſto ſtipendio,poteſt mercenarios ad eas celebrandas conducere.

Sed in hoc, meo iudicio, verius videtur tenendum, quod



quod nec habens curam animarum nec eam non habens,reſiduum ſibi retinere poſſit, alias peccet & ad reſtitutionem teneatur, niſi quando ex lege vel conſuetudine vel ex voluntate, ſaltem tacita commendantium Miſſas dantiumque maiora ſolito ſtipendia taxatum vel ordinatum eſt aliquod præmium vel aliqua pars illorum pro cura & induſtria, quam ei rei impendit, alias ſecus, vt in terminis tenet Nauar.*in Manual.cap.*25.*num.*91.& optime probat Anton. à Cordub.*lib.*1.*quæſtionar.quæſt.*3. *in* 5. *dubio*.

Quod primo probat,quia curatus pro ſua cura in hoc & aliis pertinentibus ad ſalutem ſubditorum, iam alias ſufficiens habet ſtipendium in decimis,primitiis & aliis particularibus redditibus ſui beneficij: quod ſi non ſit proprius beneficiatus, ſed ſubſtitutus, idem eſt iudiciũ, quia ei curatus decẽti ſtipendio prouidere tenetur:quod ſi certo ſalario ſit conductus,iam nihil amplius pro ſuo miniſterio debito exigere nec accipere poteſt, ſicut nec curatus principalis; Ad omnia enim ſupradicta ratione ſui muneris tenetur, at proinde nihil pro his exigere poſſunt. ſecundum omnes Doctores, vt tangit S. Thom. 2.2.*quæſt.*100.*art.*3. & ſupra eſt dictum: deficiente ergo lege vel conſuetudine vel ſaltem tacita voluntate commendantium Miſſas,vt aliquid pro huiuſmodi ſpeciali cura eas faciendi dicere curatus vel eius ſubſtitutus ſibi aliquid retineat ex pictantiis ſibi datis,cum ipſæ dentur ſolum pro ſtipendio ſuſtentationis celebrantis,nullo iuſto titulo poteſt de illo ſtipendio ſibi quicquam accipere vel retinere:quare tenetur totum dare celebrantibus, aut reſiduum reſtituere dantibus, niſi illi omnino liberaliter remiſerint, quod in dubio non præſumitur, *vt in l.cum de indebito,ff.de probat*.

Secundo, quia ſi aliud diceremus, abſurdum ſequi poſſet, quod curatus poſſet ditari, innumeras Miſſas congregando,pro quibus abundantia ſtipendia aſſignata ſunt, faciendo eas celebrari ab aliis pro minutis ſtipendiis;& reſiduum ſibi reſeruando ac retinendo, quod eſſet turpe lucrum & ſcandaloſum ſimul atque magna auaritia,quam abhorret ſacrum Concilium Tridentinum, vt *ſupra* vidimus.

## SVMMARIVM.

1 *Parochi tenentur in Dominicis & aliis feſtiuis diebus, ſuis ſubditis Miſſam celebrare, eiſdemque quocunq; tempore opus ac petitum fuerit, Sacramenta Eccleſiæ miniſtrare,& n.*3.*ſed in priori dicto ſtandum eſt conſuetudini,vt in num.*32.

2 *Ius parochiale in quibus conſiſtat.*

4 *Sicut Eccleſia honorat ſuos parochianos, donis cœleſtibus eos ditando,&c. ita videtur, vt ipſi teneantur in ea diuinis officiis, Dominicis & aliis feſtiuis diebus aſſiſtere.*

5 *Alieni parochiani, qui proprio contempto parocho ad aliam Eccleſiam accedunt ad Miſſam audiendam in Dominicis & aliis feſtiuis diebus, eiiciendi ſunt ab Eccleſia, & ſacerdos admittens eos, committit quodammodo furtum & rapinam,vt in n.*6.

7 *Decretum de obſeruandis & euitandis in celebratione Miſſæ, princ.in verſ moneant, Seſſ.*22. *Concil. Trid. & c.*4. *in decret. de reform. Seſſ.*24. *eiuſdem Concilij allegatur & declaratur,n.*33.*&* 34.

8 *Parochiani an teneantur in Dominicis & aliis feſtiuis diebus audire Miſſam in propria parochia, & num. ſequent.*

11 *Ad Eccleſiam Cathedralem licite poteſt quis accedere, ad rem diuinam audiendam, atque adimplet præceptum.*

15 *Proprius ſacerdos quando dicatur contemni,& n.*8.

16 *Contemptus in quacunque præcepti materia, mortalem inducit culpam.*

17 *Contemnere idem eſt, quod alteri indignari illumque conuitiis afficere.*

18 *Contemnere proximum, eſt peccatum mortale.*

19 *Miſſam audire non debet quis in oratorio priuato in ſolemnitatibus maximis, ſed in ciuitatibus aut parochiis, vt hic.*

20 *Præceptum de audiendis Miſſis totis die Dominico, refertur, & num.*21.

22 *Epiſcopus ſicut non poteſt tollere aut reſtringere ius commune,ita nec conſuetudinem generalem.*

23 *Audientes Miſſam fratrum Ordinum mendicantium in Dominicis & aliis feſtiuis diebus,ſatisfaciunt præcepto Eccleſiæ, vt declarauit Leo X. & Pius Quintus,vt in n.*34. *quinimo conſuetudo eſt vniuerſalis de hoc, dict. n.*23.

24 *Epiſcopi non debent pati celebrari diuina in domibus priuatis,atque omnino extra Eccleſiam:hodie licet ex cauſſa neceſſitatis & cum licentia Epiſcopi,vt in num.*28.*&* 29.*& oratoria ad diuinum tantum cultum dicata ab eiſdem aſſignanda & viſitanda,iuxta decretum ſancti Concilij Tridentini, & n.*25. *niſi propter neceſſitatem in caſu iure expreſſo & n.*26.

27 *Ex priuilegio non licet facere ſacrum, niſi in loco decenti, vt hic.*

30 *Honeſtum eſt,vt parochiani in ſolemnitatibus anni præcipuis ſuis parochiis interſint Miſſæ audiendæ.*

31 *Sacramenta nullo modo recipi poſſunt ab extraneo parocho, maxime à fratribus Mendicantibus, niſi cum licentia proprij parochi, præter Sacramentum pœnitentiæ,alias excommunicantur religioſi.*

33 *Parochiani tenentur à Parocho vel aliis ſcire dies feſtos ex præcepto, ieiunia, cæteraque neceſſaria, vt ea obſeruent, alias peccabunt.*

35 *Feria ſexta in Paraſceue, non celebratur ſub pœna peccati mortalis.*

36 *Quid in die Cœnæ Domini & Sabbathi ſancti?*

## CAPVT XXX.

An vnuſquiſque teneatur in Dominicis & aliis diebus feſtiuis, in propria Parochia rem diuinam audire, hoc eſt, Miſſam.

CONSENTANEVM rationique ſatis cõueniens 1
videtur, vt quemadmodum parochi tenẽtur ſuis ſubditis,quorum decimas oblationeſque percipiunt, in Dominicis & aliis feſtiuis diebus Miſſam celebrare, & quocunq; tẽpore eiſdem Sacramenta Eccleſię, quoties opus ac petitum fuerit,miniſtrare.*vt in cap.*1.*& per totum, de parochiis*,tradit Rebuf. *in praxi benef.in tit. ſæculare beneficium quotuplex n.*10 *fol.*8. Ita etiam ſubditi in prædictis Dominicis aliiſque feſtiuis diebus ad propriam parochiam accedere pro ſe diuina audienda debeant,cum correlatiuorum eadem ſit diſciplina,*vt in leg. vnic.Cod.de cupreſſ.lib.*11.*cum ſimilibus* Hoc enim ius pa-
rochiale ſiue ad Eccleſiæ parochialis † rectorem perti- 2
nens, ſeptem modis conſideratur,in quibus ipſum conſiſtit, videlicet, in audienda Miſſa in diebus feſtiuis in parochia,*vt in cap.vt Dominicis,de parochiis*,in decimis, in oblationibus, in pœnitentiis recipiendis, in exhibitione Sacramentorum, in ſepulturis, in benedictionibus nubentium:ſed Abbas & Cardinalis *in rubric. de paroch.num.*2. Sum.Ang.*in verb.parochia,num.*1. late Rom. *conſ.*356.*circa primum,col.*1.Octau.Cachet.*deciſ.Pedem.* 99.*n.*2.nos quoque diximus *in* 8.*noſtra allegat.n.*7. & ita
parochi, qui curam habent animarum, † ſacrum facere 3
tenentur, quoties populus audire obligatur, vt docet Soto *in* 4 *ſentent. diſtinct.*15.*quæſtio.*2.*pag.*566.*colon.*1. Præterea paſtor ſiue Prælatus,curam debet habere atque ideo rationem reddere ouium ſuarum: & ideo, ſi lupus oues comedit, & paſtor neſciat, nullam habebit apud

Deum excuſationem propter negligentiam ſuam, quia
ignorantia non excuſat prælatum in peccatis ſubditorũ,
*vt in regula, quamuis cauſſa, 10. in ordine, de reg. iur. &*
*ibi gloſſ. & Doctor.* Quomodo ergo parochius ſcire pote-
rit an ſubditi hoc præceptum Eccleſiæ adimpleant atque
obſeruent ſi ipſi pro audienda Miſſa ad alienas parochias
vel alias Eccleſias pro libito accedere poſſint? Nonne hac
facultate abutentes, poterunt hoc præceptum violare tem-
pus, quo ſe huic diuino officio præſentes deditoſque ſe
eſſe oportebat, ludis aliiſque otiis conſumendo, & ſic ani-
mam ſuam perdere idque neſcire paſtorem? Si igitur hæc
ignorantia parochum non excuſat, aut poterit ſubditos
compellere ipſique tenebuntur rem diuinam in propria
parochia audire ſingulis Dominicis aliiſque diebus ob-
ſeruari ſolitis, in quibus ad id tenentur: aliter enim quo-
modo gregis ſibi commiſſi bonam rationem reddere po-
terit: aut liberum eum ab hoc iudicare debemus.

4 Vlterius, † ſicut Eccleſia honorat parochianos ſuos
donis cœleſtibus eos ditando, diuina Sacramenta pro em-
pore miniſtrando, ita videtur, vt parochiani teneantur in
prædictis feſtis eidem debitum honorem, tamque piæ
matri præſtare, corporaliter in ea aſſiſtendo diuinis offi-
ciis non vero deſertam relinquere. Denique ſi Miſſam
conuentualem ſubditi non tenerentur audire, continge-
re vel facilime poterit, ipſos ignorare dies feſtos de præ-
cepto Eccleſiæ obſeruandos, ieiunia & excommunicatio-
nes aliaque ſcitu neceſſaria, quæ in Parochiis Domini-
cis diebus publicantur, ſicque peccarent, quia prædicta
neceſſaria tenentur ſcire.

5 Præterea † ſuperior ſententia probata videtur *in c. 2.*
*de parochiis, & alien. paroch.* vbi habetur, *vt Dominicis vel*
*feſtiuis diebus presbyteri, antequam Miſſam celebrent, ple-*
*bem interrogent, ſi alterius parochianus in Eccleſia ſit, qui*
*proprio contempto presbytero, ibi velit Miſſam audire: quem*
*ſi inuenerint, ſtatim ab Eccleſia eiiciant:* quorſum igitur ab
Eccleſia eiiciendi ſunt alieni parochiani, niſi vt in pro-
pria parochia Miſſam audiant? Tenentur igitur eam ibi-
dem audire in Dominicis & in aliis feſtiuis diebus &
oblationem facere, vt ex illo text. notat Io. And. *ibidem:*
quare ipſe ſacerdos, qui admittit parochianum alienum
6 ſuprad. caſu, committit quodammodo † furtum vel rapi-
nam, *arg. c. dudum, el. 2. de elect.* & tenetur reſtituere om-
nes oblationes perceptas ab eo, *arg. c. cum liberum, & in c.*
*in veſtra, de ſepult.* prout exiſtimat in propriis terminis
Abb. *in d. c. 2.* & Nauar. in Manual. materno, *c. 21. n. 6.*

7 Vltimo hæc pars probari videtur in decreto *de obſer.*
*& euitand. in celebrat. Miſſæ, in prin. in verſ. moneant. ſeſſ.*
22. Concil. Trident. loquendo de ordinariis, locorũ Epiſ-
copis his verbis: *Moneant etiam eundem populum, vt fre-*
*quenter ad ſuas parochias ſaltem diebus dominicis & maio-*
*ribus feſtiuis accedant*, ibique ſubditur, *poſſe Epiſcopum*
*auctoritate Apoſtolic. iubere circa hoc opportuna.* Poterit
igitur Epiſcopus ſub pœna excommunicationis omnibus
ſuis ſubditis iubere, vt ſingulis Dominicis & aliis feſtiuis
diebus, quibus Miſſam audire iure tenentur, in propriis
parochiis eam audiant: & præterea idem cauri videtur
*in decret. de reformat. c. 4. ſeſſ. 24. eiuſdem*, Concil. Trident.
his verbis: *Moneatque Epiſcopus populum diligenter, te-*
*neri vnumquemque parochiæ ſuæ intereſſe, vbi commode id*
*fieri poteſt, ad audiendum verbum Dei*, ſicque ex præfato
Concil. Trident. ſublata videtur conſuetudo vniuerſalis
contraria, atque proinde teneri omnes ad audiendam rem
diuinam in ſuis parochiis in Dominicis & præd. feſtiuis
diebus, vt in terminis exiſtimauit Nauar. *vbi ſup. in dict.*
Manual. materno *cap. 21. n. 6.*

8 Rurſus † Doct. *in d. cap. vt Dominicis*, in hoc articulo
diſtinguuntur in hunc modum; Quod aut Parochianus
hoc omittit ex contemptu proprij presbyteri ſine cauſſa
legitima & peccat, quia venit contra præceptum ſuperio-
ris & iuris, *vt in cap. d. maior. & obed. & in capit. qui reſiſtit,*
11. qu. 3. & hoc caſu loquitur *d. cap. vt Dominicis*, quod
eſt ſecundum in ordine, *de paroch. ſupr. alleg.* & quæ cir-
ca id prædiximus, & præſumitur contemptus, ſi non
habeat licentiam à proprio Sacerdote vel cauſſam legi-
timam, ſaltem quando propria Eccleſia eſt vicina, aut
vero ex cauſſa legitima contemnit proprium Sacerdotem, 9
puta, quia eſt notorius fornicator vel præciſus ab Eccle-
ſia vel ex alia iuſta cauſſa eum relinquit, nempe, quia de-
uotius & frequentius celebratur, vbi accedit ad rem di-
uinam audiendam, aut illic ſimul addit Miſſam & ſer-
monem aut vtiliorem concionem, tunc non peccat, quia
hoc caſu non eſt proprie contemptus, ſed iuris auctori-
tate facit atque bono zelo, † *arg. cap. præter, & cap. nul-* 10
*lus, 32. diſt. & in c. veſtra, de cohabit. cleric. & mul. diximus*
*ſupra cap. 1. huius operis num. 44. & ſequent.* Aut deſerit
proprium presbyterum ſine contemptu, & tunc non
peccat, *vt in d. c. vt Dominicis*, à contrario ſenſu, ibi: *Qui*
*proprio contempto † presbytero, &c.* Ex leui autem cauſſa 11
non debet deſeri propriæ parochiæ illis diebus, *vt in cap.*
*ſi quis, de conſecr. diſt. 1.* Ad Eccleſiam autem Cathedra-
lem licite poteſt populus conuenire ſiue † accedere ad 12
Miſſam audiendam, quia Epiſcopus eſt curator omnium
de diœceſi, vnde non poſſunt dici alieni parochiani, *vt in*
*cap. fin. de ſepult.* facit gloſſ. notab. *in cap. 2. de pœnit. &*
*remiſſ. lib. 6. verb. ſubdito ſuo*, quæ aſſerit, quod quilibet de
diœceſi poteſt recurrere pro pœnitentia ad proprium Sa-
cerdotem & ad Epiſcopum vel Archipreſbyterum Cathe-
dralis Eccleſiæ, qui quoad hoc, eſt Vicarius Epiſcopi,
*Abb. in cap. omnis vtriuſque ſexus, num. 12. de pœnitent.*
*& remiſſ.* Ergo à fortiori ad audiendam rem diuinam lici-
te poterit parochianus & abſque peccato accedere ad Ec-
cleſiam Cathedralem, quæ eſt matrix omnium Eccleſia-
rum Epiſcopatus, & propria potiori ſignificatu Epiſco-
pi, & in terminis ita tenet Abb. *in d. cap. vt Dominicis,*
*num. 1. in fin.* & optime Boëtius *in tract. de auctoritate ma-*
*gni Conſilij, num. 15.* dicens, quod Eccleſia Cathedralis
eſt matrix & communis omnium diœceſanorum ad eo
quod ad illam ſinguli vtriuſque ſexus clerici & laici
pro Sacramentis recipiendis & diuinis officiis audiendis
recurrere poſſunt ſine proprij curati iniuria & licentia,
cum tota diœceſis ſit ipſi Epiſcopo parochia & Epiſco-
pus concurrit cum omnibus curatis ſuis diœceſanis &
cum animarum exercitio, licet non in iurium parochia-
lium totali perceptione, ſed bene particulari inſpecto iu-
re communi, quo Epiſcopus habet quartam omnium de-
cimarum & oblationum in ſuæ diœceſis fines obuenien-
tium, per plura iura, quæ ibi ad omnia ſupradicta allegat,
quem ad literam ſequitur Chaſſ. *in catalogo gloriæ mundi*
*4. par. conſider. 47. fol. 99.*

Angelus † autem *in ſua Sum. verb. Miſſa, num. 59.* exi- 13
ſtimauit, quod in maximis feſtiuitatibus, ſicut ſunt feſta
Domini noſtri & Beatiſſimæ Virginis Mariæ & Ioannis
Baptiſtæ & ſimilibus, quilibet teneatur audire Miſſam,
aut in Eccleſia parochiali aut in publico oratorio facto
à populo, *iuxta gloſ. in dict. cap. ſi quis, de conſecr. diſtinct.*
*1.* & à fortiori in Eccleſiis mendicantium & religioſo-
rum, auctoritate ſedis Apoſtolicæ ædificatis: in orato-
riis autem priuatis audientes non ſatisfaciunt, ſicut eſt
in domibus diſciplinatorum, quam non peccant mor-
taliter audientes, licet non audiant in parochia vel pu-
blico oratorio aut Eccleſia religioſorum, vt ibi pro-
bat.

Supradictis † autem non obſtantibus, contrarium 14
indiſtincte verius eſſe exiſtimo atque tenendum, imo
quod in prædictis Dominicis & aliis feſtiuis vel non fe-
ſtiuis diebus, ſatisfaciat quis præcepto Eccleſiæ audien-
di Miſſam extra parochiam, neque ex hoc peccet mor-
taliter, ſiue id fiat iuſta de cauſſa, quod eſt indubium, vt
in exemplis prædictis & aliis ſimilibus, vel in Eccleſia
Cathedrali, quod etiam proculdubio eſſe exiſtimo,
ſiue



ſiue ſine iuſta cauſſa, ſed pro libito audiat quis Miſſam
quocunque die, etiam in prædictis feſtiuis extra paro-
chiam Eccleſiamque Cathedralem, dummodo ſine con-
temptu parochi id faciat, adeo vt præceptum Epiſcopi,
cum excommunicatione in contrarium latum, eſſet
nullum, ex ſequentibus fundamentis.

Primo, ex text. *in cap. vt Dominicis, de paroch.* à con-
trario ſenſu, vbi tunc demum alienus parochianus ab
Eccleſia eſt eiiciendus, antequam parochus Miſſam ce-
lebret in prædictis diebus, quando alienus parochianus,
proprio contempto presbytero, ibi velit Miſſam audire:
Ergo ceſſante hoc contemptu, non erit eiiciendus, ſed
ibi poterit Miſſam audire: ſi poteſt, ergo adimplet præ-
ceptum nec mortaliter peccat: quia id dicimus poſſe,
quod honeſte & iuſte poſſumus, *l. nepos Proculo, ff. de*
*verb. ſign. & ibi gl.* & argumentum à contrario ſenſu eſt
fortiſſimum in iure, *vt in l. 1. § huius rei, ff. de offic. eius cui*
*mand. eſt iuriſd. cum ſimilib.* & quamuis DD. *in dict. c. vt*
15 *Dominicis*, exiſtiment, † vt prædiximus, tunc dici id fie-
ri in contemptum proprij parochi, cum ſine licentia eius
vel cauſſa legitima id fit, verius tamen arbitror, proprius
dici poſſe, cum ob indignationem vel ſpretionem pro-
prij parochi expreſſe vel tacite id fiat, tunc enim, ſi id
conſtet, vltra peccatum mortale, eiiciendus eſt ab aliena
parochia in prædictis diebus: ſi vero non cõſtet, verum
tamen ſit, peccabit mortaliter parochianus eo animo
propriam parochiam deſerens & vtroque caſu obla-
tiones proprio parocho ſoteto reſtitui debent. Con-
16 temptus etenim in quacunque † præcepti materia mor-
talem culpam inducit, *vt in capit. vnum orarium, &*
*ibi gloſſ. vigeſima quinta diſtinction. capitul. 1. & ibi gloſſ.*
*verb. contemnat, de ſentent. excom. nov. lib. 6.* probat latius
Couar. *in cap. alma mater, eodem tit. & lib. 1. parte relect. ad*
*fi. § 7. n. 5. quia contemnere ſiue contemptus* quatuor mo-
dis accipitur, vt conſtat ex late traditis & coniectis ab
Alfonſ. à Caſtro *lib. 1. de poteſt. legis pœn. cap. 5. documento*
17 *6.* & Couar. *vbi ſupra, n. 6.* E quibus vnus nobis in † pro-
poſito conuenit, nempe *contemnere* idem eſſe, quod *al-*
*teri indignari, & illum contumeliis afficere*, vt docet Altiſio-
dor. *lib. 2. ſuæ Summæ Theolog. tract. 19.* & late Caiet. *in ſua*
*Summa, verb. contemptus in primo modo*, dicens, eſſe pec-
catum mortale contemptum, quando aliquis ſpernit
18 proximum, † quia eſt actus iniurioſus proximo, lædens
notabiliter eum, quatenus in contemnente eſt, quia con-
temnere proximum, importat effectum deprimentem
proximum à ſua æſtimabilitate, quando hoc fit intẽtione
contemnendi, quia qui ſpernit proximum, non vt ſper-
nat, materialiter tantum contemnit nec peccat mor-
taliter, niſi notabiliter offendatur proximus: hoc autem
deficiente, quia parochianus, etiamſi amet parochum
ipſius, vel ſaltem eum odio non habeat, magis vult pro
libito ſuo alibi Miſſam audire, id poterit licite facere,
ſufficit enim hoc caſu voluntas pro cauſſa, dummodo in
contemptum proprij presbyteri id non fiat, præſertim
cum in libito huiuſmodi cauſſa aliqua adſit, quamuis
non vrgens: animus enim & voluntas diſtinguunt ma-
leficia. Cum ergo Parochianus propriam parochiam non
omittat malo animo nec in iure expreſſum reperiatur
quod ad eam accedere indiſtincte teneatur in prædictis
diebus pro re diuina audienda, conſequitur, ipſum non
delinquere hoc caſu, præmaxime, ſtante conſuetudine
vniuerſali, de qua *infra*.

19 Secundo, † hæc noſtra ſententia probatur *in capit. ſi*
*quis etiam, de conſecrat. diſt. 1.* vbi probatur, quod etſi quis
extra parochias, in quibus legitimus eſt ordinariuſque
conuentus, oratorium habere voluerit, reliquis feſti-
uitatibus, vt ibi Miſſam audiat, propter fatigationem
famili iuſto ordine permittitur; Attamen Paſcha Na-
talis Domini, Epiphania, Aſcenſione Domini, Pente-
coſte & natali S. Ioannis Baptiſtæ, & ſi qui maximi dies
in feſtiuitatibus habentur, non niſi in ciuitatibus aut in
parochiis audiant: Ergo etiam in prædictis ſolemnibus
diebus non eſt præciſum præceptum audiendi Miſſam
in propria parochia, ſed ſufficiat eam audire alibi in ciui-
tate vel populo, quandoquidem ibidem, hoc eſt in Cõ-
cilio Agathenſi, vtitur alternatiua, *Aut*, in qua ſufficit
alterum adimpleri, vt in regula iuris vulgati. Non ob-
ſtant illa verba præcedentia text. illius; *In quibus legiti-*
*mus eſt ordinariuſque conuentus, ſcilicet, in parochiis*, quia
non ex hoc excluditur, quod alibi non ſit etiam legiti-
mus conuentus, vt *infra* ſequitur; nempe in ciuitatibus
aut parochiis, ibi enim oratorium priuatum excludere
tantum intendit, vt in eo Miſſa non dicatur in prædictis
feſtis ſolemnibus, non vero eccleſias ciuitatis vel oppidi,
vt in tex. nec oratorium publicum à populo factum, ſe-
cundum gl. ibi, quam ſequitur Clauaſ. *vbi ſupra.*

Tertio, † hæc eadem pars comprobatur ex text. *in* 20
*cap. Miſſas, de conſecr. diſt. 1.* vbi cauetur, *Miſſas die Do-*
*minico ſæcularibus totas audire ſpeciali ordine præcipimus,*
*ita vt ante benedictionem ſacerdotis egredi populus non præ-*
*ſumat: quod ſi fecerint, ab Epiſcopo publice confundantur.*
Ecce ergo quomodo præceptum Eccleſiæ audiendi Miſ-
ſam in Dominicis (adde tu, vel aliis feſtis) non arctat
nec reſtringit eam audire in parochia, ſed generaliter
promulgatur audiendi Miſſas totas: Ergo in quacunque
Eccleſia quis eam audiat, deficiente proprij presbyteri
contemptu, adimplet præceptum. Et † ita videmus quod 21
noſtra ſancta mater Eccleſia inter alia eius præcepta pri-
mum conſtituit audiendi Miſſam diebus Dominis &
aliis feſtis obſeruari ſolitis, non vero adiecit *in propria*
*parochia*: ſi ergo Eccleſia id non expreſſit, quare nos, vel
quo iure ſtrictiorem obligationem, quam ipſa imponere
vel inducere debemus? ſi enim id eſſet præceptum ſub
pœna peccati mortalis, Eccleſia id exprimeret & non
omitteret, cum ex profeſſo ibi ſua præcepta inſinuet at-
que præfigat: Non expreſſit: Ergo ad id non tenemur, quia
ſi voluiſſet expreſſiſſet, *arg. l. vnica, § ad deficientis, C. de*
*cad. toll. cum ſimilibus.*

Quarto, quia conſuetudo generalis atque vniuerſalis
totius orbis ſcita, tolerata, rationabilis atque præſcripta
hoc introduxit & obſeruat, vt quilibet in præd. diebus
poſſit licite Miſſam audire in quacunque Eccleſia, eoque
ſatisfaciat præcepto Eccleſiæ, vt communiter videmus
fieri, atque referunt & approbant DD. *infra* citandi. Si
igitur hoc illicitum eſſet, cum hæc conſuetudo ſit an-
tiquiſſima & à Summis Pontificibus ſcita, eam contra-
rio edicto ſuſtuliſſent: hoc autem minime eſt factum,
quinimo Eccleſia Catholica tantum obligat ſuos fide-
les filios audire Miſſam in prædictis diebus, nec ad hoc
eis aſſignat propriam parochiam: Ergo vbi voluerint,
poterunt eam audire, deficiente contemptu proprij pa-
rochi, quia tunc peccatum eſſet mortale, eam alibi au-
dire, propter contemptum, vt in *d. c. vt Dominicis*, & eſt
prædictum.

Secundo, † quia Epiſcopus non poteſt contrarium 22
ſuis ſubditis præcipere, quia præfata conſuetudo eſt ge-
neralis, & ſicut Epiſcopus tollere nec reſtringere poteſt
ius commune, *arg. c. inferior 21. diſtin.* ſic nec generalem
totius orbis conſuetudinem, quæ eandem vim habet, *vt*
*in l. de quibus, cum ſimilib. ff. de legib.* & ita excommuni-
catio, quam contra illam ferret, eſſet nulla, *arg. c. 1. de ſent.*
*& re iud.* vt in terminis probant & tenent Doct. *infra*
ſtatim citandi & appellando ab ea per viam violentiæ,
in regalibus auditoriis vis tolletur: & quamuis à me fuit
petita ſimilis excommunicatio, nolui eam diſcernere, per
ſupradicta.

Sexto, † hoc idem expreſſe declaratum eſt in Eccle- 23
ſiis fratrum ordinum mendicantium à Leone X. in bre-
ui contento in ſupplemento priuilegiorum his verbis:
*Auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium notum facimus,*

*omnes Chriſti fideles vtriuſque ſexus, qui non contempto pro-
prio Sacerdote parochiali, in Eccleſijs fratrum ordinum mē-
dicantium Dominicis & alijs feſtis diebus Miſſas audiunt,
ſatisfacere præcepto Eccleſiæ de Miſſa audienda, nec in
aliquā labem peccati mortalis pœnamue propterea incurre-
re.* Idem igitur in audientibus Miſſam in cæteris Eccle-
ſiis dicendum eſt; Quando quidem, quod modo retuli-
mus, non in modum priuilegij conceſſum videtur, ſed
potius iure quodam declarationis: & præterea, quia
idem poteſt conſuetudo vniuerſalis, quæ eſt antiquiſſi-
ma, quod priuilegium, *vt in capit. præterea, §. ſuper qui-
buſdam. de verb. ſignif. cum ſimilib.* Ergo quamuis præfa-
ta declaratio contineret priuilegium, idem generaliter
obtentum eſt præd. vniuerſali conſuetudine. Et in ter-
minis hanc ſecundam & noſtram ſententiam (adden-
tes, quod prædicta excommunicatio Epiſcopi in con-
trarium lata, ſit nulla, ac proinde ipſius præcepto non
ſit neceſſario obediendum) tenent atque probant Bea-
tus Anton. Archiep. Floren. *in 2. par. ſuæ Summæ, titul. 9.
cap. 10* §. 2. Syluest. in Summa, *verb. Miſſa. 2. num. 5.* Na-
uar. in Manual. Latin. *capit. 21. num. 5.* Barthol. à Medina
*in ſua inſtruct. confeſſ. lib. 1. §. 40. fol. 200. addēs, Epiſcopum*
peccare mortaliter, qui aliud ſub pœna excommuni-
cationis præceperit: & quod non ſit neceſſarium, vt
Miſſa audiatur in propria parochia vel alias Eccleſia, ſed
quod vbicunque audiatur, ſatisfiat, tenet Armil. aurea
*in ſua Summa verb. Miſſa. num. 31.* Quod idem proba-
uit Syluest. *vbi ſupra,* licet dicat male facere audientem
24 Miſſam in domo † ſine rationabili cauſſa. Quare San-
ctum Concil. Trident. *Seſſ. 22. in decreto de obſeruan. &
euitan. in celebr. Miſſ.* ſanctiſſime ſtatuit atque decre-
uit, ne ordinarij locorum Epiſcopi patiantur, priuatis
in domibus atque omnino extra Eccleſiam & oratoria
ad diuinum tantum cultum dicata ab eiſdem ordinariis
aſſignanda & viſitanda, ſanctum ſacrificium Miſſæ à
ſæcularibus vel regularibus quibuſcunque peragatur,
ac niſi prius, qui interſint, decenter compoſito corpo-
ris habitu declarauerint, ſe mente etiam ac deuoto cor-
dis affectu, non ſolum corpore adeſſe: Cuius decreti Cō-
cilij meminit Nauar. *vbi ſupra nu. 10. & cap. 25. nu.* 68. &
iterum *num.* 81. vbi addit, quod quamuis ante Concil.
Trid. de licentia Epiſcopi celebrari poterat extra locum
25 ſacrum, ſuper † ara ſacra portatili, aliis neceſſariis inter-
uenientibus, *vt in cap concedimus, de conſecr. diſtin. 1.* poſt
Concilium tamen non licet Epicopis illud concedere
per dictum decretum, nec Papa concedit etiam Epiſco-
pis in vrbe commorantibus nec aliis quam Cardinalib.
credit tamen, quod ſicut de licentia *d. capit. concedimus,*
poterat ante dictum Conc. celebrari propter neceſſita-
26 tem ſine licentia Epiſcopi, † ita poſſit etiam hodie, quia
non videtur quoad hoc illi derogatum per Concilium,
*argum. l. præcipimus, C. de appel.* Quod eſt notandum pro
terris, in quibus frequentiſſime ſupplicationes fiunt ad
aliqua parua eremitoria, præ quorum foribus ſolet dici
Miſſa, vt ab omnibus audiatur, & pro primis Miſſis
Sacerdotum, ad quas maior multitudo, quam Eccleſia
capere poſſit, ſolet conuenire.
27 Obſeruandum tamen eſt, † quod nec ex priuilegio
ſacrum facere licet, niſi in loco decenti: in locis enim
vbi vel menſa paratur vel lectus ſternitur, indecentiſſi-
mum eſt huiuſmodi priuilegiis vti, niſi ob grauem iacen-
tis infirmitatem, vt communionem ſuſcipiat, vt docet
Soto *in 4. ſentent. diſt. 15. quæſt. 2. artic. 3. pag. 572. colum. 2.*
addens, quod iuxta ipſius ſententiam, niſi eſſet peril-
luſtris perſona, mallet, vt cæteri, quando exire ad Eccle-
ſiam non poſſent, die etiam feſto Miſſam non audiant,
quam domi audire.
28 Hodie † declaratum exſtat per Reuerendiſſimos Car-
dinales, *declaratione* 28. quod in priuatis domibus non
debet permitti, vt Miſſæ celebrentur, niſi propter ne-
ceſſitatem, & tunc fieri debet in oratorio aut altari ad
diuinum † cultum tantum dedicato; Itaque vt ex ſupra- 29
dictis patet, hodie non licet concedere licentiam Epi-
ſcopis ad celebrandum extra loca ſacra, niſi propter ne-
ceſſitatem, & in loco decenti per ipſos aut alios, per eos
nominandos approbato.
Superiora tamen † circa principalem quæſtionem, 30
quamuis ita ſe habeant veraque ſint, vt vidimus, hone-
ſtum tamen ac decentiſſimum eſt, vt Parochiani in fe-
ſtiuitatibus anni præcipuis in ſuis parochiis † interſint 31
Miſſæ audiendæ non tamen ad id tenentur: Sacramen-
ta autem nullo modo poſſunt recipi ab extraneo paro-
cho, maxime à fratribus mendicantibus, ſine ſpeciali
licentia proprij Sacerdotis *vt in cap. omnis vtriuſque ſe-
xus, de pœnit. & remiſſ.* & excommunicantur religioſi
ipſo facto, qui Sacramenta conferunt ſine ſpeciali licen-
tia proprij Sacerdotis, *vt in Clem. 1. de priuileg.* præter Sa-
cramentum pœnitentiæ; Nam illud eſt mendicantibus
indultum ex priuilegio, *vt in Clement. dudum, de ſepult.*
Idem in Sacramento Euchariſtiæ, prætérquam in Paſ-
chate & viatico, vt in ſuis priuilegiis cauetur: debent
tamen hodie regulares eſſe approbati ab ordinario Epi-
ſcopo ad audiendas confeſſiones, vt in decreto *de reform.
Seſſ.* 23. Sacri Concilij Trident. *cap.* 15. de quo *ſupra* late
diſſeruimus.
Supereſt nunc, vt fundamentis contrariæ partis *ſu-
pra* adductis ſatisfaciamus. Et primum quidem non ob
eſt, quoniam fatemur, vt prædiximus, honeſtum ac ra-
tioni congruum eſſe, vt parochiani in propriis paro-
chiis in prædictis diebus Miſſam audiant, non tamen
id neceſſarium neq; à iure præceptum eſt: quoniam et-
ſi parochi teneantur in prædictis diebus Dominicis &
aliis feſtiuis obſeruari præceptis, Miſſam populo dicere,
hoc tamen eſt in fauorem ipſius populi introductum;
Vnde † poterit qui voluerit, alibi Miſſam audire, vt eſt 32
probatum, ac proinde argumentum à correlatiuis ex di-
uerſitate rationis hic corruit, præmaxime, quia circa
obligationem parochi in hoc ſtandum eſt conſuetudini
aut legi diœceſis, vt exiſtimat Ant. Cordub. *libr. 1. ſui
quæſt. qu. 4. in 5. dub.*
Ad ſecundum reſpondeo, quod hoc caſu ignorantia,
quia iuſta eſt & inuincibilis, excuſabit paſtorem, cum
violatio præcepti audiendi Miſſam à ſubdito commiſſa
citra culpam paſtoris contigerit, cum ipſe ouem non
teneatur reducere in propriam parochiam, nec ſubditus
ad eam accedere ad audiendam rem diuinam: ſi igitur
eam omiſerit in diebus, quibus ex præcepto Eccleſiæ
audire tenetur, ſibi tantum imputandum erit, non vero
parocho, qui ſuas oues admonitas alias atque inſtructas
habet de præceptis diuinis Eccleſiæ, inter quæ hoc eſt
de audienda Miſſa in Dominicis & aliis feſtiuis diebus
obſeruari præceptis vel ſolitis.
Tertium ex congruitate atque decentia ex parte ſub-
ditorum, quoad Miſſam audiendam, potius procedit,
quam ex neceſſitate vel præcepto.
Ad quartum reſpondeo, † quod etſi ſubditi non te- 33
neantur in propria parochia Miſſam audire in prædictis
diebus, tenentur tamen à parocho vel aliis ſcire dies fe-
ſtos ex præcepto, ieiunia, cæteraque neceſſaria, vt ea ob-
ſeruent, alias peccabunt, vt docet Nauar. *in Manual.
materno, cap. 21. n. 7.* vbi idem eſſe affirmat, ſi deſineret
hæc audire cum ſcandalo, vt docuit idem *in c. & hoc. at-
tendendum. de conſecr. diſt. 1.*
Quintum, quod fuit deſumptum ex litera *dict. cap. vt
Dominicis, de paroch.* non ſolum eam non probat, ſed no-
ſtram confirmata à contrario ſenſu, vt ſupra diximus in
primo fundamento huius ſeccundæ partis.
Vltimum non obſtat ex decreto *de obſeruand. & eui-
tand. in celebr. Miſſ. Seſſ.* 22. Concil. Trident. quia non
ait, vt iubeat, nec eos teneri, ſed ſolum vt Epiſcopi po-
pulum



pulum moneant, vt frequenter ad ſuas parochias ſal-
tem diebus Dominicis & maioribus feſtis accedant.
Neque quod ibi ſubditur, poſſe Epiſcopum auctoritate
Apoſtolica iubere circa hoc opportuna, in propo-
ſito obeſt: Nam reſpondeo, non videri debere oppor-
tunum, vt cum ſcandalo tot laicorum & monachorum
tam generalis conſuetudo, quæ etiam in vrbe Rom. ſer-
34 uatur, tollatur. Præſertim, † quod Pius Quintus in Bul-
la motus proprij lata menſe Iulio 1567. declarauit, au-
dientes Miſſas in feſtis in monaſteriis Mendicantium,
ſatisfacere huic præcepto, vt tradit ita reſpondens præ-
fato decreto Conc. Trid. Nauar. *in Manual. Latin. c. 21.
nu.* 5. Non etiam obeſt alterum decretum *de reform. c. 4.
Seſſ. 24. d.* Concil. Trid. *ſupra* citatum pro contraria par-
te, quatenus habet, teneri quem ad audiendam concio-
nem in parochia ſua, ſi commode poteſt, quia ibi non
agitur de Miſſa, ſed de concione, nec de ea præciſe, ſed
ſi commode poteſt: conſequitur igitur manifeſtiſſime,
ſacrum Concilium in prædictis decretis minime tolle-
re præfatam conſuetudinem vniuerſalem nec noſtram
hac de re ſententiam improbare, vt rectius probauit ac
tenuit Nauar. *in Manual. Latin. cap. 21. nu. 5.* priore mi-
nus vera, mutata opinione contraria, de qua *in Manual.
materno, d. cap. 21. nu. 6. ad finem.*
35 Vltimo † hic pro ſupplemento adiicere decreui, quod
licet omnibus diebus Miſſa dici poſſit, *vt in cap. viſum,
de conſecr. diſt. 1.* tamen in feria 6. in Paraſceue & Sabba-
tho hebdomadæ ſanctæ non celebratur, vt ex traditio-
ne Eccleſiæ habemus *in cap. Sabbatho, de conſecr. diſtin. 3.*
vnde peccatum eſſet mortale in die Paraſceue conſe-
crare atque adeo priuatim celebrare; Nam eſſet contraire
iuſtiſſimæ ceremoniæ Eccleſiæ, quæ plurimum refert,
ſecundum Dominicum à Soto *in 4. ſentent. diſtinct. 13.
quæſt. 2. artic. 2. pag. 567. col. 5.* Vnde nec publice nec
ſecreto illo die Miſſa dici debet nec dicitur, ſed ſolum
ſuſcipitur hoſtia, quæ ex præcedenti die conſecrata re-
manſit: ſecundum Nauarr. *in Manual. Latin. cap. 25.
num.* 88.
36 In die † vero Iouis & Sabbathi ſancti, licet ritus etiam
Eccleſiaſticus habeat, vt ſola vna celebretur Miſſa, non
tamen eius obſeruantia tanti refert, quin priuatim, ſal-
tem ex facultate prælati præter Miſſam ſolemnem poſ-
ſit quiſpiam celebrare, ſecundum Sot. *vbi ſupra.* Quin-
imo in die Cœnæ Domini & publice & ſecreto dici po-
teſt, quia id nullo iure prohibetur, imo *d. cap. Sabbathum,*
recte ponderatum hoc permittit, ſecundum Nauarr.
*vbi ſupr.* vnde non erit neceſſaria licētia prælati ad hoc,
præcipue vbi celebrari illo die vetitur, prout hic Ciuita-
tenſi: in aliquibus tamen Eccleſiis Cathedralibus huius
regni conſuetudine eſt introductum, vt illo die publi-
ce non celebretur, niſi Miſſa maior, vt omnes clerici illius
Eccleſiæ in ea publice communicent. Hoc tamen non
tollit, vt in aliis Eccleſiis parochialibus, vel in priuatis
capellis alij Sacerdotes celebrare non poſſint, imo eis
hoc erit permiſſum. In Sabbatho ſancto idem quoque
dicendum eſſe puto, vt ibi communiter conſueuerint
omnes Sacerdotes celebrare illo die, hoc licite facere
poſſint, ſi vero contraria adſit conſuetudo, ipſa ſeruanda
erit, niſi cum licentia prælati celebretur, vt inquit So-
to: quinimo etiam abſque ea ſecreto in capellis celebrari
poſſe exiſtimo abſque peccato, quamuis contrarium te-
neat Nauarr. *vbi ſupra,* quia etſi *per d. c. Sabbatho,* ex tra-
ditione Eccleſiæ referatur, illo die Sacramentum non
celebrari, non tamen eius obſeruantia tanti refert, quin
priuatim ſecreto celebrari poſſit, præcipue cum adſit
conſuetudo celebrandi illo die, ſaltem vnam Miſſam
publicam, vel duas in qualibet Eccleſia, quamuis non
eiuſdē diei, ſed noctis Reſurrectionis, quam paulatim
imbecillitas humana tanti ieiunij impatiens ad horam
reliquarum retraxit, vt ſignificat collecta illa, quæ in-
cipit; *Deus, qui hanc ſacratiſſimam noctem, &c.* & ſicut
non obſtat caput prædictum, quin illa ſolemnis Miſſa
dicatur, nec etiam obſtare dicendum eſt, vt dicantur pri-
uatæ, præſertim poſt ſolemnem; Si enim illa ſolemnis,
vt inquit Nauar. eſt noctis ſequentis, & priuatæ eſſe po-
terunt. Præterea decreto Conc. Trid. eſt Miſſa poſita in
Miſſali pro illo die, nemini que interdicitur, eam dicere,
nec apponitur adnotatio ſolum pro Miſſa publica, ſed
indiſtincte aſſignatur pro illo die. Si igitur Miſſa publi-
ca celebrari poteſt illo die, cur non priuata publice, ſi
adſit conſuetudo vel licentia Prælati, vel ea deficiente
ſecreto, abſque ſcandalo, & ita audio fieri in aliquibus
ciuitatibus numeroſis; quod licitum eſſe credo.

## SVMMARIVM.

1 *Circumſtantia temporis feſti, in quo peccatum lethale eſt admiſſum, an ſit neceſſaria Sacerdoti confitendā & in num. ſeq. per totum caput.*
2 *Circumſtantia temporis ſacri peccati admiſſi ſpecialiter rationi repugnare videtur, vt hic contrarium, num. 31.*
3 *Qui facit peccatum, ſeruus peccati eſt: ſed quomodo intelligatur? num. 32.*
4 *Non ſolum opera ſeruilia, ſed peccata in Sabbatho lege veteri fieri prohibentur, & num. 7. & 8. ſed contra in num. ſeq. & quomodo intelligatur, n. 34. & 37.*
5 *Per peccatum, in loco ſacro ſcienter commiſſum, fit ei ſacrilega iniuria, mortalis vel venialis, ſecundum qualitatem modumque peccati ibi commiſſi: ſed quomodo hoc intelligatur, n. 35.*
6 *Bis peccat, qui diem Dominicum ſcortis, rixis & pugnis, aliiſque obſcœnis agit, vt docet Concilium Colonienſe: ſed illud Concilium non eſt generale, ſed tantū prouinciale nec eſt approbatum à ſede Apoſtolica, & in materia iuſtificationis errauit, vt in n. 36.*
10 *Nullo ſpeciali præcepto prohibetur fieri peccatum mortale in die feſto.*
11 *Finis præcepti extrinſecus: & ad quem præceptum ordinatur, ſcilicet cultus interior per fidem & charitatem, non eſt id, quod præcipitur, & ideo non cadit ſub præcepto, & num. 15.*
12 *Præcepta non obligant ad intentionem præcipientis vel ad finem extrinſecum, ſed ad id tantum, quod præcipitur.*
13 *Præcepta omnia moralia non in ſenſu ſpirituali & metaphorico, ſed ſecundum planam literam intelligenda ſunt.*
14 *Vis ſpecialis præcepti eſt conſideranda ad hoc, vt neceſſario ſit circumſtantia illius confitenda.*
16 *Finis præcepti quod fertur de virtute aliqua morali, caritas eſt.*
17 *Nemo inuitus fit bonus. unde ſuppoſita neceſſitate, omnes debent cogi ad ſubeunda media, quibus tandem volentes boni fiant.*
18 *Vis præcepti ſanctificationis Sabbathi, non ad internam dilectionem, qui eſt finis præcepti, cum ipſe non cadat ſub præcepto, ſed ad exteriorem cultum ſpectat.*
19 *Ea ſolum opera, ne in die feſto fiant, Exod. 20. prohibentur, quæ aliis diebus fieri licebat.*
20 *Peccare mortaliter nunquam licet.*
21 *Clericus non bis peccat ſingulis diebus, quib. ſemel mortaliter peccat, & num. 22.*
22 *Clericos continget peccare, quando alij clerici precibus horariis incumbunt atque incumbere debent, non tamen ob hoc bis ille peccabit.*
23 *Præceptum de colendis feſtis non eſt arctius Chriſtianis, quam Iudæis præceptum de Sabbatho colendo, imo laxius, vt hic.*
24 *Infectus peccato mortali, quouis die feſto nō tenetur ſub pœna noui peccati ad peccatorum contritionem.*

25 *Circumſtantiæ quæ ita peccatum adaugent, vt ex paruo magnum, vel ex magno maius efficiant, an ſint confitendæ? & n.26. & 27.*

28 *Virginitatis circumſtantia, ſi voluntas fornicandi non peruenit ad actum, an ſit neceſſario confitenda?*

29 *Peccata voluntatis & operis ſunt eiuſdem ſpeciei, & ſolum differunt ſecundum diuerſos gradus, hoc eſt, ſecundum maiorem vel minorem malitiam.*

31 *Cap. conſideret, in princip. de pœniten. diſtinct. 1. interpretatur.*

33 *Cap. 16. Leuitici. quomodo intelligatur?*

38 *Quando aliquid creditur eſſe verum per legem, rationem & auctoritatem ſufficientem, non cenſetur res dubia, etiamſi contrarium maior pars docentium teneat.*

39 *Non ſemper tutior pars eſt eligenda, cum ſatis ſit eligere tutam.*

40 *Faciens aliquid dubitans, an ſit peccatum mortale necne, peccat mortaliter.*

41 *Aliud tamen eſt dubitare, an tale quid ſit faciendum aliud vero credere ratione probabili & auctoritate alicuius illuſtris Doctoris id admonentis.*

*Reſoluitur eſſe veriſſimam ſententiam atque communi calculo Doctorum probatam, circumſtantiam diei feſti, quo peccatum admiſſum eſt, non eſſe neceſſario confitendam, quamuis laudabile ſit, eam ſacerdoti præparare. præterquam ſi peccatum commiſſum ea mente ab aliquo eſſet, vt feſtum violaret.*

## CAPVT XXXI.

### An circumſtantia feſti, ab eo, qui peccatum mortale commiſit eo in die, ſit neceſſario confitenda ſacerdoti?

QVAMVIS quæſtio hæc ſatis cõtrouerſa & latiſſime actitata ſit inter ſacræ paginæ ac Iuris Canonici profeſſores, adeo, vt opus non eſſet eidem operam vllam dare: Attamen, quia ex illuſtrioribus & difficilioribus, nec non ex frequentioribus eſt, breuiori, illuſtri ac claro ſtylo, nec non conſueto more illam percurram, vt ab eis, qui ſuis philacteriis verbiſq; prolixis atque ſuboſcuris eam dilatant, caueat, quiſquis breuitatem atque ingenij perlucidam claritatem amauerit.

Pars igitur affirmatiua, quod circumſtantia temporis feſti, in quo peccatum lethale eſt admiſſum, ſit neceſſario confitenda, vtpote duplici capite mortali Deus offendatur: primo ex ipſo actu lethali, ſecundo, ex violatione feſti, ſequentibus aſtruitur fundamentis.

1 Primo, ex text. *in cap. conſideret, in princ. de pœnitent. diſtin. 3.* ibi; *In tempore:* & rurſus; *In tempore orationi conſtituto, vt feſtiuitates Sanctorum & tempora ieiunij:* vbi expreſſe cauetur, *vt conſideretur in propoſito ac cõfiteatur circumſtantia temporis feſti*, ſicque diſtinguitur peccatum die feſto commiſſum ab in pro feſto perpetrato.

2 Secundo, † quia omnis illa circumſtantia eſt neceſſario confitenda, quæ ſpecialem cum ratione repugnantiam habet, vt late probat Nauar. *in d. cap. conſideret, in princ. in prima adnotatione*, at circumſtantia hæc temporis ſacri ſpecialiter rationi repugnare videtur, nempe, vt quod tempus Deo laudando eſt dicatum, in ipſo offendendo impendatur: vnde viſum quibuſdam eſt, obligari Chriſtianum ad diligendum Deum ſuper omnia diebus feſtiuis, & ſic ad abſtinendum à mortali culpa & peccato, ob illud peculiare præceptum de obſeruatione feſtorum, quaſi ſit nouum peccatum, quod eo tẽpore mortalem culpam contraxerit: Nam cum ſit affirmatiuum præceptum de ſanctificatione feſtorum ad famulatum pertinens, famulatus autem Deo gratus ſit, ille, qui intus in mente exhibetur, ad hunc potiſſimum nos obligare videtur: videtur enim quod extra caritatem non poſſint impleri præcepta diuina vel Eccleſiæ, nec eorum aliquod, quare violantur præcipue, ſi quis eo tempore mortale peccatum commiſerit.

Tertio, † quia qui facit peccatum, ſeruus peccati eſt, 3
iuxta illud *Io. 8.* opus autem ſeruile prohibetur fieri die feſto, *Exod. 20. iuncto cap. 23. Leuit.* Ergo per conſequens prohibetur fieri peccatum mortale in die feſto: quod ſi ſecus fiat, neceſſario confitendum eſt.

Quarto, † ſuffragari videtur text. *in c. 16. Leuit.* vbi 4
dicitur: *Sabbathum requietionis eſt, affligetis animas veſtras*, & ibi: *Ab omnibus peccatis veſtris munerabuntur:* & rurſus *cap. 23. Affligetis animas veſtras, omne opus ſeruile non facietis in die hac. Omnis anima, quæ afflicta non fuerit in die hac, peribit de populo ſuo, vt propitietur vobis Domin⁹.*

Quinto, probatur hæc prior opinio auctoritate Diui Ambroſij ſuper illud *Lucæ 13. Archiſynagogus indignans, quod Ieſus Sabbatho curaſſet, &c.* qui ait; *Lex in Sabbatho non hominem curare, ſed ſeruilia opera facere, id eſt, peccatis grauari prohibet*, vt habetur in gloſſ. ordinaria *ibidem*: quod ipſum Auguſt. tradit *in Epiſt. ad Ianuar.* 119. & conſentit Theophil. *ſuper Ioan. c. 5.* Item gl. Matthæi 1. & 3. Si licet Sabbathis benefacere: at opus ſeruile peccatum eſt, à quo Chriſtus docet nos Sabbatho abſtinere. Gloſſa præterea ordinaria *ſuper id Lucæ. cap. 14. Cuius veſtrum bos aut aſinus, in puteum cadit, &c.* ait, in feſtis à malis, non à bonis operibus feriandum eſſe. Idem comprobatur ex Diuo Auguſt. *de decem chordis*, dicente: *Melius faceret Iudæus in agro ſuo aliquid vtile, quam ſi in theatro ſeditioſus exſiſteret: & melius fœminæ eorum, in die Sabbathi lanam facerent, quam quod tota die Neomenis impudice ſaltarent.*

Sexto, † eadem pars comprobatur, quia validum eſt 5
argumentum de tempore ad locum, & è contra, *vt in l. viuum, & ibi Doctores, ff. ſi cert. pet. & in l. fin. & ibi Bart. ff. de triticar.* Euerard. *loco* 40. ſed per peccatum, in loco ſacro ſcienter commiſſum, fit ei ſacrilega iniuria mortalis vel venialis, ſecundum qualitatem modumque peccati ibi commiſſi: quod communiter tenent Doctores, quando locus ſacer eſt obiectum talis actus peccati interioris, puta voluntatis furandi, occidendi vel aliquem infamandi in Eccleſia vel etiamſi locus ſacer non ſit obiectum, ſed circumſtantia actus peccati exterioris, hoc eſt, quod actu committitur, vt reſoluit poſt alios Ant. à Cordub. *lib. 1. ſui quæſtionar. quæſt. 6. in 2. oppoſit. verſic. ſecundo principaliter.* Ergo ſimiliter per peccatum mortale in feſto commiſſum fit ei aliqua ſpecialis iniuria & irreuerentia ſacrilega, maior vel minor, ſecundum peccati commiſſi qualitatem.

Septimo, † hæc ſententia approbata videtur hodie in 6
Concilio Colonienſi, anno Domini 1536. celebrato, *in tract. de exteriori pœniten. fol.* 180. vbi docetur, quod bis peccat, qui diem Dominicum ſcortis, rixis & pugnis & aliis obſcœnis agit.

Octauo & vltimo, pro hac parte citati ſolet doctri- 7
na S. Tho. 2. 2. *q.* 122. *art.* 4. *ad* 3. quæ in hoc videtur expreſſe, aſſerentis, quod opera ſeruilia primo & ſecundo modo (hoc eſt) mechanica & peccata, contrariantur ob-
ſeruantiæ † Sabbathi, in quantum impediunt applica- 8
tionem hominis ad diuina, & quia magis homo impeditur à rebus diuinis per opus peccati, quam per opus alias licitum corporale, ideo magis contra hoc pręceptum agit, qui peccat mortaliter in die feſto, quam qui aliud corporale opus alias licitum facit: & ibi ad hoc refert illud Aug. quod prædiximus: Ergo circumſtantia hæc neceſſario eſt confitenda, pręcipuè quia in dubio tutior pars eſt eligenda, *c. iuuenis, de ſponſal. c. ad audientiam, de homicid.* Confirmatur ex traditis per S. Bonauen. *in 3. ſent. diſt. 37. in gl. marginali, ſuper tex.* Magiſt. *§. 6. & 7.* dicentem, quod à fortiori opera † carnalia & ebrietates, lites & iurgia, quæ maxime repugnant ſpiritus libertati, ne homo Deo vacet, dicuntur ſuntque opera ſeruilia, & in hoc præcepto ſunt prohibita potius quam opera mechanica & quam negotia terrena, quæ animum diſtrahunt, ne homo diuinis intendat, *ſecund. Auguſt.*



Et ita in terminis hanc priorem ſententiam, quæ affirmatiua eſt, expreſſe tenet atque probat Alex. Alen. *in 3. p. q. 32. memb. 3. art. 2. & mẽb. 1.* vbi ait; *Eum, qui mortaliter peccat in die feſto, vnum quidem peccatum peccare, quantũ ad actum, duo vero quantum ad reatum, ſicutis, qui virginem deſlorando necat*, & Alb. Mag. *in 3 diſt.* 37. & Nicol. Lyra hanc partem affirmauit ſuper id *Matt. 12. Si licet Sabbatho curare, & Exod. 20. quem ſequitur* D. Ant. *in 3. part. ſuæ Summa. tit. 14. c. 19. §. 7. & tit. 17. c. 17. §. 5. col. 2.* & Maior. *in 4. ſent. diſtin. 17. q. 4.* Adrian. etiam *in 4. confeſ. q. 4. verſ. venio nunc, & in 8. quodlib. art. 1.* Gerſon Alphab. 32. *litera* 7. Scotus & Gabriel. *in 3. diſt. 37* & hic etiam *in 4. diſt. 17. q. 1. concluſ. 4.* Angeſtus *in moral. c. 8. de circumſtant. temp.* agens, Ioannes à Med. *de confeſ. q. 10. & de oratione, quæſt. 19. præceptorium*, Nider. *in 3. præcepto, c. 1. & c. 9.* Summa Angel. *in verb. confeſſio, §. 22. & in verb. feria, §. 36. & in verbo, interrogationes circa tertium præceptum, & verb. præceptum, § 5.* & Summa Roſel. *verb. confeſſio, 2. §. 7. & verb. feria. §. 6.* & Amb. Catharin. contra Caiet. lib. 5. *vbi de Sacrament. confeſſ. agit*, Abulen. *Exod. 20. q. 11 in fin. & quæſt.* 12. Hanc partem neruoſe & verboſe probauit Anton. à Cord. *d. lib. 1. ſui quæſt. 6 in 2. opin. per totam*, vbi eam communem omnibus Doctorib. antiquis pluribuſque modernis appellat, & quod ideo tanquam verior amplectanda eſt, contraria vero, vtpote, niſi paucis Neotericis probata, ſed nec ſatis tuta, refutanda videtur.

9 Supra ſcriptis tamen † non obſtantibus, verior & procul dubio tenenda eſt contraria ſententia, imo quod circumſtantia temporis non ſit neceſſario confitenda, tametſi accidentarie aggrauet & ideo conſilium ſit eam confiteri, ex ſequentibus fundamentis. Primo, quia
10 nullo ſpeciali præcepto prohibetur fieri peccatum mortale † in die feſto: Sin aliqua talis prohibitio eſſet, maxime foret illa; *Non facies omne opus ſeruile*: quod colligitur *Exod. 20 iuncto c. 23. Leuit.* ſed per illam ſolum prohibetur opus manuale mechanicum, quia ſolum illud dicitur ſeruile, ſecund. Thom. *in 3. ſent. diſt. 37. art. 5. q. 2. ad* 2. ergo peccata mortalia, quæ alioqui non ſunt opera manualia, non prohibentur per illud præceptum, feſto die fieri. Præterea peccatum mortale non contrariatur præcepto de ſanctificatione feſtorum: Nam illo tantum pręcipitur quis facere tunc aliquem cultum latriæ exteriorem, indeterminatum quidem lege naturali atque diuina, determinatum autem nunc per Eccleſiam, ſcilicet
11 dicere vel audire Miſſam, & ceſſare, † ab opere ſeruili realiter & propriè, non vero myſticè intellecto: Nam illud vltimum, quod eſt huius præcepti finis extrinſecus & ad quem præceptum ordinatur, veluti ad finem, ſcilicet, cultus interior per fidem & caritatem; non eſt id quod præcipitur, & ideo non cadit ſub præcepto, ſecund. Thom. *vbi ſupr.* quia iuxta communem Theologorum ſententiam, præcepta † non obligant ad intentionem præcipientis vel ad finem extrinſecum, ſed ad id tantum,
12 quod præcipitur, vt refert & probat Cord. *vbi ſupr in 1. opin.* peccatum n. in actu vel in reatu non impedit auditionem Miſſæ obligationem. Quare cum ex ſacra ſcriptura minimè colligatur argumen. efficax, niſi iuxta ſenſum literalem, ſecund. Thom. receptum *in 1. p. q. 1. art. fin. ad* 1. vt refert Nauar. *in d. c. conſideret, in princ. num. 24. de pœnit. diſt. 5.* & iuxta literalem & proprium ſenſum, appellatione *operum ſeruilium*, ſola veniant *mechanica manualia*, ſecundum Thom. etiam receptum in illa *diſt.* 37. conſequitur manifeſtiſſimè, peccatum die feſto commiſſum, non contrariari præcepto de ſanctificatione feſti, ac per conſequens huiuſmodi circumſtantiam non eſſe neceſſario confitendam. Quod ex eo itidem confirmatur, quia præcepta omnia mortalia, non in ſenſu ſpirituali & metaphorico, ſed ſecundum planam † literam intelligenda 13
ſunt, vt cunctis eſt notiſſimum. Quia ſtylus mores inſtituendi, non debet eſſe tranſlatitius, ſed planus: peccata vero non dicuntur ſeruilia opera in ſenſu literali, ſed per metaphoram, vt *infra* latius dicetur in reſponſionibus ad fundamenta contrariæ partis. Cum ergo iubemur ceſſare ab opere ſeruili, non cohibemur, niſi ab operibus, quæ communi vulgo ſeruilia nuncupantur, puta quibus homines hominibus ſeruiunt: Nam vis ſpecia-
lis præcepti † eſt conſideranda, ad hoc, vt neceſſario ſit 14
circumſtantia illius confitenda, vt habet communis Theologorum ſententia, ſecund. Couar. *in c. alma mater, 1. p. §. 5 nu. 3. ad 1. de ſentent. excom. lib. 6.* Igitur feſti circumſtantia non eſt confitenda, cum ſpeciali præcepto peccatum in his diebus feſtis prohibitum non ſit.

In idem facit, † quia finis extrinſecus præcepti non 15
eſt in præcepto, ſecund. Tho. receptum 1. 2. *q.* 100. *art.* 9. vbi per hoc includit, modum virtutis non cadere ſub le-
gis præcepto, & 2. 2. *q.* 44. *art.* 1. affirmat, finem præcepti, 16
quod fertur † de virtute aliqua morali, caritatem eſſe, iuxta illud Paul. 1. *ad Thimot.* 1. Finis præcepti eſt caritas. facit, quia ſecund. Auguſt. *in c. videt, 23. quæſt. 6.* nemo quidem inuitus fit bonus, vnde ſuppoſita neceſſitate, omnes debent cogi ad ſubeunda ea media, quibus tandem
volentes, boni fiunt. Tertium igitur Decalogi pręceptum 17
non præcipit finem illius, ſcilicet, quietem in Deo per gratiam & caritatem, ſed id quod eſt medium, quoad illam perueniamus quietem, nempe corpoream & exteriorem quendam cultum, quo in interiorem inducamur: & ita vt receptiſſimus Eccleſiæ vſus habet, præter auditionem Miſſæ, qui eſt cultus externus cum decenti reuerentia & attentione, à quo ille actus externus proficiſcitur, & ceſſationem ab opere ſeruili, nullus alius cultus eſt in præcepto diebus feſtiuis, præter illum quem Eccleſia exprimit: temerarium ergo eſſet, aliud ligamen
ſuperaddere: Conſequitur † igitur, vim præd. præcepti 18
ſanctificationis Sabbathi tertio loco poſiti, non ad internam dilectionem aut contritionem, qui eſt finis præcepti, cum ipſe non cadat ſub præcepto, ſed ad exteriorem cultum ſpectare, vt aduerſus Scot. bene probat Soto *lib. 2. de iuſt. & iur. q. 4. art. 4 per totum.*

Secundo, † in eandem ſententiam moueor per text. 19
*Exod.* 20. qui habet; *Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua ſeptimo autem die, Sabbathum Domini Dei tui eſt, non facies in eo omne opus, &c.* ex quib. verbis non obſcurè oſtenditur, ea ſolum opera ibi, ne in die feſto fiant, prohiberi, quæ aliis diebus fieri licebat: cum igitur peccare mortaliter nunquam liceat, *c. ita ne, 32. q. 5.* ſequitur
per illud præceptum, † quatenus ſpeciale eſt, ſola illa 20
opera prohiberi, quæ aliis dieb. licite fieri poſſunt: quod confirmant verba omnia quæ ſequuntur, inter quæ eſt illud; *Iumentum tuum*: quod etiam reperitur *Deuter. 5. c.* additis illis, nempe, *Bos & Aſinus & omne iumentum tuum*, & poſtea ſequuntur illa; *Et peregrinus, qui eſt intra portas tuas, vt requieſcat: ſeruus & ancilla tua, ſicut & tu*: ex quibus iam facile intelliges de quiete corporis & non animæ diſponere. Fateor tamen, quod licet, vt prædicebam, peccare mortaliter nunquam liceat, non tamen hoc peculari præcepto de obſeruatione feſtorum cauetur, ac proinde peccatum mortale eidem directo non contrariatur: quo fit, vt circumſtantia hæc, quamuis grauet, non tamen neceſſario confitenda eſt, quia non inducit nouum aliud peccatum.

Tertio, hæc † eadem pars fulcitur, quia quemadmo- 21
dum omni populo feſta ſunt ad orandum deputata, ita clericis omnes dies: & tamẽ nemo dicet, clericum bis peccare ſingulis dieb. quib. ſemel mortaliter peccat: Nec obſtat ſi dicatur, totum feſtũ populo ad quietẽ eſſe deputatũ

22 non autem oẽs dies toto: Clericis ad orandũ: Quia † non tenemur diebus feſtiuis in qualibet illorum parte orare: & præterea vnum clericum continget peccare, quando alij clerici precibus horariis incumbunt atque incumbere debent: non tamen ob hoc bis ille peccabit, vt in propoſito aduertit & recte Nauar. *vbi ſupra, numer.29.*

23 Quarto, eadem † ſententia comprobatur quia præceptum de colendis feſtis, non eſt arctius Chriſtianis, quam Iudæis præceptum de Sabbatho colende, imo laxius; ſiquidem multa opera nobis licent diebus feſtiuis, quæ Iudæis minime licebant die Sabbathi, vt decoctio ciborum & ſimilia, vt D. Tho. fatetur *in 2.2.q.122. art.4.ad.4.* & tamen Iudæis ſolus exterior cultus & quies præcipiebatur externa, vt docet idem Tho. *vbi ſupra. in corpore quæſtionis.* Chriſtianis ergo non eſt præcepta vtraque quies, corporis ſcilicet & animæ: ſequeretur enim alias, quemuis mortali peccato infectum, quouis die feſto ſub pœna noui peccati teneri ad peccatorum contritionem: quod tamen irridet Caiet. *2.2.q.122.artic.4.ſtatim in prin.* vbi D. Tho. in reſponſione dubij, ſtatim poſt concluſionem dixit, præceptum illud Decalogi de colẽdo Sabbatho, ſolum de cultu exteriori fuiſſe editum, non de interiori, quia ad interiorem, qui oratione ac deuotione conſtat, magis inducitur homo ex interiori S. Spiritus inſtinctu, & ideo præceptum legis dandum fuit de exteriori cultu, ſecund. aliquod ſenſibile ſignum: quod idem probauit ibi Caiet.

24 Quinto & † vltimo, noſtra hæc negatiue ſentẽtia perſpicua fit ex communi alia ſententia quam, plurimis allegatis, aduerſus alios latiſſime probauit Nauar. *in d.c. conſideret, in princ. nu 6. & ſeq. de pœnit. diſtin.5. idem in* Manuali Latin. *c.6.nu.7.* vbi dicit, communiorem & pro-
25 babiliorem † eſſe, quæ habet, vt quamuis ſit laudabile confiteri circumſtantias, quæ ita peccatum adaugent, vt ex paruo magnum, vel ex magno maius efficiant: hoc tamen non eſt neceſſarium, quando augmentum illud non eſt in cauſſa, vt veniale mortale fiat vel ſpeciem peccati mortalis in aliam non mutant, alias ſecus: Quam ſententiam probare videtur Concilium Trident. *ſeſſ.14. cap.5. & canon.6.* dum ibi declarat, circumſtantias, quæ mutant ſpeciem, eſſe confitendas: ſignificat igitur à contrario ſenſu, alias non eſſe confitendas: *argum. l.1.§. huius rei, ff. de offic. eius cui mandat. eſt iuriſd. & in c. cum Apoſtolica, de his quæ fiunt à præl. ſine conſ. cap.* vt recte expendit atque exiſtimauit Nauar. *vbi ſupra.* Hæc autem, de qua agimus, circumſtantia, nempe diei feſti, in quo commiſſum eſt peccatum, licet augeat peccatum, non tamen mutat ſpeciem ipſius, quia non ex eo efficitur ſacrilegium: Igitur quamuis laudabile ſit eam confiteri, non idcirco erit neceſſarium.

26 Quam † communem ſententiam pro hac ſecunda parte modo adductam limitari poſſe videtur Marſil. *in 4. lib ſent. q.12. art.1. col.3.* ne procedat in circumſtantiis, quæ non ſolum grauius ſimpliciter reddunt peccatum, ſed quadam notabili ac omnib. euidenti grauate longe deformius efficiunt: cuius rei plura exempla aſſignat Nauar. *in d.c. conſideret, n.13.* qui demũ cum videat, ex hac eadem limitatione conſequi occaſionem plurimorum ſcrupulorum in bonis mentibus oriturorum, quibus tranquillitas animi tota pereat, quandoquidem vix etiam doctiſſimus in particulari iudicare poſſit, quæ grauitas fuerit neceſſario confitenda, & quæ non, facilius eſſe arbitretur defendere præfatam communem concluſionem, abſq; præd. limitatione, quã cum ea ac proinde aliis rationibus eam explodit ac reiicit reſpondetque exemplis *ſuprà* à ſe aſſignatis pro præd. limitatione, ipſa non obſtare, quia dici poteſt, neceſſarium eſſe in illis fere ſemper circumſtantiam eiuſmodi confiteri, non ideo ſolum quia grauat, ſed quia, vt plurimum, peccatorum numerum auget, & per illius circumſtantiæ confeſſionem explicite vel implicite colligitur numerus veroſimilis peccatorum, vel auget reſtituendi obligationem: & ita vt reſtitutio iuſta præcipiatur atq; determinata, ſit quoque inquiſitio & manifeſtatio illius damni: Raro nãque illis caſibus contingit, vnum tantum peccatum cõmitti & reſtituendi obligationem non augeri. Non ob-
27 ſtat † præterea illud exemplum eius: qui cum matre coiuit & ita inceſtum admiſit, *c. lex illa 36. q.1. gl. in authent. de inceſt. nupt. in prin. verb. licuerit*, nam cum inceſtus hic longe ac omnibus euidenti grauitate deformior ſit, quam alij multi, eam circumſtantiam confitebitur. Quoniam reſpondetur, huiuſmodi circumſtantiam ſpeciem ab aliis inceſtibus efficere differentem, non ſolum in linea, ſed etiam in gradu, cum alia ſpecies ſit inceſtus, quæ in linea & primo gradu committitur aſcendentium, & alia, quæ in linea & cæteris gradibus collateralium. Merito igitur vt ex eadem communi ſententia, abſque præd. limitatione præfatus, qui matrem propriam carnaliter cognouit, teneatur eam circumſtantiam, vtpote in linea & gradu mutantem ſpeciem inceſtus ab aliis, confiteri: ſicque Nauar quamuis improbet præd limitationem generalem, admittit tamen caſus exceptos aliis rationibus, quæ ſunt prædictæ.

Sed quia difficile eſt, iuxta veram Philoſopham moralem, docere, inceſtum cum matre admiſſum, differre ſpecie ab inceſtu cum ſorore, probabilis videtur præd. limitatio, nempe non ſolum circumſtantias mutantes ſpeciem neceſſario eſſe confitendas, ſed etiam illas, quæ notabiliter aggrauant, ita vt ex cognitione earum longe aliter iudicet ſpiritualis iudex de deformitate, quæ fuit in animo pœnitentis, vt in exemplis *ſuprà* fictis & ſimilib. non tamen ſic aggrauat circumſtantia diei feſti.

28 Hinc dubitari † iure optimo poterit cuiuſdam opinionis Domin. à Sot. *in 4. diſtin. 18. q.2. art.4.* exiſtimantis, non eſſe neceſſarium confiteri virginitatis circumſtantiam, id eſt, quod is, qui confitetur, eſt virgo, ſi voluntas fornicandi non peruenit ad actum, quamuis ſecus ſit, quando peruenit. Hæc etenim ſententia falſa videtur, quia peccata volũtatis & operis ſunt eiuſdem ſpeciei, & ſolum differunt ſecund. diuerſos gradus peccati, hoc eſt, ſecund. maiorem vel minorem malitiam, vt do-
29 cet † S. Th. *in 1.2. q.72. art.7.* & explicat Nauar. *in d.* Manual. Lat. *c.6. n.7. & c.16. n.9.* & probatur ex illo; *Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam eſt mœchatus in corde ſuo*: vnde fit, vt ſtuprum mentale, quod eſt voluntas habendi copulam cum virgine, aut cum ſit virgo, erit eiuſdem ſpeciei, cuius ſtuprum reale, quod eſt ipſa copula, & ſi quis eam habuit, debet confiteri illam circumſtantiam, vt ipſe Sot. fatetur: Ergo etiam debet confiteri, qui eam efficaciter voluit habere, licet non habuerit, cum alia ſpecies luxuriæ ſit, velle fornicari cum virgine, vel cum ſit virgo, & alia, velle fornicari cum corrupta, vel cum ſit corruptus vel corrupta, vt in ſpecie rectius quidem meo iudicio contra Sot. probauit Nauar. *d.c.6. nu.7.* & F. Ioſeph. Angl. in ſuis flor. Theol. *quæſt. q. de cõfeſ. in diffic. an circumſtantia ſtupri ſit neceſſario cõfitenda*, vbi dicit contra Sot. eſſe commun. opin. *diſt.17.* quam probat ſtatim ibid. *in concl.* limitans, quando confeſſor ſtatum fœminæ nouerat: ac proinde nobis non nocet præfata Sot. opinionis reprobatio. Non † obſunt 30
etiam aliæ plures limitationes, quas eidem communi ſententiæ cumulat Nau. *ibi & n. ſeq.* quoniam ſingulæ ſuam differentem à noſtræ quæſt. terminis rationem habent vt videri poteſt.

His ſolidiſſimis fundamentis probata noſtra hac de re ſententia negatiua lucida apparet, quibus prolixæ reſponſiones Cordubenſ. minime ſatisfaciunt, quia potius euaſiones dici poſſunt: quam veræ ſolutiones: conſequens igitur fit, vt eam omnino admittere debeamus; Quando-



quidem etiam grauiſſimorum virorum concurſu approbata quoque ſit. Eam namque in primis amplectuntur atque approbant Caiet. *in 2.c.7. art.1. & 2.2. qu. 122. art.4. & in ſumma, verb. dies feſtos, & in opuſc. 27. qu. quodlib. 10. fol. 55.* & ante Deum Sylueſt. *in ſua ſumma, verb. circumſtantia, q.3 & verb. confeſſio, 1 q.10. & verb. Dominica, q. fin. & latius in aurea roſa, caſu 39.* vbi refert, ſuper hac quæſtione doctiſſimos quoſque ordinis Dominicani conueniſſe, & Iacob Alina. *in 4. diſtinct. 17. quæſt. 1. verſic. nec ſolum, & in lib. concordant. oppoſitionum dictorum* Thom. Aquinat. *in dubio 348. Victoria in ſumma de confeſſ. q.195.* dicens, quod licet grauius ſit peccare in die feſto, non tamen eſt grauitas neceſſario confitenda, & quod confeſſores debent de hoc admonere pœnitentes. Tum præterea eandem ſententiã aduerſus priorem ex profeſſio pluribus probauit Dominic. à Sot. *lib. 2. de iuſt. & iur. q.4. art 4.* & latiſſime Nauar. *in d.c. conſideret, in princ. num. 12. & plurib. ſeqq.* vbi inquit, quod inter recentiores hæc incipit eſſe frequentior opinio: eandem ſequitur idem Nauar. *in manual. Latin. c.6 n.9.* & abſque dubio probauit Couar. *in c. alma mater, 1. part. relect. §.5. n.3. de ſentent. excommunic. lib.6. & Armil. aurea, in verb. feſtum, ſiue feria n.32.* & nouiſſime, nec non & breuiſſime, Ioſep. Angl. *in ſuis floribus Theolog. quæſt.9. de confeſ. in difficul. an circumſtantia diei feſti ſit neceſſario confitenda, pag. 288.* Poſſet tamen hæc veriſſima ſententia & tenenda limitari & prior communis ſaluari, quãdo ea mente quis peccaret, vt feſtum ipſum violaret, & idem dicendum eſt de circumſtantia diei, qui ieiunio vel orationi eſt deputatus: ita Nau. *in d.c. conſideret, in princ. n.32. & 40. & in d. manual. d. c. n.9.* quod nos quoque probamus.

Supereſt modo, vt ad argumenta contrariæ partis reſpondeamus, ex quorum reſponſionibus, & noſtra veriſſima ſententia corroborabitur.

31 Ad primum, nempe † *de c. conſideret, in pri.* reſpondeo, multa in eodem conſilio dicta eſſe, è quorum numero ſunt ea, quæ de temporis circumſtantia confitenda colligi poſſunt. quamuis cæteris paribus grauius ſit peccatũ, die feſto & orationi vel ieiunio deputato admiſſum, propter quandam irreuerentiam, quæ licet præter intentionem & propoſitum conſequitur peccatum, non tamen in aliam transfert ſpeciem: & ita illa verba text. *Omnis iſta varietas confitenda eſt*, interpetranda ſunt de bono conſilio, non autem de præcepto, niſi varietas illa talis ſit, quæ peccatum in aliam ſpeciem lethalem transferat: ita exiſtimat intelligendum text. illum Nauar. *ibid. n. 32.* cuius intellectus ex ſuperioribus ſatis comprobatur.

Ad ſecundum negamus, peccatum mortale in feſto die admiſſum, ſpecialem cum ratione repugnantiam habere, & propterea ſpeciali præcepto prohibitum eſſe. Præceptum n. de colendis feſtis, quà ex parte ſenſum habet myſticum & continet ab omni peccato abſtinentiam & mẽtis in Deo quietem, ad finem extrinſecum illius præcepti pertinet; at ex parte, quà præceptum iſtud iuxta literalem ſenſum eſt accipiendum & ſecundum id, quod illo præcipitur, prohibentur exteriores operationes ſeruiles, non ea ratione, quod ſint peccata, ſed quod ſint opera ſeruilia exteriora, vt explicat S. Tho. *in d. q. 122. art.4.* Peccata igitur in eo iuxta literalem atque ſpecialem ſenſum non comprehenduntur ac proinde per ea præceptum ipſum non violatur: quo fit, vt circumſtantia præd. neceſſario non ſit confitenda ex ſupradictis.

32 Ad tertium Ioan. 8. *Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati*, reſpondemus quod procedit ac intelligitur de ſeruitute metaphorica ac ſimilitudinaria, & non vera & propria: at vero peccatũ mortale non eſt proprie ſeruile opus, ſed metaphorice: tertium autem præceptum Decalogi de proprio & vero opere ſeruili ac mechanico manuali loquitur, & præceptum hoc; *Omne opus ſeruile non facies*, ad metaphoricum, quale eſt peccatum, extendi non debet: & quod peccatum non ſit opus ſeruile proprie & ad literam intellectum, patet Exod. 12. 26. 20. 23. & Leuit 23. vbi nomine operis ſeruilis ibi prohibitis explicantur opera mechanica ſeu manualia exteriora, non autem fornicatio homicidium, ludus detractio: Nam peccatum, vt peccatum eſt, ſolum myſtice & ſpiritualiter opus ſeruile eſt, ſecund. Thom. *in 3. ſenten. diſt. 17. q.1. art.1. q.2.* & ſuper Matth. 12. & Alex. Alenſ. *3. part. q.32. memb.1. & 4. art.1. & memb.5. art.2.* & Abulenſ. Exod. *12. q.24. & 25.* vbi inquit, quod opus ſeruile in hoc præcepto prohibitum mortaliter, eſt operatio laborioſa potentiæ exſequutiuę corporalis, nulla vrgente cauſſa ad humanam vitam opportuna: formaliter autem opus ſeruile eſt præd. operatio corporalis mercenarij facta propter lucrum: at peccatum, vt eſt peccatum, non eſt huiuſmodi: ergo non eſt ad literam intellectum nec prohibitum in dicto præcepto.

Ad quartum † reſpondet Melchior Can. *in relect. de pœnit. 4. part. ad fin.* quem ſequitur in hoc Couarr. *vbi ſupra in ver. ad tertium*, nempe, quod lex illa vetus abolita eſt, nec non obligat, niſi ea parte, qua legis naturæ præcepta continebat: deinde, quod lex illa de certo quodam die loquebatur, quod feſtum propitiationis erat, vbi ſacerdos ſemel in anno peculiariter pro peccatis populi orationem fundebat ad Deum atque hoſtias offerebat, vt quod nunc Eccleſia facit, ſemel in anno obligans ad pœnitentiæ Sacramentum, tunc in veteri illo populo præſignaretur, nec erat lex, quæ ſingulis feſtis & Sabbathis hanc animi afflictionem præſcriberet, ſiquidem & nunc in lege Euangelica non obligamur ſpeciali præcepto nec diuino nec humano, ad agendum diebus feſtis pœnitentiam. 33

Ad quintum † reſpondeo, illa dicta Ambroſij. Auguſt. 34
& Theophil. procedere ſecundum ſenſum myſticum illius præcepti Sabbatho colendo, quoniam ſecundum ſenſum literalem intolerabilia eſſent: Nemo enim audebit dicere, per illud præceptum; *Non facies omne opus ſeruile in Sabbatho*, non fuiſſe opera manualia, etiam de ſe non mala, prohibita Iudæis; neque negare, ita eos vbique & ſemper intellexiſſe & in hunc vſque diem intelligere. Præterea præceptum de Dominico die colendo, quoad prohibitionem operum attinet, eſt conforme præcepto illi diuino de Sabbatho colendo, quamuis parte aliqua ſit laxius, vt *ſupra* probauimus & tamen cõſtat per hoc præceptum de Dominico die colendo, multa nobis opera manualia & quæ alioqui non ſunt peccata eſſe prohibita; Ergo & illis illa prohibebantur, quæ videntur prædicti Doct. negare: Patet ergo, eos ſecundum ſenſum myſticum loqui, vt declarat Nauar. *in d.c. conſideret, in prin. num.39 ad fin.* & Sot. *vbi ſupra ad 1.* quicquid in contrarium replicet, non tamen ſufficiente, Cord. *vbi ſupra in 2. opin. in verſ. ſed certe*, eius namque replica minime concludit, quia etſi in feſto prohibebatur peccatum mortale & ita contrarietur fini, in quem illud præceptum tendit, aut magis, quam opus ſeruile mechanicũ, non ideo ſequitur, ſpecialiter hoc prohiberi in prædicto præcepto, ſicut opus ſeruile: Nam non ita repugnat peccatum mortale præcepto ipſi, ſicut opus mechanicum; Quandoquidem hoc ad literam prohibetur & inter omnes conuenit aliud eſſe quod præcipitur, aliud finem, in quem præceptum tendit, quia præceptum traditur non de fine, ſed de his, quæ ad illum ordinantur, vt cum S. Thom. probat Nauar. *in d.c. conſideret, n.6.* Vnde Patres illi volunt, magis contra finem præcepti huius peccare, qui peccatum aliquod committit in die feſto, quam qui opus ſeruile alias licitum operatur. Præterea illud Diui Auguſtin. de decem chordis ſupra citatum, verum fatemur, non tamen noſtræ ſententiæ repugnat: Quoniam etſi minus malum ſit, arare bobus & fodere ligonibus die feſto,

feſto, quam ſeditionem in populo excitare & prætetea filare aut texere die feſto, potius quam laſciue ſaltare, id tamen eſt, quia magis repugnat fini præcepti, ſcilicet, vnioni animæ cum Deo, laſciue ſaltare, quam arare vel filare. &c.

35 Sextum etiam † non obeſt; Nam quamuis circumſtantia loci ſacri omne peccatum grauius reddat ſecundum accidens, non tamen eſt neceſſario confitenda, niſi quando ipſum opus vel actus peccati, ſanctitati vel immunitati eiuſdem loci directe cõtrariatur, id eſt ei, cui locus eſt ſanctificatus, qualis eſt humani ſanguinis vel ſeminis effuſio vel violenta abſtractio eorum, qui ad eccleſias confugiunt, vel quod fit contra ſepulturam vel contra diuinum cultum vel libertatem ad illam confugientium & depoſitarum rerum & ſimilia; Per hæc n. omnia directe & per ſe loco ſacro iniuria fit & ipſe locus ſacer violatur, vnde talia ſacrilega ſunt: ſecus autem eſt de his, qui non directe & per ſe violant locum ſacrum nec illi per ſe iniuriam inferunt, vt qui in Eccleſia committunt peccatum aliquod ſuperbiæ periurij, aut gulæ, &c. namque non tenentur neceſſario confiteri circunſtantiam loci ſacri, neque qui in eodem loco exſiſtentes deſiderant extra illum occidere, ferire vel fornicari, dummodo non percipiant id committere in eodem loco ſacro, hoc enim caſu etiamſi extra locum ſacrum exſiſteret, circumſtantia ſacrilegij, quod in eo admittunt, confiteri tenentur, vt hæc omnia bene probauit Nauar. *in d. manual. c.6.n.9.in fin.& 10.* idem in eff ctu, breuius tamen tenet Victoria *in ſumma de confeſſ.q.176.* Ioſep Ang. *vbi ſup. in difficultate; an quodlibet peccatum in loco ſacro commiſſum ſpeciem mutet*: ſic ergo & pariter procedet argument. de loco ad tempus & è contra, *ſupra* pro priori parte formatum, vt non in omni peccato circumſtantia feſti ſit neceſſario confitenda, ſed tantum in illo, quod ſpecialiter in die feſto fieri prohibetur, quale eſt arare, ferere & ſimilia opera ſeruilia manualia.

36 Ad † ſeptimum hoc eſt Concilium Colonienſe reſpondeo, illud Concil. non eſſe generale, ſed tantum prouinciale nec eſſe approbatum à ſede Apoſtolica: Imo vero non ſolum in hac re deceptum fuit, ſed etiam in materia iuſtificationis errauit.

37 Ad octauum † de doctrina Diui Thom 2.2.*q.122. art. 4.ad 3.* reſpondemus, quod cum ait, *peccata aduerſari obſeruantiæ Sabbati*, non intelligit quantum ad ſubſtantiam præcepti, ſed quantum ad eius finem: refertur n. præceptum hoc ad vocandum Deo & diuinis, cui quidem fini pugnantius obſiſtit peccatum, quam opus ſeruile, & ob id peius eſt fornicari in die feſto, quam arare, non quod per fornicationem violetur feſtum, ſed quod peius per ſe peccatum ſit & fini præcepti repugnantius, quod autem ibidem ſubdit; *Chriſtianis obſeruandum eſſe Sabbatum ſpiritualiter*, non dicit, quaſi illa ſit ſubſtantia præcepti, vt, qui ſic non ſeruauerit, tranſgreſſor eius ſit, ſed quod ille ſit modus ſeruandus ad intentionem præcipientis, vt ſeruetur in ſpe futuræ quietis, quam nobis promittit Dominus: & quod iſte ſit ſenſus S. Doctoris patet, quoniam confert Chriſtianum cum Iudæo, dicens: *quod Iudæus ſeruabat illud in figura, nos autem ſeruare debemus in ſpiritu*: & tamen quantum ad ſubſtantiam præcepti, eodem modo tenebantur illi, ſicut nos: Ergo ſenſus ille ſpiritualis non eſt de ſubſtantia præcepti, vt recte exponit Sot. *vbi ſupra.* poſt Caiet. *in proprio loco*, dum explicat Sanct Thom. *vbi ſupra*, vt loquatur de præcepto Sabbathi colendi iuxta myſticum ſenſum, aut præcepto iſto, quantum ad eius finem, quod & ſequitur Couar. *vbi ſup. ad quartum.* Eodem modo ſatisfit auctoritati S. Bonauentur. *ſupra* in prædicto octauo fundamento adductæ, & 
38 præterea, vt reſpondimus ad 5. Nec † obſtat, quod in dubio tutior pars ſit eligenda, quia negamus in hoc caſu rem eſſe dubiam: Quoniam quando aliquid creditur
eſſe verum per legem, rationem & auctoritatem ſufficientem, non cenſetur res dubia, etiamſi contrarium
maior pars docentium teneat, *vt in c. capellanus, de feriis,
& in l. 2. §. ſed neque, C. de vet. iur. enucl.* facit text. *in c. Nicena 31. diſt.* Præmaxime, quia † non ſemper tutior pars 39
eligenda eſt, cum ſatis ſit eligere tutam, vt bene declaret B. Ant *in ſua ſumma, 1. part. tit. 10 §. 10. col. 6. gloſ. 2.*
recepta *in d. c. capellanus*, quam dixit ſingul. Alex. *conſ. 1.
lib. 2. col. 4.* quoniam † etſi verum ſit, eum peccare mor- 40
taliter, qui facit aliquid dubitans, an ſit peccatum mortale, nec ne, iuxta illud Eccleſ. *Qui amat periculum, peribit
in illo*: aliud tamen eſt dubitare, an tale quid ſit faciendum, † aliud credere ratione probabili & auctoritate ali- 41
cuius illuſtris Doctoris id admonentis, ſecund. Ant. pulcre *vbi ſup.* & latius obtimeque Nauar. *in cap. ſi quis autem, de pœnit. diſt. 7.* ſuper illis verbis: *Tene certum & relinque incertum, num. 5. & plurib. ſeqq. idem in c. conſideret, in princ. n. 38. de pœnit. diſt. 5.*

Remanet igitur ex omnibus ſupradictis dilucida, illuſtris atque ab ſpinis, qui eam ſuffocare videbantur, liberata noſtra veriſſima ſecunda ſententia atque communi recentiorum calculo probata, vt circumſtantia diei feſti, quo peccatum admiſſum eſt, non ſit neceſſario confitenda, quamuis laudabile ſit eam ſacerdoti propalare, præterquam ſi peccatum commiſſum ea mente ab aliquo eſſet, vt feſtum violaret, quia tunc neceſſario eſt confitenda.

## SVMMARIVM.

1 *Monaſterium capax ſucceſſionis an excludat ſubſtitutũ vocatum ſub ea conditione*; ſi inſtitutus ſine liberis legitimis & naturalibus deceſſerit, vel ſine liberis ex ſe legitime deſcendentibus, vel ex ſuo corpore procreatis: *& num. ſeq. & per totum capit.*

2 *Monaſterium loco filij habetur*, & n. ſeq. contrarium n. 45. *ſed procedit per fictionem, non vero ſecundum veritatem, n. 8. & 15.*

3 *Conditio*; ſi ſine liberi, deceſſerit, monaſterium ingrediente grauato *pro inualida & non ſcripta habetur.*

4 *An hoc procedat in foro conſcientiæ?*

5 *Ius Pontificum magis ſequitur legem Dei, quam ſeculi.*

6 *Ius Canonicum animas ad Deum dirigit.*

7 *Credendum eſt, talem fuiſſe teſtatoris voluntatem ſicut lex ipſa conſtituit, & interpretatur, tametſi verbis refragari quodammodo videatur.*

9 *Conditio debet adimpleri in ſpecifica forma atque ad vnguem obſeruari, non vero per fictionem.*

10 *Filius fictus, ciuilis & improprius non excludit ſubſtitutum, ſub ea conditione vocatum*; ſi grauatus ſine liberis deceſſerit.

11 *Fictio à lege introducta ſuper eo, de quo lex ipſa diſponere poteſt, habetur pro veritate.*

12 *Monaſterium excludit ſubſtitutum vocatum ſub conditione*, ſi grauatus ſine liberis deceſſerit, *ne ſcilicet religionis profeſſio impediatur & ne quis à vita contemplatiua euertatur: ſed hoc non eſt præſumendum, vt in n. 57.*

13 *Conditio, quæ auertit à matrimonio carnali, eiicitur.*

14 *Fortiori ratione reiicienda eſt illa, quæ à matrimonio ſpirituali deterret.*

15 *Legatum factum puellæ decentum*, ſi nupſerit, *& quinquaginta*, ſi religionem ingrediatur, *conſequitur mulier maius, etiamſi religionem ingrediatur, niſi relinquatur ſimul ei, qui duces eam vxorem: addi tamen teſtator, quod legatum ſit pretium dotis, ne alias maritus ſibi habeat legatum, n. 16. Limitatur etiamſi legatum ſit relictum pro dote mulieris, vt nubat certæ perſonæ, num. 17. Fallit quoque, ſi contrarium expreſſe teſtator cauerit, num. 16. Item in legato facto pro incertis virginibus maritandis, vt in n. 20. Sed contra primum dictum in n. 58. & 60.*

19 *Tex. in authen. de ſanctiſſ. Epiſcop. §. ſed & hoc præſenti, collatione 9. cum ſimil. exorbitans eſt à regulis iuris communis & à mente teſtatoris, ideo non debet extendi ad alios terminos vel caſus.*

21 *Relictum pro cauſſa dotis, neceſſario intelligitur pro matrimonio carnali.*

22 *Symonia an ſit, exigere & dare dotem pro monialibus recipiendis in monaſterio, & n. 61. & ſeqq.*

23 *Relictum mulieri, eo adiecto grauamine, vt alteri reſtituat, ſi nupſerit, conſequitur ipſa mulier, etiamſi nubat.*

24 *Plurimi auctores referuntur, tenentes & teſtantes eſſe communem opinionem, quod in principali quæſtione poſita num. 1 monaſterium excludat ſubſtitutum: fallit primo, in monaſterio in communi incapace bonorum, num. 25. Secundo fallit, quoties clare conſtaret ne expreſſa voluntate teſtatoris in contrarium, numer. 23. Tertio fallit, ſi in conditione prædicta exprimeretur de veris & naturalibus filiis, non per iuris interpretationem, vel de eorum vero & non ficto matrimonio aut per alia verba æquipollentia, quæ neceſſario inferant de excluſione monaſterij cogitatum, n. 27. & 28. Fallit etiam, ſi appareret, teſtatorem voluiſſe agnationi conſulere bonaque in familia conſeruari, num. 29. Fallit etiam, ſi ſubſtitutus ſit filius teſtatoris, vt in n. 31. 32. & 35. quamuis alij contrarium teneant, vt in n. 33. & 34.*

30 *Conditio in maioratibus adiecta, vt in eis non ſuccedant monachi nec presbyteri, valida eſt.*

34 *In bonis extra legitimam, magis fauetur monaſterio & piæ cauſſæ, quam filiis; ſed contra n. 36. vbi de intellectu text. in c. quicunque 17. q. 4.*

35 *Melioratus filius in tertia hæreditatis parte, cum grauamine*, vt ſi ſine liberis deceſſerit, alteri filio teſtatoris reſtituat, ſi monaſterium ingrediatur, *non ſuccedit monaſterium in ea parte, quæ regſtiga eſt filiorum, ſed alter filius vocatus.*

37 *Monaſterium non excludit filium teſtatoris ſubſtitutum; ſi pia cauſſa ſecundo loco ſubſtituta ſit: quod procedit, etiamſi primus ſubſtitutus ſit extraneus, numero 38.*

39 *Text. in d. §. ſed & hoc præſenti, authent. de ſanctiſ. Epiſcopis, non procedit, ſi alia pia cauſſa fuerit ſubſtituta, quamuis non ſit æque pia cauſſa ac illud monaſterium, vt in n. 40.*

41 *Monaſterium quod non excludat ſubſtitutum ſub conditione*, ſi grauatus deceſſerit ſine liberis legitimis & naturalibus, vel ſine liberis ex ſe legitime deſcendentibus, vel ex ſuo corpore procreatis, late probatur, *& n. ſeqq. & n. 52. referuntur plures auctores eam tenentes, teſtanteſque communem, & n. 53. ea eligitur ab auctore.*

42 *Sub ſimplici conditione non continetur mixta.*

43 *Fauoris ratio attendi non debet, cum ius tertij læditur.*

44 *Fauorabilis mere dici non poteſt ea diſpoſitio, quæ mixtum in ſe fauorem & odium continet.*

45 *Diſpoſitio dict. §. ſed & hoc præſenti, non eſt trahenda extendenda ad alios caſus & conditiones, quam in eo expreſſas, nempe nuptiarum ſine defectus liberorum.*

46 *Text. in dict. §. ſed & hoc præſenti, non habet locum, vbi verba teſtatoris clara ſunt eiuſque mentem ſignificantia, ex quibus voluit diſpoſitionem ſuam naturaliter, non autem ciuiliter & per fictionem intelligi.*

47 *Communis vſus loquendi ſemper attendi debet.*

48 *Cum manifeſtus eſt teſtatoris ſenſus, verborum interpretatio nuſquam tantum valet, vt melior ſenſus exſiſtat.*

49 *Subſtitutio*, ſi inſtitutus deceſſerit ſine filiis, *intelligitur de filiis veris, non de fictis & quomodo hoc intelligatur.*

50 *In poteſtate inſtituti eſſe non debet, ſubſtitutionem à teſtatore factam illudere, irritamque reddere.*

51 *Filius adoptiuus non operatur defectum ſubſtitutionis factæ alicui*, ſi ſine liberis deceſſerit.

56 *Monaſterium non habetur pro filio, niſi tantum in caſibus à iure expreſſis & ad alios non extenditur, cum hæc ſit fictio quædam.*

59 *Doctores noſtri plerumque rationes non perſcrutantur & aues imitantur, quæ quando vna volat, aliæ omnes ſequuntur, & communis opinio non attenditur, quando alia opinio contra communem fundata eſt melioribus rationibus.*

61 *Vſus receptiſſimus habet ſine ſcrupulo, vt licite exigatur dos pro moniali.*

62 *Monaſterium ſi egens ſit, poteſt acceptare dotem pro alimentis monialis, abſque ſymonia.*

63 *Prefectæ monaſteriorum monialium, etiamſi ſit expletus numerus earum, quæ ali poſſunt ex redditibus monaſterij, abſque culpa poſſunt ſufficienter dotatas admittere.*

64 *Moniales plures recipi non debent, quam ali poſſunt ex redditibus monaſterij.*

65 *Monaſterium monialium egens, ex pacto nihil aliud pro dote monialis recipere poteſt, præter illud, quod alendæ moniali ſit neceſſarium.*

66 *Conſuetudo & vſus Hiſpaniæ in recipiendis monialibus.*

67 *Numerus monialium vbi non eſt impletus, monaſteriumque diues ſit, illicitum eſſet, dotem ab ingredientibus exigere, hoc autem ceſſante, licet, vt in n. 68.*

69 *Prodigæ expenſæ & profani apparatus fieri ſoliti ex pacto tacito vel expreſſo, dum vel ingrediuntur monaſterium vel profeſſionem emittunt, non ſunt liciti.*

70 *Capit. fin. cum ſimilibus, de ſentent. & re iudic. loquens in matrimonio, libertate, dote ſeu teſtamento, locum habet in quacunque alia cauſſa fauorabili, prout eſt monaſterij ſeu Eccleſiæ.*

71 *Sic perſonis fauorabilibus debitores ſumus in iuſtitia, quod aliis iniuſtitiam facere non debeamus.*

72 *Diſpoſitioni text. in d. §. ſed & hoc præſenti, non cenſetur ſatisfactum ex ſolo ſacerdotio.*

73 *Limitatur hoc, ſi clericus bona ſua dediſſet Capellæ, cuius factus ſit ſacerdos, vel ſi omnia bona ſua vel ſaltem hæreditatem ſibi relictam expendat in pias cauſſas.*



## CAPVT XXXII.

Monaſterium an excludat ſubſtitutum, ſub conditione vocatum, ſi inſtitutus ſine liberis legitimis & naturalibus deceſſerit, vel ſine liberis, ex ſe legitime deſcendentibus vel ex ſuo corpore procreatis?

CONTROVERSIA in iure plurimum eſt ac difficilis quæſtio illa inſignis; *An monaſterium capax ſucceſſionis excludat ſubſtitutum vocatum ſub ea conditione, ſi inſtitutus ſine liberis legitimis & naturalibus deceſſerit, vel ſine liberis ex ſe legitime deſcendentibus, vel ex ſuo corpore procreatis?*

Qua in re pars affirmatiua ſequentibus fortiſſimis fundamentis & auctoritatibus aſtruitur.

Primo, quia monaſterium loco filij habetur, *vt in c. in præſentia, de probat.* vbi probatur, quod ſubſtitutio alicui facta, *ſi ſine liberis deceſſerit*, euaneſcit per ingreſſum monaſterij, quia non eſt intelligendum ſine hærede decedere, qui monaſterium ſibi hæredem inſtituit,

feſto, quam ſeditionem in populo excitare & prætereà filare aut texere die feſto, potius quam laſciue ſaltare, id tamen eſt, quia magis repugnat fini præcepti, ſcilicet, vnioni animæ cum Deo, laſciue ſaltare, quam arare vel filare, &c.

35 Sextum etiam † non obeſt; Nam quamuis circumſtantia loci ſacri omne peccatum grauius reddat ſecundum accidens, non tamen eſt neceſſario confitenda, niſi quando ipſum opus vel actus peccati, ſanctitati vel immunitati eiuſdem loci directè cõtrariatur, id eſt ei, cui locus eſt ſanctificatus, qualis eſt humani ſanguinis vel ſeminis effuſio vel violenta abſtractio eorum, qui ad eccleſias confugiunt, vel quod fit contra ſepulturam vel contra diuinum cultum vel libertatem ad illam confugientium & depoſitarum rerum & ſimilia; Per hæc n. omnia directè & per ſe loco ſacro iniuria fit & ipſe locus ſacer violatur, vnde talia ſacrilega ſunt: ſecus autem eſt de his, qui non directè & per ſe violant locum ſacrum nec illi per ſe iniuriam inferunt, vt qui in Eccleſia committunt peccatum aliquod ſuperbiæ periurij, aut gulæ, &c. namque non tenentur neceſſario confiteri circunſtantiam loci ſacri, neque qui in eodem loco exiſtentes deſiderant extra illum occidere, ferire vel fornicari, dummodo non percipiant id committere in eodem loco ſacro, hoc enim caſu etiamſi extra locum ſacrum exiſteret, circumſtantia ſacrilegij, quod in eo admittunt, confiteri tenentur, vt hæc omnia bene probauit Nauar. *in d. manual. c.6.n.9.in fin.* & 10. idem in eff ctu, breuius tamen tenet Victoria *in ſumma de confeſ.q.176.* Ioſep Ang. *vbi ſup. in difficultate; an quodlibet peccatum in loco ſacro commiſſum ſpeciem mutet*: ſic ergo & pariter procedet argument. de loco ad tempus & è contra, *ſupra* pro priori parte formatum, vt non in omni peccato circumſtantia feſti ſit neceſſario confitenda, ſed tantum in illo, quod ſpecialiter in die feſto fieri prohibetur, quale eſt arare, ferere & ſimilia opera ſeruilia manualia.

36 Ad † ſeptimum hoc eſt Concilium Colonienſe reſpondeo, illud Concil. non eſſe generale, ſed tantum prouinciale nec eſſe approbatum à ſede Apoſtolica: Imo verò non ſolum in hac re deceptum fuit, ſed etiam in materia iuſtificationis errauit.

37 Ad octauum † de doctrina Diui Thom 2.2.q.122. *art.* 4 *ad* 3. reſpondemus, quod cum ait, *peccata aduerſari obſeruantiæ Sabbati*, non intelligit quantum ab ſubſtantiam præcepti, ſed quantum ad eius finem: refertur n. præceptum hoc ad vocandum Deo & diuinis, cui quidem fini pugnantius obſiſtit peccatum, quam opus ſeruile, & ob id peius eſt fornicari in die feſto, quam arare, non quod per fornicationem violetur feſtum, ſed quod peius per ſe peccatum ſit & fini præcepti repugnantius, quod autem ibidem ſubdit; *Chriſtianis obſeruandum eſſe Sabbatum ſpiritualiter*, non dicit, quaſi illa ſit ſubſtantia præcepti, vt. qui ſic non ſeruauerit, trangreſſor eius ſit, ſed quod ille ſit modus ſeruandus ad intentionem pręcipientis, vt ſeruetur in ſpe futuræ quietis, quam nobis promittit Dominus: & quod iſte ſit ſenſus S. Doctoris patet, quoniam confert Chriſtianum cum Iudæo, dicens: *quod Iudæus ſeruabat illud in figura, nos autem ſeruare debemus in ſpiritu*: & tamen quantum ad ſubſtantiam præcepti, eodem modo tenebantur illi, ſicut nos: Ergo ſenſus ille ſpiritualis non eſt de ſubſtantia præcepti, vt rectè exponit Sot. *vbi ſupra*. poſt Caiet. *in proprio loco*, dum explicat Sanct Thom. *vbi ſupra*, vt loquatur de præcepto Sabbathi colendi iuxta myſticum ſenſum, aut præcepto iſto, quantum ad eius finem, quod & ſequitur Couar. *vbi ſup. ad quartum*. Eodem modo ſatisfit auctoritati S. Bonauentur. *ſupra* in prædicto octauo fundamento adductæ, & 
38 prætereà, vt reſpondimus ad 5. Nec † obſtat, quod in dubio tutior pars ſit eligenda, quia negamus in hoc caſu rem eſſe dubiam: Quoniam quando aliquid creditur eſſe verum per legem, rationem & auctoritatem ſufficientem, non cenſetur res dubia, etiamſi contrarium maior pars docentium teneat, *vt in c. capellanus, de feriis, & in l. 2. §. ſed neque, C. de vet. iur. enucl. facit text. in c. Nicena 31. diſt.* Præmaxime, quia † non ſemper tutior pars 39
eligenda eſt, cum ſatis ſit eligere tutam, vt bene declaret B. Ant *in ſua ſumma, 1. part. tit. 10 §. 10. col. 6. gloſ. 2.* recepta *in d. c. capellanus*, quam dixit ſingul. Alex. *conſ. 1. lib. 2. col. 4.* quoniam † etſi verum ſit, eum peccare mor- 40
taliter, qui facit aliquid dubitans, an ſit peccatum mortale, nec ne, iuxta illud Eccleſ. *Qui amat periculum, peribit in illo*: aliud tamen eſt dubitare, an tale quid ſit faciendum, † aliud credere ratione probabili & auctoritate ali- 41
cuius illuſtris Doctoris id admonentis, ſecund. Ant. pulcre *vbi ſup.* & latius obtimeque Nauar. *in cap. ſi quis autem, de pœnit. diſt. 7.* ſuper illis verbis: *Tene certum & relinque incertum, num. 5. & plurib. ſeqq. idem in c. conſideret, in princ. n. 38. de pœnit. diſt. 5.*

Remanet igitur ex omnibus ſupradictis dilucida, illuſtris atque ab ſpinis, qui eam ſuffocare videbantur, liberata noſtra veriſſima ſecunda ſententia atque communi recentiorum calculo probata, vt circumſtantia diei feſti, quo peccatum admiſſum eſt, non ſit neceſſario confitenda, quamuis laudabile ſit eam ſacerdoti propalare, præterquam ſi peccatum commiſſum ea mente ab aliquo eſſet, vt feſtum violaret, quia tunc neceſſario eſt confitenda.

## SVMMARIVM.

1 *Monaſterium capax ſucceſſionis an excludat ſubſtitutũ vocatum ſub ea conditione*; ſi inſtitutus ſine liberis legitimis & naturalibus deceſſerit, vel ſine liberis ex ſe legitime deſcendentibus, vel ex ſuo corpore procreatis: *& num. ſeq. & per totum capit.*

2 *Monaſterium loco filij habetur*, & n. ſeq. contrarium n. 45. *ſed procedit per fictionem, non vero ſecundum veritatem, n. 8. & 15.*

3 *Conditio*; ſi ſine liberi, deceſſerit, monaſterium ingrediente grauato *pro inualida & non ſcripta habetur.*

4 *An hoc procedat in foro conſcientia?*

5 *Ius Pontificum magis ſequitur legem Dei, quam ſeculi.*

6 *Ius Canonicum animas ad Deum dirigit.*

7 *Credendum eſt, talem fuiſſe teſtatoris voluntatem ſicut lex ipſa conſtituit, & interpretatur, tametſi verbis refragari quodammodo videatur.*

9 *Conditio debet adimpleri in ſpecifica forma atque ad vnguem obſeruari, non vero per fictionem.*

10 *Filius fictus, ciuilis & improprius non excludit ſubſtitutum, ſub ea conditione vocatum*; ſi grauatus ſine liberis deceſſerit.

11 *Fictio a lege introducta ſuper eo, de quo lex ipſa diſponere poteſt, habetur pro veritate.*

12 *Monaſterium excludit ſubſtitutum vocatum ſub conditione*, ſi grauatus ſine liberis deceſſerit, *ne ſcilicet religionis profeſſio impediatur & ne quis à vita contemplatiua euertatur: ſed hoc non eſt præſumendum, vt in n. 57.*

13 *Conditio, quæ auertit à matrimonio carnali, eiicitur.*

14 *Fortiori ratione reiicienda eſt illa, quæ à matrimonio ſpirituali deterret.*

15 *Legatum factum puellæ decentum*, ſi nupſerit, *& quinquaginta*, ſi religionem ingrediatur, *conſequitur mulier maius, etiamſi religionem ingrediatur, niſi relinquatur ſimul ei, qui ducet eam vxorem: addi tamen teſtator, quod legatum ſit pretium dotis, ne alias maritus ſibi habeat legatum, n. 16. Limitatur etiamſi legatum ſit relictum pro dote mulieris, vt nubat certæ perſonæ, num. 17. Fallit quoque, ſi contrarium expreſſe teſtator cauerit, num. 16. Item in legato facto pro incertis virginibus maritandis, vt in n. 20. Sed contra primum dictum in n. 58. & 60.*

19 *Tex. in authen. de ſanctiſſ. Epiſcop. §. ſed & hoc præſenti, collatione 9. cum ſimil. exorbitans eſt à regulis iuris communis & à mente teſtatoris, ideo non debet extendi ad alios terminos vel caſus.*

21 *Relictum pro cauſſa dotis, neceſſario intelligitur pro matrimonio carnali.*

22 *Symonia an ſit, exigere & dare dotem pro monialibus recipiendis in monaſterio, & n. 61. & ſeqq.*

23 *Relictum mulieri, eo adiecto grauamine, vt alteri reſtituat, ſi nupſerit, conſequitur ipſa mulier, etiamſi nubat.*

24 *Plurimi auctores referuntur, tenentes & teſtantes eſſe communem opinionem, quod in principali quæſtione poſita num. 1 monaſterium excludat ſubſtitutum: fallit primo, in monaſterio in communi incapace bonorum, num. 25. Secundo fallit, quoties clare conſtaret ne expreſſa voluntate teſtatoris in contrarium, numer. 23. Tertio fallit, ſi in conditione prædicta exprimeretur de veris & naturalibus filiis, non per iuris interpretationem, vel de eorum vero & non ficto matrimonio aut per alia verba æquipollentia, quæ neceſſario inferant de excluſione monaſterij cogitatum, n. 27. & 28. Fallit etiam, ſi appareret, teſtatorem voluiſſe agnationi conſulere bonaque in familia conſeruari, num. 29. Fallit etiam, ſi ſubſtitutus ſit filius teſtatoris, vt in n. 31. 32. & 35. quamuis alij contrarium teneant, vt in n. 33. & 34.*

30 *Conditio in maioratibus adiecta, vt in eis non ſuccedant monachi nec presbyteri, valida eſt.*

34 *In bonis extra legitimam, magis fauetur monaſterio & piæ cauſſæ, quam filiis; ſed contra n. 36. vbi de intellectu text. in c. quicunque 17. q. 4.*

35 *Melioratus filius in tertia hæreditatis parte, cum grauamine*, vt ſi ſine liberis deceſſerit, alteri filio teſtatoris reſtituat, ſi monaſterium ingrediatur, *non ſuccedit monaſterium in ea parte, quæ regitima eſt filiorum, ſed alter filius vocatus.*

37 *Monaſterium non excludit filium teſtatoris ſubſtitutum; ſi pia cauſſa ſecundo loco ſubſtituta ſit: quod procedit, etiamſi primus ſubſtitutus ſit extraneus, numero 38.*

39 *Text. in d. §. ſed & hoc præſenti, authent. de ſanctiſ. Epiſcopis, non procedit, ſi alia pia cauſſa fuerit ſubſtituta, quamuis non ſit æque pia cauſſa ac illud monaſterium, vt in n. 40.*

41 *Monaſterium quod non excludat ſubſtitutum ſub conditione*, ſi grauatus deceſſerit ſine liberis legitimis & naturalibus, vel ſine liberis ex ſe legitime deſcendentibus, vel ex ſuo corpore procreatis, late probatur, *& n. ſeqq. & n. 52. referuntur plures auctores eam tenentes, teſtantesque communem, & n. 53. ea eligitur ab auctore.*

42 *Sub ſimplici conditione non continetur mixta.*

43 *Fauoris ratio attendi non debet, cum ius tertij læditur.*

44 *Fauorabilis mere dici non poteſt ea diſpoſitio, quæ mixtum in ſe fauorem & odium continet.*

45 *Diſpoſitio dict. §. ſed & hoc præſenti, non eſt trahenda extendenda ad alios caſus & conditiones, quam in eo expreſſas, nempe nuptiarum ſiue defectus liberorum.*

46 *Text. in dict. §. ſed & hoc præſenti, non habet locum, vbi verba teſtatoris clara ſunt eiuſque mentem ſignificantia, ex quibus voluit diſpoſitionem ſuam naturaliter, non autem ciuiliter & per fictionem intelligi.*

47 *Communis vſus loquendi ſemper attendi debet.*

48 *Cum manifeſtus eſt teſtatoris ſenſus, verborum interpretatio nuſquam tantum valet, vt melior ſenſus exſiſtat.*

49 *Subſtitutio, ſi inſtitutus deceſſerit ſine filiis, intelligitur de filiis veris, non de fictis & quomodo hoc intelligatur.*

50 *In poteſtate inſtituti eſſe non debet, ſubſtitutionem à teſtatore factam illudere, irritamque reddere.*

51 *Filius adoptiuus non operatur defectum ſubſtitutionis factæ alicui*, ſi ſine liberis deceſſerit.

56 *Monaſterium non habetur pro filio, niſi tantum in caſibus à iure expreſſis & ad alios non extenditur, cum hæc ſit fictio quædam.*

59 *Doctores noſtri plerumque rationes non perſcrutantur & aues imitantur, quæ quando vna volat, aliæ omnes ſequuntur, & communis opinio non attenditur, quando alia opinio contra communem fundata eſt melioribus rationibus.*

61 *Vſus receptiſſimus habet ſine ſcrupulo, vt licite exigatur dos pro moniali.*

62 *Monaſterium ſi egens ſit, poteſt acceptare dotem pro alimentis monialis, abſque ſymania.*

63 *Præfectæ monaſteriorum monialium, etiamſi ſit expletus numerus earum, quæ ali poſſunt ex redditibus monaſterij, abſque culpa poſſunt ſufficienter dotatas admittere.*

64 *Moniales plures recipi non debent, quam ali poſſunt ex redditibus monaſterij.*

65 *Monaſterium monialium egens, ex pacto nihil aliud pro dote monialis recipere poteſt, præter illud, quod alendæ moniali ſit neceſſarium.*

66 *Conſuetudo & vſus Hiſpaniæ in recipiendis monialibus.*

67 *Numerus monialium vbi non eſt impletus, monaſteriumque diues ſit, illicitum eſſet, dotem ab ingredientibus exigere, hoc autem ceſſante, licet, vt in n. 68.*

69 *Prodigæ expenſæ & profani apparatus fieri ſoliti ex pacto tacito vel expreſſo, dum vel ingrediuntur monaſterium vel profeſſionem emittunt, non ſunt liciti.*

70 *Capit. fin. cum ſimilibus, de ſentent. & re iudic. loquens in matrimonio, libertate, dote ſeu teſtamento, locum habet in quacunque alia cauſſa fauorabili, prout eſt monaſterij ſeu Eccleſiæ.*

71 *Sic perſonis fauorabilibus debitores ſumus in iuſtitia, quod aliis iniuſtitiam facere non debeamus.*

72 *Diſpoſitioni text. in d. §. ſed & hoc præſenti, non cenſetur ſatisfactum ex ſolo ſacerdotio.*

73 *Limitatur hoc, ſi clericus bona ſua dediſſet Capellæ, cuius factus ſit ſacerdos, vel ſi omnia bona ſua vel ſaltem hæreditatem ſibi relictam expendat in pias cauſſas.*

## CAPVT XXXII.

Monaſterium an excludat ſubſtitutum, ſub conditione vocatum, ſi inſtitutus ſine liberis legitimis & naturalibus deceſſerit, vel ſine liberis, ex ſe legitime deſcendentibus vel ex ſuo corpore procreatis?

CONTROVERSIA in iure plurimum eſt ac difficilis quæſtio illa inſignis; *An monaſterium capax ſucceſſionis excludat ſubſtitutum vocatum ſub ea conditione, ſi inſtitutus ſine liberis legitimis & naturalibus deceſſerit, vel ſine liberis ex ſe legitime deſcendentibus, vel ex ſuo corpore procreatis?*

Qua in re pars affirmatiua ſequentibus fortiſſimis fundamentis & auctoritatibus aſtruitur.

Primo, quia monaſterium loco filij habetur, *vt in c. in præſentia, de probat.* vbi probatur, quod ſubſtitutio alicui facta, *ſi ſine liberis deceſſerit*, euaneſcit per ingreſſum monaſterij, quia non eſt intelligendum ſine hærede decedere, qui monaſterium ſibi hæredem inſtituit,

inſtituit,& ibi communiter Dd.ad hoc notant text.illum,
nempe, quod monaſterium habeatur loco filij,quando-
quidem ibi facit deficere præfatam conditionem, *ſi ſine
liberis deceſſerit*: ad idem allegari ſolet text.*in authen. de
ſanctiſſi.Epiſcop.§.ſed & hoc præſenti, collation.9.* vbi con-
ditio,*ſi ſine liberis deceſſerit*, grauato ingrediente mona-
ſterium pro inualida & non ſcripta habetur: idem pro-
bat text.*in authen.niſi rogati.*C.ad Trebel.&quamuis Al-
ciat.*conſil.33.num.6.lib.9.*exiſtimet,diſpoſitionem *dict §.
ſed & hoc præſenti*, non procedere in foro conſcientiæ,
quia huiuſmodi lex lata eſt contra defuncti volunta-
4 tem,& ideo Eccleſia,quæ eſt cultrix iuſtitiæ, *cap.1.§.ſed
d.verſu,de alienat.feu.*non debet eius bonis vti contra il-
lius voluntatem: & quamuis lex præſumat, quod ſi te-
ſtator cogitaſſet de monaſterio, talem conditionem non
appoſuiſſet, huiuſmodi tamen præſumptio in foro ani-
mæ non eſt tuta, cum in eo ſola veritas ſpectari debeat,
vt notat Ioann.Andreas *in c.is qui fidem,de ſponſal.*quod
Alciat.*vbi ſupra,num.8.& in l.quinque pedum,num. 20.in
fin.C.finium regund.*latius confirmat. Hæc tamen ipſius
ſententia admittenda minime eſt, cum prædicta lex
Iuſtiniani à iure Pontificio fuerit recepta in *dict. capit.
in præſentia*. Ius enim Pontificium magis ſequitur le-
5 gem Dei,† quam ſeculi,*vt in capit.filius,de teſtam.& in c.
cum eſſes,& in capit.relatum, eodem tit.* Abſit igitur, ius
Canonicum quicquam cõſtituiſſe in præiudicium ſalu-
tis æternæ, *cap.vltim.cum ſimilib. de conſuetud.*Ius nam-
6 que Canonicum † animas ad Deum dirigit. *Abb.in rub.
proœm.decret. num.16. verſic. idem conſidera.*Credendum
igitur eſt talem fuiſſe teſtatoris voluntatem, ſicut lex
7 ipſa conſtituit & interpretatur, tametſi † verbis refra-
gari quandoque videatur, *argumen. l.iam hoc iure,cum ſi-
mil.ff.de vulgar.& pupil.* & in terminis per prædicta con-
tra Alciat.tenet & probat Franc. Mantic. *lib.11. de con-
iect.vltim.volunt.tit.7. nu.2.fol. 286.* & ita illam ſenten-
tiam, nempe quod monaſterium loco filij habeatur, te-
ſtatur communem Iaſon. eam ſequutus *in authen. ſi qua
mulier,numer. 18.C.de ſacroſanct.Eccleſ.* & Decius *in dict.
cap.in præſentia,num 63.* & Ioann.Bapt.Villalob, ex Iaſ.
quem refert *in ſuis commun.opinion.litera M.nu. 188.* &
eam videtur probare gl.*in l.ſi ita quis commiſerit,§.ea leg.
verb.intereſt,*ibi, *vt Eccleſia quodammodo ſit de ſuis,ff.de
verb.obligat.ſequitur* Alexand *in l.verum,ff.de verb.oblig.*
quem refert Afflict.*deciſ.320.num.9.* congeri plurimos
Tiraquel.*in l.ſi vnquam,verb. ſuſceperit liberos, num.42.
C.de reuocand.donat.*& Menoch. *de ſucceſ. creat.§.21.num.
166.* vbi eam probat, dicens eſſe veriorem & receptio-
rem,quia etſi Romanus Pontifex *in dict. cap. in præſen-
tia.* id expreſſe non dicat, nempe monaſterium haberi
loco filij, firmat tamen ſine herede non deceſſiſſe, qui
monachus deceſſit ſeque in ſua monaſterio obtulit. He-
redis autem appellatione ibi intelligitur plane filius, vt
in illo text.*iuncta l.ex facto, §. final.cum ſimil ff.* ad Tre-
bell. Eandem etiam ſententiam cum aliis probauit D.
Mol.*lib.2.de primogen.Hiſpan.cap.9.num.42.*Cum igitur
monaſterium habeatur loco filij, & appellatione filio-
rum ſimpliciter facta intelligatur de filiis ex ſe natis, *vt
in l.fide commiſſum.ff. de condit. & demonſtrat. & l.ſi ita
quis, §.1.ff.de legat.2.* Ergo quamuis teſtator expreſſerit
prædicta verba, de quibus in noſtra quæſtione idem
erit dicendum,vt monaſterium excludat ſubſtitutum, ac
ſi prædicta verba non fuiſſent adiecta: quia expreſſio
eorum, quæ tacite inſunt, nihil operatur, *vt in l.3.ff.de
legat.1. l. non recte,C.de fideiuſſ.*Illis autem non expreſſis,
non eſt dubium, ad monaſterium bona pertinere, *vt in
de iurib* Ergo & illis expreſſis. Necoſtat, quod etſi vera
eſſet *ſupra* relata communis ſententia, quæ habet, quod
8 monaſterium loco filij habeatur, hoc tamen proce-
deret per fictionem, non vero ſecundum veritatem, vt
liquet & tenet Bald *in l.cum acutiſſimi,colum.1.verſ.qua-
ro quid ſit pater,C. de fideicommiſſ.* & probat Felin.*in dict.
cap.in præſentia,num.42.de probat. Afflict.deciſ.83. num.
14.*Id quod aperte intelligunt omnes, dicentes, mona-
ſterium haberi loco † filij, vt ex aliis affirmat Tiraquel.
*vbi ſupra, num.45.* Conditio autem debet adimpleri in 9
ſpecifica forma atque ad vnguem obſeruari, non vero
per fictionem, *vt in l.qui heredi, & in l.Mæuius, ff. de
conditionibus, & demonſtrat.*Iaſon *in.*Gallus, *§. & quid
ſi tantum, num. 13. ff.de liberis & poſtum & communiter
Doctores.*Præterea † filius fictus, ciuilis & improprius, 10
non excludit ſub ea conditione ſubſtitutum, *dict.l.fidei-
commiſſum, ff.de condit.& demonſtr.l.ſi ita quis,§.is qui in
tempus,ff.de legat. 2.l. vlt. C.de his qui veniam ætat. impe-
tra.*notat in ſpecie Paul.Caſt.*in dict. Authen. niſi rogati,*
quem refert & ſequitur Couar. *lib.1. variar. reſolut.cap.
19.num.6.in fin,*quia reſpondeo, quod ex quo fictio hæc
eſt à lege introducta † ſuper actu, de quo lex ipſa diſpo- 11
nere poteſt, vt ſcilicet fauore religionis monaſterium
loco filij habeatur & vna cum filiis ad ſucceſſionem ad-
mittatur, dicitur lex id facere vere, non autem ficte, vt
notat Anton.de Butr.*conſil. 20.* relatus à Iaſ. *in l.ſi is qui
pro emptore,num.224.ff. de vſucap.* quos citat & ſequitur
*deciſ.* Pedemontan. 126. *num.quinto*, & de eo,tanquam
de caſu vero, iudicandum eſt, *iuxta l.qui ad certum.ff.
locat. l. lex Cornelia, ff. de vulgari & pupillari ſubſtitu-
tione.*

Secundo, eadem † pars affirmatiua probatur, quia 12
etſi monaſterium loco filij non haberetur, adhuc alia
ratione ſubſtitutum excluderet in propoſito, ac condi-
tio pro non adiecta haberetur, ne ſcilicet religionis
profeſſio impediatur neue quis vita monaſtica & con-
templatiua auertatur: quod maxime odioſum eſt in reli-
gione Chriſtiana: Ita Ricardus,de Malubre relatus & ſe-
quutus à Butr.*conſ.1.incip.* Parmenſ. Doctor. communi-
ter *in de authen.niſi rogat, & in dict.cap.in præſentia,* Co-
uar.*vbi ſupra,num.7.in princip.* & eſt communis ſecund.
Rip.*in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, num.42.ff.ad* Trebell. 13
& ſicut reiicitur ea † conditio, quæ auertit à matrimo-
nio carnali,*vt in l.ſed ſi ſcor,§.vlt.& in l.quoties, ff.de con-
dit.& demonſtr. in rubr. C.de indict. viduit.tollen.* fortiori
ratione conditio illa † omnino reiicienda eſt, quæ à ma-
trimonio ſpirituali deterret ſecund. Aret. & Felin. *in de* 14
*cap.in præſentia,*quos refert & ſequitur Pariſ.*ibi numer.
127. & 143.* & Roland.à Vall. *conſil. 35. numer. 20. &
25 libro tertio*, forſan enim abſtinebit à religione, ſciens,
ea bona poſt eius obitum remanſura non eſſe penes mo-
naſterium.

Tertio, eadem † ſententia probari videtur ex eo, 15
quod ſi pater filiæ vel puellæ legauerit centum emplio-
remve quantitatem, ſi nupſerit, ſi vero religoinem in-
greſſa vel profeſſa fuerit, quinquaginta minoremve vel
aliam quantitatem, ſecund. receptiorem ſententiam fi-
lia vel puella ingrediens religionem habebit, eiuſque
monaſterium conſequetur maiorem ſummam ſibi à te-
ſtatore relictam, ſi nupſerit, ac ſi mulier ipſa nuptias
contraxiſſet, fauore religionis, ne ſcilicet quis metu amit-
tendi legatum maius, abſtineat ab ingreſſu religionis:
Barthol. & Socin.*in l.2. ff. de his quæ pœnæ nomine*, An-
ton.de But. *num.27.* Aretin.74. Felin.37.*in dict. cap. in
præſentia,vbi* Pariſ. *num. 144.* eam communem appellat
& ibi etiam Beroius *numer.494.* idem fatetur eam ſequu-
tus Iaſon.*in authen.ſi qua mulier, colum.3.num.11.& 15.
C.de ſacroſanct.Eccleſ.*& Ioannes Crotus *in l.nemo poteſt,
fol.7.ff.de legat. 1.* eadem ſententiam probauit Ioannes
Andr.*in addition.ad ſpecul.in 4. part.ſub rubr.de ſtatu mo-
nach.Roman.in l. ſtipulatio hoc modo concepta, colum.7.in
verſicul. vltim. ff. de verb. obligat.* quem refert additio
Abb.*in dict.capit. in præſentia, in verſicul.ex his patet de-
ciſio:* & hanc eſſe tenendam & ab eo non recedendum
in iudicando & conſulendo, teſtatur Thomas Ferratius
*cantel*



*cantel.9.*& eſſe communem affirmat Decius *conſil.674.
n.4.* vbi quod ab ea non eſt recedendum in iudicando
& conſulendo: communem quoq; teſtatur Rip. *in l. 1.
n.62.ff.ſolut.matrim.*& Viuius *in ſuis communib. opinio-
nib.verb. filiæ relinquens pater*, & eſt communiter rece-
cepta ſecundum Octauian. Cacheran.*deciſ. Pedemont.
ſuprad.126.n. 6.* & ante eum eandem teſtatur commu-
nem & plurimorum auctoritate munitam eſſe plures
allegans Cou.*d.l.1.variar.c.19.n.9.* & hanc partem vti
communem amplectitur Marſil. *in rubric. de fideiuſſor.
n. 127.* vbi idem exemplificat & tenet in legato facto
homini de mille, *ſi duxerit vxorem*, & ducenta, *ſi reli-
gionem intrauerit, vel habitum clericalē aſſumpſerit:*Ean-
dem præcedentem ſententiam tenet Pariſ. *conſil. 65.
col.4.vol.2.*vbi inquit,hanc partē veriorem & commu-
nem, quam tanquam magis receptam ſequitur Socin.
*conſil. 169.col.1.l.2.* inquiens, ab ea in iudicando non
eſſe recedendum tanquam magis communem docto-
rum virorum, ſecundum quam ſæpe conſuluit, rurſus
*conſil.141.col.4.n.3.verſic.nec obſtat,ſi dicatur, l. 2.* Deni-
que articulum hunc latiſſime diſputat pro vtraque
parte & hanc plurimos referens, ſequitur & commu-
nem appellat, dicens, firmatam eſſe pluribus & me-
lioribus auctoribus, auctoritatibus præſtantibus,pon-
dere, numero & menſura: Ergo in iudicando amplec-
tenda. Roland. à Valle *d. conſil. 35. n.16.& ſeq. vſque
in fin.conſilij,l. 35.*qui *n.29.*teſtatur,cum hac eſſe magis
communem ſcholam ſcribentium & conſulentium, à
qua nullatenus in iudicando & conſulendo eſt rece-
dendum, ſecundum ipſum *ibidem.*

16 Sed † adhuc retenta hac communi ſententia dari
potius cautela,ſi pater velit minus relinquere filiæ nu-
benti,quam religionem ingredienti,vt dicat;*Relinquo,
vel lego filiæ meæ centum, & qui ducet eam in vxorem, re-
linquo mille,*quia in hac ſpecie licet monaſterium ingre-
diatur, non poterit petere illa mille, quia non ſunt le-
gata mulieri,ſed ei,qui ducet eam in vxorem:ita ſingu-
lariter Barbat *in l.2.ff.de his quæ pœn.nom.*Conſuluit ta-
men hoc addi,vt illud,quod relinquit marito, ſit pre-
tium dotis, alias ipſe ſibi haberet: quod & probat
Socin.*ibid.*& Felin.*in d.c in præſentia,n.37.*Iaſ.*in auth. ſi
qua mulier,col.3. in princ.* Ioan. Dilect. *de arte teſtand.in
tit.de legat. cantel. 64.* vbi inquit,quod cautela adiuua-
tur naturali æquitate,*vt in l.ſcire oportet, §. ſufficit.ff.de
excuſat.tutor.* quos refert & ſequitur Roland. à Valle
17 *vbi ſupra,n.31.* Quare † idem erit,ſi eſſet factum lega-
tum pro dote mulieris,vt nubat certæ perſonæ: Nam
ſi ille nubere recuſet, non poterit abſque dubio reli-
gionem ingrediendo conſequi huiuſmodi legatum, vt
eleganter probauit Bald. Nouel.*in tract. de dote, 6.part.
priuileg.77.n. 3.* vbi *& in num ſeqq.* quid ſi illa perſona
à teſtatore deſignata,cui nubere debeat, eſſet mortua?
Ex his igitur patet prima limitatio ad præfatam magis
communem ſententiam.

18 Secunda† limitatio eſt & à fortiori,quoties expreſſe
teſtator contrarium caueret,adiiciendo nempe,*quod ſi
religionem filia mea ingrediatur,nolo eam habere, niſi tan-
tum, centum nempe, aliamue quantitatem, vel ſe nolle fi-
liam centum vel mille habere,niſi matrimonium contraxe-
rit*, ſecundum Viuium *vbi ſupra*: & hoc primo, quia
textus *in dicto §. ſed & hoc præſenti, cum ſimilibus*, eſt
exorbitans à regulis iuris communis, volentibus con-
19 ditionem † debere impleri in ſpecifica forma, vt eſt
prædictum: & quia eſt contra diſpoſitionem *l. fidei-
commiſſum,ff.de conditionib. & demonſtrationib. & l.ſi ita
quis,§.is cui.ff.de legat.2.*exorbitat etiam à mente teſta-
toris,& ideo non debet extendi ad alios terminos vel
caſus,quam *ibi* poſitos,qui ſunt ſimplicis conditionis
nuptiarum vel liberorum,*argument.l.ius ſingulare, & l.
quod vero contra.ff.de legib.* & notant in terminis gloſſ.
& Doctores *in d. auth. niſi rogati*, & Bald. *Nouell. vbi
ſupra,num. 4.*& Auguſtin. Bero *quæſt. famil.34.*per tot.
Rip.*in l. ex facto,§.ſi quis rogatus, n.57.ff.ad Trebellian.
deciſ. Pedemont.ſupra citata,n.12.& 13.* eſt verius & re-
ceptius,ſecundum Coſtam *in c.ſi pater,in 1. p.in verb.ſi
abſque liberis,num.70.de teſtam.in 6.* In noſtra autem li-
mitatione expreſſe cauetur contrarium: Ergo volun-
tas teſtatoris expreſſe ſeruanda eſt. Secundo, eadem
limitatio probatur, quoniam ſic etiam, vt *infrà* dice-
mus, ſecundum communem Dd. ſententiam, ob ex-
preſſam teſtatoris voluntatem, ſubſtitutus præfertur
monaſterio,quod à propriis bonis iure potuit teſtator
alienare: & ita hanc ſecundam limitationem aduerſus
Aretin.*in d.cap.in præſentia*,contrarium tenentem pro-
bare videtur Couarr. *vbi ſuprà,num. 9.* & eſt veriſſima
meo iudicio.

Tertio,† limitari poſſunt ſupradicta,vt procedant, 20
prout videntur vere loqui in legato facto certæ perſo-
næ maritandæ:ſecus in legato generali relicto pro do-
te incertarum virginum maritandarum: Qua cum in
hac ſpecie poſſit voluntas teſtatoris verificari atq; im-
pleri in aliis puellis, quæ velint matrimonium carnale
contrahere,merito quod non mutetur in alium vſum,
quamuis pium:quæ ratio ceſſat in legato relicto certæ
virgini maritandæ,quæ ſi religionem ingrediatur,ad-
impleri pia defuncti voluntas præfata non poteſt,niſi
eidem religionem profitenti,hoc eſt,monaſterio ipſius
præſtetur, quomodo ipſa profecto adimpletur, vt ius
interpretatur ſpeciali fauore religionis,*vt in d.§.ſed &
hoc præſenti,cum ſimil.* qui cum in hac ſpecie loquatur,
non vero in legato generali & ſic exorbitans ſit à iure
communi & mente tacita teſtatoris, merito vt extra
ipſius caſus trahendus non ſit, vt modo dicebamus,
Et in ſpecie noſtræ huius limitationis ita decidit Bald.
*in d. authent. niſi rogati,num.11.* vbi quærens;Nunquid
monaſterium habeatur loco filij in aliis caſibus,quam
poſitis in illa authentica,quæ fuit deſumpta *ex d. §.ſed
& hoc præſenti*,dicit, quod gl. notabilis determinat *ibi*,
quod non,& quod ideo exſequutores deputati ad vir-
gines maritandas,non poſſunt dare hanc quantitatem
virgini intranti monaſterium, quia non habent in
mandatis: & quia maritare pauperes virgines, eſt pia
cauſa, quæ non poteſt excludi per alium pium vſum,
*vt ibi,& in clem.quia contingit,de relig.dom.*& hoc mo-
do hæc doctrina Bald.liberatur à deciſione text.*in d.§.
ſed & hoc præſenti,& d.auth.niſi rogati*,qui,niſi ita intel-
ligerentur,vt prædiximus,eidem Bald.illationi ſupra-
dictæ maxime obſtarent:interpretati vero *vt ſup.* ni-
hil eidem contradicunt, & ita poteſt etiam defendi
opinio hæc Bald.à ſupradicta magis communi ſenten-
tia,intelligendo,vt ipſa procedat in legato relicto cer-
tæ virgini maritandæ,ſecus in legato generali pro cer-
tis maritandis virginibus relicto, quo caſu limitatur
præfata magis communis ſententia, iuxta dictam do-
ctrinam Bald. quam in terminis referunt & ſequuntur
Bertac.*in ſuo repert.verbo, legatum pium verſic. vigeſimo
quinto*,Bald.Nouell.*vbi ſup.num. 1.* & Baeça alios alle-
gans *de non meliorand. ratione dotis filiab.c.14 n.9.*Palac.
Rub. *in repetit. rub. de donation. inter virum & vxorem,
ſuper verbo, dictus Rodericus, §. 12. incip. tertio propter
neceſſitatem,n.6.* Didac. Perez *in l.1.tit.2.lib.5.ordinam.*
Barbat.*conſil.23.col.2.& 3.lib.1* quamuis Boet. *deciſ. 3.
num.12.*teneat Bald. *in d.authent.niſi rogati*,velle,malo-
rem dotem dandam eſſe hoc caſu mulieribus maritan-
dis, quam intrantibus religionem. Ego vero contra-
rium credo, nempe Bald. id voluiſſe, ſed potius, quod
prædiximus, vt ex eius litera *ſupra* relata patet: quod
etiam tenuimus *conſil.26.n. 13. & 14.* * & ſequitur ad-
uerſus Ioan. Crot. Mantic. *de coniectur. vltim. voluntat.
lib. 1. tit.13.n.5.** Si igitur non obſtante ſpeciali pro-

uiſione teſtatoris, qui de religione cogitauit, relinquendo quinquaginta mulieri monaſterium ingredienti, ad plenius legatum centum aureorum monaſterium contra mentem teſtatoris admittitur, multo magis idem ſtatuendum erit, vbi nulla facta eſt prouiſio expreſſa à teſtatore, prout in quæſtione principali, de qua agimus, facta non fuit, cum lex præſumat, quod ſi de monaſterio cogitaſſet, veriſimiliter voluiſſet ſubſtitutum ab eo excludi: prout hanc rationem ſenſiſſe videtur Paul. de Caſtro *in d. auth. niſi rogati, n. 4.* quem ſequitur Alexand. *conſil. 121. n. 12. vol. 2.* Dec. *conſil. 259. n. 1.* Ex tacita igitur mente teſtatoris à lege interpretata, videtur dicendum, locum non eſſe ſubſtitutioni, admiſſo monaſterio.

21 Quarto † facit pro eadem ſententia, quia illud, quod relinquitur cauſa dotis, neceſſario intelligitur pro matrimonio carnali, *vt in lib. 3. ff. de iure dot. & in l. fin in*
22 *princ. C. de donat. ante nupt.* Pro † matrimonio namque ſpirituali, videlicet pro introitu monaſterij, non poteſt dos dari, *vt in cap. non ſatis, de ſimon. melior text. in cap. quoniam, 40. in ordine, eod. tit. & in cap. periculoſo, de ſtatu reg. lib. 6.* quod modo innouat Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. c. 3. de regul.* vbi quod non admittantur plures moniales in monaſterium, quam ali poſſint, & quod ſit ſimonia, recipere moniales cum dote, *eſt extrauagans Vrbani V. ne in ea*, & probat late Dionyſius *l. 1. & 2. de ſimonia*, licet nihil accipiatur pro ingreſſu religionis, ſed tantum ſuſtentationis gratia: nec excuſat ab hoc monaſterij paupertas: & tamen illa, ſiue dotis cauſa remittitur & pro non ſcripta habetur, aliquo ingrediente monaſterium in caſu *d. §. ſed & hoc præſenti*, licet non poſſit dici, quod conditio ciuiliter impleatur: Ergo in caſu propoſito licet non poſſit dici impleta conditio ciuiliter, ita quod filij dicantur ex ſe nati: monaſterio tamen debent remanere dicta bona, ſublata dicta conditione: idemque poteſt dici de eo, quod relinquitur cauſa donationis propter nuptias, *vt in d. § ſed & hoc præſenti.*

23 Quinto † facit, quia ſi mulieri relinquatur aliquid & ipſa grauetur onere fideicommiſſi, *ſi nupſerit*, ipſum præſtare non tenetur, etiamſi nupſerit, *vt in l. quoties, ff. de cond. & demonſt.* ne nuptiæ impediantur, timore enim illius grauaminis non nubet, *vt in l. heres meus, §. fin. ff. de cond. & dem.* multo igitur magis non valebit ſubſtitutio in propoſita ſpecie, quia eſt impedimentum religionis & vitæ contemplatiuæ, quæ longe melior eſt, quam actiua, *vt in auth. de monach. in princ. & ibi notatur, collat. 1. & dictum eſt ſuprà*, facit text. *in l. Titia ſi nupſerit, ff. de cond. & demonſt.* vbi ſi filiæ teſtator legauerit centum, *ſi nubat*, & ducenta, *ſi non nubat*, quamuis nubat, conſequetur plenius legatum, ne mulier retrahatur à matrimonio carnali: Ergo idem in noſtra quæſtione dicendum eſt, ne retrahatur inſtitutus à matrimonio ſpirituali: de cuius *l. Titia* intellectu agit Couar. *vbi ſuprà, n. 9.*

24 His † & aliis fundamentis hanc ſententiam principalem probarunt Dyn. *in l. ſi ita quis, §. fin. ff. de legat. 2.* & Ricard. de Malumbre, eoſque referens Bart. *in d. l. ſi ita quis, §. is cui*, & *ibi* Fulgoſ. *& in l. ſi ita quis, §. ea lege, ff. de verbor. obligat. & in d. auth. niſi rogati*, & *ibi* Cyn. Angel. Alberic. & Paul. idem Bart. *in ſuo conſil. 1. per totum*, quem ſequitur & latiſſime octo fundamentis probat Alexand. *conſ. 121. n. 3. & ſeq. vol. 2. & conſi. 35. ſuper contentis, l. 5. & conſil. 92. viſo themate, lib. 4.* vbi teſtatur, quod communis ſententia eſt pro monaſterio: & ante eum tenuit Bald. *in d. cap. in præſentia, num. 8. verſic. ſed quid ſi teſtator, de probationib.* Paulus Caſtrenſ. *in d. authen. niſi rogati, num. 3.* idem Paulus *in d. l. Deo nobis, n. 4.* Anton. de Butr. & Abb. *in d. cap. in præſentia, n. 84.* Aret. & Felin. *ibid. n. 36. verſic. & iſta denotans difficultatem*, & *ibi* Dec. *num. 58.* eam late probat, dicens communem cum Alexand. eandem etiam tenet Lapus *allegat. 129.* factum ſuper quo Angel. *in diſputat. nobilis quidam, & conſil. 8. quæſtio hæc difficilis eſt*, idem Dec. *conſil. 259. n. 1. 2. & 3.* expreſſim loquens in terminis noſtris, quando eſſent appoſita illa verba; *Si ſine liberis ex ſuo corpore procreatis, vel ex ſe legitime deſcendentibus, &c.* Et clarius in eiſdem terminis *in conſil. 426. col. 1. n. 1. & 2.* vbi quod iſta eſt communis opinio Iaſ. *in d. auth. ſi qua mulier, num. 18. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Rip. *in l. ſi vnquam, quæſt. 34. n. 92. C. de reuoc. don.* vbi plures citat & teſtatur communem opinionem, & latius *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, num. 37. cum ſeq. ff. ad Trebell.* vbi dicit communem eamque ſequitur, dicens, quod ex prædictis verbis *ſi ſine liberis deceſſerit ex ſuo corpore procreatis*, non redditur manifeſta voluntas teſtatoris, quod de monaſterio cogitauerit & de eo excludendo à ſucceſſione ſenſerit, cum potuerit intelligere de excluſione adoptiuorum & eorum, qui de legitimo matrimonio nati non ſunt. Eandem ſententiam bene defendit Pariſ. *in d. c. in præſentia, n. 136.* & ſeq. poſt Barbat. *conſil. 20. vol. 1.* Bertrand. *conſil. 123. incip. thema conſultationis, volum. 2.* Ruin. *conſil. 153. in fin. vol. 3.* eamque ſequutus eſt & communem teſtatur Aymon Crauet. *conſi. 152. vol. 1.* alios citat Roland. à Valle *d. conſi. 35. n. 12. l. 3.* & hæc eſt communis opinio Doctorum *in d. c. in præſentia*, ſecundum Bald. Nouel. *vbi ſup. n. 5.* vbi cum ea tranſit: Hanc teſtatur communem, plurimos referens Menchac. *de ſucceſſ. creat. d. § 21. n. 167.* & hæc opinio eſt magis communis & pluribus & fortioribus rationibus & auctoritatibus munita, & per conſequens in iudicando non eſt recedendum ab ea, vt teſtatur Alex. *d. conſil. 121. num. 11.* cuius additio *num. 3.* inquit, quod Alexand. in hoc habet ſecundum communem opinionem Legiſtarum & Canoniſtarum, vſque hodie: quia dicunt omnes communiter, & nominatim Dec. *conſil. 426.* quod etiamſi potuit teſtator excludere monaſterium, tamen non cenſetur per illa verba; *Si deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus*, monaſterium velle excludere nec de eo cogitaſſe: imo idem eſt, etiamſi dictum ſit, *ſi deceſſerit ſine liberis legitimis & naturalibus ex ſuo corpore procreatis*, ſecundum Alexand. *ibidem*, cum quo adhuc communis opinio videtur ſtare in hoc, vt inquit eius additio *ibidem*. Eandem etiam ſententiam Bart. teſtatur magis communem, plurimos allegans, qui eam ſequuntur, additio eiuſdem Bart. *dict. conſil. 1. lit. B.* ſequuntur etiam plurimi relati à Franciſc. Mantica *de coniectur. vlt. voluntat. l. 11. tit. 7. num. 18 & ſequent.* vbi eam dicit communem & magis communem in fauorem monaſterij, in conditionibus relatis *ſuprà* in ſummario huius capitis. Eandem communem cum pluribus auctoribus refert nouiſſime Didac. Perez *in l. 1. tit. 2. l. 5. ordin fol. 134. col. 2.* * Et poſt huius operis primam editionem, Velazquez *in l. 40. Tauri gl. 4. n. 30.* vbi eam ſequitur. *

Hæc † magis communis ſententia primo limitatur, 25
vt procedat in monaſterio, quod in communi eſſet capax bonorum, vt prædiximus: ſecus ſi filius ingrederetur monaſterium, quod in communi non eſſet capax bonorum: ita Alexand. dicens eſſe communem, *conſil. 13. circa primum, vol. 3.* prout eum refert additio Bart. *d. conſil. 1. lit. B. ad fin.* aduerſus Angelum aliter ſentientem *conſi. 86. incip. Ioannes ſuum condidit teſtamentum, in 2. col.* & Doctores communiter ita declarant *in d. c. in præſentia*, exemplificantq; in fratribus Minoribus, qui omnino incapaces eſſe dicũtur, & in fratribus Mendicantibus, *vt in clem. exiui de paradiſo, de verb. ſig.* Eandem limitationem probarunt, poſt alios, quos referũt, Rip. *in d. l. ex facto, §. ſi quis rogatus, n. 42.* Pariſ. *conſ. 65. n. 11. l. 2.* Boer. *deciſ. 354. n. 8.* quos refert & ſequitur deciſ. Pedemont. 126. n. 26. & 27. vbi teſtatur communem: eſt communis etiam ſecundum Euerard. *in ſua centuria legali, loco 33. de matrim. carnali ad ſpiritual.* & ſecundum Franc. Mantic. *vbi ſup. de coniect. vlt. volunt. l. 11. tit. 7. n. 8.* vbi quod hoc caſu ſubſtitutus admittitur impleta conditione, imo ſtatim facta profeſſione ſecundum communem, quam *ibi* plures allegans ſequitur.

26 Secundo, † eadem recepta ſententia limitatur, quoties clare conſtaret de expreſſa voluntate teſtatoris, volentis excludere monaſterium ſubſtitutumque eidem monaſterio præferendum eſſe: ita in ſpecie opinantur Paul. de Caſtro & Corn. *in d. auth. niſi rogati*, Alex. *d. conſi. 121. n. 15. l. 2.* & *ibi* eius addit. Dec. *in d. c. in præſentia, n. 58.* idem Dec. late *conſi. 259. col. 2. & c. 426.* idem pluribus rationibus probat Rip. *d. §. ſi quis rogatus, n. 39.* Eandem probat, dicens omnes tenere, Laur. Calcan *conſil. 7. n. 24.* & Gualdenſ. *de arte teſt. tit. de ſubſtit. cautel. 18.* & Couarr. *l. 1. var. c. 19. n. 8. & 11.* Eandem profitetur eſſe communem opinionem Menchac. *vbi ſup. n. 186.* & eſt cõmuniter approbata ſecund. Coſt. *vbi ſup. n. 68.* Eandem plures referens, probat Mant. *vbi ſup. n. 18. & 19.* & proculdubio tanquã veriſſima & receptiſſima eſt tenenda in iudicando & conſulendo. * Sequitur plures referens Men. *lib. 4. præſ. 83. n. 3. cum ſeqq.* late eam probans & reſpondens fundamentis contrarium tenentium, quos etiam citat *n. 16.* referens ex Curt. Iun. eſſe communem ſententiam cõtrariam, ſed falſo. *

27 Quinimo † ſecundum additionem Alexand. *d. conſil. 121. n. 5. lit. A. lib. 2.* idem erit, ſi in prædicta conditione exprimatur, de veris & naturalibus filiis, non per iuris interpretationem, ſecundum Bart. & Paul. *in d. l. Deo nobis, C. de Epiſcop & cleric.* addit. Bald. *in d. authent. niſi rogati, n. 9. lit. F.* vel de eorum vero & non de ficto matrimonio aut per alia verba æquipollentia,
28 quæ † neceſſario inferant de excluſione monaſterij cogitatum, ſecundum Dec. *conſil. 259.* & Rip. *in d. l. ſi vnquam, q. 34. & § ſi quis rogatus, n. 38. cum ſeq.* Quæ ampliatio huius ſecundæ limitationis mihi vera videtur & tenenda: & quamuis Rip. *vbi ſupra*, loquatur, quando conſtat expreſſe de voluntate teſtatoris, hoc eſt, in caſu huius ſecundæ limitationis: eadem tamen ratione conſtat ipſius præfata ampliatio, & ita Dec. *in d. conſil. 259. n. 2. & 3.* limitat, ſi certiſſimis coniecturis, deductis ex mente teſtatoris, poſſit apparere voluiſſe admitti ſubſtitutum aduerſus monaſterium: vt ſi teſtator dicit; *Si deceſſerit ſine filiis maſculis legitimis & naturalibus, ac de eorum vero & non ficto matrimonio, & eorum vero corpore deſcendentibus*: ſequitur Cou. *vbi ſup. d. num. 11.* eandem ampliationem ſequitur deciſ. Pedemont. *ſuprad. 126. n. 24.*

29 Tertio, † præfata magis communis ſententia limitatur, ſi appareret, teſtatorem voluiſſe agnationi conſulere bonaque in familia conſeruari: vt ſi teſtator agnationis nominiſque ſui in hoc fideicommiſſo relinquendo curam aliquam geſſiſſe viſus fuerit, maioratum conſtituendo: Nam ſi ad monaſterium hoc caſu primogenium vel maioratus deferatur, prorſus interibit nomen ac memoria teſtatoris. Ita Dom. Anton. de Padilla *in l. cum acutiſſimi, n. 44. C. de fideicommiſſ.* deſumens hoc ex Dec. *d. conſil. 159.* adde eundem Dec. *d. conſil. 427.* ſequitur Couarr. *vbi ſuprà, num. 12.* & hæc limitatio eſt indubia, vt cum aliis probauit Franciſcus Mantica *vbi ſuprà, n. 11.* & Pelaez *de maiorat. 2. p. q. 3. n. 22.* & Menchac. *de ſucceſſ. creation. §. 21. n. 166. in fin. & n. 169.* vbi dicit, quod hæc videtur communis opinio, * ſequitur nouiſſime Vincentius de Franchis *deciſ. Neapolit. 29. n. 1. & 7.* amplians *num. 8. cum Alciat.* hoc procedere, etiam vbi tacite conſtaret de mente teſtatoris, vt quia fideicommiſſum concerneret fauorem familiæ: ſequitur etiam Menoch. *vbi ſuprà, n. 45.* plures referens. * Ex qua limitatione infertur, in primogeniis, maioratibus & meliorationibus, eam conditionem validam admittendamque eſſe, ex qua primogenium vel melioratio ita primogenitis deferatur, vt nec Monachis nec Presbyteris competere poſſit, imo eo ipſo, quod quis eiuſmodi bonorum poſſeſſor Monachus aut Presbyter factus fuerit, ea bona ſtatim ſequenti ex familiæ nomine deferantur. Non † enim 30
iſta conditio aſcribitur, vt à religione quis auertatur, ſed in familiæ fauorem, ne ea bona extra familiam alienentur, & quia ſimiles inſtitutiones primogeniorum ipſaque primogenia minime conueniunt Monachis nec Presbyteris: quod in ſpecie notat Palac. Rub. *in rubric. de donation. inter virum & vxorem, §. 16. n. 14.* ex quo & ex Alexand. & Iaſon idem probat Couarr. *d. num. 11.* & Anton. de Padill. *vbi ſuprà, num. 45.* D. Molina *de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 13. num. 99.* late & optime Pelaez *de maiorat. 2. p. q. 3. num. 1. & ſeq. vſque ad num. 6. excluſiue.*

Quarto, † ſupradicta communis ſententia monaſte- 31
rio fauorabilis, limitatur, ſi ſubſtitutus ſit filius eiuſdem teſtatoris: tunc enim in præfata ſpecie noſtræ quæſtionis, huiuſmodi ſubſtitutus in totum excludet monaſterium, quod alter filius grauatus ſub prædicta conditione ingreſſus eſt: Quia ſi teſtator voluit monaſterium excludi à nepotibus ſeu filiis naſcituris ex filio grauato, quos minus dilexit, quã filium ſubſtitutum, vt patet, quandoquidem ipſi faciunt deficere conditionem: Ergo magis voluit, quod excluderetur ab ipſo filio ſubſtituto, *arg. l. ſi viua matre, C. de bonis mater. & l. Publius, ff. de condit. & demonſtr.* Secundo ex text. *in cap. quicunque, 17. quæſt. 4.* vbi inquit text. *Quicunque vult exheredato filio heredem facere Eccleſiam, quærat alterum, qui ſuſcipiat, non Auguſtinum*, imo, Deo propitio, neminem inueniet: cuius capituli verba ſunt D. Auguſt. *in ſerm. de vita clericor. 52. ad fratres in erem. tom. 10. fol. 314.* licet Tiraquell. *in l. ſi vnquam, in princ. n. 60.* dubitauerit, illius capituli verba eſſe D. Auguſt. vt curioſe oſtendit Couarr. *vbi ſuprà, n. 5.* Præterea in fauorem filij ſubſtituti hoc caſu trahere nos debet paterna pietas & naturalis ratio ſecundum Bald. *in l. Deo nobis, C. de Epiſcop. & cleric.* & in terminis pro filio contra monaſterium tenet idem Bald. *in d. authent. niſi rogati, n. 9.* & conſuluit idem Bald. *conſil. 197.* teſtamentum Pychareli, *l. 1.* vbi dicit, ita fuiſſe iudicatum: ſequitur Socin. *in l. cum auus, num. 42. ff. de condit. & demonſtrat.* Rip. *in l. ex facto, § ſi quis rogatus, num. 41.* Iaſ. *conſil. 212.* alta & valde profunda, *col. 2. in 1. p.* vbi allegat Bald. Fulgoſ. & Alexand. ſequitur etiam Nicol. Boer. *deciſ. 314. num. 7.* vbi allegat Bertrand. & practicam Papienſ. Andr. Alciat. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, in 2. lect. num. 7. ff. de liber. & poſthum.* Auguſt. Beron. *in d. c. in præſentia, n. 458. de probat.* Ioan. Dilect. Guald. *de arte teſtand. tit. 5. de ſubſtit. caut. 18. num. 4.* Dec. *in l. licet, C. de pact.* vbi concludit, filiis magis hoc caſu, quam monaſterio, etiam vltra legitimam, fauendum eſſe: & *in conſil. 419. num. 4.* vbi tenet, voluntatem teſtatoris impediri non debere, fauore religionis & Eccleſiæ, quem ſequuntur moderni Papienſ. *in annotat. ad d. l. licet, & in d. c. in præſentia*, Grat. *reſponſ. 3. n. 61. & conſil. 11. n. 9. vol. 2.* Ber. *conſil. 114. num. 21. & ſeq. vol. 2.* & hæc eſt magis communis opinio, ſecundum Octau. Cacheran. *d. deciſ. 126. n. 26.* qui eam probat, etiam *n. 17. & 23.* loquens etiam in bonis extra legitimam: & in fine deciſionis inquit, contra monaſterium iudicaſſe Senatum. Eandem fatetur magis communem Coſta *in cap. ſi pater, verbo, ſi abſque liberis, n. 66. de teſtament. in 6.* & hæc opinio indubia eſt apud Menchac. hoc ipſum teſtantem *d. § 21. n. 170.* Cui ſententiæ & illa ratio patrocinatur, quod à communiter accidentibus & ex coniecturata mente teſtatoris

videmus, patres velle bona ad filios potius, quam ad
Eccleſiam peruenire, cum ipſo iure naturali inſpecto,
ad patrum ſucceſſionem filij vocentur, vt pulcre notat
Oldrad. *conſil. 94. n. 8.*
32 Quinimo, † vt ex pleriſque auctoribus ſupradictis
patet (quandoquidem ſimpliciter & generaliter lo-
quuntur in conditione, *ſi ſine liberis deceſſerit*) procedit
& hæc limitatio, etiamſi teſtator nihil de liberis legiti-
mis & naturalibus, nec de ex ſuo corpore natis vel de-
ſcendentibus expreſſiſſet, ſed tantum loqueretur ſim-
pliciter, *ſi filius meus ſine filiis vel liberis moriatur, ſubſti-
tuo Martinum alterum filium meum.* Hoc etenim caſu &
ſupradict. rationes, pro ſuperiori quarta limitatione
adductæ, concludere atq; arctare videntur, vt filius te-
ſtatoris ſubſtitutus monaſterium excludat, vt conſtat
ex omnibus prope auctoribus *ſup.* citatis: & in his ter-
minis etiam probat, plures referens, dicens eſſe com-
munem opinionem & ab ea non eſſe recedendum, pu-
tans Mant. *vbi ſup. n. 13.* Ex qua communi concluſione
limitari poteſt deciſio text. *in d. §. ſed & hoc præſenti,
cum ſimil.* vt non procedat, quando filius teſtatoris fue-
rit ſubſtitutus: ita deciſio Pedemont. *vbi ſuprà, d. n. 26.*
33 Verum † contrariam omnino ſententiam præceden-
tis limitationis 4 pro monaſterio contra filium ſubſti-
tutum probauit Philip. Dec. *conſil. 426. in duobus, n. 3.*
loquens in ſimplici conditione, *ſi ſine liberis deceſſerit,
&c.* dicens, quod ſi grauatus fideicommiſſum reſtitue-
re poſt mortem, ſub vna ex cõditionibus, de quibus *in
d. § ſed & hoc præſenti*, fiat Monachus, tũc monaſterium
ſuccedit & excluditur ſubſtitutus, quamuis ſit filius
teſtatoris: hoc ipſum pro conſtanti videtur habuiſſe.
Pariſ. *conſil. 65. in 2. p.* vbi tribus filiabus hæredibus in-
ſtitutis & reciproco fideicommiſſo grauatis ſub con-
ditione, *ſi ſine liberis decederent*, propoſitum eſt, duas ex
filiabus prædictis religionem fuiſſe profeſſas & dubi-
tatum fuit de viribus fideicommiſſi: & reſpondet
Paulus Pariſ. quod reliqua filia ſuccedere debet, quo-
niam monaſterium erat incapax bonorum in commu-
ni: quaſi ſecus futurum fuiſſet, ſi monaſterium eſſet ca-
pax bonorum, excludere enim debuiſſet ſubſtitutam
ſororem eamque teſtatoris filiam: quam ſententiam
probauit Greg. Lop. *in l. 1. tit. 4. p. 6. in gloſſ. de xaſſe hijos,
per illam l. & per l. cum auus, ff. de condit. & demonſt.* eam-
que veriorem ſibi videri ac magis congruere intentio-
ni & menti Iuſtiniani *in d. auth. de ſanctiſſ. Epiſc. § ſed
& hoc præſenti*, teſtatur ſubtilis Coſta *in d. c. ſi pater, 1.
p. in verb. ſi abſque liberis, n. 64.* eamque ſequitur Mench.
*vbi ſup. d. n. 170.* Nec tenentibus hanc partem obſtat *d.
cap. quicunque, 17. q. 4.* quia intelligunt iuxta mentem
Anchar. *conſil. 46. prima facie videtur, n. 1.* vt ſcilicet pro-
34 cedat, quando † ageretur de exhæredatione filij in to-
tum: ſecus ſi de aliis bonis, præter legitimam tractare-
tur, quia in his magis monaſterio & piæ cauſæ fauen-
dum eſſet, quam filiis, vt etiam ſentit Aretin. *conſil. 12.*
in cauſa Nicolai, *col. 2.* & Alexand. *in conſil. 92. num. 8.
vol. 3.* & probat Iaſ. *in auth ſi qua mulier, n. 5. 6. & 7. C. de
ſacroſanct. Eccleſ.* & tandem teſtatur Dec. *vbi ſup. n. 8.*
Hanc eſſe communem opinionem, quam nititur pro-
bare *ex d. §. ſed & hoc præſenti*, dupliciter inducendo
eum, vt *ibi* per ipſum: ſequuntur plures relati ab eo-
dem Dec. *in d. l. licet, n. 5. C. de pact.* ſequitur etiam Rod.
Suarez *in l. quoniam in prioribus, in declaratione legis Re-
giæ, in princ. ante limitationes, n. 9. C. de inoffic. teſtamen.*
ſequuntur plures congeſti per Tiraquell. *in l. ſi vn-
quam, verb. libertis, n. 85. C. de reuocand. donat.* Ex quo in-
fert Coſta *vbi ſup. n. 66.* quod ſi in hoc Regno Caſtel-
35 læ pater filium meliorauerit in tertia † hæreditatis par-
te, & ſi ſine liberis deceſſerit, vt eam partem alteri fi-
lio reſtituat, grauauerit, & is filius melioratus ingre-
diatur monaſterium, certe in his bonis, quæ conſti-
tuunt filiorũ legitimam, potior eſſet ſine dubio cauſa
filij ſubſtituti, quam monaſterij, & ſequendam eſſe
hoc caſu primam illam magis communem ſententiam
cum Socin. & aliis *ſuprà* allegatis.
Quid tenendum in ſpecie & caſu ſupradictæ 4. li-
mitationis? Ego quidem omnibus recte penſatis &
ponderatis, pro mei tenuitate ingenij, longe veriorem
exiſtimo præfatam magis communem ſententiam &
ſic limitationem quartam *ſup.* aſſignatam ad priorem
opinioné quæſtionis principalis huius noſtri capitis
ac proinde tenendam in iudicando & conſulendo, ex
fundamentis *ſup.* adductis pro ea & iis quidem veriſſi-
mis atque voluntati teſtatoris valde proximis, quæ
ſemper in his caſibus ſpectanda ac obſeruanda eſt. Nec
obſtat *d. l. 1. & d. l. cum auus*, à Greg. Lop. pro ſecunda
parte conſideratæ, quia in diuerſo caſu agunt, quamuis
ipſe velit confundere terminos *d. c. in præſentia, cum ſi-
milib.* cum terminis *d. l. cum auus, & d. l. 1.* cum tamen
plurimum inter ſe differant; Quoniam in caſu *d. l. cum
auus, & d. l. 1.* ſi grauatus reſtituere poſt mortem ſimpli-
citer & abſque vlla conditione ex his, quarum memi-
nit Iuſtinian. *in d. § ſed & hoc præſenti*, ingrediatur mo-
naſterium capax bonorum in communi, etiamſi gra-
uatus ipſe ſit deſcendens teſtatoris, & etiamſi eo viuen-
te, emolumentum hæreditatis ad monaſterium perti-
neat, poſt illius tamen mortem naturalem ſubſtitutus
debet ſuccedere in fideicommiſſo monaſteriumque
excluditur, iuxta communem ſententiam, quamplurí-
bus relatis ſequitur, probat & defendit Coſta *vbi ſup.*
qui Greg. Lop. mordet, quod dicta iura pro ſe adduxe-
rit: quod ſecus eſt in caſu *d. c. in præſentia, & d. § ſed &
hoc præſenti*, vt viſum eſt abunde ſatis *ſuprà*.
Poſtremo, † intellectus communis *ſup.* aſſignatus *ad* 36
*d. c. quicunque*, mihi verus non videtur: Nam etſi paren-
tes de bonis vltra legitimam filiorum poſſint licite
diſponere inter extraneos & à fortiori in fauoré cau-
ſæ piæ, vt patet ex legibus huius Regni, permittenti-
bus legare quintum pro anima & extraneis, quæ abſq;
dubio tanquam iuſtæ & ab habẽtibus poteſtatem eas
condendi, conditæ, plenam ſecuritatem, etiam in con-
ſcientia iuxta earum tenorem diſponentibus tribuunt:
non tamen hoc vllo modo conuincit, vt magis fauen-
dum ſit in bonis vltra legitimã monaſterio & piæ cau-
ſæ, quam filio: Quinimo contrarium potius dicendum
videtur: tum, quia iura ſimpliciter ſtatuunt, hæreditatẽ
filiis deberi iure naturæ, *l. ſcripto, in fin. ff. vnde l. cum ſi-
mil.* & iuxta illud Paul. ad Galat. *c. 4. Filius: Ergo heres:*
tum ex generalitate *d. c. quicunque*, & voluntate teſtato-
ris ſatis manifeſtis coniecturis ſupradictis elicita. Vn-
de rectius Cou. *vbi ſup. n. 5. prope fin.* colligit, quod ex-
cepta legitima portione, filiis ex patrimonio parentũ
debita, in reliquis bonis ſaltẽ par ius eſt filiis & Eccle-
ſiæ, ita vt ea interpretatio, quæ filiis fauet & Eccleſiæ
fauere debeat, *in d. c. in præſentia, & in auth ſi qua mulier,
C. de ſacroſ. Eccleſ.* & ideo merito contra prædictam
communem opinionem, quæ habet, potius fauendum
eſſe piæ cauſæ, quam filiis in bonis extra legitimã, te-
net idem Dec. ſibi contrarius *in d. l. licet, n. 5. C. de pact.
in 3. notab.* vbi communem opinionem ſuprad. veram
tantum intelligit in relicto pro reſtitutione male abla-
torum, quia agitur de periculo animæ: ſecus ſi nõ aga-
tur de hoc: & iterum idem Dec. *in l. generaliter, col. 3.
verſ. retenta tamen, n. 7. C. de inſt. & ſubſt. ſub cond. fact. &
c. 391. in caſu propoſito, in fin. & add. eiuſdem* Dec *d. c. 426.
lit. C.* Tir. *in l. ſi vnquam, verb. libertis, n. 89. C. de reuoc. don.*
Reſoluo igitur receptius, verius & ſecurius eſſe, quod
in præd. 4. limitatione, de qua nunc agimus, cum ſua
ampliatione prædiximus: * quod nouiſſime etiam pro-
bauit poſt nos Men. *d. præſ. 83. n. 36. cum plurib. ſeqq.* *
Quo fit, vt illatio Coſt. *vbi ſup.* indubia ſit atq; tenẽda.
Quæ



37 Quæ † noſtra ampliatio à fortiori & abſque dubio
procedet, ſi poſt filium teſtatoris ſubſtitutum, ſi ipſe
ſine liberis quoque deceſſiſſet, pia cauſa ſecundo loco
ſubſtituta eſſet: expreſſior ſiquidem hoc caſu depre-
hẽdi poteſt teſtantis voluntas, qui piæ cauſæ rationem
& conſiderationem habuit & nihilominus priori loco
filium poſuit atque grauato ſubſtituit & piæ cauſæ
prætulit: Qua ratione conſequenter intelligitur, eun-
dem filium ſubſtitutum præferri voluiſſe alteri piæ
cauſæ monaſterij, ſi forte illud ingrederetur filius vel
filia grauata, ita vt ſubſtitutionem filij vel filiæ non
poſſit monaſterium præpedire, vt veriſſime & ſubtiliſ-
ſime probauit Coſt. *vbi ſup. n. 67.* in terminis *d. c. ſi pa-*
38 *ter*, qui prope iidem ſunt † cum noſtris, *& n. 69.* idem
non ſine colore eadem prædicta ratione defendi poſſe
contendit in his terminis præmiſſis, etiamſi extraneus
eſſet ſubſtitutus, quandoquidem pia cauſa poſt eum
39 ſubſtituta † eſſet * Et Coſt. in priori caſu ſequitur Me-
noch. *vbi ſup. n. 47.* * Quinimo deciſio text. *in d. § ſed &
hoc præſenti*, non procedit, ſi alia pia cauſa fuerit ſub-
ſtituta, vt ex eo *in fin.* colligitur. Nam cum id fuerit
conſtitutum in fauorem religionis atque pietatis, non
debet locũ obtinere aduerſus aliam piam cauſam ex-
preſſe à teſtatore vocatam, gloſſ. *in d. auth. niſi rogati, &
in d. c. in præſentia, gloſſ. fin.* & Doctores communiter in
hoc concordant ſecundum Corn. *conſil. 18. n. 8. verſic.
his tamen omnibus non obſtantibus, vol. 4.* ſequitur alios
allegans Mantica *vbi ſup. n. 12.* vbi refert Tiraquell. *de
priuileg. piæ cauſæ, priuileg. 95.* idem tenentem & poſt
alios dicentem, hoc etiam procedere, quamuis pia
40 cauſa † ſubſtituta, non ſit æque pia, ac illud monaſte-
rium. Si hoc igitur verum eſt, ſubſtitutus, etiam extra-
neus in medio adiectus, præferri debet monaſterio, vt
locus detur ſubſtitutioni alterius piæ cauſæ, poſterio-
ri loco factæ, conditione ſubſtitutionis eueniente: Quo
fit, vt ampliatio prædicta Coſt. veriſſima ſit & tenen-
da, vt poteſt plurimum adiuuata ratione efficaci atque
communi opinione modo relata *num. 39.* pro limita-
tione *d. §. ſed & hoc præſenti.* Ex ſupradictis remanet
fundata prima pars communis & magis communis,
vt in ſpecie noſtræ quæſtionis principalis, de qua in
ſummario & in principio huius capitis, monaſterium
excludat ſubſtitutum, cum quatuor limitationibus
*ſuprà* enarratis, eidem aſſignatis, quæ veræ ac receptæ
ſunt & tenendæ.
Verum cum nihil in noſtro iure ita certe diffinitum
ſit, quin maximam contradictionem patiatur: *argum.
l. omnis diffinitio, ff. de reg. iur.* præmaxime articulus hic,
qui vnus ex controuerſiorib. ſit, quam vnquã exami-
nauerit contraria ſententia, imo quod in præſenti
41 ſpecie, quando aliquis ſubſtitutus eſt, *ſi inſtitutus vel †
grauatus ſine liberis legitimis & naturalibus deceſſerit, vel
ſine liberis ex ſe legitime deſcendentibus, vel ex ſuo corpore
procreatis*, huiuſmodi ſubſtitutus excludat monaſteriũ,
quod inſtitutus vel grauatus decedens ſine liberis, in-
greſſus eſt, ſequentibus fundamentis & auctoritatibus
probatur. Primo & peremptorie, quia text. *in d. auth. de
ſanctiſſ. Epiſcop. § ſed & hoc præſenti, collat. 9. & in auth.
niſi rogati, ab eo deſumptus, C. ad Trebellianum*, in quibus
prima communis habet maiorem radicem atque for-
tius fundamentum eſt exorbitans à regulis iuris com-
munis & à mente teſtatoris, vt *ſuprà* reſoluimus atque
probauimus: vnde cum loquatur in ſimplici condi-
tione defectus liberorum, trahi non debet ad condi-
tionem mixtam, in qua addita eſt illa qualitas, *ſi ſine
liberis ex ſuo corpore legitime procreatis, vel legitimis &
naturalibus, vel à ſe legitime deſcendentibus, &c.* quia ſub
42 ſimplici † conditione non continetur mixta, iuxta no-
tata per Iaſ. *§. omnium, num. 28. Inſtit. de act.* maxime in
exorbitantibus & correctoriis, vt notat Aret. *in l. cum
antiquis, C. de inoffic. teſt.* & licet eius diſpoſitio appella-
ri poſſit fauorabilis, tanquam introducta in fauorem
monaſterij & piæ cauſæ: eius tamen fauoris ratio ha-
beri non debet, cum ius tertij, hoc eſt, filiorum † ipſo- 43
rum lædatur, *vt in c. ex tenore, de foro compet. c. nuper, de
donat. inter virum & vxorem*, Paul. de Caſtro *conſil. 104.
num. 4. vol. 1.* & eo maxime, cum fauorabilis mere dici
non poſſit ea † diſpoſitio, quæ mixtum in ſe fauorem & 44
odium contineat, iuxta notata per Dec. *in l. venia, n. 5.
C. de in ius vocan.* Quare recte omnes probarunt, diſpo-
ſitionem *d. § ſed & hoc præſenti*, non eſſe trahendam nec
extendendam ad alios † caſus & conditiones, quam in 45
eo expreſſas, nempe nuptiarum ſiue defectus libero-
rum, vt conſtat ex eodem text. *ibi, Aut ſub vna prædicta-
rum conditionum*, & tenet alios allegans Tiraq. *in d. l. ſi
vnquam verb. ſuſceperit liberos, num. 46.* eſtque receptior
opinio vt *ſuprà* docuimus: hæc autem noſtra ſpecies,
de qua eſt præſens controuerſia non eſt ex duobus *in
d. § ſed & hoc præſenti*, contentis, quia diuerſa verba &
rationem habet, vt inferius dicemus. Ergo nullo mo-
do comprehenditur ſub deciſione prædictorum iu-
rium, ac proinde per ſubſtitutum excludi debet mona-
ſterium in caſu noſtræ quæſtionis.
Secundo & potiſſimum hæc ſecunda pars fulcitur,
quia text. *in d. § ſed & hoc præſenti*, procedit per inter-
pretationem & fictioné iuris, vt eſt prædictum & pa-
tet: Nam nemo ſane mentis dicet, monaſterium eſſe
verum filium, ſed fictum, vt *infrà* quoq; latius dicemus:
Quæ interpretatio legis tunc locum habet, quando de
mẽte teſtatoris conſtat, voluiſſe voluntaté ſuam ſubii-
cere iuris interpretationi: vbi vero verba teſtatoris cla-
ra ſunt eiuſq; mentem ſignificantia, ex quibus voluit
diſpoſitionem ſuam naturaliter, non autem ciuiliter &
per fictionem intelligi, tunc locum habere † non debet 46
ſæpe allegatus text. *in d. § ſed & hoc præſenti*, ſed ex ver-
bis præſentis quæſt. nempe, *ſi ſine liberis ex ſuo corpore
procreatis deceſſerit, vel legitimis & naturalibus, vel ex ſe
deſcendentibus*, manifeſta teſtatoris intentio colligitur,
voluiſſe intelligere de filiis naturaliter genitis, non au-
tem de interpretatis à lege, cum naturalem illorum
verborum ſignificationem communis vſus loquendi
ſuadeat, qui ſemper attendi debet, *l. cum de lanionis, §.
aſinam, ff. de fund. inſtruct. l. librorum, § quod tamen Caſſius,
ff. de legat. 3.* Bart. *in l. omnes populi, n. 59. ff. de iuſtit. & iur.*
Bald. *in l. fin. q. 14. C. de hered. inſtit.* à qua teſtatoris diſ-
poſitione † recedendum non eſt, *l. generaliter, § fin. cum* 47
*ibi notatis, C. de inſtit. & ſubſtit. & c. l. in conditionibus pri-
mum locum, ff. de condit. & demonſtr.* cum enim manife-
ſtus eſt teſtatoris ſenſus, verborum interpretatio † nuſ- 48
quam tantum valet, vt melior ſenſu exiſtat, *vt in l. 3. C.
de lib. præt.* cum nullum maius ſit mentis noſtræ teſti-
monium, quam qualitas inſpecta verborum, *l. Labeo, §.
idem, ff. de ſuppellect. legat. c. is autem, 22. q. 2.* Bald. *in l. vo-
luntatis, C. de fideicommiſſ.* Si enim coniecturæ apertiſſi-
mæ in propoſito mentis defuncti, volentis excludere
monaſterium per ſubſtitutum, faciunt, vt non proce-
dat *d. § ſed & hoc præſenti*, vt *ſuprà* reſoluimus *in 3. & 4.
limit. prioris ſententiæ*, quænam, quæſo, apertiores eſſe
poſſunt, nempe, ſi ſine filiis legitimis & naturalibus,
vel ex ſuo corpore procreatis, vel deſcendentibus de-
ceſſerit? ſalua enim ratione recti ſermonis, non aliter
poſſunt intelligi illa verba, niſi de liberis ex procrea-
tione naturali genitis, non autem à iure interpretatis:
Quia ſi teſtator voluiſſet monaſterio bona ſua con-
ferri, caſu, quo alter filiorum ingrederetur monaſte-
rium, profecto non per verba naturalia naturalemque
procreationem importantia loquutus fuiſſet, ſed ſim-
pliciter conditionem, *ſi ſine liberis deceſſerit*, appoſuiſ-
ſet, quo caſu tantum loquitur *d. § ſed & hoc præſenti*,
non autem quando adiecta eſſent illa verba; *Ex ſuo*

corpore procreatis, &c. ex illis enim expreſſa redditur volũtas teſtatoris, volentis monaſterium excludi, alias ſuperfluo ſtarent nihilque operarentur, contra regulam *l. ſi quando ff. de legat. & c. ſi Papa, de priuileg. lib. 6.* cum aliis late adductis per Aym. Crau. *conſil. 135. n. 24.*

49 Quinimo † ſcribit Paul. Caſtr. *conſil. 30. ſuper puncto iſto, in princ. lib. 1.* quod ſubſtitutio ita facta, *ſi inſtitutus deceſſerit ſine filiis*, intelligitur de veris filiis, non de fictis, *arg. l. vlt. C. de iis qui ven. ætat. impetr. & l. ſancimus, C. de nupt.* ſubditque, illos dici veros, qui naſcuntur ſecundum naturam, fictos vero, qui ſuſcipiuntur ſecundum iuris fictionem: quem refert & ſequitur Tiraquell. *in d. l. ſi vnquam, verbo, ſuſceperit liberos, n. 45.* hinc plane intelligens ſecundum omnes de hac re agentes, monaſterium eſſe fictum & improprium filium: & quamuis prædicta ſententia Pauli in ſimplici conditione, *ſi ſine liberis deceſſerit*, ſtare non poſſit, propter *d. c. in præſentia, & d. §. ſed & hoc præſenti*, attamen in conditione mixta, de qua agimus, veriſſima videtur.

50 Tertio, † confirmatur præfata opinio, quia in poteſtate inſtituti eſſe non debet, ſubſtitutionem à teſtatore factam eludere irritamque reddere, *arg. l. ne in poteſtate, & in l. ſi quis rem ff. de arbitr.* & eorum quæ tradit Alexand. *conſil. 49. n. 2. lib. 2.* ſed ſi per ingreſſum monaſterij ſubſtitutus excluderetur, hoc contingeret con-
51 tra mentem teſtatoris: † Igitur, &c. Quare merito receptum eſt, filium adoptiuum non operari defectum ſubſtitutionis factæ alicui, *ſi ſine liberis deceſſerit, vt in l. ſi ita quis teſtamento, §. fin. ff. de legat. 2.* Dd. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Trebellian.* Hanc rationem viſus eſt ſentire Calcan. *conſil. 20. n. 11.* ſed eam expreſſe declarat atque in propoſito adducit deciſ. Pedemont. *ſuprad. 126. n. 15 & 16.*

52 Quibus † & aliis fundamentis hanc ſecundam partem principalem in fauorem ſubſtituti tenet Iacob. de Bellouiſo *in d. §. ſed & hoc præſenti*, & Bald. *in d. auth. niſi rogati, n. 9. & ibi* eius additio, & Salycet. *n. 6. C. ad Trebellian. Pract. Papienſ. in forma libelli, quo agitur ad ſubſtitutionem, in verſic. ex ſuo corpore*, eſt communis ſecundum Felin *in d. c. in præſentia, n. 36.* ſequuntur plures relati per Rip. *in d. § ſi quis rogatus, n. 37. in verſic. & ideo pro ſubſtituto*, Grat. *d. conſil. 111. n. 49.* qui alios allegat Boer. *d. deciſ. 354. n. 6. in verſic. tamen prima inhæret*, poſt Calcan *d. conſil. 20. n. 1.* quem refert & ante eum Alexand ſibi cõtrarius *conſil. 180. vol. 1.* & hanc opinionem firmant moderni Papienſ. *conſil. 15. n. 27.* & in additionib. ad Alex *conſil. 121. l. 2.* Aſtor. de Guido *conſil. 161. à n. 8 vſque ad n. 27. excluſiue inter conſil. vlt. vol.* vbi etiam reſpondet ad aliqua in contrarium adducta Natta *conſil. 602. n. 4.* poſt plures per eum citatos. Hanc tandem ſententiam alios plures allegans ſequitur & late probat deciſio Pedemont. *vbi ſuprà, n. 11. & ſeq.* vbi *n. 18.* inquit, ex ſupradictis Doctoribus dici poſſe, hanc eſſe crebriorem ſententiam, & tandem in fine deciſionis inquit, ſecundum hanc partem cenſuiſſe Senat. Pedem. vbi monaſterium eſſet capax, & deſcendens à teſtatore eſſet ſubſtitutus. Eandem ſententiam, in illa nempe conditione, *ſi ſine liberis legitimis & naturalibus ex ſuo corpore procreatis deceſſerit*, teſtatur communem aduerſus Bart. additio Alex. alios allegans *d. conſ. 111. n. 4. lit. A. in verſ. tamen communis opinio eſt in contrarium, &c. lib. 2.* Hanc partem probauit etiam plurimos referens eamque communem teſtatus Franc. Mantic. *vbi ſuprà*, dicens, fortaſſe poſſe videri frequentiori calculo receptam eſſeque in vſu receptam ſecundum alios, quos refert: dicit etiam communem Felin. *in c. in præſentia, num. 36.* & Corn. eam ſequutus *in d. auth. niſi rogati*, & *ibi* Salycet. poſt Cyn. & Fulgoſ. *ibi*, dicens eſſe in iudicio ſequendam tanquam communem, prout eum refert Menoch. *de ſucceſſ. creat. d. §. 21. n. 167. verſ. contrariam partem*, vbi alios plures eam tenentes citat & probat & dicit veriorem, quia proximior voluntati teſtatoris, & quia hoc caſu non tantũ ex vi verborum, ſed etiam ex mente teſtatoris, illa conditio excludit omnem filium legalem vel interpretatiuum, veluti adoptiuum vel monaſterium, quia non eſt, cur magis ad filium adoptiuum, quam ad monaſterium excludendum adiecta videatur. Eandem etiam ſententiam plures allegans ſequitur & dicit communem Didac. Perez *in d. l. 1. tit. 2. l. 5. ordin. fol. 134. col. 2.* * & Vinc. de Franch. *d. deciſ. 29. n. 3 cum ſeq.* vbi *n. 7.* quod ſacrum Concilium Neapolit. ſecundum eam iudicauit: & Menoch. *l. 4. præſumpt. 13. n. 27. cum ſeq.* vbi eam ſequitur, plures allegans & late probans aduerſus primam contrariam ſententiam, quam ex aliis refert eſſe magis receptam, *n. 33.* *

Quid tenendum in re ſumme difficili: Et quidem licet vtraque ſententia communis & receptior atque ſatis probata ſit, vt vidimus, ita vt pene dignoſci non poſſit, quæ ſit magis communis in rei veritate: Nihilominus tamen hæc ſecunda *ſuprà* proxime relata, quæ 53
in † fauorem ſubſtituti, contra monaſterium quæſtionem decidit, mihi verior videtur & tenenda in iudicando & conſulendo, per fundamenta *ſuprà* pro ea adducta, quæ illam conuincunt atq; manifeſtam efficere videntur. Præterea magis accedit veritati ac voluntati teſtatoris, proximior eſt atque proinde probabilior & ſecurior, præcipuè ſi deſcendens teſtatoris eſſet ſubſtitutus: quo caſu etſi controuerſo, magis communis ſententia abſque dubio eſt in fauorẽ ſubſtituti, vt vidimus *ſup.* in quarta limitatione: & præmaxime etiam procederet, ſi pia cauſa ſecundo loco poſt filium aliumve deſcendentem eſſet ſubſtituta, vt prædiximus *ibidem*: idem eſſet dicendum, etiam in extraneo ſubſtituto, quamuis pia cauſa non eſſet poſt ipſum ſubſtituta, ſi tamen teſtator expreſſe vel per euidentes coniecturas excluſit vel excludere voluit monaſterium, veluti ſi familiæ vel agnationi conſulere voluiſſet, vt in ea perpetuo bona remanerent, vel etiam his deficientibus, ſi monaſterium eſſet incapax ſucceſſionis in cõmuni, vt in cæteris tribus prioribus limitationibus reſoluimus.

Obſeruandum igitur erit in ſumma, quod ſi teſtator ſimpliciter adiecit conditionem, *ſi ſine liberis deceſſerit*, monaſterium ſucceſſionis capax in communi excludet ſubſtitutum extraneum abſque vllo dubio, non vero deſcendentem ipſius teſtatoris. Si vero in prædicta conditione adiecit, *ſi ſine liberis legitimis & naturalibus, ex ſuo corpore procreatis, vel à ſe deſcendentibus*, ſecundum veriorem & communem ſententiam atque tenendam aduerſus alteram communem contrariam, ſubſtitutus, præmaxime ſi ſit deſcendens teſtatoris, monaſterium præfatum excludit: idem à fortiori, ſi adiecerit, *veris & naturalibus filiis*, non per iuris interpretationem vel de eorum vero & non ficto matrimonio: idem etiam dicendum eſt in quolibet caſu prædictarum 4. limitationum.

Et cum caſus hic principalis quæſtionis huius capitis in praxi cõtigiſſet in his Regnis in lite magnæ quantitatis, atq; late dimicatum fuiſſet ſuper iuſtitia cauſæ, tandem in fauorẽ ſubſtituti deſcendẽtis teſtatoris prima ſententia deciſa fuit, quamuis ab ea appellatũ exiſtat reſq; adhuc in ſupremo tribunali indeciſa pendeat.

Supereſt, vt reſpondeamus fundamentis contrariæ partis, vt tandem poſterior ex reſponſionibus prædictis dilucidior appareat.

Ad † primum, nempe quod monaſterium habeatur 54
loco filij, *vt in d. c. in præſentia, de probat. & in d. §. ſed & hoc præſenti*, reſpondeo primo, hoc falſum videri nec vllibi in iure id expreſſum eſſe, ſed potius inuẽtum eſt Doctorum: Nam *in d. c. in præſentia*, non dicitur, monaſterium haberi loco filij, ſed hæredis, id quod eſt multum diuerſum, vt aduertunt Bart. *in dict. auth. niſi rogati, C. ad Trebellia.* Præterea, quod habeatur loco hæredis, non eſt dictum à Papa ſtatuente, ſed à parte allegante, vt *ibi* omnes pene recentiores annotarunt, & ante eos Angel. *conſil. 80. hæc quæſt. ſubtilis eſt, col. 2. verſ. confirmatur hoc*, ideoque non ius facit, vt voluit Ioann. Andr. *in c. dilecto, col. 2. in verb. iuramento, & iterum in verb. quem certum numerum, &* ibi *quoque cæteri ſcriptores, de præbend.* Præterea *dict. §. ſed & hoc præſenti*, id non probat, ad quod alij eum allegant, ſed potius contrarium, dum dicitur *ibidem*, quod conditio liberorum habetur pro non ſcripta, ſi quis ingrediatur monaſterium: Si enim monaſterium haberetur loco filij, conditio haberetur pro impleta: id quod etiam adnotat Bartol. *in d. conſil. 1. verſic. 5.* Salyc. *in authent. ſi qua mulier, col. 1. verſic. redeo ad quæſt. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & alij poſt eos. Demum ſi præfata concluſio communis eſſet vera, quod monaſterium loco filij haberetur, ſequerentur ſex abſurda, quæ congerit Felin. *in d. c. in præſentia, n. 42.* Quare plurimi ſunt auctores, qui conſtanter negant, monaſterium vllo caſu haberi pro filio, & in his Bartol. *in d. auth. ſi qua mulier, num. 4. & 19.* & *ibi* Paul. Caſtrenſ. *n. 3.* idem Bart. *in d. auth. niſi rogati*, poſt Ricar. de Malumbr. *ibi*, & vtrobique fere omnes Dd. poſt eum, & rurſus idem Bart. *in l. ſi ita quis, § is cui, ff. de leg. 2. & in d. conſil. 1.* & Anton. de Butr. *in d. c. in præſentia, col. 13.* Roman. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obligat.* Calc. *conſil. 7. quia à me quæſitum eſt, col. 13. in verſic. imo ſecundum veram opinionem*, vbi alios allegat, & iterum *conſil. 21. iſta quæſtio habet tria dubia, col. 4. verſicul. modo non obſtat*: atque etiam *conſil. 68.* Magiſter Thominus, *col. 3.* probat late Barbat. *col. 13. clementiſſimi, col. 7. verſ. præterea facit ad prædicta, l. 1.* Felin. *in d. c. in præſentia, n. 42.* & inquit Bald. *in l. filium, in 1. col. ff. de iis, qui ſunt ſui vel alien. iur.* quod eſt fatuitas dicere, quod monaſterium habeatur loco filij, imo iſtud vulgare dictum proceſſit à communi errore, ſecundum Salycet *in d. auth. ſi qua mulier, & in d. auth. niſi rogati.* Eandem etiam ſententiam contra communem probare videtur Tiraq. *in d. l. ſi vnquam, verb. ſuſceperit liberos, n. 47. C. de reuoc. don.* vbi inquit, quod ita tenent fere omnes *in dict. auth. ſi qua mulier, & in dict. auth. niſi rogati.* tenet etiam Rip. *in dict. §. ſi quis rogatus, n. 37. in verſic. item dicitur, quod monaſterium, & in dict. l. ſi vnquam, q. 34. n. 93. de reuocan. don.* Cou. *l. 1. variarum, c. 19. n. 6.* eſt communis ſecundum Menoch. *d. §. 21. n. 166. verſic. contrariam partem*: ſed hanc etiam partem ſequitur deciſ. Pedem. *126. n. 20.* & Mantic. *vbi ſuprà n. 6.* inquit, quod quamuis non diſcedat à communi regula, quod monaſterium loco filij habeatur, quicquid alij dixerint, nuſquam id expreſſum eſt, vt *ibi* ex aliis probat: & * poſt huius operis primam editionem præd. 2. ſententiam negatiuam ſequitur & dicit veriorem & receptiorem, ad plurima inferens ex ea Velazq. *in d. l. 40. Taur. gl. 4. n. 18. cum ſeqq.* & late probat aduerſus primam, quam communem dicit Menoch. *d. l. 4. præſumpt. 83. n. 28. cum ſeqq.* * Sed quia contraria ſententia affirmatiua, nempe monaſterium haberi loco filij, eſt apud nos receptiſſima, ideoque difficile ſit ab ea recedere, quia licet ſit error, ſic à modo communiter inoleuit, quod faciat ius, vt alias dicitur *in l. 1. C. de teſt. cum ſimilib.* & minime ſunt mutanda, quæ certam interpretationem habuerunt, *vt in leg. minime, ff. de legib.* ita Salyc. *d. authent. ſi qua mulier, n. 1.*

55 Secundo † modo reſpondeo, quod etſi monaſterium loco filij habeatur, erit quidem filius fictus, ciuilis & improprius, vt conſtat ex prædictis iuribus, & tenet expreſſe Bald. *in l. cum acutiſſimi, col. 1. verſ. quæro quid ſi pater, n. 4. C. de fideicomm. & in l. fideicomm. ff. de condit. & demonſt. & conſ. 127. in 2. dubio, n. 3. lib. 5.* Cæpol. *conſ. citil. 36. col. 2. in fin.* Iaſ. *in l. ſi ita quis promiſerit, c. ea lege, n. 14. verſ. tertio haben. ff. de verb. oblig. vbi ſuprà*; id quod aperte præſupponunt atque voluit omnes, qui dicunt, monaſterium haberi loco filij, quia hæc verba denotant improprietatem & fictionem, vt aduertit Tiraq. *vbi ſup. n. 45.* & ideo non niſi in caſibus à iure expreſſis habetur † pro filio, *prout in d. c. in præſentia, & in dict. §.* 56
*ſed & præſenti*: quia cum iſta ſit quædam fictio, non habet locum, niſi in caſibus à iure expreſſis ad aliosque non extenditur: ita Bald. *in d. auth. ſi qua mulier, n. 3.* quem ſequitur Iaſon *ibid. n. 19. & 20.* & Rip. *in d. l. ſi vnquam, q. 34. n. 93.* Anton. Abb. Bald. & Felin. *in d. c. præſentia, n. 42. & ibi* Pariſ. *n. 133. & in conſil. 65. n. 10. & 11. l. 1.* Salyc. *in d. auth. ſi qua mulier*, D. Molin. *l. 1. de Hiſp. primog. cap. 9. n. 45.* & Pelaez alios allegans *de maiorat. 1. p. q. 3. num. 13. deciſ. Pedemont. 126. n. 20.* hocque alia ratione procedit, nempe, quod diſpoſitio *dict. § ſed & hoc præſenti*, ſit exorbitans regulis iuris communis, ideo non trahenda ad alios caſus, nec ad alias conditiones, quam in eo ſpecificatas, vt *ſuprà* concluſimus.

Neque obſtat, quod appellatione filiorum ſimpliciter facta, intelligatur de filiis ex ſe natis, non vero de fictis & impropriis, *vt in d. l. fideicomm ff. de condit. & demonſt.* & ideo expreſſio eorum, quæ tacite inſunt, nihil operatur, vt *ſuprà* pro priori parte dicebamus: Nam quamuis illud eſſet eo iure, attamen ex nouiori authenticorum *d. § ſed & hoc præſenti, & d. c. in præſentia*, aliud eſt in ſimplici conditione defectus filiorum vel nuptiarum, fauore religionis, vt videmus: quod non eſt extendendum ad alium caſum, nec ad aliam conditionem, nempe mixtam, de qua nos agimus, vt eſt prædictum atque ſufficienter probatum.

Non etiam obeſt, quod fictio prædicta ſit à lege introducta ſuper actu, de quo lex ipſa diſponere poteſt, ideo dicitur legem id facere vere, non vero ficte, vt *ſup.* quoque dicebamus: quia id verum eſt atq; procedit in caſu expreſſo *in d. c. in præſentia, & in dict. §. ſed & hoc præſenti*, nempe in conditione ſimplici, *ſi ſine liberis deceſſerit*, non autem quando adiecta eſſent illa verba; *Ex ſuo corpore procreatis*, quia tunc expreſſa eſt voluntas teſtatoris, volentis excludere monaſterium, vt *ſup.* dicebamus in fundamentis huius ſecundæ partis. Præterea cum deciſio dictorum iurium, vt ſæpe diximus, ſit exorbitans à regulis iuris communis, ad alium caſum extendenda non eſt præter eum, in quo loquitur.

Ad ſecundum † reſpondeo, minime præſumendum 57
eſſe, quemquã hac in ſpecie ab ingreſſu religionis auertẽdum eſſe tam futili & leui occaſione: Quare infirma apparet ratio prædicta Ricar. de Malumbr. quia hic inſtitutus, qui non ſuſceptis liberis religionẽ profitetur, idẽ habiturus eſt ex his bonis, ſiue ſit locus fideicommiſſo ſiue non, quia monaſterium eo viuẽte his bonis non priuatur: nec profecto aliquem vidimus hactenus abſtinere ab ingreſſu religionis, eo, quod non habeat bona, quæ in monaſterium deferat. Præterea, religionẽ ingrediens parum ſolicitus eſt erga bona temporalia & patrimonium, quibus omnino renuntiat, *vt in c. cum ad monaſterium, de ſtat. regular.* Ergo nullo pacto vere dici poterit, quempiam ex animo veræ religionis ingreſſum optantem poſſe ab eo inſtituto auerti, ob id, quod eis bona ex fideicommiſſo ad alium deferantur, ipſo religionem profitente. Nec item eſt præſumendum, quemquam minus in animũ ſibi perſuadere religionis profeſſionem, quod ob eam propria bona ex voluntate eius, qui ea ſibi reliquerat, alij competant. Paupertatẽ enim profiteri volenti hæc impedimẽto eſſe non poſſunt: Quo ſit vt præd. cõditio minime deterreat à religione, ſicq; non obeſt ratio adiecta prædicto ſecũdo fundamento; Quinimo expreſſe poſſet teſtator excludere in hac ſpecie monaſterium, vt *ſup.* reſoluimus in

ſecunda limitatione ad priorem partẽ aſſignata:idemque poterit tacite,ſi per apertas coniecturas id conſtet, vt *ibid.* probauimus. Hæ autem vrgentes ſunt in propoſito,cum dixerit teſtator, *ex proprio corpore procreatis,vel legitime deſcendentibus*, monaſterium enim non eſt filius procreatus ex proprio corpore inſtituti vel grauati, nec ab eo vere deſcendens, ſed tantum filius fictus & improprius per iuris interpretationem,eo tãtum caſu,quo adiecta ſit ſimplex illa conditio,*ſi ſine liberis deceſſerit*, non vero quãdo prædicta verba adiecta fuere, vt *ſup.* eſt probatum atque doctum: ſicque non etiam obeſt ratio pro priori ſententia conſiderata per Rip.nempe,quod per prædictam cõditionem mixtam non fuit cogitatum de monaſterij excluſione,ſed tantum de filij adoptiui, & ad eum effectũ adiecta fuiſſe verba illa,*ſi ſine liberis legitimis & naturalibus,&c.* Nam verius eſt ac voluntati teſtatoris proximius, de vtroq; videri cogitatum; Non enim eſt, cur magis ad vnum quam ad alium excludendum referenda ſint,cum verba præfata *ſi ſine filiis legitimis & naturalibus,vel ex proprio corpore procreatis,vel ab eo deſcendentibus*, verificari non poſſint in monaſterio,ſicut in filio adoptiuo,quia monaſterium non eſt filius legitimus & naturalis monachi ipſius ingredientis,nec ex proprio eius corpore procreatus, nec ab eo deſcendens, ſicut nec huiuſmodi eſt filius adoptiuus: vtrumque ergo manifeſtiſſime excludere voluit teſtator per prædicta verba.

58 Ad tertium † reſpondeo,quod illa ſententia Bartol. quam illic retulimus, non eſt omnino vera nec meo iudicio tenenda, vtpote expreſſe voluntati defuncti, verbis & menti contraria, qui in vtroque caſu prouidit,nempe,*ſi filia nuberet*, relinquendo eidem tunc certam pecuniæ quantitatem, & præterea *ſi religionem ingrederetur*, quo caſu etiam ei aliud legatum fecit, quamuis non ita pingue: voluntas igitur teſtatoris ita manifeſta atque clara obſeruanda erit, iuxta vulgaria iuris principia: Tempore enim traditionis ſiue legati rei ſuæ poteſt quis imponere conditionem, quam voluerit. Præterea vt illic deduximus in limitationibus, quas eidem doctrinæ Bartol. adiecimus,ipſa non procedit, quoties teſtator contrarium expreſſe cauiſſet:at in hoc caſu ſatis expreſſe id voluiſſe conſtat,Quandoquidem filiæ nubenti certum legatum fecit,& religionem ingredienti aliud: quod ſi hoc omnino expreſſum ac manifeſtum non dixeris, eo quod verbis negatiuis vſus non fuerit,ſufficit tibi voluntas clara ex verbis ac mente deducta, vt conſtat ex prædicta facti ſpecie,in qua Bartol.& communis contrarium exiſtimauit: Si enim in dubiis voluntas teſtatoris ex coniecturis ipſius mentis exponenda eſt, *vt in l. voluntatis defuncti,C. de fideicommiſſ.* & *ibi* Doctores, & alibi ſæpiſſime præcipuè per Mantic.*in ſuo tractat.de coniecturis vltim.voluntat.per totum*,à fortiori idem erit ſeruandum, vbi verba teſtatoris ſunt clara & aperta, ſimul cum mente expreſſa & voluntate, vt in noſtro caſu, cui vere & realiter violentia fieret,ſi aliud diceremus; Non enim ita omnino in omnibus fauorabiliores debemus eſſe monaſterio, vt ob id contra voluntatem expreſſam defuncti fiat, cui non ſolum expreſſe, ſed etiam ex coniecturis elicitæ adeo deferri Iuriſconſulti volunt,vt eam primum locum obtinere præceperint, *vt in l in conditionibus,ff. de condit.& demonſtrat.* docuimus late in repetit. *l.nemo poteſt,ff. de legat.in princ. in primis numeris.*

Præterea,& ratio naturalis,& communis obſeruantia totius mundi dictat,vt minus præſtetur & ſufficiat filiabus ingredientibus religionem,quam nubentibus vt experientia docet:& ſufficit allegare naturalem rationem & æquitatem,*vt in l.ſcire oportet,§.ſufficit,de excuſat.tutor.* & minime ſunt mutanda, quæ certam interpretationem habuerunt,*vt in l.minime,ff. de legibus.* Denique & contra ſupradictam Bartol. receptam ſententiam facit ſecunda limitatio, etiam communis & præterea vera,quam *ſup.* aſſignauimus,*n.26.& ſeq.* ad primam opinionem principalem, contra quam nunc imus ac tenemus. Nec obſtat, quod ſi contra Bart. in hoc teneamus,puella ob hoc auertetur à religione:Idẽ enim ſi contingat, ſibi imputet, quoniam non in eum finem à teſtatore minor quantitas ingredienti religionem relicta fuit,ſed quia ea ſufficiat potius eidem ſtatui,quam ad nubendum,præcipuè cum,vt *ſup.* dicebamus, *n.52.* non ſit præſumendum,ob hoc quemquam à religione auertendum:cum etiamſi religionem puella ingreſſa,monaſterium haberet maiorem quantitatẽ, ſibi nihil acquiratur,ſed monaſterio. Communis igitur atque recepta ſententia Bart. *vbi ſuprà* contraria nullo iure procedere poteſt, vt ex ſupradictis patet, nec eſt curandum de numero,pondere & menſura auctorum, quoties ſua doctrina ſolido iuris fundamento caret &
contraria expreſſe † eo comprobatur.DD.enim noſtri 59
rationes non perſcrutantur & plerumque aues imitantur, quæ quando vna volat, aliæ omnes ſequuntur, vt alias inquit Dec.*conſ.499.n.12.*vbi etiam poſt alios tenet, quod communis opinio non attenditur, quando alia opinio contra communem, fundata ſit meliorib. rationibus,per text.*in l.1.§.ſed neque ex multitudine auctorum,C.de veter.iur.enucl c.capellanus, de feriis*, æquius enim eſt, illi ſententiæ inhærere, quæ melioribus rationibus fulcitur, etiamſi Imperator ſit in opinione contraria,*l.Æmilius,ff.de minor.*ita Angel.*conſil.170.* quem refert & ſequitur Dec.*vbi ſup.*& ita merito contra Bartol.doctrinam,*vbi ſup.* tenet Bald. *in d. auth.niſi rogati,col. 8. verſic. hac ratione,n.11.* dicens,quod communis obſeruantia & naturalis æquitas vult,quod filia
hoc caſu ingrediens†religionem, non debeat habere, 60
niſi eam ſolum quantitatem,quam pater eidem nuncupatim legauit,*ſi religionem ingrederetur*: idem Bald.*in l. Deo nobis,col.2.in princ.n.1.& 2. C. de Epiſcop. & cler.* vbi ait, quod ita obſeruat conſuetudo & Paul. Caſt. *ibid.n.5.* dicens, quod ita communiter ſeruatur Paul. *in dict.auth.niſi rogati,n.3.*vbi quod ita communiter tenetur;idem Paulus *in l. Titio centum,§.1.in fin.ff. de condit. & demonſtrat.*vbi inquit,quod ita videmus ſeruari per totum modum: & Fulgoſ. *in dict. l. Deo nobis, & conſil.53.col.2.*Iaſon.*conſil.44.col.5.vol.3.*Dec.*in d.c.in præſentia,n.59.* ſequitur Crotus *in d. l. nemo poteſt,n.71.* & veriorem eſſe cenſet Conar.*vbi ſup.d.n.9.*ſequitur Cumanus *in l. ſi ita quis, §. is cui.ff. de legat.* 2. vbi aſſerit, hanc eſſe communem, & Decius ſibi contrarius *conſil.419.col.2.*vbi ſequitur hanc ſecundam partem, tanquam magis receptam à Doctoribus: eſt communis etiam,vt ex aliis refert deciſ. Pedemont.126.*n.22.*refert alios plures huius ſententiæ auctores Rolan. à Valle *vbi ſup. n. 12. & ſeq.* qui *numeris præcedentibus* fundamenta eiuſdem etiam retulerat, quamuis eiſdem reſpondere conetur, vtpote qui priorem ſententiam ſequutus ſit:hanc*etiam ſequitur plures referens Menoch.*vbi ſuprà n.4.& 26.*

Ad quartum†reſpondeo,quod licet ex prædictis iu- 61
ribus probetur, ſimoniacum eſſe, recipere moniales dotatas, præcipuè ex pactione præcedente, in contrarium tamẽ eſt vſus receptiſſimus ſine aliquo ſcrupulo, id enim credo ſit:conſuetudo autem eſt optima legum interpres, *vt in c.cum dilectus, de conſuet. cum ſimilibus.*

Præterea,ſi†monaſterium egens ſit,verius eſt,quod 62
poſſit accipere dotem pro alimentis monialis abſque ſimonia, vt tenet gloſſ.1.*in d.c.non ſatis,& in c. honoratur,32.q.2.*Bald.*in authent.res quæ.num.13. C. communia de leg.* Secus monaſterium opulentum ſit, quia tunc pecuniam accipere ex pactione, ſimoniacum eſſet, ſecundum



ſecundum Bald *in l. ſi quemquam,col.1.verſ. extra quæritur,C.de Epiſcop. & cler.* Ioan. de Anan.*in rub. de ſimonia,n.8.*Syluest.*verb. ſimonia,q.15.* teſtatur communem ex Victoria,quem refert eam ſequutus Anton. de Pad. *in d.auth.res quæ,n.55.*etſi Dominicus à Soto *l.9.de iuſt. q.6.art.2.ad 4.*exiſtimet, non ſtatim ex hoc ſimoniam committi,quod monaſterium opulentum ſit,ſi pro alimentis dos aſſignetur, ſed tantum præſumi: & quod
63 præfectæ † monaſteriorum ſine vlla culpa aliquas ad religionem anhelantes & aptas ſufficienter dotatas admittere poſſint, etiam vbi ſit expletus numerus earum, quæ alij poſſint ex redditibus monaſterij, dum tamen ab omni ſimonia caueant moniales, quæ ſolent aliquid pro ſuffragiis accipere,probat cum S. Thom.à Caiet.probe expoſito,2.2.*q.100.ar* *ad 4.*Nau.*de reddit. Eccleſ.1.q.n.100.101.*& iterum *in apologia de eiſdem reddit. q. 1. monito vlt. quod eſt* 84. *per totum*, addens,
64 quod nunquam, aut difficile in Hiſpaniis † approbabitur Dionyſij ſententia contraria:admonens moniales, ne recipiant plures, quam alere poſſint monaſteriorum redditib.annuis,etiam indotatas & ſine muneribus:quia licet non ſit malum oppoſitum, nempe ne recipiantur plures, &c. eſt melius:& præterea, quod prædicta ſimonia euitari poteſt, ſi dos neceſſaria pauperrimo monaſterio detur,habentes pro certo,quod ſi ex pacto aliquid accipiant vltra id,quod neceſſariũ ſuſtentationi monialis iudicio cordatorum cẽſeatur, eſſe ſimoniam:Nam ex pacto nihil aliud poſſunt accipere,
65 præter illud, quod†alendæ moniali ſit neceſſariũ,idq; monaſterium præ inopia non poteſt tribuere. Si ergo aliquid vltra acceperint vel ſi dotem exegerint,quãdo monaſterium poſſit eam alere, illicite recipiunt. Hæc ille.Communiter in Hiſpania quando in conuentibus
66 monaſteriorum monialium † proponitur vel agitur de recipiendis aliquibus nouitiis,ſit conuentio de dotib. eiſdẽ præſtandis,nec ita exacte obſeruantur, quæ dicit Nau.*vbi ſup.* ſed præfectæ cæteræ que antiquæ moniales præ oculis exponunt cõuentibus ingentes neceſſitates inſtantes,quo nouitias recipiant,amplioreſq; dotes expoſcunt & conſanguinei recipiendarum minores offerunt,ex cauſſis,quas ſignificant eiſdem,ſicq; in certis quibuſdam dotibus conueniuntur: Quam conſuetudinem & validam eſſe exiſtimo, & nullam ob id committi ſimoniam,tum ex ſupradictis,tum etiã, quia communiter monaſteria monialium, quamuis magnos redditus annuos habeant, egent maioribus ſumptibus pro monialium ſuſtentatione atq; pro reparatione domorum, Eccleſiarũ & fabrica & ornamentis, aliiſque communibus neceſſitatib. ordinariis:& præterea quia redditus,vt plurimũ,& creſcere & decreſcere poſſunt, habentque moniales ſuos œconomos alioſque officiales,quib.annua ſalaria ſoluunt:pleraq; etiam monaſteria egena ſunt,pauca vero ditiora:Recte igitur poterit à communiter accident.dos congrua penſatis penſandis,pro moniali recipienda exigi atque ſolui. Quod ſi
67 in aliquibus monaſteriis † adeo opulenti redditus ſint, vt ſuperfluant omnibus neceſſitatibus prædictis & ſimilib. numeruſque monialium non ſit impletus, tunc illicitum profecto eſſet,dotem à recipiendis exigere, cum ipſa pro illis ſuſtentandis non ſit neceſſaria monaſterio,quia habet alias ſatis commode vnde ſuas moniales alat:hoc autem ceſſante, prout plurimũ ceſ-
68 ſat,licitum†eſt moniales dotatas recipere, dummodo ante profeſſionem, excepto victu & veſtitu nouitiæ vel nouitij illius temporis,quo in probatione eſt,quocunque prætextu à parentibus vel propinquis aliquid ex bonis eiuſdem tribuatur, vt iuſta ratione hoc præcipit ſanctum Concil. Trid.*ſeſſ.25.c.16.verſ.ſed neque, ſub anathematis pœna dantibus & recipientibus*:à contra-
69 rio igitur ſenſu poſt profeſſionem licebit † aliquid dare. Prodigæ autem expenſæ & profani apparatus fieri ſoliti ex pacto tacito vel expreſſo,dum vel ingrediuntur monaſterium, vel profeſſionem emittunt, non erunt liciti,vt exclamat Nauar.*vbi ſuprà.*

Cum igitur hæc ita ſe habeant & dos poſſit dari atque exigi pro alimentis monialis, ſicut pro matrimonio carnali,conſequitur,vt relictum cauſa dotis intelligi poſſit per interpretationem, non ſolum pro matrimonio carnali, ſed etiam pro ſpirituali, atque ideo nil mirum, ſi per ingreſſum religionis deficiat ſubſtitutio in caſu *dicti §.ſed & hoc præſenti*:at vero in ſpecie noſtræ quæſtionis,ſalua ratione recti ſermonis, non poteſt verificari diſpoſitio in monaſterio, quia ipſum non eſt filius procreatus ex proprio corpore inſtituti ſiue grauati, ſed tantum fictus & improprius per iuris interpretationem: Ergo diuerſo iure cenſeri debet caſus noſtræ quæſtionis. Ad quintum reſpondeo, vt ad ſecundum *ſuprà* reſpondimus.

Vltimo non obeſt,ſi obiiciatur, articulum hunc atque quæſtionem principalem in hoc capite examinatam difficilem atque dubiam eſſe;Quandoquidem pro vtraque parte ſunt fundamenta ac rationes ſatis vrgentes, & præterea duæ communes ſententiæ contrariæ, vt *ſup.* eſt viſum: Ergo vbi ſunt opiniones,fauendum eſt illi,quæ eſt pro religione,*l.ſunt perſonæ,ff.de religioſ. & ſumpt.fune.*& in dubio pro cauſa pia, & ſic fauora-
bili,*argum.c.fin. cum ſimilibus, de † ſententia & re iudic.* 70
cuius text. diſpoſitio etſi loquatur in matrimonio, libertate, dote ſeu teſtamento, locum etiam habet in quacunque alia cauſa fauorabili (prout eſt monaſterij ſiue Eccleſiæ)vt conſtat ex eodem text.ibi;*Niſi in cauſa fauorabili*,vbi ponitur regula; Cætera namque ſubſequentia gratia exempli ponuntur,puta,matrimonio, libertate,dote,teſtamento. Exempla autem non ſolent arctare regulam,*vt in leg.damni infecti ſtipulatio,§.Sabinus,ff de dam.infect.cum ſimilib.* Et præterea tenet Alex.
*in l.duo iudices,n.9.ff.de re iudic.* nam † reſpondeo,quod 71
ſic perſonis fauorabilibus debitores ſumus in iuſtitia, quod aliis iniuſtitiam facere non debeamus, vt inquit Summus Pontif.*in c.ex tenore,de foro compet. & in c.nuper,in verſic. quod autem, de donat. inter vir. & vxor.* Licet ergo monaſterio in dubio fauendum ſit, quia pia cauſa, attamen in propoſito fauor hic locum non habet,cum alias fieret iniuria ſubſtituto,qui habet pro ſe voluntatem teſtatoris apertam in præſenti ſpecie,quare potius pro ipſo iudicandum eſſe exiſtimo:Si enim hoc fiat ſcrupulo,iure carebit iudex vel conſultor,quia probabilior ac magis communis ſententia id habet: ſi vero pro monaſterio quis cauſam deciderit, profecto animus non ita ſecurus erit,eo, quod voluntas teſtatoris ſatis clara & aperta colligatur ex prædictis verbis præferendi ſubſtitutum monaſterio; Quandoquidem in ipſo verificari,ſalua ratione recti ſermonis, minime poſſint.In hac igitur re difficili certius,tectius & ſecurius eſt iudicare pro ſubſtituto:Idque præmaxime erit verum, vt prædixi, ſi ipſe ſubſtitutus ex deſcendentibus teſtatoris ſit, vel cauſa pia poſteriori loco ſit ſubſtituta: quamuis adhuc his ceſſantibus idem verius exiſtimatem atque exiſtimo, teneo & iudico.

Illud tandem † prænotare libuit,ex ſolo ſacerdotio 71
non intelligi ſatisfactum diſpoſitioni text.*in d.§.ſed & hoc præſenti*,eſt communis ſecundum Alciatum *conſ.90. num.11.l.9.*& Boet. *deciſ.354. num. 11.* & eos referens Mantic.*vbi ſup. n.22.* vbi hoc limitat, ſi clericus bona ſua dediſſet capellæ, cuius factus ſit Sacerdos, vel ſi omnia bona ſua vel ſaltem hæreditatem ſibi relictam expendat in pias cauſas,dicens,hunc intellectum congruere verbis illius text.ſecundum Felin.*in d.c.præſentia,n.58.*vbi Decius *n.58.inf.*dicit magis communem, ibique refert alios, præcipuè Carol. Ruin. *conſ.* 153. *num.1.*

*n.1.& 2.vol.3.*& Decium *conſ.159.num.5.verſic.& ſtante,& n.6.verſ.præterea quod dicitur de clerico.*

## SVMMARIVM.

1 *Fructus beneficiorum vltimi anni quomodo diuidendi ſunt inter heredes defuncti & nouum beneficij ſucceſſorem? & n.ſeq.præcipuè n.9.& ſeq.vbi quod pro rata diuidantur.*

2 *Fructus qui poſt acquiſitum ex cauſa fideicommiſſi dominium ex terra percipiuntur,ad fideicommiſſarium pertinent, quamuis maior pars anni ante diem, quo fideicommiſſum ceſſit, præterita ſit.*

3 *Anteceſſor Eccleſiæ parochialis, qui eius omnes fructus percepit,debet ſoluere ſucceſſori ſeruienti congruam ſuſtentationem.*

4 *Fructus ſeparati à fundo,licet non ſint reconditi tempore obitus beneficiati, ad heredes eius pertinent.*

5 *Penſiones annuæ ex agris, domibus, aliiſue prædiis beneficij,mortuo eius poſſeſſore,ad eum pertinent, iuxta diſtinctionem l.defuncta ff.de vſufr.*

6 *Quid in penſionib.Eccleſiaſticis illius anni, quo penſionarius deceſſit? Idem quod in vſufructu,num. 8.Sed contra num.9. & ſeq.nempe pro rata.Idem ſi penſio quota partis fructuum ſit,vt in num. 34.ſed de ſtylo Curiæ Rom.non ſoluitur rata penſionis, vt in n. 36.*

7 *Penſio Eccleſiaſtica vſufructui ſimilis eſt , quia ea morte extinguitur, ſicut vſuſfructus.*

10 *Penſionarius fructus beneficij non percipit , ſed iis , qui titulum habet,qui tamen adhuc non eſt vſufructuario ſimili.*

11 *Penſio Eccleſiaſtica, vt frequentius contingit,certæ pecuniæ, non fructuum quantitas, eſt à poſſeſſore beneficij ſoluenda.*

12 *Fructus beneficiorum ( præter Eccleſiæ cathedralis) Epiſcopatu Ciuitat. diuiduntur pro rata inter heredes defuncti & nouum ſucceſſorem vltimi anni, quo prædeceſſor deceſſit , annuſque incipit à die S. Martini menſis Nouembris.*

13 *Idem obſeruari ſolitum eſt in diuiſione fructuum Commendatorum S.Iacobi,Calatrauæ & Alcantaræ, ex conſtitutionibus eorundem ordinum.*

14 *Fructus dotis vltimi anni , quo durauit matrimonium, diuiduntur pro rata inter partes.*

15 *Hic annus quomodo debeat computari?*

16 *Diuiſio fructuum dotis vltimi anni , quo matrimonium durauit, an hodie locum habeat?*

17 *L.10.tit.4.* de las labores y partiones *lib. 3. fori obſeruatur in his regnis.*

18 *Penſiones locationis rei venditæ ad quem pertineant ? & n.19 & 20.*

21 *Penſio fundi antea locati & poſtea venditi ante meſſium & vindemiarum tempus,ad emptorem integre ſpectat.*

22 *Idem eſt in penſione exacta vel cedente poſt venditionem factam, tamen antequam fructus colligerentur.*

23 *Secus eſt ſi fundus vendatur poſt fructus ipſius perceptos,ante tamen diem penſionis ſoluendæ;Nam penſio hæc ad venditorem pertinet, niſi venditio ea lege fiat , vt venditor expellere non poſſit colonos vel inquilinos,vt in n.24.*

25 *Emptor fiſci percipit penſionem cedentem poſt ipſam venditionem , etiamſi ea ſoluatur pro fructibus ante venditionem perceptis , & hoc ſpeciali fiſci fauore, quia hoc priuilegium emptori fiſci datur in compenſationem damni,quod cogitur ſtare colono fiſci.*

26 *Penſio domus locata & poſtea vendita indiſtincte pro rata ad emptorem pertinet.*

27 *Diuiſio fructuum prædij venditi ad vitam pendentium ſit pro rata temporis,quo vixerit emptor.*

28 *Secus eſt in legato fructuum alicuius fundi alicui facto quotannis dum viueret,vel dum eſſet vidua,vel durauerit in aliquo miniſterio , hi enim vltimi anni integri ad legatarium pertinent.*

29 *L. Iulian.§.ſi fructibus, ff. action. empt.procedit etiam in eo,qui ex pacto de retrouendo rem retraxit.*

30 *Fructus ad maioratus ſucceſſorem à die delati maioratus indiſtincte pertinere debent.*

31 *Sed verius eſt & tenendum, vt pro rata diuidantur inter hæredes vltimi poſſeſſ. & nouum ſucceſſorem.*

32 *A quo tempore hoc caſu numerandum ſit anni principium,mos regionis obſeruandus.*

33 *Fructus beneficij renuntiati an inter renunciantem & ſucceſſorem diuidantur pro rata ?*

35 *Penſionis Eccleſiaſticæ rata non ſoluitur , ſecundum conſuetudinem & ſtylum Romanæ Curiæ.*

36 *Conſuetudo Romæ in Hiſpania in cauſſis Eccleſiaſticis ſpectanda eſt,ſiue ſpecialis ſiue generalis ſit.*

## CAPVT XXXIII.

### *De penſione Eccleſiaſtica , an debeatur pro rata temporis , necne ?*

F*Ructus Beneficiorum Eccleſiaſticorum eius anni , quo mortuus fuit, qui beneficium habebat, qualiter diuidendi ſint inter heredes defuncti atque nouum beneficij ſucceſſorem?* celebris ac perutilis quæſtio eſt,& inter noſtrates non ſatis conſtituta.

1 Quidam † beneficium habentem vſufructuario adæquantes cenſent , fructus ante obitum collectos ad hæredes defuncti , pendentes vero ad Eccleſiam vel ſucceſſorem integre pertinere exiſtimant : *argum.text. in l.ſi vſufructuarius ff.quibus mod.vſufruct.amit.l.ſi in ſingulos,in fin.ff.de ann. legat. §. is vero, Inſt.de rerum diuiſ.* text.*in l.ſi fur,& in l.defuncta,ff.de vſufr.& quemadm.quis vta.* per quem text.in præbenda clerici iam percepta vt probat gl.*fin.in l.1.C.de annon. ciuil.l.11.*quam dicit ordinariam,loquens in beneficiato , Paulus Caſtr.*in l.diuortio,§.non ſolum,n.5.ff.ſolut.matrim* & *ibi* eius additio:idem tenuit gl.& *ibi* DD. *in c.ſi propter, de reſcript. in 6.verb. primi anni,& in c.præſenti, de offic.ord in 6.verb. reſeruari,ad fin.*& Doct.*in c.vltim. de pecul. cler.* probat text.in pragmatic.ſanctio. Gallic.*tit.de annatis, §. item quod ſi Eccleſia,*& ibi *gloſſ.ordin. Coſma Guimier in gloſſ. acquiſitos,circa finem,iunctis gloſſis teneatur*, idem notat, attenta generali conſuetudine Franciæ, quod fructus Eccleſiaſtici acquiſiti tranſmittuntur ad hæredes:quæ etiam eſt Hiſpaniæ,*vt in l.final.tit.8. l. 5.nouæ collect regia* vbi late diximus,& hanc opinionem fatetur communem eſſe Albert.*in d.l.diuortio, n. 12.* vt refert alios allegans Couarr. *lib. 1. variar.cap. 15.num.12.*Eandem teſtatur communem late defendens & probans D.Nauarr.*in ſua apologia de reddit. Eccleſ. q. 2. monito 23.per totum,*vbi inquit, eſſe credendum, non ſolum in theorica à Doctoribus , ſed etiam in praxi à iudicibus & partibus eam ſeruatam eſſe,præterquam in Epiſcopis, Abbatibus & Prioribus conuentualibus , in quibus à paucis ante hac annis conſtitutionibus Synodalibus aliud ſtatutum eſt. Idem † videmus in fideicommiſſo: 2
Nam omnes fructus , qui poſt acquiſitum ex cauſa fideicommiſſi dominium ex terra percipiuntur , ad fideicommiſſarium pertinent, quamuis maior pars anni ante diem,quo fideicommiſſum ceſſit, præterita ſit *vt in l.Herenn.Modeſtinus,ff de vſuris*, & DD. vbique,per eam vtique in hoc expreſſam , id tenent & notant, vt affirmat Nauarr.*in dict.apolog.de reddit. Eccleſ. q. 2.monito 15.in princip.*

Ex quo text. videtur , veram non eſſe opinionem Barthol.Soc.*conſ.41.n.6.vol.3.*quem refert & ſequitur Auend.



Auend.*reſponſ.5.n.4.*exiſtimantis in hac ſpecie fideicōmiſſarij,quod etſi penſiones locationum & libellorum debitæ pro fructibus iam perceptis pertineant ad hæredem grauatum,*argum. d. l.defuncta,ff. de vſufr.*vbi ita determinatur in vſufructuario,qui minus iuris habet, quam hæredes fideicommiſſo grauati, & in hoc recte dicit : tamen in penſionibus ciuilibus, debitis pro fructibus naturalibus non perceptis,pro rata anni fructus eſſe diuidendos, quia hæres reſtituit ex neceſſitate,ſicut maritus dotē ſoluto matrim. & tamen inter eos & hæredes mulieris ſit diuiſio fructuum pro rata anni,*vt in l diuortio,ff.ſolut.matr.de quo* infrà *dicemus*.Hæc namque ſententia Soc. & Auend. aperte confundi videtur *ex d.l.Herennius,la.1.*& contra eos etiam eſt gl.magna *in l.in fideicommiſſi.verb.non lucrum ff.eod.tit. de vſur.* ex quib.conſtat,fructus perceptos poſt acquiſitum fideicommiſſi dominium,ad fideicommiſſarium pertinere.

Et quamuis retenta præfata communi ſentent. quæ inter hæredes beneficiati defuncti , & ſucceſſorem in beneficio loquitur, poſſet contingere, vt beneficiatus ſeruiret beneficio ſemiannum abſque vllo emolumento,puta ſi iam vindemia facta Septembri, acciperet Calend.Octobris beneficium, eique ſeruiret † vſque ad Calendas Aprilis , quo in tempore nihil fructuum percipitur , quod eſſet abſurdum : attamen hoc in caſu anteceſſor in Eccleſia parochiali debet ſoluere illi tantum , quantum ad honeſtam ſuſtentationem in ſeruiendo indiguit,etiam iure naturali, vt ex pluribus in terminis comprobat , atque pro certo ſibi affirmat Nau.*vbi ſup.in fin.d.monit.* 13. ſicque ceſſabit ſupradictum inconueniens.
3
4 Eadem † autem cōmunis ſententia procedit , non ſolum in fructibus perceptis tempore obitus,ſed etiamſi non ſint reconditi,ſi tamen à fundo fuerint ſeparati:Ita Card.Imol.& Barb.*in d.c.vlt.ad fin.* Alber.*vbi ſup.*Dominicus *in d.c.ſi propter*,Franc. *in d.c. præſenti*,Salyc. *in l.ſi pater, C. de vſufr.* quorum opinio communis eſt ſecundum Tiraquel. *lib. 2.de retract.§.5. gl.4.in princip.* vt refert eam ſequutus tanquam veriorem Cou.*vbi ſup.*aduerſus gl. contrarias *in d.c.præſenti, & in d.c.ſi propter,& in l.ſi fur,in princ.ff.de vſufr.& in l. ex diuerſo, in princ.ff.de rei vendi.*

5 Quæ † communis traditio procedit etiam in penſione annua ex agris,domibus aliiſue prædiis ad beneficium Eccleſiaſticum ſpectantibus , ſub prædicta annua penſione locatis:Nam mortuo poſſeſſore beneficij,penſiones eius anni ad eum pertinebunt iuxta diſtinctionem *d.l.defuncta*,quæ in ſimili penſione reſpectu vſufructuarij & proprietarij loquitur, quam refert Couar. *vbi ſup. n. 3.* vt in hac ſpecie probauit Angel. *conſil.245.n.7.verſ.6.*& Cardinal.*conſil.*110.quos refert Couarr.*vbi ſupra,num.*12.

6 Ex qua † recepta ſententia infertur ad deciſionem alterius frequentiſſimæ quæſtionis,quid dicendum ſit in penſione Eccleſiaſtica ſuper fructibus alicuius beneficij auctoritate Apoſtolica conſtituta , decedente penſionario ante diem ſolutioni penſionis conſtitu-
7 tam:Nam † cum penſio hæc Eccleſiaſtica vſufructui ſimilis ſit,quia ea morte extinguitur, ſicut ipſe vſuſfructus,vt probat Card. *in Clem.1.§.eadem, n. 4. & ibi* Imol.*n.26.de ſupplen.neglig.prat.*Ioan.Bapt.de S.Seuer. *in tract.de penſ.q.25.*Gig.*in eod.tract.de penſ.q.49.52.53. vol.15.tract.diuerſ.doct.*idem dicendum erit in hac ſpe-
8 cie,in pēſione Eccleſiaſtica,quod in vſufructu † deciſum exſtat *in d. l. defuncta, ff. de vſufr.* Iuxta cuius text. diſtinctionē hæc etiam quæſtio decidenda erit,quemadmodum & illa præcedens de fructibus beneficij inter hæredes prædefuncti beneficiati & ſucceſſorem in eodem beneficio diuidendis:ita Alex.*conſil.15.l.2.*Ioan. Bapt.*d.q.25.*Gig.*d.q.53.*dicens, ita à viris iuris vtriuſq; peritiſſimis reſpōſum fuiſſe lite mota apud ſedis Apoſtolicæ iudices : itaque ſecundum eos,mortuo penſionario fructibus iam perceptis ante diem ſolutioni penſionis conſtitutam, integra penſio eius hæredibus debebitur:ſi vero decedat poſt diem penſionis ſoluēdæ, antequam fructus,ſuper quibus cōſtituta eſt,colligantur , penſio eius hæredibus non debetur , etiam quæ præd. die ceſſerit,imo etiā ſoluta repeti poterit:Quod ſi fructus partim collecti ante obitum penſionarij,partim,poſt eius mortē percepti fuerint, penſio debebitur pro rata fructuum ante obitum perceptorum:cui ſententiæ plurimum patrocinatur communis atque recepta ſententia præcedens, ex qua hoc deduximus.

Nihilominus † in vtraq; ſpecie,nempe in fructibus 9
diuidendis inter hæredes beneficiati mortui,& ſucceſſorem in beneficio, & præterea in penſione inter illos penſionarij prædefuncti hæredes,atq; poſſeſſorem beneficij , contrarium verius videtur , imo quod fructus eius anni,quo mortem clericus obierit, indiſtincte & penſio inter ſupradictos reſpectiue pro rata temporis diuidantur:quoniam vt Dominic.à S. Geminian.ex eo text.notat *in d.c.præſenti.§.porro*,fructus agrorū & prædiorum Eccleſiaſtici beneficij , cuiuſq; redditus à canonibus ſunt cōſtituti ac deſignati pro oneribus ſuſtinēdis totius anni,donec noui fructus collecti fuerint atq; inter alia Eccleſiæ onera connumerantur ſtipendia ipſis miniſtrantibus debita,vt cauetur *in d.§.porro*.Rationi igitur congruit,vt pro rata temporis fructus Eccleſiaſtici beneficij diuidantur inter defuncti hæredes & ſucceſſorem, aut ipſam Eccleſiam.Præterea † pen- 10
ſionarius fructus beneficij non percipit,ſed is,qui Eccleſiæ titulum habet,qui tamen adhuc non eſt vſufructuario ſimilis, penſio vero, vt frequentius contingit, certæ pecuniæ,non fructuum quantitas eſt à poſſeſſore beneficij ſoluenda, nec ea † ſoluitur penſionario tan- 11
quam pretiū ipſorum fructuum.Nam *in d. l. defuncta*, agitur de penſione, quæ pro ipſis fructib. in eorū pretiū pro ipſo deniq; vſu ei ſoluitur,ideo ea deciſio non recte cōgruit penſionib.Eccleſiaſticis:Quare pēſio Eccleſiaſtica pro rata tēporis hæredib.pēſionarij debebitur,cū ea à Summis Pontif.cōſtituatur in alimēta penſionarij,atq; in ſtipendium eorū, qui miniſterium aliquod exhibent vel exhibuerūt Eccleſiæ Eccleſiaſticoue ordini;Siquidē penſio ipſa Eccleſiaſtica cedere videtur in alimentorū cauſam,ſecundum Rom.*conſ.*388. Gig.*de penſ.q.51. & 52.* alios adducentem,quib. fundamentis hanc ſenten.in vtroq; caſu aduerſus communem, æquiorem & veriorem eſſe exiſtimat atque probat Cou.*vbi ſup.n.12.& 13.*allegans Alber.*in d.l.diuortio,n.12.ff.ſolut.matrim.*eam expreſſe tenentem in priori ſpecie,nempe reſpectu fructuum beneficij inter hæredes beneficiati prædefuncti,& ſucceſſorem pro rata diuidendorum:& idem ipſe Cou.audacter probat reſpectu penſionis Eccleſiaſticæ : Eandem opinionem in priori caſu probauit Auend.*d.reſp.5.num.1.in 1.conc.* & etiam D.Sarm.*de redd.Eccleſ.4.p.c.6.n.13.*dicens,quod in Hiſpania noſtra conſuetudine hoc eſt receptum: eandem opinionem in vtroq; probauit aduerſus communem inſignis D.Mol.*de Hiſp.primog.l.3.c.11.n.4.*dicens , eam vidiſſe receptam frequentiſſime in forenſibus controuerſiis:& quamuis Nau. *vbi ſup.* defendens communem ſententiam noſtram hanc reſpectu fructuum inter hæredes beneficiati defuncti & ſucceſſorem expreſſim improbet , atque Doctorem Sarmiento increpet,eo quod affirmauerit, in Hiſpania conſuetudine aliud receptum eſſe , quia ſecundum ipſum Nau. contrarium par eſt credere,niſi in Epiſcopis, Abbatibus & Prioribus conuentualibus:tamen re vera,& in puncto iuris verior eſt hæc ſecunda ſentētia & æquior per ſupradicta,atq; in praxi recepta & proinde tenenda,vt præter Sarmient. aſſerit ſe vidiſſe frequentiſſime D.Molin.

D. Molin. *vbi ſuprà*. Habemus igitur maximos Iuriſ-
conſultos,ac ſummos practicos id affirmantes,quibus
credendum eſt, præmaxime, cum rationes *ſupra* addu-
ctæ pro eorum opinione maxime vrgeant & efficaces
ſint aduerſus communem.

12 In hoc† Epiſcopatu Ciuitatenſ. idem indiſcrimina-
tim conſuetudine immemoriali obſeruatur in fructi-
bus omnium beneficiorum atque Epiſcopatus ipſius
(præter præbendas Eccleſiæ Cathedralis ac præſtimo-
nia eiſdem annexa , in quibus ſingulare ius ex con-
ſtitutionibus d. Eccleſiæ aliud obtinet, propter perſo-
nalem earundem reſidentiam requiſitam) in cæteris
tamen beneficiis fructus diuiduntur pro rata anni,
quo deceſſit prædeceſſor , inter eiuſdem hæredes &
13 nouum ſucceſſorem , annuſque † ad hoc incipit à die
San.Martini menſis Nouembris:atque idem obſeruari
ſolitum eſt in diuiſione fructuum Commendarum S.
Iacobi , Calatrauæ & Alcantaræ , ex eorundem ordi-
num conſtitutionibus,ſecundum D. Mol. *vbi ſup. n.5.*
Verum vt ſuperior ſententia aduerſus communem ve-
rior appareat, confirmari poterit ex ſequentibus.

14 Primo, quoniam † ita etiam fructus dotis, quæ da-
tur pro matrimonij carnalis oneribus ſuſtinendis, *vt
in leg. pro onerib.cum ſimilib. C. de iur. dot.* ſunt pro rata
temporis , quo matrimonium durauit illo anno inter
maritum & hæredes vxoris,vel è conuerſo diuidendi,
deductis expenſis à marito factis illo anno, *vt in d. l.
diuortio,in princ. ff. ſolut.matrim.& in l.26.tit.11.p.4.* An-
ton. Gomez.*in l.53. Taur.n.33.verſic. hodie*,Campegius
15 *de dote,2.p.q.19.& ſeq.*vbi†quod hic annus debet com-
putari à die quo matrimonium per verba de præſenti
fuit celebratum & dos marito tradita , quoties conti-
gerit, vt eodem anno , quo matrimonium contractum
fuit , ſolueretur : quod ſi pluribus aliis annis durauit
matrimonium , diuiſio fieri debet pro rata temporis
vltimi anni, quo durauit matrimonium , cuius rei ra-
tionem eam communiter ſcribentes aſſignare ſolent
*in d.l.diuortio* , quod cum fructus dotis marito propter
onera matrimonij ſuſtinenda , vt prædiximus , præ-
ſtentur , conſequens eſt,vt illis integris frui debeat,
pro rata illius temporis , quo onera matrimonij ſuſti-
nuit. Merito ergo , vt eadem ratione idem dicendum
ſit in redditibus Eccleſiaſticis , quia Canonibus ſunt
conſtituti pro oneribus ſuſtinendis totius anni , *vt in
d.§.porro*,& in penſionib.Eccleſiaſticis,cum à Summis
Pontific. conſtituantur in ſtipendium eorum, qui ob-
ſequium aliquod exhibent,vel exhibuerunt Eccleſiæ,
vt prædicebamus. Verum d. *l.26.regia* limitat *d. l. di-
uortio*, quando bona illa, è quibus fructus percipiun-
tur,fuerunt data marito æſtimata in dotem,tunc enim
æſtimatio tantum eſt vxoris,& non plus.

16 Hæc tamen† diuiſio fructuum inter virum & vxo-
rē,& materia *d.l.diuort.& d.l.26.*ſi credimus Greg.Lop.
*in eadem l.26 gl.fin.*ceſſat hodie in iſto regno per ll.fori
diſponentes , fructus & alia lucra diuidenda eſſe inter
virum & vxorem,ſolutis capitalibus,tā viri quam vxo-
ris,de quo eſt hodie *l.4.tit.9.l.5.noue collect.reg.*præter-
quam Cordubæ,vbi non ſeruantur dd.ll.fori,vel ſi re-
nuntiatum eſſet lucris acquiſitis conſtante matrimon.
nam tunc procederet præd. legis materia ſecundum
ipſum : idem nouiſſime probauit Ayora Gran.*in tract.
de partition.1.p.c.9.n.1.& 14.*Sed meo iudicio hæc ſen-
tentia Gregorij vera non videtur, ſi quidem quod fru-
ctus & alia lucra ſint communia inter virum & vxorē,
procedit in acquiſitis durante matrimonio,vt ex eiſdē
legib.Regiis manifeſtiſſime conſtat, eſtq; veriſſimum:
at vero materia *d.l.diuortio, & d.l.26.*verſatur circa di-
uiſionem fructuum dotis illius anni,quo ſolutum fuit
matrimonium.Pars igitur,quæ hæredibus mulieris,vel
ipſi mulieri contigerit pro ſua rata temporis , quo illo
anno ſolutum fuit matrimonium , non communicabi-
tur viro,nec eius hæredibus,quandoquidem non con-
ſtante matrim.ſed potius illo ſoluto cenſentur acquiſi-
ti.Altera vero pars,quæ pro rata temporis,quo illo an-
no conſtitit ſiue durauit matrimonium,quæ attento il-
lo iure communi,marito competebat.hodie per leges
Regias diuidi debet inter virum & vxorem eiuſq; hæ-
redes. Ad ſciendum igitur,quota pars fructuum hære-
dibus mulieris,vel potius ipſi mulieri adiudicāda erit,
præcipuè pro tempore, quo fuit ſolutum matrimoniū
illo vlt.anno,neceſſario materia *d.l.diuort.& d.l.26.Re-
gia* in praxin deducenda erit.Tunc autem opinio noua
Greg.Lop.procedere atq; locum obtinere poſſet,cum
omnes fructus illius anni diuidi æqualiter deberent
inter maritū & vxorem eiuſq; hæredes,tunc enim non
eſſet neceſſaria altera diuiſio,de qua *in d.l.diuort.& d.
l.26.*Verum cū per ll.Regias fori allegatas à Greg.qui-
bus ſuam opinionē fundare nititur , tātum communi-
cētur æqualiter , inter virum & vxorē fructus & lucra
conſtante matrimonio acquiſita , & illo vltimo anno,
quo matrimonium durauerit,pars fructuum conſtanti
matrimonio tribuatur ac pars ſoluto,cōſequens eſt,vt
ad exquirendum,quæ pars cuique tempori conueniat,
neceſſaria ſit etiā hodie materia *d.l.diuort.& d.l.Parti-
te* , non ſolum Cordubæ & alibi , vbi dictæ leges fori
non ſeruentur,& vbi renuntiatum ſit prædictis lucris,
ſed etiam vbi fructus & lucra conſtante matrimonio
acquiſita communiter diuidenda ſunt inter coniuges,
ipſorumque hæredes ; Quandoquidem fructus ſoluto
matrimonio, illo vltimo anno contingentes diuiden-
di minime ſint,ſed præcipuè ad hæredes vxoris perti-
neant , per ſupradicta.Et * hæc conſideratio & diſtin-
ctio vera eſt in ſe,vt fatetur nouiſſime poſt huius ope-
ris primam editionem D. Petr.Barboſa *in l.diuortio, in
princ.ſub n.27.ff.ſolut.matrim.* licet addat,non bene nos
hic dicere, quatenus dicimus,tunc eſſe recorrēdum ad
computationem *d.l.diuort.*cum in Caſtella ſit recurrē-
dum potius ad *l.fori* ſtatim per ad nos citatam,Sed non-
ne quæſo nos hic ſtatim *n.infr.proximo* hoc profitemur
& agnoſcimus,vt idē auctor poſtea fatetur nos ad idē
citans:ergo ſecluſa l.fori bene dicimus,& ea ſtāte quo-
que,ſiquidem eam eſſe obſeruandā docemus his verbis
ſeqq. Verum†adeſt in propoſito ſpecialis alterius *l.fo-* 17
*ri* noua prouiſio atq; forma tradita,quæ in præfata ſpe-
cie obſeruāda erit,nempe *l.10.tit.4.de las labores y partio-
nes,lib.3.fori*, quæ eſt huiuſmodi. *Porque acaece muchas
vezes,que ante que los frutos ſon cogidos de las heredades,o
muriere el marido, o muriere la muger,eſtablecemos, que ſi
los frutos parecē en la heredad a la ſazon de la muerte , que
ſe partā por medio entre el biuo y los herederos del muerto.
E ſi no apareſcen , aya los frutos cuya fuere la rayz,e de las
miſſiones que fueren enfechas en la labor al que la labro, y
eſto ſeaſi la labor fuere viña, o arboles , ca ſi fuere tierra, y
fuere ſēbraba,muguer que no aparez ca el fruto a la ſazō de
la muerte,parte ſe por medio quanto ende ouiere,e ſino fuere
ſembrada,e fuere barbecho, el que no ha nada en la heredad,
aya la mitad de las miſſiones que furē fechas en el barbecho,*
cuius l.diſtinct.inquit ſeruari Mont. *in l.fin.gl.1.in fin.
tit.3 eod.l.3 for.*eamq;refert Bonif.*in pereg.legum Parti-
tarum,in parte dos,verſ.13.quæro,in gl.ſoliti*, & inquit ita
practicari Pala.Rub.*in repet.rubr.§.62.n.10.de donat.in-
ter vir.& vxor.*eandem l.fori refert etiam Ant. Gom. *in
l.53.Tauri n.33.verſ.hodie tamen*,dicēs eam ſingularem,
quamuis de praxi eius nihil dicat:ſed eius l.fori diſtin-
ctionem ſeruari in hoc regno affirmat Matienc. *in l.4.
gl.1.n.4.tit.9.l.5.nouæ collect.reg.* & communiter ſeruari
in practica teſtatur Ayora *vbi ſup.n.2.* quid in caſu cō-
uerſo,nempe cū vir vel vxor duxit ad matrim.fundum
vel vineam cū fructibus pendentib. & tempore ſoluti
matrim. erant ſine fructibus. Quare cum tot viri tam
illuſtres



illuſtres atque in vſu forenſi verſari hoc dicant , cre-
dendum eſt illis ac proinde obſeruanda erit in praxi
diſtinctio *d.l.10.*iuxta tradita per Bart. *in l. de quibus,
n.21.ff.de legibus.*& ibi doct.præmaxime,vſu *dict.l.fori*
probato, quamuis ſufficere exiſtimo ad probationem
eiuſdem teſtimonium prædictorum virorum , & ita
nos quoque *ſecundum d.l.fori* conſulere ſoliti eramus,
* & ſequitur * nos,&ſupra dictos citans,D.Petrus Bar-
boſa *vbi ſuprà.* *

18 Secundo,quia † etſi fructus pendentes rei venditæ,
tempore venditionis ad emptorē pertineant,niſi aliud
conueniat:penſiones vero ei cedūt,qui locauerat,hoc
eſt,venditori,vt *in l.Iul.§.ſi fructibus. ff. de actio empt.
l.11.tit.15.p.5.*quaſi velit Vlpianus,aliud eſſe in fructi-
bus perceptis ex agro vendito poſt venditionē perfe-
ctā,aliud in penſionibus ex ipſa re vendita poſt ven-
ditionē cedentibus ex locatione ante venditionē cele-
brata,vt in hoc poſteriori caſu penſiones ad venditorē
pertineāt:attamen gloſſa *ibi,verbo,ei cedat*,hoc intelli-
19 git in hunc ſane ſenſū,vt † hæ pēſiones cedant vēdi-
tori ad eū effectū,vt eas emptori reſtituat,vel actiones
pro his ſibi competentes emptori cedat , ad eas qui-
dem penſiones,quæ reſpiciunt tempus elapſum à die
perfectæ vēditionis,& ſic pro rata tēporis,anni & ibi
idem notant & ſequuntur Bart.Alber.& communiter
Doct.vt aſſerit D.Mol.*vbi ſup.n.8.* In hoc namque vi-
dentur conuenire omnes ſecundum Couar.*d.lib.1.c.15.
n.5.* quod etiamſi penſiones debeantur emptori eique
ſint reſtituendæ , actio tamen perſonalis ei nequa-
quam competit ad eas exigendas à colono vel inquili-
nis,quia cū eis emptor minimè cōtraxit,ſed à vēditore
cōduxerunt : vnde vel venditor cedet emptori actio-
nes contra colonos,vel venditor aget ad penſiones, &
eas ſemel exactas emptori reddere tenebitur omnino.

Quare pro vera & perſpicua reſolutione huius arti-
culi,vt præcedētia contra communem dicta circa di-
uiſionem fructuum beneficij pro rata fienda inter hæ-
redes beneficiati prædefuncti & ſucceſſorem confir-
mentur,obſeruandum eſt, in penſionibus rei venditæ
inter emptorem & venditorem diuidendis,penſiones
20 agrorum ad eum pertinere,nempe† emptorē aut ven-
ditorem,ad quem fructus, pro quibus ſoluendæ ſunt,
iure & ratione ſpectant,ſiue de integra penſione, ſiue
de eius parte pro rata temporis agatur,ita quidem, vt
in diſtributione pēſionum conſideremus tempus,quo
percipiuntur fructus,quorū ratione penſiones ſoluun-
tur,text.eſt expreſſus *in d.l.defuncta*, & *ibi* Alberic. &
alij Doct.*& in d.§.ſi fructibus*,Paul.Caſtr.*con.214.lib.2.*
Anchar.*conſ.193.incip.ſubtiliter*,Aret.*in conſ.160. verſ.
circa quintum*,Alex.*conſ.28.n.2.lib. 1. & conſ.82.n.16.
lib.2.*Iaſon.*conſ.231.lib.2.*Carol.Mol.*in conſuet.* Pariſ.
*§.1.gl.8.n.11.* ſequitur plures referens Couar.*vbi ſupra
d.n.3.*& Molin.*vbi ſup.lib.3.c.3.n.17.*eſtque communis,
recepta ac vera ſententia , vt ex ſupradictis patet.

21 Ex qua † primo infertur, quod vendito fundo , ex
quo certo tempore fructus percipiuntur,vt puta meſ-
ſium aut vindemiæ,& tamē is locatus fuerat ante ven-
ditionem ad certam annuam penſionē ſtatuto die ſol-
uendam,ſi vēditio facta fuerit ante meſſium & vinde-
miarum tempus,& ante diē ſolutionis penſionis,pen-
ſio prædicta ad emptorē integre ſpectabit venditorq;
eidem tenebitur cedere actionē,vel ſi penſionem exe-
22 gerit,eam reſtituere.Secundo † infertur, idem eſſe di-
cendum in venditione fundi,quę facta fuerit poſt diem
ſoluendæ penſionis aut poſt exactam à venditore pen-
ſionem,prius tamen,quā fructus colligerētur, hoc eſt,
anticipata ſolutione, nam & tenebitur venditor reſti-
tuere prædictā penſionem emptori aut ei actionem ce-
23 dere. Tertio † infertur , ſecus eſſe,ſi fundus vendatur
poſt fructus ipſius perceptos,ante tamen diem penſio-
nis ſoluendæ,pro qua locatus fuerat à venditore;Nam
penſio prædict.in hac ſpecie integre cedit cōmodo &
vtilitati venditoris,vt prædicti Doct.communiter ad-
notarunt,tametſi Dyn. & Albert.*in l.fin.§.fin.ff.de iure
fiſc.*& Rō.*conſ.10* Ang.*in d.l.diuortio,col.3 ff.ſolu. matr.*
contrariū iure verius eſſe reſponderint *ex d.§.vlt.*Ni-
hilominus tamen communis modo relata ſentētia ve-
rior eſt & tenēda in vēditione inter priuatos facta,niſi
ea lege fiat,vt emptor nō poſſit expellere colonos aut
inquilinos,qua † ſtāte,nihilominus emptor, quamuis 24
colonos expellere non poſſit,ab eis tamen mercedē ac
pēſiones exigere poterit,iuxta text.optimū *in l.ſi mer-
cedē,§. vlt.ff.de action.empt.* vbi hoc animaduerterunt
Doct.Nam in caſu *d.l.fin.§ fin.ff.de iur.fiſc.* ſpeciale eſt
fauore fiſci in re vēdita ab eodem,quo † caſu emptor 25
percipit penſionē cedentem poſt ipſam venditionem,
etiamſi ea ſoluatur pro fructibus ante emptionē perce-
ptis,quia hoc priuilegium emptori datur in cōpenſa-
tionem damni,quod patitur ex eo,quod cogitur ſtare
colono fiſci:ita intelligit text.illum Bart.*ibid.*Alber.&
Fulgoſ.*in d.l.defuncta*,& alios allegans Cou.*vbi ſuprà
n.4 & 5.*qui ſuprad.reſolutionē ſequitur. Vltimo † in- 26
fertur,quod domo vendita, quæ prius locata erat pro
annua penſione,ſiue venditio præceſſerit diē ſolutio-
nis penſionis,ſiue eam fuerit ſubſequuta,pro rata tem-
poris penſio ad emptorem pertinebit. Siquidē penſio
in prædio vrbano ſoluitur pro fructibus,qui quotidie
percipiuntur,ſcilicet pro eius vſu & habitatione:quod
in terminis probauit Cou. *vbi ſup. n. 3.verſ.ſed etiam.*
Hæc meo iudicio ſunt veriſſima, cōmunia & tenēda,
quicquid alter in prædictis penſionibus diſtinxerit
Ant.Gom.*in 2.to.c.2.de empt.*& *vend.n.11.*Sic † etiam 27
videmus in emptore prædij ad vitam, quia fit diuiſio
fructuum pendentium pro rata temporis,quod vixerit
emptor,quoniā hic habet plus iuri,quam vſufructua-
rius,ille enim habet dominiū,iuxta notata per gl.*in l.
Titia,§.fin.ff.de leg.2.*vt inquit Soc. *d.conſ.42.n.7.vol.3.*
Vnde cū reſtitutio fiat de neceſſitate,de æquitate fru-
ctus reſtituūtur,eadē ratione, qua cū marito fit diuiſio
fructuum pro rata,quia maritus etiā habet dominium
rei dotalis conſtante matrim.vt *in l.doce ancillā,cum ſi-
milibus C.de rei vend.*& ita inquit Soc.*vbi ſup.n.8.* ſer-
uatum † vidiſſe in ciuitate Senarū : licet ſecus eſſet in 28
legato fructuum alicuius fundi, alicui facto quotānis,
dum viueret, vel dum eſſet vidua vel durauerit in ali-
quo miniſterio:Nā licet perſona hæc,cui ſit huiuſmo-
di legatū,non vixerit per totū annum ſed aliquo tem-
pore ipſius anni,vel non nupſerit ſtatim , vel poſt tres
vel quatuor menſes, debet integrum legatum illorum
fructuum cōſequi,per text.aureū *in l.à vobis ff.de ann.
legat.*per quem text. ita tenet Signorol.de Homodeis
*conſ.53.*quē refert & ſequitur Iaſ.*in l.diuortio,n.7.ff.ſo-
lut.matr.*& Auen.*d.reſponſ.5.n.3.verſ.quæ ſup.dicta ſunt.*

Et † diſpoſitio *d.§.ſi fructus* , procedit etiam in eo, 29
qui ex pacto de retrouendendo rem retraxit,poſtquam
is ſolemniter & opportune pretium ei obtulerit, vt *in
l.2.& in l.cum te fundum , C. de pact.inter empt.&c.* vt
ex pluribus reſoluit Tiraq.*de retract.conuent.§.5. gl.4.
n. 5. & 6. cum ſeq.*& eſt communis opinio ſecundum
Couar.*vbi ſuprà n.6.*qui bene id declarat:refert etiam
plures Molin.*vbi ſuprà n. 9.*

Quarto,& † præcipue ſuperiora confirmantur,quia 30
etſi iuxta quorundam opinionem fructus maioratus
ſucceſſori à die delatæ maioratus ſucceſſionis indiſtin-
ctè pertinere debeant, argu. fideicommiſſarij , in quo
diſponitur expreſſe *in d.l. Herēn.Modeſtinus.ff.de vſur.*
nam fideicōmiſſario potius,quam alij, maioratus ſuc-
ceſſor æquiparatur,ex his,quæ D.Mol.*lib.1. de Hiſpa.
primog.c.1.n.7.*late adduxit,& in terminis hāc partem,
tanquam veriorem,ſequuti ſunt Anton. Gom.*in l.40.*

*Taur.n.74.* Eman Coſt.*in tract. de patruo & nepot. pag.* 144.qui vltimus inquit,ſecundum hanc opinio. in ſenatu Regio Luſitano pronunciatum fuiſſe à viris grauiſſimis ſe accepiſſe : refert D. Mol. *d.lib.3.c.11.n.11.* Hoc adiecto, vt maioratus ſucceſſor ſolueret hæredibus vltimi maioratus poſſeſſoris expenſas cauſa fructuum ab ipſo vltimo poſſeſſore factas, ex doctrina Bald.*in l.ſi pater.n.5.C.de vſufr.*& ex his quæ late congerit Tiraq.*de retract.conuen.§.5.gl. 4.n. 7.* & Auend. *vbi ſup.d.reſp.5.in 4.concl.*quam etiam ſententiam Ant. Gom.& Coſtæ ſequitur Ioan.Garcia Gallæcus *in tract. de expenſ.& meliorat.c.16.n.6. & 7.fol. 146.* & Nau.*in apologia de reddit.eccl.q.1.monit.15. per totum*, dicens in princ.hanc videri communem aduerſus Couarr.vbi eam contra ipſũ probat & placet Pelaez *de maiorat.4. p.q.24.n.1. & 2 fol. 501.* vbi alias q.in ſimili adducit.

31 Verior tamen † longe eſt in hoc contraria opinio, nempe, vt fructus rerum maioratus pro rata diuidãtur inter hæredes vltimi eiuſdẽ poſſeſſoris & nouum ſucceſſorem,*arg.d.l.diuortio,in princ.ff ſol.matr.*& aliorum quæ ſupra adduximus in marito cũ hæredibus vxoris circa fructus vltimi anni,quo matrimoniũ durauit ac ſolutum fuit,inter eos pro rata diuidendos;Ea namq; maximè cõueniunt maioratuum Hiſpanorũ poſſeſſoribus,& ita ex his,latius tamen expẽſis,hanc partẽ contra priorẽ probauit Cou.*d.lib.1.varia.c.16.n.4* dicens, ita in Regio Granat.prætorio per ſententiam deciſum fuiſſe,ſequitur & probat Auendan.*dict. reſponſ.5.in 6. cõcl.*Palat.Rub.*in repet.rubr.de donat.inter vir.& vxor. §.62.n.10.*Eandẽ etiam late probat & defendit,nedum in fructibus rerũ maioratus,ſed etiam in penſionibus per ſupra à nobis dicta *de penſionibus n.20.in verſ.quare pro vera*,D.Mol.*d.lib.3.de Hiſp primog.c.11.n.11.12. & 13.& ſeq.*adiiciens,quod etiam interdũ ſic reſponſũ ac etiam exſecutum vidit:eandem ſententiam viſus de tenere Greg.Lop.*in d.l.26.in gl.quantos menſes,in verſ. ex illis etiã colliges,tit.11.p.4.*& Burg.de Paz.*in proœm. legum Taur.n.74.verſ.preterea*,ſecundum quam ſententiam ſæpe conſului & cõſultum vidi per graues viros. Quam etiam ſequitur nouiſſime Ayora *vbi ſup.de partitio.1.p.c.9 n.6.* vbi eã limitat in primo ſucceſſore maioratus,qui primo vocatus eſt per fundatorẽ,hic namque fructus pendentes primi anni,quo præd.bona acquiſiuit,integros habere debet nec diuiduntur cũ hæredibus eiuſdẽ primi fundatoris,*ex d.l.Herennius*,quæ ſatis hoc caſu vrget & ex aliis rationibus ab eo ibi adductis,quibus aſſentiri videtur D.Mol. *vbi ſup.* eius namq;dicta ſolum procedunt atque militant reſpectu cæterorũ ſucceſſorum maioratus præter primum:fundator enim maioratus cum ſolũ ſibi reſeruauerit vſũfructum eiuſdem pro tempore vitæ ſuæ merito vt fructus non perceptos ſuos non efficiat, vt *in d.l.ſi fur,in princ.& in l.defuncta.ff. de vſufr.*mihique hæc non diſplicent.

32 A quo † autem tempore numerandũ ſit anni principiũ,vt fructus ac penſiones rerum maioratus pro rata ſint diuidẽdi inter hæredes vltimi maioratus poſſeſſoris & ſequentem ſucceſſorem exponit D.Mol.*vbi ſup.n.18.*vbi tandem inquit,quod quoniam in his diuerſæ prouinciæ varias obſeruationes habere ſolent in huiuſmodi diuiſionibus faciendis, quoad anni initium mos regionis obſeruandus erit:quod veriſſimum iudico:de quo ante eũ agit Andr. de Iſern *in c.1.§ his conſequenter,hic finitur lex,in vſib.feud.*ad quem refert Auend.*vbi ſup.circa fin.*Addit tamen Aiora *vbi ſup.*D. Mol.*d.n.* 18. quod quando res maioratus ſunt locatæ, annus non cõputatur,nec incipit à die locationis, ſed à collectione fructuũ, ſicut quando non ſunt locatæ: ſed quoties fructus maioratus pro rata diuidendi ſunt, vt prædiximus,deducendæ ſunt expenſæ à prædeceſſore factæ in colendo fundo:item & factæ à ſucceſſore in colligendis fructibus,vt in terminis probat Ayora *vbi ſup.n.8.9. & 10.*

Ex † ſuperioribus igitur ſatis ſuperque confirmata manet verior opinio contra communem, nempe vt fructus beneficiorum illius anni, quo beneficium vacauit per mortem beneficiari,inter ipſius hæredes & nouum ſucceſſorem diuidantur pro rata. Ex quibus idem conuincitur eſſe in renuntiante beneficio Eccleſiaſtico ob eandem rationem,præcipue illam,de qua *ſup.n. 9.* vt aduerſus Alber.hoc caſu exiſtimantem communem ſuperiorem ſententiam veram eſſe conſtanter arbitratur D.Cou.*vbi ſup.n.12*,tametſi Auen.*vbi ſup.concl.5.*etiam exiſtimauerit, clericum renuntiantem capellaniæ vel præbendæ,in cuius dote & redditibus ſunt fructus pendentes nihil habere debere in huiuſm. fructibus, ſed quod omnes tranſeant in ſucceſſorem : ſed nihilominus opinionem Couarr,in hoc veriorem eſſe exiſtimo atque tenendam,niſi conſuetudine legitime præſcripta aut conſtitutionibus Eccleſiæ obſeruari ſolitis aliud introductum fuerit, quibus in hoc ſtandum eſſe cenſeo,præcipue ſi eiſdem caueretur,vt diuiſio fructuum hac in ſpecie fieret pro rata temporis iuxta præfatam veriorem opinionem: quod ſi aliud cauetur, id obſeruandum etiam eſſet.

Poſt * huius operis primam editionem nouiſſime Borgnin.Caualcã.*in 3 p decis.37.n.57.& 58.* nos refert & ſequitur in ſupradictis *n.3.9. & 33.* præterquam in exẽplis de feudatario,vxore & fideicommiſſario,quia hi ſunt domini fructuũ,ideoque ſecus eſſe in fructibus beneficij:& poſtea inquit ex ſua opinione ſuperfluam videri noſtram quæſtionẽ,an hæres rectoris præ mortui debeat diuidere fructus nõdum recollectos in vita ſui rectoris,cum ſucceſſore in beneficiis poſt illorum recollectionẽ pro rata temporis,&c.noſque mordet in hoc,indigne profecto:Imprimis nãque non ſumus loquuti hic de feudatario, vnde malè & peſſime atque inaduertẽter ille aliud nobis impoſuit:deinde exempla de vxore fideicõmiſſario aptiſſima ſunt & valde concinunt quæſtioni propoſitæ. Præterea quæſtio noſtra non eſt ſuperflua,ſed admodum vtilis & neceſſaria:& noſtra hac de re ſentẽtia & deciſio,nẽpe quod diuiſio fructuum indiſtincte fiat inter hæredem beneficiarij prædefuncti & ſucceſſorem in beneficio pro rata temporis,eſt longe verior,veriſſima & tenenda in praxi & in noſtra Hiſpania conſuetudine recepta, vt ſup.*n.9. cũ ſeqq.* late iure & auctoritate grauiſſimorum auctorũ probauimus. Quare incaute & inurbane loquitur Caualcan.Licuit autẽ illi probare,quã mallet ſententiã ſuo periculo non tamen male loqui cõtra aliud tenẽtes,præſtãtiores,ſe nempe eximium iuriſconſultũ & ſummũ practicũ Alber. de Roſatis,inſignes Cohiſpanos noſtros D.Didac. Cou. mirabilẽ ſemper profecto in ſuis reſolutionibus,Doctiſ.Ludou.Molinã Regium conſiliariũ ſupremi Senatus & acutiſſimũ Epiſc.Franciſc.Sarmiento,quos ſupra retulimus,quorum opin.& doctrinam minimus omnium ſequutus ſum præcipue cum noſtra hac de re ſententia,quã ille improbat,vſu recepta fuerit in noſtra Hiſpania, vt prædiximus.

Ex præcedentibus etiam deducitur, verius eſſe aduerſus communem,penſionem Eccleſiaſticam vltimi anni,quo deceſſit penſionarius,pro rata ſoluẽdam eſſe ipſius hæredibus eius temporis, quo defunctus illo anno vixerit; quod nedum procedere videtur in penſionario certæ annuæ quantitatis pecuniæ,de quo loquuti ſumus,puta centum aureorum, minoris,vel amplioris quantitatis annuæ,ſed etiam in pẽſionario Eccleſiaſtico quotæ partis fructuũ,nempe dimidiæ, tertiæ vel quartæ partis fructuũ loco annuæ pẽſionis ſibi auctoritate Apoſtolica reſeruatæ : Quia etſi tunc non pro rata,ſed iuxta diſtinctionem in vſufructuario ſupra factã *n.1.*ex deciſione *l.defuncta.ff.de vſufruct.& quemadmodum*



*admod.quis caue.* fructus diuidendi eſſe videantur inter hæredes penſionarij quotæ partis fructuum & poſſeſſorem beneficij, eo quod huiuſmodi penſionarius beneficiario ſeu ſaltem vſufructuario æquiparari debeat ac poſſit, in quo videntur ceſſare rationes Couar. vt ex ipſomet colligi videtur *n. 13.* nihilominus adhuc etiã in hac ſpecie verius exiſtimo, idem ſeruandũ eſſe, quod in ſimplici penſionario quantitatis annuæ pecuniæ prædiximus,nempe penſionẽ diuidendam eſſe pro rata illius temporis vltimi anni,quo vixit penſionarius defunctus:tum,quia re vera rationes ſupra expẽſæ pro priori penſionario contra communem adhuc & in hoc ſecundo penſionario militare videntur : tum, quia & huiuſmodi penſio quotę partis fructus loco annuæ pẽſionis conſtituitur ac proinde eiuſdẽ naturæ debet eſſe:tum etiam,quia ſi inter hæredes beneficiati proprij prædefuncti, qui habuit titulum & dominium beneficij,ac nouũ ſucceſſorem in eodẽ beneficio, reſoluimus ſupra iuxta veriorem & tenendam ac in praxi obſeruari ſolitam ſententiam,fructus diuidendos eſſe pro rata abſq; dubio,cur idem dicendum nõ erit in hoc caſu? Non enim magis vſufructuario æquiparandus eſt penſionarius quotæ, quã proprius beneficiatus prædefunctus:& in hoc reſoluimus,diuiſionem fructuũ pro rata fiendam eſſe : ergo & in illo idem concludendum eſt. Præterea & vltimo ad verba Bullæ Apoſtolicæ cõſtitutionis penſionis aduertendum eſt:ipſaq;ad vnguẽ obſeruanda ſunt-Eã autem ſolent cauere, quod penſionarius quotæ lucretur dimidiam vel aliã partem omniũ, quæ beneficiatus reſidens lucretur ſeu lucratũ habeat: Ergo ſi beneficiatus iuxta conſtitutiones eiuſdẽ Eccleſiæ vel Epiſcopatus conſuetudinem lucretur pro rata temporis reſidentiæ,vel quo vixerit,prout in hac Eccleſia Cathedrali & in toto hoc Epiſcopatu Ciuitat, lucratur fructus,& eadẽ eſt cõſuetudo ac praxis Hiſpaniæ generalis, vt ſupra *n.11.* deduximus, penſionarius huiuſmodi quotæ partis,pro rata ſimiliter ſuã partem lucrari debet,iuxta tenorem & continentiam ſuæ Bullæ. Deniq; his rationibus procliuior ſum in hanc ſententiam,alias fortiores ac meliores in cõtrarium adducentes libenter auditurus ac eiſdem crediturus.

* Quinimo Petr.Rebuff. *in tract.de pacif. poſſ.n.148.* voluit, quod moriente penſionario poſt principiũ anni, cum penſio ſit debita,ad hæredes tranſibit integre pro illo anno. Sed hæc opinio vera non eſt, vt diximus.

35 Hæc tamen licet † recte ita ſe habeant, vt diximus, in penſionibus Eccleſiaſticis,ſaltem per ſtylum Curiæ Roma. contrariũ,non procedunt : Siquidem rata penſionis non ſoluitur ſi deceſſerit is,cui debetur,antequã dies ſolutionis venerit: vt teſtatur Nauar.*in ſua apolog. de reddit.Eccleſ.q.1.monito.16.*vbi eam addit rationem, quia licet, vt ait Lud Rom.*conſ.388.*& conſtat ex literis ipſius Papæ,penſiones conſtituãtur ad commodiorem ſuſtentationem eorũ,& quiaſi in alimentum,non tamẽ ſunt vera alimenta illius naturæ,cuius ſunt ea,de quib. *in tit.de aliment.& cibar.leg.* quæ dantur ſub modo expreſſo vel tacito, vt cedente die ad id præſtituto accipiant illa,ſiue maior ſiue minor pars anni tranſierit,& non percipiat,illa,ſi antequã dies cedat,finiãtur:quod expreſſius in terminis noſtris tenet D. Sarmient.*in ſua deciſ.libell.de reddit. Eccleſ.1.p.in 16.monito*,dicens,non dixiſſe, quod ſoluatur rata penſionis hoc caſu, prout ſibi à Nau.imponitur,nec id dicere poterat,cum ſciat, Rotam, in qua per duodecim annos auditor exſtitit, contrariũ ſeruare,quia ſunt de hac re manuſcriptæ nouiſſimæ deciſiones,quib obſeruatũ eſt,vt non ſoluatur rata penſionis,ſi deceſſerit is,cui debetur,antequã dies ſolutionis venerit:idemq; audiui ab aliis curialibus de huiuſmodi ſtylo notitiã habentibus. Quare cũ præd. duo viri grauiſſimi de præd.ſtylo,praxi ac vſu in Curia Rom. obſeruato deponant,eis ſtandum omnino videtur,iuxta tradita à fortiori per Bart. *in l.de quib.n.21.ff. de legib.*Nec obſtant contrarię circa hoc ſententiæ duæ ſupra relatæ:Hæ enim de iure cõmuni procedere poſſent:quod vero modo aſſerimus de ſtylo obſeruato in Rom. Curia, cui eſt ſtandum, iuxta tradita per Ioan Oroſcium *in l.de quib.n.2.ff.de legib.* vbi tenet, quod conſuetudo Romæ,in hiſpania in cauſſis Eccleſiaſticis ſpectanda eſt, ſiue generalis ſiue ſpecialis ſit.

Non etiam † obeſt,quod Molin.*vbi ſupra,n.4.*dixerit, illam opinionem veriorem,quod fructus inter pẽſionarium & Prælatum ſiue beneficiatum pro rata diuidendi ſint frequentiſſime in forenſibus cõtrouerſiis receptam vidiſſe. Nam inuoluit hanc opinionẽ ſimul 34
cum priori de fructibus inter hæredes Prælati ſiue beneficiati mortui & ſucceſſorem pro rata diuidendis, quã que dicit frequentiſſime in forenſibus cõtrouerſiis receptam vidiſſe:quare id intelligo reſpectu, prioris partis,nempe inter hæredes beneficiati defuncti & nouũ ſucceſſorem in beneficio:idque patet,quoniam citat in id Couarr. *d.c.15.n.12.* & Auend. *d. reſponſ.5. n.1.* vbi tamen de illa, quam modo prædiximus, tantum loquuntur,non vero de penſione Eccleſiaſtica : Nam de hac agit Couarruuias *n.13.*Ergo cum dictum Doctoris debeat intelligi ſecundum Rotam,quam allegat,ſecundum Bartol. *in l. non ſolum,§.ſi liberationis verba,n.7 ff. de liber.legat.* conſequitur, Molinam, dum teſtatur de vſu illius opinionis,quæ duas partes habet, citantem auctores loquentes tantum in priori ſpecie,in eandem ipſa intelligendum fore, non vero de hac ſecunda, nempe de penſione Eccleſiaſtica : præmaxime, quia Couar. nec Molin.prædict. ſtyli Curiæ Romanæ meminerunt, vnde ſi ipſum agnoſcerent ac intelligerent ſeruandum eſſe, omnino credendum eſt ipſos dicturos.

* Hæc autem recte procedunt in actu voluntario translationis penſionis ante diem termini factæ : tunc enim cum non ceſſerit nec venerit dies, & ſic actio non ſit orta,imo eam orituRã extinguat & caſſet penſionarius transferens,& in aliũ transferat,non reſeruato iure,quoad fructus præteritos,cẽſetur illud ius donaſſe:Ergo integer terminus proximus ſpectat ad trãſlatarium,niſi transferens ſibi reſeruaſſet fructus præteritos:Ita decreuit Rota *in vna Granatenſi,vt per Cardinalem Sanctæ Crucis,deciſ.126.manuſcript.* Peregrin. *deciſ.48.lib.2.in manuſcript.*Put.*lib.3.dec.14.*& ita ſæpe fuit reſolutum à Rota,vt teſtatur Gabr.*conſil.191.n.3. vol.2.*& refert Flamin. Pariſ. *lib.6. de reſign.benef. q.4. n.47. & 48. pag. 328.* In neceſſaria autem extinctione penſionis,quando ſcilicet moritur penſionarius, quo caſu loquuti ſumus *ſupr.*licet alias Rota inuenerit,eſſe faciendam diſtinctionem,iuxta terminos *l. defuncta.ff. de vſufruct.*mutatis tamẽ auditoribus,Rota in hoc articulo mutauit opinionem & firmauit,vt numeratione temporis facta à die reſeruationis, pro rata temporis, quo intra illum annum vixit penſionarius, debeatur hæredibus & reſiduum remaneat Rectori beneficij,ita vt diuiſio fiat ſecundum formam *l. diuortio, ff.ſoluto matrimonio*,& *ibi* Albericus *num.13.* Couar.*vbi ſuprà, d. n.13.* vt atteſtatur Hieronymus Gabriel, *vbi ſuprà, num.9.* Et nouiſſimè poſt huius operis primam editionem Flamin. Pariſ. *vbi ſuprà, & n.49.* Poſſunt tamen hæ duæ praxes contrariæ concordari, vt prior procedat, quoties initio penſionis conſtitutæ, prior terminus integer ſolutus fuit penſionario,licet integer non decurrerit:& ideo merito, quod vltimus niſi peruenerit,eidem non ſoluatur,prout ſolet ſolui à principio integer : & hac forſan ratione introducta fuit prior praxis. Secunda vero procedat,vbi prior terminus pro rata tantum temporis ſolutus fuit : merito igitur vt vltimus pro rata ei debeatur atq; ſoluatur. *

## SVMMARIVM.

1 *Remedio Canonis, reintegranda, 3. quæſt. 1. pinguius eſt prouiſum ſpoliatis ad recuperandam ſuam poſſeſſionem & eſt pleniſſimum remedium, generaliuſque & vtilius inter omnia remedia poſſeſſoria & cum aliis omnibus concurrit.*

2 *Remedium d. c. reintegranda, producit ſpecificum ius agendi, & eſt nouum & competit, vbi quis iniuſtè & ſine culpa cecidit à poſſeſſione ſua.*

3 *Remedia c. reintegranda, eſt agendum coram iudice ordinario rei.*

4 *Remedium d. c. reintegranda, competit etiam laicis, pro rebus profanis recuperandis.*

5 *Spoliator conueniendus eſt coram ſuo iudice laico vel Eccleſiaſtico reſpectiue, & etiam poteſt conueniri coram iudice ordinario competenti illius loci, vbi commiſſum ſpolium eſt.*

6 *Epiſcopus vel alius clericus ſpoliatus per laicum, an coram iudice Eccleſiaſtico agere poſſit remedio d. c. reintegranda? & num. ſeq.*

7 *Laicus conuentus reiuendicatione pro re Eccleſiaſtica, ſi probabiliter neget eſſe rem Eccleſiæ, iudex ſæcularis adeundus eſt.*

8 *Reſtitutio in integrum peti debet coram iudice illius, contra quem petitur.*

9 *In loco contractus, ſi ibi quis inueniatur, an conueniri poſſit ad reſciſſionem eiuſdem contractus?*

10 *Eccleſia ſi lædatur in contractu, poteſt petere reſtitutionem integrum contra laicum, coram iudice Eccleſiaſtico.*

11 *Priuilegia conceſſa bonis Eccleſiaſticis, non competunt clericis pro bonis ſuis patrimonialibus, ac proinde ſi clerici minores viginti quinque annorum lædantur, coram iudice ſæculari petere debent reſtitutionem in integrum aduerſus laicum, & numero 12.*

13 *Eccleſia vel clericus, agentes de rebus ſuis actione reali vel perſonali, poſſunt conuenire laicum coram iudice ſæculari vel Eccleſiaſtico.*

14 *Laicus ratione ſacrilegij conueniri poteſt coram iudice Eccleſiaſtico.*

15 *Spoliator ex occupatione rei Eccleſiaſticæ ſacrilegium committere dicitur, ſi certum ſit eum ſpoliaſſe, ſecus ſi dubitetur: nam tunc ſuper illa qualitate tribuente iuriſdictionem eſt cognoſcendum.*

16 *An coram iudice laico agi poſſit remedio d. c. reintegranda, quando ſpoliator & ſpoliatus eſſent clerici, vel ſi tantum ſpoliator eſſet clericus, ſuper cauſa beneficiaria, & num. ſeq.*

17 *Quæſtio facti, etſi de re ſpirituali, à laico diffiniri poteſt.*

18 *Cauſa poſſeſſoria rei ſpiritualis vel quaſi ſpiritualis, temporalis eſt.*

19 *Iudex ſæcularis, etiam inter clericos, eſt iudex competens ad cognoſcendum de cauſa poſſeſſionis rei ſpiritualis.*

20 *Iudicis cuiuſlibet, etiam ſæcularis, intereſt ne violentiæ & ſpolia fiant inter clericos & laicos.*

21 *Iudex laicus poteſt compellere clericum, rem apud ſe depoſitam reſtituere.*

22 *Iudices ſæculares apud Gallos, ſecundum vſum forenſem & ex priuilegio Martini Quinti & Leonis Secundi, cognoſcunt etiam inter clericos de poſſeſſorio cuiuſlibet cauſæ ſpiritualis: ſed contraria ſententia verior eſt de iure, & in iudicando & conſulendo tenenda.*

23 *Conſuetudo, vt clericus poſſit conueniri coram iudice laico, non valet.*

24 *Cauſa poſſeſſoria in beneficiis Eccleſiaſticis, ſpiritualis dicitur, ac proinde ad iudicem Eccleſiaſticum pertinet.*

25 *Cauſæ Eccleſiaſticæ de rebus ſpiritualibus, vel quaſi, ſpirituales cenſentur, ac proinde tractãda ſunt apud iudices Eccleſiaſticos, non vero apud ſæculares.*

26 *Cauſa beneficialis, habens admixtam proprietatis rationem, proculdubio tractari non poteſt apud iudicem ſæcularem, ſed omnino apud Eccleſiaſticum.*

27 *Cap. petimus, 11. quæſt. 1. intellectus.*

28 *Cap. cauſam quæ, el 2. qui filij ſint legitimi, intellectus.*

29 *Cap. vltimi, de iudic. intellectus.*

30 *Cauſa proprietatis & poſſeſſionis nihil commune habet, intelligitur quoad acquiſitionem & inquiſitionem, non vero quoad cognitionem.*

31 *Clericus an citari poſſit per edictum generale, ſi ſua intereſſe putauerit, & num. ſeq.*

32 *Clericus comparens virtute d. citationis, dicitur comparere vt actor, non vt reus, ſicque ſua comparitio eſt voluntaria, non vero neceſſaria.*

33 *Clericus citatus à iudice ſæculari per edictum, non cogitur comparere.*

34 *Quando conſtat quis poſſideat, is, vt certa perſona nominatim citandus eſt, non per edictum & proclama.*

35 *Quod præmaxime procedit, cum agitur de transferenda poſſeſſione de vno in alterum.*

36 *Citatio per edictum, præſumptiuam ſententiam inducit, quæ non ſufficit, quando vera notitia exigitur.*

37 *Clericus citatus per edictum iudicis ſæcularis, ſi compareat & ſe poſſidere alleget, poterit etiam priuilegium fori deducere declinareque iuriſdictionem iudicis, & ad ſuum Eccleſiaſticum remitti petere.*

38 *Iudex laicus poteſt cognoſcere de cauſis poſſeſſorijs beneficialibus, ex priuilegio & conceſſione Summi Pontificis, prout in Regno Franciæ fit.*

39 *Poſſet etiam laicus idem facere, quando iudex Eccleſiaſticus eſſet negligens in adminiſtranda iuſtitia ipſi laico turbato à clerico.*

40 *Iudex laicus idem etiam poteſt, quando ipſe requiritur in auxilium iudicis Eccleſiaſtici.*

41 *Iudex laicus in adipiſcenda poſſeſſione beneficij, inter clericos minime ius dicere poteſt.*

42 *Iudex ſæcularis, an poſſit cognoſcere de cauſa ſpolij poſſeſſionis beneficialis inter laicos, vel quando ſpoliator ſeu turbator tantum eſt laicus? & n. ſeq.*

43 *Iudex Eccleſiaſticus in præd. caſu erit competens.*

44 *Iudex ſæcularis non cognoſcit de cauſa poſſeſſoria beneficiali, quoties in ea principaliter agendum eſt de titulo ſimul.*

45 *Secus ſi de titulo incidenter cognoſcendum ſit.*

46 *Iudex ſæcularis poteſt de cauſa ſpirituali cognoſcere, cum incidenter de ea agitur in cauſa ſæculari.*

47 *Iudex ſæcularis abſque dubio poterit de cauſa poſſeſſionis beneficiali cognoſcere, quando incidenter de titulo agendum eſt, ſi de eo euidenter conſtaret, vtputa per confeſſionem aduerſarij.*

48 *Idem eſt, ſi notoriè ex actis conſtaret de titulo, vel ſi aduerſarius conuentus nihil obijceret.*

49 *Laicus conductor decimarum, non poteſt apud iudicem Eccleſiaſticum conueniri actione perſonali ex locato ad mercedem.*

50 *Conductores decimarum, eas petere poſſunt aduerſus decimare debentes coram iudice Eccleſiaſtico, virtute ceſſionis ſibi factæ, hoc eſt,* del arrendamiento o recudimiento.

51 *Remedium cap. reintegranda, 3. q. 1. an detur contra ſingularem ſucceſſorem, titulo & bona fide poſſidentem, qui cauſam habuit à bonæ fidei auctore? & numer. ſequent.*

52 *Probata antiquiori poſſeſſione, noua & recens præſumitur clandeſtina.*





53 *Hoc procedit, niſi conſtaret, antiquum poſſeſſorem iuſtè poſſeſſionem amiſiſſe.*

54 *In dubio non præſumitur, quem iuſtè poſſeſſionem amiſiſſe, ſed potius contrarium.*

55 *Poſſeſſio noua præſumitur clandeſtina, præcipuè ſi hoc fuerit allegatum.*

56 *Imò allegari & articulari debet, quod aduerſarius clam poſſidet reſpectu antiquioris poſſeſſionis, & quomodo probetur bona fides iunioris poſſeſſoris.*

57 *Dictio hæc,* quibuſcunque vel quacunque, *cum ſit valde generalis, comprehendit omnes caſus, etiam priuilegiatos.*

58 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituẽdus interdicto vnde vi.*

59 *Referuntur plurimi auctores, vltra quadraginta numero, tenentes partem affirmatiuam, remedium nempe dict. cap. reintegranda, dari contra titulo & bona fide poſſidentem, iuxta magis communem opinionem Canoniſtarum.*

60 *In Publiciana ex duobus titulum à diuerſis dominis habentibus, præfertur ille, qui de præſenti poſſidere reperitur.*

61 *Remedium d. c. reintegranda, eſt inductum, ne is, qui aliena occupauit, in peccato mortuus iaceat.*

62 *Remedium d. c. reintegranda, non eſt inuentum ad iuſtos poſſeſſores perpetuo inquietandos, contra nonnullos Doctores aliud volentes.*

63 *Referuntur alij quadraginta auctores, plus aut minus, negatiuam ſententiam probantes, nempe remedium d. Canonis reintegranda, non dari contra titulo & bona fide poſſidentem, eſtque magis communis Legiſtarum verior & tenenda.*

64 *Quæ ſententia magis communis Legiſtarum, abſq; dubio procedet, ſi tertius hic ſingularis poſſeſſor cum titulo & bona fide, per tantum temporis ſpatium rem poſſediſſet, vt legitimè eam præſcripſiſſet.*

65 *Referuntur duæ concordiæ inter præd. magis communes ſententias contrarias.*

66 *Vitium clandeſtinitatis tollitur per interuentum tituli & bonæ fidei, & n. 79.*

67 *C. reintegranda, 3. q. 1. non tollit legitimam præſcriptionem, ſed loquitur in fauorem bonæ fidei poſſeſſoris, contra malæ fidei poſſeſſorem.*

68 *Malæ fidei poſſeſſor nullo tempore, etiam immemoriali, præſcribit.*

69 *Malæ fidei poſſeſſor in æternum ex Pontificiis conſtitutionibus præſcribit.*

70 *Poſſeſſor bonæ fidei, etiam re vitio reali affecta, poteſt præſcribere longiſſimo tempore, nempe quadraginta annorum.*

71 *Sicque intelligenda eſt communis ſententia, quæ habet, quod remedium d. c. reintegranda, durat perpetuo vſque ad triginta annos.*

72 *Poſſeſſor bonæ fidei & cum titulo, abſque vitio reali, habens cauſam à bonæ fidei auctore titulato poteſt præſcribere tempore ordinario, decem inter præſentes, & viginti annorum inter abſentes, & contra eum non competit remedium d. c. reintegranda.*

73 *Hoc non procedit in caſibus, in quibus ratione & perſonarum priuilegio, maius tempus ad præſcribendum requiritur, vt in Eccleſia.*

74 *Annales & triennales poſſeſſores poſt annum & triennium ſunt tituli in beneficialibus, per regulas Cancellariæ.*

75 *Cap. Epiſcopi, 3. q. 1. & c. Eccleſia, 3. q. 2. in illis verbis, & à quibuſcunque, &c. intelliguntur de malæ fidei poſſeſſoribus.*

76 *Remedium cap. reintegrande, 3. q. 1. non datur malæ fidei poſſeſſoribus.*

77 *Interdicto vti poſſidetis nouus poſſeſſor cum titulo, antiquiori ſine titulo præfertur.*

78 *Non eſt bona conſequentia, Tituli exceptio non impedit poſſeſſionis reſtitutionem: Ergo agi poteſt contra ſingularem ſucceſſorem, habentem titulum & bonam fidem, idem in exceptione dominij, vt in n. 80.*

81 *In regno Neapolitano Regia conſtitutione eſt prouiſum contra milleſimum etiam ſucceſſorem, in quem poſſeſſio ſemel vitio affecta tranſit.*

82 *Remedium d. c. reintegranda, conceditur contra ſingularem ſucceſſorem cum bona fide, ſed tamen ſine titulo.*

83 *Remedium d. c. reintegranda, conceditur contra ſingularem ſucceſſorem, cum titulo & bona fide, quando titulus fuit habitus poſt poſſeſſionem.*

84 *Remedium in d. c. reintegranda, datur contra ſingularem ſucceſſorem cum titulo & bona fide, cauſam habentem ab auctore vitioſo vel malæ fidei.*

85 *Remedium d. c. reintegranda, datur contra ſingularem ſucceſſorem cum titulo & bona fide, quoties res eſt affecta vitio reali, vel ob furtum commiſſum, vel ob vim impulſiuam, quia tunc præſcriptio ordinaria locum non habet: ſecus longiſſimi temporis quadraginta annorum.*

86 *Appellare an liceat à ſententia lata in remedio dict. cap. reintegranda, & num. ſeq. præcipuè num. 8. 9. 93. 94. & 95.*

87 *Appellare licet de iure canonico, à quacunque ſententia in poſſeſſorio lata.*

88 *Fallit in interdicto retinendæ, ſi notoriè conſtat de poſſeſſione actoris, reúſque nihil peremptorium alleget contra eam.*

90 *Appellari valet à ſententia lata in remedio l. ſi quis in tantam, C. vnde vi.*

91 *Appellari non poteſt de iure ciuili, à ſententia in poſſeſſorio lata, quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed tantum quoad deuolutiuum: quare non dicetur attentatum hoc caſu, ſi ſententia prima in poſſeſſorio lata, appellatione non obſtante exequatur, n. 92.*

94 *De nullitate ſententiæ bene dici poteſt in poſſeſſorio, etiam de iure ciuili: quinimo & appellari ratione inordinati proceſſus, & reſtitutio in integrum peti contra prædict. ſententiam.*

95 *Notorius ſpoliator, etiam attenta benignitate iuris canonici, appellare non poteſt.*

96 *Appellare non licet, etiam de iure canonico in poſſeſſorio extraordinario.*

97 *Appellare licet à prima ſententia lata in poſſeſſorio de iure noſtro Regio, ac proinde pendentè appellatione, non eſt mandanda executione, n. 98.*

99 *Appellare non licet iure ciuili nec canonico à ſententia miſſionis in poſſeſſionem, ex l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollend. niſi conſtat de notoria iniuſtitia, vt in num. 101.*

100 *Appellatione pendente à ſententia lata ſuper miſſione in poſſeſſionem bonorum, in fauorem hæredis, non fit reuocatio attentatorum in Regiis prætoriis Hiſpaniæ ſecundum vſum forenſem receptum.*

102 *Supplicatio bene admittitur in caſu l. fin. C. de edit. Diui Adrian. tollend.*

103 *De remedio quod Hiſpani* interim *vocant.*

104 *Remedium* interim *eſt præparatorium iudicij poſſeſſorij principalis atque plenarij.*

105 *Remedium* interim, *eſt iudicium ſummariiſſimum poſſeſſorium, vt nonnulli ita nominant.*

106 *Galli* recredentiam *vel* caſum nouitatis *vocant.*

107 *Hiſpani appellant hoc iudicium,* del interim.

108 *Appellare non licet à ſententia lata in hoc remedio de iure ciuili.*

109 *Appellare non licet hoc caſu, etiam de iure canonico.*

110 *Appellare licet hoc caſu de iure noſtro Regio, niſi conſtaret de notoria iuſtitia appellati & malitia præſumpta appellantis.*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

111 *Appellare non licet hoc caſu, ſi periculum eſſet in*
*mora & ſic cauſa celeritatē deſiderante: tunc enim,*
*ne partes ad arma & contentionēm accedant, iudi-*
*cis officio incumbit componere, ne id fiat.*
112 *Supplicatio locum habet à ſententia lata in hoc reme-*
*dio* del interim.
113 *Sententia interlocutoria* del interim *durat vſque-*
*quo feratur diffinitiua ſuper poſſeſſorio ordinario.*
114 *Quid ſi fuerit appellatum à ſententia lata ſuper poſ-*
*ſeſſorio ordinario contrarium, pro quo fuit in hoc iu-*
*dicio ſummario pronuntiatum.*

## CAPVT XXXIV.

### *De remedio* c. reintegranda quæſt 1. *coram quo iudice ſit proponendum, & an competat contra bona fide & titulo poßidentem, & an in iudiciis poſſeſſoriis appellatio locum habeat?*

EXſtat Ioannis, vrbis Romæ Epiſcopi, ad Zacha-
riam Archiepiſcopum ſingulare reſponſum, ſic
dicens: *Reintegranda ſunt omnia ſpoliatis vel eiectis*
*Epiſcopis præſentialiter ordinatione Pontificum, & in eo*
*loco, vnde abceſſerant, funditus reuocanda, quacunque*
*conditione temporis aut captiuitate aut dolo aut violentia*
*maiorum, & per quaſcunque iniuſtas cauſas res Eccleſiæ*
*vel proprias id eſt, ſubſtantias perdidiſſe noſcuntur.* Cuius
canonis remedio pinguius eſt promiſum & conſultum
1 † ſpoliatis, ad ſuam recuperandam poſſeſſionem, vt af-
firmant omnes *in c. ſæpe, de reſtit ſpoliat. & in l. rem quæ*
*nobis ff. de acquir. poſſeſſ.* & Lanfranc. *in rubr. de cauſa*
*poſſeſſ. & propriet. col. 3. in 3. concluſione*, vbi quod eſt
pleniſſimum remedium & magis generale & vtilius
inter omnia remedia poſſeſſoria, & quod concurrit
cum omnibus aliis remediis; quod vltimum probauit
etiam Alexan. *conſ. 94. col. fin. vol. 5. n. 22.* dicens com-
muniter teneri, Abb. *in c. cum ad ſedem. col. 10. in princ.*
*de reſtit ſpolit.* Marant. *de ordin. iud. 4. part. in 7. diſtin.*
*n. 50. fol. 179.* Producitque ſpecificū ius agendi & com-
petit vbicūque quis iniuſte & ſine culpa cecidit à poſ-
ſeſſione ſua, vt exemplificat Lapus *allegat 52. n. 17.* &
eſt communis ſententia Doctorum in praxi obſeruata,
à qua non eſt recedendum, ſecundum Corneum *con-*
*ſil. 18. litera A lib. 1.* Id quod eſt apud omnes receptiſ-
ſimum & procedit, ſiue detinens contra quem agitur,
habeat bonam fidem, ſiue malam, vt alios allegans te-
ſtatur Alexand. *vbi ſup. & in conſ. 51. n. 1. volum. 1.* Corne.
*conſ. 56. lib. 2. litera Z.* vbi dicit cōmunem *& conſ. 147.*
*litera E. eodem lib. 2.* quamuis reuera text. loquatur
2 contra malæ fidei † poſſeſſorem, vt *infra* dicemus, non
vero contra bonæ fidei poſſeſſorem ſecundum Corneū
*conſ. 18. lit. F. lib. 1.* Eſtque eorum nouum remedium,
ſecundum magis communem & receptiorem ſenten-
tiam, quam refert Menoch. *in remed. 15. recuperan. poſ-*
*ſeſſ. n. 5. & ſequent.* licet ipſe contrariam, vt veriorem,
cum Innocent. Bartol. Rip. & Rubeo late probet, &
quod pinguius non ſit hoc remedium cæteris, niſi qua-
tenus eſt extenſiuum interdicti vnde vi & aliarum
conſtitutionum iuris ciuilis certis in caſibus tandem
relinquit cogitandum. Eandem contra communem
bene fundat D. Sarmient. *de redditibus Eccleſiaſt. 1.*
*parte, c. 4. n. 11.* nihilominus, quam prædixi, eſt receptiſ-
ſima ſententia in praxi ſine dubio, nempe prouideat
de nouo, vbi non erat alias conſultum, ad eo quod pin-
guius & generalius prouideat, quam alia remedia, ſe-
cundum Corneum *conſ. 328. litera F. la 2. lib. 1. & con-*
*ſil. 56. litera T. & à litera V. lib. 2. & conſ. 281. litera L.*
*lib. 3.* Et hæc eſt magis communis concluſio, ſecundum
Socinum *conſ. 39. n. 5. vol. 3.* Sed vt verius eſt cæteris
hoc remedium atque nouum, ita abundantius Docto-
res vbiq; id declarant atque interpretantur, præcipue
*in dict. c. cum ad ſedem, & in cap. ſæpe, de reſtitut ſpoliat,*
& latiſſime Soc. *in dict. l. rem quæ nobis, ff. de acquirend.*
*poſſeſſ.* & Anton. Gabriel *per regul. ampliationes & fal-*
*lent. fallent. 5. lib. 5 commun. opin. concluſiones 5. per totum.*
Et longiſſimis commentariis, plus quam ſexcentos &
quadraginta numeros in eius theorica, ac praxi con-
ſumens Menoch. *remedio 5. recuperand. poſſeſſ. per totū.*
* Et nouiſſime poſt eū nonnulla adducit Bec. *conſ. 76.*
*per totum, lib. 1. & conſ. 77 eodem libro.* * Quare ne vi-
deat tranſcriptor alieni laboris potius, quam inuen-
tor proprij, duobus vel tribus tātùm articulis hic exa-
minatis, ab eo me expediā. Primus eſt: *coram quo iudice*
*agi poſſit hoc remedio?* Secundus; *An idem detur aduer-*
*ſus titulo & bona fide poſſidentem, qui cauſam habuit à*
*bona fidei poſſeſſore?* Tertius; *An à ſententia lata in hoc*
*remedio Canonis, reintegranda, & in cæteris poſſeſſoriis,*
*habeat locum appellatio?* Circa primum, coram quo iu-
dice agi debeat remedio huius cap. *reintegranda*, reſol-
uo, † obſeruandum eſſe, regulariter in præſenti ſpe- 3
cie iudicem competentem eſſe ordinarium rei con-
uenti iudicem, cum actor teneatur ſequi forum rei, vt
*in l. iuris ordinem, C. de iuriſdictione omn. iudic. & in l. fi-*
*nal. C. vbi in rem act. leg. 32. verſ. la 5. tit. 2. part. 3. text.*
*in cap. cum ſit generale, & in cap. ſi quis contra clericum,*
*de foro compet.* & in terminis ita tenet Soc. *in d. l. rem,*
*quæ nobis, n. 11.* quem refert & ſequitur Menoch. *vbi*
*ſup. n. 104.* & Anton Gabriel *vbi ſup. n. 113. & ſeq.*
Ex quo † infertur, quod cum hoc remedium *d. c.* 4
*reintegranda*, ita laicis pro rebus profanis mobilibus
ſiue immobilibus recuperandis, quam clericis, pro re-
bus Eccleſiæ concedatur, vt tenent Lanfranc. & Ale-
xand. *vbi ſup. dict. conſ. 94. n. 21.* vbi quod hæc eſt com-
munis opinio & obſeruantia, idem Alexand. *conſil. 91.*
*n. 3. lib. 5.* idem Alexand. *conſil. 51. in princip. volum. 1.*
vbi quod eſt magis communis, & quod in practica ſer-
uaretur, & eſt communis concluſio, quæ ſeruatur in
practica, vt teſtatur alios allegans Marant. *vbi ſupr. d.*
*num. 50.* & eſt magis communis ſententia, vt teſtatur
Rip *dict. c. ſæpe, n. 21. de reſtit. ſpoliat.* & Soc. *in dicta l. rē*
*quæ nobis n. 4.* & *ibi* Iaſon *n. 20.* Roland. à Valle *conſ. 50.*
*n. 3 lib. 2.* ſequuntur etiam plurimi alij relati à Menoch.
*vbi ſup. n. 13.* vbi dicit, eſſe crebriorem noſtrorum ſen-
tentiam, & quod eam ipſe iam ſæpiſſime ſeruarit vi-
dit: & *n. 10.* inquit, ſe non inficias ire, vix eſſe quod in
praxi ab hac receptiori ſentētia recedatur, quæ in foro
quotidiana eſt: Eandem fatetur magis communem
eſſe Anton. Gomez *in l. 45. Taur. n. 192. fol. 210. col. 2.* &
communem eſſe teſtatur, plurimos citans Anton. Ga-
briel. *vbi ſup. n. 1. pag. 288.* Quamuis contrariam ſen-
tentiam negatiuam in hoc voluerit gloſſ. *in dict. cap.*
*cum ad ſedem, de reſtitu. ſpoliat. verb. interdictum*, ibi:
*Videtur tamen*, Abb. & alij, quos retulit & ſequutus
eſt Rip. *in d. c. ſæpe, n. 21. & ibi* Bellamer. *n. 6.* & late
idem probauit Corneus *conſil. 18 num. 6. litera E. &*
*conſil. 35. n. 31. & conſil. 319. n. 30. litera E. la 2. lib. 1. &*
*conſil. 56. n. 20. litera Z. lib. 2.* qui alios citat, idem *qui*
*ſil. 247. n. 3. litera E. eodem lib.* & late *conſil. 282. n. 7.*
*litera l. lib. 3* & Alciat. *in d. l. rem. quæ nobis, num. 6 ff. de*
*acquir. poſſeſſ.* & Anton Gomez *vbi ſuprà*, latiſſime
Menochius *vbi ſuprà, num. 16. & ſequent.* & D. Sar-
mient. *de reddit. Eccleſ. 1. parte, cap. 4. n. 11.* quorum
opinio forte iure communi attento verior eſt, vt per
ſupradictos: iure tamen Regio magis communis ſen-
tentia ſupradicta probata eſt *per l. 30. in princip. tit. 2.*
*part. 3.* in illis verbis: *Forcado ſeyendo algun ome*
*de coſa que quiſieſſe deſpues demandar en juyzio, en ſu eſ-*
*cogencia es de fazer eſta demanda, à quel que la fallaren,*
*o al, otro que la forçò por ſi, o mādo à otro forçarla, o à quel*





*que la recibio, del que ſabia que la auia forcado.* Ecce igi-
tur legem expreſſam, prædictum remedium conceden-
tem omnibus ſpoliatis pro quacumque re generaliter:
Nō enim lex loquitur nec requirit, quod ſpolium con-
tingat in rebus Eccleſiaſticis: & ita Gregor. Lop. *ibid.*
*in gloſſ. fallarent*, ex eo verbo notat, approbari ibidem
præfatam magis communem ſententiā Anto. *in d. cap.*
*cum ad ſedem*, quæ eſt magis communis, vt etiam in re-
bus profanis habeat locum remediū *d. c. reintegranda.*
Neque obſtabit, ſi replices, in illa lege tantum
agi de remedio *d. c. ſæpe*, nempe contra poſſeſſorem
rei, in qua contingit ſpolium ſcienter, vt patet ex illis
verbis *O à aquel que la recibio, del que ſabia que la auia*
*forcado.* Nam reſpondeo, prius loquutam fuiſſe legem
illam de quocunq; poſſeſſore, vt conſtat ex verbis præ-
cedētibus dictæ legis, ibi, *à aquel que la fallarent*, prout
loquitur *d. cap. reintegranda*: quod procedit etiam in
ignorante, vt per DD. *vbi ſupra*, præcipue Anton. Go-
mez. Recte igitur lex illa Regia probaſſe videtur ſu-
pradictam magis cōmunem ſententiam, & ſublata eſt
5 dubitatio, vt aduertit Gregor. Lopez *ibid.* Si † laicus
fuerit ſpoliator, coram iudice proprio illius conue-
niendus erit illo remedio: quod ſi fuerit clericus, co-
ram ſuo Eccleſiaſtico, vt ex ſupradictis patet. Poterit
etiam conueniri ſpoliator coram iudice competenti
laico, vel Eccleſiaſtico reſpectiue, illius territorij atque
iuriſdictionis, vbi vis per ſpoliationem illata fuerit,
etiam in loco ſpoliati, ſi ibidem ſpolium commiſſum
fuerit, etiamſi ille iudex non eſſet alias ordinarius ſpo-
liatoris, vt probat gloſſ. *in l. 2. in fin.* vbi Bald. *C. de inter-*
*dict.* Tiraquell. *de vtroque retract. tit. 1. §. 8. gloſſ. 3. n. 10.*
Menoch. *vbi ſupra, num. 109.* id probant, quoniam ra-
tione rei & ob commiſſam violentiam, duæ actiones
poſſunt moueri, realis & perſonalis, vt ſuam vnuſquiſ-
que iudex tueatur iuriſdictionem.
6 Dubitari † tamen contingit in caſu *d. cap. reinte-*
*granda*, quoties Epiſcopus vel Eccleſia, ſuis rebus eſt
ſpoliatus vel ſpoliata per laicum? *An coram iudice Ec-*
*cleſiaſtico ordinario agi poſſit pro recuperatione earundē,*
*an vero coram laico ſpoliatoris iudice agi debeat?* Et ex
ſupradictis manifeſtum videtur coram iudice compe-
7 tenti rei experiendum eſſe. Secundo, † quia ſic etiam
videmus, quod reus laicus conuentus rei vendicatio-
ne pro re Eccleſiaſtica, ſi probabiliter neget eſſe di-
ctam rem Eccleſiæ, iudex ſæcularis adeundus eſt: hæc
eſt communis opinio ſecundum Felin. *in cap. cum ſit*
*generale, ante n. 1. col. 2.* & melius *in cap. ſi clericus lai-*
*cum, per tot. de foro compet.*
Nihilominus tamen in præfata noſtra ſpecie con-
traria opinio verior & tenenda eſt, imo quod fauore
Eccleſiæ rerumque Eccleſiaſticarum, agi poſſit reme-
dio *d. cap. reintegranda*, coram iudice Eccleſiaſtico.
8 Primo, † quoniam etſi reſtitutio in integrum peten-
da ſit coram iudice illius, contra quem petitur, ſicque
eam petens, debeat ſequi forum rei, iuxta regulam iu-
ris ordinariam, quā ſupra retulimus & probat expreſ-
ſus text. *in l. 2. C. vbi & apud quem*, vbi omnes DD. id
notant: quod adeo procedere videtur, vt in loco con-
9 tractus, etiamſi ibi reus inueniatur, conueniri † mini-
me poſſit ad reſtitutionē in integrum aduerſus ipſum
contractum, quia ibidem tantum agi poteſt, cum tra-
ctatur de contractus ipſius exequutione, ſecus ſi de
reſciſſione, ſecundum Guilielm. de Cugn. Bald. & Pau-
lum *in d. l. 2.* quos in hoc ſequitur Iaſ. *in l. qui certo loco,*
*ff. de condict. indebit.* inquiens, hoc probari, *in d. l. 2.* idem
placet Dec. *in rubr. col. 2. de iudic.* ſequitur Greg. Lop.
*in l. 8. tit. 19. p. 6. in gloſſ. 1.* Verum contra hanc amplia-
tionem eſt text. *in l. in contractibus, §. vlt. C. de non nu-*
*merat. pecun.* vbi expreſſim probatur, poſſe quempiam
in loco contractus apud eius iudicem intra biennium
conqueri, ſibi non fuiſſe pecuniam numeratam, hanc-
que querelam deducere, ſi ibi aduerſarius inueniatur,
atque ita agere ad ipſius contractus diſſolutionem:
text. ad hoc in ſpecie notat Alex. *in addit. ad Bart. in*
*l. heres abſens, §. 1. lit. E. ff. de iudic.* Roman. *ſing. 470.* Fe-
lin. *in cap. fin. n. 24. de iudic.* dicens, ex hoc abſolutio-
nem à iuramento in contractu præſtito poſſe peti co-
ram iudice ipſius loci contractus, ſi ibi aduerſarius in-
ueniatur, vt citetur: idem Felin. *in cap. 1. col. vlt.* poſt
Card. *ibi, de iureiurand.* (quamuis ſecundum veriorem
& communem ſententiam atque in praxi receptam,
ad concedendam abſolutionem à iuramento ad effe-
ctum agendi, non ſit neceſſaria citatio partis aduerſæ,
vt late deduximus *in repetit. auth. Sacramenta puberum,*
*num. 112. C. ſi aduerſus vendit.*) Eandem opinionem in
terminis contra prædictam ampliationem tenet Bart.
*in d. l. qui certo loco, num. 2.* vbi Paulus ſibi contrarius,
*num. etiam 2.* eam dicit eſſe veram & communem,
quamplures allegans probauit Didac. Couar. *lib. 1.*
*variar. reſolut. cap. 4. n. 1.* reſpondens ex eiſdem *ad d. l. 2.*
intelligendum eſſe eo caſu, quo reus non adeſt in loco
contractus: quod ſi ibi adſit, non negat lex illa, poſſe
peti reſtitutionem coram iudice illius loci atque ita
tenendum eſſe verius exiſtimo, aduerſus præfatam
ampliationem.
Hæc † tamen quamuis ita ſe habeant, ſi Eccleſia 10
lædatur in contractu, iure quodam ſpeciali reſtitutio-
nem in integrum petere poterit, etiam aduerſus lai-
cum coram iudice Eccleſiaſtico & proprio ipſius Ec-
cleſiæ, ex doctrina Innoc. *in d. cap. cum ſit generale, de*
*foro compet.* vbi inquit, quod quando Eccleſia aliquo
ſpeciali beneficio iuuatur, in ea cauſa, etiam contra lai-
cum, iudicem Eccleſiaſticum adire poteſt: ad idem eſt
bonus text. *in c. 1. de in integrum reſtit.* vbi Abb. *n. 18.*
idem Abb. *in cap. conſtitutus, el 1. eod. tit.* text. ex quo ita
colligit idem Abb. *in c. penult. de rebus Eccl. non alien.*
Roman. *ſing. 112.* idem tenens in clerico Abb. *n. 10.* Fe-
lin. *col. 3.* Mar. Socin. *n. 13. in d. cap. cum ſit generale*, Au-
frer. *in clem. 1. de offic. ordin. & in tract. de poteſt. Eccleſ.*
*n. 48. vol 14. tract. diuerſorum Doctorum*, qui omnes pro-
bant, Eccleſiam poſſe petere reſtitutionem in inte-
grum, etiam aduerſus laicum, coram iudice ordinario
Eccleſiaſtico: ſequitur etiam Marant. *de ordin. iudic. 6.*
*p. in verſic. ſecundus actus principalis, n. 101. pag. 569.* &
Bern. Diaz de Luco plures referens *in reg. l. 219. in 2.*
*limit.* Didac. Perez *in l. 1. tit. 4. lib. 3. ordin. col. 883. ad fin.*
*verſic. item fallit*, eamque ſequitur Auend. *1. p. cap. 4.*
*prætor. n. 42. verſic. & quia talis*: quamuis tutius dicat
eſſe, agere contra habentem titulum, licet inualidum
coram iudice ſæculari: & eſſe hanc receptam ſenten-
tiam teſtatur Didac. Couar. *vbi ſuprà, n. 2.* & commu-
nem profitetur Caldas Luſit. *in l. ſi curatorem habens,*
*verbo, implorandum, n. 32. C. de in integrum reſtit.* quam-
uis hi duo vltimi auctores inſinuent, eam veram non
eſſe atque contrarium velint tenere, cum hic non aga-
tur de violentia illata Eccleſiæ, nec eius patrimonio
nec de ſacrilegio nec de fraude aut dolo ex propoſito
aduerſus Eccleſiam in contractum deducto: qua for-
ſan ratione contra communem in præſenti ſpecie fuit
iudicatum in Regali Cancellaria Valliſoletana in cau-
ſa huius Eccleſiæ Ciuitatenſis, in qua probata fuit
ſufficientiſſime læſio vltra dimidiam in cōtractu alie-
nationis quorundam bonorum immobilium eiuſdem
Eccleſiæ in fauorem laicorum factæ, atque contra eam
petita in integrū reſtitutio coram ordinario Eccleſia-
ſtico huius Epiſcopatus, & præterea allegata nullitas
cōtractus ob defectū tractatuum aliarumq; ſolemnita-
tum, & nihilominus ea ad præd. Cancellariā per mo-
dum violentiæ delata, decreuit Regius Senatus, omnia
geſta corā præ. iudice Eccleſiaſtico eſſe nulla ac reum

conueniendum eſſe coram iudice, qui de cauſa poſſet & deberet cognoſcere, ad quem eam remiſerunt. Nihilominus à communi, præfata ſentẽtia non conſulerem recedendum eſſe in praxi, non ſolum quando Eccleſia ipſa læditur in bonis ſuæ fabricæ, ſed etiam in contractu bonorum menſæ capitularis, cum illa bona ſint etiam Eccleſiaſtica: & Capitulum Eccleſiæ Cathedralis in iure dicitur Eccleſia, *vt in c. Apoſtolica. 56. diſtinct.* & *ibi* notat gloſſ. text. expreſſus *in c. cum clerici*, & *ibi* gloſſ. *de verb. ſign.* text. *in pragm. ſanct. Gallican. §. quanta autem, fol. 75. col. 1. in fin.* vbi canonici dicuntur Eccleſia, & ibi notat Coſmas Gumier, *in gloſſ. Eccleſia Altamirant. in tract. de viſitatione, in verbis, patriarch. & primi. n. 17. & 18. fol. 8.* Ergo Canonici Eccleſiæ Cathedralis ſi lædantur in contractu bonorum ſuæ menſæ capitularis, poterunt in integrum reſtitutionem petere aduerſus laicum coram iudice Eccleſiaſtico, iuxta præfatam communem ſententiam loquentem in Eccleſia, cum à iure Capitulum Eccleſiæ Cathedralis dicatur
* & ſic Eccleſia, vt eſt prædictum ac probatum. * Eandem communem ſententiam late defendit Rodoan. *in tract. de rebus Eccleſ. non alien. in quæſt. de reſtit. integ. §. 7. per tot.* eamque ſequitur & probat Sfortia Odd. *de reſtit. in integr. 1. part. quæſt. 32. art. 15. n. 123. & 125.*

11 In † rebus autem patrimonialibus clericorum expeditum eſt, ipſis priuilegium Eccleſiis conceſſum minime competere, ac proinde aduerſus laicum reſtitutionem in integrum coram iudice ſæculari petere debent, ſi lædantur, non vero coram iudice Eccleſiaſtico, vt reſoluit D. Couar. *vbi ſupra, n. 3.* qui id audacter aſ-
* ſerit. * Et ſequitur Sfort. Odd. *vbi ſupra, num. 125.* * quamuis adhuc hoc caſu idem priuilegium Eccleſiæ competens, quod prædiximus cum communi, ad clericum extendant Rom. & Felin *vbi ſupra*, & Marant, & Aufrer. etiam *vbi ſupra*, ſed quod prædiximus ex Co-
12 uar. verius eſt, † cum ſit iure expeditum, priuilegia conceſſa Eccleſiis earumque rebus, bonis patrimonialibus clericorum non competere, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt conſtat ex adductis per Mench. *de ſucceſſ. creat. §. 10. n. 659. & §. 22. n. 42.* vbi teſtatur alios allegans hanc eſſe communem reſolutionem.

13 Superior † communis, de qua primum hoc fundamentum fecimus, comprobatur ex doctrina eiuſdem Innoc. quem ſequitur Abb. *in c. ſi clericus laicũ, in 1. not. & col. 4. de foro comp.* vbi tenent, Eccleſiam, vel clericũ, cum agunt de rebus ſuis ſiue actione reali vel perſonali, poſſe conuenire laicum coram iudice ſeculari vel Eccleſiaſtico, eſtq; magis cõis opinio, vt plures referens teſtatur deciſ. Pedemon. 32. *n. 6.* qui *n. 3.* eam probauit.

14 Secundo, † & præcipue ſupradicta ſecũda pars principalis in ſpecie *d. c. reintegranda*, probari videtur, quoniam ſpoliator ex occupatione rei Eccleſiaſticæ ſacrilegium cõmiſiſſe dicitur: ſed ratione ſacrilegij laicus conueniri poteſt coram Eccleſiaſtico iudice, text *in c. expoſita de arbitr.* vbi in terminis noſtris notat Abb. & quamuis ſuperiora fundamẽta nõ ſatis aſtringãt, prius ſiquidem non omnino tutum eſt, tum præterea, quia in propoſito & ſpecie *d. c. reintegranda*, non eſt ſpeciale priuilegium clerici ſiue Eccleſię, quãdoquidem & laici ſpoliati omnibus in caſibus, vt clerici reſtituuntur, atq; remedio *d. c. reintegranda*, vti poſſunt, iuxta magis communem ſententiã lege Regia probatam, *vt ſupra*
15 oſtendimus. Secundum † etiã pocedere poſſet ſecundum Socin. *in d. l. rem quæ nobis, n. 11.* quando certũ eſſet, cõmiſſum eſſe ſpolium, non vero ſi dubitetur, nam tunc ſuper illa qualitate tribuente iuriſdictionẽ eſt cognoſcendum, vt declarat Abb. *in d. c. ſi clericus laicum. n. 8. de for. comp.* Dec. *in c. cæterũ, n. 18. de iudic. & in c. ad audientiam, n. 4. eod. tit.* Menoch. *vbi ſupra, n. 108.*

Nihilominus tamen hæc ſecunda opinio principalis, nempe, quod quando clericus ſpoliatur re ſeu poſſeſſione rei Eccleſiaſticæ, poſſit ſpoliatorẽ laicum conuenire coram iudice Eccleſiaſtico, verior in ſe eſt & tenenda, prout tenet gl. *in c. cũ dilectus, quod met. cauſ.* Calder. *in c. ſæpe, de reſt. ſpol.* Abb. *in d. c. cum ſit generale, n. 10.* & Fel. *ibid. col. 2.* & Mar. Soc. *n. 14.* idẽ *conſ. 18. n. 32. verſ. tertium remediũ, lib. 1. inter. conſ.* Barth. Soc. quos ſequitur D. Couar. *vbi ſup. d. n. 2.* & Menoch. etiã *vbi ſup. n. 205.* & Ant Gabr. *vbi ſup. n. 103. & 117.* & Steph. Aufret. *de poteſt. Eccleſ. ſuper laicos. verſ. 121. n. 54. vol. 14. tract. diuerſ. D D.* vbi idẽ probat, ſi ageretur conditione *cap. ſæpe, de reſt. ſpol* aut aliis conditionibus iure competentibus pro recuperanda poſſeſſione.

Non obſtat primum fundamentum contrariæ partis, nẽpe regula iuris generalis: Quod actor debeat ſequi forum rei, quoniam fallit hoc caſu fauore Eccleſię propter violentiam atq; ſpolium ſibi illatum. Non etiam ſecundum, quia Felin. non loquitur in noſtris terminis, ſed in rei vẽdicatione ordinaria, & quando probabiliter dubitatur, an ſit res Eccleſiæ: nos vero agimus, quando ſpolium præceſſit & agitur ſpeciali & fauorabili iudicio reſtitutionis, in quo conſtat, rem eſſe Eccleſiæ, ac de prædicto ſpolio, quod ſi de hoc dubitatur, tunc, vt prædixi, ſuper ea qualitate tribuente iuriſdictionem erit cognoſcendum.

Sed † an coram iudice ſæculari hoc caſu agi poſſit, 16
quãdo ſpoliator & ſpoliatus eſſẽt clerici, vel reus tantum eſſet clericus, & contentio de re beneficiaria eſſet: non leuis inter noſtros iuris Interpretes contentio eſt: Nam etſi is iudex ordinarius clericis non ſit, attamen quia cauſa poſſeſſorij beneficij non dicitur ſpiritualis, ſed temporalis, is videtur iudex cõpetens: agitur enim ſolum, an is agens ſpoliatus fuerit, necne: vt priori caſu
reſtituatur, poſterior vero minime: Quare † quæſtio 17
facti, etſi de re ſpirituali, alias à laico definiri poteſt, vt docuit. Bart *in l. quoties*, vbi Iaſ. *n. 6. C. de iudic.* idem *in l. Titia, n. 6. & 7.* vbi Alex *ff. ſol. matr.* Fel. *in c. cum ſi generale, de for. comp.* Capic. *deciſ. 7. n. 2. & 4.* Alc. *in l. omni nouatione, C. de ſacroſ. Eccl.* Aym. Crauet. *conſ. 253. n. 2.* eſt communis ſecundum Couar. *in 4. de ſponſal. 2. p. c. 8. §. 12. n. 13. & in pract. quæſt. c. 35. n 1. verſ. 2. concl.* Me-
noch. *de retin. poſſ. remed. 3. n. 326. & ſeq. & remed. 15. de recup. poſſ. n. 212.* Et † quod cauſa poſſeſſoria rei ſpi- 18
ritualis vel quaſi ſpiritualis, temporalis ſit, tenet gloſſ. *in c. literas, de iuram. calum.* notat Vinc. *in c. vlt. de iudic.* Bald. *in c. 1.* apud quem vel quos controuerſia debeat, dicit gl. & DD. *in c. cum dilectus in verb. iuram. de elect.* Card. *in Clem. diſpendioſam, oppoſ. 3. q. 10. de iur.* Secun-
do † eadem pars coadiuuari poteſt ex text. *in cap. peri-* 19
*mus, 11. q. 1. & in c. cauſam quæ, in ſecundo qui filij ſint legit. & in c. vlt. de iudic.* quibus conſtat, iudicem ſæcularem, etiam inter clericos eſſe competentẽ ad cognoſcendum de cauſa poſſeſſionis rei ſpiritualis. Tertio
† facit argumentum à Matth. de Afflict. adductum *de-* 20
*ciſ. Neap. 24. n. 3.* nempe, quod iudicis cuiuſlibet ſæcu-
laris intereſt, ne violentiæ † & ſpolia fiant inter cleri- 21
cos & laicos. Hinc videmus, iudicem laicum poſſe compellere clericum, rem apud ſe depoſitam reſtituere, vt *in l. vlt. § penult. C. de bonis auct. iud. poſſid.* Iaſ. *in l. ſi fideiuſſor, § penult n. 6. ff. qui ſatiſdar. cog.* Capell. Toloſ. *q. 167.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed. 15. n. 214.*

Quarto, quia cauſa poſſeſſionis & proprietatis nihil commune habẽt *l. naturaliter, §. nihil commune ff. de acquir. poſſeſſ.* Sed cauſa proprietatis beneficiaria, ſpiritualis eſt: Ergo cauſa poſſeſſionis erit temporalis tra-
ctariq; poterit apud laicum. Ex † quibus fundamentis, 22
quamplures DD. defendere conãtur vſum Galliæ forẽſem, qui iam diu obtinuit, & Martini V. & Leonis II. literis extat comprobatus, quod iudices ſæculares cognoſcant etiam inter clericos de poſſeſſorio cuiuſlibet

cauſæ



cauſæ ſpiritualis, vt ſunt Guido Pap. *q. 1. & 71. & 85.* Franciſc. Marc *quæſt. 190. & quæſt. 512.* vbi teſtatur curiam illam ſic ſemper ſeruaſſe: idem cenſuit Curia Burdegal. vt teſtatur Boer. *quæſt. 69. num. 23.* idem probat Guilielm. Benedict. *in cap. Raynutius, de teſtament. verb. & vxorem, in 2. deciſ. n. 331.* Aufret. *in clement. 2. de offic. ordin. reg. 2. fallent. 24. vol. 14. tract. diuerſ.* Dd. *fol. 394.* & ſic ſeruaſſe Curiã Neapol. refert. Matth. de Afflict. *deciſ. 2. n. 10. & 11.* vbi Grammat. *in addit.* idem Afflict. *deciſ. 24. n. 9.* Grammat. *deciſ. 78.* optime Ioan. Gallus *q. 155.* ſcribens, iudicem ſæcularem apud Gallos inhibere & prohibere iudicium petitorium, donec fuerit lis finita ſuper poſſeſſorio: Huius etiam conſuetudinis & priuilegij meminit Carol. de Graſſaliis *lib. 2. regal. Franciæ, iur. 5.* & Selua *de benefic. 1. part. quæſt. 7. n. 16. vol. 15. tract. diuerſorum Dd. fol. 26.* vbi idem iure probare nititur: Eandem ſententiam probauit Alciat. *reſponſ. 24. n. 1.* qui ſic in excellentiſſimo Mediol. Senatu ſeruari firmat, & eam veram atque communem Affirmat. Rip. *in rubr. de iudic. n. 90.* poſt gloſſ. & Abb. *in d. cap. literis, n. 7. & 8. de iuram. calum.* Et hanc vniuerſam Galliã ſeruare teſtatur Rebuff. *in commen. ad conſuetud. ſiue leges Reg. Franciæ, in 3. tom. in tit. de cauſ. benef. poſſeſſ. art. 8. gloſſ. 2. pag. 301.* Eandem nouiſſime veram eſſe ſententiam affirmat. Rol. à Val. *conſ. 23. col. 1. & 2. lib. 2.* & fuſiſſime rem hanc in quolibet poſſeſſore diſputat Ioan. Ign. *in l. neceſſario, §. non alias 2. part. col. 1. 2. & 3. ff. ad. SCtum Syllan.* & hanc obſeruatam fuiſſe in Senatu Pedem. affirmat vidiſſe Menoch. *d. remed. 15. de recup. poſſeſſ. n. 211.* vbi *n. 223* eam receptiorem vocat: eandem opinionem in poſſeſſorio recuperandæ & retinendæ probauit Aug. Bero. *in rub. de indic. n. 51.* Eandem ſequitur plures referens, veram & communem appellans ex Rip. *vbi ſup.* Ant. Gabr. *vbi ſup. n. 115.* & eam late iure probat plures allegans Aym. Crauet. *conſil. 258. ſtatim in princ. & n. 1. & ſeqq.*

Contrariam tamen ſententiam, imo quod in ſpecie præmiſſa, de qua agimus, iudex ſæcularis nullo modo poſſit cognoſcere de cauſa poſſeſſoria beneficiorum Eccleſiaſticorum inter clericos (vel quando reus tantũ clericus eſſet, quia de nõ iure laici turbari conſtat, cum laicus non poſſit poſſidere, vel quaſi, res Eccleſiæ, vt eſt clari iuris) in nullo interdictorum adipiſcendæ, retinendæ aut recuperandæ poſſeſſionis, verior eſt & abſque dubio tenenda in iudicando & conſulendo. Primo, quia cum actor in propoſito debeat ſequi forum rei, vt in principio diximus, ad iudicem Eccleſiaſticum erit cauſa deferenda, iuxta communes vtriuſque iuris traditiones, licet cauſa poſſeſſoria ni-
23 hil haberet admixtum proprietatis, † nec eſſet in ea quid ſpirituale, imo tota eſſet omnino temporalis: nec valet conſuetudo in cõtrarium, vt clericus nempe poſſit coram iudice laico conueniri, vt cenſuit Rota antiqua 840. quæ eſt *in tit. de conſuet. deciſ. 10. in antiquis*, cuius meminit Nauar. *in c. cum contingat, pag. 154.* & Couar. *in pract. quæſt. c. 31. n. 5. & c. 35. n. 1.* & inquit ſingulariter Socin. alios referens *in c. ſane, n. 9. verſic. noua declaratio, de foro compet.* non ſolum inſpiciendum eſſe locum rei ſitæ, verum etiam ipſius rei conueniendi qualitatem: & ideo ſi conueniendus ratione rei ſitæ eſt clericus, conuenitur coram Eccleſiaſtico in loco rei ſitæ: ſi vero laicus, coram laico, atque ita mutatur locus non qualitas perſonæ, & attenditur res in loco ſita, tanquam acceſſorium ad qualitatem perſonæ: ſequitur Menoch. *de retinen. poſſeſſ. remed. 3. n. 326. 351.*
24 *& ſeq.* Secundo † quia cauſa poſſeſſoria in beneficiis Eccleſiaſticis beneficialis dicitur, ac proinde ad forum Eccleſiaſticum pertinet, vt *in clement. 1. de cauſa poſſeſſ. & propriet. & in clement. vnic. de ſequeſtrat. poſſeſſ. &*
25 *fruct.* Cauſæ † enim Eccleſiaſticæ de rebus ſpiritualibus, vel quaſi, ſpiritualibus cenſentur, ac proinde tractandæ & examinandæ ſunt apud iudices Eccleſiaſticos, non vero apud ſæculares: vt *in cap. 2. de iudic.* per quod ita tenet D. Cou. *in pract. q. c. 35. n. 1. verſ. verum ſi diligenter.* Tertio eadem ſententia probatur; Nam etſi cauſa ipſa poſſeſſionis contineat temporalitatem, ita vt à laicis tractari poſſet, iuxta Bart. ſẽtentiam & communem *in d. l. quoties, C. de iudic & in d. l. Titia, cum cæteris ſupra allegatis*, ratione tamen perſonarum, in quibus non poteſt laicus quouis modo ius dicere, vt *in authent. ſtatuimus, C. de Epiſcop. & cleric & in cap. 1. de iudic.* ſæcularis iudex cauſæ competens eſſe non poteſt: Quomodo enim poterit clericum ſpoliatorem citare & cognoſcere, vt reſtituat, quod ſuſtulit?

Quarto, quoniam plerique ex tenentibus priorem ſententiam, quam receptiorem appellant, non eam ex iuris communis diſpoſitione affirmare audent eſſe veram, ſed quod Summorum Pontificum ſupra relatorum indultis id cõceſſum ſit Regno Franciæ: Ergo in contrarium eſt ius commune, quia fruſtra conceſſa forent, ſi iure communi hoc laicis iudicibus liceret, vt nouiſſime aduertit Roland, à Valle *d. conſ. 23. n. 11. lib. 2.* Vbi ergo huiuſmodi priuilegium non fuerit, prout in Hiſpania credo non eſſe, quia huiuſmodi cauſæ minime tractantur coram iudicibus ſæcularibus, ſed tantum coram Eccleſiaſticis, eo excepto, quod per modũ violentiæ cauſæ omnes Eccleſiaſticæ ad Regia tribunalia deferuntur, vbi quando ea ſit à iudicibus Eccleſiaſticis, à Regia Curiã aufertur, ius commune erit ſeruandum vt laici minime de his cognoſcant. Fit igitur ex ſupradictis, forenſẽ vſum cõtrarium Galliæ non iure procedere, ſed potius ex priuilegio & conſuetudine.

Quinto & vltimo † hæc eadem pars probatur quo- 26
niam, vt plurimum cauſa hæc poſſeſſoria beneficialis habet admixtam proprietatis rationem, quo caſu proculdubio ſæcularis de ea cognoſcere non poteſt, ſed omnino Eccleſiaſticus iudex, cum non ſit iudicium temporale abſolute, ſed habeat admixtam cognitionem iuris ſpiritualis, *argum. text. in cap. tuam, de ordin. cognit. cap. cauſam quæ, in 2. qui filij ſint legit.* atque ita in hac ſpecie hanc partem probauit abſque dubio Abb. *in d. cap. literas, de iuram calum. & illic.* Ant. de Butr. & alij, & Bero. *in d. rubr. de indic. n. 51.* quos refert & ſequitur Cou. *vbi ſup. in 1. concluſ.* inferens ex eo, laicum non poſſe ſecundum iuris rigorem cognoſcere de cauſa poſſeſſoria beneficij Eccleſiaſtici, cum ad iuſtificandam poſſeſſionem in hoc caſu ſit neceſſaria probatio alicuius tituli apparẽtis, nec aliter poſſit poſſeſſio obtineri, etiã quoad interdicta poſſeſſoria, vt ibi probat.

Et in terminis, de quibus agimus, hanc ſecundam partem veriorem de iure tuentur, probant atque defendunt Anton. de Butr. *in cap. vlt. de indic.* Lign. & alij nõnulli *in clement. diſpendioſam, de iudic.* In qua ſententia vere fuit Guid. Pap. *conſ. 149.* eam ſequuti ſunt Bero. *vbi ſup. n. 55.* & Aym. Crauet. *conſil. 258. num. 8.* Bellamer. *conſil. 40. col. 16. verſic. nec valet*, & latiſſime & optime D. Cou. *d. c. 35. n. 1. in 1. concluſ. verſic. quamobrem, & in 2. concluſ. in verſic. verum ſi diligenter*, & Roland. à Valle *conſil. 23. n. 17. lib. 2.* & Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. remed. 15. n. 218. in verſic. contrariam, & num. ſeq. præcipue n. 223. & 234.* idem *de adipiſcend. poſſeſſ. remed. 4. n. 476. & ſeq.* idem loquens tam in remedio recuperandæ, quam retinendæ, *de recuperand. poſſeſſ. remed. 3. n. 349. & ſeq.* qui *n. 346. & ſeq. & d. remed. 15. n. 234.* idem probauerat, cum laicus turbatur à clerico in quaſi poſſeſſione illa rei Eccleſiaſticæ: quod & nuncupatim probauit Couar. *vbi ſupra, in 2. concluſ. n. 1. in verſic. verum ſi diligenter, &c.* qui *in 1. concl.* loquitur in omnibus remediis poſſeſſoriis adipiſcendæ, retinendæ & recuperandæ.

Et

Et retenta hac ſecunda opinione, quæ ſine verior
eſt, vt prædiximus, non obſtant adducta pro priori par-
te: & non quidem Bart. doctrina communiter appro-
bata *in d.l.quoties, de iudic. & in d. l. Titia. ff. ſolut. ma-
trim.* tum quia ipſa non eſt ſine dubio, vt conſtat ex lo-
cis Cou. quæ pro ipſius approbatione ſupra adduxi-
mus: tum etiam quoniam ibi, præterquam quod cauſa
poſſeſſoria facti tantum eſt, reus & etiam actor ſunt
laici, vt in cauſa matrimoniali, vſuraria & ſimilibus à
Bart. ſignatis, ac proinde non idem eſſe recte infertur,
vbi vterque clericus ſit, vel reus tantum, vt in noſtra
quæſtione, gl. præterea *in d.cap. literas, de iuram. calum.*
non obſtat, quia communiter reprobatur, vt aſſeuerat
Aufret. *in deciſ. capel. Toloſ.* 470. & Cou. *d.n.1. in 2. con-
cluſ. verſ. non obierit*, vbi quod præterea priuatam, non
publicam auctoritatem habet gloſſa illa.

27 Ad † ſecundum reſpondeo, nempe *ad c. petimus, 11.
q.1.* iudiciũ ibi ſæculare potius eſſe in auxilium tem-
poralis, quam ad cognitionem principalem cauſæ Ec-
cleſiaſticæ, vt aduertit Menoch. *d. remed.* 15. *n.* 213. Nec
obſtat *d. cap. cauſam quæ, el 2. qui filij ſint legit.* quia ibi
28 nulla cauſa ſpiritualis, † nec ratione rei, nec perſona-
rum, nec iuris, nec facti erat apud Regem illum An-
gliæ, ſed ſolum mera temporalis controuerſia, cum de
bonorum ſucceſſione contentio eſſet, vt recte aduertit
Cou. *vbi ſup. n. 1. verſ. 2. ſecunda concluſio. ibi. ſic. & in d.
cap. cauſam*, & Menoch. *remed.* 15. *n.* 212. Non etiam
29 † obeſt text. *in d. c. vlt. iudic.* quia illic agitur de officio
& dignitate ſæculari & electione ad eandem conſti-
tuenda, vt inibi gloſſ. & Doctores communiter admo-
nent ſecundum Bero *in rubric. de iudic. n. 61.* & Couar.
*vbi ſup. proxime, atque* Menoch *d. remed. 15. n. 216.* Ter-
tium non obeſt, quoniam Matth. de Afflict. *vbi ſuprà*
qui eo argumento vſus eſt in propoſito, non tam ni-
titur diſpoſitione iuris communis, quam capitulis
illius Regni, vt ex eo patet. Ad primum reſpondeo, re-
torquendo fundamentum. Cauſa poſſeſſionis & cauſa
proprietatis, vt duo connexa, apud eundem iudicem
tractari debent, ne continentia cauſſæ diuidatur, vt *in
c. 1. de cauſ. poſſeſ. & propriet. & in l. nulli, C. de iud.* At
cauſa proprietatis non poteſt in propoſito tractari
apud laicum, ſed apud Eccleſiaſticum agenda eſt ſe-
cundum omnes: Ergo & cauſa poſſeſſoria. Præterea,
30 † quod dicitur, cauſam proprietatis & poſſeſſionis
nihil commune habere, procedit quoad acquiſitioné
& inquiſitionem, non quoad cognitionem, *ſecund.* Be-
ro *in d. rub. de iudic. n. 58. in verſ. non obſtat*: quod com-
probat & confirmat defendés ab impugnatione Ignei,
Menoch *vbi ſup. d. remed. 15. n. 218.* Ex ſupradictis igi-
tur manifeſte conſtat, priorem atq; receptiſſimam ſen-
tentiam nullo ſolido fulciri fundamento, nec veram
eſſe, ſed potius contrariam, quam prædiximus atque
31 probauimus. Supereſt † vt videamus; *An cautela Ma-
rant. de ordin. iud. 4 part. 7. diſtinct. in fin n. 54. ad hoc, vt
hoc caſu agi poſſit corã iudice laico contra clericum ſpo-
liatorẽ, ſit valida necne?* Is enim in loco præcitato in-
quit, quod in eo Regno per tria capita eiuſdẽ eſt no-
uiter inductũ, quod quando clericus vel alia Eccleſia-
ſtica perſona ſpoliatet aliquem laicum ſua poſſeſſio-
ne, poteſt ille laicus adire iudicem ſæcularẽ & implo-
rare officiũ ſuum ſuper eius defenſione, qui iudex fa-
ciet citationem per edictũ, vt quicunq; ſua puterit in-
tereſſe, cõpareat infra talem terminũ, viſurus iuramẽ-
ta teſtiũ & allegaturus, quicquid velit, quare ille ſpo-
liatus non debeat reſtitui & ſic capiet informationem
de iuribus ſpoliati, per quandam viam extraiudicialem
& ſummariam, & ſic cõpererit qualiter fuit indebite
ſpoliatus, reſtituet eum in ſuam priſtinã poſſeſſionem,
nec poteſt dici, quod clericus citatur corã iudice ſæ-
32 culari, quia † quando citatur, ſi ſua putauerit intereſſe,
ſi compareat, dicitur comparere vt actor, non vt reus,
& ſic ſua comparitio eſt voluntaria, non neceſſaria,
iuxta doctrinam Bald. *n. 4. & 5.* Alex. *in fin.* Paul. Caſtr.
*n. 7. in fin.* & reliquorum *in l. teſtamenta omnia, C. de te-
ſtam.* quos ſequuntur afflict. *deciſ. Neapol. 24. n. 7. in fin.*
Dec *conſ. 187. n. 3. verſ. non obſtat quod citatio*, Neuiz.
*conſ. 20. n. 19.* Rol. à Val. *conſ. 29. n. 9. & 12. lib. 2.* vbi lo-
quentes in inſinuatione & publicatione teſtamenti,
idẽ tenent, quando pars ad eam faciendam citanda, eſt
clericus: quod ſi prædicta doctrina Bald. & cæterorum
eſt vera, conſequitur, vt idem dicendum ſit in propoſi-
to, ſecluſis etiam dictis capitibus Regni Neapolit. cum
præfati Doctores præſupponant, dictam citationẽ ge-
neralem prædicto modo conceptam ſufficientem eſſe
atque validam clerico reo non comparente: quod ſi
ipſe compareat, teneri tanquam actorem de ſuo iure
docere coram iudice ſæculari tanquam actorem de
ſuo iure docere corã iudice ſæculari præuenientecau-
ſam per citationem. Nihilominus † tamen præcedens 33
cautela & leuis eſt & eludi facile poteſt. Primo, quo-
niam is clericus per edictum citatus non cogitur con-
parere, vt in his terminis declarat Matth. de Afflict. *de-
ciſ. n. 2. 9.* dicens, quod ſi cogatur clericus cõparere &
citatio & iudicium eſſet nullũ: Quare parum prodeſ-
ſe poterit cautela hæc ſpoliato, ſi ſpoliator diligens ſit
& callidus non comparendo, nec enim omnes tenen-
tur comparere, vt *in l. ſi eo tempore, C. de diſtract. pignor.*
Marian. Soc. Senior *in tract. citat. art. 22. in fin.*

Secundo, † quia quando cõſtat, quis poſſideat, is vt 34
certa perſona nominatim citandus eſt, non per edi-
ctum & proclama *l. 1. § penult. ff. de ventr. inſpic.* Bart.
*in extrauag. ad reprimendum, verb. per edictum, in fin.*
Alexand. *conſil. 107. n. 1. lib. 5.* Felin. *in c. 2. n. 8. de conſtit.*
Iaſ. *conſil. 86. n. 12. l. 3.* Pariſ. *conſil. 31. n. 29. lib.* 4. eſtque
recepta ſententia & ab omnibus approbata, vt plures
referẽs reſoluit Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. remed.* 8.
*n. 101.* Quod † præmaxime procedit in propoſito, vbi 35
agitur de transferenda poſſeſſione de vno in alterum,
tunc enim non ſufficit generalis citatio, ſed nomina-
tim poſſeſſor citandus eſt, qui ſi ignorentur, vti debet
diligentia non leui actor, vt cognoſcat, quiſnam is
poſſeſſor ſit, vt eum citari curet ita Ancharan *in cap.
vlt. de elect. per text ibi*, Alexand. *conſil. 5. n. 1. & 2. lib. 2.*
late Crauet. *conſil. 225. n. 1. & 5.* vbi plures alios allegat:
citantque omnes in hanc ſententiam *l. meminerint, C.
vnde vi*, Menoch. *de recup. poſſ. remed. 8. n. 101. remed. 15.
n.* 233. Quare † eleganter reſpondet Ruin. *conſil. 62.* 36
*n 20. in fin lib.* 5. quem refert & ſequitur Menoch. *de
remed. 5. n. 230.* citationem hanc per edictum præſum-
ptam ſcientiam inducere, quæ non ſufficit, quando
vera notitia exigitur: Ergo prædicta citatio per edi-
ctum nullius erit momenti contra clericum poſſeſſo-
rem, qui ſuo iure per ſolam citationem per edictum
priuari non poterit, ſi nominatim citandus erit, ſecun-
dum Abb. *in cap. fin. de vita & honeſt. cleric.* Matth.
*ſing. 219. generalis, &c.* Menoch. *vbi ſup.*

Tertio, † contra ſupradictam cautelam facit, quia ſi 37
clericus huiuſmodi ſic citatus per edictum, compareat
& ſe poſſidere alleget, poterit etiam fori priuilegiũ in
iudicium deducere iuriſdictionemque iudicis ſæcula-
ris declinare & remiſſionem ad ſuum iudicem petere,
eritque ea concedenda, vt egregie in his terminis cita-
tionis tradit Capit. *deciſ. Neapolit.* 8. *n.* 3. poſt Ancha-
ran. *in cap. ex quaſt.* 17. *de reg. iur.* ſequitur Menoch.
*vbi ſupr. num.* 231. & Roland. à Valle *d. conſil. 29. n. 16.
& ſeq. lib.* 2. ex quibus fundamentis merito contra
prædictam cautelam Marantæ, tanquam non veram
& inutilem, in terminis noſtris tenet Menoch. *d.
remed. 15. n. 228. & ſequen.* ad quem locum ſe remittit
idem Menoch. *de adipiſcend. poſſeſſion. remed. 4. n.* 476

Supra-



Supradicta tamen noſtra & verior ſententia aduer-
ſus receptiorem limitatur tribus in caſibus, vt per
Menoch. latiſſime *de retinend. poſſeſſion. remed. 3. n. 352.*
38 *& ſeq. vſque ad n. 360. incluſiue.* Primo, † vt non pro-
cedat, quando iudex laicus ex priuilegio & ceſſione
Pontificis Maximi poſſet de his cauſis poſſeſſoriis
contra clericum cognoſcere & iudicare, vt in Regno
Franciæ, iuxta ſupradictam receptiorem ſententiam.
39 Secundo, † quando iudex Eccleſiaſticus eſſet negli-
gens in adminiſtranda iuſtitia ipſi laico turbato à cle-
40 rico. Tertio, † quando iudex laicus requiritur in auxi-
lium iudicis Eccleſiaſtici, *vt ibi per eum.* In adipiſcen-
41 da autem poſſeſſione, apud neminem † fere dubitatur,
laicum iudicem inter clericos ius dicere minime poſ-
ſe, cum de poſſeſſione rei ſpiritualis ſeu beneficiariæ
diſceptetur, vt communem eſſe teſtatur plures refe-
rens aduerſus Ign. Menoch. *d. remed. 15. num.* 255.

Superiora omnia circa primum punctum adducta
loquuntur ac recte procedunt, quando ambæ partes
vel ſpoliator ſiue turbator tãtum, ſunt clerici vel per-
42 ſona Eccleſiaſtica, † tunc enim merito, vt actor debeat
ſequi forum rei: Si vero ſpoliator vel turbator, & ſic
reus vel vterque tam actor quam reus ſint laici, etſi
Couar. *vbi ſupr, in 2. concl. in verſic. verum diligenter,*
adhuc velit coram iudice ſæculari huiuſmodi cauſam,
cum ſit ſpiritualis, agi non poſſe, quamuis non aperiat
hoc procedere etiãſi ſpoliator ſit laicus: Nihilominus
tamen ſecundũ veriorem & magis receptam ſenten-
tiam, iudex ſæcularis poterit de hac cauſa poſſeſſoria
beneficiali cognoſcere, ſiquidem poſſeſſio hæc non
dicitur ſpiritualis, vt proprietas ipſa ſed potius tem-
poralis: quemadmodum in ſpecie affirmarunt Guido
Papa *q. 1.* qui & in remedio retinendæ poſſeſſionis lo-
quitur, & alij permulti, ita vt hæc ſit magis commu-
nis ſententia, vt refert eam ſequutus Menoch. *de reti-
nend. poſſeſſ. remed. 3. n. 327. & ſeq.* vbi ſe alio loco refert
& etiam in numeris præcedentibus, *n* 314. & *n.* 348.
quam etiam in terminis tenuit & probauit Socin. ab
eo allegatus *in c. ſane, n 9. in foro compet.* & Aufret. *de
poteſt. ſæcul. ſuper perſonis Eccl. reg. 2. fallent. 24.* & Cra-
uet. *conſil. 258. col. 1. & 2.* præcipue *n.* 4. qui in iudicio
retinendæ loquuntur, & *dec. Pedem. 116. n. 1.* idem Me-
noch. *de recuper. poſſeſſ. à remed. 15. n. 223. & 234.* & hæc
eſt crebrior opinio Legiſtarum & Canoniſtarum,
quos refert Couar. *vbi ſupra, ſecundum deciſ. Pedemont.
vbi ſuprà*, qui loquitur in remediis poſſeſſoriis, præci-
43 pue retinendæ † & recuperandæ, quam etiam probat
Ferret. *conſil. 1. n. 15.* Sed & hoc caſu iudex Eccleſiaſti-
cus erit competens, vt reſoluit cum aliis tripliciter li-
mitans Menoch. *de retin. poſſ. remed. 3. à n. 361. cum ſeqq.*

44 Hæc † tamen modo relata communis ſententia li-
mitatur, quoties ſimul cum poſſeſſione beneficij co-
gnoſcendum ſit vna de titulo principaliter, tunc enim
cum cauſa non ſit mere tẽporalis, ſed mixta cum ſpiri-
tuali, cuius capax non eſt laicus, iudex ſæcularis de ea
cognoſcere minime poterit, ſed per Eccleſiaſticũ exa-
minanda eſt, ex rationibus adductis per Cou. *vbi ſupr.
in 1. concl.* quæ hoc caſu vere militant, etiamſi reus ſit
laicus & a fortiori ſi ſit clericus: & in terminis ita te-
net Menoch. *de retinẽd. 3. poſſeſſ. d. remed. n. 328. & ſeqq.*

45 Maior † autem dubitatio contingit in hac ſpecie,
vbi de titulo incidenter tractandum eſt in hoc iudicio
poſſeſſorio? quo caſu iudicem ſæcularẽ poſſe cogno-
ſcere tradunt Rip. *lib. 2. reſponſ. cap. vlt. n. 1.* & Nauar.
*in c. cum contingat, pag. 149. in verſic. 4. ideo non obſtat,
de reſcrip.* qui in ſpecie iudicij retinẽdæ loquitur, quos
refert & ſequitur Menoch. *vbi ſupr. n. 331. & ſeq.* & la-
tius *n. 463. & ſeq.* quia non ideo cauſa ſpiritualis reddi-
tur, quod de titulo incidenter cognoſcitur, principali-
ter vero de quaſi poſſeſſione, cum enim hoc caſu de ti-
tulo fiat fides & de eo tractetur, ſummatim id fieri ſo-
let, quia ſufficit oſtendere titulum coloratum nec ad-
uerſarius poteſt cõtra illum quicquam obiicere, vt ibi
cum aliis, quos refert, probat, inter quos deciſ. Pede-
mont. *vbi ſupra num.* 7. Cum igitur tunc ſummatim &
incidenter agatur de titulo, iure poteſt laicus cogno-
ſcere, iuxta doctrinam Bald. *in l. 2. C. de Carbonian. edict.*
docentis, † laicum poſſe de cauſa ſpirituali cognoſce-
re, cum incidenter de ea agitur in cauſa ſæculari: idem 46
Bald *in auth. ei, qui iurat, n. 16. verſic. tu coniunge, C. de
bon. auct. iudic. poſſid.* quæ Baldi doctrina eſt vera & ma-
gis communiter approbata, vt plures referens aduer-
ſus Ioan. Andr. Roman. & Dec. teſtatur Menoch *qui
ſupr. n.* 336. quam ſententiam probo, tametſi contra-
rium adhuc hoc caſu velit Couar. *vbi ſupr. in d. 1. con-
cluſ. verſ. ex quo apparet*, dum maxime id probat, quia in
hac ſpecie non ſolet controuerſia contingere, niſi in-
ter clericos, quaſi idem velit, quando contra laicũ ſpo-
liatorem vel turbatorem ageretur: ſed cum tenera hic
agatur principaliter contra laicum de cauſa poſſeſſo-
ria beneficiali, quæ eſt tẽporalis, licet incidenter ſum-
marie docendum ſit de titulo colorato, conſequitur,
iudicem principalis cauſæ temporalis eſſe etiam iudi-
cem ad expeditionem neceſſariam eiuſdem, quæ inci-
dit in eam, quamuis ſpiritualis, nempe de titulo, cum
non principaliter veniat in cauſa illa: ſed incidenter
nec plene, ſed ſummatim coloratus probandus eſt per
ſupradicta arg. *d. l. quoties, cum ſimilib. C. de iudic* Ceſſa-
bit † tamen omnino in hac ſpecie difficultas, quando 47
de titulo euidenter conſtaret, vtputa per confeſſio-
nem aduerſarij, vt probarunt Crauet. *d. conſ. 258. n. 4.
verſic. confirmatur iſta ratio, deciſ. Pedemont. 116. n. 5.* &
Nauar. *vbi ſupr. pag. 148. verſ. 5. facit*, & teſtatur eam
receptam Menoch. *vbi ſupra*, † *n.* 338. plures alios re- 48
ferens, qui *n. ſeq.* idẽ cum Nauar. & aliis probat quando
notorie ex actis conſtaret de titulo, & *n.* 343. idem etiã
tenet, quando aduerſarius conuentus nihil obiiceret.

Ex † ſuperioribus plura deducuntur, quæ congerit 49
in praxi ſatis vtilia D. Couar *d. c. 35. pract. q. n. 2. & ſeq.*
quæ apud ipſum ſunt videnda: illud tantum referam,
nempe, laicum decimarum conductorem non poſſe
conueniri apud iudicem Eccleſiaſticum actione per-
ſonali ex locato ad mercedem, quia tunc non agitur
de reſtitutione rei Eccleſiaſticæ, nec de decimis ſolnẽ-
dis, ſed de ſoluendo pretio locationis conuento: con-
ueniendus igitur eſt apud iudicẽ laicum: quod ſi apud
Eccleſiaſticũ citetur, poterit iudicium ipſius declina-
re, vt recte probauit Couar. *ibid. n. 1. verſ. 5.* & poſt eum
alios allegans in conductore fructuum præbendæ lo-
quens deciſ. Pedem. 32. *per tot.* Hoc tamen limitandum
erit, quoties conductores prædicti in cõductionis con-
tractibus ſe ſubmiſerint iuriſdictioni Eccleſiaſticæ,
cenſuris & aliis canonicis legibus, aut iuramentũ præ-
ſtiterint, vt poſſunt iuxt. *l. 11. tit. 1. lib. 4. Nou. Cou. Reg.*
vt in terminis probat Cou. *vbi ſup.* alias enim iudex
Eccleſiaſticus nõ cognoſcit de his bonis decimalibus
alienatis (hoc eſt, de eorũ pretio) niſi cum ſũt Eccleſiæ
vel Eccleſiaſticæ perſonæ. Nam per alienationẽ per-
dunt nomen ac priuilegium, quia mutatione perſonæ,
mutant naturã, quia ea non tranſmittitur: ita late pro-
bat D. Caſtel. *in l. 6. Taur. in gl. de qualquier qualidad. in
verſic. & quod dixi*, inquiens, hoc habuiſſe in facto &
obtinuiſſe contra quendam conductorem vel empto-
rem redditum Eccleſiaſticorum, qui cõueniebat em-
ptores fructuum coram Eccleſiaſtico iudic., poſtquam
fructus effecti fuerant ſui, & inſtabat, vt punirentur in
amiſſione cauſæ, iuxta formam legis Regiæ. Idem Ca-
ſtell. *in l. 13. Taur. in gloſſ. veynte y quatro horas, in verſic,
ex eo quo infertur*: † conductores autem prædictarum
decimarum eas recte exigere poterũt virtute ceſſionis
ſibi

ſibi factæ (hoc eſt, *del arrendamiento, o recudimiento*) aduerſus laicos decimare debentes coram iudice Eccleſiaſtico, qui competens eſt cauſæ decimalis, hocque iure vtimur, cum laicus incapax ſit cognitionis huiuſmodi cauſæ prædict. ſpiritalis, arg. *cap. cauſam quæ, de præſcript.* præterquam ſi agatur, an decimæ ſint ſolutæ, vel an teneatur ille ſoluere, vel alius, quo caſu non tantum laicus cõductor, ſed ipſi clerici poterunt apud iudicem ſæcularem petere, laicum ſolutionem decimarum recuſantem compelli ad eas ſoluendas: ſecus ſi agatur de iure decimandi, vel de exceptione aut priuilegio ab earum ſolutione liberãte, vt probare vult Feder. de Senis *conſ. 245.* quem refert & ſequitur Couar. *vbi ſup. n. 2. in princ.* cum tamen reprobat, dum exiſtimauit, quod vbi tractatur tantum de quæſtione facti ſuper decimis, non de quæſtione iuris, cauſa contra laicum ſolum pertineat ad iudicem ſæcularem: Nam contrariũ ibi probat, dicens eſſe communem opinionem & legibus Regiis ibidem ab eo relatis probatam.

51 Circa † ſecundum articulum principalem; *An ſcilicet remedium dicti capitis, reintegranda, detur contra ſingularem ſucceſſorem cum titulo & bona fide poſſidentẽ, qui cauſam habuit à bona fidei auctore?* Quæſtio hæc eſt de difficilioribus ac in foro magis quotidiana cæteris, quæ in hac materia adduci poſſunt, in qua DD. maximè inter ſe ſibique ipſis plures contrarij ſunt, adeo vt vix diſcerni poſſit, quæ ſit in ea magis communis & tenenda ſententia: & ideo fundamenta & omnes auctores, quos inuenerim, ſigillatim referam pro vtraque parte, vt ex hoc facilius dignoſci poſſit: Et in primis,

52 Pars † affirmatiua probatur, quoniam probata antiquiori poſſeſſione, noua & recens præſumitur clandeſtina, vt *in c. licet cauſam, de probat.* per quem text. 53 hæc eſt communis omnium ſententia, † vt plurimos referens teſtatur Roland. à Valle *conſ. 72. n. 1. lib. 2.* ſequitur plurimos referens Ant. Gabr. *vbi ſupr. num. 56.* Quod procedit, niſi conſtaret, antiquum poſſeſſorem iuſte poſſeſſionem amiſiſſe, ſecundum Roland. à Valle *vbi ſupr.* eſtque communis limitatio, vt plurimos referens teſtatur Ant. Gabr. *vbi ſupr. n. 21.* vbi *num. 22. & 23.* idem tenet cum magis communi ſententia in eo, qui caderet à poſſeſſione propter negligentiam per ſpatium decem annorum, præterquam in minore 54 abſente & Eccleſia, † vt ibi per ipſum *n. 24.* In dubio autem non præſumitur, quem iuſte poſſeſſionem amiſiſſe, ſed potius contrarium, niſi aliud conſtet, ſecundum Innoc. & communiter Doctores *in cap. poſt electionem, de conceſſ. præbend.* vt refert Roland. à Valle 55 *vbi ſuprà, num. 2.* Et † communis opinio *ſuprà* relata, *n. 52. per d. cap. licet cauſam*, tunc procedit, præſertim cum ipſa clandeſtinitas eſt allegata & deducta, iuxta doctrinam Bart. *in l. ſi de eo, §. ſi forte, in fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* quam ſequuntur Ruin. *conſ. 56. in fin. lib. 4.* & Iaſ. 56 *conſ. 21. col. 2. lib. 3.* Aduertendum † igitur eſt in praxi, ſi veram eſſe teneamus hanc primam opinionem, vt allegetur & articuletur, quod aduerſarius clam poſſidet reſpectu poſſeſſionis antiquioris, alias enim non articulando actor ſuccumberet, ſecundum Specul. *in tit. de petit. & poſſeſſ. §. 1. n. 32.* & Alex. *conſil. 118. num. 2. vol. 2. & conſil. 89. n. 9. vol. 5.* Socin. *in l. rem quæ nobis, n. 12. in fin. ff. de acquirend. poſſeſſ.* Pariſ. *conſil. 1. num. 167. vol. 1. & conſil. 98. n. 26. vol. 2.* Bertrand. *conſil. 54. num. 5. volum. 5.* Dec. *conſil. 57. n. 6.* Iaſ. *conſ. 6. colum. 2. volum. 1.* Crauet. *conſil. 258. num. 22. & 23.* Curt. Iun. *conſil. 17. col. fin.* Roland. à Valle *conſil. 72. n. 18. vol. 2.* Brun. *conſil. 21. col. 2. deciſ. Pedemont. 90. num. 3.* alios allegans & referens ex Brun. *vbi ſuprà*, hoc eſſe articulandum & probandum: quod in dubio (vt prædiximus) probatur eo ipſo, quod aduerſarius ſuam antiquiorem eſſe non probat: allegari igitur debet ad minus qualitas clandeſtinitatis, alias poſſeſſio antiquior nihil profuit, prout eſt communis opinio Doctorum nemine reluctante circa neceſſitatem iſtius allegationis, vt profitetur Crauet. *d. num. 22.* Quomodo autem prohibetur bona fides iunioris poſſeſſoris, tradit Crauet. *vbi ſuprà, num. 21.*

Secundò, eadem ſententia probari videtur *in d. cap. reintegranda*, dum generaliter & imperſonaliter loquitur; Ergo generaliter debet intelligi, vt *in l. pretio, de Public. in rem act. & in l. 1. §. & generaliter ff. de legat. præſtand.* præcipuè dum inquit text. *Quacunque conditione temporis, &c.* ſicque comprehendere videtur præſcriptionem: quæ conſideratio confirmatur ex text. *in canon. Epiſcopi, 3. quæſt. 1. & in cap. Eccleſia 3. quæſt. 2.* vbi ab æmulis poſſeſſio recuperatur, *& à quibuſcunque, &c.*

Dictio † namque hæc, *quibuſcunque*, vel *quacunque*, 57 cum ſit valde generalis, comprehendit omnes caſus, etiam priuilegiatos, arg. *l. fraudem, §. vlt. ff. de teſtam. milit. l. 1. §. quod autem, ff. de aleat. l. vnic. in verbo, ſponſam, C. de raptu virgin.* Crauet. *in reſponſ. pro republ. Sauil. n. 60. & 62.* latiſſimè Tiraquel. *in l. ſi vnquam, in præfat. num. 116. C. de reuocand. donat.*

Tertiò, quia vt argumentantur nonnulli DD. re- 58 medium hoc *reintegrandæ poſſeſſionis*, eſt magis priuilegiatum, quam interdictum *vti poſſidetis*: ſed in eo interdicto exceptio tituli non obſtat agenti & de antiquiori poſſeſſione probanti, vt *in d. cap. licet cauſam, de probat.* multo igitur minus obſtare debet hoc in caſu.

Quarto, quia, vt alij etiam deducunt, remedium hoc *reintegrandæ*, eſt introductum ad inſtar & exemplum interdicti *vnde vi*, ſed in eo nonnulla habetur ratio tituli, † vt *in cap. fin. de ordine cognit.* cum eo ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, vt *in l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad leg. Iul. de vi, l. ſi coloni, C. de agricol. & cenſit. lib. 11. l. ſi quis emptionis, §. ſed & hæc ſuper illis, C. de annal. except.* text. *in cap. nullus, 2. q. 2. cap. literis, cap. conquerente, de reſtitutione ſpoliat.* Ripa *in l. naturaliter, §. nihil commune, n. 47.* & *ibid.* Rub. *n. 142. ff. de acquir. poſſeſſ.* Ergo idem in hoc caſu dicendum eſt.

Et † in terminis hanc partem affirmatiuam tenet & 59 probat gloſſ. *in c. cum ad ſedem, verb. interdictum*, ibi: *Videtur tamen, de reſt. ſpoliat.* loquens in poſſeſſione rei Eccleſiaſticæ, & *ibi* Hoſtienſ. *in verſic. ſecundum Canones vero.* Innoc. *in d. c. ſæpe, de reſtit. ſpoliat.* & *ibi* Abb. poſt Archid. Hoſtienſ. Carder. Ant. de Butr. & Ioan. de Lignan. & inquit Abb. *ibid.* ab hac ſententia, tanquam à communi & vera non eſſe recedendum, ibique in eandem refert Goffred. & Lapum *allegat. 52. eſt in num. 7.* & hanc communem opinionem eſſe concludit (quamuis duram) & ab ea in iudicando & conſulendo non eſſe recedendum, eandem probarunt Geminian. Ligna. & Archidiac. *in c. reintegranda.* Ludouic. Roman. *in d. l. rem, quæ nobis, col. 3. & 4. num. 8.* & *ibid.* Iaſ. *num. 19.* vbi plures allegans magis communem teſtatur refertque ſæpius ſic conſuluiſſe, vt vere conſuluit *conſil. 71. col. 1. lib. 4.* ſequitur Aretin. *in d. l. rem quæ nobis*, & *ibi* Alex. *col. 4. ad fin. num. 8. ad fin.* vbi dicit, ſe vidiſſe ſæpius in iudiciis iudicari ſecundum eam, & ipſum obtinuiſſe pro hac parte: & hanc opinionem ſequutus eſt plerunquę conſulendo idem Alex. vt *in conſil. 51. col. 1. vol. 1. n. 1. verſic. quinimo tenuit, & conſil. 117. n. 3. in fin. & num. 4. & conſ. 200. n. 2. 3. & 8. vol. 2. & conſil. 6. n. 5. & 11. & ſeq. vol. 3. & conſil. 91. num. 6.* dicens, magis communem eſſe contra Bartoli præfatam ſententiam, *& in conſil. 92. n. 7. & ſeq. vol. 5.* idem reſpondit Anchar. *conſil. 42. circa med.* Corn. *conſil. 56. lit. R. lib. 2.* qui communem eſſe affirmat, *& in conſ. 35. n. 18. lit. X. lib. 1.* vbi quod ſecundum Imol. & Abb. & communis & in practica ſeruatur ſecundum Lap. *vbi ſupr.* dicit



dicit communem Socin. Senior. *conſ. 89. in fine, lib. 1. & conſ. 18. verſ. tertium remedium, n. 32. eodem lib. 1.* Dec. *conſil. 57. n. 3. & 5.* vbi refert eſſe communem ex Alex. contra Bart. *& conſ. 252. n. 4.* concludens, iſtam videri eſſe magis communem concluſionem, Ripa *in d. c. ſæpe, n. 28. verſ. quid tenendum, de reſtitutio. ſpoliator.* vbi plures allegans refert eſſe communem Canoniſtarum, & inquit non videri ab ea eſſe recedendum, quamuis non audeat eam omnino affirmare: & *lib. 1. reſponſ. c. 1. n. 43.* Matth. de Afflict. *deciſ. Neapol. 361. n. 33.* vbi dicit communem & ita deciſum fuiſſe per dominos de Conſilio & in commentariis ad conſtitutiones Neapol. *lib. 1. rub. 25. contra quem de reſtitutione agatur, num. 30. & 31.* dicit magis communem eam ſequutus Guillerm. Caſſiad. *de reſtit. ſpoliat. deciſ. 7.* Barbat. *conſil. 42. col. pen.* vbi communem teſtatur *lib. 2. & conſ. 24. col. 2. lib. 4.* Ioan. Maria Riminald. *conſ. 67. n. 7. & conſ. 98. n. 76. lib. 1. & conſ. 428. n. 10. lib. 3.* & ibi Hippolyt. Rimin. *in addit.* Lucas de Penna *in d. l. ſi coloni, qu. 21.* & eam eſſe communem teſtatur Marant. *de ordin. iud. 4. part. in 7. diſt. n. 50.* probat. Bertr. *conſ. 121 & conſ. 213. lib. 2.* Boër. *quæſt. 238. col. 6.* Socin. Iun. *conſ. 34. n. 12. lib. 3.* vbi ſæpe repetit hanc eſſe receptiorem & ab ea non eſſe recedendum in iudicando & conſulendo, Claudius Sayſel. *in d. l. rem, quæ nobis, colum. 2.* Ioan. de Amic. *conſil. 97. n. 2. 4. & 5.* Ruyn. *conſ. 48. & 49. volum. 4.* Philip. Franc. *in ſua diſputat. petitor. colum. 5.* Neuizan. *conſ. 78. n. 4.* Petrus Benintend. *conſ. 33.* Alciat. *reſponſ. 588. num. 2.* Beroius *in c. in literis, n. 19. de reſtit. ſpoliat.* Plotus *in l. ſi quando, n. 66. Cod. vnde vi*, nouiſſimè Roland. à Valle *conſ. 50. n. 11. & conſ. 72. n. 7. lib. 2.* vbi dicit eſſe communem & magis communem eam ſequutus plurimos allegans & hanc dicit crebriorem Viuius *in ſuis communib. opin. in verb. remedium, c. reintegranda 3. q. 1. non conceditur, &c.* Bero. *conſ. 61. num. 17. & con. 63. n. 19. & 30. vol. 3.* & hæc eſt magis recepta à Canoniſtis, ſecundum deciſio. Pedem. *93. n. 6.* quæ plures ex ſupradict. refert & inquit, iuxta eam iudicaſſe ac cenſuiſſe Senatum Pedem. Eandem dicit æquiorem & tenendam in practica Ant. Gom. *in l. 45. Tau. n. 192. verſ. 2.* non obſtat text. *in c. reintegranda, &c. in fin.* quamuis ibidem fateatur, quod in puncto iuris contraria videtur verior opinio: Eandem refert eſſe communem aliorum teſtimonio, plures citans in eam auctores, teſtatus, quod hodie iſta videtur magis communis opinio Ant. Gab. *vbi ſup. num. 31.* qui eam videtur ſequi, quandoquidem ex eadem conſtituit primam ampliationem *ad regul. d. c. reintegranda* & hanc opinionem, quod remed. *d. c. reintegranda*, competat contra omnem poſſeſſorem, Rota complexa eſt, vt per Caſſiador. *deciſ. 7. de reſtitut. ſpoliat.* vt refert & probat cum communi nouiſſimè Puteus *lib. 2. deciſ. 176. num. 2. & ſeq.* Habes igitur an *ſuprà* citatis auctorib. plus quam quadraginta hanc partem tenentes.

60 Contraria tamen † ſententia, & ſic negatiua ſequentibus aſtruitur fundamentis. Primò ex text. *in l. ſin autem, §. duob. ff. de public. in rem act.* vbi ſi duo titulum à diuerſis dominis venditoribus conſequuti ſint, & in bona fide vterque ſit, ille in Publiciana præfertur, qui de præſenti poſſidere reperitur: Ea namque ratio, qua Publiciana non conceditur contra illum ſic poſſidentem, facit, vt nec detur hoc remedium *reintegranda.* Nec obſtat Abb. reſponſio *in d. c. ſæpe*, dicentis, in caſu *d. §. ſi duobus*, actum non fuiſſe de ſolo poſſeſſorio, vt in noſtra quæſtione, ſed etiam de petitorio, in quo non conſtabat de iure alterius, quare in dubio pro poſſeſſore fuit iudicatum, in noſtra autem ſpecie ſolum agitur, vt ſpoliatus ante omnia reſtituatur, ob idque antiquior poſſeſſio præfertur, non inquam obeſt hæc reſponſio: Quoniam ſi in caſu *d. §. ſi duobus*, antiquior poſſeſſor cum titulo non præfertur nouo poſſeſſori cum titulo, quanto fortius in caſu noſtro non præferetur, in quo antiquior poſſeſſor, qui vt ſpoliatus agit, nititur obtinere ex ſola antiquiori poſſeſſione? Proderit igitur noui poſſeſſoris titulus ad iuſtificandam poſſeſſionem, & ad tollendum omne clandeſtinitatis vitium: vnde minime æquum eſſe videtur, vt actor, qui nititur ex ſola antiquiori poſſeſſione, obtineat contra nouum poſſeſſorem, qui ſuam poſſeſſionem ex titulo iuſtificat. Non etiam obeſt Antonij de Butrio reſponſio, quam diluit Alex. *in d. l. rem quæ nobis*, & ibi Rip. *n. 17. & in d. c. ſæpe, num. 28. verſ. circa ſecundum caſum*, & Rubeus *in d. §. nihil commune, num. 70.*

Secundò † loco hanc ſententiam confirmat ratio, 61 quam contrariæ partis auctores pro ea adducunt, nempe remedium hoc *reintegrandæ* eſſe inductum, ne is, qui aliena occupauit, in peccato mortuus iaceat: Nam cum hæc ratio in ſpecie, de qua agimus, ceſſet, quia nouus hic poſſeſſor non poteſt dici ſpoliator nec vitioſus poſſeſſor, ac per conſequens non ſit in peccato, cum titulum & bonam fidem habeat, conſequitur, vt ceſſare quoque debeat diſpoſitio noſtri text. *argum. l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron. cum ſimilib.*

Tertiò, & quidem, vt videtur, peremptorie eadem ſententia comprobatur ex deciſione text. *in dict. cap. ſæpe, de reſtitut. ſpoliat.* cuius conſtitutio edita fuit per annos quinquaginta poſt promulgationem huius canonis *reintegranda*: Ibi namque conſtitutum eſt, agi ſolum tunc poſſe contra ſingularem ſucceſſorem ſcienter in vitioſa poſſeſſione ſuccedentem: ſi ex *dict. cap. reintegranda*, ſpoliato ſuccurſum eſſet contra ſingularem ſucceſſorem cum titulo & bona fide poſſidentem, fruſtratoria & inutilis eſſet *dict. cap. ſæpe*, promulgatio, nec de dubio ſeruiret, *contra l. quod Labeo, ff. de Carbon. edict.* Nam ſi certum erat, dari remedium contra poſſeſſorem cum titulo & bona fide, *ex dict. c. reintegranda*, à fortiori daretur contra illum, qui ſcienter in vitio ſucceſſiſſet: Ne igitur fruſtra edita ſit conſtitutio *dict. cap. ſæpe*, fatendum eſt eiuſdem Decretalis auctorem ſatis intellexiſſe, non eſſe ſuccurſum contra ſingularem ſucceſſorem quouis etiam modo poſſidentem, *ex dict. cap. reintegranda*, quæ ſane conſideratio, quam nonnulli ex *ſupra* citatis auctoribus perpendunt, omnem videtur tollere dubitationem.

Quartò, & † præcipue eadem ſententia negatiua 62 probatur, quoniam ſi aliud diceremus, ſequeretur maximum abſurdum, nempe quod remedium *dict. cap. reintegranda*, eſſet inuentum ad omnes iuſtos poſſeſſores ſpoliandos & inquietandos, non ſolum ad tempus, ſed & perpetuo, provt aliqui ex Doctoribus *ſupra* allegatis concedunt, quos refert nuncupatim Menoch. *d. remed. 13. de recuperand. poſſeſſ. n. 421.* & quos Rota aliquando ſequuta fuit, vt teſtatur D. Sarmient. *de reddit. Eccleſ. 1. part. cap. 4. n. 11. in princip.* & conſtat ex Caſſiad. *de reſtitut. ſpoliat. deciſ. 5. & 6.* vbi dicit, Rotam affirmare, eſſe hanc communem opinionem: & refert Anton. Gabr. *vbi ſuprà n. 34.* nempe, quod etiam per ſpatium immemorabilis temporis non præſcribitur huic remedio, & *num. 55.* nititur hanc opinionem & obſeruantiam dominorum de Rota defendere ab auctoribus tenentibus contrarium, & etiam per mille annos ſecundum eundem Sarmient. & nouiſſimè eſſe communem & in Rota iuxta eam pronuntiatum à maiori parte contra minorem, teſtatur Puteus *lib. 1. deciſ. 115. in fin. & n. 21.* qui per totam illam deciſionem refert fundamenta & auctores vtriuſque partis, ac proinde hoc remedio admiſſo, omnes leges & canones, qui de præſcriptione loquuntur, hoc caſu ceſſarent: quod minimè eſt dicendum, cum ſint poſteriores illo *c. reintegranda.* Nemo præterea dicet, ex eo textu præſcriptiones aliáque iuris remedia eſſe ſublata; cum verba eius ſint generalia,

ideoque nihil poſſunt in iis, quæ ſpecialem habent
conſtitutionem, *argum. l. doli clauſula, cum ſimilibus,*
*ff. de verb. obligat.* Non enim veriſimile eſt, vno ver-
bo omnem præſcriptionum materiam ſubuertere vel-
le: ideòque ſecundum alios Canones debet ille text.
interpretari.

63 Et in † terminis ex prædictis fundamentis hanc par-
tem probauit Bart. *in d.l. rem quæ nobis, n.2. ff. de acquir.*
*poſſ. & in l. fin. § ſed cum in ſecundum, n.5 C. de furt.* vbi li-
mitat in habente poſſeſſionem & titulum ab auctore
vitioſo, & quando res erat vitioſa, nempe quando emit
à malæ fidei poſſeſſore, vt à fure: & Bartol. ſequuti ſunt
Ang. & Imol. *in d.l. rem quæ nobis*, vt ibidem refert Soc.
*n.12. in verſ. aliquando quinto ac vltimo* qui in hoc parum
ſibi conſtans eandem tenet ſententiam, & idem *conſil.*
*266. n.15.16. & 18. lib.2.* vbi eam probat, dicens, videri
magis communem & melius eſſe eam tenere, quam
contrariam: & multos eiuſdem opin. etiam refert au-
ctores, nempe Nicol. de Mathar. Iacob. Butr. & Bald. *in*
*l.2. C. de furt.* & alios. Idem Soc. *conſ.39. col.2. n.5. verſ.*
*circa ſecundum, vol.3.* dicens, iſtam eſſe magis commu-
nem opin. Legiſtarum. Idem tenet Ang. *in l. ſiue autem,*
*§. ſi duobus, verſ. & per hanc literam, ff. de Publ. in rem. act.*
*& conſil.116. in verſ. ſi autem ignorauerit, & conſ.157. col.*
*2,* voluit Paul. Caſtr. *in l. & ideo, §. Neratius, n.5. ff. de con-*
*dict. furt.* Andr. de Barul. Angel. & Ioan. de Platea *in l. ſi*
*coloni, colum. 2. C. de agric. & cenſi. lib.11.* Alex. *ſibi diſſidens*
*conſ.118. lib.1. & conſ.89. n.7. lib.5.* latiſſimè Corneus, di-
cens videri eſſe de mente communiter Doctorum *conſ.*
*18. litera F. & ſeq. & conſ.23. col. pen. & fin. & conſ.62. n.*
*10. litera I. verſ. tamen præfertur, & conſ.329 per totum vo-*
*lum.1.* & latè *conſ.282. n.7. litera I. lib.3.* quos ſequitur
Pariſ. *conſ.1. n.166. vol.1.* dicens, hanc eſſe magis com-
munem Legiſtarum. Brunus *conſil.19. n.25. & conſ.21. n.*
*5. & 6.* Calcan. *conſ.116. n.5.* Bertrand. *conſ.54. n.4. & 5.*
*vol.1 & conſ.323. in fine 1. part. lib.2.* latiſſimè Rub. *conſ.*
*4.* vbi reſpondet ad multa, quæ in contrarium adducun-
tur: *& conſ. vltim. n.9.* Ruyn. *conſ.49. n.11. lib.4.* Anch.
*conſ.310. col. vltim. verſ. iſta enim iura, n.7. in fin.* Pract.
Papienſ. *in forma libelli, quo agitur in cauſa ſpoliat. poſſeſſ.*
*gloſſ.1. n.8. in fin.* dicens, quod hæc eſt communis opinio
apud Legiſtas, contraria apud Canoniſtas, Ioan. Crotus
*conſ.47. n.20* ſequitur Soc. Iun. ſibi contrarius *conſ.47.*
*n.25. & conſil.48. in fin. n.23. lib.2.* vbi dicit iſtam verio-
rem & magis communem Gozadin. *conſil.28. num.36.*
Franc. Turza breuiter in ſuis communibus concl. *c.50.*
Zabarell. *conſil.114. col.1.* Iaſ. ſibi contrarius *conſil.21.*
*col.1. verſic.2. reſpondetur, lib.5.* vbi eiuſdem ſententiæ
citat Ioan. Fab. *in § ſed iſta, Inſtit. de actio.* Ioan. Maria Ri-
minald *conſil.258. n.10. lib.1.* & Hippolyt. *in addit. ad eun-*
*dem conſil. 67. n.7. lib. 1.* ambo parum ſibi conſtantes.
Idem ſibi contrarius tenuit Rip. *in d.l. rem quæ nobis, n.*
*27. & in reſponſ.1. alias 45. in 2. lib. decret. n.7.* hanc ſem-
per probauit Rub. *in d. § nihil commune, n.71. & 72 &*
*in conſ.4. col.2. & in conſ. 167. n. 9.* hanc ſequitur ſibi
contrarius Alciat. *in d.l. rem quæ nobis, n.8.* & eam pro-
baſſe videtur Molin. ad Alex. *conſ.6. n.5. in verb. non ſa-*
*tis, lib.3.* dum citando Anch. ſubdit, non practicari, Pa-
riſ. *in c. ſi diligenti, n.23. de præſcrip.* Mantua. *conſ.99. n.2.*
*lib.2.* Ant. Matth. *in d. § nihil commune, ampliatio 20.* Ean-
dem ſequuti ſunt Nathan *conſ.188. in fin. lib.1.* & Ioan.
Cephal. *conſ.4. n.1. & conſ.100. n.22. lib.1.* & hæc eſt ve-
ra & magis communis concluſio, ſecundum Marant.
*de ord. iud. 4. part. prin. 7. diſt. n.50 fol.179.* hanc, latiſſimè
agens ad partes ac plurimos ex ſupradictis referens,
ſequitur & probat & communem magis eſſe affirmat
Menoch. *dict. remed.15. de recuper. poſſ. n.89.* Hanc dicit
magis communem Legiſtarum deciſ. Pedemon. *ſuprad.*
*93. n.6.* quæ etiam plures refert, quamuis eam non pro-
bet, ſed concordiam, quam ſtatim referam: Hanc ſecun-
dam partem intrepide, audacter & neruoſe probat
D. Sarm. *de reddit. Eccleſ. 1. part. c.4. n.11. per totum,* ſequi-
tur & communem dicit nonnullos allegans D. Molin.
*de Hiſpan. primog. lib.3. c.13. n.53.* vbi contrariæ opin.
non meminit: Eandem communem & magis commu-
nem Legiſtarum ex Corneo *d. conſ.23.* & Pariſ. *dict. conſ.*
*166.* & Socin. *conſ.31. col.2. in fin. n.3.* affirmat Roland.
à Valle *conſil.50. n.11. & conſil.72. n.7. volum 2.* vbi alios
eiuſdem opin. auctores refert, quamuis eam non pro-
bet: Eandem ſequuntur plures relati per Ant. Gabriel
*vbi ſuprà d. n.31.* vbi quod eſt magis communis, licet,
vt prædixi, priorem videtur ſequutus.

Habemus igitur, ſi bene memini, quadraginta plus
aut minus auctores huius ſententię negatiuæ ſequaces:
& quamuis alios quadraginta aut plures *ſuprà* enume-
rauimus pro parte affirmatiua, eam tamen non probant
indiſtinctè, ſed tantum in rebus Eccleſiaſticis & quoad
earum poſſeſſionem, non vero quoad bona laicorum:
provt ſunt gloſſ. *d. c. cum ad ſedem,* Ant. de Butr. Abb.
Cald. Lap. & Lignia, vt animaduertit Rubr. *in d. conſ.4.*
item & Caſſiad. in eiſdem bonis eccleſiaſticis loquitur,
Hoſtienſ. vero & Innocent. *in d. cap. cum ad ſedem col.2,*
nec vnam nec alteram affirmare videtur, ſed tantum
aſſerere, remedium huius canonis non eſſe nouum:
idem Innocent. *in d. c. ſæpe,* dubitatiue tantum loqui-
tur nec audet ſententiam affirmatiuam probare, vt re-
fert Menoch. *vbi ſuprà n.90.*

Quid tenendum in articulo perquam difficili & val-
de controuerſo? Ego vnam ex ſuprad. opin. electurus,
hanc ſecundam ſententiam negatiuam veriorem &
magis communem Legiſtarum & tenendam in iudican-
do & conſulendo exiſtimo atque diiudico, ex funda-
mentis *ſup.* pro ea adductis, quę meo iudicio, vt fortiora
ita & meliora cæteris contrariæ partis ſunt: ſatis enim
plus vrgent pro hac parte, quam priora pro affirmati-
ua: ad quod potius in præſenti ſpecie aduertendum
cenſeo, quam ad numerum auctorum: Quandoquidem,
vt videmus, non ſolum inter ſe diſſident in ea vtriuſq;
iuris interpretes, ſed, quod peius eſt, quamplures ex eis
ſibi ipſis parum conſtantes atque contrarij ſunt: non
igitur multum eſt fidendum in eis, ſed in rationibus &
fundamentis, quæ meliora ac grauiora fuerint, provt
eſſe exiſtimo adducta *ſuprà* pro hac eadem parte ne-
gatiua, præterquam quod eam probatur magis com-
muniter Legiſtæ: quæ proculdubio procedet, ſi tertius
hic ſingularis † poſſeſſor cum titulo & bona fide per 64
tantum temporis ſpatium poſſederit cum cæteris iuris
requiſitis, vt legitime præſcripſerit rem ipſam ſuper
qua controuertitur, tunc enim indubium eſt, ipſum nec
poſſeſſorio nec petitorio conueniri poſſe, quinimo ab-
ſoluendus & liberandus eſt omnino in totum, non enim
ſublatæ ſunt præſcriptiones legitimæ ac canonicæ per
remedium *d.c. reintegranda,* in præſenti ſpecie, vt modo
dicebamus in quarto fundamento huius ſententiæ ne-
gatiuę, quicquid perperam & abſq; vllo iuris colore alij
exiſtiment. Quod ſi tempus legitimę præſcriptionis ad-
huc completum non fuerit, nihilominus exiſtimo, in
noſtræ quæſtionis terminis non habere locum illud re-
medium poſſeſſorium, ſed ſtatim iudicium petitorium,
quo agi tunc oportet, vt clarius apparebit inferius ex
reſponſione, quam † aſſignabimus ad noſtrum text. 65
ne obſit huic negatiuæ ſententiæ. Neque obſtat, quod
grauiſſimus Senatus Pedemont. iuxta affirmatiuam iu-
dicauerit in caſu, de quo per Octauianum Cacher. *vbi*
*ſupr.* quoniam in illo poſſeſſores cum titulo & bona fi-
de nondum præſcripſerant, & prætetea res habuerunt
ab eo, qui ſine titulo poſſidebat, vt conſtat ex præd. de-
ciſione in principio & in fine: at vero nos agimus in
ſingulari ſucceſſore cum titul. & bona fide, qui cauſam
habuit ab auctore bonæ fidei titulato: quo modo ſu-
prædict.



prædict. duas communes contrarias ſententias conci-
liauit rectè Ioan. Crotus *d. conſ.47. n.20.* & plenius *conſ.*
*75. n.10.* & Ripa *vbi ſuprà*: quam concordiam probare
videtur Octauian. *vbi ſupr. d. n.6.* qui aliam etiam re-
fert, nempe, vt prior opinio ſit ſequenda in terris Ec-
fiæ; ſecunda vero in terris non ſubiectis Eccleſiæ in
temporalibus. Verum hæc concordia mihi non arri-
dent exiſtimanti, in vtriſque terris negatiuam ſenten-
tiam eſſe ſequendam, vti communiorem & veriorem,
dummodo iſte conuentus habet titulum à bonæ fidei
auctore titulato, vt prædiximus, alias ſecus: quod etiam
voluit ac expreſſe ſenſit Menoch. *vbi ſupr. n. 89. verſ.*
*contrariam etiam.* Fateor tamen, quod ſi Senatus Pedem.
vel alius in terminis noſtris eandem priorem ſenten-
tiam elegiſſet, nihilominus non multum erraſſet; Quã-
doquidem illa ſi etiam magis communis opinio Ca-
noniſtarum, quę iudicio plurimorum virorum grauiſſi-
morum & verior etiam cenſetur, quamuis nobis, quam
prædiximus, communior, verior & probabilior videa-
tur, iuxta quam iudicaremus, ſi caſus contingeret: nec
æquitas nos mouere debet, vt ſpoliato ſuccurramus hoc
caſu. Quandoquidem huiuſmodi poſſeſſor expers ſit
huius vitij actorique remaneat ius ſuum ſaluum quo-
ad petitorium, quod in iudicium deducere poterit reſ-
que ſuas in eo vendicare ac recuperare.

66 Supereſt, vt † ad argumenta & rationes contrariæ
partis reſpondeamus, ex quorum reſpõſionibus diluci-
dior ac magis roborata apparebit noſtra hæc tenenda
ſententia. Et ad primum de clandeſtinitatis vitio, &c.
reſpondeo, hoc minimè procedere, quinimo ipſum vi-
tium tolli interuentu tituli & bonæ fidei, *vt in l. clam.*
*poſſidere in princip. ff. de acquir. poſſeſſ.* ita reſpondet Soc.
*in dict. l. rem quæ nobis, n.12. verſic. aliquando quinto & vl-*
*timo,* & ibi Rip. *n.27.* idem *in cap. ſæpe, n.28. verſ. ſe-*
*cunda confunditur, &c. de reſtitut. ſpoliat.* & an eos Ale-
xand. *conſ.118. n.2. verſic. & dato, lib 2. vbi n. 8.* ſub-
dit, actori hoc nihil prodeſſe, ſi poſſeſſor titulum oſten-
dat, vt refert Menoch. *vbi ſuprà, n 81.* idem probans
adiicienſque cum Pariſ. *conſ.22. n. 9. lib. 4.* poſt Cur.
Iun. *conſ. 17. col. vlt. verſ. duodecimo*, quod cum con-
tra hunc nouum poſſeſſorem non militet illa qualitas
clandeſtinitatis, nec contra eum hoc remedio agi po-
terit: quod cum apparet de titulo, vitium clandeſti-
nitatis à poſſeſſione tollatur, probat *l. ſiue autem, § ſi*
*duobus, ff. de Public. in rem act.* tenet plures referens
Menoch. *vbi ſupr. num.70.*

67 Ad ſecundum, nempe, quod † ex noſtro *cap. reinte-*
*granda*, *ſuprà* adduximus, in illis verbis; *Quacunque*
*conditione temporis, &c.* quibus ſublata videtur præſcri-
ptio in propoſito, reſpondeo, hoc non ita eſſe, vt *ſuprà*,
probauimus in quarto fundamento partis negatiuæ.
Quare reſpondere oportet illi text. in præfatis verbis,
minimè illis tolli legitimam præſcriptione, ſi bona fi-
des & cætera requiſita concurrant, *vt in l. fin. in fin. C. de*
*edict. diui Adrian. tollend.* vt in terminis dicit ac reſpon-
det Paul. Caſtr. *conſ.105. col. fin. lib.1.* in ſecundo intel-
lectu *ad d.c. reintegranda.* Quid igitur eſt quod text. di-
cit? *Quacunque conditione temporis, &c.* Nam etiam ſi
hæc verba ad illa, *Perdidiſſe noſcantur*, referantur, vt
eſt verum, adhuc non euacuant inductionem text. il-
lius præd. vt excludi per ea videatur præſcriptio, vt
rectè obſeruauit D. Sarmient. *vbi ſuprà.*

Sed vt omnino hoc ceſſet contrarium, adnimaduer-
tere oportebit ſecundum Sarmient. text. illum loqui in
fauorem bonæ fidei poſſeſſoris contra malæ fidei poſ-
ſeſſorem & prædonem, vt patet ex litera *d. text. in princ.*
*huius cap.* relata, Nam non dicit; *res eccleſiæ vel proprias,*
*id eſt, ſuas ſubſtantias,* præſupponit bonam fidem Epi-
ſcoporum ſpoliatorum. Dum vero dicit *ſpoliatis vel ele-*
*ctis epiſcopis,* & ibi, *Captiuitate aut dolo aut violentia ma-*
*iorum per quaſcunque iniuſtas cauſas, &c.* inſinuat, poſſeſ-
ſorem modernum eſſe malæ fidei: quo caſu verum eſt,
etiam nullo temporis ſpatio obſtante præſcriptionem
tolli, quia cum violentia ſit vitium reale, prædóque ſit
verus & manifeſtus malæ fidei poſſeſſor, quia ipſe fuit
primus ſpoliator & occupator, impeditur iure com-
muni præſcriptio, *vt in l. Pomponius, §. cum quis, ff. de*
*acquir. poſſeſſ. in §. furtiue, cum ſimilib. Inſtitut. de vſucap.*
Quod ſi † violentia non interueniat, mala tamen fides 68
adſit, vt adeſſe videtur in cæteris caſibus *dict. cap. reinte-*
*granda,* nullo tempore præſcribitur, *vt in c. ſi de præſcr.*
etiam immemorabili, vt reſoluit Balb. *de præſcript. 2. p. 3.*
*part. quæſt.6. n.10.* latè Crauet. *conſil.146. num.2. & de*
*antiquit. temp. 4. part. 4. quarta part. princip. n. 19. & 20.*
vbi refert Angel. Aret. dicentem, malæ fidei poſſeſſo-
rem † in æternum ex Pontificiis conſtitutionibus præ- 69
ſcribere, hoc enim caſu non poterit conuentus obii-
cere hanc poſſeſſionem præſcriptionis, ſecund. Be-
ro *in cap. ſolicite, n. 39. de reſtit. ſpoliat.* Menoch. *de*
*remed.15. de recuperand. poſſeſſ. n.47.*

Quod † ſi quis ſit bonæ fidei poſſeſſor, etiam re vi- 70
tio reali affecta, procedat ſaltem longiſſimi temporis
quadragenaria præſcriptio, *vt in l.1. §. ad hæc. C. de annal.*
*except.* & notat gl *in l. ſicut, in fin. C. de præſcript. triginta*
*vel quadraginta annorum,* ſicque † intelligenda eſt com- 71
munis interpretum ſententia habens, quod remedium
*d. cap. reintegranda*, durat perpetuo vſque ad triginta
annos, quam refert plurimos allegans Anton. Gabr.
*vbi ſupr. n.53.* & probat Puteus, *d. lib.1. deciſ.115. n.14.*
*& ſeq. aduerſus Rotam.* Sicque eam interpretatur Me-
noch. *vbi ſupr. n.418.* & ante eum Roland. à Valle *conſ.*
*72. n.19. & 21. lib.2.* vbi ambo eam intelligunt, vt proce-
dat regulariter, vbi bonæ fidei poſſeſſor non haberet
titulum vel quando res eſſet affecta vitio reali.

Si verò † vis vel vitium reale non fuerit illatum, & 72
quis iuſto titulo & bona fide poſſideat habeatque cau-
ſam à bonæ fidei auctore titulato, non video, cur
cur præſcriptio impediatur decem annorum inter præ-
ſentes, & viginti inter abſentes, nec quomodo con-
tra eum competat remedium *d. c. reintegranda,* cum eo
caſu minimè ipſum loquatur nec de eo cogitauerit. Po-
terit igitur actori hoc caſu agenti remedio *d. c. reinte-*
*granda*, opponi exceptio legitimæ ſupradictæ præſcri-
ptionis & in terminis ita tenet Balb. *de præſcript. 4. part.*
*quarta partis principal. qu.24. circa fin. verſ. quinimo vi-*
*detur*, & ſenſit Ruyn *conſil. 6. n. 14. lib. 1.* & expreſſe
affirmauit Roland. à Valle *d. conſ.72. n.21.* & Menoch.
*vbi ſup. num.425.* Sarmient. *dict. n.11.*

Declaratur † tamen hic caſus, vt non procedat in 73
illis caſibus, in quibus ratione & priuilegio perſona-
rum maius tempus ad præſcribendum requiritur, vt
in Eccleſia, contra quam regulariter ſola præſcriptio
quadraginta annorum currit, ſecundum Balb. *vbi ſup.*
*in verſ. ſed quoad Eccleſiam*, Paul. Caſtr. *conſ. 105. in*
*fi. in 1. p. conſ.* Bertr. *conſil.44. n.8. in 1. part. lib.3.* Me-
noch. *vbi ſup. num 427. vbi in num. ſeqq.* exemplificat
etiam in fiſco, contra quem ſolo ſpatio centum anno-
rum præſcribitur, ſecundum Angel. Alexand. Gui-
don. Papæ & Ruyn. quos refert: & ita eſt intelligenda
hæc materia.

In beneficialibus † autem illud hodie conſtitutum 74
eſt ex regul. Cancellar. *de annal. poſſeſſ.* vt pacifici poſ-
ſeſſores per annum, & *ex reg. de triennali poſſeſſ.* per
triennium ſint tuti quoad poſſeſſionem, quæ regulæ
& ſpoliatorem adiuuant, dummodo non ſit violentus,
vt declarat Gomez *in priori illa reg. de annal. poſſeſſ.*
*q.64.* quem ſequitur [redacted] in eadem, quam
ſimul iunxit *cum reg. de veriſimil. notitia, n.122.* & Me-
noch. *vbi ſuprà, num 430.*

Non etiam obeſt † altera conſideratio ſuprad. ex 75

generalitate ſupradicti noſtri *cap. reintegranda*, in illis verbis: *Quacunque conditione temporis, &c.* & text. etiam in canone Epiſcopi, 5. *q.* 1. *& in cap. Eccleſia*, 3. *q.* 2. in illis verbis: *& à quibuſcunque, &c.* quia intelliguntur à quibuſcunque malæ fidei poſſeſſoribus, hoc eſt, de ipſiſmet occupatoribus immediatis, cum ſic ratio & ſubiecta materia ſuadeat: Nam verba, quantumcunque vniuerſaliter prolata, reſtringuntur de habilitate, *vt in l.* 1. *& ibi* gloſſ. & Doct. *C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in l. vt gradatim, §.* 1. *ff. de mun. & honor.* ita declarat Rub. *in d. § nihil commune, n.* 72. & latè comprobat Menoch. *vbi ſuprà num.* 81. *& duobus ſeqq & paulo ſupr. n.* 72. *in fin.*

76 Et † ſuperioribus, præcipue dictis *n.* 67. *in verſic. ſed vt omnino, infertur*, veram eſſe receptiorem ſententiam Doctorum, quam refert Rip. *in dict. c. ſæpe, n.* 23. *de reſtitut. ſpoliat.* & alios plures citans Menoch. *vbi ſupra n.* 62. & eam probauit Socin. *in d. l. rem quæ nobis, num.* 7. idem *conſi.* 39. *n.* 5. *vol.* 3. dicens communem, tenentium, remedium *d. c. reintegranda*, non concedi malæ fidei poſſeſſori ſua poſſeſſione deiecto, tametſi Ant. de Butr. Aret. Rom. & Alex. quos refert & probat Ripa *vbi ſup.* & Marant *de ordin ind.* 4. *p.* 7. *diſt. n.* 50. & Menoch. *d. n.* 62. *& præced.* contrariam ſententiam teneant, quæ in aliis remediis iuris recuperandæ poſſeſſionis, præterquam in eo, de quo agimus huius *c. reintegranda*, cum ſint alia plura, locum habere poterit ex iuribus per eos allegatis, in iſto tamen, de quo præſens eſt ſermo, minimetum ex ſupradictis: tum etiam ex iis, quæ latius pro magis recepta præd. ſententia adducunt. Doct. *vbi ſup.*

77 Ad tertium † reſpondeo, non eſſe verum, quod in interdicto *vti poſſidetis*, antiquiori poſſeſſione probata, nouus poſſeſſor cum titulo ſuccumbat, ſed imò contrarium, vt probat text. *in l. ſi duo, in princ.* vbi Bart. *ff. vti poſſid.* Rubeus ita reſpondens *in d. §. nihil commune, n.* 92. *idem conſ.* 4. *num.* 2. Curt. Iun. *conſil.* 108. *num.* 25. Menoch. *d. remed.* 15. *de recuper. poſſ. qu.* 11. *& qu.* 13. *num.* 89. vbi etiam alio modo reſpondet præd. tertio
78 fundamento cum Socin. † nempe non eſſe bonam eam conſequentiam: Tituli exceptio non impedit poſſeſſionis reſtitutionem: Ergo agi poteſt contra ſingularem ſucceſſorem habentem titulum & bonam fidem,
79 nec † hic titulus alium reſpicit effectum, quam vt clandeſtinitatis vitium tollatur: quod declarat Rub. *de conſil.* 4. *num.* 11. *vbi num.* 14. *verſic. non obſtat*, reſpondet ad *d. c. licet cauſam*, vt refert Menoch. *vbi ſuprà.*

80 Ad quartum † reſpondetur eodem modo, nempe, non eſſe bonam conſequentiam: Dominij exceptio non impedit poſſeſſionis reſtitutionem: Ergo conceditur contra poſſidentem titulo, vt patet in ipſomet interdicto *vnde vi*, in quo ſpoliatus ante omnia reſtituitur, & tamen contra ſingularem poſſeſſorem non datur, *vt in l. cum à te, ff. de vi & vi armat.* ſic *in c. ſæpe*, ſpoliatus ante omnia reſtituitur & tamen non conceditur contra ſingularem hunc ſucceſſorem, niſi ſcienter in vitio ſucceſſerit: Quare potius retorquetur fundamentum: Si eſt inſtar interdicti *vnde vi*, illud non conceditur contra ſingularem ſucceſſorem, *vt in d. l. cum à te*, Ergo nec hoc, de quo *in d. c. reintegranda. Reintegranda.* Remanet igitur ex ſupradictis ſatis probata noſtra hac de re ſententia magis communis negatiua in quæſtione præfata.

Quam limita † Marant. *de ordin. ind.* 4. *part. in* 7. *diſt. num.* 53. non procedere in Regno Neapolitano, ex Regia illa conſtitutione, circa violentiarum, &c. qua eſt prouiſum contra milleſimum etiam ſucceſſorem, in quem poſſeſſio hæc [illegible] vitio ſpolij affecta tranſiit: ſequitur Menoch. *d. remed.* 15. *num.* 94.

81 Diſſeruimus haſtenus, an remedium *d. cap. reintegranda*, detur contra ſingularem ſucceſſorem cum titulo & bona fide poſſidentem cauſamque habentem à bonæ fidei poſſeſſore, & hic eſt primus caſus.

Secundus † caſus eſt, quoties nouus hic ſingu- 82
laris ſucceſſor eſt cum bona fide, ſed tamen ſine titulo, & tunc contra eum concedi remedium *d. c. reintegranda*, eſt communis concluſio, vt teſtatur Socin. *in d. l. rem quæ nobis, n.* 12. *in prin. ff. de acqu. poſſ.* ſequitur & probat alios allegans Menoch. *vbi ſupr. n.* 68. *& ſeq.* dicens, quod affirmant vno ore interpretes.

Tertius caſus eſt, quoties † nouus ſucceſſor & poſ- 83
ſeſſor hic eſt cum bona fide & titulo, ſed titulus ſuperuenit poſt poſſeſſionem illam antiquiorem, ſicque per fraudem titulus ille eſt inductus, & tunc cum ſit nullus, vt fraude quæſitus, dabitor aduerſus eum præd. remedium: Ita Bald. *in diſputatione, accuſatus de vi turbatiua, verſic.* 3. *modo*, quem ſequitur Alex. *conſil.* 88. *n.* 12. *verſic. plus dicit, lib.* 5. Dec. *conſil.* 302. *n.* 11. Gozadin. *conſil.* 86. *n.* 19. Bellon. *conſil.* 11. *n.* 4. Hi tamen auctores minus rectè facti ſpeciem huius limitationis fingere videntur; Quandoquidem loquimur de poſſeſſione recentiori titulata, ſicque ſemper præſupponimus, & poſſeſſionem & titulum poſt illam aduerſarij antiquiorem ſuperueniſſe. Quare rectius intellexit ſupradictam limitation. Curt. Ion. *conſil.* 108. *n.* 25. *in fine*, quem ſequuti ſunt Aymon. Crauetta *conſil.* 158. *n.* 21. *in fine, verſic. ſecundo igitur*, & Menoch. *vbi ſupr. n.* 72. quando nouus hic poſſeſſor poſt adeptam poſſeſſionem aſſequutus eſt titulum, quia tunc fraudis ſuſpicione titulus hic non caret, cum facile fuerit, amicum, à quo emere fingeretur, ſupponere, eoque cauillo & dolo antiquiorem poſſeſſorem fallere: & quamuis adhuc Menoch. in puncto iuris dubitet de hac tertia limitatione, ex ſubtili ratione, de qua ibi per eum, nihilominus tamen fatetur obſeruandam eſſe in foro, (hoc eſt in praxi) qui eam plurimi auſi ſunt affirmare.

Quartus erit denique † caſus quando nouus poſſeſ- 84
ſor cum titulo & bona fide cauſam habuit ab auctore vitioſo, ſicque res eſt affecta vitio perſonali: & tunc datur contra eum præd. remedium *Canonis, reintegranda*, ſecundum Soc. *in d. l. rem quæ nobis. n.* 12. *in verſic. aliquando & ſecundo*, & ibi Alciat. *n.* 8. quorum ſententiam in hoc probauit Menoch. *vbi ſupr. n.* 73. *& ſeq.* eamque defendit à Bart. doctrina, qui in Publiciana tenet contrarium *in l.* 3. *§. opus, ff. de alien. ind. mut. cauſ. fact.* nam Bart. in illa ſententia crebrius reiicitur ſecundum Menoch. *ibidem num.* 75. Sed an idem procedat; *Quando res non eſt vitioſa, ſed poſſeſſor hic cum titulo & bona fide cauſam habuit ab auctore malæ fidei & vitioſo?* dudium eſt, de quo videndus Menoch. *vbi ſuprà n.* 78. vbi contra Socin hoc caſu probat, non dari remedium *dict. c. reintegranda*, aduerſus prædict. poſſeſſorem cum titulo & bona fide, qui rem non vitioſam habuit à vitioſo auctore. Verum ſententia Socin. in hoc comprobatur atque verior fit ex concordia, quam *ſuprà* retulimus atque probauimus *num.* 65. inter præfatas duas magis communes ſententias.

Quintus † erit caſus, quando res eſt affecta vitio rea- 85
li, vel ob furtum commiſſum, vel ob vim impulſiuam, & tunc etiam contra ſucceſſorem ſingularem cum titulo & bona fide dabitur præd. remedium, cum tunc temporis nec præſcriptio locum habeat, vt *ſuprà* dicebamus: ita in terminis tenet Soc. *in d. l. rem quæ nobis, n.* 12. *verſ. aliquando & tertio*, & clarius ibi Aret. *col. vlt. in princ. verſ vnde miror.* Corneus *conſ.* 18. *n.* 11. *& conſil.* 62. *n.* 10. *verſic. tamen præfertur*, quos refert & ſequitur Menoch. *vbi ſupr. n.* 57. eſtque hæc limitatio veriſſima atq; ſine dubio meo iudicio. Limitatur tamen hic quintus caſus, vt procedat in præſcriptione ordinaria, decem vel viginti annorum: ſecus in longiſſimi temporis quadraginta annorum præſcriptione, quia tertius ſingularis poſſeſſor bonæ fidei, rei vitio reali affectæ, eam præſcri-



præſcribit prædict. ſpatio quadraginta annorum, *vt ſuprà, n.* 70. prædiximus.

86 Circa † tertium obſeruandum erit, appellare licere à lata in hoc remedio ſententia, cum in foro eccleſiaſtico intentatum fuerit. Quoniam iure Canonico à quacunque ſententia, in poſſeſſorio lata, appellare licet, *vt in cap.* 1. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet* & in Clem. *vnica, de ſequeſtrat poſſ. & fruct.* vbi expreſſe deciditur, non eſſe quem priuandum poſſeſſione ſua poſt vnam ſententiam in iudicio poſſeſſorio contra eum latam, *& in dict. cap. cum ad ſedem*, vbi omnes, præcipue Bellamer. *n.* 10. qui late rem hanc explicat, & Beto *quæſt.* 52. *text. in Clem.* 1. *de re iud.* Bald. *in l.* 1. *C. de momem. poſſeſſ. fuerit appell. deciſio. vltim. Capella Toloſan.* eſtque in dubium, vt in terminis noſtris teſtatur Menoch. *de recuperand. poſſeſſ. remed.* 15. *n.* 641. qui alios allegat & ante eum, quod
87 iure † Pontificio à ſententia lata in iudicio poſſeſſorio appellatio admittenda ſit ad vtrumque effectum, ſuſpenſionis & deuolutionis, teſtatur communem Abbas *in dict. cap cum ad ſedem, colum.* 3. & Matth. de Afflict. *deciſ. Neapol.* 169. *num.* 2. vbi dicit, ita fuiſſe per totum Neapol. Senatum deciſum, & quod communiter tenetur, ſecundum Abb. *vbi ſupr.* idem probat, plures referens, Couarr. *in lib. pract. quæſt. cap.* 23. *num.* 8. *in prima concluſione*, & Marant. *de ordin. iudic.* 6. *part. in princip. in tit. de appell. n.* 295. & Roland à Valle *con.* 58. *n.* 13. *lib.* 2. Anton. Gomez *in l.* 45. *Taur. num.* 194. Ignatius Salzed. *in addit. ad regul.* Bernard. Diaz. *in regul.* 36. *in* 2. *limit.* teſtatur communem plures referens Mench. *lib.* 2. *controuerſ. vſufrequent. cap.* 38. *num.* 1. *& d. c.* 40. *n.* 3. & Anton. Gabr. *lib.* 5. *commun. opin. concluſ.* 5. *num.* 124. loquens generaliter, quod ſit permiſſa hoc caſu appellatio de iure Canonico: idem late probat & ampliat, vt reuocentur attentata hoc caſu ſecundum communem, Lancelotus *in tract. de attent.* 2. *part. cap.* 12. *ampliat.* 25. *num.* 18. *& ſeq.* Quare audiendi non ſunt Gozadin. *conſ.* 50. *n.* 4. & Aufrerius *in deciſ. Capel. Toloſan. quæſt. vltim.* exiſtimantes, iure Pontificio appellationem à ſententia lata in iudicio poſſeſſorio non habere effectum ſuſpenſiuum, ſed tantum deuolutiuum, hoc enim eſt contra text. *in d. Clem. vnica*, & communem opin. *ſuprà* relatam, neque auctores ab eis citati id tenent, quod ipſis adſcribitur, ideo merito Gozadin. & Aufrer. in hac ſpecie nuncupatim reprobant Cou. & Salzed. *vbi ſuprà.*

88 Superiora de † iure Canonico in interdicto recuperandæ & adipiſcendæ rectè & indubie procedere videntur: verum in interdicto retinendæ, ſi notorie conſtaret de poſſeſſione actoris, reuſque nihil peremptorium alleget contra eam, videtur appellationi locum non eſſe à prima ſententia in eo lata, qua actor in ſua poſſeſſione tuetur, & ne in ea à reo perturbetur, præcipitur, vt in caſu *c. querelam, de elect. & ſimilibus*: & ita in praxi obſeruatum vidi in vna Salmantin. in qua fuit actum præd. interdicto retinendæ pro certo quodam annuo cenſu & penſione à capellano cuiuſdam capellaniæ, aduerſus quoſdam laicos, tanquam poſſeſſores cuiuſdam fundi, ſuper quo aſſerebatur, conſtitutam olim fuiſſe præd. annuam penſionem in fauorem dictæ capellaniæ qui ſe eximere prætendebant à ſolutione præd. annuæ penſionis, eo, quod ſibi non oſtendebatur nec in iudicio producebatur inſtrumentum aliquod conſtitutionis dictæ penſionis, at verò actor ſuſpendit petitorium, & ſuper poſſeſſorio tantum agi voluit atque proteſtatus eſt iudex eccleſiaſticus Salmantin. probata præd. poſſeſſione ſoluendi quotannis d. annuam penſionem ex præd. fundo capellanis eiuſdem capellaniæ, quod non diffitebantur reus, neč aliquid peremptorium in iudicio poſſeſſorio deduxit, ſuam protulit ſententiam diffinitiuam aduerſus reos ſuper poſſeſſorio, reſeruato iure ſuper petitorio, eamque appellatione reorum non obſtante, exſecutioni tradendam iuſſit, à quo & ab exſecutione præd. ſententiæ, quia vna tantum erat, & quia lata à iudice eccleſiaſtico contra laicos, appoſita prius declinatoria, cum appellatum fuiſſet, & cauſa ad Regiam Cancellariam Pincianam per modum violentiæ delata, ad eundem iudicem eccleſiaſticum non ſemel decretis curiæ remiſſa fuit, qui poſtea ad vlteriorem exſecutionem proceſſit, prout vidi in actis proceſſus eiuſdem cauſæ.

Quinimo quod † prædiximus *n.* 86. ampliatur, vt pro- 89
cedat etiam, cum laicus in foro ſæculari hoc remedium *canonis reintegranda*, mouerit, nam adhuc appellari poſſe conſuloit Bald. *conſ.* 321. ad euidentiam præmittendum eſt, quod aliquando *col.* 1. *in verſ ſi enim dicimus ciuile, lib* 3. ſequitur Pract. Papienſ. *in forma libel. in cauſa ſpoliat poſſeſſ. in verbo, per noſtram diffinitiuam, n.* 3. Ripa *in c. ſæpe, in fin. de reſtit. ſpoliat.* Nata *conſ.* 166. *lib.* 3. ſequitur Menoch. *vbi ſuprà n.* 642. aduerſus Baldi reſtrictionem *in d. c. querelam, col.* 4. *verſ. ſed nunquid à lata, de elect.* intelligentis ſolum procedere, cum hoc remedium ſuccedit loco actionis de dolo, vel quod metus cauſa:
idem † in remedio recuperandæ, *l. ſiquis in tantum, C.* 90
*vnde vi*, quod à ſententia lata eo caſu appellari valeat, tenet & communem eſſe profitetur ex aliis Menoch. *de recup. poſſeſ. nono remedio, n.* 316. *& ſeq.*

Verù † hoc, quod in foro ſæculari appellari poſſit à 91
ſententia in poſſeſſorio lata, contra communes traditiones eſſe videtur, quibus cautum eſt, quod de iure ciuili appellari non liceat à ſententia lata ſuper poſſeſſorio, quoad effectum ſuſpenſiuũ, iuxta text. *in l. quiſquis, C. de appell. non recip & in l. vnica, C. de momem. poſſeſſ. fuerit appell. & in c. vnico, §. de poſſeſſione, 2. q* 6. Dec. *conſ.* 28. *num.* 5. vbi in quolibet poſſeſſorio loquitur: ex quo hanc teſtatur communem opin. Mench. *vbi ſupr. n.* 3. & iterum *c.* 40. *n.* 2. licet admitti debeat hoc caſu appellatio quoad cauſæ deuolutionem, vt probant Bartol. *in l.* 2. *n.* 9 *ff. de appell. recip.* & Abb. *in d. c. cum ad ſedem, n.* 130. *& in conſ.* 15. *lib.* 2. *incip. in cauſa, in verſic. aliam limitationem*, Augel. *conſil.* 107. & Aufrer. *vbi ſuprà*, & fuiſſe hanc opin. ſeruatam in Concil. Neapolit. teſtatur eam ſequutus pluresque referens Afflict. *vbi ſuprà n.* 3. *& 4.* ſequitur etiam Rebuff. *ſuper ll. Reg. Galliæ in tract. de ſententiæ exſecut. artic.* 5. *gloſſ.* 3. Pariſ. *conſil.* 108. *n.* 20. *lib.* 1. & Marant *de ordin. iud.* 6 *part in tit. de appel. n.* 294. Roland. à Valle *conſ.* 58. *n.* 15. *lib.* 2. Petrus Duennas *in regul.* 44. ſequitur & communem eſſe affirmat plures referens Couar. *d. n.* 8. *in princ.* qui *in* 2. *concluſ.* addit, hoc frequentiori conſenſu poſt Bartol. receptum eſſe: idem fatentur Ignatius *vbi ſuprà*, & Menoch. *de adiſpiſcend. poſſeſſ. remed.* 4. *n.* 828. *& de recuper poſſeſſ. remed.* 9. *n.* 322. plurimos referens, *& de retin. poſſeſſ. remed.* 3. *n.* 843. vbi loquitur in remedio retinendæ, referens ſe priori loco ſupradicto, & magis communem eſſe poſt alios teſtatur Petrus Benintend. *in deciſ. Bononien.* 17. *n.* 5. & plures referens Lancel. *de attent.* 2 *part. cap.* 12. *ampliat.* 25. *n.* 4. *& ſeq. & in tract. de appell. in poſſ. prohib. vel permiſſ. in* 2. *relatione ſecunda opin.* Mench. *vbi ſuprà n.* 4.
* Eſt receptior & magis communis, à qua non eſt re- *
cedendum in iudicando & conſulendo, ſecund. Ioſeph. Lodouic. *dec. Peruſ.* 20. *n.* 16. *cum ſequentibus*, vbi *n.* 25. limitat quoties in actis conſtat de iniquitate ſen-
tentiæ. * Quo † fit, vt non dicatur attentatum, ſi hoc 92
caſu ſententia prima in poſſeſſorio exſequatur, appellatione non obſtante, vt firmat nouiſſime Manfred. *in practic. concluſ. ſuper attentat. concluſ.* 131. quem refert & ſequitur Lancel. *vbi ſuprà de attentat. n.* 8. vbi *numeris ſeqq.* ampliat & limitat pluribus modis. Et quamuis veteres quidam (quorum opinio apud iuris ciuilis profeſſores communis olim fuit & adhuc eſſe

quibuſdam videtur & vera, vt per Mench.*d.c.40.n.1.*)
tenuerint, neque quoad effectum deuolutiuum, appel-
lationem in iudicio poſſeſſorio vllum effectum habere,
& Ripa poſt alios, quos refert *in c.ſæpe,n.3.de reſtit.ſpol.*
contra communem præfatam exiſtimet, eſſe veriorem
opin. nempe, vt iure ciuili poſſit appellari à ſentẽtia la-
ta in poſſeſſorio: præcedens tamen ſententia verior ac
93 magis recepta eſt & tenenda, ex qua † idem videtur
concludendum in hoc remedio *canonis, reintegranda,*
cum ſit poſſeſſorium, vt in eo appellatio non ſuſpendat
effectum ſententiæ in fauorem ſpoliati latæ; quamuis
quoad effectum deuolutiuum ipſa appellatio locum
habeat: & quod hoc in interdicto recuperandæ (provt
eſt remedium *dict. c. reintegranda*) procedat, fatetur ma-
gis communis ipſa ſententia modo relata, loquens in
omni poſſeſſorio, adipiſcendæ nempe, retinendæ & re-
cuperandæ, vt conſtat ex ipſius auctoribus, & præci-
pue ex Bart. *in l. 1. C. ſi de moment. poſſeſſ. fuerit appell.*
Couar. Menoch. Duen. & Marant. *vbi ſupr.* & aliis, &
exſtat deciſum in vltima deciſ. Capellæ Toloſanæ, vbi
Aufrerius plurimis modis limitat. Quo fit, vt eadem
præfata magis communis ſententia ſeruanda etiam ſit
94 in ſpecie *d. cap. reintegranda:* Nam † quod prius retuli-
mus in laico in foro ſæculari remedium d. canonis de-
ducente, vt tunc appellari poſſit, iuxta Bald. ſententiam
*d. conſ. 321. Praet. Papienſ. Rip. Menoch.* iuxta aliam com-
munem ſententiam, quæ habet, vt in ſpecie *d. l. ſi quis
in tantum,* appellari valeat, intelligenda ſunt quoad effe-
ctum deuolutionis, ſecus vero reſpectu ſuſpenſionis,
quoniam per appellationem in præd. remediis poſſeſſo-
riis minime de iure ciuili ſuſpenditur exſecutio, iuxta
ſupradict. magis receptam & tenendam ſententiam, vt
conſtat ex præd. auctoribus: de nullitate tamen ſenten-
tiæ bene dici poteſt in poſſeſſorio, etiam de iure ciuili,
communis ſecundum Curt. Ion. *conſ. 163. n. 9.* refert &
ſequitur Mench. *vbi ſup. n. 2.* Quinimo & ratione inor-
dinati proceſſus bene admittitur appellatio à ſententia
lata in poſſeſſorio: communis ſecundum Curt. *vbi ſup.*
Minor etiam reſtitui poteſt in poſſeſſorio, iuxta gl. *in d.
l. vnica,* eſt communis, vt plures referens teſtatur Men-
chac. *vbi ſuprà, num. 3.*

95 Iure tamen Pontificio quoad vtrumq; † effectum, &
ſuſpenſiuum & deuolutiuum, vt prædiximus, appellatio
* locum habet, * vt plurimos referens teſtatur eſſe com-
muniorem & receptiorem, & in practica non eſſe tutum
ab ea recedere, Ioſeph. Ludou. *vbi ſupr. num. 19. & 10.*
* * Præterquam ſi eſſemus in notorio ſpoliatore, qui nec
etiam attenta benignitate iuris Canonici poteſt appel-
lare, *vt in c. cum ſit Romana, §. præterea, de appellatio. &*
tenet Roma *conſ. 314 in propoſito.* Rip *in cap. ſæpe, n. 3. de
96 reſtit. ſpoliat.* Lancelot. *vbi ſupra, n. 25.* Secundò † non
procedit in poſſeſſorio extraordinario, in quo nec etiam
de iure Canonico permittitur appellatio, vt per Ca-
gnol *in l. in pari, ff. de regul. iur.* & poſt alios late tuetur
Petr. de Benintend. *vbi ſupr. in deciſ. Rotæ Bononienſ. 79.
n. 2. & ſeq.* dummodo in iudicio fuerit pars citata &
adhibita cauſæ cognitio, vt poſt alios tradit Alciat *conſ.
37 ſub n. 8. lib. 6.* Lancelot. *vbi ſuprà de attentatis, n. 26.*

97 Sed iure noſtro † Regio Hiſpanico poſt duas ſen-
tentias latas in poſſeſſorio non admittitur ſupplicatio
*con las mil y quinientas doblas,* de qua *in l. 28. de Madrid.*
98 Conſequitur † igitur inde manifeſtiſſime, iure Regio
poſſe appellari ab vna ſentẽtia lata in iudicio poſſeſſo-
rio, ac proinde ipſam pendente appellatione vel ſuppli-
catione minime mandandam eſſe exſecutioni: & ita in
terminis *ex d. l. 28.* deducunt ac tenent D. Cou. *vbi ſup. d.
n. 8. in 1. concl.* & Ant. Gom. *in d. l. 35. Tau n. 194. in fin.* &
Ignat. Salzed. *vbi ſup. in 14. limit.* Idem ex Pragmat. 42.
§. 51. probat & tenet Mench. *vbi ſup. d. c. 40. n. 3.*

99 In † caſu tamen ſpeciali *l. fin. C. de edict. diui Adrian.
tollen.* iure ciuili non tantum, ſed & Pontificio appella-
tio admittenda non eſt, quoad ſuſpenſionis effectum ab
ea ſententia miſſionis in poſſeſſionem, quæ fertur in iu-
dicio poſſeſſorio in fauorem hæredis ſcripti, vt tenet
Bald. *conſ. 141. n. 1. lib. 1. & conſ. 103. lib. 4.* Hanc alios al-
legans probauit D. Cou. *vbi ſupr. in 3. concl.* vbi de iure
ciuili eſſe communem profitetur cum gloſſ. *verb. miſſio,*
Bart. & communiter DD. *in d. l. final.* & Tiraq. *in tract.
Le mort ſayſi le vif. 6. part. declaratione 6. n. 2. text. in d. l.
quiſquis, & in cap. vlt. §. ſi quis, 2. q. 6.* & de iure Canoni-
co ex eo probat, quia nullibi ſit eo iure contrarium
ſtatutum, & præterea, quia fauore teſtamentorum &
hæreditatum vacantium hoc iudicium poſſeſſorium
ſummariè debet expediri, nec omnino ſequitur aliorum
conditionem iudiciorum, quę de poſſeſſione tractantur:
& de iure Canonico hoc etiam probatur *in d. §. ſi quis,*
vbi Archid. 2 *q. 6.* Beroius *q. 44.* Innoc. *in c. paſtoralis, n.
3. verſ. ad hoc,* ibi, *Quid ſi ſine vlla iuſta cauſa, & c. de offic.
delegat.* Aufrerius *in deciſ. vlt. Capell. Toloſ. ad fi.* Lancel.
*vbi ſupr. n. 27.* vbi *n. 28.* cum Manfred. *vbi ſupr. concl. 140.*
tenet, quod attentata hoc caſu non ſunt reuocanda. Cõ-
ſiderandum præterea eſt, quod facile ſit iniquis appella-
tionib. legitimos ac veros hæredes defunctorum poſ-
ſeſſione rerum hæreditariarum interim iniuſtiſſime de-
fraudare: eandem ſententiam ſequitur ac probat Igna-
tius Salzed. *vbi ſupr. in ſublimitatione, 2. limit. & dec. Pe-
demont. 25. n. 9.* eſtque recepta omnium opinio, quod
ab huiuſmodi ſententia appellari non poſſit, ſecun-
dum Menoch. *de adipiſcen. poſſeſ. remed. 4. num. 816. &
840.* quod quoad effectum ſuſpenſiuum præfati aucto-
res intelligunt, ſecus quoad deuolutiuum.

Hinc eſt, vt † in Regiis prætoriis Hiſpaniæ vſu fo- 100
renſi receptum ſit, vt minime fiat reuocatio attenta-
torum appellatione pendente à ſententia lata ſuper
miſſione in poſſeſſionem bonorum in fauorem hære-
dis, *iuxta d. l. fin. C. de edict. diui. Adrian. tollen.* vt refe-
runtur D. Couar. & Salzed. *vbi ſuprà.*

Hæc † tamen recepta ſententia non procedit, cum 101
iuſta & apparens cauſa appellationis exſtat, vtpura ma-
nifeſta iniuſtitia, tunc enim appellatio vtrunq; effectũ
& ſuſpenſiuum & deuolutiuum operatur, ſecundum
Bald. vtrobiq; *vbi ſupr.* id exemplificãtem, quẽ ſequitur
Cou. *vbi ſup.* & Menoch. *dict. n. 840 & 844.* qui *n. ſeqq.*
ſex declarationes ponit ad prædict. receptam ſenten-
tiam; ſed & alias limitationes ad prædict. regulam ge-
neralem, quæ habet; Vt à ſententia lata in iudicio poſ-
ſeſſorio non liceat appellare, congerit Ignat. *vbi ſuprà.*

Supplicatio † tamen in hoc caſu & remedio *d. l. fi.* 102
*C. de edict. diui Adrian. toll.* bene admittitur, vt ſcribit
Dec. *in d. l. fi. n. 50.* quem ſequuntur permulti relati à
Menoch. *de arbit. iud. q. 70. n. 21. & de adipiſcend. poſſeſſ.
remed. 4. n. 903. & de retinen. poſſeſſ. remed. art. n. 53.*

Vltimo reſtat hæc examinanda quæſtio illa; *An à
ſententia lata ſuper remedio, quod Hiſpani del interim
vocant, quod quidem poſſeſſorium eſt, locum habeat appella-
tio?* Pro cuius rei intelligentia aduertendum eſt.

Quod † apud nos vſus forenſis obtinuit, vt penden- 103
te lite & expoſito principali libello, iudicique oblato,
petatur ab eodem iudice, quod dum ipſa cauſa & con-
trouerſia diffinitur & interim pendet, actor vel reus de-
fendatur minimeq; turbetur in poſſeſſione, quam tem-
pore motæ litis obtinebat, atque ita frequenter pro-
nuntiatur, præſertim apud ſuprema Caſtellanæ Reipu-
blicę tribunalia: cuius interdicti & eius meminere Paul.
de Caſtro *conſ. . incip. in cauſa, quæ vertitur, & c. lib. 2.* Ca-
pricius *dec. Neapol. 13. 55. & 189. & 209.* & apud Gallos
Maſſuerius *in ſua pract. tit. de poſſeſſorio,* & hoc † iudicij 104
genus præparatorium iudicij poſſeſſorij principalis at-
que plenarij recte appellat Beroius *conſ. 11. n. 1. lib. 1.* cu-
ius ſententiam probat text. *in l. liberis, §. vlt. ff. de liberal.
cauſ.* Alij † iudicium ſummariiſſimum poſſeſſorium no-
minant: ita Neuizan. *conſ. 81. n. 7.* Alciat. *reſponſ. 386. n. 1.*
Çagnol. *in pari, n. 6. ff. de reg. iur.* Galli recredentiam, vel
106 † caſum nouitatis vocant, ita Maſuc. *vbi ſupr.* Guid.
Papæ *qu. 552 in materia.* Tiraq. latè *in tract. Le mort ſay-
ſi le vif. part. 6. declarat. 9. ad fin.* Rebuff. *in comment. ad
Regia conſt. Galliæ, tomo 3. tit. de materiis poſſeſ. artic. 1.
gloſ. 1. n. 4. idem in concordat. Regni. Franciæ, tit. de annat.
107 verſ. quinta tamen.* Hiſpani appellant † hoc iudicium *del
interim,* de quo latiſſime plura diſſerit D. Cou. *in pract.
q. c. 17. per totum,* & Ant. Gom. *in l. 45. Taur. n. 126.* & latè
Menoch. *de retinen. poſſ. remed. vlt. per totum,* breuiter D.
Sarm. *lib. 2. ſelect. interpret. cap. 13. n. 9. & ſeq.* Burg. de Paz
*conſ. 39 per totum,** & nouiſſimè plures differentias con-
ſtituens inter hoc iudicium poſſeſſorium, quod præ-
paratorium & ſummarium appellat, & inter iudicium
poſſeſſorium plenarium, Franc. Bec. *conſ. 21. n. 10. lib. 1.*
& Ioſeph. Ludou. *dec. Peruſ. 20. n. 1. cum ſeq.* vbi *n. 7 & 8.*
quod ſententia lata in hoc iudicio ſummario poſſeſſo-
rio, eſt interlocutoria, non vero diffinitiua, ſecundum
* cõmunem opin. * Et in forma huius interdicti Hiſpani
his vtuntur verbis in decreto tuitionis in poſſeſſione,
nẽpe, *Entre tanto que eſte pleyto ſe vee, y determina difini-
tiuamẽte, ſin periuyzio del derecho de las partes en poſſeſſiõ,
y en propriedad, & c.* ſecundum Cou. *vbi ſupr. n. 2.* & D.
Molin. *de primog. Hiſpan. lib. 3. cap. 13. n. 70. & n. 81.* agit,
an idem locum habeat in caſu *l. 45. Tau.* quibus etiam
verbis vtuntur Neapolitani, vt refert Capicius *d. deciſ.
108 55 col. vlt. & 189. n. 11.* Modo † quæro: *An à prima ſen-
tentia lata in hoc remedio atque interdicto, locum habeat ap-
pellatio?* Et de iure ciuili, cum ſit hoc remedium ſum-
mariiſſimum, in dubium eſt, ipſam locum non habere,
*vt in l. vnica, C. ſi de moment. poſt fuer. appell. cum ſimil. ſu-
pra adductis,* & in terminis ita tenet Neuizanus *d. conſ.
81. n. 4.* poſt Puteum *in tract. ſyndicat. in verſ. negligentia:*
quibus accedit Brunus *conſ. 98. n. 9.* Boẽr. *in conſuet. Bi-
turicenſ. §. 4. de iuriſd. omnium iudic.* Rebuff. *vbi ſupr. in
comment. ad Regias conſt. Gallica. n. 23.* Alciat. *reſp. 386. n. 2.
verſ. 3. videtur,* & copioſe Petr. Benintend. *concl. 79. primo
dubio,* qui eam pluribus probat: & ſupradictos ſequitur
Menoch. *vbi ſupr. dict. remed. vlt. de retinend. poſſeſſ. n. 48.*
vbi *n. 50.* cum Petr. de Benintend. *dict. concl. 79. in ſecun-
do dubio,* eam extendit non ſolum quoad effectum ſu-
ſpenſiuum, ſed etiam quoad deuolutiuum, niſi cum iu-
dex ſequeſtrum emiſit contra poſſeſſorem, vt reſpon-
109 dit Angel. *conſ. 107. Iacobellus:* imo † nec iure Canonico
* hoc caſu locum habere videtur appellatio,* cum effe-
* ctum ſuſpenſiuum,* cum lata ſit ſententia in iudicio
extraordinario, vt probat Benintend. *dict. concl. 79. n. 6.
in fin.* quem ſequitur Menoch. *vbi ſupr. n. 49.* & dictum eſt
*ſupr. n. 96.** & bene probãs Ioſeph. Lud. *vbi ſup. n. 9. & 10.*

110 Hæc † tamen ſententia de iure noſtro Regio proce-
dere non videtur, quo duæ ſententiæ conformes de-
bent eſſe in iudicio poſſeſſorio, ad hoc, vt appellatio ab
eo non admittatur, vt *ſuprà* deduximus, præterquam ſi
euidenter & abſque controuerſia conſtaret de poſſeſſio-
ne eius, in cuius fauorem fuerit lata prædict. prima ſen-
tentia, tunc enim non eſt admittenda appellatio quoad
effectum ſuſpenſionis, propter notoriam iniuſtitiam ap-
pellati & malitiam præſumptam appellantis. Limitari
hoc etiam debet, cum periculum eſſet in mora, & ſic
111 cauſa celeritatem deſideraret, ne partes † ad arma &
contentionem priuatam accedant, quo caſu iudicis offi-
cio incumbit, ita rem componere inter litigantes, vt
ad rixas & arma non deueniant, *arg. l. æquiſſimum, ff. de
vſufruct.* à quo Iuriſconſulti reſponſo huius praxis ori-
go exiiſſe videtur, ſecundum Cou. *vbi ſupr. n. 1.* Menoch.
12. cuius text. ratione multa tradiderunt Curt. Seu, *conſ.
60.* Pariſ. *conſ. 168. lib. 4.* Gratus *conſ. 10. n. 9.* Cum ergo
res celeritatem deſideret, conſequitur, non eſſe reci-
piendam appellationem, *iuxta l. quiſquis, Cod. quorum
appell. non recip. cum ſimilib.* & in terminis probat Me-
noch. *d. n. 49.* cuius in hac ſpecie ſententia verà videtur
etiam attento iure noſtro Regio, præmaximè, ſi eui-
denter conſtaret de poſſeſſione eius fauore lata fuerit
ſententia *del interim.*

Sed † *An à ſententia lata in hoc ſummariiſſimo interdi- 112
cto in ſupremis tribunalibus locum habeat ſupplicatio?* Et
in hoc Menoch. *vbi ſupr. n. 53.* refert obſeruari, quod
ſupplicatio non concedatur, ex Cou. *vbi ſupr. n. 8.* quem
ipſe ſequitur. Verum meo iudicio Menoch. non recte
perpendit verba nec ſenſum Cou. *vbi ſupr.* Is ſiquidem
contrarium ſenſiſſe ac tenuiſſe videtur eius, quod Me-
noch. exiſtimauit: inquit namque Cou. Octauo ad huius
rei faciliorem diffinitionem & vt quiete ad tranquille
litigantes ius ſuum proſequantur, praxis obtinuit in
hoc Regio ac ſupremo tribunali, quod ſi ab interlo-
quutione in huius interdicti cauſa pronuntiata fuerit
ſupplicatum, nulla detur in hoc ſupplicationis iudicio
ad probandum dilatio, ſatis enim eſt ad ſummariam
cognitionem datam fuiſſe dilationem ad probandum,
alioqui eſſet huius cauſæ examen omnino plenarium
& ordinariæ cognitioni ſimile: non igitur his verbis
tenet Couar. ſupplicationem non concedi, ſed potius
contrarium, quamuis affirmet, non concedi dilatio-
nem ad probandum in eo ſupplicationis iudicio ex
praxi obtenta: conſequitur igitur ex his, admitten-
dam eſſe ſupplicationem, quamuis ex eiſdem actis abſ-
que nouis probationibus, cauſa in gradu ſupplicatio-
nis decidenda veniat: & ita etiam ipſe teſtis ſum vi-
diſſe me idem obſeruatum in praxi in eadem Regia
Cancellaria, & nouiſſime poſt me, tacitum tamen,
tenet Ioann. Garſia *de nobilit. gl. 1. §. 2. num. 5.** *

Quæ † ſententia interloquutoria durat vſque quo la- 113
ta erit ſententia diffinitiua ſuper poſſeſſorio ordinario,
ſecundum Paul. de Caſtro *conſ. 3. col. 2. verſ. 2. quia, lib. 1.*
idem ſcribunt Neuizan. *conſ. 30. n. 7.* & Petr. Benintend.
*d. concl. 79. n. 4.* quos refert & ſequitur Menoch. *vbi ſupr.
n 58.* quia iudicium hoc eſt ſolum quoddam præpara-
torium iudicij ordinarij, vt prædiximus. Sed an ſi à ſen-
tentia lata ſuper poſſeſſorio ordinario contra eum, pro
quo fuit in hoc iudicio ſummario pronuntiatum, fue-
rit appellatum vel ſupplicatum, vel in integrum reſti-
tutio petita, proderit eidem illa interloquutoria ſenten-
tia *del interim,* appellatione vel ſupplicatione, vel in in-
tegrum reſtitutione pendente? Et in hoc nihil ei profu-
turã, ſed exſequendã eſſe ſtatim ſentẽtiã latam in plena-
rio poſſeſſorio, reſpondet ex facto conſultus Menoch.
*vbi ſupr. n. 59. & 60.* cuius in hoc ſententia in his Re-
gnis non procedit, cum in eis iure Regio à prima ſentẽ-
tia lata in cauſa poſſeſſoria, etiamſi momentanea, ha-
beat locum appellatio & ſupplicatio, vt *ſuprà* probaui-
mus: appellando igitur vel ſupplicando à prima illa
ſententia in poſſeſſorio plenario lata, exſecutio ipſius
ſuſpenditur, quouſque cauſa iterum decidatur duæque
ſententiæ conformes in poſſeſſorio plenario latæ fue-
rint: Interim ergo durare debet virtus ac effectus d. ſen-
tentiæ *del interim:* Quandoquidem per appellationem
vel ſupplicationem cauſa reducitur ad eum ſtatum, in
quo erat ante ipſam ſententiam, ea namque per appel-
tionem ſuſpenditur, *vt in l. §. 1. final ff. ad Turpill.* iuncta
communi reſolutione Doct. alioqui in ſecunda inſtantia
poſſeſſorij plenarij eſſet opus, iterum interloqui ſuper
eadem re: quod eſt ſuperuacaneum, cum iam ſit ſuper eo
pronunciatum nullaque cauſa noua ſuperuenerit, data
ſuſpenſione primæ ſententię in iudicio plenario poſſeſ-
ſorio, ob quam ſuſpendi quoque debeat interloquutio
præd. *del interim,* adhuc enim hoc caſu recte dicitur eſſe
interim, quouſque ſententia principalis in ſecunda in-
ſtantia confirmetur, & ita exiſtimo tenendum.

## SVMMARIVM.

1 *Confraternitates diſciplinatorum, aliaque ſimilès, cum ad bonum finem tendant, ſunt licita & permiſſa.*

2 *Confraternitates huiuſmodi an ſint pia loca & religioſa, ita vt leges & aliæ diſpoſitiones loquentes in piis locis, habeant locum in eis? & n. ſeq.*

3 *Legatum piæ cauſæ factum, huic confraternitatis concedi poteſt, ſed contra n. 11.*

4 *In præd. confratriis opera multa pietatis & miſericordiæ exercentur.*

5 *Statutum, quo cauetur, vt quilibet de collegio & confraternitate teneatur ſoluere ſingulis annis aliquid pro ſeruitio diuino, validum eſt, dummodo hoc fiat propter honeſtam cauſam, & non dicatur in ſtatuto, ne quis recipiatur, niſi ſoluat decem aliamve quantitatem.*

6 *Epiſcopus poteſt & debet viſitare omnia hoſpitalia, & curare, vt ad eum vſum teneantur, ad quem ſunt inſtituta.*

*Quarta Epiſcopo debetur ex relictis huiuſmodi confraternis, tanquam relictis piis locis, ſed contra, n. 13.*

10 *Confratres diſciplinatorum ſunt laici, vxores ducunt & de ſe domi viuunt mercaturaſque exercent, ac proinde non coram iudice eccleſiaſt. ſed coram ſæculari conueniuntur.*

12 *Trebellianica deducenda eſt ex relictis huiuſmodi confratriis.*

13 *Confraternitates huiuſmodi non gaudent beneficio reſtitutionis in integrum.*

15 *Doctor publice profitens vel ſcholaris, ſicut poteſt expellere fabrum, ita & hos diſciplinatos, ne alta & inconcinna voce eorum impediatur.*

16 *Bona harum confraternitatum poſſunt ad libitum alienari per corpus earundem abſque ſolemnitate requiſita à iure Canonico in alienatione rerum eccleſiaſticarum: vide dicta n. 22. & 23.*

17 *Epiſcopus non poteſt ſe intromittere ſuper bonis hoſpitalis pauperum infirmorum, nec ſuper redditibus ipſorum, nec aliquid habet agere cum adminiſtratorib. dictorum locorum, nec eos cogere ad reddendam rationem.*

18 *Hoc fallit, quando pia loca eſſent conſtructa auctoritate Epiſcopi, vel quando eſſemus in dubio, & dicta loca haberent aliqua ſigna, per quæ oſtenderetur, ea eſſe conſtructa auctoritate Epiſcopi, vel quando eſſemus in dubio, & dicta loca haberent campanile, &c. vide n. 20.*

19 *Hodie attento ſancto Concil. Trident. indiſtincte Epiſcop. poteſt viſitare omnia pia loca, vt latius hic, & in num. 26.*

21 *Confratres poſſunt renuntiare confratriæ, dum tamen nihil retineant de bonis illius.*

24 *Si de bonis confratriæ ab Epiſcopo approbatæ agatur, vel de recipiendis vel excludendis confratribus, coram iudice eccleſiaſtico, non vero coram ſæculari diſcutiend. erit, & n. 25.*

27 *Epiſcopus in viſitatione hoſpitalis, aliorumque piorum locorum quid facere poſſit.*

28 *Epiſcopus viſitare poteſt depoſita publica frumenti, nempe* las Alhondigas, *ac rationes reuidere.*

29 *Hoſpitalia an dicantur loca pia?*

30 *Exercentes ius patronatus confratriis, communitatibus, vel hoſpitalib. competens, an dicantur patroni Eccleſiaſtici.*

## CAPVT XXXV.

*De confraternitatibus diſciplinatorum, ſeu confrariis, an ſint loca religioſa, nec ne? deque aliis in propoſito.*

Congregationes diſciplinatorum † vel confrater- 1
nitates ſeu confratriæ, aliæque ſimiles cum ad bonum finem tendant, ſunt licitæ ac permiſſæ vt docuit Bart. *in l. vlt. n. 6. ff. de colleg. illic. & in l. cum ſenatus, n. 4. ff. de reg. dub.* latè Pariſ. *conſ. 34. n. 39. lib. 4.* nec eſt qui diſſentiat, ſecundum Menoch. *de recuper. poſſ. remed. 15. n. 25.* Hocque præcipue procedit, ſi ab ordinario loci approbatæ ſint, provt debent, quæ ad pias cauſas & ſpirituales fiunt, *vt in l. 3. tit. 14. lib. 8. Nouæ Collect. Regiæ.* Iure autem communi approbatæ ſunt, quando ad licitum tendunt, vtpote ad Dei ſeruitium, *c. ſi qui clericorum, 11. q. 1. vbi gloſſ. & c. ſane, 16. q. 7.* Rebuff. *in tract. de confratriis, n. 2. tomo conſt. ad ll. Regias Galliæ, pag. 329.* vbi *n. 4.* tenet, quod iudex poteſt compellere hæc collegia & fraternitates, vt oſtendant ſibi collegij ſtatuta: quod etiam tenet Montalu. & eum referens Auiles *n. 13.* in loco ſtatim citando: ſed adhuc iure etiam communi requiritur licentia Principis vel prælati, licet fiant cauſa pietatis, vt poſt alios tenet Auiles *cap. 2. prætor. in gloſſ. ni confederacion, num. 10.*

Maximè † tamen concertatum eſt; *An huiuſmodi con-* 2
*fraternitates ſeu confratriæ ſint pia loca ſiue religioſa, vt leges aliaq; diſpoſitiones, quæ loquuntur de piis locis, habeant locum in dictis confraternitatibus?* Et prima pars affirma-
tiua ex eo vera videtur, quoniam † legatum piæ cauſæ 3
factum, huic confraternitati concedi poteſt, vt conſultus reſpondit Paulus Caſtr. *conſ. 5. lib. 2.* quem ſequutus eſt Alex. *conſ. 102. n. 3. lib. 7.* & Dec. plures citans *conſ. 72. col. 3. verſ. 3. principaliter,* Rebuff. *vbi ſupr. n. 3.* & alij plures quos refert Tiraq. *de priuileg. cauſæ piæ, in præfation. pag. 4.* idem refert Pariſ. *d. conſ. 34. n. 5. lib. 4.* & ſentit Bart. *in l. 1. §. ſed religioſis, ff. de colleg. illic.* Abb. *conſ. 31. vol. 1.* Ioan. Andr. *in c. Ioannes de teſtam.* Capra *conſ. 115.*

Secundò, quoniam † in prædict. confratriis opera 4
multa pietatis & miſericordiæ exercentur, vt cum Speculat. Abb. & Felin. tradit Pariſ. *vbi ſupra n. 4.* & Capra *conſ. 54. n. 10.* & ideo confraternitates dicuntur piæ, & legatum illis relictum, dicitur in piam cauſam, *gloſſ. in pragmatic. ſancti Gallican. tit. de annat. verb. beneficiorum,* ſequitur Alex. *conſ. 102.* & Dec. *conſ. 72. ipſo puncto, col. 1.*
*verſ. 3. principaliter,* & eos † referens Rebuff. *vbi ſuprà* 5
*n. 3.* vbi *n. 4.* poſt alios, quos refert, ex hoc reſoluit, non eſſe prohibitum ſtatutum, quo caueatur, quod quilibet collegio & confraternitati ſe adiungens, teneatur in ſingulis annis ſoluere pro ſeruitio diuini aliquid, dummodo hoc fiat propter honeſtam cauſam & non dicatur in ſtatuto, ne quis recipiatur, niſi ſoluat decem, quia excludit pietatem & ſic communionem, bene tamen poteſt ſtatui, vt receptus ſoluat tantundem, pro Miſſis & ornamentis aliiſque rebus neceſſariis confratriæ.

Tertiò, quia † Epiſcopus poteſt & debet viſitare 6
omnia hoſpitalia & curare, vt ad eum vſum teneantur, ad quem ſunt inſtituta, & inquirere, an illud fiat propter quod conſtructum eſt hoſpitale, quia talia loca cenſentur eccleſiaſtica, vel quaſi, vt probauit Federic. de Senis *conſ. 111. quæſt. talis eſt, &c. in princip.* de quo latius agimus *in 7. fundamento contrariæ partis.*

Quartò, quoniam † ex relictis huiuſmodi confrater- 7
nitatibus, tanquam relictis piis locis, quarta Epiſcopo debetur, vt latiſſimè conſuluit Barbat. *conſ. 1. n. 4.* & tenuit Petr. de Vbald. vt refert Alex. *d. conſ. 102. n. 5. lib. 7.*

Et in terminis, quod fraternitas † diſciplinatorum 8
dicatur locus pius, ſentit Speculat. *in tit. de inſtrument. edition. §. nunc aliqua, n. 62. verſ. & ſcias,* qui ait, quod loca



pia dicuntur, vbi exercentur operas caritatis: idem dicit Ioan. Andr. *in cap. Ioannes verſic. vnum eſt quod refragatur, de teſtament.* vbi per iſtam rationem concludit, hoſpitale etiam non erectum auctoritate ſuperioris, eſſe locum pium & ibi Cardin. *in 7. quæſt.* idem tenet & Abb. *in c. fin. in 2. notab. eodem tit. de teſtam.* Paul. Caſtr. *conſ. 167. n. 4. in 2. part. conſil.* Alexand. *conſ. 219. volum. 2.* & quod confraternitates dicantur piæ, tenet Rebuff. *vbi ſuprà n. 3.* quamuis *numeris ſequentibus* alia adiiciat, quæ videntur contraria; idem etiam probatunt alij relati ab Anton. Gabriele *vbi ſuprà n. 4. & 5.*

9 Nihilominus † tamen contraria ſententia, & ſic negatiua, imò quod confraternitates diſciplinatorum & ſimilium perſonarum, non dicantur loca pia, nec pro talibus habeantur, verior & magis communis videtur. Primò, quia ſinguli confratres laici ſunt, vxores ducunt, habent vel ducere poſſunt, & de ſe domi viuunt, mercaturas, cæteráque negotia huiuſmodi exercent atque exercere valent, quare non ſub iudice eccleſiaſtico tanquam religioſi, ſed coram laico conueniuntur atque conueniri debent, vt tenet Bart. *in l. vltim. n. 15. ff. de colleg. illic.* quem ſequitur Iaſ. *conſ. 218. col. 2. verſ. ad prædicta etiam lib. 2.* Marant. *de ordin. iudic. 4. part. 11. diſt. n. 23. pag. 219.* idem voluit Cardinal. *conſil. 13.* Pariſ. *dict. conſil. 34. n. 28.* vbi quod Epiſcopus nullam habet in eos, nec in his confraternitatibus iuriſdictionem: ſequitur etiam Rebuff. *vbi ſuprà n. 8.* & Menoch. *d. remed. 15. de recuperand. poſſeſſ. num. 31.* Anton. Gabr. *lib. 6. commun. opin. de cauſ. pia, concl. 9. n. 14. & 16. pag. 384. colum. 2.* & Auiles *vbi ſupr. d. n. 10.* vbi ampliat etiamſi conueniatur ipſa fraternitas, nam ſi ſingulariter, non eſt du-
10 bium. Secundò, quia crebrior eſt † ſententia, relictum loco pio vel religioſo, non deberi, ſoluique non poſſe confraternitati, vt probauit Bald. *conſil. 162.* quidam Franciſcus, *columna. 1. verſ. 4. quæritur, lib. 5.* idem Bald. *in l. iubemus, & in authent. hoc ius porrectum, colum. 2. verſ. 2. quæro, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & alios plures citat Tiraq. *vbi ſupra,* idem ſequitur Calcan. *conſil. 21. colum. 2. verſ. modo reuertendo,* Iaſon *dict. conſ. 218. n. 11.* qui *n. 14.* id li-
11 mitat cum Bald. quando † confratria haberet annexum hoſpitale. Paul. Pariſ. *vbi ſuprà n. 20. & ſeq.* & hanc eſſe crebriorem ſententiam affirmat Menoch. *vbi ſupr. dict. n. 31.* & magis communem eſſe, plures allegans dicit Anton. Gabriel. *vbi ſupr. n. 18.* atque proinde erit tenenda aduerſus modo pro contraria relatos ſententia, te-
12 nentes contrarium. Quo † fit, vt ex relictis dictis confratriis deducenda ſit Trebellianica, quaſi non ſint relicta piis locis: Ita expreſſe concludit Bald. *conſ. 160. incip. in dicto teſtament.* quem & alios refert & ſequitur Corneus *conſ. 129. n. 27. vol. 2. & conſ. 28. n. 5. volum. 4. & conſ. 307. in fine, eodem volum.* Pariſ. *d. conſ. 34. n. 24. vol. 4. & conſ. 50. lib. 2.* Sed in hoc contrarium eſt verius, quia licet non ſit locus pius, relicta tamen ei, videntur relicta ad pios vſus & in piam cauſam, ac propterea ceſſare tunc debet Trebellianica, vt concludit Paul. Caſtr. *conſ. 167. præſuppoſita, n. 3. lib. 2.* quem refert & ſequitur Socin. *conſ. 81. volum. 4.* ſentit Bald. *in authent. ſimiliter, verſ. & nota C. ad legem Falcid.* ſequitur & ex aliis probat Anton. Gabr. *vbi ſuprà n. 10. & 11.*

13 Tertio, quia † ita etiam ſimiliter, quamplures auctores tenent, ex relictis huiuſmodi confraternitatib. quartam Epiſcopo non deberi, vt eos referentes probatunt Pariſ. *vbi ſuprà num. 9.* Menoch. *dict. num. 13.* & Ant. Gabr. *n. 13. vbi ſupr.* ex quorum auctorum numero patet, hanc eſſe magis communem ſententiam, quam latè probat Abb. *d. conſil. 31. n. 1. 2. & 3. in 2. part. conſil.* Auiles *vbi ſuprà d. n. 10.*

14 Quartò, † quia huiuſmodi confraternitates non gaudent beneficio reſtitutionis in integrum, provt alia pia loca, vt tenet Petrus de Anchar. *in cap. auditis in 1. qu. de in integ. reſtit.* ſequitur Pariſ. *vbi ſuprà n. 22.* & Ant. Gab. *etiam vbi ſupr. n. 21.*

Quintò, † quia quemadmodum Doctor publice 15
profitens vel ſcholaris præueniens fabrum ferrarium in habitatione, poteſt eum expellere, & ſimiles, qui ob artem, quam exercent, eiſdem impedimento ſunt, ſic etiam hos diſciplinatos poteſt expellere, ne alta atque inconcinna voce eorum impediatur, ſecundum Iaſ. *dict. conſil. 218.* quem refert & ſequitur Menoch. *vbi ſuprà n. 32.*

Sextò, † quoniam bona harum confraternitatum 16
poſſunt alienari per corpus earundem ad libitum abſque ſolemnitate, requiſita à iure Canonico in alienatione rerum Eccleſiarum piorumque locorum, quia confraternitas non eſt pium collegium, ſed profanum & ſæculare, & non priuilegiatum, vnde poteſt de bonis ſuis diſponere, ſicut de ſæcularibus: Ita in ſpecie tenuit ac conſuluit Baldus *in dict. authent. hoc ius porrectum, n. 3. & in dict. l. id quod pauperibus, quæſt. 21. n. 34. C. de Epiſcopis & cleric.* Felin. *in c. de quarta, col. 1. n. 3. de præſcript.* Rebuff. *in compend. alien. rerum Eccleſiaſt. n. 56.* idem Felin. & Franc. Balbus, & eos referens Auiles *cap. 1. Prætor. in gl. ni confederacion. n. 10.* & Auend. *in cap. 4. n. 42. lib. 1.* Paul. Pariſ. *vbi ſuprà n. 19. & 25.* ſequitur alios allegans Ant. Gabr. *vbi ſuprà n. 12.* & iuxta hanc ſententiam ipſe quoque iam diu conſului, ac tenenda eſt, intellecta *vt infrà,* licèt contrarium cum Angel. teneat Fab de Monte *in tract. de emptione & venditione, n. 18. volum. 5. tract. diuerſ. Doct. fol. 474.*

Septimò, † quia Epiſcopus non poteſt ſe intromit- 17
tere ſuper bonis hoſpitalis pauperum infirmorum, nec ſuper redditibus ipſorum, nec etiam habet aliquid agere cum adminiſtratoribus & gubernatoribus dictorum locorum, adeo vt eos cogere non poſſit ad reddendam rationem, & ſi ageret contra illos, proceſſus eſſet nullus: ita Federic. de Senis *conſ. 130,* & Petruſ. de Peruſ. *in tract. de quarta canonica,* quos & alios referens idem probat latiſſimè Paul. Pariſ. *dict. conſ. 32. n. 30. & ſeq.* addens, quod dicti adminiſtratores poſſunt diſtribuere, provt ei videbitur, & quod cura Epiſcopalis dicitur eſſe remota à tali fraternitate laicorum & à miniſtris ipſius, & quod Epiſcopus non poterit prædictos adminiſtratores moleſtare neque ab eis tale regimen auferre nec nouos adminiſtratores ad gubernandum dictum locum & ipſius bona, & ad diſpenſanda legata relicta dict. fraternitati diſputare, nec habet ius viſitandi dict. locum, nec exigendi procurationem, nec etiamſi Epiſcopus eſſet dominus temporalis loci, in prædictis ſe poſſet intromittere, vt ibidem latè probat: & quod Epiſcopus non poſſit præd. loca viſitare, probat etiam Ant. Gabriel *vbi ſuprà n. 15.* vbi refert Pariſ. *vbi ſuprà* & Decius *conſ. 148.* adde etiam Troilum Maluetium *in tract. de oblat. 4. part. n. 14.* & Barbat. *in cap. de his, n. 6. de teſtament.*

Hoc tamen fundamentum non multum pro hac 18
parte aſtringit, quia Federic. de Senis *in dict. conſ. 130.* loquitur in hoſpitali, in quo non ſunt clerici, altare, nec campanile, nec Epiſcopus eſt in poſſeſſione exercendi communiter in eo iura Epiſcopalia, † ex quo præſumitur, locum eſſe profanum, aliàs enim, quando pia loca eſſent conſtructa auctoritate Epiſcopi, vel quando eſſemus in dubio & dicta loca haberent aliqua ſigna, per quæ oſtenderetur, eſſe ædificata auctoritate Epiſcopi, vt ſunt altare & campanile, & ſimilia Epiſcopus poſſet viſitare dicta loca ad effectum inquirendi & videndi, an ibidem fiat illud, propter quod locus ille conſtructus eſt, & exerceantur ea ſecundum voluntatem illorum, qui ea relinquerunt, vt in terminis probauit idem Federic. *conſil. 111. ſuprà* allegatus pro fundamento contrariæ partis: quod eſt verum &

& iure procedit text. *in authent. de Eccleſiaſt. tit. §. ſi quis ædificationem*, & Federicum in hoc ſequitur Abb. *in c.inter dilectos,in fin.de donat.* & alij plures quos congerit Pariſ. *vbi ſupr.n.8.43.& 46.* ſequitur etiam Anch. *in cap.1.de conſtit.lib.6. col.3. n.10. notabil.* & ibi Geminian. & Philippus Francus, Bald. *in leg. ſi quid ad declinandam,verſ.nec tamen eſt negandum,C.de Epiſcopis & Clericis*, Anton. Gabr. *vbi ſupra n.17.* & Ioan. Lupius Segouienſ. *in tractat.de tract. de libert.eccleſiaſt.q.16.num.9.* Altamiran. *in tract.de viſitatione,in verb. etiam teſtamentorum,n.19.& ſequen.fol.251.* & quid facere & prouidere debeat Epiſcopus in viſitatione hoſpitalis pauperum, latè Frias *in tract.de viſitatione,cap.19.*

19 Tum etiam, quia † hodie, attento decreto de reformatione ſacri Concil. Trid. *c.22. c.9.* indiſtinctè cauetur, quod adminiſtratores, tum eccleſiaſtici, quam laici, fabricæ cuiuſuis Eccleſiæ etiam cathedralis, hoſpitalis, confraternitatis, eleemoſynæ, montis pietatis & quorumcunque piorum locorum, ſingulis annis teneantur reddere rationem adminiſtrationis ordinario, conſuetudinibus & priuilegijs quibuſcunque in contrarium ſublatis: niſi ſecus forte in inſtitutione & ordinatione talis Eccleſiæ, ſeu fabricæ cautum eſſet: quod ſi ex conſuetudine aut priuilegio aut ex conſtitutione aliqua loci ad id deputatis ratio reddenda eſſet, tunc cum his adhiberi debet ordinarius: & aliter factæ liberationes dictis adminiſtratoribus minimè ſuffragentur. Ex quo probatur ſententia Federic. de Senis *d.conſ.111.& ſequacium*, & ceſſant euaſiones ſiue intellectus eidem ſententiæ Federici aſſignatæ per Paui. *vbi ſup.n.44.& ſeq.* ne obſit iis, quæ *ſuprà* in illo conſilio tradiderat, & verba illa Conc. Trid. *d.c.9. ſuprà* relata; *Niſi ſecus in inſtitutione,&c.* intelliguntur etiam habere locum in hoſpitali, quod cum tali conditione conſtitutum eſt, ſc. vt non teneantur adminiſtratores rationem ordinario reddere, vt cauetur in declaratione 159. Reuerend. Card. ad interpretationem dubiorum ſacri Concilij deputatorum, vt ex quodam Sumpto earum deduxi.

Hæc tamen procedunt quoad viſitationem & rationem reddendam ſingulis annis ordinario, quo reſpectu confraternitates & hoſpitalia piis locis æquiparantur à præd. Concilio, quod reliqua tamen, de quibus nos agimus, extra id, quod nominatim continetur in præfato decreto, Concilium nihil definiuit, & ſic remanet ſub diſpoſitione iuris communis, de quo nunc diſputauimus.

Et in terminis, quod præd. confraternitates non ſint pia loca nec pro talibus habeantur, ſed profana, notat Bald. *in l. illud, verſ. quid de eo, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* idem *in d.authen.hoc ius porrectum,d.n.3.* probat latè Pariſ. *d.conſil.54.n.9. & ſeq.* & ſequuntur alij plures relati per Anton. Gabr. *vbi ſup. n.1.* vbi quod nec etiam ſint loca religioſa, ſecundum Abb. & Felin. quos refert: quam ſententiam ipſe videtur tenere *n.7.* dicens quod videtur magis communis opinio; eandem, quod fraternitas laicorum non ſint priuilegiata, tenet Corneus *conſil.260 in fin.n.19.lib.1.& conſil.108.litera I.n.9.lib.3. & conſil.297.n.3.volum.4.* & alij relati à Tiraq *in præfatione,de priuil.cauſæ piæ, pag.4.* adde Auend. *2. part.cap.14. Prætor.num.32.* vbi idem tenet, quoties bona & fructus confraternitatis conſumerentur in conuiuiis vel in agitandis tauris, quem refert & ſequitur Altamira. *vbi ſu-*
* *prà n.81.fol.270.* eſt * magis communis & magis vera hæc ſecunda opinio negatiua *ſecund. deciſion. Peruſin. 90. num.9. 2. part.*

20 Et procedit † hæc ſententia, etiamſi in his locis & confraternitatib. ſit campanella & altare portatile, vbi celebrentur Miſſæ in diebus feſtiuis; Nam adhuc iſta non faciunt locum religioſum & ſacrum, ſed remanet priuatus & profanus, ſecundum Pariſ. *vbi ſupr.num.15.* plures ad hoc referentem: tenuit Cardinal. *conſil.13.* & Decius *conſil.148.* loquens in oratorio indotato & priuato, & à laicis gubernato & pro tali ab Epiſcopo viſitato, & ſic concludit, non eſſe locum pium, ſed priuatum. Quid tenendum in hoc articulo?

Reſoluo, conſiderando † aliquos caſus. Primus eſt 21
reſpectu ſingularum perſonarum confraternitatum, in quo dico, ipſas non ita eſſe adeo religioni addictas, vt ab ea non poſſint ad libitum recedere: ideo poſſunt renuntiare confratriæ, dum tamen nihil retineant de bonis illius, alioqui antequam renuntient, ea reddere debent, vt docet Iacob. Rebuff. *in l. nemo,col.vltim. C. de ſpectacul. lib.* 10. quem refert & ſequitur Petrus Rebuff. *vbi ſupr. n.12.* & ſunt mere & proprie ſæculares & laici, quandoquidem vxores ducunt & negotia exercent, quæ à religioſis & perſonis Eccleſiaſticis exerceri non poſſunt, ob idque nulla eſt Epiſcopi iuriſdictio, ſed iudicis tantum ſæcularis: ſicque intelligenda eſt ſententia Bart. *d. l. vlt. num.15. ff. de colleg. illic.* & ſequacium, quos *ſuprà* retulimus, & eiuſdem *in l. cum ſenatus, n.4. ff. de reb.dub.* quem refert & ſequitur Roch. de Curt. *de iurepatron. verb. ius, col.2. verſ. tertia, quæſt.* tradunt Doct. præcipue Florent. *n. 8. in cap.2. de foro competenti, qui hoc modo ſunt intelligendi.*

Secundus caſus eſt, quoad † bona, quæ illius vniuer- 22
ſitatis & confratriæ ſunt, & tunc ſi ea mente & animo illa ſunt vna ſimul congeſta, vt confratriæ deſeruiant, & poſſit illa confraternitas ad libitum de illis diſponere & tractare, illa non habentur vt bona loci religioſi, ſed profani, & ad libitum diſtrahi & redditus alienari poſſunt: & ſic intelligendus eſt Bald. *in d.auth. hoc ius porrectum,n.3.* & cæteri, qui eum ſequuntur *ſuprà* relati, tenentes, poſſe corpus confraternitatis alienare eius bona de eiſque diſponere, ſicut cætera collegia ſæcularia, quia hoc non eſt pium collegium, ſed profanum, nec reſtitutio in integrum tunc competit.

Tertius † caſus eſt, quando confraternitas vel locus 23
pius vel oratorium eſt extructum principaliter vt ſacrum ſit & Deo Optimo Maximo dicatum, & bona ſunt eo animo ſimul congeſta, vt ad opera oratorij neceſſaria, nempe pro Miſſis dicendis & cæteris illis concernentibus, & ad pauperes ſubleuandos perpetuo ſunt: & tunc bona illa, iſque locus, religioſa ac pia ſunt iudicanda, etiamſi Epiſcopi conſenſus non acceſſerit, ideoque ad libitum illa bona diſtrahi non poterunt, niſi accedente totius confraternitatis conſenſu ac auctoritate Epiſcopi in illis caſibus, in quibus bona aliorum locorum piorum & religioſorum diſtrahi conceditur: reſtitutioque hoc caſu prædictis locis competet in integrum, ſi lædantur: & iuxta hanc diſtinctionem intelligenda ſunt omnia *ſuprà* adducta pro vtraque ſententia: & in terminis prædictos caſus ita diſtinxit atque conſiderauit Menoch. *vbi ſupr.num.34.& ſeq.* & *
* ſequitur nouiſſimè dicens, æquiorem & veriorem eſſe hanc ſententiam contra plures, quos retulit *num. præcedenti*, Ludouic. Sfortia *in tract. de reſtit.3.part.q.3. art.6.n.46. cum ſequentibus*, & inquit Cæſar Lamber. *de iurepatron.art.10.primæ q.princ.primæ partis,lib.1.n.4.fol. 9.* quod quando præd. confraternitates laicorum non ſunt affixæ alicui Eccleſię, vt laici cenſentur; alias ſecus, quando ipſæ ſunt affixæ alicui Eccleſiæ, *vt ibi per eum.*

Quo fit, vt † in hoc tertio caſu, ſi de rebus ipſius 24
communitatis agatur vel de recipiendis vel excludendis confratribus controuerſia oriatur, coram iudice eccleſiaſtico, non vero laico pertractanda erit: & ita videmus hodie obſeruari ſecundum Cæſar. Lambert. *vbi ſuprà n.6.* quod tales confraternitates pro rebus communibus ipſius confraternitatis conueniuntur coram iudice eccleſiaſtico, quia fraternitas ipſa eſt annexa Eccleſiæ, & ideo non coram iudice ſæculari eſt conuenienda,



licet de aliis eorum rebus & delictis conueniantur coram iudice ſæculari.

25 Quinimo † idem exiſtimo in omnibus confraternitatibus piis ab ordinario eccleſiaſtico approbatis, ex eius namque approbatione iam pietas cauſæ clarius eluceſcit, præcipue, quia nunquam ad ordinarium huiuſmodi pro confirmatione confraternitatis, eiuſque conſtitutionibus occurritur, niſi cum ad pietatem principaliter inducuntur, nempe pro Miſſis dicendis & defunctorum corporibus ſepeliendis, &c. ex quo locus religioſus efficitur, *vt in tit.ff. de relig. & ſumpt. fun.* & intentio fundatorum manifeſta colligitur, volentium principaliter ad cultum diuinum ea inducere.

26 Quartum † caſum ipſe conſidero reſpectu viſitandi ac inquirendi, an bona prædictar. confraternitatum expendantur in eum vſum, in quem relicta ſunt, & iuxta voluntatem eorum, qui ea reliquerunt, & reſpectu etiam rationes accipiendi: & tunc quando ſunt fundatæ vel approbatæ per ordinarium, vel in dubio, ſi in eis adſint campanella & altare, in quo ſoleat celebrari, aliave ſigna ſacrum indicantia, hæc omnia facere poterit Epiſcopus, iuxta Doctrinam Federic. de Senis *d.conſ.111.* & ſequacium *ſuprà* relatorum, alias ſecus: hodie indiſtinctè in vtroque caſu rationes ſunt reddendæ Epiſcopo ſingulis annis, *vt in dict. decreto ſacri Concil. Trident.* & iuxta illius contexturam & formam: Quare cum
27 Epiſcopus † hoc ius habeat à Concilio, vt ſibi rationes reddendæ ſint ſingulis annis, *vt in d.decreto ſacri Concilij*, liquet ipſum poſſe reformare, quæ non iuxta voluntatem teſtatoris ſiue fundatorum atque ipſorum piorum locorum conſtitutiones approbatas geri perſpexerit, ex præd. rationibus, atque in priſtinum & debitum ſtatum reducere, præcepta ſalubria faciendo, vt ea in poſterum obſeruentur, dummodo non excedat nec reſiliat à fundatorum voluntatibus & poteſtate ſibi ad hoc conceſſa expreſſe & tacite per conſequentiam à ſancto Concilio Trident. Poterit præterea & debebit male conſumpta non admittere, ad hunc enim effectum ſibi rationes reddendæ ſunt, vt praua reformet & dilapſa reſtauret atque omnia ad rectæ rationis modum reducat, alias enim ſi hoc facere non poſſet, verbalis, non fructuoſa atque inutilis eſſet rationum redditio eidem facienda, potius quam realis, nec eiſdem locis piis vtilis, contra mentem Concil. ſanctiſſimam, quæ ea eſt, vt piæ fundatorum voluntates ad vnguem obſeruentur atque ab eis relicta in eum vſum omnino expendantur, ad quem legata ſeu præſtita vel donata fuerunt: Vt igitur hæc iſta adimpleatur, præcipit præd. Concilium (vt conijcio) vt rationes præd. ſingulis annis Epiſcopo reddantur, vt videat ac intelligat, an quid contra fiat, & quod fundatorum voluntates præterierit, à debita ratione deuiauerit, tollat & diſſipet & ad eas reducat: Poterit igitur male conſumpta non admittere, abuſus & prauas conſuetudines è medio ſufferre, & quæ puriori voluntatis fundatoris executioni conueniant, præcepta facere, vt in poſterum omnia rectius gerantur.

28 Ex † quibus idem forſan teneri poſſet in depoſitis publicis frumenti, nempe *Albondigas*, quæ in Rebus publicis recte conſtitutis pro pauperum alimonia relicta à teſtatoribus vel alias fundata ſunt, vt rationes eorundem expoſcere poſſit Epiſcopus, atque eiſdem præſtandæ ſint, vel ſaltem, quæ fuerint acceptæ à publicis adminiſtratoribus reuidere & inquirere, an recte redditæ ſint, atque iuxta fundationum conſtitutiones expenſum & diſtributum, vt ſi hoc ita bene factum ei conſtiterit, approbet, ſint vero aliquid ſecus actum repererit, reformet ac omnino curet & præcipiat, vt omnia in poſterum iuxta conſtitutiones & ſtatuta depoſitorum huiuſmodi obſeruentur. Quæ illatio ſane probari poteſt ex eo, quod hæc depoſita publica pro ſuſtentatione pauperum, communiſque reipublicæ, in qua maior pauperum pars, vt plurimum exſiſtit, inducta atque fundata ſunt, ſicque cauſæ pia iudicantur, vt colligitur ex Bald. *in d. l.1. id quod pauperibus, qu.21. C. de Epiſc. & cleric. & ex aliis plurimis auctoribus*: quare verum meo iudicio ac tenendum videtur, quod modo prædiximus.

Hoſpitalia † an dicantur loca pia (vltra ſupradicta) 29
videndus eſt in ſpecie latiſſime id differens Ant. Gabr. *vbi ſuprà, concluſion.2. per totum*, vbi diſtinguit, an hoſpitale ſit auctoritate ſuperioris erectum, vel id præſumatur, prout præſumitur, quando in eis eſt campana, & publice celebrantur diuina, & tunc dicantur pia loca & gaudeant priuilegiis Eccleſiarum, & requirantur tunc in alienatione bonorum eorundem ſolemnitates alias requiſitæ in alienatione rei Eccleſiæ, ac proinde reſtituantur in integrum ſi lædantur: alias ſecus. * Intellige, niſi in caſu *ſuprà num.23.* poſito * iux- *
ta quam diſtinctionem intelligendus eſt Euerard. *in cent.legal.loco 30. ab Eccleſia ad pia loca*, partem affirmatiuam in his hoſpitalibus ſimpliciter tenens. Rationes tamen bonorum dictorum hoſpitalium, ſicut & confraternitatum & quorumcunque piorum locorum indiſtinctè ſingulis annis Epiſcopo reddendæ ſunt, iuxta formam decreti Concilij Trident. ſupracitati, quod in eiiſdem eorumque adminiſtratoribus itidem loquitur. Quare quæ *num.27. ſuprà*, diximus reſpectu redditionis rationum bonorum confraternitatum circa interpretationem d. decreti Concilij Trident. hic erunt in memoriam reducenda ac dicenda.

De † iure patronatus his confraternitatibus, vel 30
locis piis aut hoſpitalibus competente, an earum perſonæ illud exercentes dicantur patroni eccleſiaſtici vel laici videndus eſt id agens Cæſar. Lambert. *vbi ſuprà, num.4. & ſeq. vſque in fin.*

## SVMMARIVM.

1 *Succeſſor debet fauorabiliter proſequi, quos nouit ſuo prædeceſſori fideliter paruiſſe.*
2 *Eccleſia in contractibus ſuis nullam debet fraudem adhibere.*
*Precarium morte concedentis non finitur.*
3 *Reges, Duces, Marchiones & ſimiles, qui habent dignitatem per non electionem ſed per ſucceſſionem, tenentur ſeruare omnem contractum & conuentionem, ſicut quilibet ſucceſſor priuati.*
6 *Succeſſor prælati vel rectoris, non tenetur ſtare locationi prædeceſſoris, imo ipſius morte ipſo iure exſtinguitur locatio, etiamſi prælatus vel rector nomine Eccleſiæ fructus vel redditus ad ſe tantum ſpectantes locauerit.*
7 *Succeſſor rectoris, qui beneficio renuntiauit ante finitam locationem, non tenetur eidem ſtare. Idem eſt in canone optante alteram præbendam ex vi ſtatuti vel priuilegij.*
8 *Succeſſor maioratus non tenetur ſtare locationi prædeceſſoris, ſed poterit denuo locare.*
9 *Hæres vſufructuarij locantis fundum in quinquennium, & ante decedentis, non tenetur vti frui, præſtare, nec ſumptus, quos fecit conductor in fundo tanquam quinquennio fruiturus.*
10 *Si filius primogenitus conſenſit locationi à patre factæ de rebus maioratus, tenebitur poſtea in eo ſuccedens eidem locationi ſtare.*
11 *Succeſſor primus maioratus tenebitur ſtare locationi à fundatore ipſius factæ ac eius debita pro rata perſoluere.*
12 *Conductor non tenebitur ſimiliter locationi prælati, tutoris vel maioratus poſſeſſoris ſtare, quinimmo poterit,*

*terit, locatore mortuo, ab ea libere reſidere.*
13 *Succeſſor beneficij vel maioratus, recipiens penſionem
vnius anni, non cenſetur pro cæteris nondum decur-
ſis contractum approbare: idem erit in ipſo condu-
ctore è conuerſo, vt in n.14.*
15 *Sed an hoc procedat, ſi fructus omnium annorum poſt
mortem locatoris decurrentium non ſint pares?*
16 *Hæredes vel fideiuſſores prælati, rectoris vel alterius
beneficiati, vel etiam poſſeſſoris maioratus, qui lo-
cauerat ad certum tempus, ante id impletum dece-
dentis, an teneantur de euictione? & n. ſeq. vbi &
in n.17. & 18. l.9. tit. 17. part. 1. expenditur &
n.24. quid in optante alteram præbendam: & n.25.
in reſignante beneficium ante tempus locationis ex-
pletum, & etiam n.28.*
21 *Hæres vniuerſalis non admittitur contra factum defun-
cti, quando ille actus fuit validus & efficax, ſecus
ſi nullus.*
26 *Emptor licet non teneatur ſtare colono, venditor tamen
tenetur eidem reddere partem penſionis, quam acce-
perat pro tempore reſiduo locationis non impleto, &
ad intereſſe præterea eidem tenetur.*
29 *Cautela neceſſaria erit pro clericis locantibus, vt exci-
piant caſum, quo deſinant beneficia poſſidere, vt in eo
de euictione nec ad vllum intereſſe teneantur.*
30 *Succeſſor maioratus, etiamſi ſit hæres einſdem, non te-
netur ſtare locationi, iuxta veriorem opinionem.*

## CAPVT XXXVI.

### *An ſucceſſor prælati, alteriuſue beneficiati vel maioratus, teneatur ſtare locationi prædeceſſoris, nomine proprio & in ſuis vtilitatem facta?*

QVæſtio hæc, quamuis indubia pluribus videri poſ-
ſit, exiſtimantibus, omnino extingui locationem
per mortem prælati, alteriuſve beneficiati vel maiora-
tus poſſeſſoris locantium: aliis tamen adhuc forſan con-
trarium videbitur, præmaximè, ſi prælatus vel poſſeſ-
ſor maioratus pro ſe & ſucceſſoribus ſuis locationem
1 fecerit: quia † ſucceſſor debet fauorabiliter proſequi,
quos nouit ſuo prædeceſſori fideliter paruiſſe, *vt in c.
hoc huius placiti, 12. q. 2. cap. literis, de reſcript. c. final. de
2 pact. in 6.* Eccleſia enim in contractibus ſuis † nullam
debet fraudem adhibere, *cap. per tuas, de donat.* nec pre-
carium morte concedentis finitur, nec ante tempus con-
ſtitutum, etſi ſit factum de poſſeſſionibus & rebus Ec-
cleſiarum, reuocatur, *c. final. de precar.* quare honeſtum
& decens eſt, ſi tempus locationis non ſit finitum, (vt in
præſenti quæſtione præſupponimus) vt ſucceſſor loca-
tionem factam obſeruaret ac finem termini expectet.
3 Quare inquit Iaſon. *in l. 1. num. 14. ff. de conſtit. Princip.*
Quod Reges, Duces, Marchiones & ſimiles, qui ha-
bent dignitatem, non per electionem, ſed prætextu ſuc-
ceſſionis, tenentur ſeruare omnem contractum & om-
nem conuentionem, ſicut quilibet ſucceſſor præfati,
per regulam *l. cum à matre, C. de rei vendic.*
4 Nihilominus † contrarium de iure veriſſimum eſt
ac tenendum, nempe, quod ſi prælatus vel rector ad
tempus iure permiſſum res locauerit, nomine tamen
proprio & ad propriam vtilitatem, ſucceſſor non te-
neatur ſtare huiuſmodi locationi, imò ipſo iure morte
locantis extinguatur, quia vltra vitam ſuam non potuit
ſucceſſorem obligare, per text. *in c. fin. ne prælat. vices
ſuas facit cap. ſi de præſcript. in 6. & c. ſignificauit, de cen-
ſib. gloſſ. communiter approbata in dict. cap. fin. ne prælat.
vic. ſuas,* & hoc communiter tenetur ſecundum Abb. *in
quæſt. ſuo. 3. n. 19. in ſolutione 5. dubij,* ſequitur Paul. Caſtr.
*conſ. 2. lib. 1. n. 3. & 5.* vbi latè fundat, quod locatio in
hac ſpecie extincta eſt ipſo iure abſque declaratione
ſucceſſoris ex defectu poteſtatis locantis, quia non po-
tuit locare ad maius tempus, quam ipſe eſſet vſurus, &
finito iure locatoris, finitur ius conductoris, quem in
hoc refert & ſequitur Gregor. Lopez *in l. 2. tit. 8. part. 5.
in gl. El heredero,* & hanc partem tenuit maior pars do-
minorum de Rota *dec. 1. de locat. & conduct. alias 232. in
nouis:* eſt communis, vt plures allegans teſtatur D. Cou.
eam ſequutus *lib. 2. variar. reſolut. cap. 15. n. 6.* Socin. *conſ.
34. lib. 3.* & alij, quos refert Petr. Duen. *in regul. 240. am-
pliation. 3.* & poſt eum Mench. *lib. 5. controuerſ. vſufre-
quent. cap. 53. n. 7.* Quare merito inquit Abb. *in cap. 1.
num. 9. de decim.* non licere canonico ſuam præbendam
obligare vltra tempus vitæ ſuæ: idem tenet Roman.
*in l. ſi filio, §. ſi vir in quenquennium, n. 22. ff. ſolut. matrim.*
& Anton. de Padill. *in l. vnum ex familia, §. ſi de Falcidia,
n. 12. ff. de legat. 2.* inferens ex hoc, non tranſire locatio-
nis obligationem hoc caſu in hæredem, quamuis regu-
lariter ſit contrarium; *vt l. ſed addes, §. penult. verſic. hæ-
redem, ff. locat. §. final. inſtit. de locat. & conduct.* D. Molin.
*de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 21. n. 2.* regulare enim eſt, vt
reſoluto iure dantis, reſoluatur etiam ius accipientis,
*vt in l. lex vectigali, cum ſimil. ff. de pignor.* & vltra eos,
eandem ſupradictam communem ſententiam latiſſime
probat & ſequitur Petrus Anchar. *conſil. 216. per totum,*
præcipue *num. 2. & ſeq.* vbi ampliat, etiamſi in locatio-
ne interuenerit auctoritas Epiſcopi ex vi conſtitutio-
nis ſynodalis: & ſupradicta communis ſententia rece-
ptiſſima eſt ab omnibus, & lege Regia expreſſe proba-
ta, nempe *l. 9. tit. 17. part. 1.* in illis verbis: *E ſi algun cle-
rigo arrendaſſe los furos de ſus beneficios por cierto tiempo,
e ſe murieſſe ante de aquel plazo, el arrendador no puede
auer aquellas rentas por mas tiempo, de quanto las auia de
auer el clerigo, cuyos eran los beneficios: nin puede deman-
dar que lo de la Ygleſia las deſpenſas que auia fecho por
razon de aquel arrendamiento, ni aun los marauedis que
ou ieſſe dado de mas.* Quinimo † ſecundum Cou. *vbi ſupr.* 5
*in fin.* licet prælatus vel rector nomine Eccleſiæ ſuæ
fructus ac redditus ad ſe tantum ſpectantes ratione di-
gnitatis vel beneficij non vero ad Eccleſiam, locauerit,
adhuc idem erit; Quandoquidem reuera non fructus
Eccleſiæ, ſed ſuos locauerit, nec ad vtilitatem Eccleſiæ,
ſed ſuam propriam id fecerit: Adiectio igitur illa, quod
nomine Eccleſiæ id facit, cum ſit verbalis tantum, nec
alterat naturã nec qualitatẽ contractus, cum † de veri- 6
tate conſtet: idemq; erit, vbi rector Eccleſiæ, qui locauit
fructus ſuos beneficio renuntiauit ante finitã locatio-
nẽ nam eius ſucceſſor non tenebitur ſtare locationi: Ita
Paul. de Caſtr. *conſ. 4. lib. 1.* cuius in hoc ſententiam
probauit Cou. *vbi ſupr. d. n. 6. verſ. idem erit,* eſtque veriſ-
ſimum. Quinimo † idem erit in canonico optante alte- 7
ram præbendam ex vi conſuetudinis, ſtatuti & priuile-
gij, vt tenet Anch. *vbi ſupr.* qui in his terminis loquitur.
Idem eſt in maioratus ſucceſſore, vt quamuis poſ-
ſeſſor maioratus poſſit proculdubio rem maioratus ad
modicum tempus locare, cum hæc locatio nullam alie-
nationis ſpeciem † contineat, vt omnes probant: ſuc- 8
ceſſor tamen ipſius ſtare locationi non tenetur, ſed po-
terit rem maioratus denuo locare, quia cum maioratus
poſſeſſor non habeat dominium perpetuum, ſed tem-
porale, non poterit locare libere, ſed cum ſua qualitate
temporali, vt dicit Bald. *in l. fin. §. ſed quia, n. 7. C. comm.
de legat.* quod in fideicommiſſario † probatur *ex l. peto,* 9
*§. prædium, ff. de legat. 2.* & in fructuario *ex leg. ſi quis do-
mum, §. 1. ff. locat.* his verbis: *Si fructuarius locauerit fun-
dum in quinquennium & deceſſerit, hæredem eius non tene-
ri, vt frui præſtet, non magis quam inſula exuſta, teneretur
locator conductori: Imo nec ſumptus, quos fecit in fundum,
tanquam quinquennio fruiturus, non recipit, quia hoc eueni-
re poſſe proſpicere debuit:* Ex quo text. in maioratus ſuc-
ceſſore



ceſſore probat D. Anton. Gomez *in l. 40. Taur. n. 84.
verſ. iuxta quod tamen:* & latius idem probat Greg.
Lopez *in d. l. 2. tit. 18. par 5. in gl. El heredero.* & Arias
Pinel. *in l. 1. C. de bon. mat. 3. part. n. 71.* & D. Ant. de Pa-
dill. *vbi ſup. n. 12.* & eſt communis & vera reſolutio, à
qua nemo vnquam diſcrepauit, vt cum prædictis affir-
mat D. Mol. *vbi ſuprà, n. 3.* & ſequitur Pelaez *de maio-
rat. 4. part. q. 25. n. 2. & ſeq.* vbi in idem citat Menchac.
*vbi ſupr.* ex quibus ſtare non poſſe exiſtimo quod Iaſ.
*vbi ſup.* in contrarium cenſuit. Nec obſtat *d. l. cum à
matre, ab eo allegata,* quoniam loquitur locumque ha-
bet in ſucceſſore vniuerſali, & ſic in hærede, de quo
poſtea modo agemus, an in ſpecie noſtra teneatur con-
ductori ad intereſſe.
10 Supradicta † tamen communis ſententia limitari
primo debet, ſi filius primogenitus conſenſum ſuum
præſtaret huiuſmodi locationi, quia ex iure ſuperue-
niente tenebitur, mortuo parente, locationi ſtare, *arg.
l. cum vir, ff. de vſucap.* hocque eſſet vtile remedium ac
conſilium conductori, vt tenet D. Ant. de Padill. *vbi
ſup. n. 13.* & D. Mol. *n. 5.*
11 Secundo † limitat dictam communem ſententiam
Pelaez *vbi ſuprà, n. 7.* in ſucceſſore primo maioratus,
quoties proximus anteceſſor illius, qui maioratum fe-
cit, locauerat bona maioratus, hic namq; ſucceſſor te-
nebitur eidem locationi ſtare, ex rationibus, de quibus
ibi per eum: Cui addo aliam, nempe, quod huiuſmodi
primus ſucceſſor maioratus teneatur ad debita funda-
toris maioratus pro rata, vt reſoluimus *in lib. 2. practi-
carum quæſt. q. 84. n. 2.* Eadem igitur ratione tenebitur
ſtare locationi ſui fundatoris: Quod tamen intelli-
gendum cenſeo, quoties prius quam fieret maioratus
irreuocabilis, locatio præceſſerat, ſecus ſi maioratum
irreuocabilem ſubſequatur, niſi maioratus conſtitutio
præcedens fuiſſet irreuocabilis; & cum hoc tempe-
ramento veram eſſe exiſtimo præfatam ſecundam li-
mitationem.
12 Obſeruandum † tamen eſt, quod ſicut ſucceſſor præ-
lati, rectoris, alteriuſue beneficiati vel maioratus, non
tenetur ſtare locationi à prædeceſſore factæ, etſi con-
ductori illi velit ſtare: Ita † nec etiam ipſe conductor
tenebitur eidem ſtare? Quinimo poterit ab ea libere, ſi
placuerit, reſilire, inuito etiam ſucceſſore, vt æqualitas
inter partes ſeruetur & ne cõtractus claudicare videa-
tur, *arg. l. Iulianus, §. ſi à pupillo. ff. de action. empt.* ita in
prælato ſeu beneficiato tenuit Abb. *vbi ſupr. in d. 3. q.
n. 16.* vbi quod etiamſi vellet ſucceſſor, non poteſt con-
ductore contradicente ratificare: Quem ſequitur alios
allegans D. Cou. *vbi ſup.* & in maioratus ſucceſſore lo-
quens idem probauit D. Ant. de Padill. *vbi ſup. d. n. 13.*
& in vtroque idem ſequitur D. Mol. *vbi ſup. n. 4.* eſtque
veriſſimum meo iudicio.
13 Dubitari † tamen ſolet, *Quid ſi ſucceſſor in beneficio
vel maioratu poſt mortem vltimi poſſeſſoris, qui rem loca-
uit, pretium locationis præteritæ recipiat, an cenſeatur eo
ipſo contractũ à prædeceſſore factum, ratum habere & ap-
probare, ita vt aduerſus eum venire poſtea non poſſit?*
quod videtur ex his, quæ late tradit Bald. *conſ. 184. l. 2.
per l. ſi præteritus, ff. de bonor. poſſeſ. cõtrat ab. & in l. ſi pro-
ponas §. 1. ff. de inoff. teſtam.* & plura adducit in propoſi-
to Dec. *in l. ſemper qui non prohibet, n. 9. ff. de regul. iur.*
Nihilominus tamẽ contrarium verius eſt & tenendũ,
imo quod in hac ſpecie ſucceſſor tantum videatur ha-
bere ratum contractum pro eo anno vel annis, pro
quibus penſionem locationis recipit, non pro ſequen-
tibus, etſi per plures alios annos contractus locationis
à prædeceſſore factus fuerit, ſi pretiũ ipſum in ſingu-
los annos diſtinctum ſit: Ita cenſuerunt domini de
Rota in prælato ſucceſſore alterius, qui certa bo-
na dignitatis ſuæ locauerat ad decem annos, & duo-
rum, quibus vixit, exegerat penſionem locationis,
& aliorum duorum recepit ſucceſſor, *in deciſion. 2. de
locat. & conduct. olim. 133. in nouis,* ſequitur Bellamera
*deciſ. 748.* Anania *in cap. querelam, n. 15. ne prælat. vices
ſuas,* & in vtroque ſucceſſore tam beneficij, quam ma-
ioratus, idem probauit Dn. Mol. *vbi ſup. n. 7.*
Quare idem cenſendum † eſſe exiſtimo in ipſo con- 14
ductore, vt quamuis vno vel duobus annis poſt mor-
tem locantis ſteterit locationi atque penſionem ſuc-
ceſſori perſoluerit, non videtur ex hoc pro reliquis
annis locationis contractum approbare, quin poſſit
pro futuris annis eidem contradicere atque non ſtare
ratione eiuſdem æqualitatis ſeruandæ, *de qua ſupra:*
Nec enim inter hunc caſum & illum congrua ratio
differentiæ poſſe aſſignari videtur.
Limitanda † forſan quibuſdam videbitur proxime
dicta ſententia *n. 13. & 14.* eo caſu, quo fructus bene- 15
ficij vel maioratus pinguiores aut exiguiores ſperentur
eſſe, vel forte fuerint vltimorum annorum, pro
quibus locationi non ſtatur, quam præcedentium,
quibus ſtatum fuit locationi: contendente in primo
caſu conductore ſibi non eſſe auferendos, quando-
quidem ſoluit penſionem præcedentium annorum,
quibus minores fructus collecti fuerunt, cum crede-
ret, ſucceſſorem ſtatutum reliquis annis locationi vſ-
que in finem temporis contractus. Et in ſecundo ca-
ſu, contendente ſucceſſore per contrarium, locatio-
nem duraturam item toto tempore contractus, quia
ſi recepit penſionem præcedentibus annis, quibus
ampliores fructus fuerunt id, fecit, credens etiam pro
reliquis annis locationi eidem ſtandum eſſe; aut forte
alij dicent in his duabus ſpeciebus, quod penſio ſo-
luta in priori moderetur, ad iuſtumque valorem fru-
ctuum præcedentium reducatur, reſiduum vero reſti-
tuatur conductori: in ſecunda vero maior penſio per-
ſoluatur ſucceſſori pro modo fructuum perceptorum.
Sed ad hoc, ratione litium ſufferendarum, verius eſſe
credo, vt in caſibus ſupradictis partes ſuper huiuſmo-
di querelis minime audiantur, ea potiſſimum ratione,
quod ipſæ poſſent à principio, ſtatim poſt mortem lo-
catoris, hoc ſibi præcauere ac ſuper huiuſmodi con-
trouerſiis, quæ contingere poterant, dimicare eaſque
inter ſe componere, promittendo ſtare locationi per
totum eius tempus, vel alio modo ſe componendo:
cum igitur hoc non fecerint, ſibi imputandum eſt, ac
per conſequens ſeruandum, quod prædiximus *dictis
numeris 13. & 14.*
Controuerti † autem ſolet; *An hæredes prælati, recto-* 16
*ris vel alterius beneficiati, an poſſeſſoris maioratus, qui lo-
cationem fecit, decedentis, ante impletum tempus locatio-
nis, teneantur de euictione locationis?* Et hæredes ac fide-
iuſſores clerici ad hoc teneri, probat expreſſe *d. l. 9.
tit. 17. part. 1.* in illis verbis: *Mas el arrendador puede
demandar à los herederos, y a ſus fiadores del clerigo, que
le den aquello que auia de auer, demas, e las deſpenſas que
auia fecho, por razon de aquel arrendamiento ſi el clerigo
auia otras riquezas de que ſe pudieſſen pagar, que no fueſ-
ſen de la Ygleſia:* per quam Lita tenet D. Ant. de Padilla
*vbi ſupr. num. 12.* vbi ex hoc idem probat in ſucceſſore
maioratus, vt teneatur ſtare locationi, ſi alia bona ha-
buiſſet à defuncto; Hæc namque maxime ſi eſſent hy-
pothecæ ſubiecta pro ſecuritate contractus, obligatũ
reddunt ipſum ſucceſſorem, *argum. text. in l. cum à ma-
tre, C. de reiuendic. & in l. ex qua perſona, ff. de regul. iu-
ris:* quam ſententiam in eiſdem terminis ſucceſſoris
maioratus, hæredis ſimul prædeceſſoris, vt teneatur
ſtare locationi, tenet atque probat Pelaez *vbi ſup. n. 5.*
idem voluit Anton. Gom. *vbi ſup.* dum reſoluit, quod
ſucceſſor maioratus non teneatur ſtare locationis con-
tractui, ſi non eſſet ſucceſſor eius vniuerſalis.

17 In contrarium † tamen viget:Nam locatio hæc facta à prælato vel rectore, alioue beneficiato,intelligitur ſub ea códitione, *ſi ipſe prælatus vel beneficiatus vixerit*,& vt effectum habeat,dum ipſe prælatus ius habuerit percipiendi redditus illos, vt dictat materia ſubiecta:Non igitur hæredes ipſius tenebútur de euictione ,cum contractus locationis morte locantis hoc caſu ipſo iure abſq;declaratione ſucceſſoris exſtinguatur ,ac ſit reſolutus,vt *ſuprà* probauimus,& in terminis,de quibus agimus,ita voluit Anchar. *vbi ſup. n.6. vel ex prædictis* ,in fortioribus terminis,nempe in Canonico optante alteram præbendam,dicens , quod licet ſucceſſor non teneatur ſtare præd locationi,canonicus tamen optans,qui locauerat,remanet conductoribus obligatus,niſi ſe defendere valeat ratione nullitatis cótractus,vel ratione reſolutionis iuris ſui,in rebus locatis ab obligatione intereſſe vltra mercedem & affictus,quæ percepit;Ab iſta enim mercede,quod reſtituat conductoribus pro tempore , quo non poſſunt frui facto ſuo ,proculdubio obligatus eſt:Ecce igitur, quomodo expreſſe ſentit ac tenet,canonicum locatorem,alteram præbendam optando , licet facto ſuo deſinat , priorem poſſe liberari ab obligatione ſoluendi intereſſe conductoribus ratione nullitatis contractus & reſolutionis ſui iuris , quamuis facto ſuo proprio id contingat:à fortiori igitur idē erit, quando morte locantis exſtinguitur locatio ,vt in ſpecie noſtra.Secun-
18 do facit , quia † locatio prædicta ex natura rei finita fuit morte locantis ,non aliter quā ſi res locata periiſſet,vt inquit alias Iuriconſultus *in d. l. ſi quis domum*, §.1 *ff locat.* vbi omnes ſcribētes id notant:Ergo hæredes locantis de euictione non tenebuntur : Cogitare enim debuit conductor euenire poſſe , vt ante finitam locationē ,locans poſſet mori,cuius morte contractus reſolueretur,vt *in d.* §.1.ex quo text. hanc opinionē in hæredibus poſſeſſoris maioratus locantis , quod non teneantur de euictione , nuncupatim probauit ac tenuit D.Mol. *vbi ſup.n.8.& 9.*vbi *num.ſeq.* id dupliciter limitat. Primo,niſi maioratus poſſeſſor bona maioratus tanquam bona libera locauerit Secundo , quando ſimpliciter locauerit,non exprimens ea bona eſſe libera vel maioratui ſubiecta.Idemque eadem ratione re-
19 ſponderi † poterit in prælato vel beneficio eiſdem modis bona ſuæ dignitatis vel beneficij locante ,vt in præd.caſibus hæredes ipſius de euictione quoque te-
20 neantur.Tertio ipſe † limito,quoties conductor ei vel fructuum dignitatis ,præbendæ vel beneficij,aut maioratus , pro ſecuritate vitæ locantis & valore totius tēporis contractus locationis ſibi præcaueret obligatione & hypotheca expreſſa,ſpeciali vel generali bonorū locantis ,vel fideiuſſoribus præſtitit pro ſolutionibus anticipatis , aut pro intereſſe locationis totius tēporis conuenti:Tunc enim cōuentio ſeruanda eſſet, quia contractus ex conuentione partium legem accipiūt,vt *in l.1.§.ſi cōueniat.ff.depoſit.& in l.ſemper in ſtipulationib.ff.de reg.iur.cum ſimil.*Tum etiā,quia venditio rei alienæ in eū ſenſū valet,vt ſi euincatur emptori ignoranti,venditor teneatur eidem ad intereſſe,vt *in l. rē alienā ff. de contrahend.empt.& in l.19 tit.5.part.5.*de quo per Matth. de Afflict.*deciſ.* 169.& Methyn. *in ſuo C.de reſtit.q.37 per totā* Rolād.à Valle *conſ.60.n.5.& 6. & ſequen.l.1.*Præterea,licet vēdens rem alienam ſcienti non teneatur de euictione,ſi tamen eam promittat, tenebitur quidē ad intereſſe.vt *in l.ſi fundū,C.de euict. & ibi gl.ordin.*& communiter DD.*l.19.tit.5.part.5.*tradit late Ant.Gom.2.*tomo variar. reſol. c. de emptio. & vendit.n.*42 Roland.à Valle *conſ.67.per totum,l.*4.Ergo ita & eodem modo dicendū eſt in caſu huius 3.limitationis,vt ſi clericus vel poſſeſſor maioratus locās rem beneficij vel maioratus ad certum modicum tempus promittat euictionem,& ſe ſuaq;bona obliget , vel fideiuſſores præſtet pro ſecuritate ſuæ vitæ ac totius tēporis locationis & intereſſe,ipſius hæredes ac bona eius ad id teneantur per ſupradicta. Regulariter vero extra hos caſus minime,nec hypotheca vel obligatio generalis,vel † ſpecialis bonorum vel fideiuſſores præſtiti ſimpliciter pro ſecuritate locationis ,nec promiſſio ,quod ipſe nec alij eidem contrauenient ſub pœna ſolutionis intereſſe , aliquid in propoſito operari videtur;Omnia enim hæc ſunt acceſſoria cōtractus,quo reſoluto & exſtincto ex natura ipſius,per conſequens & acceſſoria prædicta ad nihilum rediguntur ; Quia cum principale non ſubſiſtit,plerumque nec ea , quæ ſequuntur,locum habent , vt *in regul iuris vulgar.* ad corruptionem enim principalis ſequitur corruptio acceſſorij,vt *in l.ſi homo mortuus ff. de verb. obligat.* & in terminis ſenſit Anchar.*vbi ſup,n.6.*hæc namque adiecta acceſſoria intelliguntur locum habere durante vita ipſius locationis,at ipſa finita ,finiuntur & reliqua. Non obſtat etiam regul. illa iuris pro contraria parte adducta,nempe ; Quod hæres vniuerſalis non admittitur contra factum † defuncti,vt *in dict l.cum a matre* 21
*C.de rei vendicat. & in l.ex qua perſona , ff. de reg. iur.* quoniam illa procedit in actu valido & efficaci ,ſecus ſi eſſet nullus : Nam ſicut faciens contra eum venire poſſet,ita etiam & ipſius hæres admittendus eſſet , vt ſentiunt gloſſ.Bald.& alij *dict.l.cum à matre , per text. in leg.quemadmodum,C.de agric.& cenſit.l.*11.& tenet plures allegans Arias Pinellus *in l.1.C.de bonis maternis in 3.part.n.83.limitation.* 10. at in propoſito , licet locatio ſupradicta facta ad modicum tempus valida ſit,durante vita prælati,clerici vel poſſeſſoris maioratus,eo tamen mortuo , ſtatim finitur , exſtinguitur atque annullatur ipſo iure in poſterum , vt *ſuprà* reſoluimus : Ergo quamuis locans pro tempore contractus currente in vita ſua contrauenire non poſſit eidem, pro tempore tamen reliquo poſt mortem ipſius ,cum ſtatim exſtinguatur & annulletur locatio ,poterunt ei contrauenire hæredes , iure permittente , ac proinde ad nullam tenebuntur euictionem.

Quid tenendum in articulo † valde difficili?Et qui- 23
dem in pūcto iuris & rationis viuæ & efficacis exiſtimo verius eſſe , hæredes vniuerſales nec fideiuſſores prælati,rectoris,alteriuſue beneficiati prædefūcti teneri de euictione prædictæ locationis in futurum,nec ad aliquod intereſſe conductoribus ſoluendū;Quia † ex 24
natura rei morte locātis finita & exſtincta fuit locatio ipſo iure per ſupradicta. Quinimo idem exiſtimo eſſe in ipſomet clerico optante alteram præbendam & dimittente quam locauit:Is enim quamuis facto ſuo videatur priorem dimittere atque in cauſa eſſe , vt contractus non adimpleatur in totum;Nihilominus ,quia tempore locationis ſibi competebat illud ius optandi ad præbendam vacaturam ,& conductor id ſciens potuit de eo cogitare ac ſibi in eum caſum præcauere,& non præcauit,ſibi imputare debet,*arg.l.ſi quis domum, §.1.ff locat.*Cautus igitur erit,ſi in eum caſum ſibi prouiderit conductor.Secus † tamen erit in prælato pro- 25
moto ad aliū Epiſcopatum ,quia is ſibi volenti & acceptāti ex gratia potius ,quam ex iure conceditur:vel in alio clerico libere renuntiante aut dimittente ſuum beneficiū aut præbēdam ſimpliciter,aut ex cauſa reſignationis vel permutationis;Cum enim hoc caſu ſuo proprio facto & voluntate Epiſcopatū vel beneficium dimittant,ad intereſſe eos teneri videtur,præcipue cū ſe ſuaq;bona pro ſecuritate locationis obligauerint. Sicut † videmus regulariter , quod licet emptor non 16
teneatur ſtare colono , venditor tamen tenetur eidem reddere partē penſionis,quā acceperat per reſiduo tēpore locationis non impleto,vt *in l.emptor. C. locat & lib. 19.*



*& l.19. tit.8. p.5.* & ad intereſſe præterea tenetur,arg. *l.ſi merces,§.1.ff.locat.*& *l.nihil,§ fin ff.de leg.1.*& tenent in terminis Alberic.& Bart.*in d.l.emptorem*,Alex.*in l.ſi filiusfam.§.ſi vir in quinquennium, ff.ſolut.matr.* & Greg. Lop.eos referens *in d.l.19.in gloſſ.del loguero.*Præterea ceſſat hoc caſu ratio ac cōparatio *d.§.1.l.ſi quis domum,* inter mortem vſufructuarij locantis & exuſtionem inſulæ,ibi:*Non magis quam inſula exuſta &c.*Multū enim differt ac diſtat in propoſito inter mortem beneficiati & eius voluntariam dimiſſionem beneficij:Illa ſiquidem voluntate Dei contingit , hæc vero partis facto: Quamuis adhuc in ſpecie noſtra,de qua agimus,conſultius ſit conductoribus,euictionem ſeu intereſſe ſibi ſtipulari, in caſum nempe promotionis,aut dimiſſionis cuiuſcunque. Hæc autem procedunt attento iure
27 communi:verum attento iure Regio,in praxi † cōtrarium tenendum eſſe exiſtimo in clericis locantibus res ſuorum beneficiorum ad tempus , decedentibus ante ipſum impletum,per *d.l.9.tit.17.p.1.in verſ.ſuprarelato,* quæ expreſſa eſt in hoc;nempe, *Que el arrendador puede demandar a los herederos , e a ſus fiadores del clerigo, que ſe den aquello que auia de auer demas , e las deſpenſas que auia fecho por razon de aquel arredamento.* Hoc tamen verum eſt,vt ipſamet lex ſtatim ſubdit.*ſi el clerigo auia otras riquezas de que ſe pudieſſen pagar que no fueſſen de la Igleſia* Ergo ſi bona,quæ clericus reliquit ſuis hæredibus, non erant patrimonialia, ſed acquiſita intuitu Eccleſiæ , inſinuat lex illa , quod tunc hæredes vel fideiuſſores eiuſdem ad id minimè teneātur:Quaſi velit lex , ſolum bona aliunde quæſita , quam intuitu Eccleſiæ,ad euictionem locationis fundi vel fructuum Eccleſiaſticorum locatorum teneri, non vero quæ ex Eccleſia proceſſerunt.Et cum lex hæc ſit ſingularis in propoſito,quia nulla alia ante vel poſt id induxerit,ac propterea deuians à iure communi, ad vnguem obſeruanda erit in ſuo caſu tātum,quo loquitur.Quare aliis bonis deficientibus,videtur quod hæredes vel fideiuſſores ex bonis clerici acquiſitis intuitu Eccleſiæ non teneantur id ſoluere , ſed quod liberi ſint , præcipuè cum id indiſtinctè iure cōmuni ſit verius, vt prædiximus. Nihilominus tamen verus ſenſus *d. l.9.* non eſt hic, quia ipſa non loquitur de bonis clerici acquiſitis intuitu Eccleſiæ ſiue beneficij *in d.verſic. Si el clerigo auia otras riquezas de que ſe pudieſſen pagar que no fueſſen de la Igleſia,*ad hoc,vt ex ipſis ſolis exiſtentibus prædicta ſolui non debeant,ſed tantum de bonis patrimonialibus : ſed quod propriè & verè lex decidit,eſt, *Que el arrendador puedeādemdar a los herederos,e a los fiadores del clerigo, que le de aquello que auia de auer demas , y las deſpenſas que auia fecho por razon de aquel arrendamiento, ſi el clerigo auia otras riquezas de que ſe pudieſſen pagar, que no fueſſen de la Igleſia.* Ex quibuſcunque igitur bonis, quæ clericus reliquerit, ſiue patrimonialibus ſiue acquiſitis intuitu Eccleſiæ,vel alias,hæredes ipſius tenentur ſoluere prædicta , vt patet ibi , *ſi el clerigo auia otras riquezas de que ſe pudieſſen pagar,* dum generaliter & indiſtinctè loquitur in aliis diuitiis ſiue bonis:Neq; quod ſint intuitu Eccleſiæ acquiſita , aliquid intereſt, cum omnia ad hæredes clerici pertineant , præcipuè hodie attenta *l.final.tit.8.lib.5.Nouæ Collect.Reg.* quod autem poſteà ſubdit eadem l.ibi,*que no fueſſen de la Igleſia,*intelligendum eſt planè prout iacet,nempe ex bonis ſiue fructibus Eccleſiæ , hoc eſt, beneficij locati, poſt mortē clerici locantis cedentibus & ad ſucceſſorem in eodem beneficio ſpectantibus,non vero de bonis eiuſdem clerici, ad eumque pertinentibus , etiam intuitu Eccleſiæ acquiſitis:hócque perſpicuum fit ex præcedentibus,ibi:*Nin puede demandar que le de la Igleſia las deſpenſas que auia fecho por razon de aquel arrendamiento: ni aun los marauedis que ouieſſe dado demas. Ca ſi como el clerigo , nin los que heredaſſen lo ſuyo , non podrian auer las rentas de la Igleſia deſpues de ſu muerte, otroſi no las deue aquel auer aquien las arrendaſſe :* & ex ſequentibus,ibi : *Eſſo miſmo ſeria.ſi non ouieſſe heredero el clerigo que heredaſſe lo ſuyo, e la Igleſia lo ouieſſe de heredar : ca eſtonce ella ſeria tenuda de lo pagar.* Ecce ergo, quomodo ſi Eccleſia ſuccedat in bonis clerici locatoris,indiſtinctè tenetur ad prædicta ſoluenda : Idem ergo erit,imo à fortiori,in quocunque alio hærede eiuſdem clerici:ſed quod lex illa excepit,eſt,quoties clericus bona non reliquit ; Tunc enim Eccleſia ex ſuis bonis, hoc eſt,beneficium ipſum, nec in eo ſuccedens tenebitur ad ſolutionem præd.ex ſupradictis ab eadem l.in verbis iam relatis,ibi,*caſi como el clerigo,&c.*& hic eſt verus ſenſus & literalis *d l.Regiæ*,iuxta quem hæredes clerici in noſtra ſpecie,quæcunq; bona relinquentis,tenebuntur de euictione,vt *in d.l.* expreſsè deciditur atq; cauetur,non vero Eccleſia,hoc eſt,beneficium ipſum nec ſucceſſor in eo , etiam in ſubſidium bonis clerici deficientibus:fideiuſſor autem clerici locatoris tenetur etiam ſoluere conductori intereſſe atq; expenſas factas ratione dictæ locationis id expoſcēti,vt ead. lex nuncupatim definiuit.Qua † l.Regiā attenta,à for- 18
tiori idem erit dicendum in Prælato promoto,vel alio clerico optante vel dimittente ſuum beneficium ex quacunque cauſa.Si enim hæredes & fideiuſſores clerici prædefuncti tenentur ad intereſſe & expenſas conductori , aliis bonis quam Eccleſiæ exiſtentibus,quo caſu nulla culpa imputari poteſt clerico locanti in non adimplendo contractum,à fortiori idem erit dicēdum in clerico dimittente ſua voluntate beneficiū vel præbendam:Et ita iudicatum fuit in vna Ciuitatenſ.contra quendam canonicum, reſignantem ſuum canonicatum ante tēpus impletæ locationis,quam prius ipſe fecerat eiuſdem ſui canonicatus.Oportet igitur hodie, imo neceſſarium † exiſtimo,ſi clerici locantes velint in 19
his caſibus ſibi præcauere,cum redditus ſuorum beneficiorum locant ad modicum tempus trium annorum, (quia ad longius eos locare non poſſunt)eam in locatione adiicere conditionem:vt ſi ante illud tempus locationis deceſſerint promotiue fuerint , aut alio quocunque modo contingat,eos deſinere poſſidere beneficia illa,ad nihilum ex tunc teneantur ratione euictionis vel intereſſe,ſed imo liberos ſe & ſua bona,hæredes & & fideiuſſores remanere. Et ita ſolitus ſum obſeruare in ſimilibus locationibus, quas facio atque obſeruare ſolitum accepi D.Simancas Epiſcopum Ciuitatenſ. & poſtea Zamorenſ. in locationibus ſui Epiſcopatus.

In ſucceſſore autem maioratus , quamuis lex illa Partitæ loquens in clericis poſſet adduci ad argumentum, vt idem videatur eſſe dicendum in eo,prout tenet D.Ant. de Padill. *vbi ſuprà* , cum tamen lex illa ſolum loquatur in clericis , nec habeamus aliam l.in ſucceſſore maioratus idem diſponentem : Imo iure communi attento verius ſit , ſucceſſorem maioratus, etiamſi ſit hæres vltimi poſſeſſoris eiuſdem,non teneri ſtare colono , quia ex natura contractus ipſe morte locatoris reſoluitur , & correctio iuris non ſit inducenda, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt *in l.ſancimus, C.de teſt.*& *in l.præcipimus, C.de appellat.* adhuc tenendum eſſe exiſtimo , quod iure communi probauimus *ſuprà,* nempe ſucceſſorem maioratus,qui ſimul hæres ſit prædefuncti anteceſſoris , non tamen fundatoris maioratus , minimè quidem teneri ſtare locationi ſui prædeceſſoris,vt tenuit egregiè D.Mol *vbi ſuprà*,cuius in hoc ſententiam probo aduerſus cæteros ſupra in contrarium allegatos,ſaluo meliori iudicio.

## SVMMARIVM.

1 *Seducens virginem dormienſque cum ea , tenetur eam*

*ducere in vxorem atque dotare.*

2 *Stuprum in propoſito propriè eſt virginum defloratio.*

3 *Clericus virginem ſtuprans deponi debet.*

4 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt clerico ſtuprum committenti imponere pœnam pecuniariam arbitrio ſuo vltra alias ſpirituales, quando illæ non ſufficiunt, quam ſi non ſoluerit, luet in corpore.*

5 *Sicut ea Cæſarea grauiori pœna puniunt vi corrumpentem virginem, quam ſpontaneè, ita iudex Eccleſiaſticus id ſeruare debet, vt hic.*

6 *Diſpoſitio cap.1. de adult. in noſtro Regno de communi ſtylo & conſuetudine ſeruatur in practica.*

7 *Seducens & corrumpens virginem, an ad prædicta duo copulatiuè teneatur, hoc eſt, ducere & dotare eam, vel adimpleat dotando?*

8 *Stuprator non ducens ſtupratam, debet tanto plus ei dare, quantum oporteret dare propter deflorationem virginitatis.*

9 *Praxis refertur, vt minor dos dari debeat contrahendo cum ſtuprata, quam non contrahendo cum ea.*

10 *Corrumpens virginem, ſi nec ducere eam poſſit nec dotare, poteſt puniri iuxta pœnas iuris ciuilis.*

11 *Quinimo in præd. caſu, ſi fortè nolit contrahere cum ea, debet eam dotare, & præterea vapulabit.*

12 *Corrumpens virginem ſeductam vel importunis & magnis precibus illectam, tenetur eidem damnum illatum reſarcire, vt hic.*

13 *Verba illa text. in c.22. Exod. & c.1. de adult. Dormieritque cum ea, quomodo intelligantur.*

14 *Peccans mortaliter, dicitur dormire in diuinis literis, & peccans venialiter, dormitare.*

15 *Virgo quando dicatur ſeducta.*

15 *Importunæ preces metui æquiparantur.*

17 *Contractus ab vxore geſtus propter nimias preces mariti, reſcindi poteſt, ac ſi metu eſſet celebratus.*

18 *Sicut is, qui vi aliquem trahit ad ludendum, tenetur eidem ad reſtitutionem lucratorum, ita is, qui nimia prece & importunitate impellit colluſorem.*

19 *Mulier, quæ precibus pecunias magnas extorquet à ſuo amaſio, an & quando teneatur eas eidem reſtituere.*

20 *Impediens ſeu prohibens teſtatorem, ne aliquod legatum vel hereditatem alteri relinquat, quando teneatur eidem ad reſtitutionem?*

21 *L.1. tit.9. part.7. verba optima referuntur.*

22 *Si quis corruperit virginem volentem abſque ſeductione, an teneatur eam dotare? & n.23. referuntur tres caſus pro reſolutione.*

24 *Voluntas libera puellæ hoc caſu an liberet ſtupratorem ab actione, parentibus vel curatoribus, ſub quorum cura eſt, pro dote & iniuria ſibi illata, competente?*

25 *Quando ſtuprum ita occultum eſt, quod non ſit infamata mulier nec aliquam iacturam patiatur, ſtuprans ſponte volentem, ad nihilum patri etiam vel curatori puellæ tenetur.*

26 *Idem eſt, ſi parens vel curator de lenocinio conuinceretur.*

27 *Quid ſi ſtuprans promiſit verè vel fictè ſe ducturum virginem?*

28 *Dos quæ danda ſit mulieri ſtuprum paſſæ, quando ipſa & pater ſuus recuſant matrimonium cum ſtupratore.*

## CAPVT XXXVII.

### *De ſtuprante virginem ad quid teneatur?*

1 EXodi cap.22. ita † cauetur; *Si ſeduxerit quis virginem necdum deſponſatam, dormieritque cum ea, dotabit eam & habebit eam in vxorem: ſi vero pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere conſueuerunt, habetur tranſſumptiuè in cap.1. de adulter.*

Sed antequam † dilucidemus text. hunc ac eius materiam diſſeramus, operæ pretium duxi præmittere, 2 ſtuprum in propoſito eſſe virginum illicitam deflorationem, vt *in c. lex illa, 36.q.1. l. ſtuprum, ff. ad l. Iuliam, de adult. l. inter liberas, §. lex Iulia, eod. tit.* & *in l. inter ſtuprum, ff. de verb. ſignif.* vbi Alciat. & Brecheus, & *in l. cum, qui duas, C. ad l. Iuliam de adult.* & *in l. qui adulterium, eod. tit.* Committitur etiam ſtuprum cum vidua & cum puero, vt ex dictis iuribus DD. infra citandi tenent. Pœna autem ſtupri ſine vi commiſſi iure communi eſt inhoneſta perſona & in dignitate conſtituta, publicatio medietatis bonorum, & in vili perſona correctio corporalis arbitraria cum relegatione, text. *in §. item lex Iulia de adulteriis, Inſt. de publ. iud.* & ibi communiter DD. *l.2. tit.19. p.7.* Si vero ſtuprum cum vi committatur, habet locum pœna impoſita pro raptu, de qua *in l. vnic. cum ſimil. C. de raptu virgin.* nempe mortis & publicationis omnium bonorum, vt *in l.1. §. fin. ff. de extraordin. criminib.* tradit latè Greg. Lopez *in d.l.2. in gloſſ. deue perder*, & Anton. Gomez *in l.80. Tauri, n.5.* & 41. plures DD. allegantes, & Iulius Clarus *in pract. crimin. § ſtuprum, verſic. ſed quæro*, ibi, *De iure autem ciuili*, & Menoch. *de arbit. iudic. lib.2. cent.3. caſu 228. num.7. & ſeqq.*

3 Clericus † virginem ſtuprans deponi debet, vt notat Abb. *in c. at ſi clerici, col.12. de iudiciis*, idem Abb. *in c.2. de adult.* vbi etiam credit, clericum poſſe cogi ad dotandam virginem ab eo corruptam: & quod pœna ſtupri in clerico ſit depoſitio, eſt communis opinio ſecundum Paulum Grilandum *in tractatu de pœnis omnifariam coitus, in cap.7. videndum*, vbi † etiam ſequitur doctrinam Abbatis *in cap. vt clericorum, de vita & honeſtate clericor.* tenentis, quod iudex Eccleſiaſticus 4 poteſt imponere pœnam pecuniariam clerico pro arbitrio ſuo, vltra alias pœnas ſpirituales, quando illæ non ſufficerent, quia illas non timeret, quas ſi non ſoluerit, luet in corpus: Quia non ſufficit, dotare mulierem ſtupratam, ſed vltra dotem tenetur ſoluere pecuniariam vel corporalem pœnam, ſecundum eum poſt Abb. *in d. cap.2. n.4. de adult.* & prædicta ſequitur Bernard. Diaz de Luco *in pract. crim. canonic. c.77. n.2.* vbi addit *num.3.* quod cum iura Cæſarea (vt vidimus) grauiori † pœna puniant vi corrumpentem virginem, 5 quam ſponte, eodem modo iudex Eccleſiaſticus ſeuerius punire debet vi perpetrantem tale facinus, vt ſic vltra depoſitionem, in arctum Monaſterium vel carcerem trudat delinquentem: Et opin. Abb. *vbi ſupra*, quod arbitrio iudicis poſſit puniri huiuſmodi clericus, & quod ipſe pro ſtupro deponatur, teſtatur communem cum Paulo Griland. *vbi ſuprà*, Iul. Clar. *vbi ſuprà*, ſequitur etiam Menoch. *vbi ſuprà, n.5.* Ego vtroque caſu hodie pœnam arbitrariam imponendam eſſe exiſtimo, quamuis grauiorem pro ſtupro vi commiſſo, quam ſine vi. Et qua pœna puniatur ſtuprans virginem nondum viri potentem, videndi ſunt Iulius Clarus *vbi ſuprà, in verſ. fuit aliquando*, & Menoch. *d. lib.2. caſu 294. per totum.*

6 Modo † accedo ad interpretationem text. *in d.c.32. Exodi*, & *d. c.1. de adult.* Et primo obſeruandum eſt, quod quamuis eius pœna videatur intelligenda ſolum de iure Canonico & in terris Papæ, non vero in terris Regis vel alterius domini temporalis, in quibus ius commune ciuile & Regium, de quo ſupra ſeruandum eſſet, vt tenet Salyc. *in d. l. cum qui duas, n.3.* & Auguſt. Arimin. *in addit. ad Angel. de maleſ. in parte, Que me ha adulterato, col.16. verſ. tu autem in hac materia*, Abb. & magis communis opinio *in c.2. de adult.* De communi tamen ſtylo & conſuetudine in noſtro Regno ſemper



ſeruatur in practica diſpoſitio *d.c.1. de adult.* & eius pœna, tam in foro ciuili, quam canonico, ſecundùm Ant. Gom. *in l.80. Taur. n.7. & 8. in princ.* cuius praxis ego etiã teſtis sũ, & vbiq; ita ſeruatur, vt credit Iul. Clar. *vbi ſupra, in verſ. ſed quæro*, ibi, *Sed quidquid ſit de iure.*

7 Secundò † obſeruandum eſt, quod quamuis iuxta literã *d.c.1. de adult.* videatur probari, quod qui ſeducens virginem, eam corruperit, præciſè & copulatiuè teneatur ad illa duo, ſcilicet ducere eam in vxorem & inſuper eam dotare, per quẽ text. ita tenent ibi Innoc. Hoſt. Ioan. Andr. Ant. de Butrio & Card. verius tamen eſt, huiuſmodi ſtupratorem ad alterum tantum teneri, vel ducere eam in vxorem vel dotare: quod probat text. *in c.2. eiuſdem tituli*, ibi: *Aut quam ſtuprauit, vxorem habeat, aut ſi renuendam putauit, corporaliter caſtigatus excommunicatúſque in Monaſterium, in quo agat pœnitentiam, detrudatur.* Nec obſtãt verba *d.c.1.* dum copulatiuè loquuntur, quia illa non eſt præciſa coactio, ſed cauſatiua, ſi recuſat eam dotare, dotando enim videtur ab iſta obligatione liberari, vt declaratur ſtatim *in d. c.2. eod. tit.* & in terminis ita tenent Abb. *n.4.* Anchar. *n.5.* Ioan. de Anania *n.4. in d.c.1.* & ita practicatur ſecundùm Ant. Gom. *vbi ſuprà, n.8.* & Iul. Clar. *vbi ſuprà*, qui 8 idem ſequitur. Addit Abbas, quod † hoc caſu, ſi ſtuprator non cõtrahat cum illa, debet tanto plus dare, quantum oporteret dare propter deflorationem, cum virginitas ſit ſecunda dos, vt ibi dicunt communiter DD. ſequitur Ant. Gom. *vbi ſuprà, n.8.* intelligens Abbatem dicere, quod ſi non ducit eam, tenetur eam bene dotare, taliter, quod debet plus dare, quã eo caſu, quo eam 9 duceret: ſed reuera Abb. hoc nõ dicit, niſi † quod prædiximus. Verum eſt tamen, quod in praxi ſeruatur, quod Ant. Gomez præfatur: ſolet namque mulier hæc, accuſans criminaliter ſtuprantem, petere eum puniri grauiter iuxta iuris pœnas, ac præterea incidenter ex iudicis officio implorato, vt condemnetur ac compellatur eam ducere in vxorẽ, atque vt eam dotet in certa quadam quantitate pecuniarũ (moderata tamen) quam lucri facit mulier ſoluto matrimonio propter delictum viri, ſecundùm Abb. *in d.c.1. n.3.* & in euentum, quod hoc recuſet, vt eam dotet in alia maiori quãtitate, qua eget propter deflorationem, ad inueniendum cum ea virum idoneum, cui nubere poſſit, qualem inueniret antea, ſi corrupta non fuiſſet. Sicque iudices vtroque 10 † caſu ſolent condẽnare reum ad huiuſmodi mulierem dotandam, ampliori tamen quantitate in hoc vltimo, quo recuſatur matrimoniũ, quam priori, quo cum ipſa contrahitur: Quod ſi nec ducere eam poſſit nec dotare, quia vxoratus, & adeo pauper ſit, vt non poſſit dotem aliquam mulieri ſoluere, tunc poterit per iudicem puniri pœna ſupra dicta iuris ciuilis: Ita Anton. Gomez *vbi ſuprà, num.9.* dicens, ita apertè colligi ex mente gloſſæ & Doct. *in d.c.1. & in locis ſupra citatis.*

11 Quinimo † ille, qui virginem, vel pro tali reputatam corruperit, ſeducendo eam, tenetur ipſam ducere atque dotare: quod ſi fortè nolit contrahere cum ea, debet eam dotare & etiam corporaliter caſtigari, pœna nempe flagellationis, & in hoc debet condemnari in foro exteriori, vt tenet Abb. *in d.c.2. n.3. de adult.* per text. ibi, *comm. in d.c.1. & 2.* vt teſtatur Nauar. *in Man. c.16. n.16.* vbi quod in dubio præſumitur virgo, licet id negetur à viro & ſeducta: quod omnes de hac re agentes fatentur. Hoc tamen de pœna corporali non videtur placere Ant. Gom. *vbi ſuprà, d.n.9.* exiſtimanti hoc caſu, quo nolit eam accipere in vxorem, ſed tantum dotare, debere adhuc puniri aliqua leui pœna; quod benignius eſt & in praxi receptius, nempe, vt in ea ſpecie condemnetur in aliqua pœna exilij & pecuniaria fiſco applicanda, quidquid Iul. Clar. *vbi ſuprà* ex aliis referat, quod hodie etiam in Hiſpania contra ſtuprantes virgines ſine vi non ſit in vſu alia pœna, quam vt illas ducant in vxores vel condecenter dotent.

In foro † autem conſcientiæ corrumpens virginem decipiendo eam vel importunis & magnis precibus, falſiſve perſuaſionibus, tenetur tantum damnum illatum reſarcire, nempe ducere eam in vxorem vel dotem eidem conſtituendo, damno illi ſatisfaciendo condignam, ſcilicet quanto pluris egeat ad inueniendum virum ſibi coæqualẽ, quam indigeret, ſi eſſet virgo, iuxta arbitrium boni viri: Non tamen integram dotem, quia hoc ad pœnam criminis ſpectat, quæ in foro conſcientiæ non debetur ante condemnationem: aut alio modo eidem ſatisfacere atque contentam præſtare, vt probat Archiep. Florent. *in ſumma, in 2. p. tit.5. c.6. §.1.* & Bernard. Diaz *vbi ſuprà*, & Couar. *in quarto 2. p. c.6. §.1. n.15.* vbi dicit communem, & *in reg. peccatum. 2. p. §.3. num.7. ad fin.* & Nauar. *vbi ſuprà, n.17.* & Mexia *in pragmat. taxæ panis, concl.6. n.117. cum ſeq.* & latè F. Ant. de Cord. *lib.1. ſui quæſt. q.13. in verſ. & notetur, pag.132.* Quinimò, vt addit Nauar. *vbi ſuprà*, aliquid plus debet ei dare propter verecundiam, quam ſemper patietur, & conuitia, quæ ob id audiet à marito. 12

Tertiò † obſeruandum erit, verba illa text. *Dormieritque cum ea*, intelligenda eſſe, id eſt, peccauerit mortaliter cum ea (hoc eſt) cognoſcendo eam carnaliter: alías enim abſurdum videretur, dicere, eſſe neceſſarium, præter ſeductionem, ad hoc vt diſpoſitio *d.c.1. de adult.* procederet, quod vir dormiat actualiter cum ea, cum etiamſi extra dormitionem eam corruperit, teneatur ad id, quod dictus text. decidit, vt omnes, tam Theologi, quam Iuriſtæ de hac re agentes fatentur: Quare verba ſuprad. intelligenda ſunt, vt prædixi; peccans enim mortaliter cum muliere, dicitur cum ea dormire, quaſi extractus à contemplatione Dei eiúſque præceptis: vnde in ſcriptura diuina, peccans † mortaliter, dicitur dormire, venialiter vero, dormitare, iuxta illud Matth.25. *Dormitauerunt omnes & dormierunt*, in ſenſu allegorico: ad diſpoſitionem igitur *d.c.1.* non exigitur dormitio, ſed ipſa defloratio virginitatis, vt in terminis tenent ibidem DD. præcipuè Abb. *n.2.* & Anan. *n.3.* & cæteri, vbi quod nec ſufficit ſola ſeductio ſine corruptione. 13 14

Quartò † ſciendum eſt, quod in propoſito virgo dicitur ſeducta vel coacta, quando promiſſionibus, donis aut vehementibus ſolicitationibus ad opus ſtupri inducta eſt, quæ alias nolebat & repugnabat, ſecundùm Abulenſ. *ſuper Exod. d.c.22. q.2.* Nicol. de Lyra *ibidem*, eſt communis opinio Doctorum, vt plures referens teſtatur Ant. à Cordub. *vbi ſupra, in 7. diſt.* bonus text. *in c.2.* ibi, *Stupro decepit, de adult.* Quod enim vehementibus precibus & ſolicitationibus extorquetur ab eo, qui non aliter vellet, dicitur quodammodo coactè fieri, & omnino voluntariè, quia importunæ preces metui æquiparantur, vt *in l.1. iuncta gloſſ. verb. extorta, C. ne filius pro patre*, vbi † extortum dicitur quod ſuaſionibus fit. Quare ſcribit eleganter Innocent. *in c. petitio, in princ. de iureiurand.* contractum ab vxore † geſtum propter nimias preces mariti reſcindi poſſe, ac ſi metu eſſet celebratus: Quam ſententiam ſequitur Matth. de Afflict. *deciſ. Neapol.69. n.5.* Iaſ. *in §. quadrupli, n.66. Inſtit. de action.* Palac. Rub. *in repet. rubricæ de donat. inter vir. & vxor. §.81. n.10.* & D. Couar. *in quarto de ſponſal. 2. part. c.3. §.6. in fin.* & alios allegans D. Anton. de Padilla *in l. interpoſitas, num.32. C. de tranſact.* Sic † eadem ratione, ſicut is, qui alterum vi trahit ad ludendum, tenetur illi eo ludo acquiſita reſtituere, ita etiam, qui nimia prece vel importunitate impulit colluſorem, vt tenet Innocent. *in cap. quia plerique, num.4. de immunit. Eccleſ.* Palac. Rub. *vbi ſuprà, num.6.* eſt communis ſecundùm Couar. alios allegantem *in reg.* 15 16 17

*peccatum,de reg.iur.in 6. 2.p.§.4.n.7.*& Padilla *vbi ſupr.* ſequitur Medin.*in ſuo C.de reſtit.q.*20. Ant. à Cordub.
19 *vbi ſuprà,col.fin.*ſic † etiam(inquit Medina & Cordub. *vbi ſupr.*)mulier,quæ precibus pecunias magnas extorſit à ſuo fornicatore,eas tenetur eidem reſtituere,quia non omnino voluntariè datæ ſunt:quod cum S. Thoma intelligit Soto *lib.4. de iuſt.& iur. q.7. art.1. ad 2. in verſ.adiecit tamen,pag.*550.*ad fin.* quoties mulier ſuperfluum per fraudem & dolum extorſit , tunc enim tenetur id amaſio reſtituere , alias ſecus, nempe ſi neque fraus nec dolus adſit:fraus autem eſt,ſi (v.g.) mulier diceret, ſe eſſe virginem incognitam,aut non niſi ſemel, idque à Magnate,qua fraude plus extorqueret; Nam hoc caſu reſtituere profectò tenebitur : Sed ſi falſo dicat,ſe perditè illum deamare,aut facetiis & illectamentis quippiam extorſerit, fraus illa non obligat ad reſtitutionem , quoniam probè omnes norunt illas eſſe meretricum technas.

20 Sic etiam,qui † per fraudem,timorem vel falſitatem aut importunis precibus,quæ vi atque metui æquiparentur , prohibuerit atque impedierit teſtatorem aliquod legatum vel hæreditatem alteri relinquere,quod ei alias relicturus erat,tenetur eidem ad reſtitutionem: Quamuis ſecus ſit, ſi blando ſermone & leuibus precibus id fiat,vt *in l.fin.iunct.gloſſ.verb.maritali ſermone, C.ſi quis aliquem teſt.prohib.* S. Ant. *in 3.p. ſua ſumma, tit.*10.*c.*1.§.1.Palac.Rub. *vbi ſupr.num.*11. vbi illud de blandis verbis limitat , niſi prius eſſet res donata vel hæreditas relicta alteri,& vxor vel alius blandis verbis induceret maritũ vel alium ad reuocandum & ei relinquendum ; Nam tunc primus donatarius vel hæres auocabit à ſecũdo illa bona per actionem de dolo vel in factum : & Matthæus de Afflict. *d.deciſ.*69 *n.4.*vbi loquitur, in marito nimia importunitate & fraude rogante vxorem , vt ſibi relinqueret domum , ob quod fuit reuocatum dictum legatum:& Nau.*in Man.c.*17. *n.*72.*&* 73. & *c.*26.*n.*36. Ant. à Cordub. *in ſua ſumma de caſos de conciencia, q.*100. *in princ.* Medina *in ſua inſtruct.confeſſ.lib.*1. §.31.*in princ.fol.*165. & cæteri com-
21 muniter DD.Sic in † propoſito dicitur puella ſeducta, quia prædictis modis extra plenam libertatẽ quodammodo ducta , & non à ſe nec à ſua concupiſcentia inducta eſt. Pro quo vltimo conſidero optimã l.Regiam in propoſito mirè loquentem *in l.*1. *tit.*19. *p.*7. in illis verbis: *Otroſi dezimos que fazen gran maldad aquellos que ſoſacan con enganno,o falago,o de otra manera las mugeres virgines, o las biudas que ſon de buena fama, e biuen honeſtamente,e mayormente, quando ſon hueſpedes en la caſa de ſus padres , o de ellas , o de los otros que fazen eſto vſando en caſa ſus amigos.E no ſe puede excuſar que el que yoguiere con alguna muger deſtas,que no fiz o muy gran yerro,maguer diga que lo fizo con ſu plazer de ella no le faziendo fuerca:ca ſegũ dizen los ſabios antiguos, como en manera de fuerca es,ſoſacar, e falagar las mugeres ſobredichas con prometimientos vanos, faziendoles fazer maldad de ſus cuerpos, e aquellos que traen eſta manera , mas yerran que ſi lo*
22 *fizieſſen por fuerca* Nunc † vero iam nobis obuiam exit quæſtio illa ſatis controuerſa; *Quod ſi quis non ſeduxerit virginem,ſed illa ſponte acquieuerit,an tunc eã ſtuprans,teneatur eam ducere & dotare,necne?* Quæſtio profectò celebris eſt & in praxi quotidiana,in qua videtur primo dicendũ,idem eſſe ac ſi eam ſeduxiſſet,& ſic in ea ſpecie habere adhuc locũ diſpoſitionẽ *d.c.1.& 2 de adult. cum ſupra adduct.*tũ quia,vt omnes fatẽtur,virgo in dubio præſumitur ſeducta atq; decepta, arg.*l.vnica, C.de raptu virg.circa fin.*vbi quod pœna illius l.habet locum, ſiue volentibus ſiue nolẽtibus virginibus illud facinus perpetretur,quia hoc ipſum velle mulierem ab inſidiis iniquiſſimi hominis , qui meditatur rapinam, inducitur , niſi enim eam ſolicitauerit , niſi odioſis artibus circumuenerit , non faceret illam velle in tantum dedecus ſe prodere : tum etiam, quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum,vt *in l.liber homo,cum ſimilib.ff.ad l.Aquil.*Ergo cum virgo hæc non ſit domina ſuæ integritatis , ſicut nec membrorum ſuorum , non poterit in ſui violationem atque corruptionem conſentire: tum & tertio ex *l.3.§.ſi quis volentem, ff.de lib. homine exhib* & *in l.1.§.perſuadere ex profeſſo ff.de ſeruo corrupt,* vbi habetur,quod doloſa perſuaſio plus eſt quam violenta correctio.Quartò denique ex *d.l.partita,in verbis ſupra relatis,* quæ in hoc expreſſa videtur,& in terminis ex prædictis hanc ſententiam tenent ac ex profeſſo probant Abb.*in d.c.n.*2. & ibi Anton.*n.*1. inquiens, quod hoc inquiunt DD. Eandem ſententiam tenet, maximè probata violentia , dolo vel perſuaſione viri, & etiam in dubio, quando de his non conſtat,Anton. Gomez *in l.8.Taur.num.*10. & indiſtinctè eam probat F.Barthol à Medin *in d ſua ſumma de inſtruct. de Confeſſ.lib.*1. *En la declaracion del ſexto mandamiento,*§.18. *fol.*122. & itetum *del ſeptimo,*§.30.*fol.*160.

Sed pro contraria parte, & ſic negatiua, imo quod hoc caſu corrumpens virginem volentẽ,non teneatur eam ducere nec dotare,facit text.*in d.c.1.& 2.de adult. cum ſupra adductis,*pro eius intellectu,dum loquitur & procedere diximus in ſeducẽte virginem,hoc eſt,eam ſtupro decipientem per fraudem vel dolum : ſed corrumpens virginem volentem abſque fraude & dolo, non dicitur eam ſeduxiſſe nec decepiſſe , vt *in regula, ſcienti,& conſentienti,de reg.iur.in 6.*& ibi gl.Ergo in eo non habebit locum diſpoſitio *d.c.1.& 2. de adult.*quia vbi non conueniunt verba legis,ibi diſpoſitio eius locum non habet,vt *in l.4 §.toties,cum ſimilib, ff.de damn. infect.* Præterea , cuius per errorem dati repetitio eſt, eiuſdem conſulto dati donatio eſt,vt *in reg.iur.vulgar.* Quamuis ergo hæc mulier coacta & omnino inuoluntariè corrupta,poſſet corrumpentẽ in virum ſuum atque dotem ab eo poſcere,vel ipſo iure poſtulant:conſulto tamen acquieſcens, abſque coactione,fraude vel dolo,ſuique volẽs copiã faciens viro,videtur iuris ſui donationem ac remiſſionẽ facere ac proinde id petere minimè poterit.Nec tenendo hanc partẽ obſtant fundamenta pro contraria ſupra adducta, & non quidem primum,quod in dubio præſumatur ſeducta,ex *d.l.vnica,C.de raptu virg.*Nam ratio illa procedit,quando ſumus in dubio:ſed quando conſtat de libera voluntate abſque ſeductione, aliud videtur dicendũ. Non etiam obeſt,quod *d.l.vnic.* procedat etiam in rapiente virginem volentem,quia non ſequitur:Pœna contra raptores procedit etiam volentibus virginibus : Ergo eodem modo procedit pœna,de qua *in d.c.1.& 2.de adult.* quia text.*in d.c.1.&* 2.loquuntur per verbum, *Seduxerit,& ſtupro deceperit:*debet igitur hoc aliquid operari, ita vt deficiente deceptione & dolo,quinimo conſentiente libera ipſa virgine,non habeat locum diſpoſitio *dictor.cap.*Præterea text.*in d.l.vnica,*loquitur in raptore per inſidias & dolum,& ideo meritò,quod tũc voluntas virginis non attendatur,cum fuerit extorta per inſidias & circumuentionem iniquiſſimi hominis,ſicque non eſt libera,ſed coacta atque ſeducta. Non obſtat & ſecundum,quia licet in corporis abuſu,& membrorum plenum ius illa non habeat contra legem id prohibentem,vt ſine peccato eis poſſit abuti,habet tamen in eis & in temporalibus , in quibus damnificata eſt ius politicum & actionem,ideo illi ſcienti & conſentienti nulla iniuria nec iniuſtitia facta eſt,& eo ipſo, quod liberè conſenſit, omne ſuum damnum remittere cenſetur illa , quæ ſui iuris eſt, ſicut poſt commiſſum ſtuprum idem ius remittere poſſet. Tertium & quartum non obſunt , quia agunt de doloſa perſuaſione, nos autem de ſimplici petitione , cui voluntariè acquieuit



quieuit mulier. Et ideo hanc partem probauit libenter Bernard.Diaz.*in d.pract.criminal.canon.c.77.in prima quaſt.*dicens videri,quod ſicut clericus ſtuprator,de quo ibi loquitur , eſt liber à præſtatione dotis in foro conſcientiæ,ex ſententia Doctorum, quos ibi allegat, ita etiam videtur abſoluendus in foro contentioſo per iudicem Eccleſiaſticum, quem decet ſemper ſequi veritatem:aduertit tamen, quod licet iſta concluſio poſſit ſuſtineri , multum tamen debent iudices aduertere, antequam illam ad praxin adducant in iſto caſu , propter difficultatem ſufficientis probationis,quæ in hoc requirenda eſt , vt verè conſtet , virginem non ſeductam,ſed voluntariè fuiſſe deſloratam,quia facile poſſent decipi per ſtuprantem clericum in priuatione voluntatis : Sed & eiuſdem opinionis ſunt alij auctores, quos refert Anton.Gomez *vbi ſuprà* , & etiam ſumma Victoriæ *in tit. de bigamia* ,*q.*167. Quid tenendum?
23 Ego † vt veritatem meo iudicio in hoc articulo reſoluam , tres caſus conſidero ac diſtinguo , quorum duo priores abſque difficultate procedere videntur,tertius vero concordia planus efficietur.

Primus igitur caſus eſt,quando quis virginem ſeduxerit dolo vel fraude,vaniſve promiſſis vel vehementibus perſuaſionibus ac importunis precibus eam vitiauerit,tunc enim etiamſi ipſa conſentiat,vt ex omnibus ſupradictis patet,tenetur in vtroque foro eã ducere vel dotare , quia hoc velle mulieris ab inſidiis nequiſſimi hominis inducitur. Et in hac propriè ſpecie loquuntur *dict.capit.1.& 2 de adult.*præſupponũt enim neceſſario voluntatem mulieris,quamuis non liberam: Quandoquidem non loquuntur de ſtupro vi commiſſo, ſed per deceptionem & fraudẽ,cui æquiparatur is, qui per importunas preces committitur , vt vidimus ſupra.Et hic caſus eſt abſq; dubio,& in eo concordant communiter ſcribentes,tam Theologi, quam Canoniſtæ , quos citauimus. Quod procedit primo , nedum quando propter id mulier infamata,& in nuptiis damnificata eſt, ſed etiamſi nupſerit alij viro decenter , ſi tamen is poſtea id ſentiens vel ſciens,ideo eam relinquat abiẽs ad Regiones longinquas, vel eam odit vel male tractat. Nam propter hoc ſtuprator ille tenetur etiam ei ad arbitrium boni viri aliquid ſatisfacere:ſecus ſi ita occultum ſtuprum ſit , quod vltra læſionem ſignaculi virginalis nihil detrimenti propter hoc in perſona , honore vel rebus illa paſſa eſt,tunc enim ad nihilum tenetur,vt ex Nau.*vbi ſuprà, d. capit.16.n.17. & 19.*probat latè Cordub.*in d.q.13.in 4.dict.*Idem erit, ſi propter ſtuprum mulier nupſit viro deterioris conditionis,veluti pauperiori vel ignobiliori,nam tunc arbitrio iudicis erit ſatisfaciendum ei , ſecundùm Bern. Diaz *vbi ſuprà , in 2 quaſt.n.7.* & ita obtinui hoc caſu in praxi.Secundo procedit eadem concluſio atque caſus primus hic,non ſolum in ſeducente & corrumpẽte virginem, ſed etiam iam corruptam , quæ tamen in æſtimatione & fama virginis erat & ob hoc infamata eſt ; Quia quamuis in foro conſcientiæ ratione ablatæ virginitatis,quæ non erat,ad nihilum teneatur,ratione tamen damnificationis in fama , cuius cauſa ipſe fuit, tenebitur ad arbitrium boni viri prædictæ mulieri ſatisfacere,ac ſi tunc temporis,cum eam cognouerit,eſſet virgo,vt communiter DD.tenent,præcipuè Nauar. *vbi ſupra n.16.& 19.*& alij , vt teſtatur Cordub.*vbi ſuprà in 5. dicto.*

Secundus caſus eſt , quando aperte conſtat & probatur, quod ipſa mulier ſe ingeſſit & conſenſit abſque aliqua violentia,dolo vel perſuaſione ex parte viri,vtputa,quia ipſa attraxit illum ad concubitum, veniendo ad lectum eius,eo illam repellente vel aliud ſimile, & tunc indubium eſt , ſtuprantem ad nihil eidem teneri in vtroque foro , quia ipſa eum prouocauit atque induxit. Hanc ſententiam præſupponunt aperte omnes, qui in tertio caſu magis dubio ſtatim ſequenti idẽ probant in foro conſcientiæ,& nuncupatim in ſpecie probat Nauar.*d.c.16.n.16.* Bernard.Diaz *d.c.77.n.4.* & Anton.Gomez *in d.l.80.Taur. n.10. ad fin.* pro quo eſt bona *l.vltim.tit.7.lib.4.fori,*vbi diſponitur,quod ſi aliqua mulier nullo compulſa matrimonio domum alterius libidinis cauſa intrauerit,nulli pœnæ in hoc caſu locus eſt , & ita eſt tenendum , quamuis F. Bartholomæus à Medina *vbi ſuprà* , ex rationibus quibus iam ſatisfecimus,contrarium minus bene in his etiam terminis exiſtimauerit.

Tertius caſus eſt,quando mulier, virgo,vel pro tali communiter reputata,deficiẽte ſeductione, dolo, fraude atque nimia perſuaſione vel prece,ſed verbis blandis leuiter rogata libere ſtupro conſenſit : & tunc verſatur propriè noſtra quæſtio , in qua ſunt pro vtraque parte rationes & auctores, *vbi ſuprà vidimus* : ſed pro vera reſolutione dicendum eſt,quod prima opinio affirmatiua,quam tenent Abb. Anania & cæteri, procedat in foro exteriori tantum,in quo iudicatur ex præſumptionibus à iure inductis:Ex quo enim vir incepit virginem rogare atque verbis, quamuis blandis & leuibus eam ad actum copulæ attrahere , præſumitur eam decipere atque ſeducere;Quandoquidem idem in dubio communi omnium conſenſu receptum eſt, atq; ideo merito vt huiuſmodi ſtuprator in foro exteriori iudiciali ſententia condemnetur, vt eam ducat in vxorem vel eidem dotem congruentem arbitrio boni viri conſtituat,iuxta deciſionem *dictor.cc.1.& 2.de adult.* & communes traditiones Doctorum ſupradictas : at vero ſecunda opinio negatiua præfata procedat in foro interiori animæ , in quo iudicatur non quidem per præſumptiones, ſed ſecundum veritatem, vt compertum eſt ; Cum igitur conſtiterit , mulierem huiuſmodi leuibus & blandis verbis , abſque aliqua coactione, fraude vel deceptione liberè ſtupro conſenſiſſe,attendendum non eſt ad præſumptionem iuris , ſed ſtando rei veritati, iudicare debemus in foro interiori immunem virum à præd. obligatione de rigore iuſtitiæ, attenta libera voluntate , qua ſtupro acquieuit : ſcienti enim & conſentienti non fit iniuria nec dolus , vt *in reg. iur.* & in terminis ita voluit Summa Aſtenſ. *lib.2. tit.46.in c.incipienti,*ſequitur videre de tertio,allegando Rodonenſem dicentem , quod ſi deſloret quis voluntariam,non tenetur:& tenet Guillerm.quem refert Florent.*in ſua ſumma,in 2.p. tit.5.c.6 §.1.* & Angel. *in ſumma, verb.ſtuprum,in verſic. quod ſi non ſeduxit eam,* vbi poſtquam retulit opinionem Abbatis contrariam, inquit:*Sed in conſcientia ſufficit, quod quærat eam in bono ſtatu reducere, quantum in ipſo eſt:*& expreſsè eandẽ concordiam probauit Syluest. *in ſumma, verb. luxuria, verſic.5. quæritur,* & ſumma Tabien.*in verb.reſtitutio, & 22.incip.quid de eo,*vbi vterque allegat Bonauenturam hoc tenentem,& optimè Nauar. *in dict.c.16.n.16.* Dominic.à Soto,*lib.4. de iuſt.& iur. q.7. a.1.ad ſecundum,verſ.an verò,*& Anton.à Cordub.*vbi ſupra dict.13, quaſt.in 6.dict.Specul.coniug.in appendic.de impediment. raptus,n.4.pag.*84.Sylua Nupt. *lib.3. n.*23. *vol.6. tract. diuerſ.Doct fol.*38.Itaque hæc eſt communis reſolutio & tenenda , quamuis Medina *vbi ſupra* indiſtinctè teneat primam affirmatiuam:& licet Bernard.Diaz etiam *vbi ſupra* in foro exteriori iudiciali etiam velit tenere ſecundam negatiuam:nihilominus tamen æquitas honeſtatis eſt,vt ſi ob illam cauſam mulier ſic leuiter rogata conſentiens , nuptui tradi non poſſit , aliquid eidem elargiatur, ſecundùm Domin.à Soto *vbi ſupra* & præterea, ſi aliquid illi mulieri promiſiſſet , teneretur quidem omni iure hoc illi perſoluere.

Dubitari † etiam ſolet circa prædicta; *Quid ſi puella* 24

*ipſa ſic volens corrupta habeat parentes vel curatores,ſub quorum cura ſit,an eo caſu ſuperiora proximè dicta procedant,nẽpe,vt ſtuprator eam dotare minimè teneatur, quia ſponte acquieuerit?* Et in hoc Domin.à Soto *vbi ſuprà,* adhuc idem tenet, & Specul. coniug.3.*p. a.19.in fine.* Sed contrarium verius exiſtimo & tenendum, imo quod hoc caſu, ſi pater vel curator puellæ accuſaret ſtupratorem,debeatur illi æſtimationi damni ſibi prouenientis,quia maiori eget pecunia ad dotandum eam & etiam iniuriæ, quæ ſibi illata eſt,quod firmat Flor. *vbi ſuprà*, ſic limitando prædictam concluſionem, & Bernard.Diaz *vbi ſuprà n.6.*& Syluanus,*vbi ſuprà,n.14.* Remiſſio igitur puellæ ſufficiens non eſt, quia ſecundum Beat.Thomam 2.2. *q.154. a.6.* & ibi Caietan. iniuria non ſolum puellæ,ſed etiam parentibus vel tutoribus,habentibus cuſtodiam puellæ & ſignaculi virginalis,facta eſt:Ergo hi habent ius & actionem ad prædictam dotem petendam, quandoquidem ſunt offenſi & damnificati in eo: Ergo eis ſatisfaciendum eſt, ſi iacturam aliquam inde puella pateretur, quia infamata ſit, vt rectè etiam probauit Cordub.*vbi ſuprà, in 6. dicto,in verſ.vbi & iſti,&c.*

25 Poſſet tamen † procedere opinio Soti, & Speculi coniugior. Primò, quando ita occulte mulier volens ſtuprata ſit,vt propter id nullam iacturam in fama, rebus vel nuptiis paſſa ſit,maximè,quia quantum ad iuſtitiam attinet,quoad actus naturales,præcipuè occultos,puella cenſetur domina ſuorum membrorum,dum nullum aliud damnum inde redundat exterius, vt ait Soto *in 4. diſt. 8.q.1.a.4.*licet Caiet.oppoſitum ſigni-
26 ficat:Ita † reſoluit Cordub. *vbi ſupra*. Secundò poſſet procedere opinio Soti *vbi ſupra*, ſi ipſe pater vel curator de lenocinio conuinceretur, quia tunc id ius perderent,vt probat Bern.Diaz *vbi ſuprà, num.6.* & ſentit Cordub. *vbi ſupra*, ibi, dummodo in fraudem contra puellam nihil agatur: Ex quibus infertur, quod ſi de ſtupri conuentum eſſet cum virgine vel parentibus tunc ſola pretij præſtatione liberaretur ſtuprator ab onere dotandi reſpectu eius, cum quo conuentionem fecit: Conuentio tamen hæc ſolius filiæ, parentibus non noceret, nec conuerſo, ſecundum Bernard. Diaz *vbi ſupra,* qui *n.8.*agit, qualiter iudex arbitrabitur dotis æſtimationem in hac materia,

27 Superiora † omnia procedunt, quando ſtuprator expreſsè non promiſit mulieri ſe eam ducturum:Quid autem ſi ei promiſerit vere vel ficte ſe eam ducturum? tradunt DD. *vbi ſupra,* præcipuè Angel. & Syluеſt.& Nau.ſed latius omnibus Specul. coniug. *d.art.*19. vbi procedit per ſex concluſiones & Ant. à Cord. *d.q.*13. & idem in ſua Summa *de caſos de conſcient.q.*50 ad eos me remitto.

28 Vltimò † circa finalem partem *d.c.1.de adult.*in illis verbi; *Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis,quam virgines accipere conſueuerunt*; reſtat ſciendum; *An vltra hoc* (ſi pater vel ipſa puella iungi matrimonio ſtupratori recuſet) *teneatur ipſe dare illud, quo plus indiget corrupta ad inueniendam virum æqualem ſibi,necne?* Nam ſi text,provt iacet, intelligẽdus eſt,ſequeretur inde, quod huic corruptæ totũ dãnum ex corruptione ſibi proueniens minimè ſatisfiet; Nam cum ipſa ſit corrupta, patet quod cum dote, quã virgines accipere conſueuerunt, non inueniet virum ſibi coæqualem,cum ipſa iam non ſit virgo,ſed corrupta; Ergo ſibi præſtandum inſuper eſt illud,quo plus indiget corrupta propter deflorationem ad dict. effectum inueniendi ſibi virum coæqualem: & ita in terminis tenent Io.Andr.Abb.*n.4.* alij *ibid.* Rurſus Ioan. de Anania ibi *cor.2.n.4.* contrarium exiſtimat, nempe text. illum intelligendum eſſe ſimpliciter provt iacet ſine vlla additione,quando corruptor vult contrahere matrimonium,ipſa vero vel pater hoc recuſant, vtpote eo caſu illis ſit imputandum, & text. nihil aliud præſtandum decidat, quã dotem ſolitam à virginibus accipi.Quid tenendum?Et profectò vbi corruptor eſt vir conueniens ipſi virgini ad matrimoniũ, & iniuſte recuſatur, opinio Ananiæ eſt verior & tenenda iuxta literam illius text. alioqui Abbatis, quia cum puella & pater culpa ſtupratoris ſint offenſi ac damnificati,non ſolum in hoc, ſed etiam in ampliori dote,quam virgines accipere conſueuerint,non tenentur aliã ſimul iniuriam pati,nubendo filiam indigno: textus igitur noſter *in d.c.1.in finali parte,*intelligi debet, quando corrupta cum dote conſueta dari virginibus conſequi poteſt,aut conſequitur maritum ſibi æqualem,parem atque conuenientem,alias ſecus ex ſupradictis: & ita in terminis rectè probat ac concordat prædictas opiniones D.Couar.*in quart.2.part.c.6.§8.n.15.*

## SVMMARIVM.

1 *Vxor,quæ falſo ſibi partum alienum ſuppoſuit,& adultera,quæ filium ex adulterio,inſcio marito,concepit, ad quid teneantur in foro conſcientiæ? & n ſeq.*

2 *Damnificans omni iure, naturali & diuino, tenetur damnificatis ſatisfacere & fur rem furtiuam vero domino reſtituere.*

3 *Scandalum vtilius naſci permittitur, quam quod veritas relinquatur,& ſic ſcandalum fratris poſtponendum eſt veritati vitæ.*

4 *Falſum teſtimonium ſi quis in iudicio contra aliquem inſontẽ & innocentẽ dixerit, tenetur quidẽ in iudicio dictum ſuum retractare & innocenti ſuam famã reſtituere,etiam cum damno propriæ famæ & vitæ.*

5 *Læſus huiuſmodi ſiue creditor, poteſt famam ſiue rem ſuam,quam alius furto abſtulit,in iudicio ſibi reſtitui petere, quamuis ex huiuſmodi repetitione ſi mors furis veriſimiliter ſequutura,& n.14.*

6 *Principes poſſunt terras ſuas & iura ſua ab vſurpatoribus auferre eoſque per bellum compellere, vt quæ iniurioſè retinent,reddant,etiamſi ſit veriſimile multorum mortem inde ſequuturam.*

7 *Prædicator tenetur veritatem impio prædicare,quamuis certo ſciat illum minimè crediturum.*

8 *Qui cum plurib.aliis infamauit innocentẽ,tenetur palinodiam cantare,vt pro ſua parte eidem famã reſtituat quamuis ſciat ſibi non eſſe præſtandam fidem.*

9 *Mulier adultera vel quæ falſum partum ſibi ſuppoſuit,non tenetur cum iactura vitæ aut famæ crimen prodere, nec hoc modo fraudatis ſatisfacere, etiamſi id aliter fieri non poſſit.*

10 *Reſtituere nemo tenetur cum maiori damno,quod minoris eſt, nec rem inferioris ordinis cum detrimento ſuperioris,quinimò hoc caſu creditor ſeu dominus rei rationabiliter id velle non debet,& n.18.*

11 *Petens enſem vel gladium ſuum ab alio cuſtoditum, obligatur velle, vt non ſibi reddatur ad percutiendum innocentem.*

12 *Conſtitutus in extrema neceſſitate vitæ,poteſt pro vita ſeruanda alienum capere atque detinere,& n.19.*

13 *E duobus malis minimum in dubio eſt eligendum, vt vitetur maius.*

14 *Sicut magis teneor me ipſum quã proximũ diligere ita magis debeo famã meã, quã proximi illæſam ſeruare.*

15 *Cap.officij,de pœnit.& remiſſion.intellectus.*

16 *Procedit ille text. etiamſi periculum mortis inſtet ex malitia cognatorum mariti.*

17 *Idem eſt in adultera iam facta vidua, quia adhuc non tenetur adulterium ſuum detegere cum grauiſſima famæ iactura.*

20 *Scandalum quid ſit & quid ſignificet, & eſt duplex,* datum



*datum & acceptum.hoc eſt,actiuum & paſſiuum.*

21 *Regula quæ ſcandalizauerit,&c.de regul.iur. intellectus,& n.22. & 23.*

25 *Cautela Alciati, qua vſa fuit quadam vidua Auenion.in caſu dict.cap. officij, de pœnit.& remiſſ. improbatur.*

26 *Mulier iam diffamata adulterij vel ſuppoſitionis partus,credens ſe ſine periculo corporis & animæ id reuelare poſſe, ac quod ſibi maritus & filius credent, tenetur ipſis reuelare.*

27 *Sed an idẽ ſit,ſi maius ſit dãnum,quod reſtitui prætenditur ex huiuſmodi reuelatione, quam fama mulieris, nẽpe cum magnum patrimoniũ vel illuſtris maioratus eſt,at mulier non eſt nobilis nec tãti nominis?*

28 *Adultera habens patrimonium, ex quo valeat damnificatis damnum reſarcire, tenetur id omnino facere.*

29 *Adultera quid facere debeat, ſi alia bona non habet, ex quibus læſis ſatisfacere poſſit?*

30 *Filius non tenetur credere matri ſibi dicenti eſſe adulterinum, nec hæreditatem reſtituere ſi non habet conſcientiam læſam, alias ſecus.*

31 *Stultus fuit quidam Regis filius, qui nimis credulus, matri credidit,ſe non eſſe Regis,ſed militis filiũ, & ob id regno renuntiauit: quod procedit etiã in foro conſcientiæ, niſi tã vehemens eſſet matris perſuaſio, vt adulterinus filius credere intus mente conuincatur,n.32. & 33. & n.35. ponitur alia limitatio, & n.36.quando filius haberet conſcientiam læſam.*

34 *Ponitur alius caſus, in quo filius matri in hoc credere tenetur.*

37 *Adulter an teneatur ad reſtitutionem integram faciendam hoc caſu læſis? & n.38.*

39 *Damnum legitimo hæredi totum integrum reſtituendum eſt, quoties filius putatiuus iam ſucceſſit in hæreditate patris putatiui: ſecus vero, antequam ei ſuccedat, ſi pœnitens ſit in mortis articulo ratione dubij, an ſuccedet vel non ille filius putatiuus in bonis mariti ſui matris.*

## CAPVT XXXVIII.

### *De vxore, quæ falſo ſibi partum alienum ſuppoſuit, & de adultera, quæ filium ex adulterio inſcio marito, concepit, ad quid teneatur in foro conſcientiæ.*

1 QVæſtio † profectò inſignis (quæ tametſi vulgaris atque pertrita, difficilis ſatis ac controuerſa exiſtit) eſt illa; *An mulier nupta,falſo ſibi partum alienum ſupponens,vel quæ ex adulterio filium, inſcio marito, concepit,teneatur ſe marito vel filio alieno ſuppoſito, aut proprio adulterino prodere,ne filij legitimi & maritus bonis ſuis atque hæreditate propria defraudentur pro illa parte,atque expenſis alimentorum,quæ ſuppoſito vel adulterino filio tangere poſſunt,non obſtante, quod mulier huiuſmodi ſe prodens, exponat ſe periculo probabili mortis vel infamiæ?* Qua in re videtur primo dicendum, quod ſi mulier hæc alio modo ſatisfacere non poſſit, teneatur quidem factum prodere; nec aliter releuanda ſit à debito ſatisfaciendi.

2 Primò;quia omni iure naturali & † diuino,tenetur damnificans ſatisfacere læſis,& fur rem furtiuam vero domino reddere atque reſtituere vt patet, atque præterea probatur *in regula peccatum, de reg.iur. in 6.* Sed quod iure naturali & diuino agendũ eſt, non eſt propter timorẽ mortis omittendũ,vt etiam patet: pro vitanda enim morte aut ſcandalo non licitum furari à diuite,vt pauperibus ſubueniamus, etiamſi pauperes ipſi alioqui parati ſint furta vel homicidia aut alia peiora mala committere:Igitur nec filij legitimi ſunt defraudandi, vt ſpurio prouideatur, provt contingeret, ſi mater hæc ſuum crimen manifeſtare non teneretur.

Secundò,quia,vt † inquit Venerabilis Beda, cuius 3 dictum refertur *in regula iuris,qui ſcandalizauerit*, vtilius ſcandalum naſci permittitur, quam quod veritas relinquatur: ſed reſtitutio rei alienæ eſt neceſſaria ad ſalutem, vt *in regula,peccatum, de regul.iur.in 6.* atque ita ad veritatem pertinet:Ergo quamuis timeatur ſcandalum mariti,& ſic perditio vitæ vel famæ huiuſmodi mulieris, vel peccatum mariti ex præd. proditione, non ob id omittenda eſt reuelatio atque reſtitutio,quæ marito eiuſque hæredibus per præd. reuelationem fit. Præterea ſcandalum fratris poſtponendum eſt veritati vitæ, quæ ineſt ſatisfactioni læſionis:Ergo & fortiori ratione fama & mors pro eadem vitæ veritate poſthabenda ſunt,cum ea pro ſcandalo vitando ſint offerenda & nihil facienda: Ergo mulier adultera iuſte excuſari non valet,ſi ob vitandam mortem aut ob effugiendam infamiam,miſſam faciat damni per illam illati ſatisfactionem, quæ abſque mortalis culpæ labe omitti non poteſt.

Tertiò,quia ſi quis falſum teſtimonium † cõtra ali- 4 quem inſontem ſeu innocentem in iudicio dixerit, tenetur quidem in iudicio ſuum dictum retractare,innocentique ſuam famam reſtituere, non obſtante, quod ex tali reſtitutione ipſe maneat infamatus; Quinimò, & quod pœna talionis eidẽ venia imponenda,vt probant omnes Theologi,præcipuè Medin.*vbi infra* citabitur,& Dominic.à Soto *lib.4.de iuſt.& iur.q.6.a.4.ad quartum,in verſ.idem cenſerem de vita,pag.*334.Mercad. *in ſuo tract.de tratos y contratos,lib.6.c.10.ad fin.* Igitur infamia & mors, quæ ex reſtitutione euentura timentur,non liberant debitorem,quo minus ſatisfacere non teneatur.Quinimò † læſus ſiue creditor poteſt famam 5 ſuam vel rem,quam alius furto abſtulit,in iudicio ſibi reſtitui petere, quamuis ex huiuſmodi repetitione ſit mors furis veriſimiliter ſequutura. Principes † etiam 6 poſſunt terras ſuas & iura ſua ab vſurpatoribus auferre,eoſque per bellum compellere, vt quæ iniuſte retinent, reddant, etiamſi ſit veriſimile, multorum mortem inde ſequuturam, vt patet:à fortiori igitur,mulier præfata in ſpecie propoſita,poteſt & tenetur ſuum crimen prodere ad ſatisfaciendum læſis.

Quartò,huic † ſimile eſſe videtur,quod in prædica- 7 tore Doct.tradunt,dicentes, teneri quidem eum veritatem impio prædicare, quamuis certo ſciat illum minimè crediturum,& præterea,qui † cum pluribus aliis 8 infamauit innocentem, obligatur ſe infamare & palinodiam cantare, vt pro ſua parte famam innocenti reſtituat,quamuis ſciat,ſibi non eſſe præſtandam fidem, propterea, quod videt alios,qui ſecum illũ infamauerunt, in ſua priori ſententia periſtere: Ergo mulier hæc, de qua agimus, obligata eſt ad reuelandum crimen marito & filio ſuo, vt hac via illum ab hæreditate remoueat, quamuis certo ſciat, eum minime crediturum, & à fortiori ſi de hoc dubitet. Et in terminis, quando aliter debita reſtitutio & ſatisfactio fieri non poteſt,& periculum mortis non timetur,licet famæ timeatur.Hanc partem tenuit Adrianus *de reſtit.q.1. dubio 1.*& *in 1.quodlib a.3.in reſponſio ad 2. argum.principal.*& Paludan.*in 4. diſt.27. q.1. a.1.* Idem voluit Maior.*in 4. diſt.15. q.15.* & alij plures, quorum partes late agit, defendit ac probat, dicens, quod hæc opinio, quamuis rigida,verior apparet,F.Ant.à Cordub. *lib.1. ſui quæſtionarij q.31.per totam,*præcipuè *in primis col.& fol.150.col.2.* illius folij *verſ.igitur hoc idem iudicium.*

His † tamen omnibus non obſtantibus, contraria 9 ſententia negatiua, imò quod mulier hæc non teneatur cum iactura vitæ aut famæ ſuæ crimẽ prodere nec hoc modo fraudatis ſatisfacere,etiamſi aliter id facere non poſſit,verior eſt proculdubio,& ab omnibus aliis Theolo

Theologis & Canoniſtis receptiſſima ac proinde te-
nenda abſque aliquo ſcrupulo,ex ſequentibus.
10 Primò, quoniam † in materia reſtitutionis regula
hæc veriſſima eſt atq; communiter per omnes Theo-
logos tradita, nempe;Nunquam aliquem teneri ad re-
ſtitutionem alicui terræ perſonæ faciendam, quando
multo maius damnum pateretur ille pro rei reſtitutio-
ne quam valere poſſet res ipſa illi,cui eſt reſtituenda.
Eo enim euētu dominus rei debet velle,ne res ſua quæ
modica eſt,cum maximo damno alterius ſibi reſtitua-
tur. Debet enim quilibet velle, vt inquit Scotus *in 4.
ſentent.diſt.15. q.2.a.4.* quod vitetur magnum incom-
modum proximi reſtituentis, potius quam modicum
incommodum ſuum: Quam regulam ſequuntur ibi-
dem communiter Theologi & alibi ſæpiſſime. Nemo
enim tenetur reſtituere rem inferioris ordinis, vt pe-
cuniam cum detrimento famæ ſeu honoris:nec famam
vel honorem cum detrimento vitæ:Ita Caiet.2.2.*q 62.
art. 6.* quem iuniores nonnulli ſequuntur, vt inquit
D.Soto *lib.4.de iuſt & iure,q.6.a.3.ad 4.pag 313.col 2.*
ſequitur & latè probat Nauar. *in manual c.17. n.87. &
ſeq.*vbi tamen ait, quod ſi quis hoc vltro faceret,lice-
ret,& creditor hoc caſu tenetur ex lege charitatis ma-
gis velle,ſe re illa carere,quam eam cum tanto damno
ſibi reſtitui.Quod ſi aliud vellet profectò id eſſet con-
tra ordinem charitatis: Itaque creditor hoc caſu non
eſt rationabiliter inuitus,ſi ſibi ea in ſpecie non ſatis-
fiat:Ergo ita & eodem modo mulier, de qua agimus in
propoſito, non tenebitur ſuum crimen reuelare mari-
to nec filio ſuppoſito vel adulterino,aliter enim faciēs
exponeret ſe periculo manifeſto amiſſionis vitæ vel
famæ,tacendo autē ſolum verſatur iactura rei tempo-
ralis,puta hæreditatis, in qua alij hæredes remanebūt
defraudati,& maritus in expenſis & alimētis,quod eſt
minus dānum: Maius namq; ſequeretur reſtituentem,
quam commodum ipſos quibus reſtitutio fieret: hoc
autem ipſi velle non debent nec poſſunt,iuxta rectum
ordinem charitatis,vt eſt prædictū: Ergo ad id mulier
11 minimè tenetur.Sic † etiam videmus,quod petens en-
ſem vel gladium ſuum ab alio cuſtoditum, obligatur
velle,vt non ſibi reddatur ad percutiendum innocen-
tem,vt *in c.ne quis arbitretur,verſ illud. 22. q.2.*
12 Secundò hæc eadem † ſententia probatur,quia cō-
ſtitutus in extrema vitæ neceſſitate,poteſt pro vita ſer-
uanda alienū capere atq; retinere, vt *in cap.ſi quis pro-
pter,de furt.*adeo,vt iuxta communem ſententiam per-
ueniens poſtea ad pinguiorem fortunam, reſtituere id
minimè teneatur, quamuis contrarium probet Nauar.
*in manual.c.17.n.60.& 61.* & *n.118.& 119.* Ergo mu-
lier adultera conſtituta in periculo famæ vel mortis,
poterit tacere proprium crimen & permittere, quod
mariti hæreditas à legitimis hæredibus in extraneos
deferatur aduerſus mariti voluntatem:Sicut enim pau-
peres & rei alienæ retentione ad conuerſationem vi-
tæ, ita mulier adultera pro ſua vita & fama ſeruandis
indiget omiſſione ac taciturnitate reuelationis adulte-
rij, ac per conſequens omiſſione reſtitutionis & com-
penſationis damni illati.
13 Tertiò, quia † quando aliquis ſic eſt perplexus, vt
neceſſarium ſit illi duorum malorum alterum eligere,
ſemper debet eligere minus,vt euitetur maius, vt *in 6.
duo mala,13.diſt.*cuius rationem expendit Cou. *in 4. de
ſponſal.1.p.c.4.n.2.* & *2.p.c.7.§.2.n.9.* At mulier hæc
hac neceſſitate conſtringitur, vt quocunque ſe vertat,
in alterum duorum malorum incidat:Si enim adulte-
rium ſuum celat, eo ipſo eſt cauſa, quod filius ſuus
adulterinus vel ſuppoſitus alienam hæreditatem ca-
piat: Si illud reuelat marito, mortem aut ſaltem infa-
miam patietur, quorum vtrumque eſt maius malum,
quàm alieni retentio:Ergo hoc potius eligendum eſt,
quam illud; Quia ſi maius malum eſt rapere famam
proximi,quam illius diuitias,multo maius malum erit,
famam propriam rapere, quam alienas diuitias retine-
re:Sicut enim magis teneor, me ipſum quam proximū
diligere,ita † magis debeo famam meam quam proxi- 14
mi illæſam ſeruare. Nec valet reſponſio atque euaſio
Adrian. contrariam opin. tenentis, ea ſiquidē ſatis di-
luitur in propoſito per Methymnam & F. Alphonſ.de
Caſtr.vbi ſtatim infra citabuntur:Nec reſponſio Ant.
à Cordub.*vbi ſuprà,in reſponſ ad primum arg.*vim argu-
menti omnino eneruauit,quinimo fortius id reddit.
Quartò, hæc † pars ſatis apertam pro ſe habet de- 15
ciſionem Eccleſiæ *in cap officij, de pœnit. & remiſ.* vbi
Papa ſcribit,non eſſe negandam pœnitentiam mulieri
adulteræ,aut quæ falſum ſuppoſuit partum, ſed dicit,
competentem ſatisfactionem eſſe illi iniungendam.Et
quamuis gloſſ.ibi miretur, quomodo mulier illa verè
pœnitere poſſit, cum ſemper retineat alienum, vt *in
cap.ſi res, 14.q.6.* non pependit cauſam & rationem
radicalem illius diffinitionis, quæ eſt illa, quam præ-
diximus, nempe, quia etſi alienum retineat, dominus
tamen iuxta rectæ rationis iudicium deberet velle, ne
cum tam graui damno, quale eſt famæ vel vitæ diſpē-
dium, illud ſibi reddatur: Quare dum textus definit,
mulierem illam eſſe ad pœnitentiam admittendam, in-
telligendus eſt,ad pœnitētiam Sacramentalem;etiamſi
marito id non reuelet,quia id facere iuſto timore non
audet,ſicque abſoluēda eſt Sacramentaliter,quæ abſo-
luta non remanet in peccato, non reuelando crimen
ſuum marito,ſi enim peccaret,ad pœnitentiam admit-
ti non deberet, nec ſibi prodeſſet pœnitentiam ſatis-
factoriam pro peccatis iniungere,Hæc namque locum
habere non poteſt, antequam culpa ſit quoad Deum
remiſſa, vt rectè text.illū ſic interpretatur Methymna,
*in ſuo cod.de reſtitut q.3. cauſa 4.in verſ.his non obſtan-
tibus:*pro quo faciunt verba text.ibi,*Hac fraude duran-
te,&c.* Nec illud de competenti ſatisfactione iniungē-
da,quod text.ille in fine præcipit,intelligendum eſt de
reuelatione nec proditione ſui mariti facienda:Nam ſi
ad id teneretur ad finem ſatisfaciendi defraudatis,cer-
te hoc illi eſſet neceſſario per confeſſorem & Papam
iniungendum ac præcipiendum, ad hoc, vt admitti
poſſet ad Sacramentum pœnitentiæ,ſicque text. præ-
tendit,illam excuſare à debito reuelandi crimen ſuum
marito ob iuſtum timorem, ſecundum Methymnam
*vbi ſuprà.*Nec obſtat ſi dicatur,text illum tantū loqui
in caſu,quo mors adulteræ iuſtè timetur ex reuelatio-
ne prædicta, quo caſu Adrianus & cæteri prioris opi-
nionis auctores fatentur, ipſam ad id non teneri, non
vero quando ſolum famæ detrimentū paſſura eſt mu-
lier,quaſi hoc,cum in eo textus minimè loquatur,mu-
lier opportune reuelare teneatur;Hoc ſiquidem verum
non eſt (quandoquidem, vt dixit Salomon Prouerb.
c.22. *Melius eſt nomen bonum, quam diuitiæ multæ hoc
enim magis permanebit tibi quam mille theſauri pretioſi
& magni,*& Eccleſiaſt.41. *Curam habe de bono nomine.*)
Ergo cum fama præualeat cunctis rebus,vt latè probat
Nauar.*in repet.c.inter verba,11.q.3.n.217.*& 86.ipſa eis
præferenda eſt,ac proinde non debet nec tenetur mu-
lier cum tam graui ſuo damno reſtituere quod minus
eſt,nempe hæreditatē,ex præſumpta ſeu potius elicita
voluntate fraudatorum,iuxta rectæ rationis charitatē,
vt prædicebamus in primo fundamento huius partis.
Tum etiam, quia bonis perſonis maior iſte metus eſſe
debet,quam rerum, *argument.l.iſti quidem,ff quod met.
cauſ.* Nec text. *in d.cap.officij,* obeſt in propoſito, quia
tantum loquitur, quando mulier iuſtè timet reuelare
marito crimen ſuum. Timor tamen admittendi fa-
mam talis eſt: Ergo itidem procedit iniuſto timore
amittendi famam,ſicut vitam:Ex quibus omnibus fit,
adul



adulteram vel partum alienum ſupponentem non te-
neri in hanc ſpecie cum periculo mortis vel famæ ſe-
ipſam prodere, etiamſi certo ſciat, (non ſolum ſi du-
bitet) futuram vtilem eius criminis proditionem ad
reparationem damni illati,ne filius ſpurius inique pa-
trimonium mariti habeat: & in terminis hanc ſecun-
dam partem tenent & intrepide probant Innoc. &
Abb. *n.5.* & cæteri Doct. communiter *in d. cap.officij,*
Ant.Gom.*in d.l.80 Taur.n.75.*& quamuis ipſi loquan-
tur in periculo & timore mortis,idem eſt in periculo
famæ,vt prædiximus, & tenet Scotus *in 4.diſt.15 q.2.*
Caiet. *in 2.2. quæſt.62 art.6 ſuper reſponſio. ad 2.*idem
*in opere, 16. quæſtionum, q.14.* & late & optime Ioan.
à Methymna *vbi ſupr.*& Alfonſus à Caſtr.*lib.2.de po-
teſtat. leg. pœnal. c.11. in verſic.ob hanc cauſam,*vbi in-
quit,quod fere omnes Theologi concorditer hoc ſen-
tiunt,Syluest.*in ſua ſumma, verb.adulterium,quæſt.1.*&
D.Couar. *in d.regul peccatum,in princip.num 3. & ſeq.*
præcipue *n.6.verſ.4.*vbi,quod ita creberrimo omnium
conſenſu reſponſum & receptum eſt: & Nauar.opti-
me *in Manual.c.16.n.43. & 44. & c.17.n.89.& 90.* Et
hanc opin. tenent communiter Canoniſtæ & Theo-
logi,ſecundum Ant.à Cordub.*vbi ſupr. in 1.opinion.in
verſ. hanc opin.* quamuis ipſe contrariā veriorem eſſe
exiſtimet, ad quem locum ſe idem actor refert *in ſua
ſumma de caſos de conciencia, q.102.* Idem erit,ſi peri-
16 culum mortis inſtet † ex malitia cognatorum ipſius
mariti, qui eum forte minime iracundum ad vxoris
occiſionem commouebunt,cum parum referat, quod
periculum adulteræ immineat ex ira mariti vel eius
conſanguineorum malitia & perſuaſionibus,cum ſem-
per adſit periculum mortis,& ſic ipſa cauſa,quæ adul-
teram à reuelatione excuſat, vt aduerſus Adrian. &
Methymnā rectè docet D.Cou.*vbi ſup.*vbi idem etiam
exiſtimat aduerſus Maior.*in 4. diſtinct. 15 quæſt.17. &
in 3. diſtinct. 37. quæſt. 34.* in adultera iam vidua, vt
17 quamuis ſit liberata à periculo † mortis ;nihilominus
non teneatur adulterium ſuum detegere cum grauiſſi-
ma famæ iactura,quia quamuis maius ſit vitæ quā fa-
mæ diſpendium, attamen frequentiſſimo omniū con-
ſenſu receptum eſt, vt vidimus, ſatis ſufficiens eſſe pe-
riculum aut diſcrimen famæ,ad hoc,vt adultera inte-
rim excuſetur à proprij delicti reuelatione,& ita eſt te-
nendum. Ad fundamenta contrariæ partis reſponde-
tur.Ad primum eſt dicendum,in noſtro caſu ius natu-
rale nec diuinum obligare huiuſmodi mulierem cum
præfatis damnis vitæ vel famæ ſatisfacere læſis:Tunc
18 namque ius naturale†& diuinum obligat ad reſtituen-
dum alienum & læſis ſatisfaciendum, quando iniuſte
ſeu iniurioſe alienum retinetur: quando autem ex
conſenſu domini elicito aut debito res eius detinetur,
non eſt iniuſta nec iniurioſa detentio ideo tunc ceſſat
obligatio reſtituendi, vt prædiximus: Nemo enim vt
plurimum tenetur rē inferioris ordinis reſtituere cum
rerum ſuperioris ordinis detrimento, puta non pecu-
niam cum detrimento famæ,vel honorem cum iactu-
ra vitæ,ſed rem cuiuſcunq;ordinis cum detrimento rei
eiuſdem ordinis vel minoris:ita Caiet.*in 2.2.quæſt.62.
art.6.*Nauar.& Cordub.*vbi ſup.*& cæteri communiter
Theologi:Sed in præſenti noſtro caſu maritus nec hę-
redes ipſius velle non debent nec poſſūt,vt cum ma-
iori detrimento reſtituatur ſibi,quod minus eſt,vt eſt
prædictum:Igitur non eſt iniuſta nec iniurioſa reten-
tio vxoris,quatenus occultat nec prodit crimen ſuum.
Præterea, illud, quod in primo fundamento prioris
partis diximus,nēpe non licere à diuite furari,vt pau-
19 peribus†ſubueniamus pro vitanda morte aut ſcanda-
lo,non omnino procedit: Nam ſi pauper ſit in extre-
ma neceſſitate conſtitutus,ita quod,veriſimile eſt ſi eū
moriturum,niſi illi prouideatur,licitum eſt mihi pro-
pria,vnde ſubueniam non habenti, aliena à diuite ac-
cipere, vt indigentiæ extremæ illius pauperis ſubue-
niam:nec in hoc erit diues ille rationabiliter inuitus,
cum id de ſuis bonis agam,quod ipſe facere debuiſſet,
& à fortiori hoc caſu idipſum poterit facere ille pau-
per vt propriam mortem euitaret,vt *in d. capit ſi pro-
pter de furt.*ſecus ſi non ſit in extrema neceſſitate.
Ad † ſecundum, hoc eſt,ad regulam iuris, vtilius 20
ſcandalum naſci permittitur, quam veritas relinqua-
tur, omiſſo intellectu Innoc. Hoſtienſ. & Abb. *in d.
cap. officij*, quod illud procedit in iudice & in teſte,
quem reprobant Adrian. & Alfonſ. à Caſtro *vbi ſupr.*
vbi rectè probat, dict.regulam procedere etiam in iu-
dice & in teſte,accuſatore & denunciatore, vt *ibi* per
eum,reſpondeo, præſupponendo prius, quod *ſcanda-
lum* eſt dictio Græca, hoc eſt, iuxta Latinam tradu-
ctionem *offendiculum*: & ſignificat quandam mali oc-
caſionem, quæ ruinæ cauſam dat,quaſi cadendi occa-
ſio,ſi quid obſtet eunti: & impactio pedis, vt *in cap.
diffinimus 18. quæſt.2.* & explicat D.Hieron. Matthæi
*cap.15.* Duplex autem eſt ſcandalum, datum & acce-
ptum,hoc eſt actiuum & paſſiuum: datum autem,hoc
eſt, actiuum, auctore eodem D. Hieronymo, eſt di-
ctum vel factum minus rectum, quod ex ſe alteri oc-
caſionem præbet ruinæ,& ſemper eſt peccatum in eo,
qui ſcandalizat,cum ipſum opus ſit peccatum,vel ha-
bens ſpeciem peccati: Scandalum acceptum ſeu paſ-
ſiuum eſt peccatum,proueniens ex bono alterius ope-
re,vel ſaltem ex facto,quod mali ſpeciem non habet;
contingitque proprie ſcandalum hoc in eo, qui ſcan-
dalizatur, vt conſtat ex late traditis per Felin. *in cap.
nihil,de præſcript.*& aliis Doctoribus & D.Thom.2.2.
*q.43. art.1. & 2.* Et quando quodlibet ſcandalum ſit
vitandum,latiſſime agit D.Couar. *in d. reg.peccatum,
in princ. n.4.* Nunc vero præfata regula, *vtilius, &c.*
quæ de hoc ſcandalo † paſſiuo intelligitur, omnino 21
accipienda in eum ſenſum eſt, vt de triplici veritate
eam intelligamus, nempe vitæ, iuſtitiæ & doctrinæ;
Non enim veritas vitæ, doctrinæ nec iuſtitiæ omit-
tenda eſt, propter proximi ſcandalum vitandum: Ita
interpretantur regulam illam gloſſ. & Canoniſtæ *in
d.cap.qui ſcandalizauerit,*Thomas *in 4.quæſt.43. art.7.
& 8.* Alexand.Halenſ.2.*p.quæſt.189. membr.6.*Adrian.
*quodlibet art.1. & 3.* Alphonſ. à Caſtro *lib.1. de iuſta
hæretic.puniti.c.20.& d.lib.2.de poteſt.leg.pœnal.cap.11.*
quod latius declarat atque exemplificat, multa inde
inferens,Couar. *vbi ſupr.* Præterea † regula illa eſt in- 22
telligenda non de omni veritate,ſed de ſola illa, quæ
eſt ad ſalutem neceſſaria, ſiue illa ſit veritas vitæ,ſiue
iuſtitiæ, ſiue doctrinæ, vt iidem nouiſſimi auctores
præfantur: alias enim ſequeretur ex eadem regula,
quod interrogatus de crimine ſuo occulto,de quo nul-
la haberur ſuſpicio, obligaretur fateri illud & dicere
veritatem: Quod tamen eſt falſum, quia nemo tene-
tur ſeipſum prodere,quando crimen eſt potius occul-
tum & omni ſuſpicione carens, vt reſoluimus *ſupra
c.11.n.29.& 42.* Sequeretur etiam confeſſorem de cri-
me pœnitens interrogatū teneri illud propalare,quod
nullus Catholicus concedet, vt *ibidem* docuimus
*n.49.& ſeqq.*quia veritatem illam dicere non eſt ſacer-
doti neceſſarium, imo neceſſarium eſt,illi eam tegere;
Quando igitur veritas, aut doctrinæ aut vitæ eſt ad
ſalutē neceſſaria,nunquam eſt illa relinquenda,quam-
uis inde ſcandalum naſci timeatur: Ad mulierem
adulteram reuelare ſuum crimen,non eſt de huiuſmo-
di neceſſariis veritatibus, & ideo ad tollendum ſcan-
dalum mariti hoc eſt, vxoris ipſius necem,non eſt in-
conueniens, veritatem illam omittere, quia non eſt
neceſſarium ad ſalutem eam propalare cum periculo
mortis vel infamiæ.

Deinde

Deinde regula illa eſt intelligenda de ſcandalo alio-
23 rum, & † non de ſcandalo proprio ? Quia ſi ex prolatione veritatis doctrinæ oritur mihi ſcandalum, hoc eſt neceſſitas alterius maioris peccati, debeo relinquere veritatem, ad quam non eſt tanta obligatio, vt euitem aliud maius peccatum, quod mihi inde neceſſariò paratur : hoc contingit in hac miliere adultera, vt Caſtro *vbi ſuprà* oſtendit. Igitur, &c. Ex quibus patet, regulam illam receptiſſimæ præfatæ ſententiæ minime obſtare.

24 Ad tertium reſpondeo, nil mirum, ſi teſtis falſarius ad id teneatur, cum ſit neceſſarium ad liberandum innocentem, quem falſo infamauit, à pœna mortis vel infamiæ : ſecus eſt in noſtro caſu, in quo id, quod debetur, non eſt fama, ſed res ſeu patrimonium, quod læſis ad vitam, vt ſupponitur, neceſſarium non eſt : Damnum autem, quod ex reſtitutione huiuſmodi fieret, eſt longe maius; nempe infamia reſtituentis & mortis probabile periculum, vt patet. Ergo non concurrit hoc caſu eadem ratio. Præterea † non obſtat, quod de repetente in iudicio rem ſibi furto ſubtractam diximus; Nam reſpondeo, illud licitum eſſe, quia quamuis inde mors ſit euentura, quando iuſte euentura eſt, h.e. iudicis auctoritate interueniente, ſecus eſſet, ſi aliunde eſſet mors lædentis in iuſte euentura, vt ex indignatione, odio vel ignorantia occidentis, tunc enim illicitum eſſet debitum cum tanta iactura debitoris petere: ſed in caſu præſenti, ſi vxor crimen proprium marito reuelet, timetur mors ex indignatione mariti euentura : Ergo ceſſat argumentum. Idem dicendum eſt in Principib. bellum contra rerum ſuarum vſurpatores mouentib. data iuſtitia belli, vt probat Methymna *vbi ſuprà*. Nec obſtat ſi replices, quod ad minus præſumi debeat, quod maritus non de facto nec iniuſte occidet vxorem ex prædict. reuelatione, ſed iuridice contra eam in iudicio procedet vſque ad condemnationē iuridicam, & quod tunc eadem ratione debet crimen reuelare, vt læſis ſatisfaciat, quia negatur conſequentia, cum reus minime ad hoc teneatur, nempe ſponte ſe prodere antequam contra eum agatur, nec etiamſi contra eum agatur, ſi crimen occultum ſit, vt prædiximus.

25 Ad quartum † reſpōdeo, valde diſſimile eſſe à noſtro caſu, nam auditor prædicatoris veritatem prædicantis tenetur prædicatori credere, & ita prædicator obligatur ad prædicandum : Quod ſi aliquis non crediderit, nullum ex tali prædicatione ſequitur damnum prædicatori: Filius vero ſpurius, vt *infra* dicemus, non obligatur credere matri, & mater ex tali reuelatione magnum pateretur damnum, vt videmus Præterea, is qui ſe infamat reuocando dictum ſuum, vt alteri famam, quam ab eo abſtulit, reſtituat, non infert ſibi maius damnum quam valet res, quam alteri reddit, ſed tantum ipſe perdit, quantum alteri reddit, hoc eſt, famam, & ideo ſiue ſperet alios credituros, ſiue non, obligatur famam illi reſtituere, & pro illa quātum potuerit laborare, quod ſi alios in ſua ſententia perſiſtere viderit, debet confidere, illos aliquando eam mutaturos, & ſic ipſe facit, quod poteſt & tenetur. Remanet igitur ex ſupradictis ſatis probata ac defenſata noſtra magis communis & receptiſſima ſententia negatiua in fauorem mulieris adulteræ, vt ipſa quidem minime debeat nec teneatur ſe prodere hac in ſpecie propter periculum vitæ aut famæ, etiamſi credat, ſuam reuelationem vtilem fore ad ſatisfaciendum læſis, quia probari id poſſit.

Nec mihi tuta videtur cautela, qua vſam fuiſſe quandam viduam Aueniononſem, refert Alciatus *libro præſumptionum regula tertia, præſumptione* 37. *n*.4. & idem *Parergon iuris*, *c*.12. *n*. 6. quæ cum plures liberos haberet, quorum vnus erat ex adulterio conceptus, eis moriens accerſitis, ita loquuta eſt : Filij mei vnus veſtrum eſt natus ex adulterio, & ideo bona mei mariti detinet indebite, ego eum, antequam moriar, nuncupare ac indicare intendo, niſi vos inuicem remiſeritis omne eius, quod habet alter aduerſus alterum: tunc filij, cum quilibet de ſe ipſo dubitaret, mutuo ſe ipſos ab eo onere abſoluerunt & liberauerunt iuſque inuicem ſibi remiſerunt; per hanc enim cautelam minime tollitur damnum ex adulterio, nec ſit liberatio ſufficiēs; Siquidem præfata mutua abſolutio ſpontanea nō eſt, ſed coacta, quia is filius, qui legitimus eſt, nullum ex ea commodum habet, ſed damnum patitur, nec id remiſiſſet, ſi certo ſciret, alterū ex adulterio cōceptum fuiſſe, imo coactus metu, ne forſan ipſe à matre ſpurius manifeſtaretur, eidem liberationi à matre inductus conſenſit. Tunc enim liberatio creditoris valida eſt, præcipue in foro conſcientiæ, cum ea ſponte & ex animo, libere ac veritate plene narrata, bona fide ſit, alias vero inuoluntaria & ſubreptitia atque extorta iudicatur, ac proinde nulla, & ita merito prædictam cautelam reprehendit Couarruuias *vbi ſuprà n*. 6. *ad finem, verſic. nec mihi placet* & Menoch. *lib*.2. *de arbitr. iudic. centur. prima, caſu* 89. *n*. 29 *&* 30. & Ant. à Cordub. *dicta quæſtion*.31. *in prima opinion. in verſ. notandum eſt*.

Supradicta tamē magis † communis ſententia multas patitur declarationes. Prima eſt: vt non procedat, ſi 26
hæc mulier erat iam diffamata adulterij vel ſuppoſitionis partus, & præterea credat, ſe ſine periculo corporis & animæ id reuelare poſſe, ac quod ſibi maritus & filius credent : Tunc enim id reuelare ipſis tenetur pro ſatisfactione competenti, de qua *in dict. capitul. officij*, vt idem probauit Innocentius & cæteri omnes communiter, vt teſtatur Nauarr. *in dict. cap*.16. *n*.45. & Couarruuias *etiam vbi ſup. n*.6. *verſ*.5. Quinimo idem erit, ſi mulier crederet, huiuſmodi filium præ eius virtute ac nimia, quam de matre fidem habet, ſibi omnino ſecreto reuelanti crediturum atque hæreditatem aliis relicturum : tunc enim tenetur eidem ſecreto reuelare, ſecundum Nauarrum *vbi ſup. dict. n*.45. & Cordub. *in dicta ſua ſumma*, *quæſt*.102.

Secunda † declaratio eſt, vt procedat communis 27
ſententia, quando damnum, quod reſtitui prætenditur ex reuelatione, nempe hæreditas patris, eſt minus quam diſpendium, quod ex reuelatione mulieris ſequeretur, in quibus terminis ipſa communis loquitur, tunc enim merito vt ipſa committatur propter periculum mortis aut famæ, cum hæc ſint maioris valoris: at vero ſemoto vitæ periculo, etiam cū famæ iactura teneretur mulier hæc ſuum crimen detegere, ſi ſciat vtilem futuram hanc reuelationem, & ei creditum iri, nempe, cum tantum ac tam ingens eſt patrimonium mariti, quod à legitimo ſucceſſore inique aufertur adulterio vxoris & ſpurio filio traditur, vt rectitudine penſata arbitrio diſcretiſſimi viri maius ſit eius, quam famæ ipſius adulteræ diſpendium, vt exiſtimat Couar. *vbi ſuprà num*.6. *verſic ſed ſi ad amuſſim*, dicens, hoc mature & diligenter eſſe conſiderandum. Idem videtur voluiſſe Dominic. à Soto *lib*. 4. *de iuſtitia & iure*, *quæſt*.7. *artic*.2. *in reſponſione ad primum*, *&* *quæſt*.6. *artic*.3. *in reſponſione ad quartum argumentum*, dicens, per prudentiam liberandam eſſe tunc adulteræ famam cum iactura, quam verus hæres facit : Si enim pretioſior eſt multo fama mulieris, alias nobilis & honeſtæ, quam hæreditas, quæ forte tenuis eſt, conſulendum eſt illi vt taceat: Si autem hæreditas contra maioris æſtimatur, nempe ſi eſt illuſtris maioratus, & illa non eſt tanti nominis, detegere ſe tenetur, ſaltem ſub mortis articulum, vt periculum homicidij non ſubeat, cæteris tamen paribus, melior eſt conditio legitimi hæredis.

Idem



Idem erit ſecundum ipſum, ſi Regnum aliquod aut præclariſſima domus, ſilente adultera, ad alienos deret tranſire : Nam tunc vix poſſet aut deberet eiuſdem adulteræ conſcientia pacari, ſi res eſſet certa, quod eſſet omnino ſuo teſtimonio profutura, niſi ſe etiam cum periculo vitæ proderet: dummodo prius tale periculum caueatur, nam peccatum mariti ipſa non tenetur cum tanta iniuria veri hæredis euitare.

Hæc tamen declaratio indubia non eſt, quia text. *in d.c. officij*, indiſtinctè & generaliter loquitur, ac illud decidit ob timorem iuſtum mulieris reuelandi ſuum crimen, qualis eſt vitæ vel famæ, nec nuncupatim loquitur in periculo mortis: Ergo indiſtinctè eſt intelligendus, & ita contra hanc ſecundam declarationem improbans Sot. optimè tenet & pluribus rectè probat cum Caiet quem refert Nauar. *in manual. c*.17. *n*.89. *& ſeq*. cui aſſentio indiſtinctè abſque moderatione Cord. *vbi ſuprà*, *in tertia opin*. & ſic hæc ſecunda declaratio non videtur tenenda.

28 Tertia † declaratio veriſſima, communis atque ſine controuerſia eſt apud omnes Theologos & Canoniſtas nempe, quod adultera habens patrimonium, ex quo valeat commodè legitimis mariti hæredibus atque ipſi marito damnum reſarcire, tenetur id omnino facere, cum ea reſtitutio ſatisfieri poſſet abſque iactura vitæ, famæ vel honoris ipſius adulteræ: Ita indiſcriminatim omnes ſuprà citati fatentur, ex quibus nonnulli in noſtris Regnis Hiſpaniæ exemplificant & bene, in tertio & quinto bonorum, in quibus parens filium vel filios aut filias meliorare poteſt iuxta ll. Regias, ita Nauar. *vbi ſuprà*, *n*.47. & Alfonſ. à Caſtr. *d.c*.11. *in verſic. ſi religio monachatus*, addens, quod ſuadeat etiam marito, vt idem faciat, quod ſi ab eo impetrauerit, minimum erit, aut fortè nihil; in quo reliquos filios lædat. In Regno à Aragoniæ, in quo parentes etiam ditiſſimi non coguntur vnicuique filio relinquere vltra quinque argenteos ſolidos, qui vix conſtituunt quartam vnius ducati partem, facillimum eſſet remedium: Quod apud illos ideo conſtitutum eſt, vt hac via filij cogantur parentibus magis obedire: & idem fieri poteſt in ea Cantabriæ parte, quæ nunc Vizcaya dicitur, quoniam illic fere ſimilem habent parentes teſtandi facultatem, vt fertur: & hæc eſt competens ſatisfactio, quam diſcretus confeſſor huic mulieri confitenti imponere debet, de qua *in d. cap. officij, in fine*. Sed ſi maritus vxoris adulteræ nullum habeat filium, cui ſit facienda reſtitutio, videndus eſt hoc caſu Alfonſ. à Caſtr. *vbi ſuprà*, *in verſic. ſi maritus*.

29 Quarta † declaratio eſt, vt quoties mulier hæc alia bona non habeat, ex quibus læſis ſatisfacere poſſit, tūc debeat filio perſuadere atque pro ſuis viribus inducere, vt religionem ordinis incapacis bonorum in communi ingrediatur vel clericus efficiatur, beneficiúmq; Eccleſiaſticum recipiat, quo ſe contentum reputet & hæreditatem fratribus relinquat: quod ſi hoc facere filius noluerit, tunc mulier conteratur & peccati pœniteat cum voluntate ſatisfaciendi, quando potuerit, & cum hoc ſufficit, ad ampliuſque non tenetur, niſi ad plus laborandum, multiplicandumque bona mariti, quam ratione matrimonij alias tenetur, minores ſumptus faciendo in veſtibus & alimentis quam honeſtè facere poſſit, ita quod hoc cum damno adæquet, ſi poſſibile ſit: quod ſi adhuc hoc non ſufficiat, orationibus & bonis operibus cum prædicta pœnitentia & animo reſtituendi, quando potuerit, ſatisfaciat, & hæc eſt etiā competens ſatisfactio, de qua loquitur *d.c. officij in fin*. quam diſcretus confeſſor debet iniungere prædictæ mulieri : Ita colligitur ex pluribus ſimul iunctis ſuprà citatis auctoribus, præcipuè Scoto *vbi ſuprà*, Innocent. Abbat. & cæteris *in d.c. officij*, Anton. Gom. *vbi ſuprà*, Medina & Nauar. Alfonſ. à Caſtr. & Cordub. *d.q*.102. & *in d. quæſtionario*, *quæſt*.31. *in princip. verſic*.2. etiam, quamuis Sot. *d. quæſt*.7. *in reſponſion. ad primum*, exiſtimet, de iuſtitia non teneri mulierem inducere ad religionem huiuſmodi filium : ſed eum in hoc improbat Cordub. *dict. quæſt*.31. *in princip*. tenens cum Scot. & cæteris, quod prædiximus, nam de iuſtitia tenetur facere quantum poteſt, vt hæredes legitimi ſint indemnes; Si ergo per hunc vel illum modum, & non per alium id efficere poteſt, vtique de iuſtitia vel quouis alio iure tenetur : & hæc reſpectu mulieris dicta ſufficiant.

Reſpectu † autem ipſius filij ſuppoſiti, vel ex adul- 30
terio concepti dicendum eſt, ipſum matri hoc aſſerenti ſibique reuelanti non teneri credere nec hæreditatem reſtituere: ita Abb. *in dict. c. officij*, *n*.4. tenuit prius gloſſ. *in l. etiam*, *ff. de probat*. Bartol. *in l. filium*, *ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur*. Gozadinus *conſ*.12. *n*.27. Alciat. *in dict. regul*.1. *præſumpt*.37. *n*.4. Couarr. *vbi ſuprà n*.6. *in verſic*. 2. vbi ampliat, etiamſi filius ſciat, matrem adulterium commiſiſſe, affirmans, quod id omnes fatentur *in cap. per tuas, de probationib. & in dict. l. filium*, Methymna, *vbi ſuprà, in verſic. an autem filius*, Domin. à Soto *vbi ſuprà, in reſponſione ad primum*, & Alphonſ. à Caſtr. etiam *vbi ſuprà, in verſic. filius tamen*, Menoch *de arbitrar. iudic. lib*.2. *centur*.1. *caſu* 89 *n*.27. Ex quo † infe- 31
runt omnes, ſtulte egiſſe illum Regis filium, qui nimis credulus matri credidit, ſe non Regis, ſed militis filium eſſe, & ob id Regno renuntiauit, vt referunt Cynus & Bartol. *in d. l. filium* & ibi Bald. *&* *conſil*.64. *lib*.1. & Neuizanis *lib*.1. Sylu. Nupt. *n*.50. Barbat. *conſil*.58. *num*.2. *lib*.1. Corneus *conſ*.293. *in fin. lib*.4. poſt Abb. *in dict. cap. officij. in fin*. & alij etiam idem probant. Quod procedit
etiam † in foro conſcientiæ, ſecundum Corneum *vbi* 32
*ſuprà*, quem in hoc ſequitur Andreas ab Exea *in c*.1. *n*.336. *de conſtitution*. idem probat Methymna *vbi ſuprà*, & Mercado *de tratos y contratos*, *lib*.6. *c*.13. *ad finem*, *de la reſtitucion en los bienes temporales*. quod verū exiſtimo, præterquam, ſi tam vera mens eſſet matris perſuaſio, vt adulterinus filius credere intus mente conuincatur, quia † licet tunc in foro exteriori ſibi adiu- 33
dicetur hæreditas, nihilominus conſcientia teneretur illam à ſe abdicare, quia tunc ſententia fundatur in falſa præſumptione; ita Dominic. à Sot. *vbi ſuprà, in verſ. tametſi*, quem refert & ſequitur Menoch. *vbi ſuprà*, *n*.28. & hæc eſt prima limitatio.

Secundò limitat † Methymna *vbi ſuprà*, ſi mater 34
benigne & amanter filium tractauerit, ipſaque ſit moribus reformata, timoratæ conſcientiæ & propriæ famæ amica, nec mentiri ſolita, maximè ſi in articulo mortis ſit aut tempore ſacto, puta in hebdomada Sancta, quando factum filio ſpurio reuelat, nam tunc videtur, quod filius debeat illi fidem adhibere, cum cauſam ad oppoſitum credendum non habeat efficaciorem, ſecus ſi illa dure filium tractauerit quod eum odio habuerit, è contra verò legitimos amanter proſequitur, illiſque ſigna dilectionis oſtendit, cum tunc ſpurius, audita matris narratione, poſſit præſumere ex odio potius, & vt cæteris filiis proficiat, quam ex veritate id velit filio ſpurio perſuadere.

Tertiò † limitatur, niſi veritas tam euidenter pro- 35
betur, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari, tunc enim licet in foro exteriori poſſet filius iuxta præſumptionem iuris agere, in conſcientia tamen obligaretur agere ſecundum veritatem ſibi euidenter probatam, quia veritas ſemper eſt præferenda præſumptioni : ita Alphonſus à Caſtr. *vbi ſuprà*.

Quartò † limitarunt, ſi filius hic ex reuelatione matris 36
haberet conſcientiam læſam, quia tunc deberet eidem credere & omnia bona reſtituere, alias enim ſi faceret

contra conſcientiam, ædificaret ad gehennam, vt *in c. literas de reſtitutione ſpoliatorum*, & *in c. per tuas, de ſimon.* ſecundùm Abb. *in d. c. officij, n. 4.* quas limitationes veras eſſe, & tenendas exiſtimo.

37 Poſtremo † reliquum eſt videre de ipſo adulteros qui ex aliena vxore prolem ſuſtulit; *An teneatur marito reſtituere, quæ in alenda, educandáque illa prole expendit, & legitimo heredi eam, qua defraudatur, hæreditatem, ſicut ipſa mulier adultera tenetur, vt prædiximus, nec ne?* Et quidem ſi ipſe certus non ſit, nec credat nec credere debeat prolem eſſe ſuam, quia mulier illa cum aliis adulterium commiſit, vel ſi illa quoque dubitet, an filius ex adulterio conceptus fuerit, vel ex matrimonio, aut quia iuſtè credit, mulierem mentiri ad eum obligandum, ad nihilum tenetur, *arg. cap. graue, 11. q. 3.* & *cap. dominus, de ſecundis nuptiis.* Ita Florentinus *in 2 part ſuæ ſummæ, tit. 2. c. 7. ſub finem*, quem refert & ſequitur Nau. *vbi ſuprà, n. 49.* & Anton. à Cord. *d. q. 31. in 4. dict. in fine.* Sic ſi ſoluta mulier cum duobus conuerſetur, neuter eorum tenetur credere ex ſe habuiſſe in vtero: imò licet Petrus ſuum eſſe credat, & Paulus eum ſuſcipiat, nutriat & ditet, non tenetur Petrus rem detegere, quandoquidem alter, vel ſua leuitate vel mulieris impoſtura deceptus eſt, nec ipſe eum decepit, vt inquit Sot. *vbi ſuprà. in verſ. ad hoc igitur.*

38 Si verò adulter † rationabiliter credat aut credere teneatur, filium eſſe ſuum, videtur etiam ad nihilum eum teneri, tum quia non ſit cauſa propinqua damni vnde etiamſi de facie aut alia via ei conſtiterit, prolem eſſe ſuam tamen illum non ſuppoſuit marito: tum etiã, quia non ſcit, an alium ſecum ipſa admiſerit, quæ enim vnum recipit, abſque iniuria credi poteſt alium pariter admittere: quocirca iure definitur, filiationem eſſe difficilis probationis, vt *in l. Lucius ff. de conditionib. & demonſtration.* Menoch. latè *dict. caſu 89. lib. 2.* & in terminis hanc partem probauit Domin. à Sot. *vbi ſuprà*, addens, reuera ſe non videre, cur adulter ad aliquam de iuſtitia teneatur reſtitutionem, quamuis ob honeſtatem & decentiam ad id teneatur.

Sed his non obſtantibus, contrarium in hac ſpecie tenendum eſt, nempe, vt adulter, credens filium ex adulterio à ſe commiſſo conceptum, eſſe ſuum, teneatur de iuſtitia ad prædictam reſtitutionem faciendam, tam marito illius mulieris adulteræ, quam verò hæredi, Primo, quia qui cauſam damni dat damnum dediſſe videtur, *l. qui occidit, §. in hac, ff. ad legem Aquiliam, cum ſimilib.* Secundò, quia adultera ad idem tenetur, vt eſt prædictum, quamuis non ſit cauſa proxima damni, quod non ſequitur immediatè ex ſuo adulterio nec ex partu, ſed ex vita ipſius filij. Tertio, quia adulter ſatis cauſa propinqua eſt damni, quamuis non proxima, & non oportet eſſe proximam, ad hoc, vt de damno quis teneatur iuxta notata *in cap. fin. de iniur. & damno dat.* maximè, cum partus ſit effectus ſequutus ex adulterio, quo caſu etiam cauſa remota nocet, *c. fin. de homicid. lib. 6.* nec enim cum de alio non conſtat, eſt præſumendum, mulierem illam alteri ſui copiam feciſſe, cum factum non debeat præſumi, niſi probetur, vt *in l. bello, §. facta, ff. de captiu. & poſtliminio reuer. l. ſi emancipati, C. de collat.* quod ſi adhuc id præſumi poſſet, incertum & generale eſſet, ac proinde leuis præſumptio: at vero illa, qua credit filium ſuum eſſe, fortior eſt atque ſpecialis, quandoquidem certus eſt cum illa muliere concubuiſſe aliiſque rationibus credit filium ſuum eſſe, ac proinde ſtandum potius huic eſt, quam contrariæ: & ita ex ſupradictis hanc partem tenent & probant Florent. *vbi ſuprà*, & Syluеſt. *in Summa verb. adulterium, q. 5.* eſtque communis opinio & tenenda aduerſus Sot. ſecund. Nau. *vbi ſuprà, n. 49.* & Anton. à Cord. *d. q. 31. in 4. dict.* & *in dict. ſua ſumma, q. 102. circa fin.*

Damnum † autem hæredi legitimo totum integrum reſtituendum eſt, quoties filius putatiuus iam ſucceſſit in hæreditate patris putatiui: antequam vero ſuccedat, ſi pœnitens ſit in articulo mortis, ratione dubij, an ſuccedet vel non, tanto minus reſtituere poteſt, quantum bonus ac prudens vir arbitrabitur, vt cum Scoto *vbi ſuprà*, rectè probat Nau. *d. n. 49.* 39

## SVMMARIVM.

1 *Capit. in ciuitate, & cap. nauiganti, de vſuris, referũtur.*

2 *Intellectus & concordia dictorum iurium, & n. 5. reiicitur alius nouiſſimus Magiſtri Palat.*

3 *Qui ſuas non erat merces venditurus vſque ad tẽpus, quo pretium auctum iri coniicitur, poteſt rogatus pluris vendere, quam tempore venditionis valeant, deductis expenſis, laboribus & periculis, & n. 2.*

4 *Qui vſque ad menſem Maij erat ſeruaturus frumentum, poteſt ſub natalem Domini carius, quam tunc valeat, vendere, ſi dubium veriſimile ſit, quod illo tempore plus minuſve ſit valiturum.*

6 *Poteſt quis vendere frumentum pretio, quo valebit hebdomada, menſe vel die, ad quem vſque erat ſeruaturus, non tamen exigere debet pretium maius illius diei vel menſis, ſed mediocre vel commune.*

7 *Venditor qui merces ſuas erat alioqui ſeruaturus, poteſt eas vendere ea conditione, vt cum ei libuerit, eligat pretium commune, modo ſemel eo conſtituto & electo variare non poſſit.*

8 *Venditor merces ſeruaturus ad Calendas Martias, non poteſt eas vendere Calendis Octobris pretio, quo valebunt Calendis Maij.*

9 *Illicitus eſt contractus, quo res venditur pretio, quo pluris valebit à tempore contractus vſque ad menſem Martij.*

10 *Pactum, vt ſoluatur medium pretium rei venditæ, quod magis aut minus eſſet valitura à die contractus vſque ad tempus, quod eam venditor eſſet ſeruaturus, ſiue excreſceret ſiue creſceret eius valor, non continet vſuram nec peccatum.*

11 *Non licet ratione crediti prerogatique pretij rem carius, vltra latitudinem iuſti pretij, vendere, quam in præſenti valet: nec vilius emere infimo pretio iuſto ratione anticipatæ ſolutionis, niſi veriſimiliter dubitetur, tempore ſolutionis plus vel minus valituram rem illam.*

12 *Læſor in caſu præcedenti tenetur in conſcientia reſtituere læſo exceſſũ iuſti pretij vltra latitudinem, vel ſupplere defectum vſq; ad iuſtum infimum pretium.*

13 *Quando in diſſolutione nundinarum mercium pretia decreſcunt, non poteſt mercator vendere credito, quãti præſenti nummo vendidiſſet in emptorum feruore.*

14 *In foro exteriori non eſt contractus vſurarius iudicandus, quoties res carius venditur ad creditum, quam in promptu valet, vel vilius anticipata ſolutione, niſi conſtiterit, ob eam rationem carius vel vilius venditam fuiſſe. & n. 16.*

15 *Abbas & alij ſimpliciter aliud dicentes, ſupplentur ac intelliguntur iuxta ſupradicta.*

16 *An idem ſit in domo vel prædio vendito cæteriſque rebus, quæ in pondere, numero & menſura non conſiſtunt, & n. ſeq.*

17 *Pretium commune alicuius rei in promptu ſoluendum, debet conſiderari omnibus ſuis partibus ac qualitatibus perpenſis & æſtimatis, vt latius hic.*

18 *L. curabit, C. de action. empt. non procedit, re vendita & tradita, habita fide de pretio.*

20 *Intereſſe in recompenſatione fructuum interim perceptorum, de quo* in d. l. curabit, C. de action empt. *eſt licitum, etiam attento iure Canonico.*





21 *Vendens carius ad creditum mulos, pecora & alia animalia ob dilatam ſolutionem, quam pretio communi præſenti valeant, vſuram committit.*

22 *Vſura licet proprie committatur in his rebus, quæ pondere, numero & menſura conſiſtunt, hoc verum eſt quoad formam, ſed quoad intentionem deprauatam poteſt etiam committi in cæteris rebus.*

23 *Mercatores an ratione lucri ceſſantis, vel etiam dãni emergentis poſſint carius vendere rem ad creditum, quam in promptu? & n. ſeq. præcipuè n. 26. 27. & 28.*

24 *Licitum eſt mutuanti ſtipulari ſe indemnem ſeruari tam in lucro ceſſante, quam in damno emergente.*

25 *Caſus, in quo mercatores vel quiuis alij poſſunt carius rẽ aliquã vendere ad creditũ, quam pretio communi de præſenti valeat, ratione lucri ceſſantis, & à fortiori damni emergentis, tribus concurrentibus & n. 29.*

30 *Mercatores an poſſint merces ſuas carius ad creditum vendere quam præſenti pecunia valeant, ratione periculi, cui venditor ad emptoris inſtantiam ſe exponit, tam reſpectu capitalis, quam expenſarum pro eius recuperatione.*

31 *Creditor poteſt à debitore exigere, quicquid recipiendo debitum diſpendit.*

32 *Pactum de certo ſalario conuentum pro expenſis & laboribus inter creditorem & debitorem initum, quoties debitor ab vrbe loco diſtat, in caſu moræ retardatæ ſolutionis licitum eſt.*

33 *Licitum eſt emere debitum minori pretio, quod expoſitum eſt periculo vel cum expenſis exigi ſperatur.*

34 *Pactum in contractibus cenſuum redimibilium, continens moroſum cenſus debitorem, teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium ſeu certas expenſas aut certa ſalaria iuramento creditorum liquidandas, eſt nullum propter ſuſpicionem fraudis vſuræ.*

35 *Vendere an liceat merces aliquas ad creditum carius quam præſenti pecunia valeant, quoties eius ſint conditionis merces illæ, vt communiter illo pretio ſoleant vendi ad creditum, quia raro niſi parua pecunia venduntur in promptu? & n. ſeq.*

36 *Vendere non licet carius merces ad creditum, etiam ob gratiam & commoditatem emptorum.*

37 *Nulla reſpublica totius orbis diuerſa pretia vnquam conſtituit mercibus à ſuis ciuibus vendendis præſenti pecunia, & ad creditum, ſed ſemper taxatur idem pretium ſoluendum de præſenti, vel ad creditum ſoluendum.*

38 *Merx venditioni expoſita, ſi non inueniat emptores, niſi parua pecunia emere volentes, paruo pretio æſtimatur, ſicut è contra.*

39 *In venditionis groſſis (hoc eſt,* de por iunto*) non etiam licet carius vendere ad creditum, quã pecunia præſenti: infrà latitudinem tamen pretij ab infimo vſq; ad rigoroſum bene licet, vt in n. 40. dummodò non ſumatur pretium, quo minutatim præd. merces venduntur, quamuis in promptu, quia hoc modo carius licet eas iuſte vendere ratione laboris & adminiſtrationis. item & diminutionis mercium, non vero ſi ſimul omnes vendantur, vt ibid. & n. 42.*

41 *Merces maritimæ an carius vendi poſſint ad creditum, quam pecunia præſenti valeant? & n. 42.*

43 *Lanæ non poſſunt vendi in diem carius, quam in promptu valeant vltra latitudinem iuſti pretij: niſi verò ſimile dubium ſit, plus vel minus valituras tempore traditionis vel ratione veri damni emergentis vel lucri ceſſantis, vt in n. 46. & n. 47. quid ſi emptor ſuſcipiat in ſe periculum.*

44 *Lanæ, anticipata ſolutione, vilius infimo pretio communi ni promptu emi poſſint? & numeris ſequentibus.*

45 *Emptio frumenti, vini vel olei anticipata ſolutione, ita demum permittitur minori pretio, quam valeat, quando dubium eſt veriſimile, vtrum plus vel minus tempore traditionis ſit valiturum.*

48 *Frumentum futurum, anticipata ſolutione, quo pretio in his regnis emi poſſit.*

49 *Frumentum vetus an licite mutuari poſſit ad renouandum, hoc eſt, vt nouum ſoluatur? & numeris ſequentibus.*

50 *Frumentum vetus ad renouandum dari poteſt bona intentione, ne frumentũ pereat, & vt recipienti gratia fiat, ſi granum vetus tantum vel plus valeat tẽpore, quo traditur vel quo reddendum eſt, quãtum nouum cum redditur, vel ſaltem id ſit veriſimile, vel dubium ſit, plus vel minus valiturum, vt in num. 53.*

51 *Quinimò & in caſu præcedenti licitum eſt, plus expetere de nouo grano, ſi vetus melius exiſtimaretur, vel plus valere quam nouum tempore traditionis.*

52 *Si tempore mutationis frumenti valet faneca octo regalia, & tunc eſt veriſimile, quod tempore ſolutionis valebit quatuor & infra, poterit mutuator cõuenire, vt pro ſingulis fanecis duplices reddantur, dummodo veriſimile dubium ſit, plus minuſve duas fanecas tũc valituras, quam tempore mutuationis valeat vna.*

54 *Mutuans granum vetus principaliter, vt melius ſeu præualens recipiat, committit vſuram.*

55 *Quod procedit, nedum quando ſcitur nouum melius & pretioſius futurum, ſed etiamſi veriſimiliter credatur, plus frumentum valiturum tempore traditionis, & non erat vſque ad illud tempus ſeruaturus.*

56 *Quando granum, quod mutuatur, eſt iam putrefactum vel corruptioni proximum, aut ſubmarcidum (aut eadem ratione impurum) pro alio nouo (vel etiam veteri, meliori tamen) non eſt licitus contractus, ſed potius vſurarius.*

57 *Quod prædict. eſt in grano dato ad renouandum, procedit etiam in vino, oleo & aliis ſimilibus.*

58 *Tempore egeſtatis frumenti licitum eſt id æſtimatum, vt tunc communiter valet, alteri mutuare in frumento, reddendum eo pretio, quo tempore ſolutionis valuerit.*

59 *Non licet mutuare frumentum adpretiatum, vt tunc valet, ſoluendum tamẽ tempore conſtituto inter partes in frumẽto, vel in dicto pretio, prout mutuãs maluerit & elegerit: ſecus ſi electio mutuatario detur.*

60 *Emens frumentum, vinum vel oleum &c. extendatur, vt in n. 60.*

61 *Conductores redditnum Eccleſiaſticorum vili pretio anticipata ſolutione an ſint ſecuri? & n. ſeq. plura de dubio euentu & incertitudine fructuum.*

70 *Vendere merces oppreſſis aliqua egeſtate ad creditum carius vltra pretium rigoroſum, vt ab eodem ſtatim reemant viliori pretio ſtatim ſoluendo, impium atque illicitum eſt, quod vulgo dicitur, mohatra.*

72 *Fallit ſi infra latitudinem pretij ambo contractus caderent.*

## CAPVT XXXIX.

### *De vendentibus carius ad creditum, quam in promptu res communiter valent, & de minori ementibus anticipata ſolutione.*

EXtant de hac † re duæ decretales; Prima quidem Alexandri Genuenſis Archiepiſcopi, ſecunda Gregor. Noni Fratri R. Summorum Pontificum *in tit. de vſuris*, illa in hunc modum: *In ciuitate tua dicis ſæpe contingere, quod cum quidam piper ſeu cinnamomum, ſeu alias merces comparant, quæ tunc vltra quinque libras non valent & promittũt ſe illis, à quibus illas merces accipiunt, ſex libras ſtatuto termino ſoluturos: licet autem con-* 1

*tractus huiuſmodi ex tali forma non poſſit cenſeri nomine vſurarum,nihilominus tamen venditores peccatum incurrunt, niſi dubium ſit, merces illas plus minuſue ſolutionis tempore valituras, & ideo ciues tui ſaluti ſuæ bene conſulent, ſi à tali contractu ceſſarent, cum cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeant occultari.*

Iſta: *Nauiganti vel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniæ quantitatem,eo,quod ſuſcipit in ſe periculum,recepturus aliquid vltra ſortem,vſurarius eſt cenſendus.Ille quoque qui dat decem ſolidos,vt alio tempore totidem ſibi grani,vini vel olei menſuræ, quæ licet nunc plus valeant, vtrum plus vel minus ſolutionis tempore fuerint valituræ, veroſimiliter dubitatur,non debet ex hoc vſurarius reputari. Ratione huius dubij etiam excuſatur, qui pannos, granum,vinum,oleum vel alias merces vendit,vt amplius, quam tunc valeant,in certo tempore recipiat pro eiſdem, ſi tamen ea tempore contractus non fuerat venditurus.*

In primis † obſeruandum eſt,priorem illam decre-
2 talem, ibi; *Niſi dubium ſit,&c.* intelligendum eſſe per ſecundam, ibi; *Si tamen eo tempore contractus non fuerat venditurus.* Itaque ſolum dubium, merces nempe, plus minoſue valituras tempore ſolutionis,non ſufficit, ſed copulatiuè, & ſimul requiritur & hoc, quod venditor eas tempore contractus non fuerat venditurus,alias enim vnum ſine altero non ſufficit,vt *in dict. capitul, nauiganti,* hoc expreſsè probatur *in tertia eius parte,hoc eſt,finali,*quæ in eodem caſu *dict. cap. in ciuitate,*loquitur,illud declarans prædicto modo,vt tenet gloſſ.ibi, *verb.venditores,*& communiter DD. & probat latiſſimè optimeque Ioann. à Medin.*de reſtit.q.38. cauſa 5.*vbi dicit communem Dominic. à Sot. *lib.6.de iuſtit.& iur.quæſt.4 art.vlt.verſic.poſterior concluſio,*Nauarr.*in Manual.cap.17. num.141.* & latè DD. Couarr. *lib.2. variar.reſol. cap.3. num.6. per totum,*vbi teſtatur, hoc eſſe frequentiſſimo omnium conſenſu receptum aduerſus Caiet.*in 2. 2. quæſt.78. art.2.ad 7.* contrarium tenentem, nempe ſufficere priorem conditionem abſque poſteriori ad ipſius contractus iuſtificationem, atque ita ſatis eſſe merces vendi pecunia credita maiori pretio quam valeant tempore contractus, quando adeſt dubium, an tempore ſolutionis ſint pluris minoriſve valituræ,tametſi non foret venditor eas ſeruaturus in tempore deſtinatæ ſolutionis;ſed Caietanum in hoc improbant communiter omnes poſt eum, exiſtimantes, neceſſariam eſſe hanc ſecundam conditionem
3 nec ſufficere prioré. Iuxta † quam receptiſſimam ſententiam, quis ſuas non erat merces venditurus vſque ad tempus, quo pretium auctum iri conijcitur, poteſt rogatus pluris vendere, quam tempore venditionis valeant, expenſis deductis, quæ in prædictis mercibus ſeruandis aut cuſtodiendis eſſet venditor expenſurus
4 arbitrio boni viri,laboribus ac periculis: & ſic † qui vſque ad menſem Maij erat ſeruaturus frumentum,poterit ſub natalem Domini carius,quam tunc valet, védere, ſi dubium veroſimile ſit, illo tempore plus minuſve valiturum, vt probant præfati auctores ex ſupradictis iuribus poſt Syluest. *in ſumma verb. vſura,2. §.2.* & Maior *in 4. diſt.15.q.32.* Et ita eſt tenendum, quicquid alias ediſſerat nouiter contra præfatam có-
5 munem ſententiam, atque contra Methymnam † Magiſt.Palat.*lib.4.de contratos,c.3.& ſequent.*niſus probare in diuerſis contractibus loqui *d.cap.in ciuitate,* & *c. nauiganti,de vſur.* nempe, quod *in d.c in ciuitate,*exhibeatur res emptori, & non ſoluitur pecunia, ſed eius ſolutio differtur.*in cap.verò nauiganti,*vtrumque fit,& frumenta traduntur & pecunia ſoluitur, & ſolum eſt anticipatio in magnitudine pretij, quod ſoluitur pro ratione temporis venturi:Hoc tamen de ſolutione pecuniæ, quod ſtatim interuenerit in caſu *d. c.nauiganti,* non ibi conſtat,ac proinde diuinat:Quinimò pretium non erat ibi ſoluendum,niſi ad terminum conſtitutum vt patet, ibi; *In certo tempore recipiat pro eiſdem.* Nec obſtat ſi dicatur, hoc referri ad magnitudinem pretij, vt videtur probari, ibi; *Vt amplius.* Hoc namque eſt ipſum pretium carius, quam tunc valeant, non enim rationi congruit diuidere in pretium iuſtum ex vna parte,& hoc diuinare eſſe traditum, & in exceſſum ex altera,& hoc ſolùm eſſe ſoluendum in termino:Vnum igitur cum ſit pretium,licet exceſſiuum, hoc idem ad terminum conſtitutum, fuit dilatum, & nihilominus excuſatur venditor ratione dicti dubij,&c.& ſic eſt idé caſus cum caſu *d.c.in ciuitate*, ſuperaddita illa conditione,*ſi alias erat ſeruaturus*,vt communis rectè habet. 6

Ex † quibus primo infertur, poſſe quem vendere frumentum pretio, quo valebit hebdomada, méſe vel die ad quem vſque erat ſeruaturus, non tamen exigere debet pretium maius illius diei vel menſis,ſed mediocre vel commune,ſecundum Bernard.*ſermone 34.art.1. col.3.*Syluest.*vbi ſuprà,d.§ 2.verſic.3.*Nauar.*vbi ſuprà, n.141.*& Couar.*d.n.6.in verſ.item ſecundò.*Debent tamé hoc caſu deduci ex dicto pretio expenſæ prædictæ, & quod merx debebat minui illo medio tépore, iudicio expertorum, alias, vel ſi non eſſet ad illud tempus ſeruaturus,eſſet vſura,cũ obligatione reſtituendi, vt *in d. c.nauiganti,de vſur.*& expreſsè Nau. *vbi ſuprà,d.n.141.*

Secundò infertur, † hunc venditorem, qui merces 7
eſſet alioqui ſeruaturus,poſſe eas vendere ea conditione,*vt cum ei libuerit,*eligat pretium commune, modo ſemel eo conſtituto & electo variare non poſſit: ita Syluest.& Couar.*vbi ſuprà.*

Tertiò infertur † eodem iure venditorem,qui mer- 8
ces eſt ſeruaturus ad Calend. Martias, non poſſe eas vendere Calendis Octobris pretio, quo valebunt Calendis Maij,ita Scotus *d diſt.15 q.2.a 2.in fine,*quem refert & ſequitur Couarr.*vbi ſuprà.*

Poſtremo † adnotandum erit,illicitum eſſe illum 9
contractum, quo res venditur pretio,quo pluris valebit à tempore contractus vſque ad menſem Maij, aut Iulij:Conſtituitur ſiquidem tunc in tuto venditor,qui frumentum aut alias merces vendit pretio, quo iuſte valent tempore contractus,& deinde,quo pluris valebunt ad diem dilatæ ſolutionis: quod iniquum eſt ſecundùm Hoſtienſ.& alios plures,quos refert & ſequitur Couarr. *vbi ſuprà, verſ.cæterum,* & Armilla aurea, *verb.vſura,n.12.*ſequitur Nauar.*in Manual.c.17.n.242.*
vbi † infert,non eſſe vſuram nec peccatum,pactum vt 10
ſoluatur medium pretij rei venditæ, quod magis aut minus eſſet valitura à die contractus,vſque ad tempus, in quod eam eſſet ſeruaturus,ſiue decreſceret ſiue creſceret eius valor.

Ex quibus † decretalibus manifeſtè probatur, nul- 11
latenus ratione crediti prorogatique pretij licere rem carius vendere vltra latitudinem iuſti pretij(intra eam enim licitum eſt) quam in præſenti valet, nec vilius emere iuſto pretio infimo ratione anticipatæ ſolutionis,niſi veriſimiliter dubitetur, tépore ſolutionis plus vel minùs valituram rem illam. Perinde quippe eſt, ré decem valentem, credito vendere duodecim, ac ſi decem ſtatim connumerata emptori mutuo darétur ſub duorum fœnore,vt dicit Io.Andr. *in d.c. in ciuitate, in fine,*Abb.& cæteri cómuniter idé ſequuntur,item Decius *conſil.111.n.1.* Dominic.à Soto,*lib.6.de iuſt.& iur. q.4.a.1.verſ.2.id pateſit:* Eandem ſententiam latiſſimè probat ac defendit communem dicens, pluresque eá tenentes allegans, loquens etiam in mercatoribus paratis ad vendendum ad creditum,Ant.à Cordub.*in ſua ſumma, q.74. in 2. opinione,* & ideò Summus Pontifex ibi ciues Genuenſes admonet, vt ab huiuſmodi contractibus abſtineant, ſi eorum ſaluti conſulere velint. Idem probatur *in cap.conſuluit,eodem tit.de vſuris.*licet enim



enim talis contractus ex forma eius non cenſeatur vſurarius, quando non conſtat propter dilatam vel anticipatam pretij ſolutionem carius vel vilius reſpectiue merces venditas fuiſſe,ex mente tamen & praua intentione illicitus iudicatur, vt dicitur *in d. cap.in ciuitate,*
12 & ideo † in conſcientia tenetur læſor ,reſtituere læſo exceſſum iuſti pretij vltra latitudinem eius,vt eſt text. de hoc expreſſus *in d. c. conſuluit , in final.part.* & ibi expreſsè notant & tenent Abb. *n.5.*& cæteri ſcribentes, vel ſupplere defectum vſque ad iuſtum pretium infimum,cum in eo foro iuxta crebriorem ſententiam non ſit licita læſio, etiam intra dimidium iuſti pretij, ac proinde reſtitutio fieri debebit; Nemo enim locupletari debet cum iactura aliena præcipuè cum contractus hic ſit cum peccato,ac proinde illicitus & male ſapiens, & ſaltem negari non poteſt,quin contineat vſuram mentalem, & vſurarius mentalis tenetur ad reſtitutionem vſuræ, vt *in dict. cap.conſuluit,* vbi Abb. *n.5.* teſtatur communem & ibi cæteri Doct.& *in cap.fin. de ſimon.* Nauarr.*in c.1.14.q.3.n.13.*

13 Quare † quando in diſſolutione nundinarum mercium pretia decreſcunt, non poteſt mercator vendere credito,quanti præſenti nummo vendidiſſet in emptorum feruore, quia res tunc,hoc eſt, in diſſolutione nundinarum, minoris æſtimatur: ita Dom.à Soto *vbi ſuprà,* quod veriſſimum puto.

14 In foro † tamen exteriori, niſi conſtiterit, ob dilatá pretij ſolutionem carius merces venditas fuiſſe(quam in promptu valerent) vltra latitudinem iuſti pretij,vel niſi confiteatur venditor, quod alias eſſet venditurus tempore contractus pro iuſto pretio, vel ob anticipatam ſolutionem vilius fuiſſe venditas, non eſſet contractus vſurarius iudicandus ex forma ipſius, vt *in d.c. in ciuitate,* quia vſura committitur regulariter in mutuo:ita Abb.*ibid.n.5.*Ananias 5.& 6.& cæteri, & ita in praxi hoc iure ſolent ſe venditores defendere,quoties ratione vſuræ in prædict.caſibus apud iudicem Eccleſiaſticum deferuntur ac denuntiantur,& teſtes,quamuis deponant de exceſſiuo pretio ad creditum, vel de viliori ob anticipatá ſolutioné,non tamen ſolent concludere in ſuis diſpoſitionibus,id ob dilatam vel anticipatam ſolutionem pretij factum fuiſſe, nec pactum vſurariũ de eo interceſſiſſe (cum ab hoc ſoleant huiuſmodi venditores præcauere,ne probari poſſit,quamuis aliud in mente habeant)cauſidici náque ſtatim allegát, contractum huiuſmodi minimè eſſe vſurarium iudicandum per prædicta,ac proinde reos eſſe abſoluendos, & ita fit ac ſeruatur, & ſolum propter malum odorem contractus, ac peccatum in eo commiſſum in expenſis condemnantur cum præd. monitione, vt à ſimilibus contractibus in poſterum ſe abſtineant: Quæ praxis originem duxit à *cap.in ciuitate,*& hoc niſi ipſi venditores contrarium in ſui defenſionem probent, nempe, pretium creditum eſſe iuſtum & commune quod in promptu currebat tempore illius contractus,túc enim abſolui omnino debent,tam à principali denuntiatione, quam ab expenſis, nulla monitione eiſdem facta, quia eſſet indebite eos infamare: Quod ſi iudex ordinarius aliud iudicet,in iudicio appellationis reuocabitur ſua ſententia, & ita ſæpiſſimè obtinui & pronuntiatú vidi:Imò & in expenſis condemnari fiſcalem Eccleſiaſticum hac in ſpecie à ſententia omnino libera-
15 toria appellantem.Ex quibus † intelligendus Abb.*in d. cap.in ciuitate,n.5.*& *in cap nauiganti,n.7.*dum ſuperiora limitat,ſi certum ſit,quod plus non valet res tépore ſolutionis pretij,quia tunc in caſu *dict. cap.in ciuitate,* eſſet contractus vſurarius,vt procedat,quando ob dilatam pretij ſolutionem carius venditur, quam præſenti pecunia res valeat,& eodem modo ſupplendus eſt etiá modernus Mercado *de tratos,y cõtratos,lib.2.c.13.fol.73.* exiſtimans, vendentem ad creditum carius, quam in promptu,eſſe vſurarium: alias enim,niſi ita,vt prædiximus,intelligamus præfatos auctores,eorum dicta nó videntur rectè procedere poſſe:Quia etſi tunc in ſpécie,quia ipſi loquuntur, contractus ſit illicitus ac cum peccato,vt vult exceptiua illa dictio,*Niſi dubium ſit,& C.dict.cap.in ciuitate,*à contrario ſenſu,non tamen ideo probatur in illo text. eſſe alias contractũ vſurarium in foro exteriori,deficiente prædicto pacto,nempe vt carius vendatur ob dilatam pretij ſolutionem, quinimò contrarium, ſed habebit locum tunc remedium *l.2.C. de reſcind.vend.*& *c.cum dilectus,& c.cum cauſa,de emption. & vendit.*ſi læſio vltra dimidiam contigerit: & ita Sylu.*in ſumma,verb.vſura,2.n.2.* quãuis idem, quod Abb.*vbi ſuprà,*teneat:In ratione tamen,quam aſſignat, hoc inſinuat,dicens,Cum hoc caſu habeatur reſpectus ad terminum,nam cum id fit,patet eſſe vſuram,vt ſtatim dicemus,alias ſola præſumptio mentalis,quod habitus fuerit reſpectus ad terminum,ſi de hoc non conſtat in foro exteriori, non ſufficiet ad iudicandum huiuſmodi contractum vſurarium ex ſua forma, vt *in d. cap. in ciuitate,* quamuis in foro interiori animæ, propter deprauatam intentionem huiuſmodi venditoris, iudicandus ſit male agere & ad reſtitutionem teneatur,vt *in d.cap.conſuluit,*& ibi gloſſ.*verb.male agere,*& Doct.præcipuè Laurentius de Rodolph.*in 4.oppoſitione,* & quod in caſu Abbatis contractus non ſit vſurarius ex forma,vt *in d.c.in ciuitate,*ſed ex effectu,declarat.Anan.ibi *n.6.*ac ſi diceret,quod intendimus,ſaluando & intelligendo Abb.vt prædiximus.

Vendens † autem carius ad creditum vltra latitudi- 16
nem iuſti pretij,quam in promptu res valeat,ob dilatá pretij ſolutionem aut vilius emens ob anticipatam ſolutionem minus infimo pretio, non exiſtente prædict. dubio,*de qua ſuprà,n.11.* ſi de hoc conſtiterit, vſuram committit etiam in foro exteriori; Quandoquidem vſuræ vitium eſt, vendere tempus, ac proinde peccat mortaliter huiuſmodi venditor & ad reſtitutionem tenetur,vt *in d.c.conſuluit,* & omnes de hac re agentes profitentur, præcipuè S.Thom. *in opuſc.67.* & *in 1.2. q.78 a.2.ad 7.*& ibi Caiet. & Florentin. *in 2. part. ſuæ ſumma,tit.1.c.8.§.3.& 4.*& Syluest.*verb.vſura,1.§.1.*& F Bart. à Methym. *in ſua ſumma inſtruct. confeſſ. lib.1. fol.134.* dicens eſſe vſuram palliatam:& ante hos vltimos idem probauit Abb.*in d.c.in ciuitate,in vltim.notab.*& *in d.c.conſuluit,* poſt Hoſtienſ. & ibi cæteri ſcribentes,Decius *d.conſ.111.n.2.*vbi, quod de iſtis idé iudicatur, quod de vſurariis manifeſtis, ac proinde non poſſunt teſtari,niſi præſtita cautione iuxta text.*in cap. quanquam,de vſur.in 6.*ſecundùm Abb. *in c.ad noſtram, de empt.& vendit.*vbi inquit ſe ita conſuluiſſe:idé Decius *conſil.119.n.13.* & Dominic. à Soto, *vbi ſuprà,* & latius Nauarr.*in d.cap.17.n.206.& 228.*vbi in terminis cum Bernardino in ſuis ſermonibus tenet, quod text. *in dict.cap.in ciuitate,& cap.fin.de vſur.*intelligantur in eo, qui ratione dilationis lucrum immoderatum accepit:idem Nauar.*in commentar. de vſur. num. 4. & aliis pluribus num. melius in comment. de cambiis, num.71.* vbi quod hæc concluſio eſt conſtitutiſſima S.Thomæ, Scoti & aliorum,quos ibi allegat,& Doct. Couarr.*vbi ſuprà, n.7.* itaque hæc eſt indubia atque receptiſſima omnium Canoniſtarum & Theologorum ſententia, quam etiam profitentur ſumma Armil.aurea *verb.vſura,n.11.* & M.Palat. *lib.4. de contract. & reſtit. cap.3. pag.144.*

Hæc tamen † receptiſſima ſententia vera eſt & pro- 17
cedit, quando res,quæ venditur, conſiſtit in pondere, numero vel menſura, quia in his tantum rebus vſura committitur: ſecus ſi vendatur domus vel prædium, præſertim cum emptor interim percipit vtilitatem,

*vt in l.curabit,C.de action.empt.* ita Bald. *in rubric.n.4. C.de vſur.* quem defendit Anton.Burgen. *in cap.ad noſtram,n.10.de empt. & vend.*& eius meminit D.Couar. *vbi ſuprà,n.7.ad fin.* nec approbans nec reprobans,ſed aſſerens,quod alibi examinabitur ad interpretationem *l.curabit,C de action. empt.* quem facit *lib.3. c.4.per totum,*vbi hoc in ſpecie non tangit:ſed opinionem præfatam Bald.expreſsè ſequitur Menchac. *lib.3. controu. vſufrequent.c.50 n.5.& c.60.n.19.*allegans alios.

Hæc tamen ſententia Bald. vera non eſt nec tenenda meo iudicio, ſed potius indiſtinctè ſupra dicta magis communis ſententia in venditione cuiuſque rei,licet non conſiſtat in pondere,numero & menſura. Primo, quia in propoſito non videtur conſideranda res ipſa,quæ venditur,ſed pretium, quod eſſem habiturus de præſenti, quaſi illud plus,quod ex vi pactionis, ratione dilationis in futurū ſum habiturus, ſit vſura pretij,quod de præſenti fuiſſem habiturus: quia,vt prædiximus,ſecundum omnes,perinde eſt,rem decem valentem,credito vendere duodecim,ac ſi decem ſtatim connumerata emptori mutuo darentur ſub duorum fœnore: Hæc autē ratio ita concurrit ac militat in rebus ad creditum carius venditis,non conſiſtentibus in pondere, numero & menſura,ſicut in his conſiſtentibus. Ergo in vtriſque locum habet communis opinio. Præterea contingit ſæpiſſimè, quod prædium venditum interim vtilitatem non habeat,quia tempus colligendi fructus nondum venit,& tamen adhuc hoc caſu vult Bald. vſuram nō committi,etiamſi carius,propter prorogationem temporis, vendantur, vt patet ex his verbis, ibi, *Præſertim tamen, cum emptor interim percipiat vtilitatem*;Nam manifeſtè præſupponit,idem eſſe, ſi interim illam nō percipiat,quia ea eſt natura dictionis,*Præſertim*,vt explicet caſum minus dubium,& implicet magis dubium,vt diximus ſupra,*c.20.n.6.& 7.*

18 Secundò,quia † pretium commune alicuius rei,veluti domus vel prædij, de præſenti,hoc eſt, in prōptu, debet conſiderari, ac conſideratur omnibus ſuis partibus ac qualitatibus perpenſis & æſtimatis,ac proinde ſi domus vel prædium fructiferum vendatur,ſecundum valorem communem proprietatis,cum fructibus percipiendis vſque ad terminum ſolutionis pretij conſideratur:Si igitur vltra hoc,propter pretij ſolutionem dilatam conuenitur,vt amplius præſtetur,nihil intereſt ad excuſationem vſuræ, quod emptor interim percipiat aliquam vtilitatem, quia etiam huius vtilitatis ratio fuit habita in æſtimatione iuſti & communis pretij de præſenti, & adhuc ea attenta, exceſſum eſt à iuſto pretio ratione temporis prorogati ad ſolutionem totius pretij,& ſic committitur iniuſtitia & vſura.Tertiò,quia licet emptor interim percipiat, vt *in dict. l.cu-*
19 *rabit, C. de act. empt.* hoc operatur,vt pretium conuētum, vel partem ipſius inſolutam reſtituere teneatur venditori cum vſuris, quas & perceptorum fructuum ratio & minoris ætatis fauor (licèt nulla mora interceſſerit) generauit:qui eſt proprius caſus *dict.l.curabit*: Attamen re tradita à venditore emptori,data dilatione ad ſoluendum,habitaque fide de pretio,& ſic nulla exiſtente mora regulari nec irregulari emptoris, ex qua conſtituto *dict. l. curabit*, rationem habet,ceſſat ipſius diſpoſitio, ac proinde ſi ad terminum ſolutioni pretij conſtitutam ſolutio fiat,non debentur eius vſuræ,hoc intereſſe licitum in recompenſationem fructuum, vt tenet gloſſ.*in cap.conqueſtus,de vſuris,verb.de feud.*dum aſſerit,vſuras à venditore peti poſſe loco eius,quod intereſt, ſi pretium conuentum ad terminum & diem conſtitutum ſolutum non fuerit: Igitur pretio ſoluto eo die, quo pactum eſt, vſuræ licite peti non poſſunt: Idem probarunt Socin. *conſ.76. lib.2.col.final.* Bartol. Socin. *conſ.88. lib.4. & 103.in fin. & 139. eodem lib.4.* Decius *d.conſ.119.n.7.& 13.* Anton. Rubeus *conſil.88.* & Aymon.Crauet. *conſil. 139.col.5.* quos ſequitur D. Couarr.*lib.3.variar.reſ.c.4.n.6.*quamuis cum aliis plurimis, quos refert, probet,poſſe eo caſu venditorem paciſci vſuras pretij non ſoluti eo tempore, quo dies conſtituta expectatur,hoc tamen differt à noſtra ſpecie. Quartò,quia etſi hoc pactum fieri poſſet,eoque iuſto, vel abſque eo poſt moram pretium cum vſuris ſoluendum ſit in caſu *d.l.curabit*,hoc tamen locum habet tātum in vſuris pretij non ſoluti ratione eius,quod licitè intereſt in recompenſationem fructum interim perceptorum, vt *in dict. l.curabit*, quod etiam attento iure
Canonico,eſt licitum † ac permiſſum, iuxta *dict. gloſſ.* 20
*c.conqueſtus*.quam omnes ſequuntur, quorum plurimos,tam Iuriſtas, quam Theologos, congerit Couarr, *dict.lib.3. variar. reſol. c.4. n.1.*eam latè probans omni iure *in num.ſequent.* & Domin.à Sot. *lib.6. de iuſtit. & iur.q.2.a.1.colum.penul.*latè nos *de iurament. confirm.1. p.c.2.n.3.*quicquid in contrarium pluribus fundamentis,ſed non rectè meo iudicio, probare nitatur nouiſſimè F.Ioannes Garſia *de contratos 1.p.c.23. fol.620.& pluribus ſequent.* & iterùm *in 2.p.c.4.fol.138.*allegans pro ſe Syluest. *verb. vſura,2. n.2.* qui in diuerſo caſu loqui videtur:Quod autem idem ſit in pretio principali rei immobilis ad creditum venditæ, vt ob dilatam pretij ſolutionem poſſit carius vendi vltra latitudinem iuſti pretij,nullo iure cauetur; Quinimò contradicit menti ac rationi Summorum Pontificum *in dictis capitulis in ciuitate,conſuluit,& nauiganti, de vſur.*& ideo minimè tenendum,præcipuè,cum prædicti contractus ſint periculoſiſſimi, à quibus vniuerſalis paſtor animarum
conſulit abſtinendum. Quintò, quia † ſi ſententia & 21
limitatio Baldi vera eſſet,ſequeretur inde,idem dicendum eſſe in equis, mulis,pecoribus & aliis animalibus carius venditis ob dilatam pretij ſolutionem ad tempus; Quandoquidem hæc non conſtant pondere, numero vel menſura, nec functionem recipiunt in ſuo genere, vt *in l.1. tit.1.p.5.* & ibi Gregorius *in gloſſ.1.* tametſi aliquem vſum & vtilitatem ex eis emptor percipere poſſit ac valeat: quod eſſet abſurdum & abſonum, & contra praxin communem Eccleſiæ; Punit enim & merito ſimilia committens, & in edictis publicis viſitationis præcipitur, vt hæc ad dictum effectum denuntientur. Sextò, quia licèt vſura propriè committatur in his,quæ conſiſtunt pondere, numero & menſura, & ſic in mutuo, hoc verum eſt quoad ſui formam, vt *in dict. capitul.in ciuitate*, ſed poteſt etiam committi quoad intentionem deprauatam, prout in
ſpecie noſtra contingit, vbi fingitur pretium ſolutum 22
ab emptore,& ſibi poſtea mutatum cum aliquo lucro, vt eſt prædictum, ſicque in caſu Baldi committitur etiam vſura reſpectu dicti ficti mutui: & ita meritò contra Bald.in hoc viſus eſt tenere Salycet *in dict. auth. ad hæc n.8. C. de vſur.*& additio eiuſdem Bald. *ſuper eo littera,C.* & expreſsè Laurentius de Rodulph. dicens, non videri verum dictum Bald. *in tract.de vſur.2.part. hoc eſt,in repetitione dict.capit conſuluit,in quart.oppoſitione, n.9. volum.16. tract. diuerſ.doct.fol.mihi* 121. & Decius *conſ.111.n.1. in fin.*& iterum *conſil.119. num.13.* Socin,*dict.conſ.88.n.12. & 15.* vbi alios allegat,dicens eſſe ſequendam hanc ſecundam opinionem contra Baldum, Anchar.& alios, quos ibi prius retulerat *n.4.* Tum quia videtur magis communis, tum, quia tutior; quam etiam & nos ſequuti ſumus *in noſtro tractatu de Iurament, Confirmator.1. part. cap.2. num.6* vbi notauimus Menchac. malè in priorem partem Bald. allegaſſe Socin. & Decium *vbi ſuprà*, cum potius in reſolutione hanc ſecundam teneant: ibique etiam reſoluimus, veram æſtimationem conſiderandam eſſe ſecundum valorem proprietatis fundi cum fructibus percipiend-



percipiendis tempore, quo nondum ſolutionis dies venerit.

23 Reliquum eſt, † vt iam videamus; *An communis & inueterata conſuetudo mercatorum vendentium merces ſuas carius ad creditum, quam præſente pecunia valeant, eos excuſet, ſeu potius cauſa, ob quam ſibi eſſe permiſſum omnes hi exiſtimant, nempe ob lucrum ceſſans?* Et quidem pars affirmatiua eo videtur ſolidari fundamento,quod
24 etiam † ex cauſa mutui poſſit creditor ab initio contractus pactum inire cum debitore de repetendo eo, quod creditoris intererit,ſiue in damno, ſiue in lucro, pendente dilatione data ad mutui ſolutionem, etiam ante moram,quia iuſtè poteſt quis ſtipulari ſe indemnem ſeruari, tam in lucro,quam in damno: Ita tenet Hoſtienſ.& Abb *num.3.in cap.ſalubriter,de vſur.*probat latè Ioann. à Methymna *de rebus per vſuram acquiſitis folio 137.& ſeqq.* & eſt communis opinio frequentiori calculo recepta & obſeruanda, vt plurimos allegans aduerſus alios affirmat Dom. Couar. *dict.lib.3.variar. cap.4.num.5.* reſoluens, veram eſſe præfatam communem opinionem, etiam quoad lucrum ceſſans, vbi fraus abſit & veriſimilis ſit lucri ceſſantis certitudo, ac verè ſic lucrum ceſſans: Nam ſi hoc vel tantum damni paſſum creditorem fuiſſe poſt moram verè conſtet, abſque dubio etiam in animæ iudicio tenetur debitor id ei reſarcire: quod & nos latè quoque probauimus allegantes alios *in dict. cap.2. num.3. & ſeq. vſque ad num.9.* excluſiuè, & in terminis noſtræ quæſtionis,quod liceat mercatoribus rem vel merces ſuas vendere carius ad creditum, & ſic pretium augere ratione intereſſe lucri ceſſantis, tenent Conrad. *de contract.quæſt.59. concluſ.3.* Abb.*num.15.* Anan.*num.16.in dict c.nauiganti*, & Caiet.*2.2.q.78.art.2.* & Methymna latiùs *de reſtitut. de quæſt.38. in 2.cauſa*, & iterum *in 4. cauſa,verſic.eſt itaque reſolutio.* Dec.*dict.conſ.111.n.9.12. & 13.* & ſimpliciter idem pro conſtituto habet in damno emergenti & lucro ceſſante M. Palatio, *vbi ſuprà.*

Sed partem negatiuam contrariam in noſtra ſpecie aduerſus Conrad. & Caietan. latè probat Dominic. à Soto *lib.6. de iuſtit. & iure, quæſt.4. artic.1.ad primum*, poſt Florent.quem refert *2.part.ſuæ Summæ,tit.1,cap.8. §.2.*dicens,ægerrimè in priorem ſententiam trahi poſſe,eo ſanè argumento ductus, quod neque lucrum ei ceſſat,qui vendere non cogitur,neque vltro abſque vi & fraude cogitur; Nam qui rogatus tantùm vendit, vltro vendit,& reuera ex iſto capite lucri ceſſantis frequentiores crebreſcerent vſuræ in mercatura,quam in mutuo. Qui etſi non vſque adeo aſſeuetanter audeat opinionem Conrad.& Caietan. refutare,permanet tamen in ſua formidine, vt ipſe ait, ex quo ſatis colligitur, ſibi non placere præfatam priorem ſententiam, verum eam intrepidè improbat,hanc ſecundam latiſſimè comprobans & ſequens Mercado *in ſuo tit. de tratos,y contratos lib.2. c.13. del mercar y vender alfiado, per totum*,& latè eandem probat,non ſolum in lucro ceſſante,ſed etiam in damnis emergentibus,quia ſunt friuola in mercatoribus,cum maiori ex parte vendant in diem & recuperent ſibi debita nullis expenſis,M.Palacios *dict.lib.4.de contratos,cap.4.in quinto dubio,pag.267. & ſequent.* Quid tenendum? Mihi hæc ſecunda pars verior & tenenda videtur regulariter, ne alias anſam & occaſionem demus mercatoribus animas ſuas perdendi præ nimia cupiditate, qua maior eorum pars ſemper ardet.

25 Nihilominus † tamen eſt dare caſum, vbi in noſtra ſpecie licitum ſit carius ad creditum vendere ratione intereſſe lucri ceſſantis & à fortiori damni emergentis, quamuis raro inter prædictos mercatores omnimodo & præciſè obſeruetur, nempe tribus concurrentibus. Primò,quod mercator vel alius vellet & poſſet ſtatim merces ſuas vendere præſente pecunia,quia erant emptores,qui eas in promptu ſoluendas emere volebant, & præterea ſtatim cum prædicta pecunia præ manibus haberet aliam negotiationem,ex qua certum vel veriſimile eſſet ſibi lucrum.Secundò,quod precibus & importunitate alterius id omitteret, vt illi ad creditum venderet, ex quo certè ac veriſimiliter omiſit lucrari certam quantitatem pecuniæ. Tertiò, quod hoc caſu non exigat totum, quod ex illa negotiatione lucrari potuiſſet,ſed id minus quo æſtimantur expenſæ,labores & incertitudo dicti lucri,hoc eſt,quanto valet minus lucrum non habitum, licet ſperatum, ob eius incertitudinem,quam valeat actu habitum:Quibus omnibus interuenientibus, vel ſi tunc non erat merces venditurus, ſed eas ſeruaturus in tempus,quo plus eſſent valituræ, & rogatus vendat, licitè poteſt haberi conſideratio totius damni verè emergentis & intereſſe lucri ceſſantis, detractis ſumptibus, laboribus & aliquid amplius ratione incertitudinis illius lucri,vt augeatur pretium ſecundum hoc in his venditionibus ad
creditum:alias his deficientibus,vtpote,quia † merca- 26
tor mercibus non venditis eſſet eas retenturus, nec emptores earum haberet pretio ſtatim numerato,vel ſi erat paratus ad vendendum omnibus ita pecunia præſente: ſicut ad creditum,aut ſi habebat plures merces ad vendendum,tam in promptu,hoc eſt,pecunia præſenti, ſicut ad creditum, quia non ſunt emptores ad comparandas eas omnes pecunia præſente,prout communiter contingit in his mercatoribus vulgo *dichos traperos*, & aliis huiuſmodi, tunc nullo modo liceret pretium ad creditum augere ratione d. intereſſe lucri ceſſantis: Hæc reſolutio colligitur ex Sylu. *verb.vſura,2.n.1.* ibi,*& quod dicit Magiſter,& in verſ.& quidem*, quem in propoſito refert & ſequitur ſic declarans & intelligens priorem ſententiam Conradi, Caietani & ſequacium,de qua ſupra Couar. *d.lib.2.var.reſ.c.3.n.6. verſ.tertio*, & non contradicit Ioan. à Methymna; Quandoquidem *in fin.dict ſecunda cauſa*,ſuam opinionem affirmatiuam admittendam eſſe dicit, ſuppoſito, quod conditiones certæ concurrant, quæ neceſſariæ ſunt ad hoc, quod licitè poſſit loco intereſſe aliquid recipi, de quibus *in ſuo tract.de rebus per vſur. acquiſit. fol.158.& ſeq.*vbi latè de eis agit,& ex profeſſo eandem reſolutionem probat & ſequitur Mercado,*vbi ſuprà*,& optimè Anton.à Cordub.*in ſua Summa de caſos de conſcient.q.84. in ſecunda opinione,in verſ.tampoco iuſtifica*, vbi quod communiter DD. dicunt, requiri prædictas
tres conditiones,† quod ibi bene & latè probat.Quin- 27
imo, deficiente aliqua ex prædictis duabus conditionibus prioribus,præcipuè prima,idem exiſtimo eſſe in damno emergente; Quandoquidem ex huiuſmodi venditione ad creditum,eo caſu non proueniat prædictum damnum, ſed aliunde: In mercatoribus igitur
prædictis,cum,vt plurimum & † propè ſemper ceſſent 28
præfatæ conditiones, quia non vendunt ad creditum rogati & moti,vt benefaciant proximo,ſed ipſi ob ſui gratiam lucrum ac intereſſe quærunt cupiúntque habere emptores, quinimo ad id ſunt expoſiti atque parati ad vendendū omnibus vtroque modo,haberi non debet nec poteſt iuſtè reſpectus ad dictum intereſſe lucri ceſſantis, & ideo ipſi non poſſunt licitè pretium commune, quo merces in promptu valent communiter,ad creditum augere vltra latitudinem dict. iuſti ac communis pretij,ſub reatu peccati mortalis ac reſtitutionis exceſſus, ſaltem in foro animæ & intereſſe lucri ceſſantis & damni emergentis: Hoc probat Magiſter Palacio *vbi ſuprà, d.c.4. in quinto dub.* Si tamen in
ipſis † vel aliis venditoribus reuera & abſque vlla frau- 29
de & fictione prædictæ tres conditiones aliquo caſu

concurrerent, tunc locum habere poſſet,quod prædi-
ximus, nempe, augeri licitè poſſe pretium ob prædi-
ctum intereſſe, damni emergentis & lucri ceſſantis:
dummodo magna cura & moderatione id fiat.
30 Præter † ſuperiorem cauſam damni emergentis &
lucri ceſſantis,aliam addit Ioan.à Methymna *vbi ſupr.*
*cauſa* 3. *&* 4. ob quam vendenti ad terminum licitum
eſt paciſci de maiori pretio,quam ſit in promptu com-
muniter tunc currens,nempe ratione periculi,cui ven-
ditor ad emptoris inſtantiam rem ſuam exponit: illi
fortè egeno vel forenſi vendendo:item & ratione du-
bij,ſeu timoris iuſti & probabilis,cui ipſe emptor cau-
ſam præſtat de litigando & expenſas faciendo pro ca-
pitalis recuperatione, non verò de timore leui vel fi-
cto:hócque late probat, quamuis aſſerat, eam cauſam
communiter DD.non admittere: Eandem opinionem
Methymnæ ſequitur Nauar.*in Man.c.*17.*n.*239.*&* 240.
Eo additamento,quod huiuſmodi venditor in præfata
ſpecie det Chirographum ſua manu ſubſcriptum em-
ptori,quod ſi tempore conſtituto ſoluerit ſine litigio,
remittet ei tantum ex ſolutione:hoc tamen non tollit
malitiam contractus, ſi qua ineſt, & præterea non vi-
detur decens:Quare potius probo indiſtinctè contra-
rium aduerſus Methymnam cum communi,quam ipſe
fatetur nempe, vt his caſibus minime liceat carius ad
creditum vendere, prædictis rationibus, vt melius at-
que efficacius pluribus probauit, reſpondens funda-
mentis contrariis Methymnæ, Domin. à Soto *d.lib.*6.
*de iuſt. & iur.q.*4.*art.*1.*ad* 1. cuius opinionibus videtur
31 ſequi Cordub. *vbi ſuprà*, † *in verſ. tampoco ſe iuſtifica:*
fatentur tamen ſupradicti auctores, præcipuè Soto,id
quod verum eſt,nempe,quod quicquid creditor in re-
cipiendo debitum diſpendit,poſſit à debitore exigere,
quamuis multo tutius ſit, dum hominis vafricies &
infidelitas timetur, nihil ei mutuare neque credito
vendere,vel ſi hoc fiat,expectare ſolutionis terminum,
nam expenſarum anticipatæ conuentiones vix vſuræ
ſuſpicione vacant.
32 Quàuis nihilo ſecius,† vbi omni procul fraude bo-
nis coniecturis timentur expenſæ,nempe vbi debitor
ab vrbe loco diſtat,nulla eſt iniquitas de expenſis & la-
boribus pactum cum illo inire conſtitutúmque pre-
tium recipere,etiamſi nullos ſit poſtea facturus: Nam
etiamſi eſſet plura expenſurus,non poſſet amplius re-
cipere, quam fuit conuentione firmatum: Quod nos
quoque probauimus *in noſtro tract.de iurament.confirm.*
33 1.*p.c.*36.*n.*10. Similiter † licitum eſt emere debitum
minori pretio,quod expoſitum eſt periculo, vel quod
cum expenſis exigi ſperatur, vt fatetur ipſe Sot. *vbi*
*ſupr.* & probat Palacio *d.cap.*4.*pag.*269. vbi limitat,ſi
vendens actionē,aſſecuret integrum debitum emptori.
34 In contractibus † autem cenſuum redimibilium,
propter ſuſpicionem fraudis vſuræ, pacta continentia
moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri
ceſſantis,vel ad cambium,ſeu certas expenſas,aut cer-
ta ſalaria,ſeu expenſas medio iuramento creditoris li-
quidandas, ſunt nulla, vt cauetur nouiſſimè in Motu
proprio Pij V. *de los cenſos*,Ann.1569.lato 14.Calend.
Februar.
35 Sed quid,† ſi aliquæ merces cōmuniter & frequen-
tius in aliqua ciuitate vel oppido ob pecuniæ penu-
riam vel ob conſuetudinem patriæ venduntur ad cre-
ditum,quia raro niſi parua pecunia vendũtur in prom-
ptu(non enim ſunt ementes,niſi ad terminum)an tunc
liceat ad creditum cariori vltra latitudinem iuſti pretij
eas vendere, vel an tunc etiam pretium, quo in prom-
ptu ſolent vendi,conſiderari debeat,ſaltem ſupremum,
vt illud ad creditum non excedatur? In hoc Salyc. *in*
*d.auth.ad hæc*, 9.*q.n.*8.*verſ.conſiderandum eſt*, *C.de vſur.*
tenet, hoc caſu non videri vſuram committi,quia pe-
cunia non poteſt videri ab his tradita & poſtea illis
numerata, quia illam promptam ſolutioni pretij non
habuerunt, quem refert & ſequitur Ioan.de Anania *in*
*d.c.in ciuitate*, 1.*col. n.*3.*de vſur.* & ex profeſſo Decius
*d.conſ.*111.*n.*8.*&* 12. quæ ſententia defendi poteſt ſe-
cundum D.Couar. *lib.*2.*var. reſol.c.*3.*n.*6.
Hæc tamen ſententia omnino falſa eſt meo iudicio,
qui in hac ſpecie exiſtimo, adhuc inſpiciendum eſſe
pretium commune in promptu,ſaltem ſupremum,hoc
eſt,rigoroſum,licet raro merces ſic vendantur.Primò,
quia text. *in d.ct. cap. in ciuitate*, & *d.cap.conſuluit*, &
*d.cap.nauiganti*, indiſtinctè prohibent vendi ad credi-
tum merces carius,quam præſenti pecunia valeant,niſi
ſolum, quando dubium eſſet veriſimile,quod tempo-
re ſolutionis illæ plus aut minus eſſent valituræ, &
venditor eas ad illud tempus eſſet ſeruaturus:Pretium
igitur commune de præſenti currens inſpiciendum
eſt regulariter,non vero quod in diem ſoluendum ſo-
let conſtitui,vendere enim tempus,vitium habet vſu-
ræ,vt prædiximus. Præterea illud, quo plus venditur
ad creditum, ex auaritia & praua potius intentione
mercatorum videtur extortum, qui malunt ad credi-
tum vendere,vt plus exigant, quam præſenti pecunia
moderata, hoc eſt, pretio currenti, tempus enim cito
currit, pecunia autem non creſcit: Ideo ampliorem
potius volunt ad terminum, quam paruam ſtatim:
trahendum igitur hoc minimè eſt ad conſequentiam;
Quandoquidem conſuetudo praua & contra ius na-
turale & diuinum, neminem excuſat. Tertiò,quia li-
cet hi mercatores rectè poſſint inducere conſuetudi-
nem vendendi ad creditum, præcipuè, quia hoc eſt in
fauorem emptorum, non tamen poſſunt ſecurè gra-
uius ex hoc pretium exigere & habere, quam merces
ſuæ præſenti pecunia valeant atque venduntur. Imò
etiamſi ob gratiam, † commoditatem & neceſſitatem 36
emptorum,illum terminum conſtituant ſoluendi pre-
tium, ad hoc nempe, vt illas res venales habeant, &
per hunc modum negotientur atque victum quærant,
non ob hoc carius eis eas vendere poſſunt,quam præ-
ſenti pecunia valeant vltra latitudinem iuſti pretij,
cum ſic ita diſpoſitum prædict.iure canonico,excepto
dubio euentu,non enim pretio vendere poſſum com-
moditatem vel neceſſitatem emptorum,vt frequentius
DD.probant & tenent Sanct.Thom.& Scotus recepti
ſecundùm Nauar. *in cap. fin.de vſur.n.*58. quia huiuſ-
modi contractus non ſunt pendendi ex vtilitate acci-
dentali proueniente,vel emptoribus,vel venditoribus,
vel reipublicæ, ſed ex natura ipſorum,quicquid con-
trarium teneant Salyc.& Decius *vbi ſuprà*, *d.conſ.*111.
*num.*8.*&* 12. ſic limitantes, & male,dicta noſtra iura.
Quartò,quia nullam Rempublicam totius orbis † legi- 37
mus diuerſa pretia conſtituiſſe mercibus à ſuis ciui-
bus vendendis præſenti pecunia & ad creditũ,ſed ſem-
per taxat idem pretium de præſenti vel ad creditum
ſoluendum: Non igitur licebit aliud ſeruare in illis
mercibus,quibus pretium à Republica vel Rege taxa-
tum non eſt. Quintò,quia eadem ratio prohibitionis
militat hoc caſu,quæ in reliquis,nempe,quando mer-
ces communiter etiam venduntur pecunia præſenti,
ſicut ad creditum, fingitur enim ſolutum pretium, &
poſtea numeratum emptori ſub vſuris illius pluris,quo
carius ad creditum ſibi venditæ fuerunt:Quia licet il-
lam in promptu non haberent,fingitur tamen habuiſ-
ſe, cum poſſent eam habere, præcipuè moderatiorem
quam in promptu,licet raro illæ merces vendantur in
illa ciuitate vel oppido,ſicque ratio,cui nititur Salyc.
contrariũ tenens, eſt nullius vigoris & momenti,non
enim ad prædict. fictionem & fraudem vſurarum in-
ſpiciendũ eſt, quod emptores pecuniam non habeant
in promptu ad ſoluendum,quia hoc ferè ſemper con-
tingit



tingit in ementibus ad creditum, ſiue reperiantur pe-
cunia præſenti ementes,ſiue non,ſed quod carius mul-
to ad creditum merces vendantur, quam in promptu,
vt communiter DD. concludunt. Quare licet verum
ſit in ſpecie noſtræ quæſtionis, emptores non reperiri
qui præd.merces velint emere pecunia ſtatim ſoluen-
da, hoc verum eſt illo pretio cariori, quo ipſi merca-
tores eas ad creditum vendunt vltra latitudinem iuſti
pretij: moderato tamen pretio, hoc eſt, iuſto & com-
muni infra latitudinem ipſius,forte plures erunt, qui
ſibi coemere velint:ſed quia venditores maius multo
pretium deſiderant atque expoſcunt, emptores præ-
ſentis pecuniæ non inueniunt: culpa igitur adeſt ex
parte mercatorum vendentium, imo potius nimia
38 auaritia, quapropter hoc eis non licet.Sextò † & vlti-
mo, quia ſi merx venditioni exponitur, & non repe-
riuntur emptores, niſi paruo & infimo pretio eam
emere volentes, conſequitur inde, in illa Republica
mercem huiuſmodi parui pendi:ſicut è contra,ſi multi
reperiantur emptores, qui magno pretio illam eme-
rent, ſignum eſſet,eam mercem pluris æſtimari: ſicut
ergo in hoc caſu iuſtum pretium illius mercis eſſet
maius, illúdque poſſet iuſtè venditor pro ea recipere,
ita in illo parua pecunia dicetur iuſtum pretium eiuſ-
dem mercis,ac proinde eo debet eſſe contentus, ſi il-
lam vendere velit, ſiue in promptu, ſiue ad creditum:
& in terminis hanc partem tenet Ioan. à Methymna
*de reſtit.d.q.*38.*cauſa* 6. & Ant.à Cordub. *d.q.*84.*in* 2.
*opin.in verſ.lo tercero*, & D.Soto *lib.*6.*de iuſt & iur.q* 4.
*art.in* 3.*argum. & ſimul in reſponſione ad* 4. * & eſt tu-
tior ſecundùm Couar. *vbi ſuprà*. Idem in venditioni-
bus groſſis, hoc eſt, *de por iunto en grueſſas partidas*,
39 probat Mercad. *vbi ſupr.d.lib.*2.*c.*13.*fol.*76. vbi † infra
latitudinem iuſti pretij, vſque ad rigoroſum pretium
permittit vendi, quamuis ad creditum infimo, eodem
40 modo, † hoc eſt,*de por iunto*, in promptu vendantur,
nempe, *a quatro, o cinco por ciento auiendolo de fiar*, non
tamen eſt ſumendum pretium, quo minutatim ven-
duntur,quamuis in promptu, quia hoc modo, ſcilicet
minutatim,carius licet eas iuſtè vendere ratione labo-
ris & adminiſtrationis,item & diminutionis mercium,
non vero ſi ſimul omnes vendantur.
41 Hoc tamen † limitat Soto *vbi ſuprà*, quem refert &
ſequitur Cordub.etiam *vbi ſuprà*, in mercibus mariti-
mis,quæ niſi in magna copia aduchi non poſſunt,quia
cum totum nauis onus vendi ſimul nequeat præſenti
pecunia, ſed expectandum ſit tempus, quo emptores
eaſdem valeant merces minutatim diſtrahere, iuſtum
pretium erit, quod in futurum, hoc eſt, in creditum
promittitur, quamuis maius illo ſit, quod ſtatim nu-
meratur:Qua ratione idem eſſe videri dicit in ſimili-
bus mercibus, quæ ſine graui præiudicio reipublicæ
vendi non poſſunt, niſi in magna quantitate ad cre-
ditum,veluti in piſcatu marino in portu maris; Nam,
vt inquit Soto qui naues eiuſmodi mercibus onerant,
neceſſe eſt, vt partim credito coëmant, ob idque &
ſperare eis licet etiam in portu aliis mercatoribus eo
ſimul pretio vendere,quod ex ipſis minutatim vendi-
tis conficiendum eſt.
Hæc autem limitatio quamuis æqua videatur,mihi
non arridet,non enim video vllum vrgens fundamen-
tum, quo probetur, quinimo priora ſex, quæ iecimus
aduerſus opin.Salyc.& ſequacium conſimilem,quam-
uis in diuerſo caſu loquentem, maximè contra præfa-
tam,de qua agimus,limitationem aſtringunt.Præterea
nulla recta ratio differentiæ conſtitui poteſt inter mer-
ces maritimas & alias,Si enim illæ in magna quanti-
tate ſunt,vel vendantur ſimul eodem pretio,quamuis
rigoroſo ad creditum, quo præſenti pecunia, quamuis
viliori pretio venduntur, ſic ſimul iunctæ, & ſic intra
latitudinem iuſti pretij; Quandoquidem negari non
poteſt, imo fatetur Soto, ſolere etiam vendi in prom-
ptu,quamuis raro,aut in partes iuſto pretio diſtrahan-
tur. Sumere † autem pretium iuſtum ſimilium mer- 42
cium minutatim venditarum ad venditas omnes ſimul
ad creditum, cum hæc diſſimilia ſint & ideo diuerſa
pretia iuſta ſingulæ habeant, non videtur licitum nec
tenendum, vt rectius meo iudicio probauit Mercad.
*vbi ſuprà* & iterum *c.*14.*fol.*79.*in verſ. ay otros mas hu-*
*manos*, loquens generaliter in mercibus *de por iunto*
venditis,licet non exprimat de maritimis:hoc tamen,
quod maritimæ ſint, diuerſum ius in rigore iuſtitiæ
non conſtituit: Quare verius indiſtinctè reputo, te-
nendum contra Salyc. & Decium *vbi ſuprà. per ſupra-*
*dicta*.Non miror,Decium contrarium tenuiſſe,quia id
fecit conſulendo in fauorem ſuæ partis,vbi etiam alia
concurrebant, vt ibi per eum: Salycetus autem in fi-
ne quæſtionis dicit, intentio tamen eorum (ſcilicet
venditorum huiuſmodi) multum attenditur propter
fraudes:Hæc namque intentio,vt ex ſuperioribus pa-
tet, in vendentibus carius ad creditum deprauata eſt,
atque ideo peccant & ad reſtitutionem in foro animæ
tenentur, vt vidimus & probant *dict.cap in ciuitate,&*
*c.conſuluit, & c.nauiganti, de vſur.* quare neſcio, quo
ſpiritu potuit dicere Salyc. videri ſibi procedere à ſe
dicta de mente *c.nauiganti,de vſuris*,cum potius verba
& mens *d.text.*in finali parte ſint contraria,& apertius
*in d.c.in ciuitate*,& *in d.c.conſuluit*, nunquam igitur eſt
fidendum in verbis & opinionibus periculoſis Do-
ctorum,ſed in ſolidis iuris fundamentis ac rationibus
radicalibus Legiſlatorum.
Ex quibus † omnibus infertur,idem eſſe dicendum 43
in lanis,quas in Hiſpania mercatores emunt anticipa-
ta ſolutione, eas in Italiam vel Flandriam vendituri,
non enim eas fas erit carius in diem, quam numerata
pecunia vendere vltra latitudinem iuſti pretij, vt ha-
bet communis omnium ſententia,vt teſtatur Cordub.
*in ſua ſumma*, *q.*85. *in reſponſione ad ſecundum dubium*,
quamuis ipſe magis in aſſertionem inclinans fluctuet,
relinquens Prælatis ac Doctoribus iudicandum, ſed
res eſt expedita ac clara in partem negatiuam cum
communi, ex dictis *cap. in ciuitate*, & *cap.nauiganti*,
quod enim contra adducitur à præfato auctore nihil
valet.
Ex ſuperioribus † etiam dubia redditur ſententia 44
eiuſdem Dominici à Soto *lib.*6.*de iuſtit.& iur.quæſt.*4.
*art.*1.*col.final.* tenentis, poſſe licitè abſque labe vſuræ
emi lanas à paſtoribus vel dominis gregum anticipata
ſolutione,vilius, quam cum traduntur, valeant, dum-
modo non anticipetur ſolutio, niſi per duos, aut tres
menſes, quando ſolet fieri herbarum ſolutio, aut ad
plurimum intra eundem annum, quo ſunt lanæ reci-
piendæ:ſecus ſi in alterum annum,vt ratione tam lon-
gæ dilationis minoris emantur, quia tunc eſſet mani-
feſta vſura: & ratio prædictæ permiſſionis eſt, quod
merces ipſæ natura ſua hoc exigunt,nempe,quod ſum-
ptus paſcendi tam numeroſos greges, eorum domini
ferre nequeunt,niſi ex ipſa nutrienda lana præſens ſibi
ſubſidium communiant;& præterea,quia forma huiuſ-
modi fori adeo iam & vſu percrebuit, vt ipſi etiam
paſtores,in quos grauamen tendit,renuant aliter ven-
dere; Quam ſententiam latiſſimè ex pluribus nititur
probare ac defendit nimis prolixè ſatis friuolis ratio-
nibus Ant.à Cordub.*d.q.*85.*per totam*,& prius ſimpli-
citer *q.*84.*in fine.* Hoc namque videtur expreſsè repu-
gnare Pontificiæ deciſioni text.*in d.c.nauiganti,in* 2.*p.*
*in verſ.ille quoque*,vbi † ita demum permittitur emptio 45
frumenti, vini vel olei minori pretio, quam valeat,
quando dubium eſt veriſimile, vtrum plus vel minus
tempore traditionis pretij ſit valiturum: Ergo ceſ-
ſante

ſante hoc dubio, provt vere ceſſare præſupponimus
in præſenti ſpecie lanarum, minime erit permiſſa nec
licita emptio minoris facta, quam infimo pretio anti-
cipata ſolutione, ſicut nec frumenti, vini vel olei, vt
in his idemmet Soto *vbi ſupr.* fatetur, & probat latè
in frumento Merca. *vbi ſupr. cap.* 15 *folio* 82. niſi in ca-
ſu liciti intereſſe lucri ceſſantis vel damni emergentis,
concurrentibus his, quæ *ſupr.* diximus: Eſtque com-
munis omnium ſententia. Nec ratio differentiæ à So-
to aſſignata inter emptionem lanarum ex vna parte,
& frumenti & aliorum huiuſmodi ex alia, anticipata
ſolutione factam, concludens eſt nec vrgens: Quare
ſicut non licet ab agricola, anticipata ſolutione mino-
ris, infimo pretio emere frumentum ex ſua proxima
frumenti collectione, niſi exſiſtente prædicto dubio
vel licito intereſſe, de quo ſupra, ita nec etiam lanas:
Nec enim ratio commoditatis aut neceſſitatis ven-
dẽtis eſt cauſa agendi pretium, nec iuxta eam eſt pen-
dendus huiuſmodi contractus, ſed ex natura ipſius,
quæ eſt (vt niſi in exceptis caſibus, nempe exſiſtentiæ
dubij euentus prædict. & intereſſe licito, de quo ſupra)
ſit illicitus & vſurarius. Præterea diſtinctio Soti in
anticipata ſolutione duorum vel trium menſium, vel
ad ſummum eiuſdem anni, vt hoc caſu liceat emere
lanas minori pretio, ſecus quando anticipatur ſolutio
in alterum annum, non eſt eſſentialis: Si enim hoc non
licet, nec illud, cum habeat ſuam rationem prohibi-
tionis reſpectiue, ſicut hoc: Quare aduerſus præfatos
auctores indiſtincte eſt tenendum, minime licere eme-
re lanas anticipata ſolutione minori pretio, quam infi-
mo, quod ipſæ habent, & conſtat habituras tempore
46 detonſionis & traditionis earum. Præterquam † pri-
mo, ſi veroſimile dubium ſit, plus vel minus valituras
tempore traditionis. Secundo, ratione veri damni
emergentis vel lucri ceſſantis concurrentibus tunc
ſupradictis *n.* 25. vt latiſſime comprobat atque reſoluit
reſpondens fundamentis contrariis Cordubæ, eumque
increpans Magiſter Palacio *vbi ſupr. d. c.* 3. *pag.* 245. &
47 *ſeq.* Vbi † limitat & tertio, ſi emptor ſuſcipiat in ſe
periculum lanarum futurarum, quia cum hoc præſens
ſit certius, quam quod abeſt, licitum eſt eo caſu dimi-
nuere de pretio iuſto, quando emuntur ad prædict. ra-
tionem ex anticipata pecunia; Siquidem latet em-
ptorem, an prouenient lanæ, necne, & ideo ſi ſolum
dubium veriſimile, an valebunt plus vel minus tem-
pore traditionis, eſt iuſta cauſa diminuendi pretium,
idem erit cenſendum de dubio prouentus. Hæc tamen
tertia limitatio dubia & non vera videtur; Quinimo
impropria eſt in propoſito, cum experientia doceat,
certum eſſe, lanam prouenturam ex gregibus. Præterea
lanæ ſemper emuntur ad pondus vel ad numerũ vel-
lerum, ſingulis ponderibus vel velleribus certo quo-
dam pretio conuento, & ita nemo ſuſcipit in ſe peri-
culum lanarum, cum etſi cõtingere poſſet (quod diffi-
teor) nullam lanam prouenire, niſi omnis grex periret
intonſus, tunc cum contractus fuerit factus ad pondus
vel ad numerum, hoc deficiente, nihil emptum vide-
tur: Si vero aliquæ lanæ prouenient, pro illis tantum
ſoluet emptor & non plus: quod ſecus eſt in valore,
qui non ſemper certus eſt, ideo malo hanc tertiam li-
mitationem non amplecti in præfata ſpecie: In aliis
autem, quorum prouentus incertus eſt, atque in con-
tingenti, poſſet forte procedere, non vero in lanis, præ-
dicta ratione. Eandem principalem concluſionem
contra Sot. & Cordub. licet eos non referat, firmiſſimè
tenet Albornoz. *in ſua arte de los contratos, lib.* 2. *tit.* 16.
*del precio, y comprador, fol.* 83. *col.* 1. & Medina *in ſua
inſtructione confeſſorum, lib.* 1. *fol.* 134. *col.* 2. dicens com-
mitti in hoc euidenter vſuram palliatam.
48 Circa † emptionem futuri frumenti anticipata ſo-
lutione, hodie l. Regia 17. *tit.* 11. *lib.* 5. *Noua Collect.
Reg.* iuſtiſſime ad euitandas fraudes & vſuras cautum
eſt; *Que quien mercare pan adelantado, lo pague al pre-
cio que valiere communmente en la cabeça del lugar do
comprare, quinze dias antes, o deſpues de nueſtra Señora
de Septiembre, no embargante que lo ayan comprado a
menos pretio.* Et intelligendum eſt de pretio, quod ma-
gis durauerit illo tempore, quia hoc eſt generale &
commune pretium, vt tenet Mercado, *vbi ſupr. d. cap.
decimoquinto, fol.* 82.
Poſtremo in calce huius capituli illa quæſtio exa- 49
minanda ſe nobis offert, cuius caſus frequenter in
hoc Epiſcopatu contingit; *An abſque vſura liceat
tempore abundantiæ frumenti, quo minoris venditur,
nec illo pretio ſunt emptores, qui magnam quantitatem
eiuſdem velint ſimul emere, poſſint habentes frumentum
vetus, illud dare in permutationem noui, recipiendi tem-
pore colligendarum meſſium, quod vulgo dicitur, darlo
a renouar?* Et videtur id minimè licere; Nam peti-
tur frumentum melioris qualitatis, quam traditur,
præcipue, ſi haberet intentionem deprauatam mu-
tuans, vt tenet Abb. *in d. cap. nauiganti, num.* 20. *in
fine*, & Dominic. à Soto *lib.* 6. *de iuſtitia & iure, quæſt.* 1.
*art.* 2. *pag.* 504. *colum.* 1. *verſic. at vero*, addens, non re-
ferre, vtrum nouum vilius vendatur, & quod ideo iſti
reconditores frumenti charitatem exoptantes, reno-
uatorum nomine infamantur: mutuant enim frumen-
tum ſubmarcidum & corruptioni proximum, vt red-
datur eis nouum: atque idem in oleo & vino & aliis
cenſet, vt ſi ſubacidum vinum mutuetur, vt dulcius
reddatur: Quod ſi quis ductus bona intentione mu-
tuauit ſuum frumentum, licet tempore ſolutionis
varietur pretium, videtur quod ſecura conſcientia
recipere illud poſſit, vt tenet Abb. *vbi ſupra, in prin-
cip. dict. num.* 20. Sed nihilominus pro vera & cla-
ra huius quæſtionis dilucidatione atque reſolutio-
ne, ſunt conſiderandi ac diſtinguendi ſequentes
caſus.
Primus eſt, † quando mutuatur ſeu datur granum 50
vetus ad renouandum, ſeu in nouum recipiatur, ne
frumentum pereat, & vt recipienti gratia fiat, & ſic
bona intentione, & tunc non eſt vſura, ſi granum ve-
tus tantum, vel plus valet tempore, quo traditur, vel
quo reddendum eſt, quantum nouum cum redditur:
vel ſaltem id ſit veriſimile, quia licitum eſt vnicuique,
vitare damnum ſuum ſine damno alterius: ita tenent
Raymund. Goffred. & Hoſtienſ. eoſque referens Syl-
ueſt. *in ſumma, verbo, vſura, primo, quæſt.* 17. Idem pro-
bat Ioan. à Methymna *de reſtitut. quæſt.* 38. *ſtatim poſt
ſextam cauſam carius vendendi, in cap. incipienti, eſt
itaque in ſumma tenendum, colum. antepenultima, verſic.
eſt igitur, &c. & colum. penultim fol.* 133 *in verſic. ſi de-
nique datur, &c.* & Nauar. *in Manual. cap.* 17. *num.* 224.
Ampliatur † iſte caſus, vt etiam in eo licitum ſit plus 51
expetere de nouo grano, ſi vetus melius exiſtimaretur
vel plus valeret quam nouum tempore redditionis, ſe-
cundum Sylueſtrum *vbi ſuprà*: idem probat Nauar.
*d. num.* 224. dummodo veriſimiliter plus non valeret
nouum reddendum, quam valeat vetus tempore mu-
tui, vel quando erat vendendum, quia nihil hoc caſu
lucratur mutuans ex mutuo, nec perdit recipiens, iux-
ta mentem communis *in d. cap. nauiganti, & in d. cap.
in ciuitate.*
Quinimo † amplius exiſtimat eadem ratione Me- 52
thymna *vbi ſupra, in verſic. inde ſequitur*, nempe, quod
ſi tempore mutuationis valet faneca octo regalia, &
tunc eſt veriſimile, quod tempore ſolutionis valebit
quatuor, & infra, poterit mutuator conuenire, vt pro
ſingulis fanecis duplices reddantur, dummodo veriſi-
mile dubium ſit, plus minuſve duas fanecas tunc vali-
turas,



turas, quam tempore mutuationis valeat vna, quia per-
inde eſt, ac ſi mutuator daret octo regalia mutuatario
pro duabus fanecis, poſtea, quando duplo minus vale-
bunt, ſoluendis. Secundò † ampliatur prædictus primus
caſus, vt procedat etiam, non ſolum quando conſtat
vel eſt veriſimile, quod prædict. granum vetus tantum,
vel plus valebit tempore, quo reddendum eſt, quan-
tum nouum, cum redditur, ſed etiamſi id non conſtet,
modo dubium ſit, an frumentum nouum ſit plus vel
minus valiturum, quam vetus, vel quando, qui dat fru-
mentum vetus, eſſet illud ſeruaturus in tempus meſ-
ſium colligendarum, habita ratione eius, quo pluris
eo tempore ſolet æſtimari frumentum nouum, quam
vetus, vt probauit Couar. *lib.* 2. *variarum reſol. c.* 3. *n.* 6.
*propè finem, in verſ. ſic etiam*, dicens, hoc deduci com-
modè poſſe ex prædictis conſtitutionibus: nec diſſen-
tit Methymna *vbi ſuprà in duobus locis allegatis*: ſequi-
tur vtrumque Nauar. *d. c.* 17. *n.* 219. addens ad ſecun-
dum, ſcilicet quando erat ſeruaturus, &c. dummodo
libertas liberandi ſe intra terminum, debitori non
ſit ſublata, ſecundùm Angel. *in ſua ſumma, verb. vſu-
ra*, 1. §. 36. dicentem, ſecus eſſe alias, nempe ſi prædicta
libertas ſufferatur, quia tunc erit vſura, etiamſi alias
eſſet ſeruaturus.
54 Secundus † caſus principalis eſt, quoties mutuans
granum vetus, id facit principaliter, vt melius ſeu
præualens recipiat, & tunc eſt vſura, quia intenditur
vtilitas ex mutuo: ita tenent verius communiter Doct.
ſecundùm Sylueſtr. *vbi ſuprà*, quem in hoc ſequitur
Nauar. *d. n.* 224. dicens, eſſe peccatum mortale cum
obligatione reſtituendi, præmaximè ſecundum ipſum,
ſi aufert mutuatario libertatem ſoluendi, quando
voluerit, obligans eum ad nouum reddendum. Am-
55 pliatur, vt † procedat non ſolum, quando ſcitur, nouum
melius & pretioſius futurum, vt in caſu prædicto, ſed
etiamſi veriſimiliter creditur, plus frumentum vali-
turum tempore redditionis, & non erat vſque ad il-
lud tempus ſeruaturus, quia aliquid ex mutuo lucra-
tur: ſed ſi veriſimiliter dubitabat, plus vel minus illo
tempore valiturum, vel ſi vſque ad illud tempus erat
ſeruaturus, & libertatem non auferat intra terminum
ſoluendi, ſecundùm Nauar. *d. c.* 7. *n.* 219. & ante eum
Methymna prædictam ampliationem ſimpliciter te-
nuit, *vbi ſuprà, verſ. ſecus.*
56 Tertius † caſus principalis eſt, quando granum,
quod mutuatur, eſt iam putrefactum vel corruptioni
proximum, aut ſubmarcidum (vel eadem ratione im-
purum) pro alio nouo (vel etiam veteri, meliori tamen)
& tunc, quia huiuſmodi frumentum, quod mutuatur,
parum valet, quia habet in ſe vitium patens & inten-
ditur vtilitas ex mutuo, non eſt licitus contractus, ſed
potius vſurarius, ac proinde peccatur mortaliter cum
obligatione reſtituendi, quod plus valet nouum ſol-
uendum: & in hoc caſu & ſenſu rectè procedit, quod
ex Abbate & Dominic. à Sot. *in princ. huius quæſtionis*
ſupra retulimus, quod & tenuit Ioan. de Lig. vt refert
57 Syluest. *vbi ſuprà.* Et † quod prædictum eſt in grano,
dato ad renouandum, procedit etiam in vino, oleo &
aliis ſimilibus eiſdem rationibus in ſuo caſu expreſſis,
quod tenet Domin. à Soto *vbi ſupra*, & idem in reli-
quis reſpectiue dicendum eſt.
58 Ex quibus † omnibus infertur, tempore egeſtatis
frumenti licitum eſſe id æſtimatum, vt tunc commu-
niter valet, alteri mutuare in frumento reddendum eo
pretio, quo tempore ſolutionis valuerit, iuxta mentem
Doctorum in dictis Pontificiis conſtitutionibus, dum-
modo circa valorem frumenti reddendi attendatur ad
deciſionem *l.* 17. *tit.* 11. *lib.* 5. *Nou. Coll. Reg. de qua ſupra*,
vbi habetur, vt non poſſit emi frumentum ante tem-
pus collectionis ipſius, niſi eo pretio, quo communi-
ter valuerit quindecim diebus ante vel poſt Natiuita-
tem Beatæ Mariæ Virginis: ita Nauar. *d. c.* 17. *n.* 224.
quod probo.
Non autem † meo iudicio liceret mutuare frumen- 59
tum appretiatum, vt tunc valet, ſoluẽdum tamen tem-
pore conſtituto inter partes in frumento vel in dicto
pretio, provt mutuans maluerit & elegerit: Hoc enim
caſu creditor ius ſuum tutum ac ſecurum facit, pericu-
lóque futuri euentus non ſubmittitur, debitor vero
eidem ſubiicitur: Quare cum non ſeruetur æqualitas
inter vtrumque, illicitus erit huiuſmodi contractus, vt
ex mente omnium hac de re agentium colligitur. Se-
cus erit, ſi per contrarium electio mutuatario detur,
quia tunc ei non fit iniuria, ſed potius gratia.
Deducitur † etiam ex ſuperioribus, quod emens 60
frumentum, vinum vel oleum alicuius fundi, ante-
quam fructus eſſent maturi, viliori pretio quam infi-
mo, quo valitura veriſimiliter tempore collectionis
eſſe ſperatur ratione anticipatæ ſolutionis, committit
vſuram mortalem cum obligatione reſtituendi, ſecun-
dùm Abbat. *in dict. cap. nauiganti, num.* 6. *per illum tex-
tum, de vſuris*, Caietan. *in ſumma, verb. vſura, in quarto
caſu*, ſequitur Nauar. *d. cap.* 17. *n.* 227. dicens, ſecus eſſe,
ſi pretio honeſto ea emiſſet, diminuto eo, quod rationi
congruat, ob periculum, cui ſimilia ſubſunt, non vero
ratione anticipatæ ſolutionis: nec differre, quod ema-
tur frumentum, vinum vel oleum, determinatum ex
tali fundo, agro vel vinea, vel cum facultate eligendi
ex fundo, agro vel vinea, quo maluerit emptor, dum-
modo ratione illius facultatis eligendi ſoluatur plus,
quod iuſtum fuerit.
Infertur † præterea ex ſupradictis ad deciſionem il- 61
lius quæſtionis; *An licitum ſit & ab vſura vitio ſemotum,
conducere redditus Eccleſiaſticos alicuius præbendæ, bene-
ficij vel præſtimonij anticipata ſolutione multo viliori pre-
tio, quam reuera valeant tempore perceptionis eorundem,
paulove poſt terminis, quibus ſolutio fiat locari ſolitorum,
provt frequenter fit in hoc Epiſcopatu Ciuitatenſi, necne?*
Et in primis videtur, id licere ratione dubij euentus, vt
*in d. c. nauiganti, in* 2. *p.* ibi. *Quæ licet plus tunc valeant,
vtrum plus vel minus ſolutionis tempore fuerint valitura,
veriſimiliter dubitatur: non debet ex hoc vſurarius repu-
tari*: Cum ergo veriſimiliter dubitari poſſit, vtrum
redditus prædicti Eccleſiaſtici plus, vel minus valitu-
ri ſint, nullam in hoc vſuram committi videtur: Con-
ductor enim periculo, quod in ſe ſuſcipit, ſe exponit,
ac proinde, ſi modicum poſtea percepiſſet, nihil repe-
tere poſſet ex pretio, quod ſoluit. Secundò ex text. *in
l. ſi ea lege, C. de vſur.* vbi pactum inter debitorem & cre-
ditorem, cui fundus fuit obligatus, vt creditor ipſe fru-
ctus fundi conſequeretur in vicem vſurarum, non re-
ſcinditur, etiamſi maius emolumentum ex dictis fru-
ctibus proueniat, quam ſit quantitas vſurarum debita,
& hoc propter incertum fructuum euentum: eſt igitur
ibi text. ſecundùm Bald. & omnes ad hoc † quod ratio- 62
ne incertitudinis fructuum futurorum aliquid dicatur
iuſtum, quod alias, ſi appareret certum, eſſet iniuſtum;
idem probat text. *in l. ſi ea pactione, C. eod. tit. de vſur.* &
ibi gl. Cynus & alij: quo fit, vt incertitudo & dubius
euentus cauſet tolerantiã contractus & ab eo vſuram
excludat, vt *in d. iuribus*, & tenet Abb. *in d. c. in ciuitate,
num.* 7. & *in cap. conqueſtus, num.* 8. *verſ. nonus eſt ratione
dubij, de vſur.* Roman. *conſil.* 302. *verſic. quarto conſide-
randum*, Paul. de Caſtr. *in l. de fideicommiſſo, num.* 3. *C. de
tranſaction.* latè Tiraquell. *in l. ſi vnquam, verb. donatione
largitus, num.* 131. *C. de reuocand. donatio. & de vtroque
retract. tit.* 2. *ad finem tituli, n.* 126. & 133. vbi plures al-
legat, & inter alios Alberic. Bartol. & Bald. *in d. l. ſi ea
lege*, dicentes, id procedere in † foro conſcientiæ. 63
Hinc infert Hippol. de Marſil. *in rubric. de probationib.
n.* 408,

*n.*408. quod ſi emo ab aliquo fructus fundi certo pretio ad vitam meam, licet poſſibile ſit, quod ego viuam tantum, vt ex longa vita plus percipiam ex d. fructibus, quam ſit pretium à me datum: Attamē, quia etiam poſſibile eſt, quod moriar in modico tempore, ideo propter iſtam incertitudinem valet talis contractus, nec dicitur vſurarius. Hinc etiam deducitur, licitam eſſe emptionem † annuorum redditūum ad vitam ementis, imo iuſtiorem cæteris eſſe hunc contractum, propter incertitudinem lucri & damni, vt *in d. iuribus*, mortuo ſiquidem emptore, non eſt reddenda ſors ipſa, quæ in pretium data fuerit, vt probant Innoc. & DD. *in d. c. in ciuitate*, Oldrad. *conſ.* 207. Abbas, *diſp.* 5. *col. pen.* Florent. 2. *p. ſuæ ſummæ tit.* 1. *c.* 8. §. 11. Ioan. à Medin. *de reſtit. cap. de cenſu temporali*, Contrad. *de contract. q* 81. ſequitur Roman. *vbi ſuprà*, & Ant. Capicius *deciſ. Neapolitan.* 159. *n.* 16. Eſt communis ſecundùm Couar. qui alios refert *lib.* 3. *variar. reſol. cap.* 7. *n.* 3. vbi eam probat aduerſus Henricum Gandauenſem, qui eum contractum vſurarium eſſe cenſet, & ita eſt tenendum,
65 modo pretio iuſto emptio fiat. Infertur etiam † ex *dict. iuribus*, quod ſi aliquis ex pacto inito cum Monaſterio vel priuato, dederit certam pecuniæ quantitatem, vt eum alat toto tempore vitæ ſuæ, ſi huiuſmodi alendus cito moriatur, antequam ſit conſumpta pecunia data vel promiſſa, Monaſterium vel priuatus poterit eam retinere atque exigere inſolutam, propter incertitudinem, poterat enim ille viuere parum & multum: Ita tenet Marſil. *vbi ſupra, n.* 409. dicens, id velle ſcribentes *in dict. cap. nauiganti*, & alios, quos ibi refert. Cum igitur hæc ita ſe habeant, & fructus ſiue redditibus præbendæ, beneficij vel præſtimonij Eccleſiaſtici futuri in ſpecie noſtra tempore conductionis ſint incerti, præcipuè, ſi ipſi tunc non apparebant, quia veriſimiliter dubitatur, an plures vel pauci naſcentur, ratione huius incertitudinis contractus huiuſmodi locationis, etſi paruo pretio anticipato factus validus & licitus erit.

His tamen omnibus non obſtantibus, in caſu noſtræ quæſtionis contrarium exiſtimo verius & tenendum, imò quod huiuſmodi contractus in foro animæ ſit illicitus & cum peccato fiat, ac proinde conductor in conſcientia teneatur ad reſtitutionem & ſupplemētum iuſtæ mercedis ac pretij honeſti locationis, etiamſi non conſtet ob anticipatam ſolutionem multo minoris conduxiſſe, ſed tantùm factum ipſum, cum immodica læſione clerici locatoris, vt patet ex *d. cap. in ciuitate*, *& cap. conſuluit, de vſur.* & *ex ſupra latius traditis in propoſito.* In foro autem exteriore contractus huiuſmodi ex ſui forma non iudicabitur vſurarius, quamuis abſtinendum ſit à ſimilibus contractibus, vt ex ſupradictis apparet, & præterea propè in terminis probat Rom. *conſ.* 423. *verſ. tertio dubitatur*, loquens in olineria locata propenſione nouem annorum florenorum, quæ communiter reddebat ſummam 100. florenorum, & inquit Doct. Anton. de Padilla *in leg.* 2. *Cod.*
66 † *de reſcind. vendit. num.* 15. quod cum locatio dependet à viribus fortunæ, non habet locum beneficium *d. leg.* 2. vt in conductione fructuum beneficij vel præſtimonij, vel quartarum Regiarum, vel Epiſcopalium (non tamen agit de ſolutione anticipata, ſed ſimpliciter loquitur in locatione alicuius præſtimonij vel beneficij, quia tunc ſola ſpes empta videtur, quæ quidem vendi poteſt, vt *in l. nec emptio. ff. de contrahend. emptio.* & *in l. ſi iactum retis ff. de actio. empti.* quod duobus modis limitat. Primò, vt non procedat, ſi ſpes illa æſtimata à principio, excedat dimidiam partem iuſti pretij; Nam hoc caſu habebit locum legis illius beneficium, ſecundùm Cremen. *ibidem, n.* 119. Secundò, vt intelligatur, ſi fructus parui, aut diminuti naſcantur: ſecus ſi propter caſum fortuitum inopinatum omnino non naſcerentur, per *l. ex conducto*, §. 1. *l. ſi merces*, §. *vis maior, ff. locati.* Intellige, niſi caſibus fortuitis opinatis & inopinatis renuntiatum fuerit, iuxta latè tradita per Pinellum *in l. ſecunda*, 1. *part. cap.* 3. *num.* 26. *& ſeq. C. de reſcind. vend.*

Si vero conſtiterit, ob anticipatam ſolutionem multo minori pretio, quam redditus communiter valerent, pretio iuſto debito tempore ſoluendo conductos fuiſſe, tunc proculdubio erit contractus vſurarius, iuxta receptiſſimam omnium ſententiam, de qua *ſuprà, n.* 16. egimus.

Præterea ſuperiora probantur, quoniam etſi huiuſmodi locationes fructuum ſiue redditūum Eccleſiaſticorum incertitudinem continere videantur ratione futuri euentus, vt prædiximus, nihilominus tamen ſingulæ præbendæ ac beneficia Eccleſiaſtica, & ſic ſpes ipſa fructuum ſuum communem valorem à communiter accidentibus habent ex præteritis annis, ex quibus in futurum iudicatur, & ita communiter ſcitur atque refertur, quod præbendæ talis Eccleſiæ Cathedralis reddunt ſingulis annis tantum, & ſic de cæteris: quo fit, vt ad ſciendum, quæ dicatur † iuſta rei 67
locatæ penſio, ſeu merces, in dubio conſuetudo præterita inſpicitur, ſcilicet, quanti ea res, ſeu ſibi ſimilis locari ſolita eſt, iuxta gloſſ. per text. ibi, *in l. excepto, gloſſ. fin. C. locati*, & ibi communiter DD. & Platea *in* §. *actionum, column.* 4. *ad finem, num.* 19. *de actionibus*, & ibi Iaſ. *num.* 190. idem Iaſon *in l. in ſumma*, §. *in frumento, n.* 2. *in fin. ff. de condict. indeb.* eſt communis ſecundùm Arian. Pinell. *in repetit. rubric. C. de reſcind. vendit.* 2. *p. cap* 3. *n.* 4. & tenet Roman. *dict. conſ.* 423. *in princ.* Sic etiam alias valor beneficij expreſſus in impetratione ipſius ſecundùm ſtylum † Rotæ, ita probari debet, 68
nempe quod beneficium, de quo agitur, tempore promiſſionis, & oneribus deductis, valet in portatis centum, & quod per quinque annos ante & poſt, anno ſterili cum ſterili computato, communi æſtimatione tantum valuit, & ita teſtis de tali beneficio notitiam habens dicit ſe ſcire, & ſi plus vel minus valeret, ipſe non ignoraret, vt probat latè Gomez. *in regul. de valor. exprimend. in imper. benefic. quæſtio fin. pag.* 950. Cum igitur beneficiorum Eccleſiaſticorum redditus æſtimari à communiter accidentibus poſſint, clerici autem eorum poſſeſſores egeſtate oppreſſi multo minoris ob anticipatam ſolutionem eos locant, conſequitur, illicitos eſſe huiuſmodi contractus ex parte conductorum, iuxta diſtinctionem præfatam: nec ſcientia eorum veri valoris conductores excuſat; Quandoquidem non ex libera voluntate id faciant clerici, ſed potius inopia coacti.

Supereſt modo reſpondere ad fundamenta contraria veriſimilis dubij atque incertitudinis fructuum naſciturorum, quod videbatur contractum licitum facere, & à labe vſuræ purum: ſed his vnico verbo peremptoriè reſpondeo, procedere nempe, quando tempore contractus probabiliter poterat dubitari de eo, quod venturum eſſet, quia ſtatus præcedens inconſtans erat, ſecus verò, † ſi tempore contractus communi 69
opinione quodammodo certum erat & indubitabile videbatur, aliquid eſſe venturum, quia tunc admittitur petitio & reſcinditur contractus, etiamſi aliter euenire poſſet, iuxta gloſſam notabilem *in dict. l. ſi ea lege, C. de vſur. gloſſ. final.* & ibi Bald. *in princ.* Alberic. Salycet. & Paul. de Caſtr. *in d. l. ſi ea pactione*, *deciſ. Pedemont.* 95. *num* 52. *in fin.* Cum igitur beneficia hæc Eccleſiaſtica habeant ſuum communem propè valorem annuum, conſequitur, vt in eorum locationibus minori multo pretio anticipata ſolutione celebratis minimè ſupradicta locum habeant.

Accedit



Accedit præterea, quod prædicti conductores redditūum Eccleſiaſticorum, niſi pro certo haberent, & veluti præ manibus, lucrum magnum ſibi ex huiuſmodi locationibus obuenturum ob anticipatam ſolutionem, quam faciunt, minime vellent pecuniam ſuam periculo alicui ſubiicere, præcipue anticipatis ſolutionibus, quaſi tempus illud, quod ea præueniunt, ampliori valore fructuum commutent: & quamuis contractus huiuſmodi (niſi ob anticipatam ſolutionem is fiat) in ſua forma non ſit iudicandus vſurarius, vt prædiximus, continet tamen peccatum, & ideo ad reſtitutionem in conſcientia obligat: Nemo enim eo in foro negabit, quin ob prædict. præuentionem temporis, in ſoluendo pretium ſeu mercedem locationis, minoris multo emit, prædict. fructus quam alias eſſet empturus, & niſi eo exiguo pretio ſibi darentur, pecuniam ſuam minimè præſolueret: conſtat igitur in animæ iudicio de deprauata intentione, quamuis in foro exteriori aliter iudicandum ſit, niſi conſtet ob anticipatam ſolutionem minoris multo locationem celebratam fuiſſe. Poſtremo euidentia res hæc claret: Nam ſi incertitudo illa fructuum futurorum in propoſito ſufficeret ad efficiendum contractum purum, licitum ac iuſtum, idem eſſet dicendum, quamuis præbenda vel beneficium quotannis communiter mille aureos reddere ſolita vel ſolitum, ducentis, & ſic in quinta tantum parte penſionis ſolitæ locaretur; Quandoquidem ita poteſt eſſe incertitudo reſpectu quatuor partium, ſicut reſpectu duarum vel trium: præmaxime, cum eam incertitudinem conductores ipſi præ auaritia inſatiabili fingant ac commentiantur abſque alicuius boni viri arbitrio: Conſequens eſt falſum manifeſte; Igitur & antecedens: Reſoluo igitur, conductores prædictos minimè tutos eſſe in conſcientia, ſed peccare mortaliter & ad reſtitutionem teneri: Quinimo & in iuſtitia & foro exteriori, ſi conſtiterit ob anticipatam ſolutionem multo viliori conduxiſſe prædict. redditus Eccleſiaſticos, contractus erit vſurarius iudicandus, & etiamſi hoc non conſtet, ſi tamen læſio vltra dimidiam iuſti pretij excedat, æſtimata ſpe illa à principio iuxta communem valorem præcedentium annorum, vt prædiximus, habebit locum reſciſſio contractus.

Nihilominus † tamen non ſunt ita amare ac ſtricte
70 intelligenda ſupradicta; Nam ratione periculi veriſimilis, cui ſimilia ſubſunt, non vero ratione anticipatæ ſolutionis diminui poſſet de honeſto pretio, quod rationi & arbitrio boni viri congrueret, iuxta tradita per Nauar. *in Manual. cap.* 17. *n.* 217. in emptione frumenti, vini vel olei alicuius fundi, antequam fructus eſſent maturi, quæ in hac ſpecie conuenire ac conducere etiam videntur, dum tamen caute & moderate id fiat: Sed quia auaritia atque obcæcata cupiditas rectum arbitrium plerunque habere non ſinit, conſulo pro animarum ſalute, vt fideles Chriſtiani ab huiuſmodi contractibus ſe abſtineant, niſi iuſto ac honeſto pretio ij fiant.

Illud profecto † latrocinij genus maximè execran-
71 dum eſt, quò mercatores vtuntur, qui pecunia credita vendunt indigentibus & aliqua egeſtate oppreſſis merces carius vltra rigoroſum ac ſupremum pretium, quod in promptu valeant, pacto vel propoſito principali, vt ſtatim ab eo emant per ſe vel aliū viliori pretio de præſenti ſoluendo; Hoc namque impium atque contra charitatem Chriſtianam eſt & iuſtis pœnis vindicandum: appellatur namque vulgo, *Mohatra*: ita tenet Caiet. *in ſua ſumma, verbo, vſura, in* 7. *caſu, circa finem*, dicens, eſſe vſuram palliatam: & D. Couar. *lib.* 2. *variar. reſolut. c.* 3. *n.* 6. *ad fin.* & Nauar. *d. cap.* 17. *n.* 241. vbi limitat, quoties venditio prædict. † ad creditum fieret pretio rigoroſo, emptio vero infimo, & ſic ambo contractus caderent infra latitudi- 72
nem iuſti pretij, quia hoc caſu non auderet condemnare mercatorem huiuſmodi, vt aſſerit Florent. 2. *part. ſuæ ſummæ, tit.* 1. *cap.* 8. quinimo laudandus eſſet ſi hoc faceret, proſpiciens, quod nemo tantundem ei redderet pro illa merce, præcipuéque ſi eam emeret iuſto mediocri pretio, ceſſante in omnibus omni fraude vſuræ & iniuſtitia pretij, quamuis hoc periculoſum eſſet famæ mercatoris id facientis, quinimo & conſcientiæ eiuſdem vendendo ad creditum illi, quem ſcit eo genere emendi & vendendi vti velle, hoc eſt, *Mohatrar*, ad malos & vanos vſus.

## SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio ablati vel debiti neceſſario ſtatim facienda eſt vel dilatio petenda ab eo, qui vſum rei concedere poteſt.*

2 *Poſſunt tamen ſpecies & caſus aliqui conſtitui, in quibus boni viri arbitrio reſtitutio differri poteſt.*

3 *A reſtitutione excuſatur quis propter inopiam.*

4 *Non tenetur quis ad reſtitutionem quoties re aliena indiget ad ſubleuandam propriam neceſſitatem in caſu extremæ neceſſitatis.*

5 *Conſtitutus in extrema neceſſitate poteſt rem alienam inuito domino capere & retinere, niſi creditor ſit in eodem articulo extremæ neceſſitatis.*

7 *Debitor, qui habita ratione ſtatus & indignitatis grauiſſimam pateretur ex reſtitutione iacturam, an teneatur ſtatim reſtituere vel poſſit reſtitutionem differre ſi modo leue detrimentum ex ea dilatione immineret creditori? & n. ſeq. tres opiniones referuntur: eligitur. n.* 7. *negatiua, dummodo debitor hoc caſu parſimonia vtatur in viuendo, vt in n.* 8. *Limitatur ſecundo, ſi creditor, vel is cui eſt facienda reſtitutio, ſit in æquali neceſſitate, vel incommodo rei ſuæ, vt in n.* 10. *& n.* 11. *agitur, an id procedat in debitore bonæ fidei & de re aliena extante. n.* 12.

9 *Confeſſarius non debet ſecundo abſoluere pœnitentem, qui tenetur ad reſtitutionem ſtatim faciendam, & eam primo iuſſus omiſit, niſi actualiter nunc ſatisfaciat, præterquam in caſu hic relato.*

13 *Debitor, qui induci non poteſt ad reſtituendum, cum poſſit, an ſit abſoluendus cum cautione; quod certo tempore reſtituet?*

14 *Differentes reſtitutionem vſque ad mortis articulum, cum poſſint & teneantur eam in vita facere, verſantur in aperto periculo & nonnunquam in manifeſto iacent peccato.*

15 *Idem eſt dicendum de illis, qui ambigentes, an id, quod habent, alteri debeant, nolunt in ſua vita id iudicio decernere.*

16 *Idem eſt de illis iudicandum, qui ſub mortis articulum, cum ipſi poſſint per ſe reſtitutionem facere, id renuunt: arbitrantes, ſat eſſe id hæredibus iubere.*

16 *Hoc potiſſimum periculum in magnatibus imminet, quorum teſtamenta nunquam aut vix hæredes complent, ſed ſatis ſe feciſſe arbitrantur, vt quam reſtitutionem auus patri, & pater ſibi teſtamento præcepit, eandem ipſe alij recentibus onuſtam filio iubeat, quam ipſe poſtea committat nepoti.*

18 *Limitatur, niſi debitor credat vere & pro certo, quod detentio talis non ſit contra voluntatem domini, vel etiam contra ipſam inordinatam.*

19 *Limitatur ſecundo, niſi moriens omiſerit reſtitutionem in vita faciendam, ſciens eam ſuum hæredem melius facturum, proponens, quod ſi aliud crederet, ipſe ſtatim reſtitueret.*

T CAPVT

## CAPVT XL.

*De reſtitutione, an differri poßit, vbi debitor, habita ratione ſtatus & dignitatis, grauiſſimam pateretur ex reſtitutione iacturam?*

1 CVm reſtitutio † ablati vel alias neceſſario ſtatim facienda ſit, vel petenda dilatio ab eo, qui vſum rei concedere poteſt, quia nunquam licet, nec momento temporis rem alienam domino inuito detinere: ſiquidem ea detentio peccatum eſt, & nunquam peccare licet: & præterea Leuitic. cap. 19. cauetur: *Non morabitur opus mercenary apud te vſque mane*: quare hanc doctrinam tenet S. Thom. 2. 2. *quæſt. 61. art. vltim.* & Florent. *2 part. ſuæ ſummæ, tit. 2. cap. 8 in princ.* Sylueſt. *verb. reſtit. 5. §. 1.* D. Couar. *in reg. peccatum, 1. part.* 2 *relect. in princip.* † *num. 1.* quamuis nihilominus adhuc non ſemper ſit neceſſaria præciſè reſtitutio alieni ad dimiſſionem peccati: poſſunt enim ſpecies & caſus aliqui conſtitui, quibus boni viri arbitrio ipſa differri poſſit ſecundum S. Thom. & Caiet. *d. quæſt. 61. art. vlt.* quorum ſententia communi omnium Theologorum conſenſu recepta eſt, vt ex infra citandis patet.

3 Species † certior atque præcipua eſt propter inopiam & paupertatem debitoris, ob quam quidem excuſatur à reſtitutione, quia non tenetur quis reſtituere eo caſu, quo non poteſt reſtitutionem animo deliberatam executioni mandare, ſecundum D. Auguſt. *in Epiſtol. 54. & probatur in cap. quanquam. de vſur. in 6.* vbi gloſſ. etiam *in d. regul. peccatum*, & *ibi* Dynus & Anchar. *col. 9.* text. *in cap. breui, & in cap. querelam, de iureiur.* D. Thom. *vbi ſuprà.*

4 Imo non † tenetur quis ad reſtitutionem, quoties re aliena indiget ad ſubleuandam propriam neceſſitatem, data ipſius debitoris extrema neceſſitate; Siquidem eo caſu poſſet rem alienam inuito domino capere, *cap. ſi quis propter neceſſitatem, de furt.* vt tenet Scoto *in 4. diſtinct. 15.* & Sylueſt. *verb. reſtitut. 5. num. 2.* & Couar. *vbi ſuprà, num. 2.* & omnes communiter id fatentur: niſi creditor ſit in eodem articulo extremæ 5 neceſſitatis: Nam † tunc, ſaltem cum agitur de ſpecie aliena, dominium ſemper remanſit penes creditorem, ſecundum Nauar. *in Manual. cap. 17. num. 60.* aduerſus ſummam Tabienam, *verbo, reſtit. §. 4.*

6 Supereſt † videre; *An idem ſit cenſendum, vbi neceſſitas extrema non ſit, ſed tamen debitor, habita ratione ſtatus & dignitatis, grauiſſimam pateretur ex reſtitutione iacturam, ſi modo leue detrimentum ex ea dilatione immineat creditori.* Quæſtio profectò ſæpe contingens in praxi atque difficilis & controuerſa: In qua Adrian. *in quarta ſententia, de bello, cap. incipiens. aggredior, quæſtione ſexta*, & Ioan. à Methymna *de reſtit. quæſt. 5.* late pluribus probant negatiuam ſententiam nempe, in hac ſpecie non idem eſſe, quod in illa extremæ neceſſitatis; Quinimo hoc caſu teneri debitorem omnino ſtatim reſtituere, cum poſſit, licet cadat à ſuo decenti ſtatu: tantum enim videntur excipere ab obligatione ſtatim reſtituendi, extremam inopiam, quæ cogeret ad eleemoſynam creditorem vel alium quemcunque hominem diuitem, iuxta tradita per D. Couar. *lib. 3. var. reſol. cap. 14. num. 5.* hanc etiam partem, vt in hac ſpecie non habeatur reſpectus ne egeat, etiamſi oporteret illum mendicare, & quod nihil poſſit retinere, niſi ea, ſine quibus moreretur, tuentur Ricardus, Raymund. Hoſtienſ. Innoc. & alij quos pro ea refert Sylueſter *vbi ſuprà, num. 1.*

7 Sed contrarium, † imo quod iuſte in foro animæ differatur reſtitutio, ſi ea fieri nequeat abſque maximo debitoris damno, vt, quia oporteret res proprias ad reſtitutionem vili pretio vendere, vel inſtrumenta, quibus viuit, ad artem relinquere, ſi modo creditor ex hoc non patiatur detrimentum graue ſaltem, cum animo tamen & propoſito reſtituendi, cum primum poſſit, probat Archid. *in cap. ſi res, 14. quæſt. 6.* & Ioan. de Neapol. *quodlibet. 9. quæſt. 22.* Scotus & alij *in 4. diſtinct. 15.* Florent. *in 2. part. ſuæ ſummæ, tit. 2. c. 8.* Angel. *verb. reſtit. 3. n. 4.* Sylueſt. latè *verb. reſtit. 5. n. 2. & 3.* vbi refert alios plures caſus, in quibus is, qui decenter viuit, non tenetur ſtatim reſtituere in foro animæ, etiamſi dilationem continere non poſſit, modo habeat firmum propoſitum reſtituendi in totum, & paulatim ſecundum poſſe reſtituat in parte temporibus ſuis; Eandem ſententiam ſequuntur ac probant Caiet. *d. q. 61. art. 8. quæſt. vlt.* & Anch. *in d. reg. peccatum, col. 9.* & Palac. Rub. *in repet. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 65. n. 51.* Nauar. *in Man. cap. 17. num. 56. & ſeq.* præcipuè, *num. 62.* & Couar. *in d. reg. peccatum, 1. part. in princip. num. 2.* non diffitens opus eſſe ſincero acerrimoque iudicio ad diſcernendum hoc grauiſſimum debitoris nocumentum à leui creditoris iactura, vt hinc licita iudicetur debitoris dilatio & inordinata cenſeatur creditoris petitio. Et hæc ſententia humanior eſt & tenenda meo iudicio, ex fundamentis adductis per ſupradictos: quia creditor hoc caſu rationabiliter debet velle debitorem excuſari, alias inordinata eſſet ipſius petitio: & præterea, quia huiuſmodi debitor ratione impotentiæ etiam hoc caſu iuſte excuſatur, non enim dicitur honeſte poſſe, qui cum tanto detrimento ſuo poteſt, vt probat Caiet. *vbi ſupr.* vbi amplius tenet, debitorem nempe hunc minime teneri ad ſatisfaciendum creditori in hac ſpecie illud modicum intereſſe, ſiue præiudicium eidem ſubſequutum ex eo, quod ſibi ſolutio illo tempore facta non fuerit; Quandoquidem ratione dict. impotentiæ ac magni detrimenti debitor excuſationem iuſtam habuit ac proinde non fuit in mora.

Intelligenda † tamen eſt hæc ſententia dummodo 8 debitor hoc caſu parſimonia vtatur in viuendo intra vltimum gradum decentiæ ſui ſtatus, quia non debet laute, opipare & ſplendide viuere & pompoſe veſtiri, filiaſque nuptui magnis dotibus tradere, ſicut ſi non eſſet obligatus ad reſtitutionem, ſed in omnibus moderate procedere, reſecando ſuperflua, & ſi non poteſt filias æqualibus nuptui tradere, aliis tradat, quibus minores dotes ſufficiunt: faciendo enim huiuſmodi debitores cum effectu quod poſſunt ad reſtituendum, & in aliis bene & cum timore Dei ſe habentes, poſſunt abſolui per confeſſarium & communicari Sacramentaliter. Illi vero, qui de eo quod poſſunt, ſemper procraſtinant & annuatim reſtitutionem promittunt, idque non adimplent, non videntur abſoluendi, niſi prius reſtituant vel efficaciter negotium diſponant, vt executionem habeant, nec etiam communicandi, quatenus ad iudicium confeſſoris ſpectat: ita Sylueſt. *vbi ſupr. n. 4.* & Nauar. *d. cap. 17. n. 62.* Ant. à Cordub. *in ſua ſumma, q. 68. in 2. opin.* & alij ex *ſuprà* citatis.

Quod † adeo verum eſt & procedit, vt confeſſarius 9 non debeat ſecundo abſoluere pœnitentem, qui tenetur ad reſtitutionem ſtatim faciendam, & eam primo iuſſu omiſit, niſi actualiter nunc eam faciat: Prouidendum eſt enim, ne ſicut ſemel defecit in hoc, iterum quoque deficiat in creditoris detrimentum: ita Caiet. *in ſumma, verb. reſtitutio, c. 6.* & Floren. *in 2. part. tit. 2. cap. 8. col. 8.* niſi talis eſſet pœnitens, & cauſa ob quam reſtitutionem omitteret, & præterea tempus & locus, vbi confeſſio ſit, quod abſolutionem impartiendam indicarent arbitrio prudentis confeſſoris cum vero propoſito reſtituendi: quandoquidem erga Deum hoc ſufficit, ſi opportunitas ad aliud non adſit, ſecundum Nauar. *d. c. 17. n. 59.* & à fortiori erit de-

neganda



neganda abſolutio debitori, qui ſæpe reſtituere promiſit, & non reſtituit, vt probat Frater Angles *in ſuis florib. Theol. quæſt. in quæſt. de reſtit. pag. 157.* Secundo 10 † ſupradicta principalis ſententia limitatur eo caſu, quo creditor vel dominus, cui eſt facienda reſtitutio, ſit in æquali vel prope æquali neceſſitate, vel in commodo rei, quam debitor, quia tunc integre ſtatim ei eſt facienda reſtitutio, quamuis debitor omnino pauper remaneat, quia non licet alicui in re aliena incommodare dominum, vt ſeipſum commodet, & hoc caſu rationabiliter & ordinate creditor vel dominus ſtatim vellet rem ſuam, quia charitas bene ordinata incipit à ſeipſa, vt *in c. non ſatis, cum ſimilibus, 86. diſtinct.* ita Doct. *ſuprà*, citati, præcipuè Caiet & Angl. *verb. reſtitutio. 3. num. 4.* Sylueſt. & Cordub. & fatentur cæteri. Hoc tamen ſublimitat Frater Angles *vbi ſuprà, fol. 159. in verſ. debitor, &c.* in debitore bonæ fidei; Nam is cum mutatione ſtatus reſtituere non tenebi- 11 tur, † quamuis creditor ex dilatione ſolutionis ſtatum quoque mutare compellatur, quia in pari cauſa neceſſitatis melior eſt conditio poſſidentis: obligatur tamen debitor reſarcire creditori damnum, quod ex illa dilatione ſolutionis patitur. Hæc tamen ſublimitatio vera non eſt meo iudicio, nec tenenda, quia cum ſit debitor, etiamſi habeat bonam fidem, hoc eſt, debitum bona fide contraxerit, tenetur reſtituere creditor, etiam cum mutatione ſtatus, quando creditor eſt in æquali, vel prope, neceſſitate: nec in pari cauſa melior eſt conditio debitoris, niſi tantum in cauſa extremæ neceſſitatis, qui non eſt iſte, vt eſt prædictum & probatum: Loquitur igitur iſte auctor ſine vero fundamento contra communes traditiones.

12 Tertio † limitatur præfata ſecunda opinio principalis ſecundum eundem Angles *vbi ſuprà, folio 158.* & rectius, quando res obnoxia reſtitutioni extat, & debitor non laborat in extrema neceſſitate, tunc namque illam ſtatim reſtituere tenetur, etiamſi ſtatum mutare cogatur, vt ſi detineat reditus alienos, quia tunc poteſt reſtitutio differri, quando quis damnum in re propria patitur, ſecus ſi in re aliena, quando ipſa extat, quia nemo cum aliena iactura locupetandus eſt. Quare nobiles, qui detinent oppida & alienas poſſeſſiones, ne à magnitudine ſtatus & familiæ cadant, & eorum confeſſores facti conſcij in ſtatu damnationis eſſe dicuntur, niſi ignorantia alicuius Doctoris opinione excuſarentur ſecundum ipſum, cuius illa ratio, ne quis ſcilicet cum aliena iactura locupletetur, & ſi in cæteris debitis, etiam militet: & tamen adhuc in eis non admittitur, fortius tamen vrget in propoſita ſpecie ad prædict. limitationem fundandam, præcipue cum ipſa alia fortiori prædict. ratione probatur, & ideo mihi placet, quæ colligitur etiam ex Caietan. *vbi ſuprà, dict. quæſt. 62. art. 8. quæſt. vltim.* Imo etiamſi debitor ſit in extrema neceſſitate, tenetur reſtituere rem alienam extantem creditori in eadem neceſſitate conſtituto, vt ſuprà diximus, *num. 5.* aduerſus Tabienam.

Non deſunt tamen qui diſtinguant inter has duas opiniones, vt ſi acceptio, ob quam debetur reſtitutio, fuerit iniuſta, nempe ex furto, vſuris aliiſue iniuriis, debitor in hac ſpecie, qualecunque citra extremam neceſſitatem patiatur detrimentum, teneatur illis reſtituere, etiamſi ſtatum perdat, hoc enim non eſt de ſtatu ſuo cadere, imo in ſuum ab illo deſcendere, qui non erat ſuus; & in hoc caſu procedat prima opinio ſupra poſita. Si vero quis per acceptionem iuſtam debita cõtraxit, & citra ſuam culpam in pauperiem inciderit, facilius illi ſit indulgenda reſtitutionis prorogatio, ſi creditor dilationem ferre poſſit, alias ſecus: Nam citra extremam neceſſitatem melior eſt multo creditoris conditio quam debitoris, & in hoc ſecundo caſu procedat ſecunda opinio principalis ſuprapoſita: Hanc concordiam videtur tenere Caietan. *dict. quæſt 62. art. 1.* & eam probat Domin. à Soto *lib. 4. de iuſt. & iur. quæſt. 7. art. 4. in ver. quin vero, pag. 369.* quem ſequitur pluribus comprobans Cordub. *vbi ſuprà, in tertia opinione*, & Frater Angles *fol. 158. & ſeq.* Hæc tamen concordia vera mihi non videtur, ſed potius ſecunda ſententia ſupradict. indiſtinctè in vtroque caſu: quia ad præd. excuſationem non attenditur, quam quis teneatur reſtituere ratione delicti, ſed quod egeſtate grauetur, quæ apud Deum ſufficiens eſt excuſatio, dum ipſe debitor ab animo aliena detinendi vere abſtinuerit, ſecundum Auguſt. *d. Epiſt. 54.* & reſtituere proponat cũ primum poſſit. Ergo idem erit in impotentia reſtituendi mediocri, vt mediocriter excuſet, vt ſentit Sanct. Anton. *2. part. tit. 2. c. 8. colum. 4.* & Couar. *vbi ſupra n. 2. circa fin. ibid; Nec enim ad hanc excuſationem, &c.* & ex profeſſo Nauar. *d. c. 17. n. 58.* & ita eſt tenendum.

Dominicus † autem à Soto *vbi ſupra*, carpit Sylueſt. 13 *verb. reſtitutio. 5. §. 5.* directorium ſequutum, affirmantem, quod ſi creditor non vult reſtitutionem exſpectare, & debitor induci non poteſt ad reſtituendum ſtatim, tunc ſacerdos poteſt eum abſoluere, ſi cautionem capiat, quod certo poſt tempore ſoluat, quia tunc vtiliter gerit creditoris negotium: Si enim pœnitens non abſolueretur, forſan ille nunquam debitum ſuum recuperaret: Hoc namque, inquit Soto, procederet in foro exteriori, non tamen in conſcientia: Sacerdos namque non eſt inter creditorem ac debitorem ſequeſter aut creditoris procurator, ſed nomine Dei conſcientiarum expurgator, & ideo in hoc tantum debet eſſe intentus, vt ſecundum cauſas & merita perpendat, an debitor ſit ſoluendo, necne: Nam ſi ſoluendo eſt, nullatenus inuito creditore eſt abſoluendus, niſi reſtituat, quamuis periculum immineat, vt nunquam ſit reſtitutio facienda: Ipſe enim pœnitens ſibi viderit: poteſt tamen accidere, vt ſatisfaciat, ſi per partes ſtatis temporibus reſtituat: Quod vltimum intelligendum eſt, quando aliud commode, iuxta ſupradicta, fieri non poteſt, vel alio caſu excuſetur, ex traditis per Sylueſt. *vbi ſupra*, & per Anton. de Cordub. *d. quæſt. 68. in primis foliis*: At vero ſi debitor, cum poſſit, nolit ſimul ſeu integre debita creditori ſoluere, ſed annuatim aut paulatim, confeſſarius non poterit eidem prædictam dilationem concedere, nulla iuſta & probabili cauſa exiſtente, ex relatis *ſuprà* citatis auctoribus, nec eum abſoluere, niſi cum effectu fiat reſtitutio ſtatim, vel tempore, quo commode fieri poteſt reſpectu ſupradictorum, vt latius probauit Methymna *d. quæſt. 5. circa fin. in verſ. nunc ad id,* & Frater Angles *in ſuis florib. Theologicar. quæſt. in quæſt. de reſt. pag. 156.* Sed quod ad reprobationem Sylueſtr. factam à Soto attinet, credo Sylueſtrum non id ſimpliciter tenuiſſe, quod Soto eidem attribuit, ſed illud refert ex directorio & Angelo *in verb. reſtit. vlt. quæſt. 5.* quinimo ipſemet Sylueſt. inquit, illud procedere quoad forum cauſarum: ſed quoad Deum id intelligit, quando peccator eſt taliter voluntate & conſcientia diſpoſitus, quod non habet animum perſeuerandi in mortali, qui de attrito virtute clauium poſſit effici contritus, puta, quia credit ſe non poſſe, cum poſſit, aut non teneri ſtatim, cum teneatur, alias non eſſet abſoluendus, nec capax abſolutionis. Ego vero quoad veritatem huius dicti attinet, exiſtimo, ſtandum eſſe facti veritati in hac ſpecie, vt ſi ſecundum cauſas & merita confeſſarius perpenderit, quod debitor ſit ſoluendo ſtatim, eum non abſoluat quouſque reſtituat, niſi veriſimiliter credat, creditorem permiſſurum, ſi cordis intima debitoris penetraſſet, vt ipſe confeſſarius, & præterea debitor animo decerneret ſtatim ſoluere, ſi ſibi non vide-

renur cum eo adimplere, quamuis ſibi graue nimis id eſſet, vt recte declarat Nauar. *dict.c.17.n.65.* Si vero contrarium intelligat confeſſarius vel ſit dubius, dilationem rationabilem eidem præſtare poteſt, recepta cautione, quod prædicto tempore ſatisfaciet, & cum hoc eum abſoluat, vt in effectu ſentit ac exprimit Soto *vbi ſupra*, & ita intelligo hanc materiam.

14 Ex quibus † facile colligitur, in quamaperto verſentur periculo, & nonnunquam manifeſto iaceant peccato, qui reſtitutionem vſque ad mortis articulum differunt, cum poſſint & teneantur eam in vita facere: Certum namque eſt, quod cuicumq; ſcit ſe ære alieno grauari, & non habet propoſitum reſtituendi vſque ad mortem, cum tamen antea poſſit, licet firmiſſimum illud habeat tunc reſtituendi, aut reſtitutionem in teſtamento præcipiendi, perdurat in peccato mortali, nec eſt abſoluēdus, quia habita opportunitate per nullum tempus licet retinere alienum inuito domino: Quare ſi ſubita fuerit morte correptus, vt pluries accidere ſolet, in ſtatu diſcedit damnationis: ita Soto *vbi ſupra pag.370.* Frater Angles *vbi ſuprà, in quaſt. de reſtitut. pag.154* & inquit Soto, idem eſſe cenſendum de
15 illis, qui ambigentes, † an id quod habent, alteri debeant, nolunt in ſua vita id iudicio decernere, ſed ſatis ducunt, ſi proponant in teſtamento id hæredi ſuo demandare: quod expreſſim ſequitur Cordub. *vbi ſupra, d. quaſt.68. verſic. y de lo ſuſo dicho.*

16 Idem eſt † omnino iudicandum de illis, qui ſub mortis articulum, cum ipſi poſſint per ſe reſtitutionem facere, id renuunt, arbitrantes, ſatis eſſe id hæredibus iubere, quoniam illi reuera non habent ſincerum animum reſtituendi; Nam qui tunc non reſtituunt, indicant, quod neque, ſi vixerint, reſtituent, vt contingit ſæpiſſime, ac proinde videtur illis intentionem puram reſtituendi deficere, ſed tantum eſſe conditionalem, ſcilicet, ſi moriantur: quæ profecto ad pœnitentiam nō ſufficit: Et † hoc potiſſimum periculum 17
in magnatibus imminet, quorum teſtamenta nunquam aut vix hæredes complent, ſed ſatis ſe feciſſe arbitrantur, vt quam reſtitutionem auus patri, & pater ſibi teſtamento præcepit, eandem ipſe aliis recentibus onuſtam filio iubeat, quam ipſe poſtea committat nepoti, ſicque reſtitutio omittitur, quia ſi primus hæres & ſecundus eam non fecerunt, nec poſteriores facere volunt aut poſſunt, aut tenentur, ſi bona libera à parentibus non habuerunt, & ita omnino prætermittitur, aut plenaria non fit, nec debito tempore, vt tenent Dominic. à Soto, & Frater Angles *vbi ſuprà*, quod intelligit verum Archid. poſt. Ioan. de Neapol. & eos referens Syluest. *verb. reſtitutio.5. num.7.* niſi
debitor credat vere & pro certo, † quod detentio ta- 18
lis non ſit contra voluntatem domini, vel etiam contra ipſam, inordinatam tamen, vt in ſecunda opinione principali ſupradicta.

Secundo † intelligendum eſt, niſi moriens omiſerit 19
reſtitutionem, in vita faciendam, ſciens, eam ſuum hæredem melius facturum, proponens, quod ſi aliud crederet, ipſe ſtatim reſtitueret, ſecundum Angelum *in verb. reſtitutio, 3. §. 2.* quem refert & ſequitur Nau. *d. c.17.n.68. verſ.15.* & Cordub. *d. quaſt.68. verſ.2.* dicens, alios plures hoc tenere. Et cum his impoſita eſt vltima huic operi manus, ad laudem & gloriam Dei omnipotentis, & intemeratæ Virginis Mariæ matris eius, omniumque Sanctorum: in quo quicquid dictum eſt, cenſuræ ſacroſanctæ matris Eccleſiæ, iudicioque melius ſentientis ſubmittimus.

*Finis Libri primi.*





# D. IOANNIS GVTIERREZ, IVRISCONSVLTI HISPANI PRÆCLARISSIMI, CANONICI Doctoralis almæ Eccleſiæ Ciuitatenſis,

## Canonicarum Quæſtionum vtriuſque Fori tam Exterioris, quam Interioris Animæ,

## *LIBER SECVNDVS.*

### SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum conditum ab aliquo ante ingreſſum religionis, validum eſt, nec poſtea per ingreſſum rumpitur nec vitiatur, ſiue ingrediatur Monaſterium bonorum immobilium incapax, ſiue capax.*

2 *Teſtamentum eius, qui poſtea ingreditur religionem bonorum immobilium capacem, tunc demum per ingreſſum, aut profeſſionem non corrumpitur, quoties illud condidit, cogitans de ingreſſu religionis: ſecus vero, ſi de illo non cogitauit, quia tunc teſtamentum rumpitur per ingreſſum religionis, ſecundum magis communem ſententiam, vt in num. ſeq. præcipuè, n.10.*

3 *Teſtamentum factum cogitatione religionis bonorum immobilium capacis, ſicut non infirmatur per ingreſſum religionis, pariter per ipſum non confirmatur, donec teſtator naturaliter moriatur.*

4 *Teſtamentum agnatione poſthumi rumpitur.*

5 *Monaſterium loco filij poſthumi habetur atque cenſetur.*

6 *Teſtamentum ab eo conditum, qui religionem ingreſſurus eſt, vt per eam non infirmetur, oportet relinqui Monaſterio legitimam titulo inſtitutionis, alias rumpetur per profeſſionem: ſed in contrarium eſt verior communis & tenenda ſententia, vt in n.12. & n.13. quod ſi aliquid relinquatur Monaſterio titulo inſtitutionis, proculdubio non irritatur teſtamentum per profeſſionem.*

7 *Teſtamentum ingreſſuri religionem ad ſciendum, an poſtea rumpatur, necne? diſtinctio quadam Amonij de Butrio refertur agiturque de veritate ipſius.*

8 *Monaſterium habetur loco filij in caſibus à iure expreſſis, in aliis autem non habetur pro filio, & tunc exprimitur à iure, vbi ingreſſus Monaſterium, nullum prius teſtamentum condidiſſet.*

9 *Teſtamentum etiam factum ab eo, qui cogitauerat religionis profeſſionem, etiam portione legitima Monaſterio titulo inſtitutionis dimiſſa, per profeſſionem rumpitur, quaſi per capitis diminutionem, ſecundum opinionem Salyc. & aliorum: ſed falſa eſt.*

11 *Text. in auth. nunc autem, cum ſimil. C. de Epiſc. & cler. communiter intelligitur per DD. quando teſtator cogitauit de ingreſſu religionis.*

14 *Teſtamentum conditum ab eo, qui religionem ingreſſurus eſt, cogitante de ingreſſu, an valeat & teneat, licet in eo non ſit ſeruata ſolemnitas iuris communis.*

15 *Teſtamentum conditum abſque vlla religionis bonorum capacis cogitatione, ſequuta profeſſione reuocatur, ſiue ſi ipſum & bona expreſsè religioni dicauerit, ſiue tacitè.*

16 *Teſtari liberè permittitur à iure ingreſſuris religionem, dummodo eo tempore cogitent de hoc.*

17 *Teſtamentum factum ab eo, qui religionis ingreſſum minimè cogitauerat, profeſſione ſequuta rumpitur ſolum quoad legitimam portionem Monaſterio competentem.*

18 *Teſtamentum ingreſſuri religionem incapacem bonorum immobilium, licet de ea non cogitauerit, non rumpitur per huiuſmodi religionis ingreſſum ac religionem, ſed imo ab ipſa vires aſſumit non aliter, ac ſi ipſe ingrediens naturaliter fuiſſet mortuus, & num.52.*

19 *In dubio, quando non conſtat, vtrum teſtator tempore teſtamenti, de religione cogitauerit, necne, ex interuallo temporis à teſtamento ad religionis ingreſſum, id index arbitrabitur, vt hic.*

20 *Monachum ante profeſſionem poſſe validè teſtari, ac proinde eius teſtamentum per profeſſionem non reuocari: quod intelligitur, etiam ſine licentia Prælati, vt in num.25. & in num. ſeq. an hodie hoc procedat ſtante Conc. Trid.*

21 *Monachus nouitius intra annum probationis tanquam laicus cenſendus eſt, nec dicitur Monaſterium ingreſſus, qui nondum eſt profeſſus.*

22 *Religionis vbi fit mentio, intelligitur cum effectu.*

23 *Si maritus relinquat aliquid vxori,* ſi ingreſſa fuerit Monaſterium, *intelligitur de ingreſſu cum perſeuerantia.*

24 *Vouens ingredi religionem, non ſatisfacit, ſi ingrediatur & exeat.*

26 *C.16. de reg. & Monial. S. Concil. Trid. Seſſ.25. an ſeruandum ſit in teſtamento, cum num. ſeq.*

27 *Verba vniuerſalia, omnia includunt.*

28 *Indefinita æquipollet vniuerſali, cum eadem ratio ſubeſt.*

29 *Examen nouitiarum faciendum.*

30 *Praxis obtinuit, vt tempore, quo hoc examen fit, licentia ſimul ad profitendum & renuntiandum nouitiis concedatur.*

31 *Coram iudice ceſſat omnis præſumptio fraudis ac metus.*

32 *Diſponens ſi aliud vellet, expreſſiſſet.*

33 *Ea, quæ ſpeciali indigent adnotatione, niſi notentur, videntur quaſi neglecta.*

34 *Monochij intellectus ad d.c.16. Seſſ.25. Conc. Trident. reprehenditur.*

35 *Monachus iam profeſſus an poſſit teſtamentum ante profeſſionem à ſe conditum reuocare: & num. ſequent.*

36 *Teſtamentum ſecundum Monachi profeſſi, cum duobus vel tribus teſtibus, valebit contra primum cum ſeptem teſtibus.*

37 *Monachus quoad effectum teſtandi, ſiu contrahendi, pro mortuo habetur.*

38 *Monachus an poſſit in fauorem vnius filij meliorationem facere vel maioratum conſtituere: remiſſiue.*

39 *Monachus poſt poſſeſſionem moritur mundo, & ſic non habet velle aut nolle.*

40 *Monachus profeſſus non poteſt reuocare teſtamentum à ſe factum, etiamſi in fauorem Monaſterij reuocatio fiat.*

41 *Diſpoſitio auth. ſi qua mulier ſpecialis eſt & ex gratia, ac proinde in propria ſpecie & in ſuo tantùm caſu ſeruanda, nempe, &c. & n.88.*

42 *L. res vxoris, C. de donat. inter vir. & vxor. & l. ſed ſi mors, §. 1. ff. eod. tit. intellectus.*

43 *Mors ciuilis tunc æquiparatur naturali, quando mors ciuilis operatur eundem effectum, quem naturalis.*

44 *Mors naturalis non æquiparatur ciuili, nec è contra, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

46 *Mors ciuilis non operatur eundem effectum in deportato & relegato, quem mors naturalis.*

46 *L. res vxoris, C. de donat. inter vir. & vxor. in 3. reſponſo non habet locum in donatione cauſa mortis, quia illa non confirmatur, ſed irritatur per mortem ciuilem, ex qua amittitur ciuitas & libertas.*

47 *Bona hæreditaria, ſiue legatum, per profeſſionem Monachi teſtatoris, ſtatim ad inſtitutum hæredem vel legatarium pertinent, ſi Monaſterium ſit incapax bonorum: quod ſi eorum ſit capax, hæreditas vel legatum morte naturali ipſius Monachi ad hæredem vel legatarium pertinebit, in eius verò vita ad Monaſterium.*

48 *Imolæ diſtinctio in prædicta ſpecie refertur, & n.49. cum ſeqq. de eius veritate agitur.*

50 *In dubio facta mentione mortis in propoſito, intelligitur de naturali tantum.*

51 *In dubio quando non conſtat ex mente teſtatoris, quæ mors ſit expectanda, naturalis vel ciuilis, nec alicuius mortis mentionem fecerit, quid dicendum ſit.*

53 *Hæreditas vel legatum, relicta vel relictum à Monacho, ingreſſo religionem bonorum mobilium capacem, efficitur caduca vel caducum, ſi interim, viuente Monacho, hæres vel legatarius decedat, & num.91.*

54 *Limitatur quod prædictum eſt numero præcedenti, quando hæreditas vel legatum eius conditionis eſſet, vt in vita ipſius hæredis vel legatarij Monachi verificari aut deferri non poſſet, ſed poſt mortem eiuſdem hæredis, vt hic, & n.59. quem ſenſum habebit hac in ſpecie voluntas teſtatoris.*

55 *Filius in vita patris nullum ius habet in bonis ipſius, etiam pro legitima, nec in ſpe conſiderabile, niſi tantum poſt mortem patris, & tunc dicitur quaſi debita ſibi legitima.*

*Renuntiatio filij bonorum parentis in vita eiuſdem ac cum eiuſdem licentia facta, tacitè intelligitur facta, ſi ipſi filio deferatur, & non alias, n.55.*

56 *Filia renuntians hæreditati paternæ, nullo accepto, non excludit eius filios ab hæreditate aui, etiamſi præceſſerit filiæ iuramentum, ſi auus poſt filiam obierit.*

57 *Idem erit, ſi filia tempore renuntiationis dotem congruam receperit.*

58 *Impoſſibile eſt, vt quis per renuntiationem excludatur à futura ſucceſſione, niſi demum ſucceſſione delata, & non ante, quia renuntiatio tacitam habet conditionem ſi hæreditas renuntianti fuerit delata.*

60 *Iuſſus aliquid reſtituere poſt mortem, ſi fiat Monachus ordinis Mendicantium, qui nihil proprium habere poſſunt in communi, aut in particulari, an ſtatim poſt profeſſionem id reſtituere teneatur, vel expectanda ſit mors naturalis ipſius, ita vt interim bona illa permanere debeant apud venientes ab inteſtato ipſius Monachi? cum num. ſeq.*

61 *Per ſeruitutem pœnæ, fideicommiſſi dies non intelligitur cedere.*

63 *Monachus antea grauatus reſtituere alteri hæreditatem vel quid aliud, ſi ſuperuixerit fideicommiſſario, non euaneſcit fideicommiſſum, ſi Monaſterium ſit omnino incapax ſucceſſionis bonorum.*

64 *Secus erit in Monaſterio capace bonorum in communi vel particulari, quia in hac ſpecie Monaſterium, durante vita Monachi, habebit bona fideicommiſſi, & apud eum perpetuo permanebunt, ſi Monachus ſuperuixerit fideicommiſſario.*

65 *Quamdiu eſt locus teſtamento, ſucceſſio ab inteſtato ceſſat.*

66 *Grauatus reſtituere hæreditatem, ſi damnetur in metallum, ſtatim fit locus fideicommiſſo: hodie ſecus, ſed expectanda erit mors naturalis ad reſtitutionem ipſius, & interim fiſcus potitur dictis bonis, vt in num.73.*

67 *L. ex facto, §. ſi quis rogatus, ff. ad Treb. intellectus.*

68 *Auth. de ſanctiſſ. Epiſc. §. ſed & hoc præſenti, loquitur in Monaſterio capace bonorum.*

69 *Hodie nemo bene natus à principio ex ſupplicio fit ſeruus pœnæ, & ſic non perdit libertatem, neque matrimonium diſſoluitur.*

70 *Serui pœnæ dicebantur, in metallum damnati, & in opus metalli, & ſi quid eis in teſtamento datum fuerat, pro non ſcripto erat, quaſi non Cæſaris ſeruo datum, ſed pœnæ.*

71 *Litera l. 4. Taur. refertur in hoc: hodie eſt l. 3. tit. 4. lib. 5. Nou. Coll. Reg.*

72 *Hodie cum damnatus ad mortem, ſiue ciuilem, ſiue naturalem, poſſit teſtari, vt in dict. ll. Regiis, non erit ſeruus pœnæ.*

75 *Filius legitimus an in vita patris religionem profitentis bonorum capacem poſſit petere legitimam portionem ſibi competentem in bonis patris, necne?*

76 *Legitima filio non debetur, niſi poſt mortem patris.*

77 *Cap. cum ſimus, de regular. litera expenditur pro parte affirmatiua.*

78 *Auth. ſi qua mulier, C. de ſacroſ. Eccleſ. expenditur pro eadem parte.*

79 *Filius in vita patris religionem profeſſi non poteſt petere legitimam, ſecundum veriorem & receptiorem ſententiam, & proinde tenendam in iudicando & conſulendo, & num.94. limitatur, ſi pater ingrediatur religionem incapacem bonorum, ſaltem in communi.*

80 *Filius non dicitur petere debitum ex ſucceſſione, niſi quando pater eſt mortuus.*

81 *Integra Ant. Concij Decretalis, cum ſimus, de regul. regul.*

82 *Ex hac integra non conſtat, quod pater viueret, neque quod mortuus eſſet.*

83 *Integra Ant. Auguſtini Decretalis, cum ſimus, de regular. refertur.*

84 *In hac integra adeſt aduerbium, Rectè, quod in Decretali, Cum ſimus, non fuit tranſlatum.*

85 *Aduerbium, Rectè, ſignificat, id eſt, iuſtè,* & bien y derechamente.

86 *Conſequitur ex ſupradictis, aduerbium, Rectè, poſitum in integra, debere intelligi ſecundum ius, hoc eſt, mortuo iam patre.*

87 *Cap. fin. 20. quæſt. 3. intellectus.*

89 *Succeſſiones ſunt de iure ciuili.*

90 *Monaſterium tenetur alere filios Monachi, eo viuente, quia bona tranſeunt cum ſuo onere: poteritque filius caſu petere, vt aſſignentur ſibi certa bona, ex quibus poſſit ſe alere.*





92 *Filius qui ingreditur monaſterium patre viuente, non poterit legitimam conſequi.*

93 *Pater filio viuente, qui ingreſſus fuit religionem, & in ea profeſſus eſt, non poteſt petere ſuam legitimam à monaſterio in bonis filij profeſſi, niſi demum poſt mortem naturalem ipſius, & n.94.*

95 *Pater monachus, qui poſt ingreſſum monaſterij vult inter filios teſtari, non poteſt plus legitima filiis relinquere, niſi tantundem ipſi monaſterio relinquat. Idem eſt in filiis monachis reſpectu parentum.*

96 *Auth. ſi qua mulier, C. de ſacroſ. Eccleſ. & l. 17. tit. 1. p. 6. cum ea concordans, licet in deſcendentibus ſolum loquantur, ad aſcendentes tamen ex paritate rationis extendenda ſunt.*

97 *Pater an per ingreſſum & profeſſionem monaſterij bonorum in communi capacis, amittat vſumfructum, quem iure patriæ poteſtatis habet in bonis aduentitiis filiorũ, & conſolidetur proprietati, nec ne? cum n. ſeq.*

98 *Vſuſfructus, quem ingreſſus monaſterium habebat, per profeſſionem non extinguitur.*

99 *Monaſterium, viuente monacho profeſſo, reget & gubernabit bona ipſius monachi teſtatoris & faciet fructus ſuos.*

100 *Differentiæ ratio inter patrẽ legitimum adminiſtratorem bonorum filij ingedientem religionem bonorum in communi capacem, & alios vſufructuarios eandem profitentes reſpectu amiſſionis præd. vſuſfructus vel non amiſſionis, nulla ſufficiens dari poteſt.*

101 *Bona monachi, qui infra annum probationis deceſſit in monaſterio capaci bonorum, teſtamento non condito, nec renuntiatione legitime facta, an acquirantur eius venientibus ab inteſtato vel monaſterio: & n. ſeq.*

102 *Ingrediente monaſterium, expreſſe bona ſua dicante, intelligitur tacita conditio,* ſi in monaſterio perſe*uerauerit, vnde eo redeunte ad ſæculum, bona recuperabit: quod intelligitur, vbi nouitius verè receſſit à monaſterio infrà annum probationis: ſecus verò erit, vbi in eo permanens ſine animo recedendi, ibi deceſſit, vt in n.103.*

104 *Monachus ſimpliciter ingrediens monaſterium, non declarando quod illud fuerit ingreſſus cauſa ſtandi in probatione, ſi moriatur infrà annum probationis, nulla diſpoſitione facta de bonis ſuis, ad quem ipſa pertineant.*

105 *Bona ingredientis monaſterium decedentis intra annum probationis, an pertineant ad monaſterium vel ad venientes ab inteſtato ipſius nouitij, præterquam in dotibus monialium, vt in n.109. & hodie in reliquis bonis, vt in n.110.*

106 *Nouitius ſi reuertitur ad ſæculum, poteſt ſua bona recuperare.*

107 *Nouitius in quibuſdam habetur pro religioſo, & talis eſt de foro Eccleſ. & gaudet priuilegio canonis, & quid in aliis, vide n.108.*

111 C. 16. *de regular. & monial, ſacri Concil. Trid. ſeſſ. 25. licet loquatur tantum, quando nouitius vel nouitia exeunt à religione ante profeſſionem, idem tamen videtur hodie dicendum, ex ratione in eo expreſſa, quando nouitius vel nouitia decedit in religione infra annum probationis, vt bona ipſius minime ad monaſterium, &c.*

## CAPVT I.

### *De teſtamentis eorum, qui religionem poſtea ingrediuntur, vel quæ poſt ingreſſum conduntur.*

1 TESTAMENTVM † conditum ab aliquo ante ingreſſum religionis, validum eſt, & per ipſum ingreſſum poſtea ſubſequutum non rumpitur neque vitiatur: Quilibet enim poteſt ante ingreſſum religionis de bonis ſuis diſponere prout voluerit: text. eſt expreſſus *in authent. de monachis, §. illud quoque, collat. 1.* & *in auth. nunc autem, C. de Epiſcopis & cleric. cap. ſi qua mulier, §. nunc autem, 19. quæſt. vlt.* quod non tãtum procedit, quando quis ingreditur monaſterium bonorum immobilium incapax, quia tunc ab ipſo ingreſſu vires aſſumit teſtamentum, non aliter ac ſi ipſe ingrediens naturaliter mortuus fuiſſet, ac proinde id monaſterium non rumpit, vt cenſuerunt Bart. Bald. & communiter moderni *in l. 1. ff. de teſtam.* vt teſtatur Socin. *conſ. 91. n. 2. lib. 1.* ſequuntur Abb. *n. 50.* Felin. 54. Beroi. 400. *in cap in præſent. de probat.* D. Coſt. *in cap. ſi pater 2. p. verb. teſtatore mortuo, n. 6. in princip. de teſtam. in 6.* Iul. Clar. *lib. 3. recept. ſententiarum, §. teſtamentum, q. 28. verſic. ſed retenta,* D. Molin. *de Hiſpan. primogen. lib. 2. cap. 9. n. 43.* ſed etiam, quando quis ingreſſus eſt monaſterium bonorum capax, quia tunc per profeſſionem non rumpitur neque vitiatur: vt probatur in dd. iuribus: intelligi tamen debet, vt *infrà* dicemus.

Hoc autem vltimum procedit, quoties teſtator ſuũ 2
condidit teſtamentum, cogitans de ingreſſu religionis: tunc enim neq; per ingreſſum, neq; per profeſſionem rumpitur, ſed remanet firmum: vt *in dictis iurib.* fruſtra enim permitterent diſponere, niſi valeret diſpoſitio: ſecus verò, ſi de religionis ingreſſu minimè cogitauit, quia tunc teſtamentum rumpitur per ingreſſum religionis: Ita docent Iacobus Balduin. Odofred. & Iacob. Butricar. quos refert & ſequitur Bart. *in auth. ſi qua mulier, n. 7. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* & *ibi* Bald. & Paul. Caſtr. *num.* 4. quam opinionem dicit veriorem de iure, Ioan. Imol. *in l. 1. n. 11. ff. de teſt.* Dec. *in cap. in præſentia, n. 51. de probat.* vbi Imol. *colum. final.* dicit, eam eſſe veriorem & ab ea non eſſe recedendum in iudicando, ſecundum Fulgoſ. & Iaſ. *in d. auth. ſi qua mulier, n. 21.* eſt communis ſecundùm eundem Dec. *conſ. 31. col. 2.* Ripam *in l. ſi vnquam, quæſt. 35. C. de reuocand. donat.* Eandem ſequitur & teſtatur communem & frequentius receptam D. Couarr. *in cap. 2. n. 5. de teſtam.* item & Iul. Clar. *vbi ſuprà, q. 28.* necnon & Graſſus *de ſucceſſion. §. teſtamentum, q. 34. n. 3.* & ſequitur Guillerm. Benedict. *in cap. Raynutius in verb. mortuo itaque teſtatore, el. 1. n. 297. de
teſtament.* Vbi † quod ſicut tale teſtamentum factum 3
cogitatione religionis, non infirmatur per ingreſſum ipſius, pariter non confirmatur, donec teſtator naturaliter moriatur: vltra quos hanc teſtatur eſſe communem opinionem Legiſtarum, Viglius *in princip. num. 3. Inſtit. quib. mod. teſtam. infirm.* & Didac. Perez eam ſequutus *in l. 1. tit. 2. lib. 5. ordinament. pag. 67. & 68.* eamque ſequitur Menchac. *de ſucceſ. creat. §. 20. n. 19.* dicit communem plures allegans D. Molin. *vbi ſuprà, n. 44. & 45.* & inquit D. Coſt. *vbi ſuprà, num. 7.* quod in hac ſpecie, de qua agimus, inter omnes conſtat, oportere ipſum teſtatorem monachum naturaliter mori, vt eius teſtamentum confirmetur & hæreditas deferri incipiat.

Verum contra hanc receptam ſententiam imo quod indiſtinctè teſtamentum factum ante religionis bonorum capacis in communi ingreſſum, rumpatur per ingreſſum religionis, ſiue teſtator cogitauerit de ingreſſu
ſiue non, illud vrget, quia † teſtamentũ agnatione poſt- 4
humi rumpitur, vt *in l. 1. in fin. & in l. 3. in princ.* & *in l. poſthumorum ff. de iniuſt. rup. irritoque fact. teſtam. text. in
princ. inſtit. quibus modis teſtamenta infirmentur.* Sed mo-
naſterium † loco filij poſthumi habetur atque cenſe- 5
tur, vt *in auth. niſi rogati, C. ad Trebellian.* Iaſ. *in rubr. n. 19. ff. de lib. & poſth.* & *in rubr. C. eodẽ,* Bald. & Imol. *in l. filius à patre, §. 1. ff. de lib. & poſth.* Mench. *de ſucc. creat. §. 20. num. 29.* & *num. 196.* & Tiraq. plures allegans, *in*

l. ſi vnquam, verb. ſuſceperit liberos, n.42. C. de reuoc. do-
nat, diximus latè ſuprà lib.1 Canonic. q.c.32.n.2.cum ſeq.
Ergo teſtamentum, vtcunque factum ante religionis
ingreſſum, profeſſione rumpitur, ſicut agnatione rum-
6 pitur poſthumi. Oportet † igitur, vt hoc teſtamentum
non rumpatur, relinqui monaſterio legitimam titulo
inſtitutionis; alias rumpetur per profeſſionem, iuxta
gloſſ verb. competere, in dict. authent. ſi qua mulier, & ibi
Petrus & Cyn. & Raphaël Fulg. gloſſ. etiam in dict. §. il-
lud, in authen. de monach. Federic. de Senis conſ.165. &
hæc opinio eſt communis ſecundùm Imol. in dict. l.1.
n.11 ff. de teſtam. & Iaſ. in dict. authen. ſi qua mulier, n.17.
in fin. & in rubric. n.2. ff. de lib. & poſth. & illam dixit
communiter ſeruari Alberic. in dict. authent. ſi qua mu-
lier. poſt princip. & communem teſtatur Menchac. vbi
ſuprà, d §.20. num.196. & Did. Perez etiam vbi ſuprà,
pag.68. & ſic hæc eſt ſecunda opin. in hac materia.

7 Rurſus † Anton. de Butr. in d. cap. in præſentia. eſt in
tertia opinione, diſtinguens nempe inter expreſsè cō-
ferentem bona ſua tempore ingreſſus religionis bono-
rum capacis, nulla tamen mentione facta de teſtamen-
to, vt in hoc caſu, ſi in continenti poſt teſtamentum
conditum bona ſua etiam expreſsè tradiderit monaſte-
rio, non videatur reuocaſſe, ſed potius contuliſſe ad tē-
pus vitæ ſuæ; Non enim eſt veriſimile, quod ita in con-
tinenti voluerit mutare animum ſuum, argum. l. non ad
ea, ff. de cond. & demonſt. ſecus ſi ex internallo ingreſſus
religionem bona ſua expreſsè contulit monaſterio,
quia tunc præſumendum eſt voluiſſe mutare: & inter
tacite conferentem bona ſua tempore ingreſſus, quia
tunc indiſtinctè non videtur reuocare: Ex quo enim
aliter expreſsè non diſpoſuit, videtur velle ſuum teſta-
mentum præcedens remanere: Quia licet monaſterium
debeat habere ſuam portionem, poterit tamen illam
conſequi aliter, quam rumpendo teſtamentum. Quæ
opinio magis placet Abbati in d. cap in præſentia, n.52.
quam diſtinctio Bart. vbi ſuprà, præterquam in eo, quod
tenet Anton. de Butr. vt hoc caſu monaſterium debeat
habere portionem ſuam, hoc enim nullo iure proba-
tur, imo potius innuitur contrarium in dict. §. illud, vbi
probatur, quod poteſt de bonis ſuis diſponere, prout
voluerit: & huius tertiæ opinionis Butrij quatuor
fundamenta refert Decius in d. cap. in præſentia, num.61.
quam ſequitur ibidem Felin. n.54. & contra Bartol. ſen-
tentiam Pontificij crebriori calculo probent ſecun-
dum Alciat. in rubric ff. de de lib. & poſthum. n.47. & 48.
allegantem Anton. Abbat. Decium & Felin. vbi ſuprà,
& eam latè probat, nempe, vt indiſtinctè hoc caſu te-
ſtamentum valeat, per d. §. illud, in authent. de nuptiis,
licet de ingreſſu monaſterij tempore conditi teſtamen-
ti teſtator non cogitauerit, quamuis præteritione mo-
naſterij rumpatur (ſed, vt vides, aliter Pontificij præfa-
ti ſentiunt, diſtinguentes vt ſuprà.) Eandem ſententiā
Anton. de Butr. reprobauit D. Molin. vbi ſuprà, num.45.
eam reducens ad duos caſus tantum indiſtinctè, nem-
pe, quādo monachus, faciens profeſſionem, omnia bo-
na ſua expreſsè contulit monaſterio, vt tunc cenſeatur
ex hoc primum teſtamentum reuocatum, ſicut ſi om-
nia bona ſua alteri donaſſet, vel ea alienaſſet: & quan-
do fecit profeſſionem ſimpliciter, in cuius conſequen-
tiam cenſetur tacite bona ſua monaſterio dicare, vt
tunc ex hac tacita & præſumpta bonorum tranſlatio-
ne in monaſterium facta, non cenſeatur prima diſpoſi-
tio teſtamenti expreſſa reuocata, ex text. in dict. authen.
nunc autem, qui ſic eſt intelligendus: allegatque hanc
ſententiam tenentes Anton. Abbat. Decium, & Felin.
vbi ſuprà, & Auguſtin. Beroi. in dict. cap. in præſentia,
n.517. cum ſeq. ſequitur etiam Iulius Clar. vbi ſuprà, in
verſ. ſed retenta, & indiſtinctè cum ſupradictis & aliis
eam ſequitur Molin, Theologus vbi ſuprà, colum.753.

dicens, quod inter recentiores iam hodie communis
eſt hæc ſententia.

Sed nihilominus præfata diſtinctio Bart, ſuprà rela-
ta verior eſt & magis communis & recepta, ac proinde
tenenda in iudicando & conſulendo. Neq; obſtat, quod
monaſterium habetur loco filij poſthumi, ac proinde
per ipſius ingreſſum rumpi debeat teſtamentum: Quia
† reſpondemus, hoc procedere poſſe in caſibus a iure 8
expreſſis, in aliis autem non habetur pro filio, vt dixi-
mus in d. c.32. n.56 lib.1. Canonicar. quæſt. hoc eſt, vbi in-
greſſus monaſterium, nullum prius teſtamentum con-
didiſſet: Quia ſi illud condidiſſet, iam eſt expreſſum
contrarium: Voluntati namque expreſſæ, quæ in teſta-
mento habetur, non videtur ex tacita derogatum, arg.
l. in fin. in princ. & quod ibi notat Bart, ff. de leg.2. & præ-
terea hoc in terminis expreſsè probatur in d. authent.
nunc autem, C. de Epiſcop. & cler. ibi: Si prius teſtatus
non ſit, & exinde iudicio eius ceſſante: idemque innuitur
in d. §. illud, in authent. de monachis, inducto vt ſuprà. Qua-
re præfata ſecunda opinio, etſi communis affirmetur
ab Imol. vera quidem minimè eſt, vt ex ſuprà dictis pa-
tet, & eam expreſsè improbat D. Couar. vbi ſuprà, vbi
ex eiſdē minori negotio tolli hac in re affirmat, quod
Salycet. in dict. auth. ſi qua mulier, probare nititur, di-
cens, teſtamentum, etiam † factum ab eo, qui cogita- 9
uerat religionis profeſſionem, etiam portione legitima
monaſterio titulo inſtitutionis dimiſſa, per profeſſio-
nem rumpi, quaſi per capitis diminutionem, vt in l.
conficiuntur, §. poſt teſtamentum, ff. de iure codicil. & in
§ alio autem modo, & §. ſequent. Inſtitut. quibus mod. te-
ſtament. infirm. Nam etſi teſtator ſe alteri in adoptionē
dederit & in ea mortem obierit, irritum ſit eius teſta-
mentum, vt in dict. iurib. probatur, & in l.18. tit.1. p.6. &
opinionem Salycet. ſicque contra communem, quam
ſuprà retuli ex Imol. exiſtimant eſſe veriorem Fulgoſ.
& Iaſ. n.21. in dict. authent. ſi qua mulier, & defendit Ro-
man. conſ.257. Hæc namq; Salyc. & aliorū opinio falſa
eſt; ſiquidem iure ciuili hæc capitis diminutio, quæ per
religionem contingit, irritum non facit teſtamentum,
vt expreſſim probatur in d. § illud, & in d. auth. ſi qua
mulier, & in d. auth. nunc autē, hæc enim mutatio ſtatus
fit in melius, cum ſeruire Deo regnare ſit, ac proinde
per eam non reuocatur teſtamentum, vt in dd. iur. &
ita etiam præfatam opin. Salycet. Bartolum defen-
dens increpat Dec. in dict. cap. in præſentia, d. n.61.

Supereſt igitur † ex veriori & receptiori traditione, 10
teſtamentum factum ante ingreſſum religionis in cō-
muni bonorum capacis, ab eo, qui tunc temporis de
religionis ingreſſu cogitauit, minimè rumpi per ipſum
ingreſſum neque per profeſſionem, imo per eam fir-
mum remanere: quam etiam opin, ſequitur ac procul-
dubio veram & communem appellat hoc caſu D. Mol.
vbi ſuprà, n 49. ſecus ſi de religione non cogitauit.

Non obſtant modo duæ rationes D. Mol. vbi ſuprà,
n.45. quibus hanc magis communem ſententiā Bart.
(in ſecundo membro, nempe cum teſtator tempore te-
ſtamenti de religione non cogitauit) ſtare non poſſe
affirmauit, ipſæ namque militant ac procedere poſſent
vbi teſtator tempore teſtamenti cogitauit de ingreſſu
religionis, alias vero eo de religione non cogitante
rumpitur teſtamentum præcedens, non tam ex contra-
ria voluntate tacita vel expreſſa, quam agnatione po-
ſtumi hoc eſt, monaſterij, quod loco filij hoc caſu ha-
betur, vt prædiximus, text. autem † in d. auth. nunc au- 11
tem, cum ſimil. communiter intelligitur per DD. quan-
do teſtator cogitauit de ingreſſu religionis.

Nunc autem † magis communis præd. ſentētia am- 12
pliatur, vt procedat, etiamſi teſtator in eo teſtamento
nihil reliquerit monaſterio, adhuc enim monaſterium
conqueri ex hoc non poteſt, neque ei aliqua portio
com



competit in monachi bonis ac patrimonio, vt expreſ-
ſim tenet Bart. in d. auth. ſi qua mulier, d. n.7. in verſic.
ex hoc dico, cuius opinio eſt communiter approbata
ſecund. Rip. in d. l ſi vnquam, d. q.55. n.94. C. de reuo-
cand. donat. qui arbitratur, eſſe puram veritatem, & ſe-
cundum Couar. vbi ſuprà, qui illam ſequitur & eſſe
communem teſtatur D. Coſt. in c. ſi pater, 1. p. verſic te-
ſtatore mortuo, n.10. de teſtament in 6. Eandem profite-
tur hodie eſſe magis communem Iul. Clar. vbi ſupr. il-
lam ſequutus, dicens, quod ab ea non recederet in pra-
ctica, attenta diſpoſitione d §. illud, generaliter loquen-
tis, & quia ſibi iuſtior & ęquior videtur & magis fauet
teſtamento (ſaluo tamen ſemper iudicio ſanctæ Ec-
cleſiæ, cui in omnibus ſe ſubiicit, prout nos quoque
facimus) exiſtimantque hanc ſententiam eſſe verio-
rem, magis communem & tenēdam, contra eam, quam
Imol. vbi ſuprà, communem etiam eſſe exiſtimauit,
& noſtram hanc probarunt vbi ſupr. Auguſt. Beroi.
n.519. cum ſeqq. & Doct. Molin. n.47. licet contraria
opinio ſit communis Canoniſtarum: quam reſoluit &
ſequutus eſt Andr. Alciat. in rubric n.48. ff. de lib. &
poſth. prout eum refert Coſt. vbi ſupr. Si tamen ali-
quid relinquatur monaſterio titulo inſtitutionis, ſine
dubio non irritatur teſtamentum per profeſſionem
ſecund. omnes, vt teſtatur Imol. in d. l.1 num.11. de te-
ſtament. eſt communis ſecundum Abb. in d. cap. in præ-
ſentia, n.49. in fin. & Iul. Clar. vbi ſupr. præſupponen-
13 tem, idem eſſe, ſi † id titulo inſtitutionis non relin-
quatur, ſed alio relictum ſit titulo.

14 Secundo † ampliatur magis recepta ſententia, vt
procedat, etiamſi in prædicto caſu non ſit ſeruata ſo-
lemnitas iuris communis, quia ſi hoc permittitur mi-
liti armatæ militiæ, qui pugnat pugna corporali, mul-
to magis debet permitti ei, qui de proximo cingendus
eſt cœleſti militiæ, vel militi cœleſtis patriæ, vel qui
pugnat pugna mentali & contemplatiua: Ita tenet
Bart in d. auth. ſi qua mulier, n.7. verſic. ex hoc dico, C. ſa-
croſ. Eccleſ. & in l.1. n.12. C. eodem, Abb. & Dec. in d.
cap. in præſentia, n.6. poſt Ant. de Butr. ibi, eſt commu-
nis opinio ſecundum Dec. in d. conſ.51. n.3. Et licet in
puncto iuris patiatur aliquam difficultatem, in pra-
ctica tamen obtineret propter auctoritatem Bart. &
ſequacium, vt credit Iul. Clar. vbi ſupr. in princip. ſed
eam nimis nouam & ſuſpectam putat Menchac. de
ſucceſſ. creat §.21. n.174. & contrarium cum Nauar. &
aliis tenet atque affirmat Molina Theologus de iuſtit.
& iur. in 2. tract. diſp.139. pag.751. in verſ. ad id, eſtque
15 verius meo iudicio. Secundo † dicitur ex ſupradicta
magis communi diſtinctione Bart. & cæterorum quod
ſi nulla religionis cogitatione teſtamentum cōditum
fuerit, ſequuta profeſſione reuocetur, quaſi ex noua
voluntate & propter ingreſſum religionis, quia mona-
ſterium hoc caſu loco filij habetur. Quod procedit,
ſiue; teſtator in ipſo monaſterij ingreſſu non ſolum
ſeipſum, ſed etiā bona ſua expreſſe monaſterio dedi-
cauerit, ſiue tacite, vt ex mēte communis patet, quam-
uis contrarium velit Iul. Clar. vbi ſupr. in verſ. retenta,
imo quod præfata communis ſit intelligenda tan-
tum, quando teſtator expreſſe ſe & bona ſua ingre-
diens, monaſterio dicauit, ſecus ſi tacite, tunc enim
non creditur, quod per huiuſmodi tacitam voluntatē
dicatur reuocata prior expreſſa voluntas quem ſequu-
tus eſt D. Molin. vbi ſupr. n.45. hæc namque modera-
tio coincidere hac in ſpecie videtur cum ſententia
Ant. de Butr. Abb. & Fel. vbi ſupr. contra quos cum
magis recepta & veriore diſtinctione Bart. ſupr. docui-
mus tenendum, quare eam tenentes, moderationem
hanc Iul. & Clar. & Mol. reiicere debemos, ex eo enim
quod teſtator tēpore teſtamēti de religionis ingreſſu
non cogitauit, præſumitur mutata voluntas per pro-

feſſionē religionis bonorū capacis, ſiue tacite, ſiue ex-
preſſe tunc temporis dicatio perſonæ & bonorū fiat:
Quod † enim permittitur libere teſtari à iure ingreſ- 16
ſuris religionē, vt in d. §. illud, & in d. auth. nunc autē, lo-
quitur ac procedit, & neceſſario intelligi debet in co-
gitātibus de ingreſſu religionis eo tēpore atque id in
animo gerētibus, vt ex ipſis iuribus patet, præcipuē ex
d §. illud, per quem cætera iura intelligēda ſunt; Ex eo
enim deducta fuit d. auth. nunc autē. Verba autē d. §. il-
lud, hæc ſunt; Illud quoq; decernimus, qui in monaſteriū
introire voluerit, antequā ingrediatur, licentiā habere ſuis
vti, quo voluerit modo: quare merito, vt tūc per religio-
nis ingreſsū ac profeſſionē non rumpatur teſtamentū,
cum nihil noui, quod prius non fuerit cogitatū, cōtin-
gat: ſecus ſi tēpore teſtamēti cōditi de religione cogi-
tatū minime fuerit, tunc enim nouus caſus cōtingens
religionis, & ſic agnatione poſthumi, hoc eſt monaſte-
rij, quod hoc caſu pro filio habetur, merito, vt teſtamē-
tum præcedens rūpat, ſiue dicatio perſonæ & bonorū
expreſſe vel tacite fiat: & hæc eſt potiſſima differen-
tiæ ratio inter hoc duos caſus diſtinctionis cōmunis.

Limitatur † tamen primo hoc ſecūdum membrum 17
diſtinctionis Bart. & communis, vt teſtamentū factum
ab eo, qui religionis ingreſſum minime cogitauerat,
profeſſione ſequuta rumpatur ſolum quoad legitimam
portionem monaſterio competentem vt placet Ant.
de Butr. in d. c in præſentia, quem ſequitur D. Cou. vbi
ſupr. d. num.5. in verſic. ipſe vero, quamuis eos increpet
D. Molin, vbi ſupr. n.47. intelligens ipſos loqui in ca-
ſibus, in quibus ipſe Molin. dixit, teſtamentum non
reuocari facta profeſſione, nempe etiamſi de religione
non ſit cogitatum, quando dicatio bonorum poſtea
monaſterio expreſſe facta non eſt, ſed tacite à iure. Nā
cum hoc caſu verius & magis communiter receptum
ſit, teſtamentum rumpi, aduerſus opinionem Antonij
& Molinæ atque ſequacium, admitti recte poterit hæc
moderatio Couar. vt rūpatur ſolum quoad legitimam
portionem monaſterio competentem: Quod ſi opi-
nio Antonij & Molinæ ſequenda foret (quod diffite-
mur) declaratio Molinæ recte quoque procederet: nos
vero quod prædiximus, tenemus. Quinimo & Iul.
Clar. vbi ſupr §. teſtamentum, q.28. verſic. retenta, in fin.
etſi contra prædict. ſecūdum membrum diſtinctionis
Bart. tenuerit, vt vidimus, adhuc hanc limitationē ſe-
quitur, dicens, hoc caſu quantum ad inſtitutionem, te-
ſtamentum rumpi, ſed quoad reliqua, credit teſtamen-
tum ipſum ſuſtineri, iuxta diſpoſitionem auth. ex cauſ.
C. delib. præt. vel exhered. cuius opinionē libenter pro-
bo, etſi D. Mol. vbi ſup. dicat, eam probare ſe non poſſe.

Secundo † limitatur ſecundum membrum diſtin-
ctionis Bart. vt procedat in religione capaci bonorum 18
& ſucceſſionum, vt prædiximus: ſecus in religione
incapi bonorum immobilium, quia tunc abſque dubio
teſtamentum non rumpitur per huiuſmodi religionis
ingreſſum ac profeſſionem, ſed imo ab ipſo vires aſſu-
mit, non aliter ac ſi ipſe ingrediens naturaliter fuiſſet
mortuus, vt prædiximus in principio huius c. & omnes
communiter DD. de re hac agentes profitentur, & eos
refert ac ſequitur D. Molin. vbi ſuprà, n.45. poſt Iul.
Clar. & infra latius docebimus.

In dubio † autem quando non conſtat, vtrum teſta- 19
tor tempore teſtamenti, de religione cogitauerit, nec-
ne, ex internallo tēporis à teſtamento ad religionis in-
greſſum, id iudex arbitrabitur: vt ſi in breui religionē
profiteatur, arbitretur teſtatorem de religione cogi-
taſſe, ac proinde teſtamentū non reuocetur, iuxta pri-
mum Bart. diſtinctionis membrum cōmuniter appro-
batū, cum his, quæ ei adiecta fuere ſupra pro ipſius de-
claratione: ſi vero multum poſt tēpus id contigerit ar-
bitrio eiuſdē iudicis, contrariū exiſtimabit, ac proinde
teſtamen-

teſtamentũ rumpetur ,iuxta ſuperius dicta,quod con-
ſtat ex opinione.3 Anton. de But.& ſequacium ſupra
adducta,& præterea,ab omnibus probatur,vt teſtatur
D.Cou.*dict.n.5.vbi ſup.in verſ.his vero addendum* , eſt
communis ſecund.D.Mol.*vbi ſup.n.46*.plures referen-
tem,& Graſſum *de ſucceſ.§.teſtamentum,quæſt.54.n.4.*

20 Illud præterea † adiiciendum eſt , monachum ante
profeſſionem poſſe valide teſtari,ac proinde ipſius te-
ſtamentum per profeſſionem non reuocari,vt pote fa-
ctum eo tempore,quo teſtator liberam habuit teſtan-
di facultatem:cui concluſioni adſtipulatur text.*in c.4.
de regul.*& ita tenent gl.*in auth.ingreſſi , C.de ſacroſan.
Eccleſ.*& ibi optime Bart. *in repet. n. 1.& in lectura,
n.4.cum ſequentib.*Bald.*n.* 1. & Salyc. 3. Greg. Lop. *in
l.17.gl.1.tit. 1. part.6.* intelligens eam legem,quæ vi-
debatur contrarium probare , poſtprofeſſionem taci-
tam vel expreſſam,& Iul.Clar.*vbi ſup. verſ.dixi*,& D.
Mol.*vbi ſup.n.52.cumſequent.*& eſt communis ſecund.
alterum Molinam *de iuſtitia & iur.2.tract. diſputat.*
139.*col.*747.

21 Monachus † namq; nouitius intra annum proba-
tionis tanquam laicus cenſendus eſt : nec dicitur mo-
naſterium ingreſſus , qui nondum fecit profeſſionem,
ſecund.Bart.*in d.authent. ſi qua mulier n.*20.vbi cæteri
ſcribentes,Fulgoſ.Paul.Alex.& Corn.*in l.ſi quis here-
dem,C.de inſtit.& ſubſtit.text.in c.religioſo,de ſenten.ex-
communicationis lib.6.& in c.non ſolum ,& in c.conſtitu-
tionem,de regul.*Berol.*in d.c.in præſentia , n.*552.Tiraq.
*de retract.lignag.§.1.gl.8.n.34.cum ſequent.* quos refert
& ſequitur.D.Mol.*vbi ſup.n.53.*ſequitur alios referens
Menoch.*de arbit. iud.lib.2.cent.5.caſ.436.n.4.*

22 Ex quo † infertur ,quod vbi fit mentio de ingreſſu
religionis,intelligitur cum effectu,vt ex gloſ.*fin. in d.
c.in præſentia,ibi;Ita quod teneat,monachatus*,notat Fe-
23 lin.*ibi n.32.*vnde † ſi maritus relinquat aliquid vxori,ſi
ingreſſa fuerit monaſterium , intelligitur de ingreſſu
cum perſeuerantia,vt per Angel.*conſ.33.incip.Conſtan.*
Arcol.& Bald.& Salycet.*in d.l.ſi quis hæredem.*& alios
24 quos refert & ſequitur Felin.*dict.n.32.*Tandem † hinc
procedit,quod decidit Archid.*in c.cum ſimus,12.q. 2.*
dicens ,quod vouens ingredi religionem , non ſatisfa-
cit,ſi ingrediatur & exeat:refert & ſequitur Felin.*vbi
ſup.*ſed de hac relatius agemus *infra c.22.de requiſit.ad
votum oblig.&c.verſ. quod ſi quis votum.*

25 Et quod † prædiximus,monachum ante profeſſio-
nem poſſe teſtari,procedit etiam ſine licentia prælati
ſecund.Cou.*vbi ſup.in fin.d.n.5.* aduerſus Roderic.Sua-
rez *allegat.* 20.*col.vlt.*& Archid.*in c.nunc autem,19.q.3.*
aliud volentes , & opinionem Couar.in hoc ſequitur
Graſſus *de ſucceſ.§.teſtamentum , q.34.n.5.* & Molin.
Theologus *vbi ſup.*

26 Sed an † hodie procedat,ſtante,c.16.*de regul.& mo-
nial.ſancti Conc.Trid.ſeſſ.25.*dubitare quis poterit , ita
vt ad hoc,vt teſtamentum monachi validum ſit , ſer-
uari debeat forma *d. c.* nec non cuius litera ita ſe ha-
bet: *Nulla quoque renuntiatio aut obligatio antea facta,
etiam cum iuramento , vel in fauorem cuiuſcunque cauſæ
piæ , valeat , niſi cum licentia Epiſcopi , ſiue eius vicarij
fiat intra duos menſes proximos ante profeſſionem , ac non
alias intelligatur effectum ſuum ſortiri , niſi ſequuta pro-
feſſione : aliter vero facta ,etiamſi cum huius fauoris ex-
preſſa renuntiatione etiam iurata,ſit irrita & nullius effe-
ctus,&c.* Videtur primo idem ſeruandum foro in pro-
poſito,tum ex eo ,quod verba Concil. ſunt generalia,
ibi,*Nulla quoque renuntiatio aut obligatio,&c.*quæ no-
27 ſtrum † caſum comprehendere videntur qui enim to-
tum dicit ,nihil excludit , & verba vniuerſalia omnia
includunt,*l.Iulianus,ff.de leg.3.*Dec.*in l.omnia,in princ.
ff.ſi cert.pet.& conſ.245.viſis iis,col.1.verſ.ſed tamen ſu-
pradictis*,Alex.*conſ.46.viſis & accurate , in princ.lib.1.*
& alios referens Beccius *conſ. 100. num. 16. lib.1.*tum
† etiam,quia eadem ratio in vtroque caſu militare vi-
detur , quo caſu recte indefinita in diſpoſitione legis,
æquipollet vniuerſali, ſecund. eundem Beccium *con-
ſil.57.n.30. lib. 1.* Concilium etenim in hac parte eam
formam renuntiationum nouitiorum introduxiſſe vi-
detur, vt libertati monialiũ vel monachorum conſu-
leret,ideoque licentiam Epiſcopi ſiue eius Vicarij re-
quiſiſſe videtur ,vt excluderetur omnis metus ac coa-
ctio conſanguineorum ſiue affinium. Hinc eſt , vt
† idem Concil.ſtatim c.ſeq.in hæc verba prorumpat: 29
*Libertati profeſſionis virginum Deo dedicandarum pro-
ſpiciens ſancta ſynodus ſtatuit atq; decernit , vt ſi puella,
quæ habitum regularem ſuſcipere voluerit,maior 12. an-
nis ſit,non antea eum ſuſcipiat nec poſtea ipſa , vel alia
profeſſionem emittat,quã explorauerit Epiſcopus ,vel eo
abſente vel impedito,eius Vicarius, aut aliquis eorũ ſum-
ptibus ab eis deputatus,virginis voluntatem diligenter,an
coacta,an ſeducta ſit,an ſciat quid agat:& ſi volũtas eius
pia ac libera cognita fuerit,habueritq;cõditiones requiſi-
tas iuxta monaſterij illius & ordinis regulam, necnon mo-
naſterium fuerit idoneum libere ea profiteri liceat , cuius
profeſſionis tẽpus,ne Epiſcopus ignoret ,teneatur præfata
monaſterio eum ante menſem certiorare:quod ſi præfata
certiorẽ Epiſcopũ non fecerit,quamdiu Epiſcopo videbi-
tur,ab officio ſuſpenſa ſit:*qui quidẽ Epiſcopus ſiue eius
Vicarius ,intra quindecim dies hoc examẽ tenetur fa-
cere,alias nõ poſſunt in hoc ſe intromittere:& non de-
bent plus interrogare,quã factum Conc. *vbi ſup.* præ-
cipit,vt cauetur in Bulla Pij V.Pontif.Maximi confir-
mationis & nouæ cõceſſionis priuilegium omniũ or-
dinũ mendic.*c.7.inc.volumus etiam* , data Rom.an. In-
car. Dn. 1567.17. Cal. Iulij. & ita praxis obtinuit , vt
tẽpore,quo hoc examen fit,licentia ſimul ad profiten- 30
dum & renuntiandũ monialibus nouitiis concedatur.
Hæc † autem omnia militare quoq; videntur in teſta- 31
menti cõfectione,corã iudice enim ceſſat omnis præ-
ſumptio fraudis ac metus,vt *in l.1.C.de præd.decur.l.10.*
& ibi Bart.*l.1.in fin.l.2.de his qui per met.iud.nõ appel.l.
fin.in princip.ff.quod met.cauſ.* & in terminis ita voluit
& tenuit D.Spi.*in ſuo ſpecul.teſtam.gl.12.n.50.pag.305.*

His tamẽ non obſtantibus,contraria ſententia(ſalua
ſemper correctione ſacroſanctæ matris Eccleſiæ Ro-
manæ,cui in omnibus me ſubmitto ) indubie tenenda
videtur , imo quod monachus nouitius ſiue monialis
poſſit , durante anno nouitiatus , teſtamentum libere
condere abſq; prædicta ſolemnitate & licentia,de qua
*in d.c.16.ſeſſ.25.Concil. Trident.*id enim tantũ loquitur
in contractibus renuntiationum ſiue obligationum
inter viuos , non vero in vltima voluntate,vt patet ex
illis verbis; *Nulla quoque renuntiatio aut obligatio;*Hæc
enim ad actus inter viuos gerendos proprie & ſecun-
dum directum ſenſum literæ referuntur , non vero ad
teſtamenta : Si † enim Concilium id voluiſſet,expreſ- 32
ſiſſet:*argumen.l.vnica,§.ſin.autem,ad deficiẽtis ,in verſ.
nam ſi contrarium volebat,C.de caduc.tollen.& in c.inter
corporalia*, ibi : *Vnde ſi citra,de tranſlat.Epiſc.& in cap.
ad audientiam, de decim.* Congerit plura in propoſito
Tiraq.*in l.ſi vnquam,C.de reuocand.donat.*Roland.à Vall.
*conſ.68.n.35.lib.4.* Beccius *conſ.12.verb.libertis,n.3.cum
ſequen.n.44.& conſ.32. num. 16.lib.1.*& præterea idem
probatur in verbis Cõcilij ſtatim ſequentibus,ibi:*Ac
non alias intelligatur effectum ſuum ſortiri , niſi ſequuta
profeſſione,aliter vero facta , &c.*Fruſtra ergo ac ſuper-
uacanee hoc præciperet Concilium(quod minime eſt
dicendum) ſi de teſtamento idem ſentiret:cum vltima
voluntas deambulatoria ſit ex ſui natura vſq; ad mor-
tem,vt *in c.cap.cum Marthæ,de celebr. Miſſ.cum reliquis.* 33
Præterea ea,quæ ſpeciali indigẽt adnotatione,niſi no-
tentur,videntur quaſi neglecta : *argumen. l. item apud
Labeo*



*l.Labeonem,§.ait prætor.verſ.ea enim,ff.de iniur.cum ſimil.
ibi a gloſ. neglecta,congeſtis.* Cum igitur iure communi
monachus nouitius,vel monialis nouitia, durante an-
no probationis,libere & abſque aliqua licẽtia prælati
vel prælatæ,teſtari poſſit,vt probauimus,hocq;à Con-
cilio Tridentino expreſſe non corrigatur , quod non
mutatur,quare ſtare prohibendum eſt,vt *in l.ſancimus,
C.de teſtam.l.præcipimus,C.de appel.cũ ſimil.*Nec obſtat
prima ratio in contrarium adducta, ſcilicet quod ver-
ba Concilij generalia ſunt,&c.Nam reſpondemus,ve-
rum quidem eſſe , attamen cum adiectione renuntia-
tionis ſiue obligationis,& ideo ad ſpecificata referun-
tur , cum de his tantum ſenſerit Concilium , & ſic ad
actus inter viuos:*argumen.l.ſi de certa,cum materia,C.
de tranſact.*Vnde hoc voluit Concilium,vt nullus con-
tractus inter viuos à religioſis nouitiis fieri poſſit re-
nuntiationis ſeu obligationis bonorũ,niſi ſeruata for-
ma dicti Concilij:non tamen ideo idem dicendũ eſt in
teſtamentis,cum de his nec verbum vllũ in Concilio
adiectum ſit. Non obſtat & ſecundum fundamentum
ſupra in contrarium adductum , nempe ex identitate
rationis in teſtamentis & in contractibus;hoc namq;
non ita eſt , quandoquidem contractus ex ſui natura
ſtatim irreuocabilis ſit , & ideo ſumma libertas in
huiuſmodi monialibus & monachis nouitiis ad eum,
celebrandum requiritur , ac demum forma tradita à
Concilio *vbi ſuprà* , ad teſtamentum vero condendum
ſecus,vt prædiximus,Quandoquidem id deambulato-
rium ſit vſque ad mortem prædiximus,& ideo diuer-
ſum ius ſtatui debet inter contractus & vltimas vo-
luntates hac in ſpecie ,cum militet diuerſa ratio;quæ
eſt vna ex limitationibus ad d. regulã aſſignari ſolita,
& ita hanc ſententiã principalem tenui, quamuis du-
bius,in mea repetitione *c.quamuis pactum,de pact.in 6.
in verb.cum nuptui tradebatur* , *n.4.* quam nunc certius
probo : & poſt hæc ſcripta probauit etiam Ludouic.
Mol.Theol.*vbi ſup.pag.750 verſ.ambiget fortaſſe ,&c.*
& Ioan.Grat.nos referens *in reg.456.n.7.*& nouiſſime
34 Caualc.3.*part. deciſ.* 10. *n.* 113. Vltimo non † poſſum
non mirari quod Iacob.Menoch.*de arbit.iud.lib.1.cen-
tur.5.caſu 436.n.8.*vir doctiſſimus,circa intellectum *d.
c.16.de regular.& monial.ſeſſ.25. Conc. Trid.* opinatus
fuerit,formam præfactam renuntiationis fiendæ à re-
ligioſis conſtitutam eſſe,vt minor 16.ann.(de quo *in c.
præcedenti,*)id agat eo tempore ,quo magis fiat proxi-
mus ætati maiori,quocirca exiſtimat ipſe ,locum non
eſſe Conciliari conſtitutioni , quando ingreſſus reli-
gionem eſſet ætatis 17. annorum vel maioris;Nam is
quandocũque intra annum profeſſionis libere poſſet ſe
obligare & bonis ſuis renuntiare,cum hoc in caſu ceſ-
ſet illa minor ætas 16. annorum,quæ adhuc apta non
eſt ad profitendum religionem neq;ad ſe obligandum
vel renuntiandum , iuxta Conc. definitionem : Hoc
etenim inauditum , & contra literam Conc. Trident.
*dict.c.16.* eſt,dum generaliter loquitur in omnibus re-
ligioſis nouitiis ,cuiuſcunq;ætatis ſint,minime diſtin-
guens inter minores & maiores 16.ann. At vero *c.præ-
cedens*,certã ætatem definiens ac requirens ad profeſ-
ſionẽ faciendã ,non pertinet ad deciſionem *d.c.16 ſta-
tim ſequen.*,cum hoc diuerſam habeat diſpoſitionem à
præcedenti : vnde nullam neceſſariam connexionem
habeant inter ſe hæc duo capita.Firmiter igitur eſt te-
nendum,monachum vel monialem,minorem vel ma-
iorem 16.annorũ, teneri ſeruare formam præſcriptam
à ſacro Concil. Trid. in renuntiationibus faciendis,
alias vero renuntiatio & obligatio erit nulla , vt *in d.
c.16.*expreſſe cauetur:quod minime patitur ſubaudi-
tionem & intellectum ac reſtrictionem Menochij.

35 Supereſt † vt videamus; *An monachus iam profeſſus
poſſit teſtamentum ante profeſſionem à ſe factum reuoca-
re?* In qua quæſtione Bart. *in d. authen.ſi qua mulier,
n.11.C.de ſacroſ.Eccleſ.*tenet quod quando quis ingre- 33
ditur religionem fratrum Minorum ,nullo modo po-
teſt illud reuocare ? Quia ſicut per mortem teſtamen-
tum confirmatur irreuocabiliter ex parte teſtatoris,
ita per ingreſſum huius religionis:& quia fratres Mi-
nores non poſſunt poſt profeſſionem factam de rebus
mundanis aliquid diſponere,vt *in Clem.exiui de para-
diſo,de verb.ſignif.*& in hoc caſu non habet locum di-
ſpoſitio *d.authen.ſi qua mulier*, quæ permittit poſt in-
greſſum diſponere:Si vero ingrediatur aliam religio-
nem,poſſit reuocare teſtamentum donec vixerit:*argu-
ment.l.res vxoris,in fin. C.de donation.inter vir. & vxor.
& in l.ſed & ſi mors,§. 1.ff. eod.* vbi expreſſe probatur
non ſufficere mortem ciuilem , ſed naturalem requiri
ad confirmandam irreuocabiliter donationem inter
viuos vel cauſa mortis,inter virum & vxorem:Itaque
donatio pendet, vt vir poſt mortẽ ciuilem poſſit eam
reuocare. Idem ergo videtur dicendum in ſpecie no-
ſtra:& ante Bart. eand. opinion. prius tenuerunt *in d.
auth.ſi qua mulier*,Petrus & Cyn. *col.fin.n.4.*& *ibi* Ia-
cob.Butric.*in final.verbis:* ſequitur etiam ibi Salycet.
*n.7.*& Paul.Caſt. *etiam n. 7.* id permittens tantum in
fauorem monaſterij vel filij , non vero in fauorem ex-
tranei:quod Bald.ibid.*n.8.* expreſſe tenuit,& Greg.Lo-
pez in loco ſtatim citando.Idem Bart.*in l.1. C. de te-
ſtam.*eand. ſequitur Archi.*in d.c.ſi qua mulier,19.quæſt.
fin.*& Anton.de But.*in d.cap.in præſentia,n. 34. & con-
ſil.79.* Aret.*in d.l.1.de teſta.n. 5.* Ant.Roſel. *in auth.in-
greſſi,col.vlt.C.de ſacroſ.Eccleſ.* Gulierm. Benedict.*in
c.Raynutius,de teſtam.in verb.mortuo itaque teſtatore,in
1.n.300.& ſequentib.*Iul.Clar.*vbi ſup. d.q.28 in fin.* vbi
id permittit inter liberos tantum ,ſecus inter extra-
neos:& hæc fuit opinio quaſi communis & verior,ſe-
cundum Roderic.Suarez *allegat. 20.n. 27. in verſ. plus
dico ,quod et ſi non. , &c.*& ad hoc eum refert Graſſus
*de ſucceſ.§.teſtamentum , q. 34.n.8.*quam eſſe commu-
nem etiam profitetur Tellus Fernand.*in l.17.Taur.n.6.*
fallitur tamen , dum allegat Abb. & Berol. *in
dict.cap.in præſentia*,pro hac ſententia,cum potius ipſi
teneant contrarium,vt *infra* videbimus.Quinimo † ex 36
hoc concludit Anton.de But.*vbi ſuprà*,quod licet pri-
mum teſtamentum fuerit conditum cum ſeptem te-
ſtibus, valebit tamen ſecundũ cum duobus vel tribus
teſtibus,vt *in c.relatum,& in c.cum eſſes,de teſtam.*quia
nunc actis ſubiicitur diſpoſitioni iuris Canonici : item
quod valebit ſimplex reuocatio,licet non ſit elapſum
decennium,ſicut exigitur *in l.ſancimus C.de teſtam.*

His tamen omnibus non obſtantibus,contraria ſen-
tentia verior eſt & tenenda , imo quod teſtamentum
factum ante profeſſionem , poſt eam mutari aut reuo-
cari non poſſit,quia profeſſus teſtari nõ poteſt,etiamſi
profeſſus ſit eam religionem , quæ communia bona
habere poſſit , quia tempore profeſſionis omnia eius
bona ipſo iure transferuntur in ipſum monaſterium,
vt *in auth.ingreſſi, & in c quia ingredientibus,19 q.3.&
in auth. de monachis , §. illud* , & eo præſertim , quod
huiuſmodi profeſſus mutat ſtatum & amittit libertatẽ
quoad ſæculũ,& ſic non habet velle nec nolle,quãuis
vera libertas ſit ſeruire Deo.Monachus namq; † quoad 37
effectũ teſtandi ſeu contrahendi pro mortuo habetur:
*text.in l.Deo nobis,C. de Epiſcop.& cleric. & in auth.
ingreſſi,C.eod.& in c.in præſentia.de probation.vbi omnes
ſcribentes*,D.Molin.*vbi ſup.n. 63.* Poterit tamen teſtari
inter liberos,iuxta diſpoſitionem *d.auth.ſi qua mulier,
& l.17.titul.1.part.1.*inter alios ſecus:& an poſſit † in 38
fauorem vnius filij meliorationem facere vel maiora-
tum inſtituere,diſſerit latiſſime D.Molin.*vbi ſup.n.55.
& ſequentib.& n.64.cum ſequentib. An monachus profeſ-
ſus poſſit teſtari & meliorationem facere in fauorem
aſcenden*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*aſcendentium, deficientibus deſcendentibus legitime.* De priori agit etiam & cõſentit cũ Mol. *d.n.55.* alter Mol. *vbi ſup. diſput.141.col.771.* Et quod prædiximus, teſtamentum factum ante profeſſionem, poſtea mutari aut reuocari non poſſe, à fortiori procedit, ſi monachus, qui illud condidit, ingreſſus fuerit monaſterium bonorum immobilium incapax, quia tempore profeſſionis amiſit dominium omnium rerum ſuarum, & ipſius hæredibus ab inteſtato venientibus acquiritur: Cum igitur profeſſus teſtari non valeat (vt prædiximus) neque teſtamentum antea conditum mutare aut reuocare poterit, vt *in l. ſi vt proponis, C. de nupt.* quia eius eſt deſtruere, cuius eſt construere: *argum. l. tria prædia, ff. communia præd. & in l. 2. ff. de re iudic. & in cap. cum inferior, de maiorat. & obed.* atque deſtruere, cuius eſt inſtituere: vt *in cap. cum ex iniuncto, in fin. de hæret. & in c. 1. & 2. de capell. monach. diximus in conſ. 31. n. 18. & decim. non* Nec ex ſola voluntate abſque alio teſtamento reuocari poteſt, vt *in d. l. ſancimus, & in §. ex eo, autem Inſtit. quib. mod. teſtam. infirm.*

Præterea, ſi vera eſt magis recepta ſententia eiuſd. Bart. quam *ſuprà* defendimus, nempe teſtamentum conditum ante ingreſſum religionis cum cogitatione eiuſdem, minime reuocari per profeſſionem ſubſequutam, inde conſequitur, ipſum poſt profeſſionem mutari aut reuocari non poſſe alias n. non eſſet firmũ. ſed potius reuocabile, & ſic deambulatorium vſque ad mortem naturalem: ſed profeſſione non rumpitur (vt
39 prædiximus) Ergo fit irreuocabile. Tertio, quia † monachus poſt profeſſionem moritur mũdo, *c. placuit, 16. q. 1.* & ſic ãplius nõ habet velle aut nolle, *c. ſi religioſis, de elect. in 6.* quare ne notetur proprietas in eo ſic diſponendo de rebus tẽporalibus ad libitum, non poterit teſtari neque teſtamentum antea conditum mutare vel reuocare. Quarto, per text. *in d. auth. ſi qua mulier* per locũ ab ſpeciali: Si enim ibi eſt ſpeciale, quod poſt ingreſſũ monaſterij monachus poſſit aliquid ordinare in fauorem filiorum, & ſic ex gratia illud ſibi permittitur, regula eſt in contrarium, vt *in l. ius ſingulare, ff. de leg.* & ita in ſpecie hanc ſententiam contra Bart. & ſequaces probant ac tenent Abb. *in dict. c. in præſentia, n. 61.* Angel. *in l. 1. ff. de teſtam.* & *ibi* Imol. *n. 13* hanc late probat & dicit veriorem Iaſ. *etiam in d. aut. ſi qua mulier, n. 27.* Dec. *in d. c. in præſentia, n. 68 & in d. auth. ingreſſi, n. 13.* Rubeus *conſ. 155. col. fin.* & late hanc probat Aug. Bero *in d. c. in præſentia, n. 537.* reprobantes opinionem Bart. contrariam. Hanc ſecundam aperto ore probauit etiam D. Cou. *d. c. 2. n. 9.* & hanc opinionem plures allegans teſtatur veriorem & receptiorem contra priorem Velazquez *in l. 17. Taur. gloſ. 6. n. 5. & in l. 44. gloſſ. 7. n. 3.* Eandem ſequitur & dicit communem cum Nauar. & Cou. quos citat Molin. Theologus *vbi ſup. diſputatione 140. col. 756.* Quæ ſententia non ſolum
40 procedit, ſi reuocatio teſtamenti fiat in fauorem extranei, ſed etiam in fauorẽ monaſterij: adhuc enim huiuſmodi reuocatio non valebit: quod expreſſim probarunt Aug. Beroi. & Cou. *vbi ſup.* ex mente eorum, qui ſecundam præfatam ſententiam tenent: tametſi Bald. & Paul. Caſt. *in d. authen. ſi qua mulier,* (vt prædiximus) contrarium in terminis probent, ac item ibid Iaſ. *n. 33.* & Dec. *in d. c. in præſentia, n. 68* & Greg. Lop. *in l. 17. in gl. puede partir tit. 1. part. 6. iuxta deciſionem dict. auth. ſi qua mulier,* quæ id permittit in fauorem filiorum. Verum text. ille, vt modo dicebamus, tantum abeſt, vt nõ ſolum non probet hanc partem, ſed potius cõtrariam, & ſic noſtrã: Deciſio enim *d. authen. ſi qua mulier,* ſpe-
41 cialis eſt, † & ex gratia, ac proinde in propria ſpecie & in ſuo tantũ caſu ſeruanda, nempe, cum inter proprios liberos legitimos & naturales, quibus pater nocere nõ poteſt, monachus teſtari vult propriaq; bona inter eos diuidere, legitima non diminuta: & quod eis non dederit, monaſterio competet; illis namque nunquam pater præiudicare potuit quoad portionem legitimam eis debitam: monaſteriò autem potuit per teſtamentum factum cogitatione præmiſſa ipſius ingreſſus, etiam tacite, inſtituendo extraneũ ante profeſſionem: quod non impedit *dict. authen. ſi qua mulier,* nec Regia lex ei ſimilis *17. tit. 1. part. 6.* vt optime reſpondet Cou. *vbi ſup.* & ideo veriorem exiſtimo & tenendam ſupradictam ſecundam ſententiam negatiuam, cum ſua ampliatione iam relata.

Supereſt † vt reſpõdeamus *ad d. l. res vxoris, & ad d. l. ſed & ſi mors, §. 1. C. & ff. de donat. inter vir. & vxor.* 42
in quibus iuribus contraria ſententia ſuum robur facit Sed reuera nihil obsũt noſtræ veriori. Prior etenim lex loquitur in contractu donationis inter viuos: Secunda in donatione cauſa mortis, quæ magis accedit contractui, quã vltimæ voluntati; vt notatur *in l. 1. in princ. ff. de dot. prælegat.* & ideo cũ deportatorus ſit capax contractus, vt *in l. ſi mandauero, §. is cuius bona ff. mand.* nil mirũ, ſi donationes illæ non publicentur per publicationem bonorum ipſius donatoris, vt ibi patet, & ſic merito, quod poſſit ille eas ante mortem reuocare: ſecus quando agitur de reuocatione teſtamenti faciẽda per illũ, qui nullo modo poteſt teſtari, vt in caſu propoſito, nã tunc ſtat regula; Quod ſicut non poſſet facere de nouo, ſic neq; reuocare nec tollere iã factũ, vt prædiximus: Nec ſola reuocatio verbalis teſtatoris ſufficeret, niſi inſtituatur hæres, vt notat Bart. *in l. ſi iure, ff. de l. 3.* Ita Reſpondet Imol. *in d. l. 1. n. 13. ff. de teſtam.* Vel verius & ſecũdo ipſe reſpondeo, quod deportatus ſiue relegatus, quãuis amiſerit libertatẽ, non tamen voluntatẽ neque facultatẽ contrahendi: at vero monachus per profeſſionẽ, cum tranſierit in ditionẽ ac poteſtatẽ ſui prælati, ſe & ſua Deo dicãdo, ac proinde nõ habeat velle nec nolle (vt modo dicebamus) conſequitur, teſtamentũ antea factum non poſſe reuocare neq; immutare, ac diuerſitatis rationẽ ſatis iuridicã eſſe inter vtrumq; caſum Quod comprobari poteſt ex illo *Matth. 19.* cũ Simon Petr. dixit ad Ieſum: *Ecce reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te, quid ergo erit nobis?* Apoſtolorum enim fuit vera religio) & ideo dixit Petrus; *Reliquimus omnia*; quia propriam voluntatem reliquerunt ac magiſtrum ſunt ſequuti, ideoq; meruerunt habere vitam æternã. Qui igitur relinquit ſuam propriã voluntatem, alterique eam tradit cum ſua perſona, vt facit monachus cũ profitetur, ea caret, ac per conſequens reuocare teſtamentum antea factũ minime poterit: Præterea, tunc † mors ciuilis æquiparatur 43
naturali, quãdo mors ciuilis operatur eundem effectũ, quem naturalis, vt *in dict. l. res vxoris, in 1. reſponſo:* ſecus vero ſi eundem effectum non operaretur, vt *in ead. l. in 2. reſponſ. & in d. l. ſed etſi mors: §. 1.* per quem text. hæc eſt communis Theorica ibid. quam ſequuntur Cyn. Bart. Bald. & Salyc. *in d. l. Deo nobis, C. de Epiſcop. & cler.* & alij plures refert Roder. Suar. *d. alleg. 20. in verſ. omnes iſti capiunt fundamentum, &c.* & Eman. Coſt. *in d. §. & quid ſi tantum, 1. part. n. 15. ff. de lib. & poſthum.* communis ſecundum Ioann. Vinc. Hondede. *conſil. 62. n. 35.* eſtque communis opinio, vt plures allegans teſtatur Mench. *de ſucceſſ. creat. §. 11. n. 171. in verſic. eſt tamen verum,* vbi dicit eſſe tutiorem & communem etiam ſententiam, cum aliis pluribus doctoribus quos citat, vt mors naturalis † nunquam æquiparetur ciuili 44
neq; è contra, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt ibi latius per eum & Honded. *vbi ſupr. n. 4.* quas communes etiam refert Pelaez *de maiorat. 2. part. q. 3. n. 56.* & Velazquez *in l. 4. Taur. gloſſ. 4. n. 2. & 3. & vltim. præd.* D. Spino *in ſuo Specul. teſtamen. gloſ. 12. n. 35.* ſed in noſtra ſpecie mors ciuilis, hoc eſt, profeſſio monachi, cum



eundem effectum operatur, quem naturalis, quantum ad voluntatem: Quia ſicut ipſa extinguitur morte naturali *vt in l. 4. ff. locati, cum ſimilib.* ita per profeſſionem, vt prædiximus: ſine voluntate enim teſtamentum re-
45 uocari non poteſt, vt patet: † at vero in deportato & relegato mors hæc ciuilis non operatur eundem effectum, quem naturalis; Deportatus namq; vel relegatus habet voluntatem, ac proinde poteſt reuocare donationem vxori ſuæ inter viuos vel cauſa mortis à ſe prius factam, vt in dictis iuribus: quod mortuus facere non poteſt: Ergo merito, quod prædicta mors ciuilis in illa ſpecie non operetur eundem effectum, quem naturalis operaretur. Inde eſt, quod ſi vir ille eſſet damnatus in metallum, per quam damnationem perderet ciuitatem & libertatem, cum per illam efficiatur ſeruus pœnæ, confirmaretur donatio inter viuos ab eo vxori facta, quia prædicta mors ciuilis tunc temporis operatur eundem effectum diſſolutionis matrimonij; quem operaretur mors naturalis, vt expreſſim probatur: *vt in d. l. res vxoris, in 1. reſponſ.* ſed quia in ſecundo non idem operatur, vt prædiximus, ideo poteſt maritus deportatus & ſic mortuus ciuiliter, eam reuocare, vt ibi-
46 dem deciditur: † præmaxime, quod *d. l. res vxoris, in 1. reſponſ.* non habet locum in donatione cauſa mortis, quia illa non confirmatur, ſed irritatur per mortem ciuilem, ex qua amittitur ciuilitas & libertas, vt ibi dicit gloſſ. & DD. quod ſequitur Roderic. Suarez *vbi ſupra.*

47 Facto † igitur teſtamento, quod per profeſſionem rumpi non poſſit, iuxta ſupradicta, ſtatim facta ipſa profeſſione, bona hereditaria, ſiue legatum ad inſtitutum heredem vel legatarium pertinebunt, ſi monaſterium ſit incapax bonorum: Quod ſi eorum ſit capax, hereditas vel legatum morte naturali ipſius Monachi ad heredem vel legatarium pertinebit; in eius vero vita ad monaſterium: ita Bart. *in d. authent. ſi qua mulier, num. 9. & 11. & ibi Paul. Caſtrenſ. n. 4. & alij relati per Iaſ. ibi, num. 26. idem Bart. in l. res vxoris, C. de donat. inter vir. & vxor. & in l. 1. n. 7. ff. de teſtam.* vbi Aretin. *n. 6.* dicit, hanc eſſe communem opinionem, eamque ſequuntur Ant. de Butr. & Abb. *in d. cap. in præſentia, n. 58.* Felin. 55. *& Dec.* 57. & hæc eſt communis ſententia, ſecundum Alexand. *conſil. 13. vol. 1.* & Roderic. Suarez *d. alleg. 20. in verſ. præterea eſt communis ſententia,* vbi plurimos refert: ſequitur etiam & communem profitetur D. Couar. *d. cap. 2. de teſtam. num. 6.* & eam probat Guiliel. Bened. *vbi ſupra, in verb. mortuo itaque teſtatore, el. 1. num. 297. & num. 302.* eſt communis, vt plures allegans, loquens in ſubſtituto, teſtatur Hond. *vbi ſupra, num. 37. & 38.* ſequitur Molina Theologus *vbi ſupra pag. 755.* Quamuis Felin. *vbi ſupra, n. 56.* aliud teneat, quando ingreſſus eſt teſtator monaſterium incapax bonorum, nempe vt tunc quoque expectanda ſit mors naturalis: ſed communis & tenenda ſententia habet contrarium.

48 Imola † autem *in l. 1. num. 15. de teſtam.* aliter in hac ſpecie reſoluit, diſtinguens in hunc modum: Quod aut conſtat de mente ipſius diſponentis, quod voluerit expectari mortem naturalem, & tunc illa expectabitur, *l. Statius Florus, § Cornelio Felici, ff. de iure fiſc.* etiamſi quis ingreſſus fuerit religionem mendicantium, ſecundum Bald. *in d. l. 1.* Idem erit, ſi ſciens ſe ingreſſurum monaſterium, voluerit & ordinauerit, diſpoſita ſtatim ſortiri effectum poſt mortem ſuam: Nam intelligitur in dubio de morte naturali, *arg. l. ex ea, § inſulam, ff. de verbor. oblig. l. fin. C. de his qui veniam ætatis impetrauerant,* aut conſtat, quod ipſe diſponens voluit, vt ſtatim poſt mortem ipſam ciuilem (quæ in ipſo ingrediente dicitur eſſe demum facta profeſſione, & non ante, per notata *in cap. beneficium, de reg. iur. in 6.*) teſtamentum ſumeret effectum, ſeu per ingreſſum religionis, & tunc ſtatim ſumet effectum, *argum. eorum, quæ habentur in l. in conditionibus primum locum, in princ. ff. de condit. & demonſtr. & in authent. de monachis, § illud quoque, ſæpe allegat.* aut ſumus in dubio, & tunc conſiderandũ eſt, quod aut quis fecit teſtamentum ſciens ſe ingreſſurum monaſterium, & tunc ſatis videtur poſſe dici, quod velit diſpoſitionem ſuam ſtatim ſortiri effectum per id, quod habetur *in d. § illud,* non enim videtur tunc eſſe mens eius, quod tranſeat in monaſterium illud, quod eidem non relinquit, ſed alteri, cum ſciret ingreſſum monaſterium haberi pro mortuo, *vt in d. l. Deo nobis, C. de Epiſ. & cler.* Et hoc procedit ſiue ſit ingreſſus profeſſionem mendicantium ſiue nõ mendicantium, cũ vtroque caſu eadem ratio videatur concurrere. Si autẽ quis fecit teſtamentũ non cogitans de ingreſſu monaſterij, licet poſtea ex poſt facto illud ingrediatur, ſi intrauit religionem fratrum Minorum, cum illi ſint funditus incapaces ex eorum regula, & præſertim ſucceſſionum, *vt in clemen. exiui de paradiſo, § cupientes, de verb. ſignif.* tunc tale teſtamentum ſtatim ſortietur effectum, cum illa mors ſtatim habeat eundem effectum, quem naturalis. Si vero ingrediatur religionem Prædicatorum, vel alium ordinem mendicantium, & tunc forte poſſet tolerari opinio Angeli, ſcilicet vt fratres poſſint accipere, vt vendant commoditatem percipiendi fructus illorum bonorum ad vitam illius ingreſſi, & pretium illud conuertant in neceſſitates monaſterij, quia iſti non videntur adeo incapaces, vt ſunt Minores: quod ſi velint accipere, vt teneant ipſa immobilia, hoc nõ poſſunt, tanquam eorum incapaces: *vt in cap. 1. de religioſ. dom.* iſti enim non ſunt mendicantes ex regula, ſed ſolum ex conſtitutionibus, vt notat Feder. de Sen. *conſil. 12.* Ex quo patet, quod ſi monaſterium eſſet bonorum mobilium capax, ſeruanda foret præcedens communis reſolutio DD. quæ habet; Vt morte naturali monachi hereditas & legata ad heredem & legatarios pertineant: in vita vero ipſius ad monaſterium, vt ex mente Imolæ ibidem colligitur.

Nunc † videndum eſt, an hæc dicta Ioan Imolæ iure 49
procedant. Et quidem quoad primum & ſecundum membrum, quando conſtat de mente ipſius diſponentis, ſiue quod expectetur mors naturalis ſui ipſius, vel ciuilis, hoc eſt, vt ſtatim poſt mortem ſuam ciuilem, id eſt, facta profeſſione, teſtamentum ſuum ſortiatur effectum, bene loquitur meo iudicio, dum tenet, quod in vtroque caſu ſeruetur voluntas teſtatoris, quando clara eſt, *vt in authent. de nuptiis, § diſponat, collat. 4. & in d. auth. de monachis, § illud quoque & in d. l. in conditionibus primum locum.* Per quam doctrinam declaratur & moderatur ſingulariter præcedens communis, vt non procedat, quando aliud conſtiterit manifeſtè ex voluntate teſtatoris, quia tunc ipſa erit ſeruanda in propoſito: & ita opinionem Imolæ *in d. 2. memb.* nempe, quando teſtator expreſsè in teſtamento cauit, ſe velle, heredem inſtitutum bona accipere, eiſque vti & frui ſtatim poſt religionis ingreſſum, vt tunc monaſterium, etiam viuente monacho, à teſtatore excludatur, probat etiam Couar. *in d. cap. 2. num. 8. ad fin. de teſtam.* poſt Ludouic. Gozad. *conſil. 41. num. 11. & 17.* quem refert, eſtque res manifeſta, ſecundum Molin. Theologum *vbi ſupra.* In † dubio autem, facta mentione mortis, intelligitur de naturali tantum, *ſecundum Imol. vbi ſupra,* cui in hoc etiam conſentio: & ſequitur Roderic. Suarez *d. alleg. 20. verſic. præterea eſt communis ſententia, ib., in tantum, &c.* ſequitur Hond. *vbi ſupra, num. 2. quod notatur in cap. ſuſceptum, de reſcript. in 6 notat Petr. de Anchar. in d. cap. in præſentia, in 5. notab. de probat.*

Quoad † tertium vero membrum doctrinæ Imolæ in primo caſu, nempe, quando ſumus in dubio, quia non conſtat ex mente teſtatoris, quæ mors ſit expectanda, an naturalis vel ciuilis, nec alicuius mortis mentionem fecerit, vt tunc ſit dicendum, voluiſſe teſtato-

rem diſpoſitionem ſuam ſtatim ſortiri effectum, quando fecit teſtamentum, ſciens ſe ingreſſurum monaſterium, & ſic, quod hoc caſu ſtatim, facta profeſſione, heres inſtitutus vel legatarius habebit hereditatem ſeu relictum, non expectata morte naturali: Certè meo iudicio in hoc l. plus eſt doctiſſimus Ioan. Imol. tum, quia loquitur contra communem DD. reſolutionem ſuperiorem, quæ hoc caſu expreſsè tenet, quod quando monaſterium eſt bonorum capax, in vita Monachi debeat gaudere prædictis bonis, & poſt mortem naturalem ipſius ea pertineant ad heredem vel legatarios: Nam ſi monaſterium eſt incapax bonorum, nulli dubium, quod morte ciuili Monachi ſortiatur plenum effectum ſuum teſtamentum, vt prædiximus: tum etiam, quia teſtator hoc caſu non eſt cenſendus velle derogare iuri communi ſupradicto, quinimo potius ſe cum illo conformare, vt tradunt DD. *in l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* neque in dubio non poteſt mens contraria elici, ſed potius conformis iuris diſpoſitioni: Fallitur igitur Imola contrarium exiſtimans: & ita in terminis Paul. Pariſ. *in addit. ad Bart. in d. authent. ſi qua mulier, num. 9. lit. F.* agens de præfata opinione Imolæ, inquit: Conſidera de veritate eius, quia dura eſt deciſio: & contrarium etiam videtur velle Paul. *hic*, & omnes alij: ſicque eſt contra mentem communis opinionis prædictæ, & ideo nec vera nec tenenda, vt exiſtimo.

52 Reſtat † ſecundus caſus tertij membri doctrinæ Imolæ, quando quis fecit teſtamentum, de ingreſſu religionis minimè cogitans, & ingreſſus eſt poſtea religionem incapacem bonorum, quod tunc teſtamentum ſtatim per religionem ſortitur effectum, non expectata morte naturali: & in hoc rectè dicit eſtque communis opinio, vt modo diximus & prius in principio huius capitis.

53 Si † vero in hac ſpecie ingrediatur ordinem Prædicatorum, vel aliorum mendicantium, vel etiam alium bonorum capacem, dum ſentit Imol. hoc caſu poſt mortem Monachi naturalem bona pertinere ad inſtitutum vel legatarium virtute prædicti teſtamenti, & in vita ipſius ad monaſterium, modo quo ipſe Imola hoc moderatur, vt vidimus, & ſic præſupponit valorem teſtamenti, hoc eſt, contra doctrinam Bart. magis communiter approbatam, quam ſupra defendimus atque probauimus, quæ habet, vt teſtamentum eius, qui eo tempore non cogitauit de ingreſſu religionis, rumpatur per profeſſionem, quaſi agnatione poſthumi, ac proinde non eſt tenenda opinio Imolæ contra communem opinionem præfatam, vt ſupra monuimus, ſicque monaſterium hoc caſu, ſi eſt bonorum capax vel pretij eorum, id habebit ac conſequetur pleno iure.

Ex ſupradicta doctrina communi, quæ habet, vt in præfata ſpecie expectanda ſit mors naturalis Monachi, vt ipſa ſequuta, hereditas vel legatum ad heredem vel legatarium pertineat, in vita vero Monachi ad monaſterium, conſequitur, quod ſi interim, dum viuit præfatus Monachus, heres ab eo inſtitutus vel legatarius, cui aliquid eſt à ſe relictum, decedat, ita quod teſtator ſuperuiuat eidem, hereditas huiuſmodi vel legatum erit caducum, ac per conſequens ad ſuos heredes non pertinebit, ſed remanebit perpetuo monaſterio, *arg. d. l. Statius Florus §. Cornelio Felici, ff. de iur. fiſci*, vbi probatur, fideicommiſſum relictum in diem mortis heredis, non cedere ante diem mortis naturalis, etiamſi heredis bona ob delictum ſint confiſcata: & reddit tex. rationem, quia poſſet prius ipſe fideicommiſſarius mori. Idem in donatione facta à viro vxori, probat *l. res vxoris, C. de donat. inter vir. & vxor.* per quæ iura hanc ſententiam in noſtris terminis tenet Bart. *in d. authent. ſi qua mulier, num. 10. Abb. in cap. in præſentia, n. 58. & 59. & ibi Felin. n. 55. de probat.* ſequitur etiam plures allegans, innuens eſſe communem, Roder. Suarez *d. alleg. 20. verſic. præterea eſt communis ſententia*: eſt communis ſententia, vt alios allegans affirmat Molin. *d. col. 75.* Sed côtra hanc ſententiam primo conſidero, quod per profeſſionem Monachi, & ſic morte ciuili eiuſdem, teſtamentum præcedens, factum cogitatione ingreſſus, firmum ac irreuocabile efficitur, iuxta ſuperiora omnia, quæ prædiximus: Ergo ſi heres vel legatarius Monachi viuit tempore prædictæ profeſſionis, licet poſtea decedat in vita Monachi, ius hoc irreuocabile, quod ex teſtamento ac profeſſione Monachi acquiſiuit, ad heredes tranſmittet, cum ſit certum ac in re, & per conſequens hereditas non erit caduca neque legatum, ſed ad heredes heredis vel legatarij pertinebit. Secundo, quia licet in vita Monachi monaſterium capax bonorum debeat frui eius bonis de quibus in teſtamento diſpoſuit, dominium tamen ipſorum ſtatim per profeſſionem acquiſitum videtur heredi vel legatario. Tertio, quia licet teſtamentum huiuſmodi Monachi non confirmetur, niſi morte naturali eiuſdem, hoc verum eſſe videtur, quatenus & reſpectu effectus atque executionis: reſpectu tamen valoris irreuocabilis per profeſſionem inducitur, vt probauimus: Ergo per eam acquiritur ius irreuocabiliter heredi vel legatario, licet poſtea in vita Monachi is decedat. Quarto, quia ſi teſtamentum huiuſmodi, quando quis ingreditur monaſterium incapax bonorum, ſtatim poſt mortem ciuilem ipſius Monachi, hoc eſt, per profeſſionem, effectum habet conſummatum, ac ſi tunc naturaliter moreretur, abſque eo, quod venientibus ab inteſtato eiuſdem vllum ius competat in vita Monachi, ita & eodem modo videtur dicendum in noſtra ſpecie, vt quãuis monaſterio bonorum capaci in vita Monachi, competat vſusfructus prædictorũ bonorũ, cũ tamen ius irreuocabile acquiſitũ fuerit heredi vel legatario Monachi per profeſſionẽ ipſius, quãuis præd. heres vel legatarius poſtea in vita ſui teſtatoris decedat, nihilominus hereditas vel legatũ huiuſmodi per mortẽ Monachi deferatur ac pertineat ad heredes præfati heredis vel legatarij.

His tamen non obſtantibus, ſententia Bart. ſupradicta & communis, tenenda ac obſeruanda erit in praxi, tum propter ipſius auctoritatem, & quia neminem contradicentem inuenio: tum etiam, quia ſupra adducta contra eum facili negotio diluuntur, ſi conſideremus, quod quamuis teſtamentum huiuſmodi profeſſione Monachi firmetur & irreuocabile fiat, hoc tamen verum eſt & procedere videtur, quoad firmitatem ipſius, ne reuocetur aut rumpatur mutatione ſtatus vel alio teſtamento: ſecus tamen, quoad alios effectus iuris, quos operatur in propoſito mors naturalis teſtatoris, nõ vero ciuilis: ac proinde hæc non eſt ita fortis in propoſito ac naturalis, nec operatur eundem effectum, iuxta communes traditiones. Præterea, quod teſtamentum Monachi confirmetur & irreuocabile fiat per ipſius profeſſionem, intelligitur, dum tamen heres vel legatarius ſuperuiuat & ſic ipſis poſſit deferri hereditas vel legatũ, alias ſecus, quia efficitur caducum. Inſuper verum non videtur, quod in vita Monachi ſolum vſusfructus competat monaſterio, dominium vero heredi vel legatario: vtrũque enim monaſterio competit durante vita Monachi, vt ſentit rectè Imol. *in d. l. 1. n. 15. ff. de teſtam.* cum onere reſtituendi heredi vel legatario poſt mortem Monachi: Ergo ſi interim decedat heres vel legatarius, non eſt quod tranſmittat ad heredes, ſed iure caduci penes monaſteriũ bona prædicta pleno & perpetuo iure permanebunt, ſicut in caſu *d. §. Cornelio Felici*, moriente fideicommiſſario in vita heredis grauati, euaneſcit fideicommiſſum. Nec inſtantia ſucceſſorum ab inteſtato, quoniã monaſterium incapax eſt bonorum, quæ ipſi non ſuccedũt, aliquid côcludit: In illa etenim ſpecie ſtante cauſſa teſtati, non habet locum ſucceſſio ab inteſtato: In noſtra



ſtra vero monaſterium non iure inteſtati occupat bo-
54 na, ſed iuris diſpoſitione. Hæc † autem cum ita ſe habeant recteque procedant, vno tamen caſu videntur locum non habere, nempe, quando hereditas vel legatum eius conditionis eſſet, vt in vita ipſius heredis vel legatarij Monachi verificari aut deferri non poſſet, ſed poſt mortem eiuſdem heredis ſiue legatarij: veluti ſi Monachus teſtaretur de hereditate vel legitima ſibi debita, vel de parte ipſius in bonis parentis viuentis in fauorem eiuſdem parentis: Non enim præfata hereditas Monacho deferri poteſt in vita ipſius parentis, quia viuentis nulla eſt hereditas, *vt in l. qui ſuperſtitis, cum ſimilib. ff. de acquirend. heredit.* neceſſariumque eſt, vt parens in vita filij Monachi decedat, ad hoc, vt eidem filio parentis hereditas deferatur.

Si enim filius prædecederet, nihil haberet neque
55 tranſmitteret ad alios heredes in bonis parentis: † quia in vita patris nullum ius habet in bonis ipſius, etiam pro legitima neque in ſpe conſiderabile, niſi tantum poſt mortem patris, & tunc dicitur quaſi debita ſibi legitima, *vt in l. 1. §. ſi impubere ff. de collat. bonor.* ibi, *prægnauta eſt enim hæc ſpecies collationis, cum adhuc viuatis, cuius bonis quarta debetur*: & ita per illum text. ex pluribus auctoribus comprobat late Bec. *conſ. 34. num 17. cum ſeqq. lib. 1. & iterum conſ. 74. n. 5. cum ſeqq. eod. lib. 1.* vbi *num. 24* quod quamuis filius ius non habeat in bonis patris purum & de præſenti, habet tamen ius conditionale, ſcilicet, ſi filius patri ſuperuixerit & hereditas fuerit delata, quia ſpe & legis quadam ordinatione hereditas patris debet ad filios peruenire, & tale eſt votum parentum, *l. ſcripto, ff. vnde liberi, l. cum ratio, ff. de bon. damnat.* licet talis exceutio viuo patre fieri non poſſit: & allegat Ripam dicentem, quod quantum ad effectum diſponendi, filius nullum ius habet in bonis patris, ſecus quantum ad effectum conſeruandi & admittendi ſpem ſucceſſionis deuoluendæ ab inteſtato. Vnde eſt, vt renuntiatio filij bonorum parentis in vita eiuſdem, ac cum ipſius licentia facta, tacitè intelligatur facta, ſi ipſi
56 filio deferatur & non alias. Quo † fit, vt ſi filia tempore renuntiationis hereditatis paternæ, nihil pro dote acceperit, ipſius pactum, etiam iuratum, non excludet eius filios ab hereditate aui, qui mortem poſt filiam obierit: Quippe renuntiatio prædicta intelligatur, ſi hereditas patri eius filiæ deferretur, vt tenet Roman. *in d. l. qui ſuperſtitis*, cuius opinionem ſequuntur & teſtantur eſſe communem Alexand. & Dec *in l. pactum dotali. num. 18. C. de collat.* & plures referens D. Couar. *in cap. quamuis pactum, 3. part. relect. §. 2. num. 6. verſic. ſed ſi filia, de*
57 *pact. in 6.* Quinimo, † etſi idem Roman. *vbi ſupra*, diuerſum eſſe indicet, quoties filia, dote congrua ei conſtituta, id pactum fecerit, & eius opinionem veriorem eſſe in hoc etiam exiſtiment Dec. *vbi ſupra, & conſil. 181. num. 7. & Guilielm. Benedict. in cap. Raynutius, de teſtam. verb. duas habens filias, num. 181. & Anton. Rub. conſil. 42. num. 6.* adhuc in hac eadem ſpecie verius & receptius eſt, nepotes iure proprio, quamuis ex perſona matris admittendos eſſe: Renuntiatio enim prædicta matris eum ſenſum habuit, ſi ei non renuntianti foret delata hereditas patris, ſecundum Bald. *in d. l. pactum dotali, quæſt. 2.* & ibi Alexand. & alij idem probant, & eſt magis communis & melioribus rationibus fulcita, ſecundum Marant. *diſput. 10. num. 12. & num. 8.* refert auctores huius opinionis: ſequitur etiã & teſtatur communem plures referens D. Couar. *vbi ſupra, num. 4.* & inquit Bald. *conſil. 437. quædam puella, in princ. lib. 1.*
58 quod impoſſibile † eſt, vt quis per renuntiationem excludatur à futura ſucceſſione, niſi demum ſucceſſione delata, & non ante: & quod renuntiatio tacitam habeat conditionem, *ſi hereditas renuntianti fuerit delata*, tenet alios allegans Bec. *conſil. 74. num. 12.*

Conſequitur igitur ex ſupradictis (vt ad limitationem, *de qua ſupra, in verſic. hæc autem*, redeamus) eius mentis videri eſſe in ea ſpecie teſtatorem, dum in fauorem eiuſdem parentis teſtatus fuerit de re vel rebus hereditatis eiuſdem ſibi deferendæ, moriente ipſo parente in vita Monachi, adhuc effectum habere ſuam diſpoſitionem & teſtamentum, cum alias, niſi hoc caſu & modo ſortiri effectum non poſſet, & ſic iuxta doctrinam Imol. *vbi ſupra, in 2. memb.* cum conſtet ex mente teſtatoris, hoc voluiſſe (imo & neceſſarium eſſe ita voluiſſe, ne reddatur alias illuſoria ſua diſpoſitio) ſeruanda erit eius voluntas, ac proinde ante mortem naturalem ipſius Monachi, cum mors ciuilis ſufficiat & operetur hoc caſu eundem effectum, quem operaretur naturalis, effectum habebit ſuum teſtamentum, † in hunc ſane ſen- 59
ſum, *vt ipſe parens ac idem heres vel legatarius, libere poſſit de rebus ſuis teſtari in fauorem tertij, ac ſi Monachus eius filius non ſuperuiueret eidem*: hæc tamen ſubtilia ac noua ſunt, & de rarò contingentibus (nunc tamen pendet lis ſimilis) & ideo ſit deliberationi locus: Nihil enim nunc firmo in hoc cum ſecuritate: ſufficit prædicta inſinuaſſe: iudices maturius re conſiderata, quod iuſtius fuerit eligant. In aliis autem bonis aliunde acquiſitis, ſi Monachus in fauorem parentis teſtetur, ſeruanda erit procul dubio ſententia Bart. ſupradicta communiter approbata, vt decedente herede vel legatario Monachi in vita ipſius, bona remaneant perpetuo ac pleno iure penes monaſterium bonorum capax; Hoc ſiquidem caſu ceſſat conſideratio noua ſupra facta, & in eo propriè loquitur Bart. *vbi ſupra*.

Iam † ſe nobis obuiam exit quæſtio illa ſatis diffici- 60
lis examinanda, *vtrum, ſi iuſſus reſtituere hereditatem vel aliquid aliud poſt mortem, fiat Monachus ordinis mendicantium, qui nihil proprium habere poſſunt in communi aut in particulari, ſtatim poſt profeſſionem reſtituendum ſit fideicommiſſum, an vero expectari debeat mors naturalis ipſius Monachi, ita vt interim bona illa permanere debeant apud venientes ab inteſtato ipſius Monachi, qui poſt Monachi deceſſum ea bona reſtituẽt fideicommiſſario?*

Et primo videtur expectandã eſſe hac in ſpecie mortem naturalem ipſius Monachi neque ſufficere ciuilem, quæ per profeſſionem inducitur à DD. nomine potius magiſtrali, quam iuridico, quia tunc mors ciuilis æquiparatur naturali, quando illa operatur eundem effectũ, alias ſecus, *vt in l. ex ea, §. inſulam, ff. de verb. oblig.* eſt cômunis reſolutio, vt ſupra probauimus: ſed in propoſito non idem operatur profeſſio, quod mors naturalis, propter dilationem reſtitutionis, quæ vſui eſſe poterit venientibus ab inteſtato Monachi, & poterit præterea præcedere fideicommiſſarius, ſicque nõ erit locus fideicõmiſſo, *vt in l. 1. §. vbi autem, C. de caduc. tollen. & in l. 1. C. de his qui ante apert. tab.* Ergo mors naturalis ipſius expectanda eſt ad reſtitutionem fideicõmiſſi faciendam.

Secundo facit; Nam licet Monachus per profeſſionem dicatur mortuus, *vt in l. Deo nobis, cum ſimilib. C. de Epiſc. & cler.* non tamen dicitur mori ſine liberis, cum monaſterium habeatur loco filij, ita vt faciat deficere fideicommiſſum vel conditionem, *ſi ſine liberis deceſſerit, vt in auth. de ſanctiſſ. Epiſc. §. ſed & hoc præſenti, & in d. c. in præſentia, cum ſimil. de probat.* Tertio pro hac parte facit, quia ſi aliud diceremus, videretur per id impediri vita contemplatiua, quia ne forte bona vadant ad fideicommiſſarium, abſtinebit grauatus ab ingreſſu religionis, & ſic militat ratio *d. §. ſed & hoc præſenti.* Quarto, pro eadem parte facit *d. l. Statius Florus, §. Cornelio Felici, ff. de iur. fiſci*, vbi ſi ille, qui iuſſus fuit reſtituere poſt mortem deportatus ſit, non ſtatim admittitur fideicommiſſarius, ſed demum poſt mortem naturalem illius, & interim fiſcus gaudet vſufructu bonorum: ſimile *in l. Titio, & ei, ff. de leg. 2.* Sed Monachus non tam damnato

in metallum, quam deportato aſſimilatur, ſecundum Bart. *in l.cum pater,§.hereditatem,num.3.ff. de legat.2.* Ergo, &c. Quinto, quia in conditionibus implendis mors ciuilis nunquam æquiparatur morti naturali, vt latè diſſerit D.Emanuel Coſta *in l.Gallus,§.& quid ſi tantum,in 2.part.circa princ.ff.de liber.& poſthum.* quia conditiones debent adimpleri in ſpecifica forma, *l.qui heredi,in princ.& l.Maenius,ff.de condit.& demonſtrat.* Sexto ex text. *in l.ex facto.§.ſi quis rogatus, el 2. in fin.*
61 *ff.ad Trebellian.*vbi † per ſeruitutem pœnæ (quam pleriqué contrariæ partis auctores huic caſui comparatũt) fideicommiſſi dies non intelligitur cedere,quamuis veriſimile videri potuit,filio herede in metallum damnato, fideicommiſſum nepotibus ſtatim eſſe repræſentandum, *argument. l.ſi ita liberis,in fin.ff.quando dies legati cedat, & l.mulier,ff.ad Trebellian.* vt latè probat cum Alexand.Coſta *vbi ſupra,num.8.cum ſeq.& Menchac.de ſucceſſ.creat.§.21.n.174.* & in terminis noſtræ quæſtionis hanc partem probarunt Salycet. *in l.1.num.6.verſic.item prædicta,C.de heredib.inſtituend.* & voluit Raphael Cuman. & tentauit Ioan.de Imola *in d.l.cum pater,§.hereditatem,num.1.ff.de legat.2.* Alexand. *in d.§.ſi quis rogatus,n.5.& 6.*& ibi Vincentius de Herculan. *col.2.*qui conſtantius hanc opinionem tuetur,& Socin. *latè in repetit.l.cum auus,num.104.ff.de condit.& demonſtrat.* Felin.*in d.cap.in præſentia,n.56.de probationib.* Ioan.Crot. *in d.§.& quid ſi tantum,num.13.* & veriorem eſſe in puncto iuris opinatur Ripa *in d.l.ex facto,§.ſi quis rogatus,num.12.*eamque amplecti videtur D.Coſta *in d.§.& quid ſi tantum, in 2.part.num.12.* & expreſsè probat,appellans eam communem opinionem modernorum, Menchaca *vbi ſupra,d.§.12.num.171.* & idem Coſta plures allegans *in cap.ſi pater,1.part.verb.ſi abſque liberis,n.61.de teſtam.in 6.*& pleriquе ex ſupradictis concludunt, quod in hoc caſu quo Monachus ſuperuixerit fideicommiſſario euaneſcit fideicommiſſum.

62 His † tamen non obſtantibus, contraria ſententia verior & receptior eſt, ac tenenda in iudicando & conſulendo, nempe, vt in prædicta ſpecie fideicommiſſum ſtatim poſt profeſſionem Monachi religionis bonorum incapacis huiuſmodi, reſtituendum ſit fideicommiſſario,non expectata morte naturali Monachi,cum ciuilis præfata eundem teneta effectum operetur, quoad acquiſitionem non ſiendam monaſterio, quem naturalis operaretur; Nullo ſiquidem tempore monaſterium huiuſmodi ſuccedere poteſt in prædictis bonis: ad quid igitur mors naturalis expectanda eſt? huiuſmodi enim Monachi ſiue religioſi dicuntur mortui mundo quoad acquiſitionem & diſpoſitionem bonorum, *cap.placuit,16.quæſt.1.& cap.nullus,1.quæſt.7.* Monaſterium etiam eorum eſt incapax & inhabile ad ſuccedendum, vt habetur *in clement.exiit qui ſeminat,§.porro,& in clement.exiui de paradiſo,§.ſapientes,de verb.ſignific.* Secundo, per text. *in d.l.Statius Florus,§.Cornelio Felici*, quem adduximus ſecundum aliam conſiderationem pro contraria parte, nunc vero in aliis verbis pro hac noſtra & tenenda eum citamus, dum dicit, quod grauatus potuit interim acquirere: Ergo à contrario ſenſu, cum iſti religioſi, neque in communi, nec in particulari ſint capaces, non eſt neceſſarium, expectare mortem naturalem grauati in noſtra ſpecie. Nec obſtat, quod text. ille non tantum ea ratione mouetur, ſed etiam alia, nempe, quod potuit fideicommiſſarius interim decedere,ac proinde licet illa ceſſet,adhuc tamen ſuſtinetur diſpoſitio,*vt in §.affinitatis,cum ſimilib.Inſtitut.de nupt.* quia hæc in propoſito non venit in conſideratione, vt infra dicemus in reſponſione ad fundamenta contrariæ partis. Tertio, hæc pars comprobatur ex communi doctrina, quam ſupra reſoluimus atque tenuimus in principio huius capitis, quæ habet; Vt teſtamentum Monachi monaſterij incapacis bonorum ſtatim per profeſſionem confirmetur, ac debitum ſuum effectum ſortiatur,non expectata eius morte naturali: Ergo,&c. Et ita merito hanc ſecundam ſententiam tenent Paulus de Leaz *in ſua diſputat.quæ incipit,ſubſtitutus,* Bart.*n.3.& Bald.in d.l.cum pater,§.hereditatem,el 1.ff.de legat.2.* idem Bart.*in tract.Minoric.in 4.part.in verſic.iſti etiam heredes inſtituti,& Angel.in d.l.ex facto,per text.in d.§.ſi quis rogatus, el 2. eiuſdem legis,verſic.ſed ſi ſeruus pœnæ, iuncta gloſſ.& in l.intercidit,ff.de condit.& demonſtrationib.* Ioan. de Imola & Paulus de Caſtro *in lectur.Bononienſ.in d.§.ſi quis rogatus, el 2.* communis ſecundum Alexand. *conſil.13.circa primum, num.2.cum ſeqq.lib.5.* & ſecundum Ripam *vbi ſupra, num.12.* vbi plures allegat: ſequitur & dicit communem & ab ea non eſſe recedendum in iudicando & conſulendo, Socin. *conſil.92.num.1.& 2.vol.1.* vbi *& num.ſeq.* eam defendit ac reſpondet fundamentis contrariæ partis; & hæc ſententia eſt receptior, ſecundum Coſtam *vbi ſupra,* eãmque defendit elegãter ex præſumpta defuncti voluntate Fortun.Garſia *in d.§.& quid ſi tantum,col.32.* & ſequuntur communiter DD. *in d.cap.in præſentia,* vt teſtatur D. Couar. eam amplexus communemque eſſe profitens *in d.cap.1.num 6.de teſtament.* eſt communis ſecundum Roland. à Valle *conſil.47.num.41.volum.2.* vbi eum ſequitur alios allegans & nouiſſimè eam teſtatur communiter approbatam plures allegans idem Coſta *in cap.ſi pater,1.part.verb.ſi abſque liberis,num.61.de teſtam.in 6.* ſequitur etiam, loquens in ſucceſſore maioratus D.Spino *in ſuo ſpecul.teſtam.gloſſ.12.princ.num.34.& 37.*

Ex † qua communi opinione infertur, quod ſi is 63
Monachus ſuperuixerit fideicommiſſario, adhuc non euaneſcet fideicommiſſum, quia eius dies per profeſſionem Monachi ceſſit, vt tenent frequentius auctores modo relati, eſſeque communem profitetur Menchac. *vbi ſupra,* quamuis ipſe contra eam teneat, exiſtimans falſo,quod forte hodie iam deſiit eſſe communis,quam modo profitemur receptiorem ſententiam.

Infertur † etiam, ſecus eſſe in õmibus ſupradictis 64
in monaſterio capace bonorum in communi vel in particulari; Hoc etenim caſu monaſterium, durante vita Monachi,habebit bona fideicommiſſi: quod ſi Monachus fideicommiſſario ſuperuixerit, permanebunt perpetuo penes monaſterium: verum ſi fideicommiſſarius ſuperuixerit Monacho, eidem fideicommiſſario reſtituentur,vt tenet Bart. *in d.§.hereditatem,n.3.& Felin.in d.cap.in præſentia,n.55.* eſtque communis omnium vtriuſque partis auctorum atque receptiſſima opinio ſecundũ Mench.*vbi ſupra,* qui eam ſequitur & D.Coſt. *in d.c.ſi pater,verb.ſi abſque liberis,n.62.& Matienc.in l.3.tit.4.gloſ.3.n.3.lib.5.Nouæ Collect.Reg.fol.111.*

Reliquum eſt, vt ſatisfaciamus per ordinem fundamentis ſupra iactis pro priori parte. Et quidem primo reſponſum eſt in primo ſecundæ receptioris & tenendæ ſententiæ: Nec obſtat, quod expectatio mortis naturalis Monachi, vſui eſſe poterit venientibus ab inteſtato ipſius,quoniam id,ſtante cauſſa teſtati,non eſt habendum in conſideratione; Quia † quamdiu eſt locus 65
teſtamento, ſucceſſio ab inteſtato ceſſat, *vt in l.quamdiu,cum ſimil.ff.de acq.hered.* Bart. & DD.*in l.neque is,§.heres inſtitutus,ff.eod.*

Nec † etiam curatur in hac materia,quod poterit in- 66
terim decedere fideicommiſſarius: quod probatur,quia ſi rogatus de reſtituenda hereditate,damnetur in metallum,ſtatim ſit locus fideicommiſſo,*vt in l.ex facto,§.ex facto,ff.ad Trebellian.* per quem text.ita tenet Angel. Raphael & communiter Doctores *in d.§.ſi quis rogatus,* vt teſtatur Socin. *d.conſil.92.n.2.* Menchac. *d.§.21.num.173.*vbi poſt Coſtam *vbi ſupra,num.7.*refert alios





eiuſdem opinionis auctores: & tamen ſi hoc caſu expectaretur mors naturalis, poſſet deficere fideicommiſſum, per prædecedentiam fideicommiſſarij: Ergo hoc non eſt in conſideratione. Cum igitur hoc ſit ſtatutum in damnato in metallum,à fortiori idem erit dicendum in profeſſo ordinis mendicantium, qui verius dicitur mortuus, vt probat Socin. *vbi ſupra, num.2. verſic.ſed pro ſolutione.*

67 Nec † contra modo dictam communem ſententiam Angeli & ſequacium obſtat inductio text. *in d.§.ſi quis rogatus,el 2.verſic.fin.* facta per D.Coſt. *vbi ſupra,n.11.* ad probandum, quod fideicommiſſum poſt mortem heredis alicui datum, non debeatur, niſi poſt mortem heredis,etſi maximè ſeruus pœnæ effectus fuiſſet.Nam in primis text.ille ſolum agit de electione filij, cui reſtitutio fideicommiſſi facienda eſt, an amittatur per deportationem, vel damnationem in metallum: & in primo caſu, nempe deportationis,probat text. ille, non amitti: In ſecundo verò eam non eſſe dandam ſeruo pœnæ conſtituto: non vero agit,an ſtatim per conſtitutionem ſeruitutis pœnæ, morte naturali minimè expectata, ſit reſtituendum fideicommiſſum, necne. Præterea, text. ille *in verſic.fin.incip.ſed ſi ſeruus*, expreſsè loquitur, quando grauatus reſtituere fideicommiſſum, nullo ante concepto filio, fuit conſtitutus ſeruus pœnæ: arguit tamen Coſta à contrario ſenſu; Quod ſi conceptis ante filiis, ſeruus pœnæ fuiſſet effectus, non ſtatim ſine liberis videtur deceſſiſſe, & fiſcus cum ſuo onere bona vendicaret: Hoc autem text. non aſſerit: & quamuis verum ſit, hunc non videri ſtatim ſine liberis deceſſiſſe, quandoquidem filios haberet ante conſtitutionem pœnæ, vt colligitur ibi ex mente Iuriſconſulti à contrario ſenſu: non tamen ibi probatur aut innuitur,quod fiſcus ſtatim bona vendicabit Denique admittendam illam electionem,de qua in illo text. in ſeruo pœnæ nihil intereſt,quod filij ante prædictam pœnam ſint nati, vel non, vtroque enim caſu ſeruus pœnæ amittit eam, cum pro mortuo habeatur, vt rectè ibi exiſtimauit gloſſ. *verb.nullo ante*, quæ communiter tenetur ſecundum Claudium *ibi, in fin.* vt refert Coſta *d.num.11.in fin.* tametſi eam expoſitionem Accurſij abſurdam eſſe dicat, & pleriſque non probatam, ſed nihilominus vera eſt, cum gloſſ. illa non dicat, ſeruum pœnæ, qui ante liberos ſuſcepit, decedere ſine liberis (hoc enim falſum eſſet, & quod voluit & potuit Coſta iure improbare) ſed amittere prædictam electionem, ſiue ante conſtitutionem prædictam pœnæ liberos ſuſceperit,ſiue non Nec gloſſ.opinioni & communi obſtant verba text. *ibid. Nullo ante concepto filio,* quæ conditionem importare videntur: Ergo ipſis ante conceptis, ceſſat diſpoſitio illius textus: Nam fatemur, filiis ante natis, poſſe hunc ſeruum pœnæ parere conditioni, & cum liberis videri deceſſiſſe: Non tamen inde ſequitur, electionem illam non eſſe amiſſam, quamuis liberi ante nati fuiſſent, vtroque enim caſu ſeruus pœnæ effectus electionem illam iure amiſit, cum habeatur pro mortuo: & hoc eſt,quod dixit gloſſa prædicta & quidem rectè, potuit enim in habitu eligere, quia habebat filios ante conſtitutionem ſeruitutis pœnæ, & ſic parere conditioni, licet in actu eam electionem exercere non valeat propter conſtitutionem pœnæ, qua habetur pro mortuo, & ſic amiſit vſum ſiue exercitium electionis, habuit enim ius eligendi & ſic parendi conditioni, quamuis eius vſu ſit priuatus.

Non obeſt ſecundum fundamentum contrariæ partis de text.*in authentic.de ſanct.Epiſcop.§.ſed & hoc præſenti,* & text.*in cap.in præſentia,de probationib.* vbi probatur, quod monaſterium habetur loco filij, & facit deficere fideicommiſſum, relictum ſu conditione, *ſi ſine liberis deceſſerit,* quia hæc iura procedunt, quando tale monaſterium fuiſſet capax bonorum in communi: ſed quando quis ingreditur monaſterium, quod in communi non eſt capax bonorum, vt in noſtra ſpecie, tunc communis eſt opinio, quod admittatur ſubſtitutus, quia, vt prædiximus,text. *in d.§.ſed & hoc præſenti,* loquitur in monaſterio capace bonorum, ad quod tranſeunt bona,ſicque reſultat fauor monaſterij,vt probat ille text. dum dicit; *Monaſterio competere voluit,* quæ ratio ceſſat in prædicta noſtra ſpecie: ita Socin. *vbi ſupra,num.2.*

Ad † tertium reſpondeo,non impediri ex hoc vitam 68
contemplatiuam, cum huiuſmodi Monachus intrare poſſit aliam religionem quam incapacem, vt bene probat Socin.*vbi ſupra,num.5.* Alio modo & rectè reſpondimus *lib.1.canonic.quæſt.cap.32.num.57.* Ad quartum reſpondeo, quod deportatus non habetur pro mortuo, quandoquidem non amittit libertatem,ſicut Monachus profeſſus,ac proinde per deportationem non cedit dies fideicommiſſi: præmaxime,quod *in d.§.Cornelio Felici,* mater grauata reſtituere, non fuit deportata, ſed condemnata ex delicto,ex quo bona ſua fuerunt publicata, vt patet ex text. iuncta gloſſ. *verbo, condemnata.* Ad quintum reſpondeo, id procedere, cum mors ciuilis non operatur eundem effectum, quem naturalis, alias ſecus,vt in propoſito contingit, iuxta communem opinionem cuius non ſemel ſupra meminimus.

Sextum etiam & vltimum non obeſt,quoniam text. *in d.§.ſi quis rogatus,el 2.*non id probat,ſed potius facit in contrarium, & ſic pro noſtra receptiori ſententia, quam tuemur, dum ibi ſit differentia inter deportatum & condemnatum in metallum, & ſic ſeruum pœnæ,vt ille liber factus eligere poſſit, cui liberorum reſtitutionem facere debeat hereditatis (fuit enim grauatus, vt cui vellet liberorum, hereditatem reſtitueret) hic vero nullo ante concepto filio, ſeruus pœnæ factus parere conditioni præfatæ non poſſit,deceſſiſſeque ſine liberis videtur, & cum decedit, electionem illam, quam Papinianus deportato dedit, huic dati non oportet: & ita Angel. ex illo text. potius deſumpſit argumentum pro hac ſecunda ſententia, (vt prædiximus.) Quinimo,vt ſupra vidimus, ſecundum communem opinionem, rogato reſtituere hereditatem damnato in metallum, ſtatim cedit dies fideicommiſſi: quo ſit, vt præfatum ſextum fundamentum Coſtæ, præterquam quod in illo text non probatur,iure non ſubſiſtit, nec huic ſecundæ parti,quam defendimus aliquid obeſt.

Hodie † tamen nemo bene natus à principio ex ſup- 69
plicio ſit ſeruus.& ſic non perdit libertatem neque matrimonium diſſoluitur, *vt in authent. de nuptiis,§.quod autem, collat.4.& in authentic.ſed hodie,C.de donat.inter vir.& vxor.* Serui † enim pœnæ dicebantur in metal- 70
lum damnati & in opus metalli, & ſi quid eis in teſtamento datum fuerat, pro non ſcripto erat, quaſi non Cæſaris ſeruo datum,ſed pœnæ,*vt in l.quidam,ff.de pœnis*, & olim iure communi teſtari non poterant, eius tamen bona certo modo diuidebantur inter filios, *vt in l.cum ratio,§.ſi plures,ff.de bon.damnat.l.5.tit.31.part.7.auth.bona damnatorum,C.de bon.dam.*Sed lege fori,*5.tit.de las mandas, lib.3.fori*, de parte bonorum, quæ non confiſcabatur,poterant teſtari,vt latè hæc declarat Tellus Fernand.*in l.4.Tauri,num.14.cum ſeqq.* Hodie † au- 71
tem *ex l.4.Tauri*, quæ eſt *l.3.tit.4.lib.5.Nouæ Collect.Reg.* *El condemnado por delito a muerte ciuil o natural, puede hazer teſtamento o codicillos,o otra qualquiera vltima volũtad,o dar poder a otro que lo haga por el,como ſino fueſſe condemnado,el qual y ſus commiſſarios puedan diſponer de ſus bienes, ſaluo de los que por el tal delito fueren confiſcados,o ſe vuieren de confiſcar,o aplicar a la Camara de ſu Mageſtad,o a otra perſona alguna.* Cum igitur con-

demnato ad mortem, ſiue ciuilem, ſiue naturalem, permittatur factio teſtamenti actiua, *vt in d.l.Regia,* iam
72 non eſt ſeruus pœnæ ex damnatione,† quia nullus ſeruus pœnæ poteſt facere teſtamentum, vt prædiximus: ita Greg.Lopez *in d.l.5 in gloſſ.magn.incip.ſennalados,* ac per conſequens poterit etiam hodie capere ex teſtamento, non ex vi extenſionis neque correlationis, neque ex vi maioris efficaciæ, ſed ex vi defectus cauſſæ, ex qua ſimul oriebatur effectus pœnæ, ſcilicet non poſſe teſtari, vt ſubtiliter ac vere deduxit ac probauit Tellus *ibid. num.* 32. reſoluens, quod cum hæc cauſſa defuit, quia ex damnatione non efficitur ſeruus pœnæ (cum poſſit facere teſtamentum) omnes effectus ſimul pereunt; non quia fuerint & deſierint eſſe, ſed quia nunquam fuerunt; propterea, quia damnatus *ex d.l.4.Tau-*
73 *ri*, non ſubdit ſe tali pœnæ. Ex † quibus & nouiſſime inferri poterit, quod cum hodie damnatus ad mortem, non efficiatur ſeruus pœnæ, propterea, quod lege Regia permittitur ei teſtari, & ideo omnes effectus ſeruitutis perierint, quod per damnationem in metallum non fiat ſtatim locus fideicommiſſo; ſed expectanda ſit mors naturalis ad reſtitutionem ipſius, & interim fiſcus potietur dictis bonis, & ſic hodie non procedit communis opinio modo relata, quam ex Nicol. Neapol. Ang.Raphael.& aliis communiter DD attulimus, vt *ex d.auth.ſed hodie,* contra communem tenent & latè probant Alexand. *in d.§.ſi quis rogatus, el 2.n.6.* & D.Coſta *in d.§.& quid ſi tantum, 2.part.n.8.cum ſeqq.* & Menchac. *d.§.21. de ſucceſſ.creat. num.*174. reſpondens *d.§.ſi quis rogatus, el* 2. inducto ſupra in contrarium: & eandem ſententiam ſequitur, & dicit communem D.Spino *vbi ſupra, num.*36. Hoc tamen planius contra communem fit hodie ex ſupradicta conſideratione noua *l. 4. Tauri,* & ideo tenendum in damnato ad metallum.

74 Nihilominus † tamen in Monacho profeſſo, ordinem bonorum incapacem procedet etiam hodie noſtra magis recepta ſententia, vt ſtatim fieri debeat reſtitutio fideicommiſſi, morte naturali ipſius Monachi minimè expectata: Quoniam Monachus huiuſmodi, neque teſtari poteſt nec bona poſſidere, ſicut nec ipſius monaſterium, ac proinde cum mors hæc ciuilis in eo idem operetur quoad propoſitum, de quo agimus, quod mors naturalis, vt ſupra probauimus, merito vt naturali æquiparetur: ſecus in damnato ad mortem ciuilem. Is namque cum hodie non dicatur ita mori, ſicut qui naturaliter moritur, quandoquidem iam non efficitur ſeruus pœnæ, quia teſtari poteſt, non tenebitur ſtatim reſtituere fideicommiſſum, quia etiamſi per damnationem in metallum dicatur mori, mors hæc hodie non operatur in eo idem, quod mors naturalis operaretur: præmaxime, cum etiam condemnatus ad mortem naturalem, poſſit hodie teſtari, *vt in dictis legib.Regiis.*

75 Sed † eſt quæſtio ſumme difficilis atque inter vtriuſque iuris Interpretes ſatis controuerſa; *vtrum filius legitimus in vita patris religionem profitentis bonorum capacem, poſſit petere legitimam portionem ſibi competentem in bonis patris, & ad illam ſoluendam, viuo patre, monaſterium cõpelli poſſit, necne?* Qua in re Alber.Iacob.Butric. & Bart. *in authent.ſi qua mulier, num.22.C.de ſacroſanct. Eccleſ.* tenet, quod filius eam petere minimè poſſit, ſed demum poſt mortem naturalem patris. Primo per text. *in d.auth.ſi qua mulier,* cui conſonat *l.17.tit.1.part.6.* vbi pater ingreſſus monaſterium, habet poteſtatem in vita ſua diuidendi bona ſua inter liberos, prout voluerit, legitima non diminuta: Ergo ad id compelli non poteſt, neque neceſſitas inducitur, ſed tantum poſt mortem ipſius compelli poterit monaſterium, cum text. ille aliud
76 non expreſſerit. Secundo, † quia portio legitima filio non debetur, niſi poſt mortem naturalem patris, *vt in l.1.§.ſi impubere, & ibi Bart.ff.de collat.bon. & in l.lex Cornelia, ad fin.ff.de vulgar.& pupillar.ſubſtit.* eſt communis opinio, vt plures allegans teſtatur Menchac. *lib.1.controu.illuſtrium, cap.57.n.2.* Tertio, quia poſſibile eſt, quod iſte filius moriatur ante quam pater: Ergo interim eſt in ſuſpenſo vel pendenti, *argum. l. Statius Florus, §.Cornelio Felici, ff. de iure fiſci, cum ſimilib.* cui ſententiæ fauet expreſſius *d.l.17.*ibi: *Empero ſi deſpues que entraſſe en la religion, ſe murieſſe ante que partieſſe lo ſuyo a ſus herederos, aſſi como ſobredicho es, ſus hyos deuen auer ſu legitima parte, e el monaſterio lo otro:* & in expreſſo hanc ſententiam tenent Doctores communiter *in d.auth.ſi qua mulier,* præcipuè Petrus & Cyn. *col.fin. verſic.quæro vndecimo,* & ibi Salycet. & Iaſ. *n.50.* teſtantur, eam eſſe magis communem, & ſequuntur Ant.de Butr.& Felin. *in d.cap.in præſentia, n.56.* vbi plures allegat, *de probat.* & ibi Dec. *n.67.* teſtatur eſſe communem eam ſequutus: Hanc dicit veriorem Abb. *in cap.cum ſimus, de regul.* Alexand. *in l.ſi cum dotem, n.13.ff.ſol.matr.* & iſtam veritatem eſſe dicit Bald. *in cap. ſi pater, de teſtament.in 6.* prout eum refert Alexand. *vbi ſupra,* idem tenet Aretin. *in l.1.ff.de teſtam.* & cum eadem videtur tranſire, latè agens & dicens eſſe communem, Ioan. de Anania *in cap.2.num.16.de delict.puerorum,* & teſtatur communem eam ſequutus Gregor. Lopez *in d. l.17. in gloſſ. ſus fiios, per illam l.& per d.authent. ſi qua mulier,* & Menchac. plures allegans, dicenſque eſſe communem Legiſtarum & in terminis iuris ciuilis indubitatam, & quod etiam de iure Canonico ſit tenenda, *de ſucceſſ.creat.§.21.num.*175. Teſtatur etiam communem eam ſequutus Guilielm. Benedict. *in d. cap. Raynutius. verb.mortuo itaque teſtatore, el 1.n.299.de teſtam.* eandem longè veriorem affirmat & pluribus fundamentis comprobat idem Menchac. *controuerſ.illuſt.lib.1.c.57.n.10.* licet dicat non facilè diſcerni, quænam ſit receptior opinio: Eſt magis communis ſecundum Didac.Perez, qui eam tenet *in lib.1.pag.75. verſic. dubitatur præterea, tit.2.lib.6.ordin.* Et in Monacho inteſtato hanc partem dicit eſſe veriorem, ſecuriorem & receptiorem Angul. *in l.1.gloſſ.6.n.6.tit.de las mejoras, l.5.Noua Collect.Reg.*

Contraria † tamen pars probari expreſsè videtur 77
hodie *in d.cap.cum ſimus, de regul.* quo text. iuris Pontificij profeſſores moti ſunt omnino ad tenendum contrarium: Inquit enim text. *Sane noſtris auribus eſt relatum, quod cum B.miles ſe cum filio ſuo, diſcretionis annos nullatenus attingente, ad quoddam monaſterium cũ bonis ſuis etiã contuliſſet, dictum filium ſuũ fecit habitũ ſuſcipere monachalem,* & infra; *Diſcretioni tuæ taliter reſpondemus, quod ſi dictus puer ad annos diſcretionis peruenerit, & habitum retinere noluerit monachalem, ſi ad hoc induci nequiuerit, non eſt vllatenus cõpellendus: quia tunc ſibi liberum erit eum dimittere & bona paterna, quæ ex ſucceſſione proueniũt, poſtulare.* Ecce ergo text. qui videtur expreſſus *in fin.verb.*ibi: *Et bona paterna, &c.* Nam illud verbum, *Proueniunt*, eſt præſentis temporis, & ſic ſtatim in vita patris potuit filius ille legitimam ſuam poſtulare: & text ille eſt ſingularis ad hoc, ſecundum Abb. *ibi*, & eum commendat Bald. *in d.auth.ſi qua mulier, col.fin.num.* 14. dicens, hoc videri verum de æquitate canonica, quia filij potuerunt intentare condictionem ex canone pro iſta legitima, ſtatim facta profeſſione per patrem, *per d.cap. cum ſimus, Ioan. And. & DD. in d.cap.cum ſimus,* ad idem eſt gloſſ. *in cap.tranſmiſſæ, verb.mota, in verſic. ſed quomodo,* ibi: *Dicunt quidam, &c. qui filij ſint legit.* quæ alibi non eſt, ſecundum Abb. *ibi*, & eſt ſingularis ſecundum Aretin. *in l.1.num.6.ff.de teſtament.* ſed illa gloſſa refert opinionem quorundam, non tamen in ea permanet.

Secundo, † pro hac eadem parte inducitur text. *in au-* 78
*thentic. ſi qua mulier*, quatenus permittit patri religionem profeſſo portiones legitimas filiis aſſignare, quod minime permitteretur, ſi bona illa à monaſterio, patre viuente,



viuẽte quoad legitimam filiorum auferri non poſſent: Si enim filius non poſſet petere legitimã in vita patris monachi, quorſum daretur ibi patri facultas diuidendi ſubſtantiam, poſt ingreſſum inter liberos, cum ius eſſet acquiſitum monaſterio retinendi illam legitimam toto tempore vitæ patris: Sed quia filij poterant petere, & debebat pater ante ingreſſum bona diuidere inter liberos, ideo fit illa ſpecialis gratia, vt poſſit ea diuidere inter eos poſt ingreſſum: ita Abb. qui expreſſe hanc opinionem probat *ex ſupradictis in d. c.in præſentia, n.59.* dicens, quod quicquid ſit, maximam habet hæc opinio æquitatem. Ex quo enim pater abiicit filium à cura ſua, æquiſſimum eſt, vt non habeat mendicare alimenta à monaſterio: Hanc etiam opinionem defendunt Corſet.& Anan. eoſque referens D.Couarr. *in d.c.2.n.7.de teſtam.* vbi quoque citat Bald.Nouell. *de dote 1.part.col.3.& eſt in n.11.* dicentem, hanc opinionem eſſe communem Canoniſtarum, non inficians rem dubiam eſſe, fatetur tamen hanc opinionem eſſe æquiorem, & quod in vtroque foro ſeruari oporteret propter maximam æquitatem cui innititur: Eandem eſſe communem Canoniſtarum plures allegans teſtatur Menchac. *vbi ſupr.* referens etiam nonnullos Legiſtas eam tenentes de æquitate canonica *per d.c.cum ſimus.*

79 Quid tenendum † in re hac? Ego veritati & puro iuri inhærendo exiſtimo, priorem ſententiam Legiſtarum eſſe veriorem ac receptiorem, & proinde tenendam in iudicando & conſulendo, quamuis ſecunda opinio & ſic Canoniſtarum ſit æquior: Hanc tamen æquitatem non intelligo teneri iudices ſequi: Quinimo rectius ac ſecurius eos facturos, ſi priorem iuridicam ſententiam amplectantur, per fundamenta eiuſdem, quæ magis concludunt, quam ſecundæ.

Tota difficultas pendet ſuper intellectu text. *in d. c. cum ſimus, de regularib.* quem Canoniſtæ pro ſe expreſſum putant: ſed tamen facilis eſt reſponſio, nempe text. illũ minime probare, quod in vita patris monachi profeſſi, eius filius petere poſſit legitimam; quia de hoc verbum nullum in eodem text. Cum igitur in eo non dicatur, *in vita patris*, quis poterit vel audebit id intelligere vel ſupplere in derogationem iuris ciuilis, quod habet; Vt filius non poſſit petere legitimam à patre in vita ſua? Iuris enim correctio in dubio non præſumitur, nec inducenda eſt, niſi expreſſe fiat; Quia quod non mutatur, quare ſtare prohibetur? *vt in l.ſancimus, C. de teſtam. & in l. præcipimus, C. de appellat.* Nec obſtat, quod principium text. loquatur de patre viuo, & de filio ſimul religionem ingredientibus, quia in fine, vbi ſunt verba præfata, quibus Canoniſtæ fundant ſuam opinionem; Hoc non repetitur, quin potius manifeſte oſtenditur contrarium, patrem ſcilicet eſſe iam mortuũ naturaliter; Quandoquidem, vt patet ibi, *Et bona paterna, quæ ſibi ex ſucceſſione proueniunt, poſtulare*, illa enim verba, *ex ſucceſſione, &c.* & indicant, patrem tunc fuiſſe
80 mortuum, quia † non dicitur filius petere debitum ex ſucceſſione, niſi quando pater eſt mortuus, vt notat gl. ſingularis *in cap.1. 18. q. 1.* quod late probat Ioan.de Anan. *in c.2.de delict.puerorum, n.16. Dec. in d.c.in præſentia, n.67. poſt Salyc. in d.auth.ſi qua mulier,* & ita patet ex integra *d.c.cum ſimus,* quod pater erat mortuus, vt teſtatur eam vidiſſe Felin. *in d.cap.in præſentia, n.56.* quem refert & ſequitur Guillel. Benedict. *vbi ſupra d. n.299.* licet D.Couarr. *vbi ſupr n.7.* contrarium dicat, nempe ex integra decretali conſtare, patrem viuere eo tempore, quo portio legitima tradenda erat.

81 Ego integram † vidi ex Ant.Contio, quæ poſt primam partem tex. illius, dum dicitur, *Secundo*, & inf. *proſequitur huiuſmodi.* Cumque ipſi puero diſciplina monaſterij propter aſperitatem regulæ diſpliceret, & infra ſpatium decẽ hebdomadarum à monaſterio & habitu taliter ſuſcepto reſiliens, bona patris ab abbatia illa cœpit cum inſtantia poſtulare, & cum ſuper hoc ad diœceſanum Epiſcopum quæſtio lata fuiſſet & coram eo aliquandiu diſceptatum: quia plerique diſſentire de rigore Canonum videbantur, ſi conſanguinei pueri prædicti poſſent teſtibus comprobare, illum, quando fuit oblatus, infra annos diſcretionis exiſtere; ipſum tali voto nullatenus obligari, d.Abbas ad Maguntinæ ſedis audientiã appellauit, & quidam ex conſanguineis eiuſdem pueri ad Romanam Eccleſiam ad appellationem (ſicut ex litteris Aug.Epiſc. comperimus) tranſtulerunt, ideoque, & ſtatim ſequitur ſecunda pars text. hoc eſt deciſio ipſius, ibi: *Diſcretioni tuæ taliter reſpondemus.* 82

Ex integra † igitur prædicta minime conſtat, quod pater viueret, neq; quod mortuus eſſet, ſed tantũ, quod repetitur eſſe in litera illius text. ex qua, vt prædiximus, colligitur, patrem eſſe mortuum: & præterea, quia veriſimile eſt, quod ſi pater tunc temporis vixiſſet, filius non recuſaret habitum monachalem retinere, propter reuerentiam & cohabitationem paternam, cum quo ſimul intrauerat, vt cum iudicio conſiderauit Anan. *in d. cap.2.in fin.de delict.puerorum* Præterea in integra poſt verba *cum B.miles,* adiiciuntur ſequentia, quæ non ſunt in decretali, nempe; *Lepra morbo eſſet, permittente Domino, reſperſus:* vnde facile credi poteſt, breui mortuum fuiſſe: & dato, quod pater non eſſet mortuus, debet tex. ille intelligi ſecundum prædicta, vt ſcilicet bona, quæ filio ex ſucceſſione proueniunt, poſſit poſtulare, tunc cum ſucceſſio deferatur, & ſic mortuo patre, ſecundum Anan. *vbi ſupr. & Dec. in d.c.in præſentia, n.67. & Menchac. d.lib. controuerſ.illuſt.c.57.n.11.* Sed quod text. ille loquatur patre mortuo, non magis, quàm ſi filius habitum non ſuſcepiſſet religionis, & ſic quod in hoc nihil noui inducat, tenet Menchac. *vbi ſupr. in 1.loco, nempe de ſucceſſ.creat.§.21.n.175.verſic.hæc communis:* ibi: Nam text. dicens, quod hæc eſt vera mens, veruſq; ſenſus illius, ſequitur ſimpliciter D.Spino *vbi ſupra, n.32.* Adde aliam integram illius decretalis, *cum ſimus*, relatam ab Ant. Auguſtino, ex qua clarius conſtat, eſſe intelligendum, patrem fuiſſe mortuum, in illis verbis; *Quæ ipſi recte ſucceſſione proueniunt, &c.* Inquit enim integra Antonij Auguſt. hoc eſt ab eo relata in collectione *2.decretal.lib.3.titul.18.Integra, capit.cum ſimus 14.de regularib.*

## Celeſtinus III. alias Clemens III.

*CVm ſimus, &c. & infr. Sane nuper † aurib. noſtris eſt* 83
*relatũ, quod cum C.Miles lepræ morbo (Domino permittente) eſt reſperſus, ſe cum filio ſuo, diſcretionis annos nullatenus agente, ad quoddã monaſterium cum bonis etiã ſuis, quæ à monaſterio ipſi tenuerat, contuliſſet. dictum filiũ ſuum habitũ fecit ſuſcipere monachalem: cumq; ipſi puero diſciplina monaſtica propter aſperitatẽ regulæ diſpliceret, infra decẽ hebdomadarum ſpatiũ à monaſterio & habitu taliter ſuſcepto reſiliẽs (alias reſiliuit) bona patris ab Abbatia illa cœpit cũ inſtãtia poſtulare: & cum ſuper hoc ad diœceſanum Epiſcopum quæſtio delata fuiſſet, & coram eo aliquandiu diſputatũ (alias diſputaſſet) quia plerique ſentire de rigore canonũ videbãtur, ſi cõſanguinei dicti pueri poſſent teſtib. cõprobare, illum, quando fuit oblatus, infra annos diſcretionis exiſtere, ipſũ tali voto nullatenus obligari: d.Abb.ad Maguntinæ ſedis audientiã appellauit, & quidã de cõſanguineis (alias ex conſanguineis) eiuſd. pueri ad Romanã Eccleſiam appellationẽ, ſicut ex litteris Aug.Epiſcopi cõperimus, trãſtulerũt: ideoq; diſcretioni veſtræ ſignificatione præſentiũ intimamus, quod ſi d.puer ad annos diſcretionis peruenit (alias peruenerit) & habitũ retinere noluerit monachalẽ, ſi ad hoc ipſũ induci nequiuerit, nõ eſt cõpellẽdus, quia tũc liberũ erit ſibi eũ dimittere & bona paterna,*

*quæ ipſi rectè ſucceſſione proueniunt,poſtulare.* Ecce quo-
84 modo † in hac integra eſt aduerbium , *Rectè*, quod in
85 decretali *cum ſimus*, non fuit tranſlatum: *Rectè* † Igitur
ſignificat,id eſt, *iuſte*, gloſſ.& Bart.*in l.1.ff.de inofficioſo*
*teſtam.Dec.late in l.lecta, n.21.ff.ſi cert.pet.cum ſequen-*
*tibus, & ibi Alciat n.15. idem Alciat. in l.hæc verba,*
*73.in ordine,n.2.ff.de verb.ſign.Tiraquell.in l.ſi vnquam,*
*in præfatione,n.34. cum ſequentib.C.de reuocand.don.&*
*Menoch.de arbit.iud.lib.5.qu.67.n.24.* Significat etiam
*rectè*, id eſt *bien y derechamente*. Antonius Nebriſſenſis
*in ſuo diction.Latin.Præterea rectè, id eſt,iuſte, & ordine*
8 *Calepin.verb.rectè.* Cum ergo† in fine huius integræ di-
catur,*& bona paterna,quæ ipſi rectè ſucceſſione proueniũt,*
*poſtulare* : & *rectè* ſignificet,id eſt, *iuſte,bien,y derecha-*
*mente*, conſequitur,debere intelligi, ſecundum ius,hoc
eſt,mortuo iam patre;Quandoquidem eo viuo,non re-
ctè neque iuſte, aut ſecundum ius filio debeatur legiti-
ma neque ſucceſſio detur , vt probauimus. Non igitur
corrigit text. hic iuris Pontificij iura ciuilia in hoc lo-
87 quentia,ſed imo potius iuxta ea loquitur.Nec † obſtat,
ſi dicatur,quod monacho viuente,ſucceſſio datur,*vt in*
*c.fin.20.q.3.* vbi quod monachi, qui per auaritiam vel
ſymoniam prælatorum ſunt recepti,in eo,quod accepe-
runt, perſeuerare coguntur, res vero eorum heredibus
redduntur. Ecce igitur text. expreſſum, vbi in vita mo-
nachi res eius redduntur heredibus , & ſic ſucceſſio eis
in vita datur : Igitur verba illa : *Quæ ſibi ex ſucceſſione*
*proueniunt,dict.c.cum ſimus*,intelligi debent in vita eiuſ-
dem monachi.

Reſpondemus enim text. *in d.c.fin. in finalib.verbis*:
ibi : *Res vero eorum heredibus reddantur*, intelligi poſ-
ſe poſt mortem ipſorum monachorum;quandoquidem
agit de heredib. heredes enim propriè & ſecundum cõ-
munem vſum loquendi ICtorum non dicuntur , niſi
mortuo teſtatore,vt eſt notum. Vel ſecundo & verius,
etiamſi intelligatur text.ille in vita monachorũ,id nul-
lum nobis impedimentum facit, quia illud ideo ibi, in
pœnam nempe & odium doli,violentiæ atque auaritiæ
prælatorum,qui non in fructum animarum,ſed in aua-
ritiam & turpe lucrum inhiantes , quoſlibet homines
circumueniendo , res eorum tali perſuaſione ſurripue-
runt,vt idem text.in princ. ſui præfatur;Quare merito
d.prælatos pœnitentiæ Canonicæ(vt turpis lucri ſecta-
tores) ſubiacere præcepit ille tex at in noſtra ſpecie hoc
ceſſat,quia ingreſſus monaſterij fuit liber atque ſine de-
ceptione : Ergo nulla pœna monachis eſt imponenda
bonorum , ſed ius commune ſeruandum, vt heredibus
neceſſariis monachi ſolutio legitimæ non anticipetur,
ſed ſuo debito tempore perſoluatur , nempe poſt mor-
tem naturalem ipſius monachi.

88 Non obſtat † etiam *d.auth.ſi qua mulier*,ponderata
*vt ſupra*, pro ſecunda opinione ; Quoniam illud, quod
pater monachus poſſit ſua bona inter liberos in vita di-
uidere,ſeruata forma illius tex.procedit ex gratia & iu-
ris indulgentia,etiamſi ex illa diſpoſitione & diuiſione
præiudicium aliquod monaſterio inferatur in vita mo-
nachi diuidentis,cum alias,ſi præd.diuiſio in vita nõ fie-
ret,monaſterium in vita monachi bonis omnib. eiuſdẽ
poriretur,& poſt mortem ſolueret legitimam filiis:Hoc
tamen ipſum ius permittit patri in fauorem liberorũ,
non tamen inde conſequitur,debitam eſſe legitimam in
vita patris monachi ipſius filiis,ita vt eã petere poſſint.
Idem igitur ius, quod monaſterio detulit poſt mortem
monachi reſiduum legitimarum portionum filiis debi-
tarum patri monacho facultatem conceſſit diſponendi
in vita ac diuidendi bona ſua inter liberos,legitima nõ
diminuta & reſiduo monaſterio remanẽte,*vt in d.auth.*
*ſi qua mulier, & in d.l. Regia 17.* quod autem ius hoc
potuerit diſponere, nemo ſanæ mentis debuit vnquam
89 dubitare:Succeſſiones enim ſunt de iure ciuili,vt pluri-
mos referens reſoluit Matienc.*in l.3.gl.3.n.2.& 3.tit.4.*
*lib.5.nouæ Coll.Reg.fol.122,*& cum his remanet ſufficiẽ-
ter ſatisfactum fundamentis contrariæ ſententiæ , &
prima Legiſtarum & magis communis perſpicua ac ſa-
tis defenſata:quæ æquior etiam eſt,quam illa Canoni-
ſtarum, nempe vt filius non poſſit petere legitimam vi-
uo patre monacho profeſſo,ſed expectet interim,donec
pater naturaliter moriatur,*per iura ſuprad.* præmaxime,
cũ ex bonis patris interim ſit alendus,vt ſtatim dicemus.

Qua opinione † Legiſtarum magis recepta retenta, 90
obſeruandum erit,quod monaſterium hoc caſu tenebi-
tur alere filios monachi,eo viuente,quia bona trãſeunt
cum illo onere,*l.ſi quis à liberis,§.reſcriptum,ff.de libe-*
*ris agnoſcend.* poſſetque filius petere,vt aſſignentur ſibi
certa bona,ex quibus poſſit ſe alere.Etſi cõtingat ipſum
ſuperuiuere patri,remaneat penes ipſum filium pro ſua
legitima,& ſi tranſcendant legitimã,reſtituet monaſte-
rio exceſſum:ſi vero filius præmoriatur,reſtituat omnia
monaſterio,quia tunc apparet,quod legitima non fuit
ſibi aſſignata, & ſic erit aſſignatio facti, non iuris, nec
tranſibit dominium in filium:ita Paul.Caſtr.*in d.auth.*
*ſi qua mulier,n.7.* quem refert & ſequitur Felin.*in d.c.in*
*præſentia,n.56.* dicens bene notandam iſtam practicam:
& Bald.Nouell.*vbi ſupr.* dicens,hoc de alimentis videri
indubitanter dicendum : & pleriquè ex ſupradictis,qui
tenent primam opinionem , id concedunt , præcipue
Guiller.Benedict.*d.n.199.* qui verba præd. Pauli refert
& ſequitur, dicens, ex hoc † clare demonſtrari,quod ſi 91
heres inſtitutus in teſtamento talis monachi prius de-
cederet,quam teſtator profeſſus, tunc hæreditas perti-
neret monaſterio , corruente teſtamento propter defe-
ctum hæredis præmortui.

Et ſicut † viuente patre in monaſterio,filius,qui re- 92
manſit in ſæculo,non poteſt legitimam petere,vt reſol-
uimus : ita è conuerſo,filius,qui ingreditur monaſteriũ
patre viuente,non poterit legitimã conſequi, vt tradũt
Petr.de Anch. & Ioan.de Anan. *in d.c.2.de delict.pue-*
*rorum*,provt eos refert & ſequitur Fel.*n.56.*& Dec.*d.n.*
*67.in d.c.in præſentia.* Pro qua ſententia eſt tex.optimus,
iuncta ſua gloſ.*verb.reſtituat,in c.1.18.q.1.* vbi quod ius
ſuccedendi non competit,niſi poſt mortem defuncti.

Ex ſupra dicta magis † communi ſententia Legiſta- 93
rum infertur,idem eſſe in filio ingrediente religionem,
vt pater ipſius,filio viuo,eadem ratione non poſſit pe-
tere ſuam legitimam à monaſterio in bonis filij pro-
feſſi,niſi demum poſt mortem naturalem ipſius,per ſu-
pradicta, & conſtat ex mente communis.

Limitatur tamen † prædicta magis communis ſen- 84
tentia , ſi pater ingrediatur religionem incapacem bo-
norum, ſaltem in communi, tunc enim ſtatim profeſ-
ſione facta,poterit filius petere legitimam ſuam,morte
naturali parentis minime expectata,cum monaſterium
ſuccedere non poſſit in illa legitima, nec in aliis bonis,
*vt in Clement. exiui de paradiſo , de verbor.ſignif.* & ita
tenent pleriquè ex ſupradictis , eſtque communis opi-
nio,ſecundum Menchac. *d.c.57.n.12.* quamuis ipſe te-
neat contrarium:& confirmatur ex ſupra non ſemel ad-
ductis in propoſito : idemque erit in patre reſpectu fi-
lij profeſſi in religione incapace bonorum.

Illud denique † pro complemẽto ſupradictorum ad- 95
dendum decreui, nempe ,quod ſicut ex deciſione text.
*in d.auth.ſi qua mulier,& d.l.17.tit.1.p.6.* parens mo-
nachus,qui poſt ingreſſum monaſterij vult inter liberos
teſtari,adſtrictus eſt filiis legitimam abſq; diminutione
relinquere, & omne illud , quod legitima filiis relicta,
ſupereſt,monaſterio deferre,quia cum omnia bona in-
gredientis monaſterium efficiantur eiuſdem monaſte-
rij, iuxta text.*in d.auth.ingreſſi,& in d.auth.nunc autem,*
*C.de Epiſcop. & cleric. cum ſimilibus*, ita etiam conſe-
quens eſt , vt omne illud , quod legitima filiis relicta
ſupere-



-rit,monaſterio competat, nec pater poterit plus
legitima filij relinquere, niſi tantumdem ipſi monaſte-
rio relinquendo, quantum filio,ad quem plus ex bonis
eiuſdem peruenit,relictum fuerit,*ex d.authen.ſi qua mu-*
*lier.* Similiter id ipſum facere poterit filius reſpectu pa-
rentum ſeu aliorum aſcendentium : quod ſi id non fe-
cerit,aſcendentes debent obtinere integram legitimam:
96 quia † licet *d.auth.ſi qua mulier*,cum *d.l.17.* de deſcen-
dentibus ſolum loquatur, ad aſcendentes tamen ex pa-
ritate rationis extendenda erit ; Cum eis, ſicut deſcen-
dentibus,legitima debeatur, *vt in l.ſcripto,cum ſimilib.*
*ff.vnde liberi , & in l.nam etſi parentibus,ff.de inofficioſo*
*teſtam.* cui conſonat *l.4.tit.13.part.6.* & in ſpecie ita re-
ſoluit Alberic.*n.* 2 Bart.18.*cum ſequentibus*,communi-
ter ſcribentes *in dicta auth.ſi qua mulier*,vbi Paul.Caſtr.
*n.5.* hanc dixit communem. Innocent.etiam & com-
muniter DD. *in d.cap.in præſentia, vbi Abb.num.53.&*
*61.& Auguſtin.Beroi.n.523.* hanc opinionem commu-
nem eſſe profitentur , & eam eſſe communem Legiſta-
rum & Canoniſtarum , & quod eam tenent magis cõ-
muniter DD. teſtatur etiam Gregor. Lop. *in d.l.17.in*
*verbo,deſcendieſſen*, vbi quod procedit hæc opinio, præ-
maxime ſtante *l. 6.Taur.& D.Molina lib.2.de Hiſpa-*
*norum primogen. c.9.n.64.& Velazquez in d.l.6.Taur.*
*gl.8.n.1.& in l.40.Taur.gl.4.n.23.* qui omnes eam ſe-
quũtur atque probant,reiecta contraria opinione Azo-
nis & ſequacium : imo vt cenſeo,id vterque facere po-
terit ſine licentia ſuperioris:Ius ſi quidem illis hanc fa-
cultatem concedens ex diſpenſatione, nullam ſuperio-
ris requirit licentiam : Si enim hæc eſſet neceſſaria , id
exprimeretur;Quandoquidem formam in hoc neceſſa-
rio ſeruandam præfigit & præd.licentiam non requiri,
tum etiam,quia ſi aliud diceremus,illuſoria & ſine effe-
ctu eſſet profecto præd. iuris facultas : Superior enim
præd.licentiã minime concederet in præiudiciũ ſui mo-
naſterij:tandẽ,quia fruſtra precibus impetratur,quod à
iure communi conceditur,*vt in regul.iuris vulgarib.*

97 Supereſt nunc, vt † examinemus illam celebrem ac
controuerſam quæſtionem; *An pater per ingreſſum atq;*
*profeſſionem monaſterij bonorũ in communi capacis,amit-*
*tat vſumfructum,quem iure patriæ poteſtatis habet in bo-*
*nis aduentitiis filiorum,& conſolidetur proprietati: an ve-*
*ro monaſterio acquiratur , durante vita ipſius patris mo-*
*nachi?* In qua primo videtur dicetur dicendum,patrem
hac in ſpecie amittere præd. vſumfructum, eumque ad
proprietatem redire: Quia per profeſſionẽ pater amit-
tit patriam poteſtatem , & ſubiicitur poteſtati Abbatis
& ſuperioris, qui enim ſub alterius poteſtate, eſt, non
poteſt habere alium ſub ſua poteſtate per text. *in l.ſic*
*eueniet , in fin. ff. de adult.* Patria igitur poteſtate
extincta , videtur eum amittere quoque vſumfructum.
Secundo, quia vſusfructus datur patri ob cuſtodiam &
adminiſtrationẽ,quæ ceſſat in monacho:Ergo,&c.Ter-
tio, quia ſi filius poteſt petere legitimam in vita patris
monachi,non expectata morte naturali ipſius,*vt in cap.*
*cum ſimus,de regul.* iuncta communi opinione Canoni-
ſtarum , de qua ſupr. Eodem iure pater monachus per
profeſſionem amittet prædictum vſufructum, filiusque
eum ſibi vendicare poterit,vt in terminis tenuit primus
omnium hãc opinionem Martin.Seluan antiquiſſimus
Doctorum,quem refert Cyn.*ibi,n.10.ad ſi.Salyc.qu.7.*
Iaſ.*col.fin.n.48.in auth.ingreſſi,C.de ſacroſ.Eccleſ.* eamq;
profitetur communem ibidem Salycet. *& in d.authen.*
*idem eſt*, & ſequitur alios allegans & dicens communẽ
D.Couarr. *d.c.1.n.8. de teſtam.* vbi late eã nititur pro-
bare ſaltem de æquitate Canonica,etſi non ignoret,eã
dubiam eſſe, & refert eſſe magis communem ex Salyc.
*vbi ſupra,D.Anton.Gom.in l.48.Taur.num.8.& ſequun-*
*tur alij relati a Pinelo in l.1. part.1.num.47. C.de bon.*
*mater. & Ignatius Salcedo in additionibus ad reg.794.*
*Bernard. Diaz de Lugo* : refert etiam eſſe communem
plures allegans Matienc.*in l.9.tit.1.lib.5.nouæ Coll.Reg.*
*l.2.n.2.& Didac.Perez in l.1.pag.103.tit.2.lib.5.ordin.*
quamuis ipſi eam non probent, ſed contrariam, vt in-
fra dicemus.Sed hanc priorem videtur probare Gregor.
Lopez *in l.5.tit.17.part.4. in gloſſ.al vſo fruto*, ibi, *idem*
*eſt, dicit eſſe communem*:Quia quamuis relinquat cogi-
tandum, addit , quod non videtur recedendum à dictis
Salyceti,per ſua fundamenta.

Rurſus,gloſſ.*in auth.idem eſt,gl.1.in verſ.& ideo,C.*
*de bon.quæ lib.*tenet contrariã ſententiam omnino,imo
quod in præfata ſpecie vſusfructus patris,eo viuente,ad
monaſterium pertineat,quia monachus nõ dicitur mo-
ri per profeſſionem quoad comedendum , & ideo non
finietur:quaſi velit dicere gloſſ.quod vſusfructus patris
in bonis aduentitiis filiorum à iure ſibi defertur in ali-
menta ob legitimam adminiſtrationem bonorum fi-
liorum:Quamuis igitur pater monachus efficiatur, ad-
huc eget alimentis, quia quoad actus naturales, provt
ſunt comedere & bibere , & ſimilia, non dicitur mori,
ſed quoad alia,quæ ſupra dicta : Vnde cum mors ciui-
lis hoc caſu non operetur eundem effectum,quem ope-
raretur mors naturalis, vt patet, merito vt eidem non
æquipararetur,iuxta communem Doctorum reſolutionẽ.
Secũdo facit pro hac parte, quia pater licet monachus,
naturaliter viuit,vt modo dicebamus,& ſic durat vſuſ-
fructus : In iure enim non legitur , quod hic vſusfru-
ctus finiatur per monachationem patris , ſed morte na-
turali ipſius : Monaſterio autem , quatenus capax eſt,
omnia deferuntur,quæ monachus habebat, *vt in d.au-*
*then.ingreſſi,cum ſimil.C.de ſacroſ.Eccleſ.* Tertio,† quia 98
idem videmus eſſe in alio quocunque vſufructuario ex-
tra patrem, non.n per ingreſſum & profeſſionem mo-
naſterij vſusfructus, quem monachus habebat , extin-
guitur, ſed monaſterio quoad vtilitatem , durante vita
monachi, debetur & acquiritur , ſicque per huiuſmodi
mortem ciuilem minime finitur,ſed per naturalem tan-
tum,vt tenet expreſſe gl.*verb.dedicant,ad fin.in d.auth.*
*ingreſſi*,vbi Cyn.*n.12.Alberic.22.Bart.42.*& ceteri cõ-
muniter ſequuntur,Innoc.*in d.c.in præſentia,n.5.* eſt cõ-
munis ſecundum Abb. *in c.vlt.col.2. n.1.de pign.Socin.*
*conſ.10.q.6.lib.1.& Ioan. Crot. in l.Gallus, §.& quid ſi*
*tantum, n.30.ff.de lib.& poſth. Roderic. Suarez allegat.*
*10.in verſ.hinc eſt,quod licet vſusfructus*,& Guillel. Be-
nedict.*in c.Raynutius,verb.mortuo itaque teſtatore, el.1.*
*n.198.* vbi,quod dum † viuit teſtator profeſſus, mona- 99
ſteriũ reget & gubernabit bona teſtatoris, & facit fru-
ctus ſuos : & D. Couar. *vbi ſupra n.8.* qui eam expreſſe
ſequitur, profeſſus hoc eſſe rectiſſi iuris : eandem te-
ſtatur communem plurimos allegans & eam ſequutus
Ant.Gom.*vbi ſupr.*& Arias Pinel.*vbi ſupr.n.47.& ſeq.*
& nemo quod ſciam,ab hac opinione diſcedit;Quando
quidem omnes tenentes priorem partem, & ſic contra-
riam , in patre vſufructuario bonorum aduentitiorum
filij , hanc fatentur in ceteris vſufructuariis. Quinimo
Cyn.& Alberic. *in d.auth.idem eſt*,agentes de quæſtio-
ne vſusfructus in bonis aduentitiis filij & ſic gloſſæ
ibidem tenentes hanc ſecundam partem principalem,ſe
ad ea', quæ dixerunt *in d. auth. ingreſſi*, remittunt, vbi
agunt de quæſtione gloſſæ ibidem , quam in fauorem
monaſterij ipſi & omnes indiſcriminatim definiunt, &
ſic potius hanc ſecundam partem videntur probare,
quam priorem ; Quandoquidem in quæſt.gl.*in d.auth.*
*idem eſt*,quæ noſtra princicipalis, ſe remittunt ad dicta
per ſe *in d.auth. ingreſſi*, vbi in quocunq; vſufructuario
probant cum gloſſ.*ibi*, vſumfructum per profeſſionem
non extingui, ſed acquiri monaſterio,durante vita mo-
nachi : Ex quo plane deducitur , non bene Cynum &
Alberic.citaſſe D.Couar.*vbi ſupra,& Ruminald. in §.1.*
*n.118.Inſt. per quas perſonas, &c.* Pro priori opinione
ſupra

ſupra relata in noſtra quæſtione principali,quãdoquidem, vt ad oculum videmus, in remiſſione, quam faciunt ad ſeipſos, conſtat contrarium, vt aduertit Pinel.
100 *vbi ſupra n.48.* nec † video rationem vllam legitimam aut ſufficientem diſtinctionis factæ à Cou.vbi ſupra in hac ſpecie,inter patrem vſuſfructuarium & alios vſufructuarios, religionem capacem bonorum in communi ingredientes atque ipſam profitentes; Pater enim vſumfructum præd. habet in bonis aduentitiis filiorũfamil. pro toto tempore vitæ ſuæ:Ingrediens igitur monaſterium cum ſe & ſua dedicet Deo,*vt in d.authen. ingreſſi, cum ſimilib.* & nullo iure probetur, per monachationẽ patris amitti hunc vſumfructum, proprietatique filiorum conſolidari, conſequitur, monaſterio acquiri pro toto tempore vitæ patris. Mors enim ciuilis non æquiparatur morti naturali, niſi in caſibus à iure expreſſis, iuxta communẽ Doctorum reſolutionem, quam ſupra retulimus : Hic autem ingreſſus religionis non eſt huiuſmodi : Igitur, &c. Quiſquis igitur aliud dixerit, id probare iure debet,hoc eſt, exceptionem eam in ſpecie, alias non eſt audiendus:Auctores igitur prioris partis contrarium tenentes, cum id iure ſolido minime fundent, explodendi ſunt, tanquam ius monaſterij abſque vllo iuridico fundamento præciſo lædentes, quod minime licet in neutro foro, nedum aduerſus piam cauſſam, prout eſt in monaſterio,ſed neq; etiam contra priuatum: & ita merito hanc ſecundam partem cum gloſ. expreſſa *in d.auth.idem eſt*, probarunt ibidem Bald.Paul. Caſtr.& Corneus,Bart.*in d.auth.ingreſſi,in repetit.n.49. & illic Ant.Roſel.n.18.Guido Pap.q.595. & Dec.in d. c.in præſentia,n.66. & ibi Aug.Beroi.n.529.Pal.at.Rub. in rubr.de donat.inter vi. & vxor.§.42.n.15.* Ant.Gom. *vbi ſupr.* & hanc profitetur receptam,(licet eam non ſequatur,ſed priorem,vt prædiximus) D.Couarru.plures ex ſupra dictis allegans *n.18.* & hanc late probat & ſequitur plurimos allegans, teſtatus eſſe receptiorem & magis communem & veriorem Arrias Pinel. *vbi ſupra n.49.& 51.* quam etiam plures allegans ſequitur & dicit veriorem atque communem Ignat Salced. *vbi ſupr.* nouiſſime eandem ſententiam probat ac dicit veriorem & receptiorem Matienc.*vbi ſupr.*& etiam Didac.Perez *vbi ſupr.* ſequitur D. Spino *in ſuo ſpeculo teſtam. gl.11. prin.n.71.verſ.ſed alia eſt verior*,& reuera omni proculdubio hæc eſt receptior ſententia,& meo iudicio verior & tenenda in iudicando & conſulendo.

Non obſtant modo fundamenta prioris partis,& nõ quidem primum de patria poteſtate amiſſa per profeſſionem patris;quia per hoc non tollitur vſuſfruct. ſibi iam quæſitus,imo in conſequentiam perſonæ tranſit in monaſterium : *argumento d.auth.ingreſſi,& l.ſi adeptauero, ff.de precario,* nec quod filius videatur emancipatus facto patris,in propoſito quicquam obeſt, vt infra dicemus in tertia opinione. Nec nobis cõtradicit,quod vſuſfructus patri detur ob cuſtodiam & adminiſtrationem,quæ ceſſat in monacho.Reſpondemus enim,quod non ceſſat in monaſterio,habente minimos & officiales,qui ſua gubernant : Imo, vt experientia docet diligentius ſua tuentur,quam laici.Non etiam obeſt tertiũ *ex cap.cum ſimus,de regularib.* iuncta communi opinione Canoniſtarum, quia vt ſupra late diſſeruimus, nec text. ille id probat, ad quod communiter Canoniſtæ eum allegant, nec ſua opinio eſt vera nec tuta nec tenenda,vnde nullum iuridicum fundamentum ab ea deſumi poteſt ad noſtrum propoſitum.

Tertiam opinionem tentauit in propoſito Bart.*in d. authen.idem eſt*, & ibi ſequitur eum Angel nempe,vt in hac ſpecie noſtra dimidia pars vſuſfructus patris maneat penes monaſterium, altera vero ad filium ſpectet, ſicut quando pater eum emancipat,*iuxta l.cum oportet, §.cum autem, C.de bon.quælib.* & cum hac Bart.opinione tranſit Abb. *in d.c.in præſentia, n.57.& Ferdinand. Arrias in l.46. Taur.colum.1.Sylueſter in ſumma,verb. religio.6. & Riminaldus ſibi contrarius in §.1.n.19. Inſtitut. per quas perſonas, &c.* Sed reprobant plerique ex ſupradictis, præcipue Anton. Gom. Arias Pinel. & Ignat.Salced. *vbi ſupra*,& merito,agitur enim *in dict.§. cum autem,l.cum oportet*, de emancipatione facto patris immediate id agentis : at in noſtra ſpecie pater,ingrediens religionem, longe aliud intendit : Licet ergo acceſſorie reſultet,filium exire à patria poteſtate,nõ poteſt dici emancipatio ex facto voluntario patris,quando non dirigebatur ad talem effectum, *iuxta regulam text.in l.ſi quis neque cauſſam, cum ſimil.ff.ſi certum pet.*

Vltimo illa † quæſtio venit hic examinanda; *vtrum* 101
*bona monachi,qui infra annum probationis deceſſit in monaſterio capaci bonorum,teſtamento non condito neque renuntiatione legitime facta, acquirantur eius venientibus ab inteſtato, vel monaſterio?* In qua ſpecie Abb.*in dict.c. in præſentia,n.68.* reſoluit diſtinguendo in hunc modũ; Quod aut iſte intrando probationis cauſſa expreſſe bona ſua contulit monaſterio, ita quod id fecit ratione tranſitus,& tunc cum ſit clarum,quod data perſeuerãtia, volebat ea eſſe monaſterij, nec amplius in vltima voluntate reuocabit, applicantur monaſterio : Aut expreſſe non contulit,ſed ſimpliciter intrauit cauſſa probationis, & tunc applicantur venientibus ab inteſtato, quia iſte non fuit religioſus cum effectu, *vt in c.religioſo, de ſententia excomm. in 6.* & ſic bona nec tacite nec expreſſe tranſeunt ad monaſterium : & quia adhuc habebat facultatem condendi teſtamentum,& ſic deceſſit ab inteſtato, ac per conſequens venient proximiores. Quam ſententiam Abb. probarunt Imol. & Andr. Sicul. *in c.1.de teſtam. & Benedict. Capra conſ.145.incipient.Punctum,quidam iuuenis Pandulfus, & Sebaſtianus Sapia in addition. ad Abb.in d.c.in præſentia,n.68. litera D.& in primo membro Abb. ſequitur Pariſ. in d. c.in præſentia, n.187. & Menoch. conſil.396.n.3.lib.4. idem lib.6.præſumpt.84.n.3.vbi eam probat & in ſecundo membro opinio Abb. prædict. eſt communis ſecund. Pariſ.vbi ſupra n.188. verſ.alius eſt caſus,poſt Barbat. ibi,vt refert Menoch. d.præſumpt. 84.n.8.* & ita eſt tenendum in iudicando & conſulendo, ſecund. Beroi. *conſ.28. n.12. verſ. ſecundo non obſtat, lib.1.* vbi etiam dicit, opinionem iſtam magis communiter approbari, allegans alios,vt vtrumque referens ex eo teſtatur nouiſſime Ioan.Vincent.Honded. *conſ.94.n.7.* & ſecund. iſtam opinionem obſeruari teſtatur additio ad Dec.*in d. auth.ingreſſi,ſub n.4.litera B.addit Cald.conſ.9.in tit.de regu.Beroi.vbi ſup.n.8.*nec non & Honded.*vbi ſup.n.8.* quod mortua moniali infra annum probationis & ante profeſſionem monaſterium tenetur reſtituere etiam eleemoſynam receptam, & omne id,quod pro huiuſmodi ingreſſu pater dedit.

Nec contra præd.diſtinctionem Abb.*in primo membro* obſtat cõſideratio Dec.qui *in d.c.in præſentia,n.73.* ab Abb. diſceſſit, tenendo, non eſſe differentiam inter expreſſam & tacitam bonorum oblationem collationemque : Nam quando expreſſe ab ingrediente bona
monaſterio † dicata ſunt, tacita conditio intelligitur *ſi* 102
*profeſſio ſequatur*, quæ non dicitur ſubſequuta, ob id, quod intra annum probationis deceſſerit,atq; ita oblatio ipſa datur reſoluta.Vnde eo redeunte ad ſæculũ bona recuperabit,vt idem Abb.concludit *in c.quod à te,de cleric.coniug.*& notatur *in c.conſtitutus,de reg.* id quod in ſacro Conc.Trid.*ſeſſ.25.c.16.de regul.*expreſſe innuitur;Quandoquidem renunciationes monialium ſolemniter & iuxta formam illius decreti factæ,non alias intelliguntur effectum ſuum ſortiri, niſi ſequuta profeſſione : & poſtea in fine dicitur, *& vt abeuntibus ante profeſſionem omnia reſtituantur, quæ ſua erant* : quod vt recte



recte fiat Epiſcopus etiam per cenſuras Eccleſiaſticas,ſi opus ſit,compellat. Non inquã obſtat obiectio hæc,cũ expreſſa oblatio iã obligauerit ipſum ingreſſum ad religionẽ,de ſuoq; animo iam conſtet;quod non cõtingit in eo qui tacite ſe & ſua obtulit;quod ſi ingreſſus ante annũ receſſerit à monaſterio,nil mirum,ſi recuperet bona etiamſi expreſſe ea prius contulerit monaſterio vel aliis, cum non fuerit profeſſus,nec in religione perſe-
103 uerauit,cuius prætextu ea contulerit. At vero † vbi in eo permanens ſine animo recedendi,ibi deceſſit,qui prius bona ſua expreſſe cõtulerat monaſterio, aliud profecto eſt dicendũ,nempe, vt monaſterio acquirantur propter perſeuerantiam ſimul cũ morte ſubſequutam,præcedẽte dedicatione expreſſa cum perſona Deo facta.Ita etiã diſſolui poſſunt,quæ aduerſus Abb.*in d.primo membro ſuæ diſtinctionis* adfert Bero *in d.c. in præſentia, n.553.* Et hæc quoad dictum primum membrum Abbatis.

104 Secundum autem † limitabat Sapia *vbi ſupra*,quando monachus in ſpecie præfata ingreſſus fuit monaſteriũ ſimpliciter, non declarato, quod illud ingrediebatur cauſſa ſtandi in probatione,quia tunc ſi moriatur infra annum probationis, qui iure conceditur ad probandũ, *vt in cap. licet,de regularib.* nulla facta diſpoſitione de bonis ſuis,putat quod habuerit animum permanendi in religione,& ſic bona applicentur monaſterio,licet tandem cenſeat multum cogitandum ſuper hoc Hæc tamẽ Sapiæ opinio mihi non placet,cum taciti & expreſſi idẽ ſit iudicium, *vt in l.cum quid,cum ſimilib.ff.ſi cert.pet.* Siue igitur certum ſit,quod ſimpliciter intrauerit cauſſa probationis, ſiue hoc non expreſſerit, cum in dubio iure id intelligatur, idem erit in vtroque caſu,vt cum communi contra Sapiam reſoluimus infra.

105 Similiter † Pariſ.*vbi ſupra n.188 verſ.ſecundus caſus*, præd. ſecundum diſtinctionis membrum Abb. verum eſſe intelligit atq; limitat,præterquã ſi conſtet,præſumptionib.& cõiecturis ingreſſum voluiſſe mutare vitã & religionẽ ingredi, & deinde deceſſerit intra annũ probationis,quia hoc in caſu bona acquiſita cenſentur monaſterio,rationib.de quib.ibi per eum. Quem in hoc ſequitur Menoc. *d.conſ.396.n.10.& d.præſumpt. 84.n.4. in pr.*vbi *n.5.* dicit præſumptionem & coniecturam ſumi, vt ſi alicui donauit bona ſua irreuocabiliter vel bonis renuntiauerit ad comodum fratrũ & aliorũ ſuccedentiũ ab inteſtato:vel ſi obtinebat aliquod beneficiũ, illud renũtiauit in manib. eius, ad quẽ collatio pertinebat,vel aliũ ſimilẽ actũ fecit, quo demonſtrauerit ſpernere ea,quę huius ſęculi ſunt ſecund.Abb.*in c.cõſultis,in fi.de reg.& in c.ſtatuimus in fi.eo.tit.& Pariſ.vbi ſupr.*

Sed hæc limitatio vera quidem non eſt,cum ſemper ingreſſuri monaſteriũ,eo animo ingrediatur,vt mutent vitã & ſæculũ relinquãt, & nihilominus annus probationis ſibi à iure cõceditur,vt eo durante minime obligentur nec bona ſua monaſterio ſed libere poſſint exire,licet præd.renuntiationẽ ſolẽniter & irreuocabiliter fecerint, vt prædiximus;præſertim hodie attento d.decreto S.Concilij Trid.Ergo nõ cenſentur bona acquiſita monaſterio ante realem & ſolemnem profeſſionem; alias enim regulariter, ipſis decedentibus infra annum probationis,bona pertinerent ad monaſterium, etiamſi expreſſe ea non eſſent ipſi collata,non vero ad veniẽtes ab inteſtato,contra doctrinã Abb.vbi ſupra cõmuniter receptã:hoc autẽ verũ non eſt;quia licet habeat præd. animũ mutandi vitam,nihilominus intelliguntur tacite eum habere ſub ordinatione & diſpoſitione iuris,nẽpe ſi ſibi intra annum religio non diſplicuerit, ſicque videntur conformare animum ſuum cum diſpoſitione iuris de hoc agentis:Ergo interim eorum bona monaſterio non acquiruntur profeſſione poſtea non ſequuta, quamuis animum à principio habuerint mutandi vitam.Conducunt à nobis tradita *infra cap.21. de requiſit.ad votum oblig.n.5.cum ſeqq.* de vouente religionem ingredi,an teneatur perpetuo in religione permanere. Præterea † huiuſmodi nouitius quamuis animo 106
mutandi vitam, ingreſſus fuerit religionem, non propterea cenſetur effectus religioſus in genere, vt dici poſſit ita obligatus religioni,quin ad ſæculum redire & vxorem ducere poſſit, tametſi peccet, vt in terminis ſcribunt Caldet.*conſ.27. in fin.in titulo de regular.Ioan. Andr.& Archid. in c.conſtitutionem, de regular.in 6.*& apertius Nauarr.*in c.non dicatis, n.35.verſ.quarto,quod monachus 12. quæſt.1.* à quibus videtur recepta opinio Abb. in hac ſpecie contra limitationem & declarationem prædictam Pariſ.vt profitetur idem Menochius *d. præſump.84. n.4. verſ.verum*,dicens dubiam eſſe ex hoc Pariſienſ.opinionem, tametſi ipſe adhuc videatur cum ea tranſire : Ego autem ex prædictis exiſtimo eſſe falſam & non tenendam,vt præmonui præmaxime attento decreto 15.*de regul.*ſacri Concilij Trident.*ſeſſ.25.*vt infra dicemus.

Nec contra hoc ſecundum diſtinctionis Abbatis membrum obſtat etiam conſideratio Dec. *in dict.cap.in præſentia,n.73.& in auth.ingreſſi,n.4.C.de ſacroſanct.eccleſ.poſt Anchar.conſ.69. contra donationem, col.penult.* quia ab Abbate in hoc etiam diſceſsit,dicentis,bona ingreſsi,etiam ante profeſſionem,dici acquiſita monaſterio,ſub conditione tamen reſolutiua,hoc eſt,*quod ſi contingeret eum reuerti ad ſæculum, eidem reſtituantur*, & ideo ſi deceſſerit in monaſterio,non dicitur reuerſus ad ſæculum, & per conſequens, conditio non euenit, & ob id bona remanent apud monaſterium : Hæc enim opinio Decij ſubtilis eſt : attamen periculoſa & minime vera : non enim bona ingreſſi acquiruntur monaſterio,ab initio,ſed ſolum facta profeſsione,hoc eſt,poſt annum probationis. Quod vel ex eo conſtat, quia exiſtens intra annum probationis,poteſt de bonis illis teſtari & diſponere,*vt in d.auth.ingreſſi,& in cap.2.de teſtam.* & diximus ſupra latius.

Ex quibus à fortiori idem eſt dicendum cum Abbate & communi, *vbi ſupra* contra Sapiam, quando ſumus in dubio, an nouitius fuerit ingreſſus monaſterium animo probandi & experiendi, vel profitendi & intra annum deceſsit:Hoc namque caſu vera & recepta ſententia eſt exiſtimantium,bona non acquiri monaſterio, ſed reuerti atque deferri venientibus ab inteſtato,vt voluerunt Abbas *vbi ſupra*,& ſequaces,& plures referens affirmat Menoch.*d.præſumpt.84.n.13.& 14.*vbi citat inter alios ſeipſum *d.conſil.396.num.8.lib.4.& Pariſ.in d. cap.in præſentia,num.178.verſ.vltimus caſus eſt.& Nauarr. vbi ſupra num.81.* ſequitur nouiſsime Molina *de iuſtitia & iur.2. tractat. diſputatione 240. column.754.* & ita procul dubio eſt tenendum in iudicando & conſulendo,cum magis communi ſententia,vt ſupra reſoluimus *n.101.* & teſtantur Beroi.& Honded. *vbi ſupra*, tametſi Decius in duobus locis præcitatis, nonnullos ſequutus, contrarium defendat, dicens magis communem opinionem eſſe in hoc contra Abbat. ex quo eam teſtatur communem idem ſequutus Menoch. ſibi contrarius *de arbit.iudic.lib.2.cent.5.caſu 456.n.5.*vbi *n.6.* plures allegans inquit, quod ſi nouitius reuertitur ad ſæculũ, poteſt ſua bona recuperare, cum,reſoluta religione quoad perſonam, cenſeatur etiã reſoluta quoad bona:Sed quamuis hoc vltimum fateamur, præcedens tamen dictum contra Abb. & communem verum eſſe
negamus.Nec † obſtat, hunc nouitium dici religioſum 107
quoad multa, eſſeque de foro Eccleſiæ, ſecund. Angel. *in l.1.ff.de pact.*per text.quem allegat *in l.ſtatuliber.ff. de pact.ion.* quod tenent Ancharan. & Decius *vbi ſupra.* & Tiraquell *de retract.lin.tit.§.1. gloſſ.8. numero 21.* Et quod nouitius gaudeat priuilegio fori & Canonis probat contra Innocent. & Abbat. D. Spino *d.gloſ.*

*d.gloſ.12. num.59. in fin.* Quia reſpondemus, id eſſe in caſibus claris, nos vero verſamur in dubio, in quo ſtandum eſt regulæ, quæ habet; Religioſum eſſe proprie, qui profeſſionem emiſit: ſed ante profeſſionem remanet laicus, *vt in cap. religioſo, de ſententia excommunicationis libr. 6. cap. non ſolum, cap. conſtitutionem, de regular. in 6. Beroi. in dict. cap. in præſentia, num. 551. verſic. ſed aduerte, Rota Florent. deciſ. 141. num. 1. Honded. dict. conſil. 94. num. 6.* & ingreſſus monaſterium, non appellatur monachus, nec efficitur de corpore monaſterij ante profeſſionem, *cap. porrectum, de regul. Bartol. & alij in auth. ſi qua mulier, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & alios plures referens Hondedeus vbi ſupra n. 5.* Non etiam obeſt, quod præſumatur religioſus velle in eadem voluntate perſeuerare *leg. 5. ff. de probat. cap. maiores, de baptiſm.* & ideo ſicut ſi iſte vixiſſet, monaſterio quæſiuiſſet, ita etiam moriendo. Reſpondemus namque, morientem non dici in eadem voluntate perſeuerare, quia illa finitur morte, *l. 4. ff. locat. Bartol. in leg. continuus, §. vltimo, ff. de verborum obligat.* & in his terminis Capra *dict. conſ. 145. num. 12. 13. & 14.* qui alia ſcribit, ita reſpondet cum eo, prædict. duabus oppoſitionibus Menoch. *dict. præſumpt. 84. num. 14. cum ſequentibus*, & hic mori dicitur in ſtatu, in quo reperitur, hoc eſt, nouitiali, qui religioni non eſt obligatus, & cum hoc iure ſe conformare: *argumento l. heredes mei, §. cum ita, & quæ ibi tradunt Bartol. & communiter ff. ad Trebellian.* Nec aduerſatur, quod in dubio fauendum ſit piæ cauſſæ, *leg. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumptib. funer.* quia reſpondeo, id procedere in his, quæ de ſe immediate ſunt pia & religioſa, non autem quando agitur de vtilitate pecuniaria: *argument. cap. ex parte, de cenſ.* vbi ſi fiat votum Eccleſiæ de aliqua menſura, intelligitur de minima, vt declarat Modern. Pariſienſ. *in comment. ad conſuet. Pariſienſ. §. 22. n. 130.* & eum referens Menoch. *vbi ſupra num. 18.* Nec repugnat *l. Titia, §. vlt. ff. de aur. & arg. leg.* quia ibi legatum verificari non poterat in aliis ſignis quam aureis: vt declarat Dec. *in l. ſemper in obſcuris, ff. de reg. iur.* Menoch. *vbi ſupra, n. 19. & lib. 4. præſumpt. 1906. n. 33.*

Et ſententia Abbatis præd. verior & communiter recepta atq; tenenda, vt prædiximus aduerſus Decium & ſequaces, multo magis procedit in eo, qui ob ætatem religioni ſe obligare non poteſt, veluti ſi puella minor duodecim annis ingrediatur religionem, cui pater dotis cauſſa aliquam ſummam dediſſet; Nam ſi moritur intra annum, non acquiritur dos monaſterio; Quia ſicuti matrimonium carnale eſſe non potuiſſet intra illam ætatem, ita nec ſpiritoale: Legitima enim ætas requiritur ad emittendam profeſſionem, *vt in c. 1. & in c. conſtitutionem, de regul. lib. 6.* Hodie requiritur ætas 16. annor. per ſacrum Concil. Trident. *ſeſſ. 25. c. 15. de reg.* vbi quod alioqui profeſſio ſit ipſo iure nulla: & in terminis ita tenet Calder. *conſ. 9. col. 1. verſ. vel poſito, de reg. & cum eo Menoch. de præſumpt. 84. num. 10.*

Quinimo & generaliter idem nobis videtur in omnibus dotibus, quæ pro monialibus etiam maioris ætatis (& ſic quibuſcumque,) admittendis atque recipiendis in monaſteriis conſtituuntur atque promittuntur; Hæ enim dotes, cum ex mente atque intentione dentur atq; recipiantur, vt pro matrimonio ſpirituali monialium, atque in earum alimenta cedant, conſequitur, tacite actum inter partes, vt profeſſio neceſſario ſubſequi debeat, per quam matrimonium ſpiritoale perficitur atq; celebratur, ad hoc, vt monaſterium morte monialium prædictas dotes tanquam ſuas acquirat: alias ſi monialis decedat ante profeſſionem infra annum probationis, nullo modo monaſterium dotem eius acquirat, ac per conſequens conſtitutam ſiue promiſſam exigere nō poſſit, & ſolutam reddere teneatur, ſicut contingit in matrimonio carnali, de quo ad ſpirituale validum eſt argumentum, & è contra: *vt in c. inter corporalia, cum ſimil. de trāſlat. Epiſcopi.* Dos enim pro matrimonio carnali viro cōſtituitur pro oneribus matrimonij ſuſtinendis, *l. pro oneribus, cum ſimil. C. de iur. dotium*, & vt matrimonium conſummetur: decedente autem quolibet eorum ante celebrationem matrimonij de præſenti, dos promiſſa nullum habet effectum: Sic in propoſito dos monialis eo animo conſtituitur, ob eamque cauſſam aſſignatur, vt religio perficiatur profeſſione ſubſequuta, vnde decedente moniali ante profeſſionem dos exigi non poterit, ſolutaque reddenda erit. In eo tamen differunt dos monialis & dos matrimonij carnalis: Illa enim, ſequuta profeſſione, remanet perpetuo monaſterio obligata, quia habetur loco filij: hæc autem ſoluto matrimonio ſine liberis, ad heredes mulieris pertinet, quia maritus non habetur loco heredis, præterquam ſi aliud pacto dotali, teſtamento mulieris vel ſtatuto caueatur: & in terminis noſtris poſt hæc ſcripta ita inueni tenere nouiſſime Menoch. *d. præſumpt. 84. n. 14. cum Calder. conſ. 9. in titulo de regul. & Beroi. conſ. 28. n. 13. lib. 1. quos ibi refert & ſequitur*: licet enim iure communi attento, ingreſſus monaſterium, ſe & ſua dedicet Deo, eiuſq; bona monaſterio ipſo iure acquirantur, *vt in d. auth. ingreſſi*, & ibi Iaſ. *n. 1.* & ceteri, & plures referens Vincent. Honded. *d. conſil. 94. num. 12. & 13.* cum aliis pluribus probat, in monaſterium ipſo ingreſſu dominium & poſſeſſionem bonorum ingreſſi transferri; requiritur tamen ad hoc, quod ſubſequatur profeſſio expreſſa ſeu tacita, iuxta gloſſ. Bartol. & ceteros *in dict. auth. ingreſſi. Honded. vbi ſupra, n. 19.* Sed hodie per S. Concil. Trid. nulla acquiritur monaſterio actio ante profeſsionem, vt ſtatim dicemus.

Quæ ſententia principalis planius hodie procedit in quocumque nouitio vel nouitia, attento decreto 16. *de regul.* ſacri Concil. Trident. *ſeſſione 25.* quo cauetur, ne ante profeſſionem, excepto victu & veſtitu nouitij vel nouitiæ, illius temporis, quo in probatione eſt, quocunque prætextu à parentibus vel propinquis aut curatoribus eius, monaſterio aliquid ex bonis eiuſdem tribuatur: ne hac occaſione diſcedere nequeat, quod totum vel maiorem partem ſubſtantiæ ſuæ monaſterium poſſideat, ne facile, ſi diſceſſerit, id recuperare poſſit: Quin potius præcipit ſancta Synodus ſub anathematis pœna dantibus & recipientibus ne hoc vllo modo fiat, & vt abeuntibus ante profeſsionem omnia reſtituantur, quæ ſua erant: Si enim nihil tribuendum eſt monaſterio ex bonis nouitij vel nouitiæ ante profeſſionem, excepto victu & veſtitu pro tempore probationis, conſequitur, monaſterium morte ipſius nouitij ante profeſſionem nihil acquirere, vt voluit poſt hæc ſcripta, allegans dict. decretum Concilij Trident. (etſi id non aperiat) Menoch. *d. præſumpt. 84. n. 12.* & expreſſe poſt hæc ſcripta hodie ita tenendum eſſe ex d. decreto Concilij, contra Dec. affirmat Vincent. Honded. *d. conſ. 94. n. 8.* Quinimo argumento ſumpto ex illis verbis; *Ne facile, ſi deceſſerit, id recuperare poſſit* ſalua (in omnibus correctione ſacroſanctæ matris Eccleſiæ & dominorum Cardinalium congregationis Concilij Trident. quorum munus eſt declarare decreta eiuſdem Concilij) aperte colligitur, quod decedente monacho vel moniali in monaſterio infra annum probationis, bona ſua, cuiuſcunq; generis ſint, dotis nempe, vel alias, ad monaſterium non pertineant: Præſupponit enim, quod ſi tradita ſint monaſterio, recuperari poſtea poſſint, decedente nouitio vel nouitia ante profeſsionem: alias fruſtra diceret; *Ne facile, ſi deceſſerit, id recuperare poſſit*: Si enim monaſterio acquireretur, non erat opus rationem conſtituere in difficultate recuperationis: Cum igitur ob id præcipiat, ne quid ex bonis nouitij vel nouitiæ monaſterio tribuatur ante profeſſionem, clare innuitur ab eodem Concilio, quod ſi alias tradatur & nouitius vel nouitia tempore probationis deceſſerit, datum exigi ac recuperari poſſit; tamen non facilis exactio ſit; Nam ſi monaſterio acquireretur, impropriе difficilis recuperatio appellaretur, cum potius eſſet impoſſibilis de iure, quia nulla daretur: ſit igitur, vt ante profeſsionem bona nouitij vel nouitiæ nullo modo monaſterio acquirantur. Decedente ergo ipſo nouitio vel nouitia ante profeſsionem in monaſterio, ei non acquiruntur.

108 Et quamuis † Concilium in verbis ſupra relatis tantum loquatur, quando nouitius vel nouitia exeunt à monaſterio ante profeſsionem, vt poſſunt: nihilominus tamen ex ratione in eo expreſſa, vt ſupra perpenſa idem eſt dicendum ex mente eiuſdem, quando nouitius vel nouitia in religione decedit infra annum probationis, vt bona ipſius minime ad monaſterium pertineant nec ipſi acquirantur, ſed potius venientibus ab inteſtato ipſius nouitij vel nouitiæ ipſis ab inteſtato decedentibus, vel renuntiatione legitima nō facta, cum ex d. Concilio conſtet, ante profeſſionem nullam acquiri monaſterio actionem nec retentionem ad bona nouitij vel nouitiæ, præter victum & veſtitum: & ita obſeruatur, vt affirmat Honded. *vbi ſupra d. n. 8.* in moniali defuncta in monaſterio ante profeſſionem.

Idem à fortiori comprobatur ex decreto 15. *de regul. eiuſdem ſeſſio. 25.* dum in eo ſancitur; *omnem profeſſionem, in quacunq; religione, etiam non mendicantium, intra annum probationis factam, ipſo iure nullam eſſe, & nullum penitus effectum parere poſſe*: Ex hoc enim conſequitur, minime poſſe quem dici obligatum religioni, eo, quod intra annum probationis voluerit mutare vitam, & ſic contra limitationem Pariſij & Menoch. *vbi ſupr.* contra quos ibi tenuimus: ita in terminis expendit in propoſito Concilium Nauarr. *in cap. nullum, n. 45. 18. q. 2.* refert & ſequitur Menoch. *d. præſumpt.*

In ſumma, ex ſupradictis quinque caſus reſolutiue colligo. Primus eſt, quando quis ingreditur religionem bonorum capacem, cui expreſſe obtulit ſe & ſua, & demum intra annum probationis decedit, & tunc eius bona monaſterio cenſentur acquiſita, ſecundum Abb. & magis communiter DD.

Secundus caſus eſt, quando ingreſſus religionem, expreſſe bona ſua eidem non contulit, ſed ſimpliciter intrauit cauſſa probationis, ibique deceſſit intra eius annum abſque renuntiatione vel teſtamento, & tunc applicantur venientibus ab inteſtato *ſecund. opinio. Abb.* magis receptam.

Tertius caſus eſt, quando conſtat, præſumptionibus & coniecturis voluiſſe mutare vitam & religionem ingredi, vt in exemplis præfixis, & tamen deceſſit intra annum probationis inteſtatus, & abſq; renuntiatione, & tunc ſecund. opinio. Abb. veriorem & ab aliis receptam, eius bona non acquiruntur monaſterio, ſed venientib. ab inteſtato: præmaxime, attento decret. 15. *de regular.* ſacri Concil. Tridentini, vt ſupra inducto.

Quartus caſus eſt in dubio, quando ſibi conſtat, an nouitius fuerit ingreſſus religionem animo profitendi vel probandi, vel experiendi religionem, & tunc ſi decedat intra annū probationis inteſtatus & abſq; renuntiatione, eius bona non acquiruntur monaſterio, ſed ad venientes ab inteſtato reuertuntur eiſque deferuntur, ſecundum veram & receptam ſententiam atque tenendā in iudicando & conſulendo: quæ multo magis procedit in puella ingrediente religionem minore 12. annor. Idem regulariter eſt tenēdum in omnib. dotib. monialium, etiam maioris ætatis, decedentium infra annum probationis, & in quibuſcunq; nouitiis, marib. vel fœminis, decedentib. inf. annum probationis; bona namq; ſua monaſterio non acquiruntur, ſed venientib. ab inteſtato deferuntur, præcipue attento ſancto Concilio Tridentino, *vt ſupra* expenſo.

Quintum caſum definit nouiter Menoc. *d. præſumpt. 84. n. 7.* in nouitio, qui bona ſua religioni expreſſe non obtulit. Conſtat tamen præſumptionibus & coniecturis, voluiſſe mutare vitam atque religionem ingredi, & deinde deceſsit poſt annum probationis, nulla alia expreſſa profeſsione facta, retento adhuc habitu nouitiorum, nempe, bona huiuſmodi cenſeri acquiſita illi monaſterio, ſicuti in ſpecie præmiſſa reſponderat idem Menoch. *d. conſ. 396. n. 12. lib. 4.* quod vtrobique bene probat verumque mihi videtur.

Omitto alium caſum, vtpote omni dubio carentem, nempe quando quis ingreditur religionem incapacem bonorum in communi & in particulari, vt puta fratrum Minorum, quia tunc apertum eſt, bona huius decedentis intra annum probationis non acquiri monaſterio, cum eorum capax non ſit, vt in ſpecie docuit Pariſ. *in d. c. in præſentia*, quem retulit Menoch. *d. conſ. 396. n. 2. lib. 4. & in d. præſumt. 84. n. 2.*

## S V M M A R I A.

1 *Iudex ordinarius poteſt iterum iudicare, ſi ſententia, quam primo tulit, nulla ſit.*

2 *Hoc tamē intelligitur, quoties quæſtio nullitatis venit incidenter; ſecus ſi ſimpliciter; Nam poteſt coram eodem iudice proponi & coram ſuperiori: hoc tamen vltimum intelligitur, quando ſuperior non habet limitatam iuriſdictionem, alias oportet ſimul appellare tunc, cum agitur de nullitate, vt in n. 3.*

4 *Appellans ſaluo iure nullitatis, quid velit ſentire.*

5 *Appellans non dicat,* Saluo iure nullitatis, *ne ex hoc ſibi obiiciatur reſeruaſſe nullitatem: ſed dicat,* No haziendo alguno, lo que en ſi es ninguno.

6 *Natura dictionis,* Saluo, *eſt modificare & reſtringere præcedentia.*

7 *Iudex nullitatis ſententiæ, non ſolū poterit ſuper nullitate pronuntiare, ſed etiam ſuper cauſſa principali.*

8 *Iudex delegatus non poteſt cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ diffinitiuæ.*

9 *L. ſi vt proponis 1. C. quomodo & quando iudex, intellectus.*

10 *L. index poſteaquam, ff. de re iudic. procedit, non ſolum in iudice delegato, ſed etiam in ordinario.*

11 *L. index poſteaquam, ff. de re iud. non loquitur de ſententia nulliter lata, ſed de æqua vel iniqua.*

12 *Dictio* Bene, *idem ſignificat quod dictio,* Recte. *Dictio,* Recte, *non ſolemnitatem, ſed ius partis oſtendit.*

13 *Differentia inter dictiones,* Rite, & Recte rite, *enim ad ſolemnitatem refertur:* recte *vero ad iuſtitiam.*

14 Corrigere *idem eſt quod* emendare: emendare *vero nihil aliud eſt,* quam actum in ſe validum aliqua parte reficere, ſubſtantia ipſa permanente.

15 *Auditores ſacri Palatij Rotæ non poſſunt cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ diffinitiuæ, quia quamuis in cognoſcendo habeant ordinariam poteſtatem, in pronuntiando tamen & definiendo habent delegatam.*

16 *Iudex delegatus non poteſt declarare ſuam ſententiam ſed delegans.*

17 *Iudex delegatus an ex noua delegatione poſſit de eadem re iudicare.*

18 *Delegatus Principis ad vnam cauſam, non poteſt cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ.*

19 *Delegatus à principe, ordinario æquiparatur, ac proinde ſubdelegare poteſt, ſicut ordinarius.*

20 *L. ſi vt proponis 1. C. quomodo & quand. iud. loquitur in delegato inferioris à principe.*

21 *Dictio* Denuo, *cauſam iam ſemel cōmiſſam inſinuat.*

22 *Poſtquam ſemel cauſſa coram iudice tractari cœpit, illius manus non egreditur, ſicque in ea inferior intromittere ſenō poteſt, niſi ex principis commiſſione.*

X

23 *Delegatus à Papa poteſt intra annum ſuam ſententiam exequi, non tamen annullare.*

24 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſſarum, poteſt de nullitate ſuæ ſententiæ cognoſcere, & n.25.*

26 *Delegatus ad vniuerſitatem cauſſarum æquiparatur ordinario.*

27 *Auditor generalis Cameræ Apoſtolicæ, vrbis gubernator, Vicarius, Senatus, Mareſcalus, & Auditor contradictarum, qui in Romana curia pro ordinariis iudicibus reputantur, ſuas ſententias nullas reuocare & ex integro pronuntiare poterunt, vt hic.*

28 *Delegatus, qui iudicauit contra formam mandati, iudicare iterum poteſt.*

29 *Delegatus, iudicans contra formam mandati, abutitur poteſtate.*

30 *Delegatus, qui nulliter iudicauit per errorem facti, an cognoſcere poſſit de nullitate ſuæ ſententiæ, atque eam reuocare? & nu. ſeqq.*

31 *Arbiter poſtquam laudauit, functus eſt officio ſuo, ſiue bene ſiue male, etiamſi per errorem pronuntiauerit.*

32 *Arbitria redacta ſunt ad inſtar iudiciorum.*

33 *Delegatus datus ad conferendum beneficium, nulliter conferens, poteſt iterum conferre.*

34 *Delegatus an poſſit reſtitutionem in integrum concedere aduerſus ſuam ſententiam diffinitiuam, conſtito de læſione, & n. ſeq. præcipue n.37.*

35 *Delegatus à Principe poteſt reſtitutionem in integrum concedere aduerſus ſuam ſententiam.*

36 *Minor læſus per ſententiam, poteſt à iudice contra eam reſtitutionem petere.*

37 *Aduerſus ſententiam eius, qui vice Principis cognouit, ſolum Princeps reſtituit.*

38 *l. fi. C. vbi & apud quem, procedit in reſtitutione petita coram iudice delegato aduerſus ſuam ſententiã interloquutoriam, quam concedere poteſt, ſi non habeat vim diffinitiuæ: alias ſecus.*

39 *Iuriſdictio iudicis delegati à Principe durat poſt ſententiam intra annum, quoad exequutionem ipſius ſententiæ, non vero quoad reſtitutionem contra eam concedendam.*

40 *L. fin. tit. 25. p. 3. intelligi debet de ordinario iudice, de quo ipſa lex agit, nempe vt is reſtitutionem in integrum aduerſus ſuam ſententiam diffinitiuam concedere poſſit, non vero in iudice delegato.*

## CAPVT II.

### An iudex delegatus poſſit cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ diffinitiuæ vel reſtitutionem in integrum aduerſus eam concedere?

1 QVamuis iudex † ordinarius iterum iudicare poſſit, ſi ſententia diffinitiua, quam primo protulit, nulla ſit, *iuxta gl. fin. in fin. in l. iudex poſteaquam, ff. de re iudic. vbi Bart. & Alex. n.10. text. in l.4. C. de accuſat. & ibi gl. fin. ad fi. l. ſi præſes, & in l. ſi vt proponis, la 2. C. quomod. & quando iudex. Bart. in l. ſi expreſſim, n.14. de appell. Alex in rubr. ff. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd. n.15. Felin. in c. qualiter & quando, el. 2. n.37. de accuſat. late Dec. in c. in literis, n.6. de offic. deleg. Rip. in l. quod iuſſit, n.62. ff. de re iudicata. Vantius in tract. de nullit. in tit. coram quo nullitas proponi poſſit, n.9. & in tit. de nullit. ſentent. ex defectu iuriſd. ordin. n.114. verſic. fallit in ordinario, Tiraq. in l. boues, §. hoc ſermone, in 1. limitat. n.40. ff. de verb. ſignif. Menoch. de arbit. iud. lib.1.*

2 *q.67. n.2.* hoc tamen † intelligendum eſt, quoties ego volo petere principaliter quod iterum cauſſa decidatur, & ſic quoties quæſtio nullitatis venit incidenter, quia tunc ipſe idem iudex debet adiri, *vt in d. l.4. cum ſimil. C. de accuſat.* ſecus ſi ſimpliciter dicam ſententiam nullam, ſicut *in d. l. expreſſim*, quia tunc poſſum petere, vel coram iudice primo, vel coram ſuperiore: Ita diſtinguit Bart. *in dict. l. iudex poſteaquam, n.4. & in d. l. ſi expreſſim, numer.14.* & eſt communis diſtinctio, ſecundũ Vantium *vbi ſupra, n.8.* qui etiam videndus eſt *in num.10.* & eſt magis communiter recepta hæc diſtinctio, vt teſtatur alios allegans Menoch. *vbi ſupra, num.8.* quicquid ipſe *n.12. & 13.* pungat contra communem.

3 Illud † tamen, quod prædiximus *in 2. caſu*, ſuperiorem adiri poſſe ſuper nullitate, intelligendum eſt in eo ſuperiore, qui non habet limitatam poteſtatem, vt habet Archiepiſcopus, qui ſine appellatione adiri non poteſt, & ſic in ſimilibus: Si enim eam limitatam habeat oportet tunc, cum agitur de nullitate, ſimul appellare, hoc modo, nempe: *Dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt, appello*; alias ſecus, *c. Romana, in princ. de foro compet. lib.6. ita Peruſinus in cap. dilecto, quæſtio.27. de appellat. Felin. & Dec. in dict. cap. in literis*, & ita magis communiter concluditur ſecundum Vantium *vbi ſupra, n.10.*

4 Hoc † tamen ſubintelligendum eſt, vt procedat, quando dicitur ſententia nulla, & ſimpliciter appellatur; ſecus ſi reſeruetur nullitas, tunc enim neque de nullitate ſententiæ, neque ſuper cauſſa principali iuſtitia vel iniuſtitia cauſſæ iudex ſuperior pronuntiare vel cognoſcere poteſt, ſed tãtum pronuntiare, ſuperuacue & fruſtratorie fuiſſe appellatum, vt bene probat alios allegans Alex. *conſ.59. n.8. cum ſequent. lib.4. Dec. in c. dilecto, n.5. de appellat.*

5 Quare † appellans non dicat, *Appello, ſaluo iure nullitatis*, ne ex hoc ſibi obiiciatur reſeruaſſe nullitatem, ſed dicat, *No ꝛaiendo alguno, lo que en ſi es ninguno*: Quamuis & in hunc ſenſum interpretari queant verba illa: *Saluo iure nullitatis*, ſecundum tacitam mentem ea proferentis, nempe vt voluerit intelligere ne per appellationem videatur conſentire nullitati ſẽtẽtiæ vel actorum, vt ſuſtineatur appellatio:

6 Natura † enim dictionis, *Saluo*, eſt modificare & reſtringere præcedentia, *iuxta gl. in l. item Labeo, §. ſed ſi pure, ff. famil. herciſcund. verb. ſi pure, gloſſ. per text. ibi in l. ſi debitor, §.1. ff. quibus modis pignus vel hypothec. ſoluitur*, ſequitur plures allegans Beccius *conſil.74. num.14 lib.1.*

7 Iudex † igitur nullitatis ordinarius ſiue ſuperior, iuxta præcedentem diſtinctionem, non ſolum poterit ſuper nullitate pronuntiare, ſed etiam ſuper cauſſa principali, reformando ſententiam diffinitiuam, & ſic ſuper iuſtitia vel iniuſtitia cauſſæ, vt tenet Bart. *in d. l. ſi expreſſim, n.14. ſequitur Alex. conſ.118. n.4. lib.6.* & hæc eſt communis & magis communis ſententia, ſecundum eundem Alex. *conſ.79. num.2. & 5. lib.2. ſequitur Dec. in d. c. dilecto, n.5 & plures allegans Vantius vbi ſupra num.12. Didac. Perez in l.2. tit.15. lib.5. ordinamen. col.1275. in fine, & in princip. colum. ſeq.*

8 Hæc tamen † licet ita ſe habeant recteque procedant in iudice ordinario, iudex tamen delegatus non poteſt cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ diffinitiuæ, quia per pronuntiationem ipſius extinguitur iuriſdictio delegata, *vt in l. ſi vt proponis, la 1. C. quomodo & quando iudex, iuncta gloſſ. final. ibi*, vbi Bart. Bald. & alij idem probat Innocent. *in dict. cap. in literis, de officio delegat.* vbi ceteri omnes antiqui & moderni, præcipue Felin. *numero primo & ſequentibus, Decius numer.5. Alexand. in dicta leg. iudex poſteaquam, numero 12. tenet Rota in nouis deciſion.341. incip. dubitatur vtrum, Vantius vbi ſupra num.14. Rip. in dict. leg. quod iuſſit, num.63. ff. de re iudic. Tiraquell. & Menoch. vbi ſupra num.21. Ruinus conſil.142. n.1. lib.4.*

9 Quæ ſententia † ſatis probatur *in dict. leg. ſi vt proponis*, ibi enim iudex delegatus protulit ſententiam nullam, die nempe feriato & altera partium abſente non citata, & inquit textus, non immerito præſidem denuo negotium alterius iudicis notioni



terminandum commiſiſſe. Recte igitur conſequitur, iuriſdictionem ipſius delegati, qui ſententiam nullam tulit expiraſſe ob hoc, quandoquidem ideo merito alteri iudici cauſſa committitur; alias enim ipſemet, ſi iuriſdictio ſua delegata non expiraſſet, poſſet de eadem cauſa & ſententiæ nullitate cognoſcere, ſicut ordinarius; ſed cum in delegato per pronuntiationem ſententiæ diffinitiuæ, etiam nullæ, expiret iuriſdictio, merito vt ipſe hoc non poſſet, ſed alia cauſſa committenda ſit; *vt in d. l. ſi vt ponis*, cuius hic eſt communis intellectus, ſecundum Abb. *in dict. cap. in literis, num.4. & ibi Decius numer.5.* quem etiam tenuit Dynus *in regula quod ſemel, de regul. iur. lib.6.* quamuis eius additio *ibi*, & Decius *vbi ſupra* velint contrarium, reſpondendo textui *in dict. l. ſi vt proponis*, nempe, quod prolatio ſententiæ iniuſtæ ibi à delegato facta, fuit iuſta cauſſa, quod alteri cauſſa committeretur, & propter hoc primus iudex non haberet vlterius poteſtatem iudicandi, *l. iudicium ſoluitur, ff. de iudic.* Sed ſi non fuiſſet facta reuocatio, non dicitur ibi quod iterum iudex delegatus non poſſet iudicare. Nihilominus tamen communis intellectus præfatus verus eſt & tenendus, Quandoquidem ſi iuriſdictio delegati non expiraſſet per ſententiam diffinitiuam, etiam nullam, non eſſet opus noua commiſſione, ſi ipſe quidem poſſet iterum de cauſſa cognoſcere: & quamuis hoc expreſſe ibi non caueatur, ſatis tamen innuitur: Quare communis hæc ſententia & differentia inter iudicem ordinarium & delegatum receptiſsima eſt per omnes vtriuſque iuris profeſſores, ac proinde temerarium eſſet aduerſus eam tenere in iudicando & conſulendo.

10 Nec contra † eam obſtat tex. *in d. l. iudex poſteaquam, ff. de re iudic.* dum generaliter loquens, inquit: *Iudex poſteaquam dixit ſententiam, iudex eſſe deſinit, & hoc iure vtimur, vt iudex, qui ſemel vel pluris, vel minoris condemnauit, amplius corrigere ſuam ſententiam non poſſit, ſemel enim, male ſeu bene, functus eſt officio*: videtur enim ex hoc tam in iudice legato, quam in ordinario probare extingui iuriſdictionem ipſius per pronũtiationem ſententiæ diffinitiuæ: Intelligere enim *præd. l.* in iudice delegato, eſſet diuinare, cum neque verbum vnum in ea de delegato habeatur: quare verius eam intelligere videtur Bartol. *ibi num.3.* in iudice ordinario, cum de iudice ſimpliciter loquatur, & ideo de ordinario in dubio, tanquam in potentiori ſignificatu, intelligi debet, iuxta doctrinam Federic. de Senis *conſil.205.* quem ſequitur Corraſ. & Dec. eoſque referens Menoch. *vbi ſupra num.33.*

11 Non obſtat † inquam *dict. l.* in ordinario intellecta, communi reſolutioni ac differentiæ ſupra traditæ, quia ipſa lex non loquitur de ſententia nulliter lata, ſed de æqua vel iniqua, hoc eſt contra ius partis, quem ſenſum verba illius text. ſuadent, illa nempe; *Semel enim male*

12 *ſiue bene, functus eſt officio ſuo*, quia † dictio, *Bene*, idem ſignificat, quod dictio, *Recte*, vt docet Bald. *in l. eos, columna 2. verſ. & nota, quod aduerbium, Bene, C. de appell.* quem ſequitur Iaſon *in l. Stella, n.16. ff. ſi cert. pet. & in leg. iuſte poſſidet, numero 8. ff. de acquirend. poſſeſſion.* Sed dictio, *Recte*, non ſolemnitatem, ſed ius partis oſtendit, *l. non putauit, §. non quæris, ff. de bonorum poſſeſſione contra tabul. l.2. & ibi gloſſ. ff. de inofficioſo teſtamento*, hæc

13 namque differentia eſt inter dictiones: *Rite & Recte, rite* enim ad ſolemnitatem refertur, *recte* vero ad iuſtitiam, vt ſupra *cap. precedenti num.78.* late deduximus. Cum ergo ille textus dicat *male*, intelligitur non *nulliter*, ſed *iniuſte, & ſic contra ius partis latam fuiſſe ſententiam*: Merito ergo ſi ordinarius non ſit amplius iudex, ſententiam ſuam corrigere non valeat, quia cauſſa per appellationem deuoluitur ad ſuperiorem, *leg. eos in principio, C. de appellat.* Præterea conducunt ad hunc ſenſum verba alia eiuſdem *l. iudex, poſteaquam* ea nempe; *Amplius corrigere ſolemnitatem ſuam non poſſit*, quia *corrigere* eſt idem † quod *emendare*: at *emendare* nihil aliud eſt, quam *actum in ſe validum in aliqua parte reſecare, ſubſtantia ipſa permanente*, vt poſt Bartol. docuit 14
Dec. *in l. edita, num.19. & 20. C. de edendo.* Textus igitur ille, cum aſſerendo corrigere non poſſit, præſupponit actum ſui natura validum; & ita eum nouiter & bene intellexit Menoch. *vbi ſupra num.24. & 25.* Non ergo ille textus ſic intellectus nocet receptiſſimæ differentiæ ſupra adductæ; Quandoquidem illa loquitur, quando ſententia eſt nulla: text. vero *in d. l. iudex poſteaquam*, in ſententia valida, iuſta vel iniuſta, quam amplius iudex, etiam ordinarius, corrigere vel emendare non poteſt, addendo vel minuendo.

Ampliatur primo † communis ſententia loquens in 15
delegato, vt procedat etiam in Auditoribus Apoſtolicis ſacri Palatij Rotæ; Hi enim quamuis in cognoſcendo habeant ordinariam poteſtatem, in pronuntiando tamen & definiendo habent delegatam, & ideo ſuas ſententias definitiuas, etiam nulliter prolatas poterunt reuocare neque reformare, ad inſtar delegatorum, provt tenent ipſemet Reuerend. patres domini Auditores *d. deciſ.341. in nouis*, refert & ſequitur Ripa *in d. l. quod iuſſit. n.63. Caſſiodor. deciſ.5. de Reſcript. n.3. Vantius alia adducens, vbi ſupra n.15.* eſtque ſine dubio: & ideo quotidie in Romana curia fiunt commiſſiones & reſcripta, quibus datur illis exercitium iuriſdictionis habito competentis, *vt in deciſ.429. in cauſſa beneficiali, & deciſ. ſequenti, circa finem, in nouis, quas adducit Vantius vbi ſupra.*

Secunda eadem † communis ſententia extenditur, 16
vt procedat etiam quoad ſolam ſententiæ declarationem, quam delegatus ipſe non poteſt facere, ſed ſolus delegans, ex verbis tamen delegati, vt tradunt DD. *in capit. ex part. 4. de verborum ſignificat.* & clare Alciatus *reſponſo 439. in fin.* qui ita reſpondit Senatoribus Mediolanenſibus, qui quoad cauſſas ſibi commiſſas delegati dicuntur, provt refert & ſequitur Menoch. *vbi ſupra, num.26.*

Tertio † ampliatur, vt etiam non poſſit amplius ex 17
noua delegatione de eadem re iudicare iudex delegatus præfatus, *iuxta glo. & Bald. in l.1. de ſententiis ex periculo recitandis, & Felin. in c. ad hæc, col.1. in fi. de appell.* hoc tamen verum eſt & procedit ex noua delegatione inferioris à Principe; ſecus vero ex delegatione ſupremi Principis, qui poteſt delegare cauſſam etiam iudici à quo, *iuxta gl. in eos, C. de appellat. ita Ripa in d. l. quod iuſſit, n.61. ff. de re indicata.*

Quarto & † vltimo ampliari poteſt præfata magis 18
communis ſententia in delegato Principis ad vnã tantum cauſſam. Quod primo probatur ex generalitate *d. l. ſi vt proponis.* Secundo, quia non reperitur iure cautum, aliud ſpecialiter eſſe indultum delegato Principis: Quare hanc ſententiam recte probarunt Bald. *in d. l. ſi vt proponis*, Imol. & Ripa *in dict. l. quod iuſſit, n.61.* vbi teſtatur, eſſe communem ſententiam & veram, quicquid dicat Angel. quam etiam tenet Rota *d. deciſione 341.* ſequitur Felin. *in dict. c. in literis, num.1. & ibi Dec. n.5.* *teſtatur communem: ſequitur Felin. in d. cap. qualiter & quando, num.49 de accuſat. Marant. de ordine iudiciorum 4. part. 5. diſtinction. n.47. Alex. in rubrica, n.5. & ſequentibus, ff. de officio eius, cui mand. eſt iuriſdictio, vbi eam latiſſime probat, & Lanfranc. in c. quoniam contra, in parte. Interlocutoria, n.54. cum ſeqq. de probat. glo. & Alex. in d. l. iudex poſteaquam, n.12. Fel. in cap. cum ceſſante, n.1. de appellat. deciſio Capella Tholoſanæ 38. & ibi Aufrerius*, eſt communis ſecundum Boer. *q.6. n.6.* & magis communis ſecundum Menoch. *vbi ſupr. num.28.* alios allegantem.

19 Sed contra † hanc ampliationem facit,quia delegatus à Principe, ordinario æquiparatur,ac proinde delegare alteri poteſt,ſicut ordinarius,l.à iudice,de iudic.& ibi DD.c.poſtoralis,in princ.de officio deleg. cum ſimil.& eſt maior ordinario in cauſſa ſibi commiſſa:cap.ſane,de
20 officio delegat. Nec † obſtat d. l.ſi vt proponis, quia ipſa loquitur in delegato inferioris à principe, vt patet ibi, Non immerito præſes denuo negotium terminandum com-
21 miſit:Dictio † enim, Denuo,cauſſam iam ſemel commiſſam fuiſſe inſinuat : quia idem eſt,quod dictio, Iterum, gloſſ.in l.1.C.de aduocat.diuerſ.iudic. & in l.cum prior, C.de diſtractione pignorum,& ſic à præſide, non à Principe fuit ibi cauſſa primo commiſſa Nec dictio Denuo, ad verbum terminandum inferri oportet, vt ſit ſenſus, præſidem commiſiſſe negotium iterum terminandum, quod Princeps ſemel prius commiſerat : Hoc namque
22 ſtare non poteſt:Quia † poſtquam ſemel cauſſa coram Principe tractari cœpit, illius manus non egreditur, ſicque in ea inferior intromittere ſe non poteſt,niſi ex Principis commiſſione,c.vt noſtrum, de appell. c.ſtuduiſti,c.licet,de officio delegat. Dec. conſil.137. Iaſon conſil. 9.& 20.in fine,lib.4.Alciat.reſponſo.410.n.1.Albanus conſil.78.num.1.Menoch.vbi ſupra num.30.qui ita poſt Bellon.quem refert,reſpondet ad leg.ſi vt proponis.Non obſtat etiam, quod non reperiatur in iure cautum, vt delegatus à Principe poſſit cognoſcere de nullitate ſententiæ diffinitiuæ, quia imo hoc argumentum poteſt retorqueri, quia non reperitur iure cautum, quod ſit functus officio ſuo; Quo fit,vt hanc ſententiam aduerſus communem præcedentem ſequatur Angel. in l. iudex poſteaquam, circa fin.ff.de re iudic. quem ſequitur Dec.in d.c. in litteris, n.5.& Bellon.lib.3. ſupputat.iur. c.18. & eam eſſe, æquam & maiori benignitate fulciri affirmat.Boër.d.q.6.n.6.qui n.1. cum ſeqq. refert plura arreſta ſecundum eam lata,quem refert & cum eo tranſit Vantius vbi ſupr.n.14.in fin. & eſſe veriorem eam ſequutus teſtatur Menoch. vbi ſupr.n.30. Sed nihilominus magis communis ſententia eſt in contrariū, vt vidimus quæ eſt tenenda,tanquam verior & communior, & ſatis probatur ex regula cōmuni,generali atq; ex ipſius mente,quæ habet, vt delegatus non poſſit cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ, quia exſpirauit ſua iuriſd.Eadē namq; ratio militat in hac ſpecie,in delegato à Principe ad vnam tantum cauſſam, quæ in alio delegato ab inferiore;In vtroq; ſiquidem extinguitur iuriſdictio delegata per prolationem ſententiæ:Differentiæ
23 enim nulla ratio aſſignari poteſt, præterquam † quoad exequutionem ſuæ ſententiæ infra annum in delegato à Papa:vt in c.querenti, de offic.deleg. non vero ad eam impugnandam vel retractādam, ſecundum Paul.Caſtr. ita intelligentem d.c.querenti,in l.aduerſus,n.1.C.ſi aduerſus ſententiam,cum vterq; ſit iudex particularis vnius tātum cauſſæ,& ideo merito amplius in ea ſe intromit-
24 tere non poteſt:Si enim † eſſet delegatus ad vniuerſitatem cauſarum,tunc rectè id facere poſſet,vt notant Aufrerius & Marant. vbi ſupra. Quinimo & delegatus ab alio, quam à Principe ad vniuerſitatem cauſarum, id poterit,vt infra dicemus. Neq; quod delegatus à Principe, ſicut ordinarius ſubdelegare poſſit, nobis obeſt in propoſito; Id ſiquidem eſt à iure expreſſum, non vero ob id,idem in noſtra ſpecie inferri poteſt, cum ſit diuerſa, in qua non reperitur expreſſum, quod Angel. & ſequaces volunt, ſed potius contrarium ſimpliciter & in genere. Et quamuis in caſu dict.l.ſi vt proponis,fateamur, delegatum illum fuiſſe à præſide, non vero à Principe conſtitutum, nihilominus tamen communis ſententia indiſtinctè loquitur & habet, vt delegatus non poſſit cognoſcere de nullitate ſententiæ diffinitiuæ ex defectu iuriſdictionis, quæ per prolationem ſententiæ fuit exſtincta. Denique magis communis ſententia ex eo verior redditur atq; contraria excludi debet, quod Auditores Rotæ, quamuis in cognoſcendo habeant poteſtatem ordinariam, quia tamen in diffiniendo habent delegatam; non poſſunt reuocare ſuas ſententias diffinitiuas, etiam nulliter prolatas, vt prædiximus, in prima ampliatione,Et tamen ſunt delegati à Principe:Ergo à fortiori nec alij delegati.

Primo, communis † præfata ſententia, quæ habet, 25
quod delegatus non poſſit cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ, fallit in delegato ad vniuerſitatem cauſſarū; Is enim cum non deſinat eſſe iudex, quod vniuerſas cauſſas, quæ contingunt ſuboriri, merito vt remaneat iudex in cauſſa nullitatis ſi poſtea proponatur. Hinc eſt,quod talis delegatus † æquiparatur ordinario, ſecun- 26
dum gl.verb.delegatus,in fin.in c.cauſſam,de appell. nam vtriuſque iuriſdictio vniuerſalis eſt,& iſte delegatus poteſt ſubdelegare, ſicut ordinarius. Bart. & communiter DD.in dict.l.à iudice,C.de iud.& in terminis ita tenent Angel.Imol.& moderni in d.l.quod iuſſit,Bald.& Salyc. in d.l.ſi vt proponis.Innoc.Ant.de Butr.Abb.& Felin.in d.c.qualiter & quando,de accuſat.n.40.idem Fel. in d.c. in literis,n.1.& Rip.in d.l.quod iuſſit,n.64.& Menoch. vbi ſupra n.31.tametſi Imol. in d.l. iudex poſteaquam, dicat hanc opinionem non tranſire ſine dubio, & contra communem quibuſdam fundamentis nititur tenere dec. d.num.5. ſed nihilominus communis eſt tenenda, quam plures allegans ſequitur etiam Vantius vbi ſupra, in tit. coram quo nullitas, n. 17. ex ea † inferens, quod 27
Camerarius Auditor generalis ipſius Cameræ Apoſtolicæ,vrbis Gubernator,Vicarius,Senatus,Mareſcalus & Auditor contradictarum, qui in Romana curia pro ordinariis iudicibus reputantur, ex quo ſunt ad vniuerſitatem cauſſarum delegati ad inſtar ordinariorum ipſorum ſententias nullas reuocare & ex integro pronuntiare poterunt in cauſſis, quas ipſi tanquam ordinarij, ac virtute generalis illorum delegationis & facultatis cognoſcunt;ſecus ſi ex ſpeciali reſcripto commiſſio alicuius cauſſæ illius demandaretur,quia ſtante huiuſmodi ſpeciali reſcripto, illa prima generalis commiſſio ceſſare videtur.

Secundo † limitatur communis ſententia prior in 28
delegato, qui iudicauit contra formam mandati : Is etenim iudicare iterum poteſt, cum data iuriſdictio conſumpta non fuerit, vt in c.cum dilecta,de reſcrip.ſicut in arbitro dicitur in l.quid tamen,in princip.ff.de arbitr.ita tenent omnes DD. qui ſupra, & teſtatur communem plures allegans Felin. n.1.& Dec. in d.c.in litteris,n.6. idem Fel.in d.c.qualiter & quando,n.41.cum ſequentib. & Rip.vbi ſupra, n.66.& Menoch.n.27.ſequitur etiam plurimos referens Mexia in l.Regia Toleti de los terminos,in vltimæ pacis concluſione n.1.& 39.fol.198.in fi.& fol.ſequ. & ita eſt tenendum, quamuis contrarium teneant Ioan. Andr. Anton. & Calderin. in d.c.qualiter, Anchar.in Clem.1.de re indicat, Imol.& Dec. in d.cap. in literis,n.6. vbi dicit,quod probabilis videtur opinio: Eius tamen fundamentis reſpondet Rip. vbi ſupra, ad num.66. vbi alia ratione mouetur contra communem, nempe,quod † delegatus iudicans contra formam mā- 29
dati,abutitur poteſtate; Ergo ſua poteſtas debet magis finiri per abuſum,quam per ſimplicem vſum:argumento c.priuilegia,de priuileg. Sed huic obiectioni reſpondeo, quod ipſi delegato nullum damnum vel lucrum ſequitur, ſeu priuilegium verſatur in eo,quod dicatur functus officio ſuo,ſed tantum partibus:Ergo ceſſat regula d.c.priuilegia.

Tertio eadem † communis regula; Quod delegatus 30
non poſſit cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ diffinitiuæ,limitatur ab aliquibus Doctoribus in delegato, qui nulliter iudicauit per errorem facti;Is enim poterit de nullitate ſententiæ cognoſcere atq;eam reuocare:ita Innocent.



Innocent. in c.1.de re iudic.arg.l.error.ff.de iuris & facti ignor.vbi loquitur in iudice delegato exſequutore dato ad conferendum beneficium vni, quando vacabit, qui illud contulit cuidam,qui putabatur mortuus, cum reuera viueret,& inquit, quod poterit iterū conferre,exſiſtēte vera vacatione beneficij, quia fuit error facti:Eandem limitationem tenet Bartol. in d.l. iudex poſteaquam,& ibi Alex.n.15.& Paul.de Caſtr. in l. cum quærebatur. eod.tit.Petrus de Anchar.in d.Clem.1.de re iudicat.& Tira.in d.l.boues,§ hoc ſermone,limitat.1.n.41. ff.de verb.ſign.Menoch.vbi ſup.n.32.& alij,nempe Dec. in d.c.in literis, n.9.

Hæc tamen limitatio in terminis noſtræ regulæ cōmunis non eſt vera, ac proinde tenendum eſt contrarium in ſpecie ipſius.Primo per text.in d.l.ſi vt proponis,quia ibi iudex credebat,illum eſſe verum contumacem,qui non erat cōtumax,& nihilominus ibi probatur,quod iudex functus eſt officio ſuo, & ideo ibi notat Bald.illum text.contra Innocen.in d.c.1.de re indic.
31 Secūdo † per text in l.dicere,in fin.cum duob.ſeqq.ff.d.arbit.vbi probatur,quod arbiter,poſtquā laudauit, functus eſt officio ſuo,ſiue bene ſiue male,etiamſi pronū-
32 tiauit per errorem:ſed † arbitria redacta ſunt ad inſtar iudiciorum,vt in l.1.ff.de arbitr.Ergo,&c. & ita in hac limitatione contra Innoc.vbi ſup.tenent Hoſtienſ.Ant. & Abb in d.c.1.de re indic. Imol.in d. l. iudex poſteaquam,n.6.in verſ.fallit etiā quarto,Bald. & Salyc.in d.l. ſi vt proponis,per illum text.Felin in d.c.in literis,n.2.& in d.c.qualiter & quādo,n.45.Rip.in d.l.iudex poſteaquā,
33 n.65.& ita eſt tenendū.Et † pleriq;ex ſupradict.ſaluant exemplum ſup.relatū ex Innoc in d.c.1.de re indic.nempe in delegato,dato ad conferendum beneficium,qui ſi nulliter conferat,non ob hoc impeditur,quin ipſe iterum poſſit conferre,ſi primo nulliter contulit,quia hic eſt exſequutor,nō vero delegatus,& quia Princeps videtur mandaſſe prouiſionem effectualem: & beneficia Principum debent interpretari benigne,& ideo in hoc caſu dictum Innoc.approbant Dd.communiter,ſecundum Alex.in d.l.iudex poſteaquam,n.15.ff de re iudic.& Fel.vbi ſup.& ſequitur plures referens Mexia vbi ſupra n.48.Sed aliæ limitationes ad vtrāq; regulā tam iudicis ordinarij,quam delegati, aſſignantur per DD. vbi ſup.apud quos poſſunt videri.Nunc autē ſufficiant ſu-
34 pra examinatæ. Reliquum † eſt, vt veniamus ad examinationem quæſtionis non triuialis,nec in locis ordinariis præd. ab vllo ſcribētium,quod viderim, tactæ, ſuperiorib. tamen nimis concinnæ ac in praxi contingentis,prout à me exiſtente aſſeſſore cuiuſdam negotij Apoſtolici fuit iam aduocatis cauſæ in dubiū reuocatū, an iudex delegatus poſſit reſtitutionem in integrum concedere aduerſus ſuam ſententiam diffinitiuam,conſtituto de læſione minoris, Eccleſiæ,Reipublicæ vel alterius communitatis gaudere debentis prędict. reſtitutionis beneficio, nec ne?
35 Et † primo pars affirmatiua deciſa videtur per text. in l.in fi.C.vbi & apud quem cognitio in integrum reſtit. tanda ſit,circa fin. vbi probatur,reſtitutionē concedere poſſe,qui,vel certæ adminiſtrationis,cui & iuriſdictio adhæret,præpoſiti ſunt,vel ab his fuerint dati,& multo magis delegati à Principe, ſiue hoc ſpecialiter eis fuerit mandatū,vel ſi generaliter dati ſint iudices,vel in aliis ſpeciebus inciderit quædā quæſt.reſtitutionis Secundo per text.in c.querenti,de offic.deleg. vbi iuriſdict. delegati à Principe non finitur per diffinitiuam. Tertio ex l.16.†tit.11.part.3.in verſic mas ſi algū juyzio, vbi minor læſus per ſententiam,poteſt à iudice petere reſtitutionē contra eam : quod & iure communi probat Ant.Gom.in tit.de reſtit.minorum,num.5. licet non aperiat,corā quo iudice petenda ſit ea reſtitutio,neq; quis eam cōcedere valeat.Quarto,& magis accedēdo ad noſtram quæſtionem, per text.in l.fin. tit.25 part.3. aſſerentem: Delante aquel iuzgador que dio el juyzio cōtra los menores,o delāte ſu maioral pueda ſer fecha demāda,que ſe deſate por manera de reſtitutiō,&c.& in terminis hanc ſententiam probauit ex d.c.querenti,Raphael in l.aduerſus,C.ſi aduerſus rem indic.&c.& ante eum gl. in l.minor autem,§.idem Imperator, verſic.non fiet,ff.de min.& ibi Bart.& alij, eſt communis ſententia, vt plures citans teſtatur Sfortia Oddo in tract. de reſtitut. in integr.1.parte,q.32.art.18.n.139.verſ.in contrarium.

His tamen † non obſtantibus, contraria ſententia 37
eſt omnino tenenda,imo quod delegatus etiam à Principe ad vnam cauſam (puta ſuper fundo, decimis vel alia re) non poſſit reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiam diffinitiuam concedere,niſi ſpecialiter ſibi eſſet commiſſum, aduerſus tamen interlocutoriam nō habentem vim diffinitiuæ,& ſic incidenter; benę poſſit,licet ſibi non ſit commiſſum. Primò,quia lata ſententia,delegati officium eſt finitum,vt in d.l.iudex poſteaquam,ff de re iudicat. Igitur vt priuatus nihil debet poſſe:quamuis lex illa,vt vidimus, in iudice ordinario loquatur, & abſque remedio reſtitutionis, ideo non multum aſtringit in propoſito. Secundo ex dict.l.ſi vt proponis,C.quomodo & quand.iudex,quia ſi lata ſententia nulla, iudex delegatus amplius non cognoſcit, vt ibi,à fortiori vel multo minus,non cognoſcet, vbi eſt valida : & hoc fundamentum ſatis vrget. Tertio,† ne 38
ambulemus per mendicata ſuffragia, per text.expreſſum in dict.l.aduerſus,in fin.C.ſi aduerſus rem indic.ibi, Nam aduerſus eius ſententiā,qui vice Principis cognouit, ſolus Princeps reſtituet.Idem probat l. minor autem, §. idem imperator, ff. de minor. cuius verba ſunt hæc: Idem Imperator Licinnio Frontoni reſcripſit,inſolitū eſſe, poſt ſententiam,vice ſua appellatione dictam,in integrum reſtitutionē tribuere, niſi ſolum Principem & poſtea,Sed etſi ab Imperatore iudex datus cognoſcat : reſtitutio ab alio,niſi à Principe,qui iudicem deſtinauit,non fiet:Si ſolus Princeps poteſt hoc caſu reſtitutionem cōcedere: Ergo ab eo delegatus nec alius adiri minime poterit. Perperā igitur ibi Accurſius & contra verba l.expreſſa addit: Itē ipſe,ſcilicet delegatus : Quod ſi hoc ita ſtatutum eſt in delegato à Principe,vt reſtitutionem aduerſus ſuam ſententiam concedere minime poſſit, ſed ſolus Princeps, idem erit à fortiori dicendum in ceteris delegatis inferiorum à Principe, vt late cū Bellamera probat Sfortia vbi ſupra ad articul. 18. per totum, & prius articul.6.

Ex quibus iuribus,tanquam in hoc expreſſis, hanc ſententiam ſecundam aduerſus priorem probarunt vtrobique DD.& præcipuè Bart.in d.l.aduerſus, & ibi eius additio,& ibi etiam Bald.n.2.Paul.Caſtr.1.Sal.n.2. dicens eſſe communem:ſequitur Abb. in c. cauſſa reſtitutionis,n.7.de in integrum reſtit.idē Bart.in l.1. in fin.ff. de quæſt. & quod delegatus poſſit concedere reſtitutionem in integrum incidenter, Marant. de ord.iud. §. pars.princip. n. 36. quam ſententiam & diſtinctionem magis communem, plures allegans & eam ſequutus, teſtatur Sfortia vbi ſupra in verſ.pro concordia:& poſtea n.141.limitat illud de interlocutoria,quando ea abſorberet totam cauſam,ſecund. Alberic. & Ancharan. quos refert.

Non obſtant † modo adducta in contrarium,& non 39
quidem primum, hoc eſt, d.l.fin.C.vbi & apud quem, quia procedit in reſtitutione petita coram iudice delegato aduerſus ſuam ſententiam interlocutoriā, quam concedere poteſt,ſi non habeat vim diffinitiuæ; alias ſecus:Dicta vero l.aduerſus,cum ſimilib.in ſententia diffinitiua iudicis delegati,quia aduerſus eā is reſtitutionem in integrū concedere non poteſt,ſed ſolum Princeps,niſi ſibi ſpecialiter id committatur : vt in dd. ll. ita

tenent ibidem Bartol.& cæteri communiter Dd.Idem Paul.Caſtr.*in d.l.fin.n.1.verſic.3.*poteſt intelligi,vbi illud de reſtitutione,quæ incidenter petitur, exemplificat aduerſus lapſum termini, vt minor poſſit probare: ſecus ſi principaliter petatur reſtitutio, ſpecialiter mandetur,vel ſit delegatus ad vniuerſitatem cauſſarū eſtque recepta & vera reſolutio, per quam prædictæ omnes leges reducuntur ad concordiam.

40 Non obſtat † ſecundum,id eſt.*c.quærenti,de offic.delegati*,vbi iuriſdictio iudicis delegati à Principe, durat poſt ſentētiam intra annum:Nam illud procedit quoad exſequutionem ipſius ſententiæ, non vero quoad deſtructionem:ita Paul.Caſtr.*in d.l.aduerſus n.5.*

Tertium,hoc eſt,*d.l.16 tit.11.part.3* nihil contr.nos probat,quia non agitur ibi,coram quo iudice petenda ſit in integrū & reſtitutio,nec quis concedere eā debet.

Quartum *d.l.fin tit.25.part.3.* intelligi debet de ordinario, de quo l.illa agit, non vero de delegato Remanet igitur ſupradicta communis reſolutio ſatis defenſata,quæ eſt vera & tenenda in iudicādo & conſulēdo.Nec obſtat ſi dicatur,prout mihi reſponſum fuit ab vno ex aduocatis d. cauſæ, ſtylum contrariū induxiſſe hoc caſu,vt idem iudex delegatus cōcedere poſſit reſtitutionem in integrū aduerſus ſuam ſententiā diffinitiuam ſicut ipſe teſtabatur ſe ſæpe vidiſſe: Nam reſpondeo primo,hoc nos non credere;& præterea errore introductum eſſe atq; proinde nihil præſtare,*vt in l. quod non ratione,cum ſimil ff.de legib.*& nō quod ſit, ſed quod fieri debet,ſeruandum eſt, vt in brocardico iuris habetur:Cum enim aduocatus ille ad hoc non aduertiſſet, & captus reperiretur, quærebat aſylum ſtyli contrarij & non fuit admiſſus.

## SVMMARIVM.

1 *Præceptum diuinum de non occidendo,ſeipſum occidendentem comprehendit.*

2 *Occidens ſeipſum, in Eccleſia ſepeliendus non eſt.*

3 *Occidens ſeipſum,cum pſalmis ſepeliendus non eſt,ſed in canina ſepultura.*

4 *Occidens ſeipſum, in flumine eſt proyciendus.*

5 *Occidens ſeipſum, ſecundum Platonis ſententiam in ſolitaria eſt ſepeliendus ſepultura, vbi alias nemo condatur, & in his locis, quæ de duodecim partibus vltima deſerta, nec ei ſtatua nec inſcriptione ſepulchrum notetur.*

6 *Quamuis publice non liceat pro ſe occidente orare, priuatim tamen licet pro eo,qui creditur in vltimo vitæ ſpiritu criminis dolorem & contritionem pœnitentia ductum habuiſſe.*

7 *Ob id inter alia hoc crimen periculoſiſſimum eſt, quia non reſtat tempus, vt pœnitentia expietur.*

8 *An, cum conſtat de pœnitentiam in articulo mortis eius, qui ſeipſum occidit, ſit ſepeliendus in Eccleſiaſtica ſepultura.*

9 *Decidens in torneamentis iure Canonico prohibitis, non eſt ſepeliendus in Eccleſiaſtica ſepultura, etiamſi Sacramento Pœnitētiæ & Communionis munitus deceſſerit.*

10 *Occidens ſeipſum, ad hoc, vt Eccleſiaſtica carere debeat ſepultura, ante omnia conſtare debet de hac qualitate, quod ſeipſum occiderit.*

11 *In dubio licet aliquis reperiatur mortuus, non eſt præſumendum ſeipſum occidiſſe, cum nemo immemor ſuæ ſalutis præſumatur.*

12 *Occidens ſeipſum quocunque modo, cauſa aut tempore, carere debet Eccleſiaſtica ſepultura.*

13 *Inuentus laqueo ſuſpenſus, præſumitur ſe occidiſſe, & ſufficit ad hoc,vt Eccleſiaſtica carere debeat ſupultura,vel ſi aliis violentis & in dubitatis indiciis arguatur ſui propriȷ occiſio,niſi aliquibus probis coniecturis ea excludi poſſint:ſecus alias, quamuis reperiatur mortuus, per prædicta.*

14 *Si coniecturis aliquot præſumi poteſt, aliquem furore aut mentis alienatione ſeipſum occidiſſe,Eccleſiaſtica tunc gaudebit ſepultura,quamuis laqueo ſuſpenſus inueniatur.*

15 *Rupertus mortuus in puteo vel fonte,non eſt priuādus Eccleſiaſtica ſepultura,quia nō præſumitur ſeipſum præcipitaſſe,caſu enim potuit ibi decidere.Idē dicēdum eſt in reperto in amne vel fluuio ſuffocato,etiam veſtito,vt in n.16.Idem in reperto in via vel in alio loco,mortuo,vel ex feneſtra proiecto ,vt in num.17.*

18 *Seipſum occidens,quomodo & quando quibuſq; pœnis puniatur iure ciuili,& n.19.Idē eſſe in his, qui propter hereſin vincti ſeipſos in carcere occiderunt.*

20 *Si quis ſe puteum præcipitauerit & mortuus fuerit,nō debēt eius bona confiſcari,niſi appareat,quod id fecerit conſcientia criminis ,vt hic.*

21 *Vbi quis nō eſſet accuſatus,inquiſitus vel deprehenſus de aliquo crimine,ſi reperiatur mortuus,eius bona nō publicātur,ſi ipſius hæredes parati ſint eius defenſionem ſuſcipere atq; innocentiā probare,niſi à fiſco contrarium probetur, ſcilicet ſeipſum occidiſſe, præterquam ſi tunc tēporis occiſus patiebatur dolorem,furorem vel aliam iracundiam,&c.*

22 *Cadauer eius,qui ſeipſum occidit, furca ſuſpendi non debet.*

23 *Inteſtabiles quando fiant hi,qui ſeipſos occiderunt.*

24 *Condemnatus ad mortem,ſeruus pœna exiſtimatur,ac proinde inteſtabilis:quod hodie ceſſat,attenta leg.4. Taur.vt in n.25.*

25 Titulus ff. & C. de bonis eorum,qui mortem ſibi conſciuerunt,*non eſt hodie correctus per auth.* bona damnatorum,C.de bonis proſcriptor.

26 *Titulus de bonis eorum,qui mortem ſibi conſciuerunt, procedit in vtraque morte, ciuili nempe & naturali, quæ erat imponenda accuſato vel inquiſito pro delicto, ſi probaretur.*

27 *Diſpoſitio* d. auth. bona damnatorum, C. de bonis proſcript. *non habet locum in eo, qui damnatur ad mortem ciuilem, & ſic remanet viuus, nam tunc bona publicantur.*

28 L.4.Taur. *concedit damnato ad mortem ciuilem vel naturalem factionem teſtamenti,non vero tollit confiſcationem bonorum à lege inductam in eo,qui ſe interficit: vel limitatur in hoc,qui ſe interficit, antequam damnetur ad mortem.*

29 Leg.24.tit.1.p.7.*ibi.* Deue morir por ende, *& ibi:* Prender muerte,*ad vtramq; mortem, tam ciuilem quam naturalem referri poteſt.*

30 *Volens ſeipſum occidere, ſed occurſu hominum, vel alias non ſe occidit, an puniatur pœna capitis.*

31 *Pœna extra ordinaria præd.caſu imponenda eſt, non vero ordinaria, ſecundum praxin Hiſpaniæ, nempe aliquando flagellorum, aliquando vero exilij.*

32. *Pœna eius qui ſe occidit, de qua in iure communi,*& in l.24.tit.1 p.7.*iuncta* l.2. tit.27. p.7. *an procedat etiam hodie, ſtante* l.8.tit.23. De los homicidios, l.8.nouæ coll. Regiæ, *vel per hanc l. ſit correcta, & n. ſequent.*

33 *Stantibus hæredibus deſcendentibus, eius qui ſe occidit,quocumque modo, cauſa vel tempore ſe occidat, bona ipſius ad fiſcum minime pertinent, ſed ad ſuos hæredes deſcendentes.*

## CAPVT III.

### *De his qui mortem ſibi conſciuere.*

IVs Diuinum † violentas manus ſibi mortifere inferentes morte æterna plectit,præceptum enim illud, 1 *Non occides*, & ſe ipſum occidentem comprehendit, quemadmodum Diuus Auguſtin. *lib. 1. de ciuitate, Dei,c.18.* (quod continetur *cap.ſi non licet,23. q.5.*) ſcriptum reliquit,& tradunt D.Th.*2.2.queſt.64.art.5.* Domin.Sot.*lib.5.de iuſt.& iur.quæſt.1.art.5.*& alij plures,vt conſtat ex Andræa Alciat.*lib.4.parergon.iur.c.4. ad fin.*& *lib.6.c.27.*& latè Tiraq.*de nobilit.c.31. n.560. cum ſeq.* D.Couar.*lib.2. var.reſol. cap.2.n.8.& 9.* Petr. Placa *de delict. lib.1. cap.23, num.1. 2. & 8.* Et hæc eſt receptiſſima Theologorum ſententia, vt conſtat ex ſupradictis,& præterea teſtatur in ſpecie Menoch.*l.2. de arbitr.iudic.centur.3. caſu 284.n.38.* Ius Pontificium idem omnino damnat,vt *in cap.diſplicet.verſic.noli ergo.iam dicere,23. q.3.* & *in cap.ſi non licet*, & *in cap.tu dixiſti*,& *cap.non eſt nouum*,& *cap.placuit,23.q.5.*

2 Quinimò † iure Canonico ſeipſum occidens,in Eccleſia ſepeliendus non eſt, vt *in d. cap. placuit*, cuius verba ſunt hæc:*Placuit, vt iis, qui ſibi ipſis voluntariè, aut per ferrū,aut per venenū,aut per ſuſpendium,vel quolibet modo inferunt mortem,nulla prorſus pro illis in oblatione cōmemoratio fiat, neque cum Pſalmis ad ſepulturā eorum cadauera deducantur:multi enim ſibi hoc per ignorantiam vſurpant.* Quem text.ſingularē cenſet Ludou. Roman.*ſing.264.*ad hoc nempe,quod occidens ſeipsū, debeat carere Eccleſiaſtica ſepultura,& probauit Sylueſt.*in ſum.verbo,ſepultura, q.9.* Bart. *de different. iur. ciuil. & canonic.num.47.* Nauar. *in cap.1.tit.4.de pœnit. diſtinct.7.*Palat.Rub.*in rubr.de donat. inter vir.& vxor. §.70.n.7.*Placa *vbi ſuprà,n.14.*D.Couar.*lib.2. var.reſol. cap.1.num.11.verſic.illud profecto*, D.Simanc.*de catholic.inſtit.tit.28. num.31.* Ludou.Carrer, *in pract.crimin. §.homicidium, num.54. pag.201.* & Franciſ.de March. *q.876.n.6.p.2.*Did.Perez alios allegās *in l.9.tit.13.lib.8. ordin.gloſſ.mag.pag.266.*& Menoch. *vbi ſupra, num.36.* Nec refragantur verba illa text.à contrario ſenſu ſumpta; *Neque cum Pſalmis ad ſepulturam,&c.* Ergo ſine Pſalmis bene poſſunt in Eccleſia ſepeliri,vt *in c. qui-*

3 *cunque,23. q.8.* Hoc † nāque de ſepultura Eccleſiaſtica verum non eſt; Quandoquidem cum Pſalmis prædictæ perſonæ ſe occidentes non ſpeliuntur, ſed tantum de canina,vt ibidem notat gloſſ.*in vel ad ſepulturam,& in d.c.quicunque verbo,ſepultura, ad fin.* notant DD.ex text.ibi *in l.1.§.ad beſtias ff.de his qui notant.infam.*& Palat.Rub.*vbi ſupr.* vbi quod tales,in deteſtationē criminis,ad montana & loca horribilia deferun-

4 tur,DD.*in c.ex parte,el 2.de ſepul.*Et † quod huiuſmodi ſe occidens in flumine ſit proiiciēdus,quia cum iniuriam fecerit Reipublicæ ſe occidendo,ab eius territorio arcendus eſt,teſtatur Did. Perez *vbi ſup.*dicens, quod ita communiter fit & obſeruatur in Hiſpania:& quod ſe conſulto occidens,carere debeat Eccleſiaſtica ſepultura, probat expreſſe text.*in d.cap.ex parte el.2. de ſepultur.* ibi: *Cum illa non ſponte præcipitauerit ſe de ponte, ſed caſu ceciderit*: Ergo à contrario ſenſu, ſi ſe ſponte præcipitaſſet,careret Eccleſiaſtica ſepultura.

Sed apud Ægeſippum *l.3.de excidio Hieroſolymitano, c.17.*Ioſephus, dux,quidam Iudæorum, aſſerit, legibus prohibitam eſſe ſepulturam iuſtiſſima ratione iis,qui ſeipſos occiderint,vt refert D. Cou. *d.n.11.col.*

5 *fin.* Quinimo † & ante ius Canonicum in huius criminis reos eadem pœna ſancita erat,vt conſtat ex ſententia Platonis *lib.9.de legib.*dicentis:Qui ſibi mortem conſciuerit,ei ſepultura fiat ſolitaria, vbi alius nemo cōdatur:deinde in his locis ſepeliatur,quæ de duodecim partibus vltima deſerta;nec ei ſtatuta nec conſcriptione ſepulcrum notetur.

6 Nunc † autem deciſio text.*in d.cap.placuit*,venit primo limitanda, vt quamuis non publice, priuatim tamen liceat pro eo orare,qui mortem ſibi conſciuit,eo ſcilicet, qui creditur in vltimo vitæ ſpiritu criminis doctorem & contritionem pœnitentia ductū habuiſſe, ſicuti Paludanus explicat *in 4.ſentent.diſt.20.q.1.col.1.* quod veluti quotidianum & raro deciſum memorabile dicit D.Nauar. *in c.1.n.4. de pœnit.diſt.2.* ſequitur Couar.*d.lib.2.c.1.n.15.verſ.illud profecto*, & Petr.Placa *vbi ſuprà, n.14.* Sed † ob id inter alia hoc crimen pe- 7
riculoſiſſimum eſt, quia non reſtat tempus, vt pœnitentia expietur,vt explicat D.Thom. *vbi ſuprà,d.q.64. art.5.in ſolut.ad 3.*& ante eum Origenes *in comment.in Iob.c.2.* Lactant.*lib.3.diuin inſt.c.18.* Auguſt. *in epiſt. ad Paul.* provt eos refert Petr. Placa *vbi ſuprà.*

Sed † an hoc caſu; *Nempe cum conſtat de pœnitentia* 8
*in articulo mortis eius,qui ſe ipſum occidit,ſit ſepeliendus in Eccleſiaſtica ſepultura?* Quæſtionis eſt, in qua Abb. *in cap. cum ad Monaſterium, num.15. de ſtatu regular.* ex gloſſ. ibi,*verbo,in ſterquilinio,ibi,de pœnitente*, deducit, quod ſi quis decedat ex facinoroſo actu, ſi tamen in vltimo vitæ, ſeu puncto mortis oſtendat contritionem,non debet priuari ſepultura;hócque adduci poſſe affirmat pro illis, qui ſe ipſos mortaliter vulnerant; Nam ſi eos pœnitet in puncto mortis,non priuabuntur ſepultura:quem refert & ſequitur Greg. Lopez *in l.10. tit.13. part.1. in gloſſ. Robadores.* Sed contra hanc ſententiam Abb.obſtant primo iura ſuperius adducta, quæ indiſtinctè prohibent ſe ipſum occidentem in Eccleſiaſtica ſepeliri ſepultura. Secundò, contrarium manifeſtiſſimè deducitur ex ſententia Paludan. & Nauar. *vbi ſuprà.* Si enim priuatim tantum licet orare pro huiuſmodi delinquente pœnitente, non vero publicè: Ergo publica, hoc eſt, Eccleſiaſtica ſepultura gaudere non debet, vt ipſimet præſupponunt,& conſtat ex *d.cap.placuit*, ibi: *Nulla prorſus pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum Pſalmis ad ſepulturam eorum cadauera deducantur*: Nam eſt ibi text.quod ille, pro quo publicè non oratur, vt eſt huiuſmodi, quamuis pœnitens, caret Eccleſiaſtica ſepultura. Denique & tertio, quia, quod occideus ſe ipſum careat Eccleſiaſtica ſepultura,eſt pœna exterior ſui reatus,vt alij eo exemplo moti à ſimilibus delictis arceantur,vt conſtat ex dictis iuribus:† at hæc pœna non ſolet per 9
confeſſionem & ſacram communionem tolli, ſicut videmus in decedente in torneamentis à iure Canonico prohibitis,vt *in c.1.& 2.de torneament.* & *in l.10. tit.13.part.1.* diximus *ſuprà, lib.1.canon.queſt.cap.7.n.3.* Ex quibus hanc partem contra priorem exiſtimo veriorem & tenendam in puncto iuris, quamuis opinio Abb. contraria humanior æquiórque ſit, ac conſanguineis defuncti iucundior atque ſolatior.

Secundò † deciſio *d.cap.placuit*, & *d.cap.ex parte, de* 10
*ſepultur.*intelligi debet,vt procedat,quoties conſtiterit aliquem ſe occidiſſe; Hæc enim qualitas ante omnia probari debet ad infligendam prædictam pœnam,cum in ea fundent iura,arg. *l.eius qui in Prouincia,verſ.quoniam,ff.ſi cert.pet.* & *in l.ſi ſeruum, §.fin ff.de act.empt.*& *in l.Pomponius,§.fin.ff.de acquir.poſſeſſ.* & *in l.non ignorat,C.qui accuſ.non poſſ.* tradit Ant.Gom.*in 3.tom.c.1.de delict.n.44. & de capt. reor. n.1.* & plures allegans Dec. *conſ.12.n.14.lib.1.*Quare † in dubio,licet aliquis repe- 11
riatur mortuus (cum nemo immemor ſuæ ſalutis præſumatur) ſeipſum occidiſſe non eſt præſumendum,niſi hoc probetur; vt tenet Azo *in ſumm. C. de bonis eorum, qui mortem ſibi conſciuer.*Dec.*conſ.438.n.2.*& alios allegans Placa *d.cap.23. n.9. verſ. in dubio.*

Quocunque † autem modo aut cauſa, temporeve 12
quis ſponte occiderit,carere debet Eccleſiaſtica ſepultura,vt *in d.cap.placuit*,& *in d.cap.ex parte*,debet tamen de hoc conſtare Eccleſiæ,vt prædiximus,& in terminis traditur per text. ibi, *in cap.à nobis, de ſententia excommunicationis*, tenet Palac. Rub. *in repetit.in rubr. de donat.inter vir. & vxor.§.70.num.7. in verſ.ex quo infertur,*

Iaſ. *in l.1.n.6.C.de ſeruis fugitiuis*, & *in l.2.n.4. C.qui te-
ſtament.facere poſſ.* Placa *vbi ſuprà,n.14.in fin.* & Didac.
13 Perez etiam *vbi ſuprà,pag.266.col.2.* Sufficiet † tamen
meo iudicio, ſi quis inueniatur laqueo ſuſpenſus, vel ſi
aliis violentis & indubitatis indiciis arguatur ſui pro-
prij occiſio, niſi aliquibus probis coniecturis ea ex-
cludi poſſit; ſecus alias, quamuis reperiatur mortuus,
*per prædicta.*

14 Ex † quibus infertur primò, quod ſi coniecturis ali-
quot præſumi queat, cum furore aut mentis alienatio-
ne ſeipſum occidiſſe, Eccleſiaſtica tūc gaudebit ſepul-
tura, quamuis laqueo ſuſpenſus inueniatur: Ita tenet
Ioan. Gallus *in queſt. Parlamenti 117.* quem refert & ſe-
quitur D. Couar. *lib.2.var.reſol.c.1.n.11.* & Petr. Placa
*vbi ſupra,n.10. & 14. in fin.* vbi in eandem ſententiam
citant Guilielm. Benedict. *in c. Raynutius. verbo, mortuo
itaque teſtatore, el 1.n.3.de teſtam.* & Plac. Rub. *vbi ſuprà,
n.6. & 7.* tenet Didac. Perez *in d.l.19.tit.19.lib.8.ord.
pag.371. col.1.* vbi etiam allegat Guilielm. Benedict.
*vbi ſuprà,n.tamen 41.verſ.fallit,&c.* & probatur reſpectu
aliarum pœnarum, de quibus infra agemus *in l.1.* & *in
l.fin. verſ. ſi quis autem, ff.de bonis eorum, &c.* & *in l.2.
C.qui teſtam.facere poſſ.* & *in l.24.tit.1.p.7. in verſ. Eſſo
miſmo deue ſer guardado &c.* & *in l.1.tit.27.part.7.*

15 Secundò † infertur ex prædictis, quod repertus mor-
tuus in puteo vel fonte, non erit priuandus Eccleſiaſti-
ca ſepultura, quia non præſumitur ſe ipſum præcipi-
taſſe, vt in hac ſpecie probauit Marian. Soc. Iun. *conſ.51.
lib.1.* quem refert & ſequitur D. Couar. *vbi ſuprà*, Dec.
*conſ.438.in princ.ante n.1.* Placa *d.c.23.n.15.* Menoch.
*vbi ſuprà,n.36.* Didac. Perez *vbi ſuprà*, neminem refe-
rens, *in verſ.quid autem eſſet*: caſu enim potuit ibi de-
cidere, arg. *d.c.ex parte, el 2.* vel ab alio eiici. Quare
cum non probet hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſ-
ſe, vt *in l.non ob hoc, C.vnde cognat.* & *in l.neque natales,
cum ſimil.C.de prob.* in dubio non delictum, nec in peio-
rem partem, ſed in meliorē præſumendū eſt, arg. *l.me-
rito.ff.pro ſocio,* & *c. dudum,de præſumpt.* Alc. *in tr.de præ-
ſumpt.3.reg.præſumpt.2.& 3.* ne dicamus, hūc carere Ec-
cleſiaſtica ſepultura: quod homini Chriſtiano grauiſſi-
16 mū eſt, & ita in praxi obſeruauimus. Quare † idem exi-
ſtimo eſſe dicendū in reperto in amne vel in fluuio, ſuf-
focato, etiā veſtito, potuit enim ibi caſu cadere, provt
ſæpè contingit, præmaximè, vbi fluuius inter rupes de-
fluit, crepidinibúſque eſt ſociatus, quod potius præſu-
mendū eſt, quā quod ibi cōſulto præcipitatus fuerit, &
præcipuè, ſi tempore natationis nudus ſuffocatus in-
17 ueniatur. Idem † in reperto in via vel alio loco, mortuo
vel ex feneſtra proiecto, vt exemplificat Didac. Perez
*vbi ſuprà*, exiſtimās quod, qui contendat illum, ſe præ-
cipitaſſe, cum id ſit fundamentū ſuæ intentionis, pro-
bare teneatur, *l.verius.l.ab ea parte.ff.de probat.* nec bo-
na eius ſunt publicanda, ſecundùm Marian. Socin. *vbi
ſuprà.* Tandem addit bonam *l.111.de ſtylo*, probantem,
quod carcerarius deferens Regi incarceratum, aſſerens
illum ſe proieciſſe in fluuium atque mortuum fuiſſe,
tenetur id probare, alias pro illa morte tenebitur.

18 Sed † & iura Cæſarea ſe occidentē puniunt, in hunc
ſane modum: *Quod ſi quis commiſerit aliquod delictum,
ex quo veniebat imponenda pœna mortis & confiſcationis
bonorum, & poſtquam reus in eo fuerit deprehenſus vel ac-
cuſatus, & metu pœnæ ſe ipſum interficiat, habetur pro con-
feſſo bonaque ipſius confiſcātur, ac ſi per ſententiam diffini-
tiuam illo tempore fuiſſet condemnatus*: Si tamen, ante-
quam accuſetur vel in crimine deprehendatur, ſe in-
terficiat, non habetur pro confeſſo, nec incurrit pœ-
nam cōfiſcationis bonorum, nec etiamſi delictum erat
tale, ex quo non veniebant bona confiſcanda, quia
tunc non habetur pro confeſſo nec bona eius confi-
ſcatur, quocunque tempore ſe interfecerit: Si vero
quis ſe interficiat tædio vitæ vel impatientia doloris,
vel quauis alia cauſa, non confiſcātur ipſius bona nec
pars eorum, ſed ea habebit hæres ex teſtamento vel ab
inteſtato: ita probat text. *in l.3. §.ſi quis autem.ff.de bo-
nis eorum,&c.* text. *in §.1. verſic. ergo eadem lege, ſi quis
filio exhæredato, §.eius ff.de iniuſto rupto,&c.* & alia plu-
ra iura allegata per Ant. Gomez *3.tom.variar. cap.3.de
homicid. num. 13.* vbi ita diſtinguit atque reſoluit
materiam hanc, & Couar. alios allegans *d.lib.2.variar.
reſol.c.2. n.11. ad fin.* Et primum membrum ſupradi-
ctum approbat *in l.24.tit.1.p.7.* vbi in priori caſu re-
quiritur, quod lis ſit cōteſtata ſuper accuſatione, & ibi
late Gregor. Lopez. Secundum verò membrum præ-
dictæ diſtinctionis probatur *in lib.2.tit. 27.p.7.* vbi
etiam Gregor. & Petrus Placa late *vbi ſupra, n.9. cum
ſeq.* Paul. Pariſ. *conſil.155 vol.4.* Didac. Perez plura re-
quiſita cumulās *in d.l.19.tit.19.lib.8.ordinem, pag.370.
cum ſeq.* & hæc eſt communis reſolutio, vt teſtatur Iul.
Clar. *in pract.crimin.§.fin.q.68. in verſic. ſe ipſum occi-
dere,* ibi: *regulariter tamen.* Idem † eſt in his, qui pro- 19
pter hæreſin victi ſe ipſos in carcere occidunt, cre-
dendi ſunt enim conſcientia criminis mortē ſibi con-
ſciuiſſe, niſi forte aliud hæredes eorum oſtendere po-
tuerint, quibus nihil probantibus, illi punientur, per-
inde ac ſi illorum hæreſis fuiſſet plene probata: ita te-
net Pal. Rub. *vbi ſupr.in rubr.§.70.n.7.* & plene probat
D. Simanc. *de inſtit.cathol tit.18. n.51.* poſt. Gonſal. *de
heret q.22.* ſequitur Petrus Placa *vbi ſuprà,n.17.*

Ex † qua communi reſolutione primo infertur, 20
quod ſi quis ſe in puteum præcipitauerit & mortuus
fuerit, non debent eius bona confiſcari, niſi appareat,
quod id fecerit conſcientia criminis, provt in caſu, in
quo conſuluit Dec. *conſ.438.* & Pariſ. *d.conſil.155.lib.4.*
& Corn. *conſ.195.lib.2.* quos ſequitur Iulius Clarus
*vbi ſupra.*

Secundo † deducitur, quod vbi quis non eſſet ac- 21
cuſatus, inquiſitus vel deprehenſus de aliquo crimine,
ſi reperiatur mortuus, eius bona minime publicabun-
tur, ſi ipſius hæredes parati ſint eius defenſionem ſu-
ſcipere atque innocentiam probare, niſi a fiſco huiuſ-
modi delictum probetur, ſcilicet ſe ipſum occidiſſe, vt
*in l.fin.§ fin ff.de bonis eorum, qui ante ſententiam mortē
ſibi conſciuer.* præterquam ſi tunc temporis occiſus pa-
tiebatur dolorem, furorem vel aliam iracundiam, quia
tunc in mitiorem partem propter illam cauſam, &
non quod ob conſcientiam criminis ſe interfecerit,
præſumendum & interpretandum eſt, vt *in l.2.C.de bo-
nis eorum, qui mortem ſibi conſciuer.l.præſes, cum ſimil ff.
de pœn.* ita Abb. poſt Iacob. de Rau. & Petr. *in l.2.C.qui
teſtam. facere poſſunt*, & Salyc. *in l.1.C.de bonis eorum,
&c.* Bart. *in d.l.fin.§.fin.* Greg. Lop. *in l.24.in gloſſ.de la
pœna, tit.1.part.7.* Anton. Gom. *in 3.tom.cap.3.de homi-
cid.n.13.* Petr. Placa *vbi ſupr. n.9.10.& 17.*

Tertio † infertur, quod licet ſecundum conſuetudi- 22
nem, ſe interficiens ex quacunque cauſa, debeat furca
ſuſpendi, vt refert Anton. Gomez *vbi ſupr.* & Iodoc. *in
ſua pract.criminal.cap.88.n.6.* & iure idem probari vi-
detur *in l.1.C.qui teſtament. facere poſſunt, & ibid.* Ro-
man. & Ia. *n.21.* & Lodouic. Carrer. *in pract. crimin.§.
homicidium,n.223.pag. 24.* verius tamen & receptius
iure eſt contrarium, imo quod cadauer hoc caſu non
puniatur, vt probat Anton. Gomez *vbi ſup.* & latius
plures allegans Petr. Placa *vbi ſup.n.13. in verſic. illud
profectò præmittendum.* Quinimo, nec hoc conſuetudi-
ne obſeruatur, ſecundum Iulium Clar. *vbi ſup.* & nos
nunquam id vidimus, ſed in campo, eremo vel ſterqui-
linio cadauer huiuſmodi ſepelitur, prout debent ſepe-
liri, & ſic aſinorum more, beſtiis, auibus ſiue piſcibus
commendandi ſunt, ſecundum Didac Perez *vbi ſupr.
pag.266.col.2.*

Quarto



23 Quarto † infertur, quod in caſu primi membri
communis reſolutionis præfatæ, nempe, cum quis poſt
accuſationem de aliquo crimine, pro quo veniebat im-
ponenda pœna mortis & confiſcationis bonorum, lite-
que in eo conteſtata, vel poſtquam in eo fuit deprehen-
ſus, ſeipſum occidat, cum ex hoc habeatur pro confeſſo,
bonaque ipſius confiſcentur, efficietur inteſtabilis, eiuſ-
que teſtamentum irritabitur, *vt in l.2.& ibi DD. C. qui
teſtam.facere poſſ.D.Simanc.vbi ſupra,* ac proinde teſta-
mentum ab eo conditum nullum erit, *l. eius qui, §.fin.
ff.de bonis eorum.* Cum enim ſe occidendo, crimen fateri
videatur, *vt eſt prædictum*, ex confeſſione habetur pro
24 condemnato. Condemnatus † autem ſeruus pœnæ exi-
ſtimatur, ac proinde inteſtabilis, *vt in d.l.2.& ibi Bart.
& in l.fin.ff.de bon.eorum,* Alexand. & communiter DD.
*in d.l.2.* late Guiliel. Benedict. *vbi ſupra,in verbo,mortuo
itaque teſtatore,in 1.num.48* vbi teſtatur hanc eſſe com-
munem opinionem. Petr. Placa *vbi ſupra, num.16.* &
Iul Clar. *etiam vbi ſupra.*

Quod hodie ceſſat, attenta *l.4. Tauri*, vt tenet pro
conſtituto Gregor. Lopez *in d.l.24.in gloſſ.para el Rey.*
25 vbi † etiam late pluribus probat, hodie iure Regio *tit.
ff.& C.de bonis eorum, qui mortem ſibi conſciuer.* & pœ-
nam ſupradictam non eſſe correctam *per authent. bona
damnatorum,C.de bon.proſcript.* iuxta opinionem Iacob.
de Rauen. quæ eſt hodie iure Regio approbata aduer-
ſus communem opinionem Doctorum aliud exiſti-
mantium de iure communi: eandem ſententiam Gre-
gor. Lopez in omnibus ſupradictis probauit Placa *vbi
ſupra,num.9.*

26 Quinto † infertur ex ſuperioribus, idem in eadem
ſpecie procedere, non tantum, quando mors natura-
lis imponenda erat pro illo delicto, pro quo erat accu-
ſatus vel inquiſitus, vel in eo repertus, ſi probaretur, ſed
etiamſi mors ciuilis tantum, quia adhuc ſi ſe occidat,
bona ipſius erunt publicanda fiſco: In vtraque enim
morte procedit tit. ille *de bonis eorum,&c.* vt probat text.
*in d.l.fin.in verſic. vt autem diuus, ff.de bonis eorum,&c.*
27 præmaxime, † quia diſpoſitio *d auth.bona damnatorum,*
non habet locum in eo, qui damnatur ad mortem ciui-
lem, & ſic remanet viuus, nam tunc bona publicantur,
vt notatur *in d.auth.* & præterea tradit Paul. Caſtr. *in d.
l.2.in fin.num.8.C.qui teſtam.facere poſſ.*

28 Nec † obſtat *l.4. Tauri*, dum in ea cauetur, quod
damnatus ad mortem ciuilem vel naturalem, poſſit
teſtari, quia loquitur reſpectu tantum teſtamenti, vt
poſſit diſponere, non vero tollit confiſcationem bono-
rum à lege inductam in eo, qui ſe interficit: vel ſecun-
do, quod limitetur *d. l.4. Tauri*, in eo qui ſe interficit,
antequam damnetur ad mortem ciuilem vel naturalem,
& quia ſi iſte ſe non occidiſſet, per ſententiam bona eius
publicarentur: ita voluit, quamuis relinquens cogitan-
dum, Gregor. Lopez *in d.l.24. in gloſſ.prender muerte,
per tot.* diſcedens à contraria ſententia, quam ex verbis
*d.l.in gloſſ.præcedenti, in verbo, ſus bienes*, tenuerat: ſed
quam probamus, ſequitur etiam Petrus Placa *vbi ſupra,*
29 *num.11.* Nec † obſtant verba *d.l.24.* ibi, *Deue morir por
ende,* & ibi, *Prender muerte*, quia ad vtramque mortem,
tam ciuilem, quam naturalem, referri poſſunt & debent,
iuxta iuris communis diſpoſitionem, de qua *in d.l.fin.
§.vt autem diuus*, vbi mors naturalis & ciuilis æquipa-
rantur in propoſito. Quo fit, vt ſi conſtaret, ſe ipſum
occidentem, morte tantum ciuili afficiendum fuiſſe,
eius bona confiſcanda erunt, nec ad heredes eius perti-
nebunt, ac ſi morte naturali puniendus eſſet, bonis
confiſcatis ob crimen, pro quo captus erat, ſi probatum
fuiſſet, non obſtantibus ſupra in contrarium adductis,
quibus plene ſatisfecimus.

30 Sexto † deducitur, quod quamuis de ſtricto iuris ri-
gore volens ſe ipſum occidere in prædicta ſpecie primi
membri communis præfatæ reſolutionis, & occurſu
hominum vel alias ſe non occidit, puniatur pœna capi-
tis, *vt in l.ſi quis aliud, §.fin.ff.de pœn.* & ideo punitur
perinde, ac ſi delictum conſummaſſet, vt probant Cyn.
Alberic. Fulgoſ. Paul. & Iaſ. *in d.l.2.num.5.C.qui teſta-
menta facere poſſunt*, *Anton. Gomez vbi ſupra,num.14.*
& eſt frequentiori DD. calculo recepta opinio, ſecun-
dum Petrum Placa *vbi ſupra,num.18.& Iul.Clar.etiam
vbi ſupra,* nihilominus tamen, ſtante generali conſuetu-
dine, quod conatus non puniatur, niſi ſequatur effectus,
vt dixit idem Iul. Clar. *in pract. crimin. §.fin. quæſt 92.*
forte contrarium eſſet dicendum in practica, prout
etiam in facti contingentia concluſiſſe teſtatur Ludoui-
cum Carrerium *in pract.crimin.§.homicidium,num.127.
fol.230.* in quodam ſe ſuſpendere volente, qui tamen
concurſu hominum viuus euaſit, & ita pronuntiatum
fuiſſe in Reg. Neapolitano Concilio. Erit † igitur pœ- 31
na extraordinaria hoc caſu imponenda, non vero ordi-
naria, vt ſæpè conſuluiſſe teſtatur & practicari vidiſſe
Petrus Placa *vbi ſupra,num.19.* dicens, quod in Hiſpa-
nia praxis id obſeruat ac vſu receptum eſt, & quando-
que etiam fuſtium pœna ac flagellorum huius criminis
eos puniendos eſſe ex *l.3.§.fin autem, ff.de bonis eorum,
qui mortem ſibi conſciuer.& in l.ſi quis.§.fin.ff.de pœn.* &
ante eum, quod pœna arbitraria ſint puniendi, tenuit
D. Anton. Gomez *vbi ſupra, num.14. allegans Bonifac.
in tract.de maleſic.fol.7.in verſic.ſed quidam,eſt in tit.de
inſultu,percuſſione,defenſione & qui excuſantur à delicto,
num.14.fol.212. col.mihi 1.* & inquit idem Anton. Go-
mez hunc caſum vidiſſe de facto Salmanticæ, & quod
tandem iudex huiuſmodi delinquentem condemnauit
in pœnam exilij, & iterum in alia perſona aliter iudex
condemnauit eum in pœnā flagellorum: pro quo facit
*l.ſi quis aliquid, §.fin.ff.de pœnis, & in l.omne delictum,
§.qui ſe vulnerauerit.ff.de re milit.* & dicit menti tenen-
dum, tanquam notabile & quotidianum.

Supereſt modo videre, an prædicta bimembris di-
ſtinctio iure communi & *lib. 24.tit. 1.part.7. iuncta l.2.
tit.27. eadem 7.part.* probata circa confiſcationem bo-
norum illius, qui ſe occidit in primo caſu, nempe, † 32
quando deprehenſus in crimine, accuſatus vel inquiſi-
tus, pro quo alias veniebat imponenda pœna mortis &
confiſcationis bonorum, lite demum conteſtata ſuper
eo, ob conſcientiam criminis ſe occidit: ſecus vero
alias, vel quando tædio vitæ, impatientia doloris aliave
cauſſa ſe interemit, quia tunc bona ipſius non publi-
cantur, ſed ad heredes occiſi & ex teſtamento, & ab in-
teſtato pertineant: hodie iure nouiori Regio procedat,
vel an ſit correcta, ſtāte *l.8.tit.23. De los homicidos,lib.8.
Noua Collect.Reg.* qua ita cauetur: *Todo hombre o mu-
ger que ſe matare a ſi miſmo, pierda todos ſus bienes y ſean
para nueſtra Camera, no teniendo herederos deſcendientes.*

In primis illud abſque dubio eſt, quod ſtantibus he-
redibus deſcendentibus eius, qui ſe occidit, quocunque
modo, cauſſa vel tempore, † ſe occidat, bona ipſius ad 33
fiſcum minimè pertinent, ſed ad ſuos heredes deſcen-
dentes, vt expreſsè cauetur *in d.l.8.* Quod procedit, ſiue
teneamus, legem illam præcedentem diſtinctionem non
corrigere, ſed tantum loqui eſſeque intelligendam in
caſu priori, nempe *d. l.24. tit.1. part. 7.* cum ipſa hoc
temperet, *No teniendo herederos deſcendientes:* Ipſis ergo
ſtantibus, bona non confiſcantur, à contrario ſenſu,
quod argumentum fortiſſimū eſt in iure: ſiue teneamus,
quod attenta illa *l.8.* indiſtinctè hodie bona ſe occiden-
tis confiſcentur, cum adhuc ipſa hoc intelligat, *No te-
niendo herederos deſcendientes*, ergo *teniendo los*, bona
nō confiſcantur, ſed ipſis applicātur, niſi aliter ſit diſpo-
ſitum per legem expreſſam ratione delicti, *ex l.4.Tauri,*
vbi optimè Ciſuen. *num.3.ita Did. Perez in d.l.ordin.gl.
mag.pag.266.* Quod autē adhuc ſub iudice eſt atque in
opinione

opinione verſatur, illud profecto eſt, quod prædiximus, *in d.l.2. Noua Collect. Reg. intelligenda ſit iuxta diſtinctionem præcedentem iuris communis & legum Partitarum, an vero indiſtinctè accipienda ſit, vt in omni caſu bona ſe occidentis ad fiſcum Regium pertineant, deficientibus heredibus deſcendentibus?* In qua quæſtione hanc poſteriorem partem probauit ex profeſſo Anton. Gomez *vbi ſupra, num.13. in fin.* dicens, quod hodie de iure Regio indiſtinctè ille, qui ſe interficit, modo tædio vitæ, vel impatientia, vel dolore, modo metu pœnæ delicti commiſſi, modo ex qualibet alia cauſſa, & quocunque tempore, incurrit pœnam cōfiſcationis omnium bonorum, preterquam ſi habeat filios vel alios deſcendentes, vt diſponit *l.9. tit.13. lib.8. ordinam. & l.19. tit. fin. eod. lib.* quæ hodie collectæ ſunt *in d.l.8. Noua Collect. Regiæ*, eandem ſententiam tenere videtur Olanus *in ſua concordan. lit. O. n.14. & expreſſius in ſuo epilogo legum Partitar. correct. ad fin. d. concord. ſuper d.l.24. tit.1. part.7. num.125.* Et huius opinionis fundamentum vnicum eſt, nempe verba *d. l. 8.* quæ generaliter hoc diſponunt abſque vlla diſtinctione vt vidimus: Ergo nec nos diſtinguere debemus, *iuxta iura vulgaria.* Item, quia pœna hæc imponitur pro ipſo delicto occiſionis propriæ, quod vtroque caſu reperitur commiſſum.

Verior tamen & tenenda videtur contraria opinio, nempe, quod *d.l.8. Reg. poſterior* intelligenda ac diſtinguenda ſit iuxta diſtinctionem communem iuris communis & legum Partitarum præfatam, vt euitetur legum correctio, *cap. cum expediat, de elect. in 6. cum ſimilib. argum. l. non eſt nouum, & l. ſed & poſteriores, ff. de legib.* quod primus omnium in terminis videtur ſequutus Montaluus *in l.1. tit.27. part.7. in final. verb.* dicens, quod licet *d. l. ordinamenti*, indiſtinctè teneat, quod occidens ſeipſum, perdat omnia bona, niſi habeat heredes deſcendentes, aliqui tamen credunt, habere locum cum diſtinctione ſupra allegata, & ſic cum hac ſententia remanere videtur: Eandem etiam ſequi videtur, relinquens tamen cogitandum, D. Couarr. *lib.1. variarum reſolutionum, cap.2. num.11. circa fin.* ſed ex profeſſo eam affirmat Auendaño *in ſuo dictionar. legum Partitar. in verbo, deſperado, in 2. limitat. & ſub dubio Petrus Placa d. cap.13. num.9. ſed affirmatiuè, num.11. in verſic. quibus & illud, ibi, atque ideo præcitata, & cum verbo, forte,* Gregor. Lopez *in l.2. gloſſ. vnic. tit.27. partit.7.* reſoluens videndam eſſe *d. l. ordinamenti, in originali*, vbi fortè colligetur, an voluerit corrigere leges antiquas in hoc, vel eis addere: ſed in noua collectione Regia, cui eſt ſtandum, litera *d.l.* ſe habet, prout eam retuli, ex qua, cum generaliter & indiſtinctè loquatur, ſicut in ordinamento veteri, colligi perſpicuè non poteſt, an voluerit corrigere in hoc iura antiqua, vel eis addere: In dubio autem malo adhærere huic ſententiæ, quam priori, cum *d.l.8.* expreſsè iura antiqua non corrigat, ſed generaliter loquatur: Ergo in dubio non eſt inducenda eorum correctio, vt eſt de iure, *per l. ſancimus, C. de teſtament. & in l. præcipimus, C. de appellat. & in d. cap. cum expediat,* & hanc partem ſine dubio probauit etiam Did. Perez *in d.l.2. ordin. gloſſ.1. pag.166.* aduerſus aliquos practicos, exiſtimantes *per d.l.* corrigi *l. fin. C. de iure fiſci, & d.l.24. Partitar. cum ſimilibus.*

## SVMMARIA.

1 *Ebrietas omnium vitiorum fomes ac nutrix eſt.*
2 *Multum & immoderatum bibere, multorum malorum cauſſa eſt.*
3 *Noe inebriatus vino denudatus eſt, &c.*
4 *Loth etiam inebriatus inceſtum cum filiabus commiſit.*
5 *Dominus ad Aaron dixit:* Vinum, & omne quod inebriare poteſt, non bibetis, *&c. Leuit.10.*
6 *Amnon in conuiuio Abſalon temulentus vino, eo quod violaſſet Thamar ſororem ſuam, occiſus fuit.*
7 *Holofernes bibit multum vinum, & Iudith eum interfecit.*
8 *Ptolemæus conuiuium fecit Summo Sacerdoti ac duobus filiis eius, & cum ebriati eſſent occidit eos.*
9 *Operarius ebrioſus non locupletabitur, & qui ſpernit modica, paulatim decidet.*
10 *Vinum & mulier apoſtatare faciunt ſapientes.*
11 *Fornicarij, neque idolis ſeruientes, nec molles, nec maſculorum concubitores, nec adulteri, neque ebrioſi Regnum Dei poſsidebunt.*
12 *In huius criminis deteſtationem Apoſtolus ad Epheſ.5. inquit:* Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.
13 *Luxurioſa res eſt vinum, & tumultuoſa ebrietas.*
14 *Commorantibus in vino, & ſtudentibus calicibus epotandis, rixa, fouea & ſine cauſſa vulnera & ſuffoſſio oculorum.*
15 *Sanitas eſt animæ & corporis ſobrius potus, & vinum multum potatum, irritationem & iram & ruinas multas facit.*
16 *Nabal Carmelus erat vir durus, peſſimus & malitioſus, & in conuiuio cor eius iucundum, quia erat ebrius nimis.*
17 *Vinum cupiditatem Veneris in primis accendere poteſt, ſecundum Philoſophum, & qui vino indulgent, ſunt ad Venerem proniores.*
18 *Potus maximè noxius eſt corpori & animæ: vir inebriatus vacillat.*
*Num.6. præceptum erat, vt* quicunque votum fecerit Domino, à vino abſtineat, *num.18.*
19 *Vinum non moderatè ſumptum detegit arcana, ſoletque manus ad arma vocare.*
20 *De ebrietate plura alia remiſsiuè.*
21 *L.3. tit.5. partit.1. pulchra verba de ebrietate agentia referuntur.*
22 *Fœminæ ſunt huic bibacitatis vitio ex more & ſexus natura admodum obnoxiæ.*
23 *Beatus Apoſtolus Paulus mulieres ſobrias eſſe præcipit, & ne anus multo vino ſeruiat.*
24 *Nihil eſt turpius ebrioſa muliere, & num.25. ſacrilegium eſſe, vtpote deteſtabile in fœmina.*
26 *Mulier ebrioſa, ira magna & contumelia: & turpitudo eius minimè tegetur.*
27 *Lex antiquitus lata fuit ac vſu receptum apud pleroſque populos, vt vini vſus eſſet interdictus fœminis.*
28 *Reipublicæ maximè hoc conuenit, vt fœminæ abſtemiæ ſint, ſiquidem omnis mulier vinolenta, eadem quoque & meretrix eſt.*
29 *Mulieres ſua ingluuie, voracitate, bibacitate, victus intemperantia ſunt podagræ obnoxiæ.*
30 *Ebrietas voluntaria, an peccatum mortale ſit, vel veniale? & num. ſeqq.*
31 *Inebriatus non totaliter, quia ſcit quid facit, licet ſit valde grauatus, quia ſibi videtur, quod domus mouetur, an peccet mortaliter.*
32 *Vinum moderatè potatum, plurimas corporis præſtat vtilitates.*
33 *Vinum moderatè potatum, exultatio animæ & corporis: & ſobrius potus ſanitas eſt animæ & corporis.*
34 *Vinum ſi malum eſſet ex ſua natura, Saluator noſter non vertiſſet aquam in vinum, neque initium ſignorum illius fuiſſet vinum ex aqua factum: nec ſi non liceret bibere vinum, idem Dominus præcepiſſet miniſtrantibus in conuiuio nuptiarum, vt ferrent vinum Architriclino.*
35 *Chriſtus Saluator noſter cœnans cum diſcipulis accepit calicem, & gratias agens, vinum in ſanguinem ſuum conuertit, deditque illis, &c.*

36 Damna



36 *Damnata eſt hæreſis Seueri docentis, non licere vllo pacto bibere vinum.*
37 *Vina de per ſe ſunt excellentiora omnibus aliis rebus habentibus liquorem.*
38 *Vinorum probatorum qualitates.*
39 *Vina Balnenſia meliora omnibus aliis totius orbis, ſecundum Chaſſaneum.*
40 *Vina oppidi de Robledillo y Deſ argamaria, Ciuitatenſ. diœceſ. y de Sanmartin de Valdigeſias, y de Ribadauia, in Hiſpania excellentiſſima reputantur.*
41 *Vina ſpiſſa non adeo proſunt morbis, ſicut ſubtilia: & ſicut ſubtile vinum multos ſpiritus procreat atque ſubtiles, ita groſſum groſſos.*
42 *Vinum Palmeum ſiue album, eſt melioris ſaporis & odoris, quam cetera vina.*
43 *Vina mixta ſi vetera ſint atque ſubtilia, tempore caloris ad cœnam indulgentiora plerunque reputantur.*
44 *Exhortatio ad ſobrietatem.*
45 *Sobrietas virtus valetudinem noſtram conſeruat, corporis, animæque ſenſus ad vltimum vſque vitæ noſtræ finem perducit integros atque incolumes.*
46 *Qui vino ciboque ſe immergunt, ſtolidi, ignaui, obtuſique fiunt, raroque longæui ſunt, facile ægrotant, difficiliter curantur à corporis viribus, animæque virtute quam primum deſtituuntur, fiuntque deliri & omnibus contemptui ludibrioque ſunt, adeo vt neceſſarij ac familiares omnes eis interitum optent.*
47 *Cibi omnes potusque vitandi, qui vltra ſitim famemve ſedandam appetitum longius producunt.*
48 *Clerici in conuiuiis debent ſe oſtendere honeſtos, ſobrios in cibo & potu & verbis, & num.49. quod honeſtati ita debent ſtudere, vt nec fabulas inanes ibi referant.*
50 *Clerici in conuiuiis non debent alios ad bibendum cogere, vel ſe aliena precatione ingurgitare, neque plauſus & riſus & fabulas inanes ibi referre.*
51 *Eccleſiaſticos oportet viros in conuerſationibus ſacrorum Euangeliorum lectionem audire.*
52 *Clericos adeo in potu ſobrios eſſe oportet, vt vltra trinam vicem bibere non debeant: & clericus hoc non ſeruans, peccat: ſed num.55. hoc intelligitur, quando appetitus naturalis vltra non exigit.*
53 *Clerici à crapula & ebrietate diligenter abſtineant, vnde vinum ſibi temperent, & ſe vino: & alia in propoſito.*
54 *Crapula dicitur, quantum ad ſuperfluitatem ciborum, quaſi cruda epula; ebrietas vero quantum ad potum, & dicitur ab eo, quod eſt ſine & bria, quod eſt menſura: vnde ebrius eſt, qui ſine menſura bibit.*
55 *Clerici debent vinum aqua temperare.*
56 *Clericus bibens vinum purum, peccat mortaliter, niſi ex cauſſa aliud faceret, quia vinum eſt minus potens.*
57 *Clerici in conuiuiis non debent alios inuitare ad bibendum, hoc eſt, brindar.*
58 *Clerici in conuiuiis non debent ſe obligare ad æquales potus, hoc namque maximè pernicioſum eſt, vt hic.*
59 *Pœna Concilij Agathenſis contra clericos ebrios.*
60 *Miles armatæ militiæ propter ebrietatem deponi poteſt ab omni malitia.*
61 *Pœna dicti Concilij Agathenſis, ſic fuerunt diſiunctiue deſcripta, vt diſcretus index, quem huic vitio deditum animaduerterit, & quod à communicatione priuetur, parui pendere, corporali potius ſupplicio caſtiget.*
62 *Hodie* per decretal. à crapula, de vita & honeſt. cleric. *alia mitior pœna clericis ebriis iubetur imponi, nempe, vt niſi à ſuperiori commoniti ſatisfecerint, ab officio & beneficio ſuſpendantur arbitrio ſuperioris.*
63 *Diſtinctio Cardinalis & aliorum in propoſito, potius conuenit Concilio Agathenſi, de quo ſupra, quam diſpoſitioni* d. cap. à crapula.
64 *Clericus non debet priuari beneficio, nec etiam ſuſpendi propter crapulam vel ebrietatem, ſi vult agere pœnitentiam.*
65 *Monitio Prælati præcedere debet pœnam* d. cap. à crapula, *ac reincidentiæ in crimine ebrietatis poſt monitionem, &c.*
66 *Clericis eſt prohibitum ingredi tabernas, niſi peregrinationis vel itineris neceſſitate compulſis.*
67 *De pœna clerici ingredientis frequenter tabernam, & num.69. & 70.*
68 *Cap. nulli, 44. diſtinct. intellectus.*
69 *Pœna clerici frequentantis tabernam, eſt arbitraria, conſiderando vt hic, &c.*
70 *Tabernarij ſunt de genere prædonum.*
71 *Hoſpitalitas quæſtuaria, quam cauponariam vocamus, illiberalis ac ſordida admodum eſt.*
72 *Clerici poſſunt habere tabernas, & etiam vendi facere vinum in domo, dummodo per alios id faciant.*
73 *Cap. ſi conſtiterit, de accuſat. intellectus.*
74 *Qui poſt cibum & potum, etiam minimum, diuina celebrauerit, excommunicationi ſubiacet, & Concilium Braccarenſe ſeuerius animaduertens in hoc, eſt rigidum.*
75 *Quare iudex attenta perſona & exceſſus qualitate ac facti publicitate, pœna carceris aut ſuſpenſionis in delinquentem huiuſmodi poterit animaduertere.*
76 *Sacramentum Euchariſtiæ, neceſſitate imminente, nempe mortis periculo, licitè poteſt poſt alios cibos ſumi, non tamen conſecrari.*
77 *Somnus non eſt de ſubſtantia digeſtionis, vt quis dicatur ieiunus, ſed ſatis eſt, quod ſit perfecta digeſtio, ad hoc, vt clericus celebrare poſſit ſine dormitione.*
78 *Pœna eorum, qui per ebrietatem aut voracitatem Euchariſtiam euomunt.*
78 *Inebriari conſuetus minimè poteſt ſacris ordinibus initiari.*
79 *Abſtemius, hoc eſt, vinum non bibens, ad Sacerdotium promouendus non eſt.*
80 *Ebrius homicidium committens, an debeat pœna mortis condemnari? & num.15. ſeq.*
*Delinquere per ebrietatem, lata culpa eſt.*
*Ebrij ſi percuterent, plus punirentur quam ſobrij, quia pluries iniuriantur, ſecundum legem ſtatutam à quodam Pythagorico: & quomodo hoc intelligatur, num.103.*
81 *Ebrius omnino homicidium committens, non punitur pœna ordinaria, ſed mitiori: ſecus ſi ebrietas erat leuis: hodie iure Regio pœna exilij in quinquennium imponetur omnino ebrio pro homicidio, num.87.*
82 *Ebrius non punitur propter culpam criminis ab eo commiſſi, ſed propter ipſius ebrietatis cauſſam.*
83 *Ebrietas modica non excuſat neque minuit delictum, vt in exhilarato ſeu gaudente.*
89 *Inebrians ſe malitioſè, vt excuſaretur à delicto, quod prius deliberauerat committere, pœna ordinaria plectendus eſt, & num.90. Idem in eo, qui poſt ebrietatem gloriatur de delicto.*
91 *Is, qui data opera inebriatur, ſciens ſe ſolitum manus ad arma impellere, homineſque percutere, cum inebriatus eſt, an pœna ordinaria, vel extraordinaria plectendus ſit? Reſoluitur, quod extraordinaria. Limitatur, num.92. quando quis ſe conſulto inebriauit, vt occideret quendam.*
93 *Si aliquis abſque eius culpa, dolo tamē alterius, inebriatus eſſet, & omnino inebriatus homicidiū cōmitteret, non tenebitur aliqua pœna ob prædictū homicidium.*

94 Ebrius

94 *Ebrius, qui durante ebrietate, hominem occidit, an ef-
ficiatur irregularis? cum num. ſeqq.*
95 *Furioſus, etiam ſua culpa, occidendo alterum durante
furore, non efficitur irregularis.*
96 *Dormiens occidens hominem, qui in vigilia valde
iratus erat contra illum, non efficitur irregularis.*
97 *Cauſſa occiſionis ad hoc, vt operetur irregularitatem,
oportet eſſe propinquam & immediatam.*
98 *Homicidio ab ebrio commiſſo, tres actus conſiderantur:
primus, ipſa potio: ſecundus, ebrietas: tertius, ho-
minis occiſio: in primum fertur voluntas directè,
in ſecundum indirectè, & per accidens, in tertium
neque per ſe, neque per accidens.*
99 *Secundum Diuum Ambroſium apud ſapientes iudi-
ces venia datur his, qui per vinum deliquerunt, &
de ſola lenitate illos damnari dicit.*
100 *Cap. inebriauerunt, 15. quæſt. 1. intellectus.*
101 *Quæ non ſunt voluntaria per ſe & ratione ſua, ſed
per accidens ratione ſuæ cauſſæ, non ſumunt illam
bonitatis aut malitiæ dominationem, quæ illis con-
ueniret, ſi eſſent in ſe ipſis voluntaria, ſed illam,
quæ conuenit cauſſæ, in qua dicuntur eſſe volita.*
102 *Furioſus aut ebrius, quamuis ſit ſua culpa vſu ratio-
nis priuatus, non poteſt nouam culpam committe-
re, ſed circumſtantiam, quæ aggrauat ebrietatem
aut furiæ peccatum.*
104 *Inebrians ſe conſulto, vt hominem occideret, ſi ipſum
occidat, eſt irregularis.*
105 *Ebrius ſi conſueuiſſet in ebrietate arma ſumere &
homines offendere, erit irregularis, ſi aliquem occi-
derit.*
106 *Ebrius abſque ſua culpa, ſed dolo alterius, non erit
irregularis, ſi aliquem occiderit.*
107 *Ebrius matrimonium contrahere non poteſt, ſi ebrie-
tas illum conſenſum impediat.*
108 *Furioſus matrimonium contrahere non poteſt, & ſi
de facto contrahatur, erit nullum ob defectum
conſenſus.*
109 *Ebrius teſtis eſſe non poteſt, neque facere teſtamentũ.*
110 *Ebrius contrahere non poteſt, etiam cum iuramento
in ſui præiudicium, & contrahens cum eo, quem
inebriauerat in prædio, ad quod eum inebriauerat,
dolo dicitur contraxiſſe, vt in num. 111.*
112 *Superiora ſunt intelligenda in penitus ebrio, ſecus
alias in parum ebrio.*
113 *Nemo præſumitur ebrius, niſi probetur: probatio ta-
men ebrietatis difficilis eſt, & ideo non creditur teſti
deponenti ſuper ebrietate, niſi aſſignet concluden-
tem rationem, etiam non interrogatus, vt in n. 114.*

## CAPVT IV.

### De ebrietate prohibita, præcipuè clericis, deque eorum pœnis, & de vino plura diſſeruntur.

1 IN † diuinis literis maximè deteſtatum inuenitur
crimen ebrietatis, quia ipſa omnium vitiorum fo-
2 mes ac nutrix eſt, *cap. fin. 35. diſtinct.* Habetur † enim
*Eccleſiaſt. 31.* quod multum & immoderatum vinum
3 bibere, multorum malorum cauſſa eſt. Noe † ſiquidem
inebriatus vino, denudatus eſt, *&c. Geneſ. cap. 9.* Loth
4 etiam † inebriatus inceſtum cum filiabus commiſit,
*Geneſ. cap. 19. & Leuit. 10.* dixit Dominus ad Aaron:
5 *Vinum † & omne, quod inebriare poteſt, non bibetis tu &
filij tui, quando intrabitis taberbaculum teſtimonij, ne mo-*
6 *riamini.* Amnon † in conuiuio Abſalon tumulentus
vino, eo quod violaſſet Thamar ſororem ſuam, occiſus
7 fuit, *2. Reg. cap. 13.* Holofernes † bibit multum vinum,
8 & Iudith ipſum interfecit, *Iudith 13.* Ptolemæus † con-
uiuium fecit Summo Sacerdoti ac duobus filiis eius, &
cum inebriati eſſent, occidit eos, *lib. 1. Machab. cap. 16.*
Operarius † ebrioſus non locupletabitur: & qui ſpernit 9
modica, paulatim decidet. Vinum † & mulier apoſtata- 10
re faciunt ſapientes, *Eccleſ. 19.* Quare † exſtat Apoſtoli 11
Pauli veriſſima atque infallibilis ſententia; *Quod ne-
que fornicarij, nec idolis ſeruientes, neque molles, neque
maſculorum concubitores, nec auari, nec adulteri, nec
ebrioſi regnum Dei poſsidebunt.* Ex quibus, cum inter
tam grauia delicta ebrietas annumeretur, facilè per-
penditur, quanta ſit eius grauitas: de qua agit Cardin.
de Turrecrem. *in cap. ſexto die, & in cap. ſequenti, 35.
diſtinct.* Et † in huius criminis deteſtationem Apoſto- 12
lus Paulus inquit *ad Epheſ. 5. Nolite inebriari vino, in
quo eſt luxuria, cap. vinolentum, 35. diſtinct.* cuius memi-
nit gloſſ. *in l. quæ adulterium, verb. intemperantiæ, C. de
adult.* & † *Prouerb. 20.* habetur: *Luxurioſa res vinum,* 13
*& tumultuoſa ebrietas, quicunque his delectatur, non erit
ſapiens.* Rurſus, † *c. 23.* cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? 14
cui foueæ? cui ſine cauſſa vulnera? cui ſuffoſſio oculo-
rum? nonne his, qui commorantur in vino, & ſtudent
calicibus epotandis? & † *Eccleſiaſt. 31. Sanitas eſt animæ* 15
*& corporis ſobrius potus: & vinum multum potatum,
irritationem & iram & ruinas multas facit.* Sic † *1. Reg.* 16
*cap. 25.* legimus de Nabal Carmelo, qui erat vir durus
& peſſimus & malitioſus, quod cum vxor eius Abigail
veniſſet ad eum (poſt placatum Dauid) inquit Scriptura;
*Et ecce erat ei conuiuium in domo eius, quaſi conuiuium
Regis, & cor Nabal iucundum, erat enim ebrius nimis.*
Philoſophus † etiam *lib. problem. 30. cap. 1.* ſcribit; 17
*Vinum cupiditatem Veneris in primis accendere poſſe:* &
Diodor. Sicul. *lib. 5. biblioth. Qui vino indulgent, ſunt ad
Venerem proniores.* & † Homer. *lib. 6. Iliad.* inquit, *potum* 18
*maximè noxium eſſe & corpori & animæ: vir inebriatus
vacillat.* Ideo *Num. 6.* præceptum erat, *vt quicunque
votum fecerit Domino, à vino abſtineat.* Alia in deteſta-
tionem huius criminis refert in propoſito S. Thom.
*2. 2. quæſt. 147. art. 8. in reſponſione ad primum, & Ægid.
Roman. de regim. principat. part. 2. cap. 12.*

Vinum † etiam non moderate ſumptum detegit ar- 19
cana: vnde Horat. *lib. 1. epiſt.*

*Quid non ebrietas deſignat? operta recludit,*
*Spes iubet eſſe ratas, in prælia trudit inermem.*

Sed † præcipuè de hac re videndus eſt beatus Auguſt. 20
*in ſerm. de ebrietate, qui inter ſua opera impreſſus habetur,*
& Iſidor. *in tract. de ſummo bono, l. 2. cap. 43. de ebrietate,*
& Sanctus Ambroſius Epiſcopus *in lib. de Helia & ie-
iunio, cap. 9.* exſtatque elegantiſſima & mirabilis homilia
Baſilij *in 1. tom. homil. 14. de ebriet. & lux.* & ex noſtris
plurima in propoſito ex diuerſis auctoribus cumulant
Tiraquel. *lib. 9. connubial. n. 153.* & Petrus Placa *in epit.
de delict. lib. 1. c. 50. per tot.* vbi quot, quantaque mala ex
ebrietate & crapula emanauerint. Interim † videnda eſt 21
*l. 36. tit. 5. part. 1.* cuius pulchra verba hic inſerere libuit,
quæ ſunt huiuſmodi: *Meſurado deue ſer aquel que eligie-
ren por alguno de los perlados mayores, en comer en beber,
en guardarſe de comer mucho ademas, e beber de manera
que torne en beodez: porque eſte es vno de los mas eſtraños
pecados que en el pueden ſer: ca por el deſconoce ome a Dios
y a ſi miſmo, e a todas las otras coſas ay ſon, mas ayna que
por otro: ca ſegun dixerõ los ſabios antiguos, el vino es car-
rera que aduze a los omes a todos los pecados: e porende la
primera coſa de que el perlado deue ſer vedado es eſta: ca
derecho es que el que a de dar conſejo a muchos, que ſiempre
aya ſeſo apercebido.* Deſumpſit hoc lex hæc Regia *ex
35. diſt. per tot. & ex epiſt. 1. B. Paul. ad Timoth. cap. 3. ibi:
Non vinolentum, &c.* Nedum † ſolos maſculos hoc vi- 22
tium ac crimen ebrietatis contigit, ſed & etiam fœmi-
nas: Hæ ſiquidem ſunt huic bibacitatis vitio ex mo-
re & ſexus natura admodum obnoxiæ, vti ex Comi-
cis



cis conſtat, item & ex Mantuano *eclog. 4. & aliis.* Quare
23 beatus † Paulus Apoſtolus *1. ad Timoth. 2.* mulieres ſo-
brias eſſe præcepit, & *ad Titum cap. 2.* ne anus multo
24 vino ſeruiat: & † inquit Chryſoſt. *in Matth. homil. 16.
& earum, quæ ſunt ad populum, Antioch. de rebus diuerſ.*
25 *homil. 71.* nihil eſſe turpius ebrioſa muliere. † & Diuus
Hieron. *in reg. ſancti non. ad Euſtachium, cap. 36.* ſacrile-
26 gium eſſe, vt pote deteſtabile in fœmina: † & apud Ec-
cleſiaſtic. ſcriptum eſt *cap. 29.* Mulier ebrioſa ira magna
& cõtumelia: & turpitudo eius minime tegetur: & lege
Romuli vxor adultera & bibens vinum, æquiparantur,
ex Balduino *ad leges Romuli l. 16.* refert Connanus *lib. 1.
comment. 12. num. 14.*

27 Qua † occaſione antiquitus lata lex fuit, ac vſu rece-
ptum apud pleroſque populos, vt vini vſus eſſet inter-
dictus fœminis, ſicuti apud Romanos obſeruatum fuiſſe
commemorat Dionyſius Halicarnaſſ. *lib. 2.* Polib. *lib. 6.*
Marcus Cato *in orat. pro dote,* Tullius *lib. 3. de natura
Deorum, & lib. 3. de Republ.* Valer. Maxim. *de ſtat. antiq.*
Plinius *lib. 14. cap. 13.* aliiq; plures & ſcribit Blondus *lib.
5. triumphant. Rom.* ſe legiſſe inſtrumentum dotale an-
te annos plus minus 300. apud Romanos vſu rece-
ptum eſſe, cum patri puellæ ſponſus promittebat, quo-
ties peperiſſet, vinum illi octo primis diebus, quantum
deceret, bibendum daret: itidem de Medici conſilio
quamdiu ægrotaſſet: inſuper omni feſto ſolemni vni-
co potu illam oblectaret: Idque maxime Reipublicæ
28 conuenit, vt fœminæ abſtemiæ ſint; Siquidem † omnis
mulier vinolenta, eadem quoq; meretrix eſt, vt in hac
ſpecie exiſtimat Diuus Chryſoſt. enarrans illud Matth.
29 *cap. 1. cum eſſet deſponſata Maria, &c.* Hinc † eſt, quod
mulieres ſua ingluuie, voracitate, bibacitate & victus
intemperantia ſunt podagræ obnoxiæ, vt exiſtimat
Hippocrat. *lib. 8. aphoriſ. cap. 29.* & luculenter Galen. *in
enarrat. eiuſdem aphoriſ. 29.*

30 Illud † autem hic opportune eſt videndum; *An ebrie-
tas voluntaria peccatum mortale ſit, aut veniale?* Et primo
videtur, quod ebrietas, niſi aſſidua ſit, peccatum mor-
tale minime ſit, *vt in capit. vnum orarium. § alias ea de-
mum, in verſ. & quamuis Apoſtolus,* ibi: *Et ebrietas ſi aſſi-
dua ſit in eorum numero computatur (ſcilicet capitalium)
25. diſt. & ibi gloſſ. verbo, ebrietas,* & in terminis hoc tenet
per tex. *ibi* dicens, eſſe ad hoc menti tenendum. Abb. *in
cap. a crapula, nu. 2. de vita & honeſt. cleric.* & Felin. *in cap.
ſi conſtiterit, num. 3. de accuſat.* & colligit duodecim fun-
damenta Maior *in 4. diſtinct. 15. quæſt. 8.* ad probandum,
quod ebrius non peccat in eo, quod facit, dum manet
ſibi iudicium: & hanc teſtatur communem alios refe-
rens additionat. Villadieg. *de irregul. cap. 6. num. 55.*

Sed in hoc vera, clara & communis Theologorum
ac noſtrorum doctrina eſt, quod ebrietas voluntaria
peccatum mortale ſimpliciter ſit, nempe, quando ali-
quis bene aduertit, potum eſſe immoderatum & ine-
briantem, & tamen magis vult inebrietatem incurrere,
quam à potu abſtinere, quia ſecundum hoc, homo vo-
lens & ſciens priuat ſe (intellige ſine cauſſa rationabili)
vſu rationis, quo ſecundum virtutem operatur & pec-
cata declinat, & ſic peccat mortaliter periculo peccan-
di ſe committens; ſi autem quis neſciens potum eſſe
immoderatum, & inebriare potentem, ſe inebriauerit,
poteſt non peccare, veluti ſi debitam adhibuerit dili-
gentiam ad cauendum, alias peccabit venialiter: ſi ve-
ro perſpiciens, potum eſſe immoderatum, non tamen
credit potum inebriare potentem, inebrietur, peccabit
venialiter, *vt in d. cap. vnum orarium. § alias,* dum dicit:
*Quoties aliquis in cibo aut potu plus accipit, quam neceſſe
eſt, ad minuta peccata nouerit pertinere:* Peccata autem
minuta dicuntur venialia: Ergo quod cauſſatur ex im-
moderato potu, eſt peccatum veniale. Hoc verum eſt,
niſi ebrietas ſit aſſidua, tunc enim eſſet peccatum mor-
tale, *vt in d. text.* non propter ſolam iterationem actus
quia multiplicatio actuum venialium non facit morta-
le, ſed quia non poteſt eſſe, quod homo aſſidue inebrie-
tur, quin ſciens & volens, vel notabiliter negligens in
ſciendo & cauendo ebrietatem incurrat, dum multo-
ties experitur fortitudinem vini & ſuam habilitatem ad
ebrietatem: ita in effectu reſoluit S. Thom. *2. 2. quæſt.
150. art. 1. & 2.* & ibi Caiet. optime eum defendit, quem
ſequitur Greg. Lop. *in d. l. 36. tit. 5. in gloſſ. eſtraños peca-
dos, part. 1.* & colligitur *ex gl. in d. § alias, verb. ebrietas,* &
ibi communiter Dd. *& in cap. à crapula, de vita & honeſt.
cleric.* & eſt communis ſecundum Anan. *in d. cap. ſi con-
ſtiterit, num. 8. & 9. de accuſat.* dicentem, quod ſimplex
ebrietas ſit peccatum veniale, ſed ſit mortale, ſi ebrietas
ſit ſtudioſe vel frequenter: ſequuntur Summiſtæ, præ-
cipue Angel. Sylueſt. & Armilla, *verbo, ebrietas,* vbi
etiam; quod ſi ebrietas ſit non propter delectationem, ſed
ratione medicinæ, excuſat & non eſt mortalis, & ex-
cuſat etiam à peccatis ex tali ebrietate prouenientibus,
niſi talia ſint præuiſa, & non prouiſa; Nam talis ſciens
ſuam conditionem, debet prouidere, ne poſſit talia
committere; quando erit ebrius; ſed quando ebrietas
eſt culpabilis, non excuſat à peccatis ſequentibus, licet
ea aliqualiter alleuiet, dat enim operam rei illicitæ, ideo
ſibi imputantur mala ſequentia. Addit † Sylueſt. quod 31
quãdo quis nõ inebriatur totaliter, quia ſcit quid facit,
licet ſit valde grauatus, ſi hoc ſcienter & ſpõte facit ſine
cauſſa, tractus dulcedine vini, nõ videtur aut vix vide-
tur excuſari à mortali, quia notabiliter lædit vſum ra-
tionis ſine cauſſa & cum periculo peccandi: ſed ſi hoc
facit ex cauſſa, ratione ſanitatis, eſt veniale, vel nullum,
etiam ſi frequenter contingat, vt ipſe Silueſt. *ibi* credit.
Intellige tamen, vt prædiximus, prouidendo peccata
præuiſa, ex ea ebrietate prouenientia: & hoc verius vi-
detur, quam quod tenet Armil. *vbi ſupra, num. 2.* nem-
pe, quod ebrietas non plena, vt cum quis eſt bene con-
fortatus, & ſibi videtur, quod domus mouetur, quan-
do eſt voluntaria, non eſt mortalis, licet ſit graue pecca-
tum; citra tamen mortale, quia ratio non obumbratur,
hocq; deducit ex mente S. Thom. *vbi ſupra.* Poſſunt ta-
men hi duo Summiſtæ in hoc concordari, vt idem in
hac ſpecie ſentiant, ſecundum magis aut minus, vt cõ-
ſtat ex verbis ipſorum. Sylueſter enim loquitur in val-
de grauato, licet non inebriato totaliter, quem dicit vix
excuſandum à mortali, quia notabiliter lædit vſum ra-
tionis ſine cauſſa & cum periculo peccandi: Armilla ve-
ro agit in ebrietate non plena, vt cum quis eſt bene cõ-
fortatus, & ſibi videtur, quod domus mouetur, vnde ſi
hoc non lædit notabiliter vſum rationis, poterit à mor-
tali excuſari, licet alias grauiter peccet. ſecus vero, ſi no-
tabiliter lædat vſum rationis, quia tunc vix poterit à
peccato mortali excuſari, ſecundum Silueſt. *vbi ſupra.*

Hæc † tamen omnia de immodico vino, & ſic de 32
ebrietate, quæ vitium ſonat atq; delictum, intelligenda
ſunt: ſecus vero de vſu modici vini, quoniam etſi vi-
num immodice ſumptum multum noceat, vt vidimus,
moderate tamen potatum plurimas corpori præſtat
vtilitates, & ideo *Ecleſ. 31.* dicitur, † *Exſultatio animæ* 33
*& corporis vinum moderate potatum: ſanitas eſt animæ &
corporis ſobrius potus.* Præterea † ſi vinum malum eſſet 34
ex ſua natura, Saluator noſter *Ioan. 2.* non vertiſſet
aquam in vinum bonum, neque initium ſignorum il-
lius fuiſſet vinum ex aqua factum: Nec ſi non liceret
bibere vinum, idem Dominus præcepiſſet miniſtran-
tibus in conuiuio nuptiarum, vt ferrent vinum Archi-
triclino: & † rurſus *Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.* idem- 35
met Saluator cum diſcipulis cœnans, accepit calicem,
& gratias agens, vinum in ſanguinem ſuum conuertit
& dedit illis dicens: *Bibite ex hoc omnes, &c.* Item &
apud Paul. *1. ad Corinth. 11.* habetur: *Ego enim accepi à*

 *Domino*

*Domino, quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Ieſus, in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens fregit, & dixit: Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem poſtquam cœnauit dicens: Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine; hoc facite quotieſcunque bibetis in meam commemorationem.* Deinde Apoſtolus Paul. 1. *ad Tim.* 5. ſcribens conſulit, *vt aquam non bibat, ſed modico vino vtatur propter ſtomachum &*
36 *frequentes tuas infirmitates.* Quare † merito damnata eſt hæreſis Seueri, à quo Seueriani hæretici originem duxerunt, docentis, non licere vllo pacto bibere vinum, eo, quod fabuloſa quadam vanitate (vt Auguſtin. ait) dicebat de Satana & terra germinaſſe vitem. Quam hæreſim improbauit etiam Diuus Hieronymus (eam Tatiano tribuens) *in comment. ſuper Prophetam Amos*, interpretans illum Prophetæ locum, *Propinabitis Nazaræis vinum, &c.* Sed nullus ex his, qui de hæreſibus ſcripſerunt, hunc errorem tribuit alicui alteri, quam prædicto Seuero, vt affirmat Alfonſ. à Caſtr. *lib. 14 aduerſus hæreſes, c. de vino, col. mihi* 987. vbi eam hæreſim improbat, docens, nocere non ſolum animæ, ſicut & quamlibet aliam, ſed etiam corpori, ve locis ſacræ Scripturæ modo proxime citatis: quibus adde *Pſal. 103. Vt educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis, & Iudic. 9.* dici-
37 tur; *Vinum lætificat Deum & homines.* Et † vina de per ſe ſunt excellentiora omnibus aliis rebus, habentibus liquorem: & de laude vini ſcripſit Plato librum vnum. Cælius vero *lib. antiquit. lection.* 16. c. 64. multum laudat vinum ex dictis Æſculapij & Platonis; & de eius vtilitate ſcribit *lib. 7. cap. 32. & lib. 15. c. 22. & 34. cum pluribus aliis capitibus illius lib.* Plinius etiam *lib. 14. natur.*
38 *hiſtoriar.* multum etiam laudat vinum. Inter † vina autem illa probat Schola Salernitana, quæ habent ſequentia:

*Vina probantur odore, ſapore, nitore, colore.*

Et ſubdit:

*Si bona vina cupis, hæc quinque probantur in illis:*
*Fortia, formoſa, fragrantia, frigida, friſca.*

39 De † vinis Balnenſibus affirmat Caſſanæus *in catalog. gloriæ mundi, 12. part. conſiderat. §. 4. verſic. quia enim, fol. mihi* 315. in toto orbe non reperiri meliora illis, & quod ad omnes partes mundi vehuntur propter eorum excellentiam, vt norunt etiam exteræ nationes, Angli, Flandrenſes & alij, pro eorum ſingularitate, & quorum bonitas omnes bonorum bonitates ſuperat: Sunt n. fortia, formoſa, fragrantia, friſca, in odoribus fumantia, in ſapore delectabilia & ſuauia, in nitore limpidiſſima, in colore clariſſima, & non ſpiſſa; quæ ſunt ſigna ad probationem boni vini.

Sed & plurimæ aliæ prouinciæ laudantur bono vino, quarum ipſe ibi late meminit, inter quas & Tarraco in Hiſpania etiam vino clareſcit, & apud Græcos plura celebrantur, de quibus ibi. Ego profecto illa vina non gu-
40 ſtaui, † ſed ſcio in noſtra Hiſpania alia oppida excellentiſſimis vinis clarere, quæ vbique circumferuntur, atque hoc nomine inſigniuntur, & præcipue inter alia, quæ omitto oppida de Robledillo, y Deſcargamaria, Ciuitatenſ. diœceſis, Sanmartin de Valdigleſias, Toletanæ ſeu Abulenſis diœceſis, Ribadauia in Gallæcia: habent enim omnes qualitates atque bonitates ſupra enumeratas, ſi melius ac vetuſtius vinum ex illis partibus eligatur, vt omnes fatentur, qui ea norunt, & illud de Ribadauia in longinquas partes per mare defertur, in Italiam nempe atque ad Indos, & in alias nationes, vbi purius, perfectius & ſubtilius fruitur.

41 Vina † ſpiſſa non adeo proſunt morbis, ſicut ſubtilia: & ſicut ſubtile vinum multos ſpiritus procreat atque ſubtiles, ita groſſum groſſos: vnde Schola Salernitana dicit:

*Gignit & humores melius vinum meliores.*
*Si fuerit nigrum, corpus tibi reddit pigrum.*
*Vinum ſit, clarumque, vetus, ſubtile, maturum,*
*Ac bene lymphatum, ſaliens moderamine ſumptum.*

Et † inquit Galenus, vinum palmeum, ſiue album 42
eſſe melioris ſaporis & odoris quam cætera vina. Adde quod † vina mixta, ſi vetera ſint atque ſubtilia, tem- 43
pore caloris ad cœnam indulgentiora plerunque reputantur.

Vidimus hucuſque mala ingentia ebrietatis, & plurima bona ſobrietatis. Oportet igitur homines ſummo ſtudio niti, vt ſobrietati operam dent, quæ cibi vinique optima moderatrix eſt: Qui † enim ea caret, om- 44
nes alias virtutes, quas in ſe habuerit, obſcuriores reddet & ab omni humanitatis commercio excidiſſe videbitur, & cum belluis potius quam cum hominibus cenſendus erit: Sobrietas † enim virtus valetudinem no- 45
ſtram conſeruat, corporis animæque ſenſus ad vltimum vſque vitæ noſtræ finem perducit integros atque incolumes. Qui † vero vino ciboque ſe immergunt, ſtolidi, 46
ignaui, obtuſique fiunt, raroque longæui ſunt, facile ægrotant, difficiliter curantur, à corporis viribus animæque virtute quam primum deſtituuntur, fiuntque deliri & omnibus contemptui ludibrioque ſunt, adeo, vt neceſſarij ac familiares omnes eis interitum optent. De † 47
Sociate refertur dicente, cibos omnes potuſque vitandos eſſe, qui vltra ſitim famemve ſedandam appetitum longius producerent. O Chriſtianum conſilium, quamuis à Gentili præſtitum! atque vtinam vt bonum eſt, ita caperetur.

Quod ſi in laicis ita reprehenſibile crimen ac vitium ebrietatis & damnabile exiſtimatur, in clericis, præcipue ſacris ordinibus inſignitis, multo turpius atque indecentiſſimum habetur. Quare † clerici in conuiuiis 48
hunc modum ſeruare debent, nempe honeſtos ac ſobrios in cibo & potu & verbis ſe oſtendere ac gerere debere, vt conſtat mirabiliter *ex text. in cap. denique, 4. diſtinct. & fere per totam 35. diſtinct. & 44. diſtinct.* & † honeſtati ita debent ſtudere, & nec fabulas inanes 49
ibi referant, *vt in cap. nullus, de conſecratione, diſtinct. 5. & in cap. nullus, 12. quæſt. 1. cap. clericum 34. diſtinct. & in cap. presbyteri, 44. diſtinct.* nec alios ad bibendum cogere vel ſe aliena precatione ingurgitare, † neque plau- 50
ſus & riſus & fabulas inanes ibi referre, vt per ſupradicta iura tenet Coſmus Guimier *in pragm. ſanctione Gallic. tit. de ſpectat. in Eccl. non faciend. in gloſſ. conuiuia, fol. 159. pag.* 1. Quinimo † Eccleſiaſticos oportet viros in 51
conceſſionibus ſacrorum Euangeliorum lectionem audire, vt conſtat *ex cap. pro reuerentia, & cap. quando, 44. diſt. cap. hi ergo, 23. diſtinct.* Et † adeo in potu clericos 52
ſobrios eſſe oportet, vt vltra tertiam vicem bibere non debeant, *vt in d. cap. quando, in fin.* ibi; *Et maxime vltra tertiam vicem pocula non contingant*, & Coſm. *vbi ſupra.* Quinimo hoc clericus non ſeruans, peccat, Nauar. *in Manual. Latin. cap. 25. num.* 110. *verſic.* 24. Hoc tamen † intelligendũ eſt, quando appetitus naturalis vl- 53
tra non exigit, voluit enim temperare homines immoderatos, vt recenſet Abb. *in cap. à crapula, num. 2. de vita & honeſt. cleric.*

Quare † ſanctiſſime Innocent. III. Summus Pon- 54
tifex in Concilio generali Lateranenſi (vt habetur *in cap. à crapula, de vita & honeſtate cleric.*) præcepit, vt omnes clerici à crapula & ebrietate diligenter abſtineant: vnde & vinum ſibi temperent, & ſe vino: neque ad bibendum quiſquam incitetur: Cum ebrietas, & mentis inducat exſilium & libidinis prouocet incentiuum: Vnde illum abuſum penitus decreuit abolendum, quo in quibuſdam partibus ad potus æquales ſuo modo ſe obligant potatores, & ille, iudicio talium, plus laudatur, qui plures inebriat & calices fœcundiores exhaurit.





55 In primis † aduertendum eſt, crapulam dici, quantum ad ſuperfluitatem ciborum, quaſi cruda epula: ebrietas vero, quantum ad potum, & dicitur ab eo, quod eſt ſine & bria, quod eſt menſura, vnde ebrius eſt, qui ſine menſura bibit, vnde Horatius:

*Fœcundi calices, quem non fecere diſertum?*
*Tunc ſurgunt rixæ, tunc pauper cornua ſumit.*

Ita declarant gloſſ. Abb. & cæteri *in d. c. à crapula, de vitæ & honeſt. cleric.*

56 Secundo † eſt obſeruandum, clericos debere vinum aqua temperare ad bibendum, vt patet ibi; *Vinum ſibi temperent*: Itaque clerici potiſſimum vinum potantes, aqua dilutum bibere id debent: quod etiam conſtat ex Homero *lib. 5. Odiſſ.* cum Nympha Calypſo Vlyſſem alloquens ita ait: *Sed ego panem & aquam & vinum rubrum apponam placide, quæ à te famem repellant.* Quod
57 adeo † procedit, vt clericus vinum purum bibens, peccet mortaliter, quia contra prohibitionem Concilij id facit: Nam in calice etiam ponitur de aqua, *vt in cap. cum Marthæ, de celebrat. Miſſarum*, vt tenent Dd. ſecundum Abb. *in d. cap. à crapula, num.* 2. vbi limitat, niſi caſu, id eſt, cum cauſſa aliud faceret: Nam reperiuntur quædam vina minus potentia: Satis eſt enim, quod ſe temperent vino, vt ſequitur in litera Concilij: & dicitur ſe temperare vino, quando habetur reſpectus ad potentiam vini. Imo credit Abb. quod etiam non apponendo aquam vino, non peccet quis mortaliter, niſi aſſidue inebrietur, *per text. in d. cap. vinum orarium, §. alias ea demum, 25. diſtinct.* quem ſequitur Armill. Aurea *verb. ebrietas, num. 7.* dicens, quod non peccet mortaliter contra faciens, niſi propter ebrietatem, vel ſi ſe periculo ebrietatis veriſimiliter exponit.

58 Tertio, † eſt notandus text. *in d. cap. à crapula*, contra clericos, qui in conuiuio alios incitant vel inuitant ad bibendum, quod vulgo nunc dicitur brindar, hoc namque clericis non licet, quibus hoc inhoneſtum ac indecens eſt, vt patet ex text. ibi; *Neque ad bibendum quis incitetur.*

59 Quarto, † & denique ex eodem text. tollitur abuſus, quo ſe potatores obligant ad æquales potus; Hoc namque maxime pernicioſum eſt, quia, vt alios alienentà mente, ſe fortiores reddunt ad bibendum, & tot tantiſque vicibus populum attingunt, vt ſe quoque in præcipitium reddant atque ludibrio omnibus ſe exhibeant, extrahentes ſe à recto hominum iudicio, à rectaque ſemita deuiantes.

60 Vt † ergo ab ebrietate ſe abſtineant clerici, pœna contra eos antiquitus à Concil. Agathenſi, de qua *in c. fin. 35. diſt.* eſt inducta, vt clericus, de quo fuiſſe ebrium conſtiterit, aut triginta dierum ſpatio à communione ſubmoueatur, aut corporali ſupplicio ſubdatur: Quod intelligit Hoſtienſ. *in ſum. tit. de tempor. ordin. §. & cui, verſic. pœnæ autem*, quando clericus ſemel ebrius fuit: ſecus ſi Epiſcopus, Presbyter vel Diaconus deſeruiat ebrietati, nam tunc, ſi non deſinat, deponitur. Subdiaconus vero, vel inferior, ſiue clericus, ſiue laicus, ſi non deſinat, communione priuatur, *vt in cap. Epiſcopus, 35. diſtinct. vbi gloſſ. aut deſinat, inquit*; Non ergo pro quolibet delicto ſtatim Epiſcopi debent fulminare, vt vel excommunicent vel deponant: Nam,

*Si, quoties peccant homines, ſua fulmina mittat*
*Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.*

Quam diſtinctionem Hoſtienſ. refert & ſequitur Bernard. Diaz de Luco *in ſua pract. crim. Canon. cap. 71. ebrij, nu.* 2. & Rebuff. *in ſua praxi benefic. tit. de cleric. ad ſacros ordin. male promot. gloſſ. 4. num. 8. pag. mihi* 441. & Armill. Aurea *verbo, ebrietas, num.* 6. Petrus Placa *lib. 1. de*
61 *delict. cap. 30. num.* 4. illud † addens, quod ſicut miles cœleſtis militiæ, ſic miles armatæ propter ebrietatem deponi poteſt ab omni militia, ex text. *in l. omne delictum §. per vinum, ff. de re milit.* per quem text. idem prius tenuit Abb. *in d. cap. à crapula, num.* 3. & ibi Dd. & idem ſequitur Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 5. caſu* 404.
*num.* 5. Et † pœnæ dicti Concilij Agathenſis ſic fuerunt 62
diſiunctiue deſcriptæ, vt diſcretus iudex, quem huic vitio deditum animaduerterit, & quod à communicatione priuetur parui pendere, corporali potius ſupplicio caſtiget, ſecundum Bernard. Diaz *vbi ſupra.*

Sed † poſt hæc Innocent. III. in dicto concilio ge- 63
nerali, relato *in d. cap. à crapula, in verſic. ſi quis autem,* aliam pœnam ſtatuit in clericos ebrios, in hæc verba: *Si quis autem ſuper his ſe culpabilem exhibuerit, niſi à ſuperiore commonitus ſatiſfecerit, ab officio & beneficio ſuſpendatur*: idem in Epiſcopo ſtatuitur *in l. 36. tit. 5. part. 1. vbi* Greg. Lop. citat *præd. tex. & c. Epiſcopus. 35. diſt.* Vnde hodie non imponitur ita grauis pœna, ſicut olim in Concilio Agathenſi. Tandem gloſſ. vlt. *in d. c. à crapula*, hoc ſuperioris arbitrio relinquit, vt delinquentem ſuſpendat ab officio vel beneficio: quam ſequitur Menoch. *vbi ſupra, nu.* 4. & eſt communis ſecundum Abb. *in proprio loco, num.* 4. qui eam ſequitur atq; defendit. Et † ex 64
text. *in d. c. à crapula*, ipſiuſq; pœna conſtat, non conuenire eidem in propoſito diſtinctionem, quam ex Cardinali & alijs refert Menoch. *vbi ſupra. nu.* 6. ſed potius Concilio Agathenſi, de quo *ſupra*, nempe iudicem in hoc non debere ſequi putam voluntatem ſuam, ſed debere obſeruare tranſgredientium ordinem: Siquidem in maioribus ordinibus collocati, excommunicati, non corporali pœna affici debent: Si vero adhuc eſt in minoribus, etiam pœna corporali plecti poſſit: debeat quoq; iudex conſiderare ordinem ætatis & honeſtatis: Nam ſenex vel nobilis, etſi adhuc in minorib. ſit, pœna corporali afficiendus non eſt: Vilis vero, etiam ſi ſit in maioribus ordinibus, pœna corporali puniri poterit: Hæc namq; ad Concilij Agathenſis pœnas, quæ hodie ceſſare videntur, potius cõgruere, quã ad nouiſſimas, de quib. in Cõcilio generali, quod habetur *in d. c. à crapula*, videtur.

Secundo, † pro intellectu *d. cap. à crapula. in d. verſic.* 65
*ſi quis autem,* obſeruandum erit, quod propter crapulam vel ebrietatem non debet clericus priuari beneficio nec etiam ſuſpendi, ſi vult agere pœnitentiam: Hoc ſiquidem manifeſte conſtat ex illo text. ibi; *Niſi à ſuperiore commonitus ſatiſfecerit*: Ergo pœnitentia & emendatione vitæ ſubſequuta, ceſſabit pœna depoſitionis ab officio & beneficio, & in terminis ita declarat Abb. *ibid. num.* 3. voluit idem Abb. *in cap. ſi conſtiterit,*
*num.* 2. Anan. 10. Felin. *num. 3. de accuſat.* Monitio † igi- 66
tur Prælati præcedere debet pœnam prædictam ac reincidentia in crimine ebrietatis poſt monitionem; ad quod ſummopere aduertant Prælati, non enim ſtatim conſtito de ebrietate aſſidua clerici, poſſunt eum ſuſpendere ab officio vel beneficio, ſed demum monere eum prius debent, quod ſi poſtea reinciderit clericus in idem crimen, tunc iuris ordine ſeruato, poterunt eum prædicta pœna officij vel beneficij ſuſpenſionis punire, prout ſibi magis videbitur conuenire ſaluti ſpiritali delinquentis.

Inſuper † prohibitum eſt clericis ingredi tabernas, 67
niſi peregrinationis vel itineris neceſſitate compulſis, in Concilio Laodicenſi *in 6. Synodo*, & in Concilio Carthag. III. & in Concilio generali ſub Inocent. III. celebrato, de quibus *in c. non oportet, & in c. nulli clericorum, & in c. clerici, 44. diſt. & in c. clerici, de vita & honeſt. cleric.* & ideo clericus ingrediens tabernam, peccat, ſecundum Nauar. *in Manual. Latin. c. 25. nu.* 110. *verſic.* 24. Pœna au-
tem † clerici frequentantis tabernam, ſi monitus non 68
deſiſtat, eſt vt deponatur, vt tenet Felin. *in d. c. ſi conſtiterit, nu. 2. de accuſat.* per text. *in c. nulli, 44. diſtin.* vbi quod eodem modo punitur, ſi faceret ſe cuſtodem tabernæ, hoc eſt, exerceret officium tabernarij, per tex. *in clem. 1.*

*de vita & honeſt.cler.* ſequitur, loquens in Epiſcopo vel
clerico (licet Felin. non referat) Ioan. Bertach. *in tract.*
*de Epiſc. in 2. part. de cauſ. mater. de gradi. &c. n. 20. vol.*
*2. tract. diuerſor. Dd. in antiq.* Sed tenuta prædicta pœna,
nec alia certa inuenitur impoſita clericis frequentanti-
69 bus tabernam, † quia text. *in d. cap. nulli,* eiuſque pœna
loquitur in clerico habente tabernam vel ergaſterium,
de quo etiam loquitur *d. clem. 1. de vita & honeſt. cler.*
Quod vero agit text. ille de ingreſſu tabernæ prohibito
clericis, adducitur ſolum, vt à fortiori cenſeatur prohi-
bitum eiſdem habere tabernam aut ergaſterium, ar-
guendo de minori ad maius, in hunc modum: *Si enim*
*prohibitum eſt clericis ingredi tabernam, quanto magis aliis*
*miniſtrare in ea?* Pœna vero tantum eſt impoſita ab illo
text. maiori delicto, quod ibi ex profeſſo prohibet,
nempe clericis habentibus tabernam vel ergaſterium,
aliis miniſtrando in ea, non vero clericis ingredienti-
bus in eam, de quibus ibi non agit, niſi incidenter & ad
iuſtificandum prohibitionem maioris delicti, de quo
prædixerat, vt clariſſime conſtat ex litera illius text. Ar-
guere autem in pœnis imponendis de maiori delicto ad
70 minus non licet neque recta ratio id ſinit. Quare † re-
ctius exiſtimauit Bernard. Diaz *vbi ſupra, d. cap. 71. n. 3.*
pœnam clericis ingredientibus tabernam illis canoni-
bus ſtatutam non eſſe, vnde ſuperioribus hoc videtur
relictum, vt conſideratis frequentatione actuum & per-
ſonæ qualitate & videntium ſcandalo, ab ipſis puniri
debeant, ibique merito improbat Bertachin. *vbi ſupra,*
aliud exiſtimantem: Sicut & reprehendi debet Felin.
*vbi ſupra,* idem prius, quod Bertachin. opinatus ex eo-
dem text. Supereſt igitur, vt pœna præfata depoſitio-
nis clericis tantum exercentibus officium tabernarij,
præcedente tamen monitione, remaneat impoſita ex di-
ctis iuribus, non vero ingredientibus tabernam: & me-
71 rito † quidem in clericis tabernariis id ſtatuitur: Quan-
doquidẽ tabernarij ſunt de genere prædonum; *l. 1. §. 1. di-*
*geſtis naut. caupon. & ſtabul.* Alexand. *in l. 1. in princ. Cod.*
*de eden.* Niconic. *in cap. quoniam contra, num. 17. de pro-*
*bat.* Caſſan *in catal. gloriæ mundi, part. 11. conſider. 46.* vbi
etſi multis oſtendat, hoſpitalitatem eſſe rem valde deco-
72 ram, honeſtam ac officij plenam, † attamen quæſtuaria
hoſpitalitas, quam cauponariam vocamus, illiberalis ac
ſordida admodum eſt; idem probat Menoch. *de arbit. iu-*
*dic. d. lib. 2. cent. 5. caſu 411. num. 1. & 2.*
73 Clerici † tamen poſſunt habere tabernas, & etiam
vendi facere vinum in domo, dummodo ipſi non exer-
ceant tabernam vel vendant vinum, ſed alter: Ita tenent
Ioannes Andr. Dominic. & Philip. Franc. *in cap. vnic. de*
*vita & honeſtat. cleric. in 6.* quos refert & ſequitur Cæſar
Lambert. *in tract. de iure patronat. lib. 2. 1. part. quæſt. 9.*
*art. 26. n. 4. fol. 100. col. 4.*
74 Sed † contra ſuperiora omnia de clericis ingredien-
tibus tabernam, imo quod beneficio priuari poſſint, vi-
detur text. *in cap. ſi conſtiterit, de accuſat.* ibi: *Et quod in*
*taberna pernoctauerit, &c.* Sed ille textus minime ſu-
pradictis contradicit; Ibi namque non ſolum manda-
tur inquiri de ebrietate, ſed quod celebrauerit non fa-
cta digeſtione. Primum enim de per ſe non ſufficit,
quia, vt prædiximus, ebrietas ſi rara eſt, non eſt pecca-
tum mortale, ſed veniale tantum, niſi in caſu, de quo
ſupra: Quare potius probatur ibi, ſolum delictum
ebrietatis non eſſe beneficij priuatione dignum, vt
aduertunt & notant in proprio loco Doctores com-
muniter, præcipue Abb. *num. 3.* & Felin. 2. nec etiam
ſecundum ſolum de per ſe ſufficit ad priuationem be-
neficij, nempe, quod clericus nulla præmiſſa dormi-
tione celebrauerit: Nam etſi ex illo textu Aretin. *ibi*
*in 3. notabil.* deduxerit, beneficio priuandum eſſe,
qui poſt cibum ſumptum, non præmiſſa dormitatio-
ne, celebrauit, à quo ſenſu non diſſentiunt Hoſtienſ.
*in ſum. de conſecratione Eccleſiæ vel Altar. verſic. & qua-*
*liter ieiunio,* & Cardinal. *in cap. ex parte, quæſt. 4. de cele-*
*brat. Miſſarum.* Felin. *in d. cap. ſi conſtiterit, in 3. notabil.*
& ibi Anan. *num. 1.* & Bero. alios referens *deciſ. 4. num. 1.*
verius tamen eſt, neque intrare tabernam, neque cele-
brare, dormitione non præmiſſa, fuiſſe ibi cauſſam priua-
tionis: ſed vera cauſſa fuit, quia ebrioſus celebrauit, quod
præſumitur, quia per totam noctem ſtetit in potatione,
& mane in continenti celebrauit, & ſic præſumitur non
ieiunus, vt patet ex illis verbis; *Et quod in taberna per-*
*noctauerit, ita quod altera die, nulla præmiſſa dormitione,*
*Miſſam cantaſſet:* Ita textum illum intelligit *ibi* Ho-
ſtienſ. & Abb. *num. 14.* poſt Ioannem Andream, quos ſe-
quitur Bernardus Diaz *in pract. crimin. c. 29. num. 2.* &
Menoch *vbi ſupra, caſu 406. num. 5* quamuis ſecundum
omnes, abſque dubio in prædicto caſu, dato, quod non
eſſet ieiunus, Chriſti corpus confecit.
Qui † autem poſt cibum & potum, etiam mini- 75
mum, diuina celebrauerit, excommunicationi ſubiace-
bit, vt in Concilio Toletano VII. *in can. 2.* quem retulit
Gratian. *in cap. nihil, in §. nullus poſt cibum, 7. quæſt. 1.* &
quamuis Concilium Braccarenſe 2. *can. 10.* ſeuerius
animaduertit, diſponens, quod clericus, in hoc delin-
quens, continuo ab officio ſuo priuatus, à proprio de-
ponatur Epiſcopo, eſſet nimis rigidum ſeruare hodie
Concilium illud Braccarenſe. Quare † iudex, attenta 76
perſona & exceſſus qualitate & facti publicitate, pœna
carceris aut ſuſpenſionis in delinquentem huiuſmodi
poterit animaduertere, ſecundum Bernard. Diaz *d. cap.*
*29. numero 2. ad fin.* quem ſequitur Menoch. *d. caſu 406.*
*num. 5.* In † neceſſitate tamen, imminente mortis pe- 77
riculo, licite poteſt Sacramentum Euchariſtiæ poſt alios
cibos ſumi, non tamen conſecrari, vt eſt prædictum,
idque indubium, & tenet vſus Eccleſiæ & omnes Do-
ctores, ſecundum ſummam Victoriæ *de Euchariſtia,*
*dub. 82.* & cum aliis tenet Boër. *d. deciſ. 4. num. 2.* & Me-
noch. *vbi ſupra, num. 6.* Nauar. in Manual. Latin. *cap. 21.*
*num. 53.*
Illud † tamen circa prædicta remanet aduertendum, 78
quod ſomnus non eſt de ſubſtantia digeſtionis, vt quis
dicatur ieiunus, ſed ſatis eſt, quod ſit perfecta digeſtio,
ad hoc, vt clericus celebrare poſſit ſine dormitione: Nam
ille in propoſito dicitur ieiunus, qui perfecit digeſtio-
nem; *vt in cap. ſacramenta, de conſecrat. diſt. 1.* ſecundum
Abb. *in d. c. ſi conſtiterit, n. 14.* aduerſus gloſſ. *ibi, in verb.*
*dormitione,* quæ relata ad text. videtur ſentire, quod dor-
mitio ſit de ſubſtantia digeſtionis ad celebrandum. Sed
opinionem Abb. ſequitur Bernard. Diaz *d. cap. 29. nu-*
*mero 3.* vbi refert Cardinal *in d. cap. ex parte,* dicentem,
ſufficere digeſtionem, ſecundum qualitatem cibi ſumpti,
& quod ſecundum Phyſicos digeſtio perficitur in ſe-
ptem horis: Ipſe tamen Bernard. credit, quod iſtæ ſe-
ptem horæ computandæ ſint ab hora duodecima mediæ
noctis: Quia alias, qui cœnaſſet hora prima vel ſecun-
da poſt duodecimam, non poterit celebrare, etiam in vn-
decima ante meridiem, quia licet cibus ſit digeſtus, ille
tamen non dicitur illa die ieiunus; quod veriſſimum pu-
to. Addo idem eſſe in quacunque comeſtione vel potu
poſt duodecimam horam noctis, vt tenet Nauar. *vbi ſu-*
*pra,* reſoluens, quod qui prope mediam noctem cœnat,
ante tamen duodecimam horam, quamuis poſtea non
dormiat nec digerat, poteſt communicare & celebrare
iuxta communem, quam *ibi* refert & tenet, licet aliqui
contrarium teneant, *per d. c. ſi conſtiterit,* qui tamen text.
id non probat, vt prædiximus.
Pœna † autem eorum, qui per ebrietatem aut vora- 79
citatem Euchariſtiam euomunt, ea eſt; Epiſcoporum
nempe, vt nonaginta diebus pœniteant, alij vero clerici
ſeptuaginta: laicus quadraginta *vt in c. ſi quis per ebrie-*
*tatem, de conſecrat. diſtinct.* vbi Cardin. de Turrecremat.
quem



quem ſequitur Bernard. Diaz *in ſua pract. crimin. can. cap.*
*36.* vbi huius pœnæ rationem ſcribit, nempe, quia ſe-
cundum veriorem & ſecuriorem opinionem, quam-
diu ſpecies Sacramentales ſuum eſſe retinent, ſub illis
continetur Chriſti Saluatoris noſtri corpus inſepara-
biliter, quocirca ipſum corpus Chriſti eiicitur per vo-
mentum eiectis ſpeciebus: & ibi quid ſit faciendum
tunc de illis; Cum autem text. ille non aperiat qualita-
tem pœnitentiæ, quæ debet fieri in illis diebus, videtur
relicta arbitrio iudicis, ſecundum Bernard. Diaz *vbi ſuprà*
quem ſequitur Menoch. *vbi ſupra, caſ. 405. num. 3.*
80 Sed † eſt alia pœna ebrietatis; Nam inebriari con-
ſuetus minime poteſt ſacris ordinibus initiari, iuxta
doctrinam Apoſtolicam: *Oportet vnius vxoris virum*
*eſſe ordinandum &c.* vbi & quod ſit ſobrius, qui ordi-
nandus eſt, non vinolentus; quod non ſemel, ſed de fre-
quenter vino repleto intelligi debet. Vnde etiam in ca-
nonibus Apoſtolorum legitur, quod Diaconus, Pre-
ſbyter & Epiſcopus, ebrietati & aleæ deſeruientes, niſi
deſierint, communione priuentur, *vt in ſum. & in cap.*
*Epiſcopus aut Preſbyter, 35. diſt.* Ex quibus iuribus, in
terminis hanc ſententiam probarunt Rebuff. *in praxi*
*benefic. in tit. de cleric. ad ſacros ordines male promot. gl. 4.*
*num. 8. pag. mihi 440. in fin. & Pet. Placa in epit. de delict.*
*lib. 1. cap. 30. num. 4. verſic. idem profeſſus, & Ignatius Sal-*
*ced. in addit. ad cap. 71. pract. crim. Bernard. Diaz, Ripa in*
*l. fin. quæſt. 22. num. 76. in fin. C. de renoc. donat.*
81 Nec † tamen debet eſſe quis omnino abſtemius, vi-
numque non bibat; Is ſiquidem, ex quo horret, poſſet
euomere Sacramentum, ac proinde ad Sacerdotium
promouendus minime eſt, *arg. text. in cap. ſi quis propter*
*negligentiam, de conſecrat. diſtinct. 1. tenet gloſſ. in cap. ipſi*
*Apoſtoli, gloſſ. magn. iuxta med. 2. quæſt. 7. Abb. in cap. ex*
*parte, num. 1. de celebrat. Miſſarum. Beatus Anton. de ir-*
*regularit. cap. 5. n. 4. vol. 16. tract. fol. 79. in antiq. Placa &*
*Salced. vbi ſupra, citantes in idem Ioan. Sayſon. in conſuet.*
*Turon. cap. de droit, art. 1. fol. 239.* eſt communiter appro-
bata gloſſ. illa ſecundum Præpoſit. vt refert & ſequitur
Franciſ. Bec. *conſil. 61. nu. 1.* vbi ampliat aliquibus modis.
82 Supereſt † modo, vt videamus; *An, ſi aliquis exſiſtens*
*inebrietate, committat homicidium debeatne pœna ordina-*
*ria condemnari?* Et videtur ea puniendum eſſe, quia de-
83 linquere † per ebrietatem, eſt lata culpa, vt tenet Bald.
*in l. data opera, col. 2. n. 5. in fin. C. de his qui accuſ. non poſſ.*
& ex adductis per Greg. Lop. *in l. 5. tit. 8. in gloſſ. embria-*
*gaſſe, in fin. part. 7.* ſed in delictis dolus & lata culpa æqui-
parantur reſpectu punitionis, licet non in tantum pu-
niatur culpa vt dolus, vt tenet gloſſ. *iuncto text. in l. in*
*lege Cornelia, verb. culpa, ff. ad leg. Cornel. de ſicar. Bart. &*
84 *alij in l. 1. nu. 3. ff. de legib.* Et † hinc quidam Pythagoricus
legem ſtatuit, quod ebrij ſi percuterent, plus puniren-
tur quam ſobrij, quia plures iniuriantur, ſecundum
Philoſophum, 2. *Politic. ad fin. tom. 5. cuius meminit* S.
Thom. 2. 2. *quæſt. 150. artic. vlt.* & inquit idem Ariſtot. 3.
*Ethic. cap. 5.* Ebriis duplices pœnæ inſtitutæ ſunt; Nam,
vt Euſtratius tradit, Pithacus, vnus ex ſeptem ſapienti-
bus, ebrio delinquenti duplicem pœnam infligendam
eſſe conſtituit: alteram propter ebrietatem, alteram ve-
ro propter crimen in ebrietate commiſſum, vtraq; ve-
ro pœna ratione ebrietatis; & Pithacus Mytilenæus te-
mulentos, ſi quid deliquiſſent, duplici pœna puniri cu-
rauit, vt formidine ſupplicij à vino promtius abſtine-
rent, vt cum Alexan. ab Alexand. Laertio & Tiraquell.
*de pœnis temper. conſil. 6. num. 9* refert Maſcard. *de probat.*
85 *concluſ. 579. num. 3.* His † tamen non obſtantibus, vera
ac receptiſſima ſententia inter noſtrates eſt, quod hu-
iuſmodi ebrius delinquens ebrietate graui, non vero
leui, probata, quæ inducat mentis alienationem, non
ſit puniendus pœna ordinaria, ſed mitiori, quia ebrietas
tollit dolum in delicto, non vero culpam; vnde non
excuſat in totum à pœna, ſed minuit illam, iuxta gloſſ.
*in cap. ſane, 15. quæſt. 1. & gloſſ. in l. 1. verbo, temulentia, C.*
*ſi quis Imperat. maledix.* quibus ſuffragatur text. *in cap.*
*inebriauerunt, & in d. cap ſane, 15. quæſt. 1.* vbi probatur,
ebrium delinquentem in ipſa ebrietate, non eſſe à cul-
pa omnino liberum, nec à pœna, quia ſaltem ex ebrie-
tate vitium contraxit culpamque commiſit, vt contigit
in Loth inceſtum committente cum filiabus propriis
ab ipſis inebriato: peccauit namq; in ipſa ebrietate, non
vero in inceſtu, *vt in d. cap. inebriauerunt,* & citat plures
ita tenentes Villegas *in 2. part. Flor. Sancto cap. 2. de Loth*
*Patriarcha:* probat etiam text. *in l. reſpiciendum, §. delin-*
*quunt, verſic. impetu, ff. de pœn. & ibi notat Alber. poſt Ol-*
*drad. quem refert in princ. & Bart. num 3.* & illum tex. ad
hoc ſingularem dicit Bald. *in d. cap. à crapula, num. 3. de*
*vita & honeſt. cler.* tex. etiam optimus *in l. omne delictum,*
*§. per vinum, ff. de re milit.* vbi iniquit text. *Per vinum aut*
*laſciuiam lapſis capitalis pœna remittenda eſt, & militiæ im-*
*mutatio irroganda eſt;* & ibi notat Alber. & Rom. *in l. 1. in*
*princ. ff. de verb. oblig.* Ex † quibus auctoribus deducitur, 86
ebrium non puniri propter culpã criminis ab eo com-
miſſi, ſed propter ipſius ebrietatis cauſſam: idem tenet
Cardin. Alex. *in cap. denique, 4. diſt. Abban. cap. vnico, de*
*maled. & in cap. ſicut nobis, de teſtib. & ibi Dd Rip. in l. fin.*
*quæſt. 22. nu. 79. verſ. quarto, &c. C. de renoc. donat. Tiraq.*
*vbi ſupra, d. cauſ. 6.* & hanc reſolutionem ſequitur plures
allegans Ant. Gom. 3. *tom. 1. de delict. nu. 73. & Auend.*
*part. c. 16. prat. n. 16. Lud. Carrer. in ſua pract. crim. tit. de*
*homic. §. 6. n. 22. D. Couar. in clem. ſi furioſus, in init. 3. part.*
*nu. 3.* & infinitos referens Placa *de delict. lib. 1. c. 30. nu. 2.*
*verſic. cæterum,* vbi dicit communem, & quod grauis e-
brietas requiratur & non ſufficiat leuis: & Pet. Duen. *in*
*reg. 256. ampliat. 4.* & teſtatur communem plures refe-
rens Menoch. *controuerſ. illuſtr. c. 96. num. 31. & Iul. Clar. in*
*pract. crim. §. fin. quæſt. 60. verſic. præterea quæro,* & Alfonſ.
à Caſtro *lib. 2. de poteſt. l. pœn. c. 4. verſic. prima principalis*
*concluſio, col. mihi 1896. in fin.* vbi quod omnes Iuriſperi-
ti ita docent, & Menoch. amplians & limitans *de arbitr.*
*cent. 4. caſ. 326. per tot. & nouiſſime Maſcar. vbi ſupra, nu. 3.*
& † hæc ſententia hodie expreſſe iure Regio probata eſt 87
*in l. 5. tit. 8. part. 7. in verſ. o ſi alguno,* vbi inquit lex pœnã
exſilij in quinquennium in inſulam imponendam eſſe
huiuſmodi homicidæ & ſimilibus, de quibus ibi. Et
quod † ſuperiora procedant in penitus ebrio, ſecus in 88
exhilarato ſeu gaudente, quia modica ebrietas non ex-
cuſat neq; minuit delictum, cum alijs probat Ripa *vbi*
*ſupra, nu. 79. in prin.* vbi alijs duobus modis limitat: vno,
nempe † in eo, qui malitioſe ſe inebriauit, vt excuſare- 89
tur à delicto, quod prius deliberauerat committere:
alio † in eo, qui poſt ceſſatam ebrietatem gloriatur de 90
delicto; Nã ex ratihabitione ſubſequuta apparet, quæ eo-
dem modo deliquiſſet, ſi non fuiſſet ebrius, & ideo me-
rito puniendus pœna ordinaria delicti, vt *ibi* bene probat.
Rurſus † limitanda etiam quibuſdam videbitur ſu- 91
pradicta communis reſolutio inſolito manus ad arma
impellere homineſq; percutere cum inebriatur; tunc
enim videtur, quod ordinaria pœna hic puniendus ſit:
Ita tenent Marian. Socin. *in repet. c. ad audientiam, nu. 15.*
*de homic. Angel. Aret. in tract. malef. in verb. ſcienter &*
*doloſe, num. 17. Lud. Montal. de reprob. ſent. Pilati, dub. 1.*
*num. 4. Petr. Duen. in reg. 259. ampliat. 4.* Sed adhuc in
hoc caſu tenendam eſſe communem ſupradictam ſen-
tentiam exiſtimo, nempe, vt in ea ſpecie non pœna or-
dinaria delicti, ſed extraordinaria imponenda ſit *ex d.*
*l. Regia Partita,* nam *in verſic. præced.* expreſſe dicit: *Que*
*ſi algun ome ouieſſe acoſtumbrado de ſe leuantar durmien-*
*do, e tomar cuchillo, o armas para ferir, e ſabiendo ſu coſtum-*
*bre mala, no apercibieſſe della a aquellos que durmieſſen en*
*vn lugar, que ſe guardaſſen, e mataſſe alguno dellos, o ſi alguno*
*no ſe embriagaſſe, &c. por tales ocaſiones, e por otras ſeme-*
Y 3 *jantes,*

*jantes, deuen ſer deſterrados,&c. vt prædiximus.* Ecce er-
go quomodo dormienti occidenti aliquem, quamuis ſo-
litus eſſet antea manus ad arma iniicere dormiens, non
imponitur pœna ordinaria, ſed extraordinaria exſilij.
Quod iure communi etiam probarunt multi, quos refert
Placa *de delict. lib. 1. c. 31. n. 3.* Ergo idem cenſendum eſt,
voluiſſe atque ſtatuiſſe legem illam in ebrio; Quando-
quidem ſtatim caſum ebrietatis ponit & vtrumque ſub
vna determinatione comprehendit; quia vna determina-
tio reſpiciens plura determinabilia, pariformiter debet
determinare, *l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. l. hæ-
reditatem, C. de impub. & aliis ſubſt. cum ſimil.* Præterea
licet ſcienter quis ſe ebrium faceret, non tamen inde
eſt capienda tam ſiniſtra ſuſpicio & coniectura, vt dolus
ipſius ad homicidium vſque ſe porrigeret, tametſi cul-
pabilis in eo ſit; & ita merito aduerſus ſupradictos ex
dicta lege Regia contra ſupradictam limitationem tenet
Menchac. *vbi ſuprà, d. n. 31. ad fin.*

92 Ad † irregularitatem tamen incurrendam ſufficeret
prædicta conſuetudo delinquendi in ebrietate, vt ſta-
tim dicemus. Poterit tamen præcedens limitatio ſaluari,
quoties ſciens ebrietatem prouenire ex potatione vini,
vt occideret quendam, ſe conſulto inebriauit, quia tunc
occidendo, pœna ordinaria puniri debet, ſecundum Plac.
*vbi ſupr. d. n. 2.* qui ad hoc allegat Card. *in clem. vnic. q. 8.
de homic.* ſed Card. *ibi* hoc non dicit, ſed loquitur ſimpli-
citer in ebrio, & inquit, quæ nõ excuſatur à delicto quã-
uis mitius puniatur, & ſic loquitur in caſu communis re-
ſolutionis *ſuprà* poſitæ, non vero in ſpecie, de qua nunc
agimus, & ſic de limitatione eiuſdem cõmunis: Nihilo-
minus præfata limitatio vera eſt, & à fortiori hoc caſu ir-
93 regularitas contrahitur, vt infra dicemus. Si † tamen ali-
quis abſque eius culpa, dolo tamen alterius inebriatus eſ-
ſet, idque manifeſte conſtaret, crederem nulla pœna ob
homicidium ſic in ebrietate commiſſum ipſum eſſe ple-
ctendum, quia ceſſat iam ratio communis ſupradictæ
ſententiæ, nempe, quia non habuit vllam culpam in ſe
inebriando, quod in irregularitate, vt in hac ſpecie, nulla
contrahatur, etiam dicendum erit infra: Quare idem
in alia pœna exiſtimo, vt in terminis tenet Petrus Duen.
*vbi ſuprà*, & ſic in ebrietate omnino inculpabili, veluti,
ſi ex malitia occulta ipſius vini, vel ex cibi cuiuſpiam
comeſtione, data ignorantia illius virtutis, & in simi-
libus ſpeciebus idem iure ciuili, canonico & poli, te-
94 net Menchac. *vbi ſuprà, lib. 1. c. 19. n. 10.* Ex † ſupradictis
videtur neceſſario inferendum, ebrium penitus, qui du-
rante ebrietate hominem occidit, effici ac eſſe irregula-
rem; Quandoquidem ebrietas, quamuis excuſet à dolo,
non tamen à culpa, ex qua arbitrarie puniendus eſt,
quia ſaltem ex ebrietate vitium contraxit culpamque
commiſit, quæ ſufficit ad irregularitatem contrahen-
dam, ſicut in cauſſali homicidio manifeſtum eſt. Dein-
de pro hac parte faciunt *d. cap. ſane, & cap. inebriauerunt,
15. queſt. 1. & d. l. reſpiciendum, §. delinquunt, ff. de pœnis.*
Præterea, quia ſi Papa aliud voluiſſet, expreſſiſſet *in clem.
vnic. de homicid.* ſicut expreſſit in dormiente & infan-
te: Cum igitur hoc non fecerit, credendum eſt, voluiſſe
ebrium prædictum homicidium committentem con-
trahere irregularitatem; & in terminis irregularitatis
opinionem hanc expreſſe tenent ac probant Zenzelin.
Cardin. *numero 9.* & Imol. *in clem. ſi furioſus, de homicid.*
quos ſequitur Gonſalu. de Villadieg. *de irregularit. cap.
de percuſſor. col. 11. Syluest. in ſum. verbo, homicidium, 3.
n. 6. in fin. Ricard. in 4. diſtinct. 15. & ibi Thom.* hoc te-
nent, quando ebrietas fuit peccatum, etiam citra morta-
le: & eſt communis opinio ſecundum Nauar. *in Manual.
c. 27. n. 230.* dicentem Zenzelin. *vbi ſuprà*, eſſe commu-
niter receptum per ſupradictos, quamuis ipſe contrarium
probet, vt *infra* dicemus.

Sed his non obſtantibus, contraria ſententia eſt ve-
rior & tenenda, imo quod omnino ebrius, etiam culpa
ſua, occidens hominem durante tempore ebrietatis, ni-
hilominus irregularitatem non incurrat. Primo, quia
ebrius furioſo ſimilis eſt, *vt in cap. venter, 35. diſtinct.*
ſed furioſus non eſt irregularis, *vt in d. clement. ſi furioſus.*
Ergo nec ebrius. Non obſtat, ſi replices, quod ebrius
ſua culpa priuatus eſt vſu rationis, furioſus autem abſq;
culpa vſu rationis caret: Nam † poteſt etiam accide- 95
re, quod quis ſua culpa furioſus fieret, vt probatur *in
cap. ſi quis inſaniens, 15. quæſtion. 1.* & tamen adhuc non
erit irregularis, *vt in d. clem. ſi furioſus*, dum generaliter
& indiſtincte id probat, & ibi Cardin. *queſt. 6. num. 8.* id
tenet & late coniectatur Alphonſus à Caſtro *vbi ſuprà*,
& etiam tenet Nauarrus *vbi ſuprà*, poſt gloſſam *in di-
cto capit. ſi quis inſaniens.* Præterea † idem argumen- 96
tum currit in dormiente, quia ſicut ebrius mediate &
remote voluit occidere, dum voluit inebriari, ita etiam
poteſt contingere, vt quis vigilans adeo vehementer
iraſcatur contra alium, vt illum occidere aggrediatur,
quamuis facere non poſſit, & hac necis cupiditate af-
fectus dormiat, & poſtea plene ſoporatus ſomniet ea,
quæ in vigilia acciderunt, & hac phantaſia motus ſur-
gat adhuc dormiens, & capiat enſem accedatque ad
lectum, in quo alius dormit illumque occidat, ſi hoc
contigiſſet, prout refert contigiſſe Petrus à Palude *in 4.
diſtinct. 32. queſt. 1. art. 3.* mediate procedet illa mors à
libera voluntate, quæ fuit in vigilia: Nam ex illa vehe-
menti volutione aucta eſt imaginatio ſenſus, & creuit
appetitus ſenſualitatis: & nihilominus adhuc hoc ca-
ſu non eſſet irregularis huiuſmodi delinquens, ex ge-
neralitate *d. clement.* vt late comprobat iuris rationibus
Alfonſus à Caſtro *vbi ſuprà*, aduerſus Paludan. præci-
tatum, contrarium libentiſſime profitentem; & eſt com-
munis ſententia, vt alios referens cum Caſtro teſta-
tur, eam ſequutus Placa *de delictis, lib. 1. cap. 31. num. 6.*
quo in capite alia de dormiente tradit. Ergo neque hu-
iuſmodi ebrius. Secundo pro hac eadem parte facit,
quia neceſſarium eſt operationes illas, propter quas eſt
infligenda irrigularitas, eſſe humanas, hoc eſt, factas
ab homine habente vſum rationis, quia alias infans &
furioſus ac dormiens, poſſent in huiuſmodi irregula-
ritatem incidere: cuius contrarium manifeſtiſſime eſt
definitum *in illa clem. ſi furioſus.* Tertio eadem ſententia
probatur, quoniam ebrius, etiamſi culpa ſua inebrie-
tur, illa culpa non eſt cauſſa proxima, immediata neque
libera illius occiſionis, ſed mediata & remota; Ergo ho-
micidium non oritur proxime nec immediate ab illa
culpa, ſed ab ebrietate; nec à cauſſa libera, ſed à cauſſa
naturali, hoc eſt, ab ipſa ebrietate: cauſſa † autem occi- 97
ſionis ad hoc, vt operetur irregularitatem, oportet eſſe
propinquam & immediatam iuxta tex. *in cap. de occiden-
dis, 23. queſt. 5. & in cap. de cætero, de homicid. & ibi gloſſ.
& Abb. in cap. quia diuerſitatem, per tex. ibi in argumen-
tum, num. 11. & 13. de conceſſ. prabend. & Nauar. vbi ſupr.
n. 220.* & quamuis D. Couarr. *in clem. ſi furioſus, de homi-
cid. 2. part. §. 4. num. 9.* exiſtimet, non eſſe ſemper ad hoc
neceſſariam cauſſam immediatam aut propinquam, ſed
ſufficere aliam, modo ſit non admodum, vel omnino re-
mota, quod bonus vir arbitrabitur: hic tamen valde remo-
ta eſt ebrietas ab homicidio, cum ad id non ſit accepta,
ſed omnimodo volita cauſſa delectationis, ſaporis ac
ſuauitatis. Quarto, † eadem pars comprobatur, quia in 98
homicidio ab ebrio commiſſo tres actus conſiderandi
ſunt. Primus ipſa potatio: ſecundus, ebrietas: tertius,
hominis occiſio: In primum fertur voluntas directe,
nempe, quia ebrius voluit vinum bibere immediate: In
ſecundum fertur voluntas indirecte & per accidens, vt
docet Sanctus Thomas 1. 2. *queſt. 76.* In tertium, hoc
eſt, in ipſam hominis occiſionem, neque per ſe neque
per accidens voluntas fertur; alioqui ſi adhuc indire-



cte fuiſſet, voluntarius actus contingens in ipſa ebrie-
tate, imputaretur ebrio; cuius contrarium probatur *in d.
c. inebriauerunt, & in d. c. ſane*, vt infra dicemus: quibus
& aliis iuridicis fundamentis hæc ſecund. pars ſatis pro-
bata remanet ac roborari poteſt aduerſus priorem, &
eam voluit Abb. *in d. c. quia diuerſitatem, n. 11. & 13. de
conceſſ. prab. per text. ibi*, cui libentiſſime ſe ſubſcribit, la-
tiſſime eam defendens ac probans Alfonſ. à Caſtr. *dict.
lib. 2. de poteſt. leg. pœnal. c. 14. verſ. prima principalis con-
cluſio*, ibi: *Ex quo infertur, &c. & Bonifac. & Vitalinis in
d. Clem. vnica n. 26. de homicid. & ibi* D. Cou. *in initio 3.
par. n. 3. & 4. & Petr. Placa in epit. de delict. lib. 1. c. 30.
n. 5.* vltra quos eandem ſententiam Abb. expreſſe ſequi-
tur, dicens ſibi magis placere contra Ricard. Angel. de
Clauaſio *in ſua ſumma, verb. ebrietas, n. 1. & Armilla au-
rea eodem verb. n. 8.* & Nauarr *in man. d. c. 27. n. 230.* lo-
quens in omnino ebrio extra iudicium poſito, in qua ſpe-
cie hanc quæſtionem nos quoque intelligimus: eandem
opinionem ſequitur etiam Petrus à Nauarra nouiſſime
*lib. 2. de reſtitut. c. 1. n. 74. & 75.* quare potius ex numero
auctorum maiori poteſt hæc appellari communis opinio,
vel ſaltem eſt magis communis, quandoquidem plures
eam ſequuntur: Nam Nauar. contrariam appellauit com-
munem, ex eo, quod eam ſequuti ſint Zenzelin. Cardin.
Imol. Gonſal. de Villadieg. Syluester *vbi ſuprà*, cum ta-
men numero plures, & dignitate non minores noſtram
hanc ſecundam teneant atque ſequantur, & demum
optimis iuris fundamentis & rationibus ſit fulcita ac
proinde tenenda, intelligendo eam ſemper in illo, qui
penitus erat ebrius, quando homicidium perpetrauit,
alias ſecus, *argumento ſupr. traditorum n. 85. cum ſeqq. &
infra n. 112.*

99 Supereſt vt † reſpondeamus fundamentis contrariæ
partis. Et quidem non obſtat *d. c. ſane 15. q. 1.* vbi inquit
D. Ambroſius; *Apud ſapientes iudices veniam dari his,
qui per vinum deliquerunt, & de ſola leuitate illos dam-
nari dicit*, & ibi gloſſ. interpretatur *veniam dari*, quia mi-
nori pœna puniuntur, quam ſi ex certa ſcientia feciſ-
ſent: quia reſpondeo, quod potius ex hoc ſequi videtur,
illos non debere puniri pœna irregularitatis, quam con-
trarium.

Non etiam obſtat *cap. inebriauerunt, eadem cauſſa &
queſt.* cuius litera ſumpta eſt à Diuo Auguſtino *lib. 22.*
contra Fauſtum Manichæum *c. 44.* & ita ſe habet: *Ine-
100 briauerunt † Loth filiæ eius; & ſe neſcienti miſcuerunt,
quapropter culpandus eſt quidem, non tamen quantum ille
inceſtus, ſed quantum illa ebrietas meretur.* Quoniam re-
ſpondemus, text. illum contrariam ſententiam non pro-
bare, ſed imo noſtræ fauere; Nam ſi Loth inebriati à fi-
liabus ſuis, cum eiſdem coitus non eſt culpandus quan-
tum ad inceſtum, ſed quantum ad ebrietatem, hoc non
aliunde euenire poteſt, niſi quia ille coitus fuit extra v-
ſum rationis habitus, & non fuit plene liber neque à vo-
luntate proxime & immediate imperatus; ex quo ſequi-
tur, illum coitum non fuiſſe voluntariũ in ſe, ſed ſolum
in ſua cauſſa, videlicet ebrietatis, à qua fuit cauſſatus;
101 quæ † autem non ſunt voluntaria per ſe & ratione ſui,
ſed per accidens, ratione ſuæ cauſſæ, non ſumunt illam
bonitatis aut malitiæ denominationem, quæ illis con-
uenirent, ſi eſſent in ſeipſis voluntaria, ſed illam, quæ
conuenit cauſſæ, in qua dicuntur eſſe volita: cui ſen-
tentiæ conſonat B. Bonauentura *in 2. ſententiarum di-
102 ſtinct. 22. q. 3. art. 1.* vbi ait, nec † furioſum neq; ebrium,
quamuis vterq; illorum ſit ſua culpa vſu rationis priua-
tus, poſſe committere nouam culpam, ſed omne malum,
quod durante furia aut ebrietate factum fuerit, dicit eſſe
circumſtantiam, quæ aggrauat ebrietatis aut furiæ pec-
catum. Eiuſdem ſententiæ fuit S. Thom. 1. 2. *q. 10. art. 5.*
& Caiet. *ibi, q. 76. art. 4.* & Anton. à Cordub. *in ſuo quæ-
ſtionar. li. 2. de ignoran. q. 18. pag. 98. verſ. ex ſuprad. infer-
tur.* Ex quibus cõſtat, coitum Loth non eſſe inceſtum di-
cendum, ſed ebrietatis circumſtantiam illam aggrauan-
tem. Eodem modo idem dicendum eſt in ebrio alium
occidente; Nam talis operatio non eſſet nomine homi-
cidij culpanda, ſicut neque fornicatio Loth nomine in-
ceſtus, ſed dicetur euentus poſt ebrietatem ſequens, &
circumſtantia ebrietatis illam aggrauans, ſicque neceſſa-
rio ſequitur, quod non ſit irregularis; ad id enim oportet
præceſſiſſe operationem, quæ vere dicatur homicidium,
vt late probat Caſtr. *vbi ſuprà*, ex quibus articuli huius
veritas manifeſte & ad oculum illuſtratur atque radici-
tus enucleatur. Non etiam obſtat *d. l. reſpiciendum, §. de-
linquunt*, quia etſi ebrius illud faciendo impetu delin-
quat, non tamen ea ſpecie † delicti, qua delinqueret, ſi 103
abſque ebrietate & ignorantia id feciſſet.

Iuxta hunc modum eſt etiam intelligendum, quod
*ſuprà* ex Ariſtot. adduximus, ebriis duplices pœnas eſſe
inſtitutas, alteram propter ebrietatem, & alteram pro-
pter crimen in ebrietate commiſſum: Ea namque, quæ
propter crimen inijcitur, mitior eſſe debet, quam ſi cri-
men abſque ebrietate committeretur: ſecunda ſiquidem
pœna adijcitur ob circumſtantiam delicti in ebrietate
commiſſi prouenientem, quæ circumſtantia ipſam ebrie-
tatem aggrauat, vt *ſuprà* ex Bonauentura adnotauimus.
Quinimo, vt ſupra cum communi doctorum ſententia
reſoluimus, ebrius non punitur propter culpam crimi-
nis ab eo commiſſi in ebrietate, ſed propter ipſius ebrie-
tatis cauſſam. Itaque licet ſecundum Ariſtot. duplex
pœna ſit impoſita ebrio pro delicto ab eo in ebrietate
commiſſo: altera propter ebrietatem, altera propter cri-
men, vtraque tamen ex culpa ab ebrietate commiſſa ori-
ginem trahit, & ob eam dupliciter punitur ſequuto cri-
mine: ſed apud nos, vt vidimus, mitius punitur, ac ſi ex-
tra ebrietatem delictum commiſiſſet, & ſic defectur in
hoc ebriati, quamuis non omnino, pœna ſiquidem ex-
traordinaria exſilij puniendus eſt.

Limitatur modo † primo noſtra iſthæc ſententia te- 104
nenda, ſi ille hac intentione inebriaretur, vt hominem
illum occideret; tunc enim homicidium iam eſſet vo-
luntarium & non per accidens, ac perinde erit irregula-
ris, ac ſi ſobrius occidiſſet; *vt cum gl. in c. de cætero, de ho-
micid.* tenet in terminis Angel. de Clauaſio, *vbi ſuprà*, &
ſequuntur Caſtr. *vbi ſuprà*, & Ludou. Carrer. etiam *vbi
ſupr. §. 6. n. 23.* & D. Cou. etiam *vbi ſupr. n. 3.* & Pet. Placa
*vbi ſuprà, n. 5. idque eſt veriſſimum, & ſine dubio.*

Secundo † limitatur, vt non procedat, quando ebrius 105
conſueuiſſet in ebrietate arma ſumere & homines per-
cutere atque offendere, tunc enim per potationem im-
moderatam operam dat rei illicitæ, directe ad homici-
dium, idcirco irregularis erit cenſendus, vt in hac ſpecie
notat Socin. *in c. ad audientiam, n. 15. de homicid.* prout
eum refert & ſequitur Placa *vbi ſuprà*: ſequitur etiam
eandem limitationem Nauarr. *vbi ſupra, n. 230.* & Petrus
à Nauar. *vbi ſuprà.*

Cæterum ſi † abſq; eius culpa, dolo quidem alterius, 106
inebriatus alterum quis occiderit, proculdubio irregu-
laris non erit; Quandoquidem, neque vlla pœna plecten-
dus ſit, vt prædiximus; & in terminis tenet Marian. So-
cin. *in d. c. ad audientiam, n. 15. de homicid.* prout eum re-
ferunt & ſequuntur D. Couar. *vbi ſupra, n. 3.* & Petrus
Placa, *ſupra citatus n. 5.*

Vltimo ex † ſuperioribus probanda venit ſententia 107
Henric. *in c. dilectus, de ſponſal.* tenentis, matrimonium
ab ebrio minime contrahi poſſe ob conſenſus defectum,
ſi ebrietas illum conſenſum impediat, quem ſequun-
tur Socin. *conſil. 47. vol. 3.* Decius *conſil. 112.* Rip. *in l. fin.
queſt. 22. n. 76. C. de reuocand. donatio.* Cou. *in 4. de ſpon-
ſal. 2. p. c. 2. n. 9. & Armilla aurea in ſumma, verb. ebrietas,
n. etiam 9.* ſicut † matrimonium à furioſo contractum 108
nullum eſt ob defectum conſenſus, *vt in dict. c. dilectus*

*notat Magiſter ſent.in 4.diſtinct.34.& ibi S.Thom.art.4. l.6.tit.2.p.4.*

109 Nec teſtis eſſe † poteſt ebrius neq; facere teſtamen-
tum, quia neſcit quod loquatur, ſecundum Bald.&Fel.
*in c.1.de teſtib.& Rip.vbi ſupra, Tiraq.de pœn.temperan.
cauſſ.6.n.8.optime Maſcard.de probat.concluſ.579.per to-
tum,2.tom.pro quo eſt l.8.titul.16.p.5.ibi:Otroſi dezimos,
que no puede teſtiguar ome que aia perdido elſeſo, en quanto
le dura re la locura:* Nam ebrius ita amittit Iudicium, ſicut
furioſus, ac proinde eidem æquiparatur, *vt eſt prædi-*
110 *ctum.* Nec † tenet contractus factus per ebrium in ſui
præiudicium, etiam cum iuramento, *vt in c.vnuſquiſque
& ibi gloſſ.in verb.ebrius,22.q.4.Tiraq.& Maſcard.vbi*
111 *ſupr.n.2.*&ideo † contrahens cum eo, quem inebriauerat
in prædio, ad quod cum inebriauerat, dolo dicitur
contraxiſſe, vt tenent gloſ Bal.& moderni *in l.dolum,C.
de dol.Rip.vbi ſup.d.n.76.*vbi hoc intelligit *n.79.*in pe-
nitus ebrio, ſecus alias, *Maſcard.vbi ſupr.n.7.&* 8.Nam
112 parum † ebrius poteſt contrahere & teſtari, ſecundum
Dec.*conſil.112.n.1* & Maſcard.*d.n.8.*qui *n.6.*tunc demũ
verum intelligit, quod ebrius teſtis eſſe non poſſit,
quando probetur huiuſmodi teſtem fuiſſe ebrium tem-
pore teſtimonij & depoſitionis; Nam alioqui ebrietas
non repellit à teſtimonio, niſi probetur, *prout ſupra*, ſe-
cund. Aym. Crauett. & alios; quos refert & ſequitur:
Nemo namq; præſumitur ebrius, niſi probetur, vt te-
net Rip.*in l.ſi vnquam,num.80 C.de reuoc.don.& inquit
Bald d.c.a crapula,n.1.de vita & honeſt.cleric.*quod pro-
113 batio ebrietatis † difficilis eſt, & ideo non creditur te-
114 ſti deponenti ſuper ebrietate, niſi aſſignet † concluden-
tem rationem, etiam non interrogatus, quia in cogno-
ſcendo ebrietatem plurimum laborat ratio intellectus,
& de facili decipi poteſt, ſecundum Innoc Bald.& Fe-
lin.*in c.cum cauſſam,el 1.de teſtib.n.3.verſ.& iſtam fallen-
tiam, Bart.in tract.de teſtib.col.3 Bal.in l.furioſum, circa
medium,C.qui teſtamenta fac.poſſ.& in l.ſolam,C.de teſtib.*
quos refert & ſequitur Rip.*vbi ſupr.n.80.* & prædicta à
*n.112.*tradit etiam & ſequitur, alia addẽs in materia Ma-
ſcard.*de probat.concl.578.per totam, in initio,2.tom.*

## SVMMARIVM.

1 *Homicidium inter grauiora crimina computatur.*
2 *Homicida voluntarius, publicus vel occultus, irregularis eſt.*
3 *Presbyter aut Diaconus homicida deponitur, non tamen communione priuatur, ſi ſententiæ paruerit, & poſt depoſitionem detrudendus eſt in monaſterium.*
4 *Reclusionis pœna non ita diuturna debet eſſe contra clericum conſilium præbentem homicidio ſicut in vere & proprie occidente.*
5 *In caſibus, in quibus iure ciuili pœna mortis infligitur pro homicidio, iure canonico pœna perpetui carceris imponitur.*
6 *Clericus homicida voluntarius non eſt ipſo iure beneficio Eccleſiaſtico priuatus, ſed per ſententiam priuandus.*
7 *Quinimo etiamſi quis eſſet per ſententiam condemnatus pro homicidio, nõ eſt beneficio priuatus, niſi per ſententiam priuetur.*
8 *Clericus homicida interim, quod beneficio non priuatur per ſentẽtiam, fructus eius licite recipit atq; conſumit, ita quod neque iudex eoſdem fructus in ſententia poſſit fiſco adiudicare, ſiue ſint exſtantes, ſiue conſumti: ſed contra numeris ſequentib. vbi limitatur, quod eſt prædictum.*
9 *Prælati non canonice inſtituti, qui propter eorum demerita ſciunt ſe debere priuari, ſi poſtea priuentur, antenentur ad reſtitutionem fructuum.*
10 *Clericus homicida poſtea deſeruiens beneficio vel dignitati, non priuatur fructibus, niſi a die accuſationis vel inquiſitionis, niſi delictum ipſo iure miniſtrare impediret vel ſi priuatio beneficij pro eo ipſo iure induceretur, vt in n.11.*
12 *Obtinens beneficium curatum, qui intra annum non ordinatur, tenetur in conſcientia exinde beneficium dimittere & fructus reſtituere ante ſententiam, & num.13.*
14 *Pœna non debetur in conſcientia ante condemnationem, etiamſi ipſo iure imponatur. Hoc limitatur, quando contrarium de mente legiſlatoris conſtat, vel non imponitur proprie, vt pœna, ſed vt quædam conditio vel modus rei traditæ, vt in nu.15. Secundo limitatur, vt procedat in pœna, quæ ad ſui exſecutionem aliquam actionem requirit: ſecus in illa, in qua nulla actio requiritur, vt cum ſuis exemplis declaratur n.27.in ver. 2.principaliter.*
16 *Maritus poteſt legare vxori vſum fructum ea lege,* ſi pudice vixerit, *aut* ſi ad ſecundas non tranſierit nuptias.
17 *Leges ſeu cõſtitutiones collegiorum inducentes priuationem ipſo iure propter aliquod crimen, obligant in conſcientia abſque iudicis ſententia.*
18 *LL.Regiæ iudicibus & aliis miniſtris pœnas infligentes, ſi iudicium vendiderint munuſculaq; receperint, quas incurrant eo ipſo, nulla exſpectata ſententia, obligant in conſcientia.*
19 *Retinens beneficium Eccleſiaſticum, quod eſt priuatus ipſo iure, dicitur intruſus, requiritur tamen ſententia priuationis vel declaratoria: item aliis modis dicitur quis intruſus vt hic.*
20 *Recipiens Eccleſiam parochialem, ad ſacerdotium promoueri non intendens, vt intra annũ eius fructus percipiat, illam poſtea dimiſſurus, niſi voluntate mutata promotus fuerit, ad reſtitutionem fructuum tenetur, nec eſt neceſſaria ad hoc ſententia: hoc tamen intelligendum eſt in foro conſcientiæ, ſecus in exteriori, vt in n.21. Ideq; eſt in retentione beneficij, vt in.23. Comprehenditur etiam ille, qui dubio eſt animo ordines ſuſcipiendi, vel cum intentione eos ſuſcipiendi ſua conditione, ſi, &c. vt in n.22.& 24. quid in aliis beneficiis non caritis & n.25.*
26 *Coniugati accipientes penſiones ſuper beneficiis Eccleſiaſticis, auctoritate Apoſtolica in ſuſtentationem ſuo ſtatui neceſſariam, non peccant.*
27 *Accipiens beneficium non curatum, hæſitans & non deliberans permanere in eo ſtatu, ſatis faciens tamen eius oneribus, an peccet?*
28 *Pœna in foro conſcientiæ, quando incurratur & debeatur ante condemnationem, & quando non?*
28 *Clericus quoties propter crimen damnatur ad reſtitutionem fructuum, ſolum condemnatur ad reſtitutionem perceptorum non vero qui percipi potuerunt.*
29 *Clericus homicida interim, quod non priuatur beneficio poteſt id renuntiare, & procedit etiam in renuntiatione in fauorem certæ perſonæ, vt num.30. cum ſeq. & procedit etiam poſt concluſum in cauſſa, ante ſententiam, & etiam poſt eam, ſi eſt ab ea legitime appellatum, vt in n.36.& 38.*
31 *Omnis aſſenſus Regis ſiue Summi Pontificis, eſt gratia, quia Princeps non cogitur conſentire.*
32 *Renuntiatio in fauorem alterius, mentione criminis nõ facta, an ſit valida, & n.51.*
33 *Motu proprio Pij Quinti, de confidentiis attento caut. quadam 44.Ferratij & aliorum non eſt licita neque ſecura.*
34 *Rebellis antequam priuetur beneficio, poteſt illi renuntiare: idem in clerico periuro & in alio quocunq; criminiſo vt ibi, n.35.*
36 *Clericus homicida cõdemnatus pœna perpetui carceris, ſi tamen per ſententiam non priuatur beneficio, poteſt illud*



*illud reſignare, etiamſi exſpectans Apoſtolicus illud acceptauerit.*
39 *Clericus homicida ante ſententiam priuationis beneficij, poteſt ei renuntiare, etiamſi alius id prius impetrauerit & in euentum priuationis. Limitatur, n.40. ſi in impetratione appoſita fuerit clauſula expreſſa, quod renuntiatio, lite pendente facta, cedat in vtilitatem impetrantis.*
41 *Quid quando huiuſmodi renuntiatio vel reſignatio beneficij ſit cum ignorantia impetrantis ipſius, vel ſcienter, & n.42.*
43 *Renuntiatio beneficij facta cum fraude, non eſt admittenda, & n.52.*
44 *Clericus propter crimen priuatus à canone beneficio ipſo iure, non poteſt ei renuntiare.*
45 *Clericus priuatus beneficio ipſo iure à canone, propter non promotionem intra annum ad ſacerdotium, non poteſt illud reſignare nec retinere in conſcientia.*
46 *Decurio, rector vel tabellio ciuitatis vel villæ, aliive officia perpetua habentes, committentes delictum priuatione dignum, an interim, pendente proceſſu, poſſint renuntiare huiuſmodi officiis? & n.ſeqq.& num. 50. quod non, quando propter delictum ſunt priuati ipſo iure officio.*
47 *Huiuſmodi officia publica ſunt hypotheca bonorum includuntur, & in eis exſequutio fieri poteſt, & ſi ſunt quæſita conſtante matrimonio, mulieri debetur æſtimatio pro parte eius, & filio imputatur in legitimam.*
53 *Delinquens poſt delictum ante ſententiam priuationis bonorum, poteſt bona ſua adminiſtrare & alienare, quando propter delictum non eſt priuatus ipſo iure à lege vel canone ſuis bonis, nec ea ſunt ipſo iure confiſcata: procedit etiam hoc in conſcientia, vt in n.61.*
54 *Delinquens huiuſmodi poteſt debita ſoluere & ei debitum ſolui, niſi ſit contumax.*
55 *Poteſt etiam de bonis ſuis dare in ſolutum creditoribus.*
56 *Bona delinquẽtis an ſint tacite obligata & hypothecata fiſco vel parti, cui debent applicari, & numeris ſequentibus.*
57 *Tacita hypotheca competens fiſco poſt ſententiam in bonis delinquentis, quibus creditoribus præiudicet.*
59 *Delinquens poſt ſententiam condemnatoriam contra eum latam pro delicto tranſactam in rem iudicatam, non poteſt bona ſua alienare.*
60 *Sequeſtrum bonorum non habet locum in caſibus, in quibus pro delicto bona non confiſcantur ipſo iure.*
62 *Intendens crimen committere, ob quod ſcit ſe bonis ſuis priuandum, an in conſcientia poſſit ea antea alienare.*
63 *Donatio ante delictum commiſſum animo id committendi, & ſic fraudulenter reuocatur; ſecus ſi nulla ſubſit ſuſpicio fraudis, vt in n.64.*
65 *Fraus in propoſito cenſetur probata, ſi alienatio tunc fiat omnium bonorum & aliis modis, de quibus hic.*
66 *In crimine læſæ Maieſtatis bona ſtatim, commiſſo delicto confiſcantur ipſo iure.*
67 *Hodie in noſtro Regno & bona confiſcantur ipſo iure in crimine læſæ Maieſtatis, & adminiſtratio & dominium bonorum tollitur & alienatio prohibetur, tam tit. oneroſo, quam lucratiuo, à die commiſſi delicti.*
68 *Idem eſt in crimine hereſis, quicquid alias diſponat l. 4.in fin. tit.26.part.7. de cuius intellectu agitur in n. 69. Idem eſt in peccato nefando contra naturam, vt in n.71.& in aliis caſibus, in quibus bona confiſcantur ipſo iure, vt in n. 72.*
70 *Leges partitæ nuſquam cenſentur derogare iuri ciuili & Canonico, in his, in quibus iuri Canonico derogare poſſunt, niſi in caſibus in quibus ipſæ ll. aperte id docent.*
73 *Hæreticus, attento iure Canonico, cui ſtare debemus, non poteſt vllo modo condere teſtamentum nec ex eo aliquid capere.*
74 *Alienatio quocunque titulo facta, à delinquente bonorum facta, vbi ipſa prohibetur, eſt nulla, fiſcuſque ea repetet atque vendicabit à poſſeſſoribus poſt ſententiam.*
75 *Hæreticus non poteſt donare, neq; alio tit. alienare, neq; dotare filias in matrimonio carnali nec ſpirituali.*
76. *Fiſcus vendicans prædicta bona poſſeſſoribus, non tenetur eiſdem pretium ſoluere, neq; aliis tertiis poſſeſſoribus, quantumcunque per plures manus tranſierint, vt in n.77. præterquam ſi pretium datum ab emptore, reperiretur inter bona ipſius delinquentis: vel ſi fuit conuerſum in vtilitatem bonorum delinquentis, & illa vtilitas cum bonis ad fiſcum fuit delata, vt in numer.78.*
79 *Delinquens cuius bona ipſo iure pro delicto ſunt confiſcata vel alteri in pœnam applicata, non poteſt ſine peccato mortali rem aliquam in caſu non permiſſo alienare etiam reuelata emptori cõditione rei, vt in n.83. & an titulo lucratiuo, vide hoc n.& n.80.*
81 *Fraus ad damnum proximi tendens, eſt pernicioſa, & peccatum mortale, niſi circa minima verſetur.*
82 *Delinquens, cuius bona ipſo iure pro delicto ſunt confiſcata, ſi alienet titulo gratioſo minus peccat, quam ſi titulo oneroſo alienaret, vt hic.*
84 *Delinquens tamen huiuſmodi ex cauſa neceſſaria poteſt alienare, nempe pro alimentis, aduocatis, & aliis neceſſariis, vt hic.*
85 *Res ſequeſtrata, deficientibus aliis bonis, poteſt vendi pro alimentis & aliis ſumptibus, arbitrio iudicis.*
86 *Res, quæ ſubiacent reſtitutioni, & quæ prohibentur alienari, poſſunt pro ſumptibus alimentorum alienari.*
87 *Bona maioratus an pro eiſdem alienari poſſint? & n.88.*
89 *Delinquens, cuius bona ſunt ipſo iure confiſcata pro delicto, quando alias eſt ſoluendo, poteſt alienare.*
90 *Item, quando delictum eſſet ita occultum, vt nullo modo probari poſſet.*
91 *Fiſcus non tenetur ad ſoluenda debita ab ipſo debitore contracta poſt commiſſum delictum, ſed ea tantum, quæ tempore criminis perpetrati ipſe delinquens contraxerat.*
92 *Collatio beneficij irregulari facta, ipſo iure eſt nulla.*
93 *Collatio beneficij facta excommunicato, ipſo iure eſt nulla.*
94 *Collatio beneficij facta à Papa excommunicato, præcedente abſolutione à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, &c. vt communiter de ſtylo Curiæ fit, per illam clauſulam,* Teque abſoluentes, *&c. valet.*
95 *Clericus periurus priuandus eſt per ſententiam beneficio Eccleſiaſtico, non tamen eſt ipſo iure priuatus.*
96 *Non merentur regere Eccleſias, qui ſunt crimine periurij irretiti.*
97 *Collatio beneficij periuro facta, eſt nulla ipſo iure.*
98 *Hoc tamen procedit, quoties quis eſſet per ſententiam declaratus periurus, & poſtea fieret ei collatio, & non alias, quia ante ſententiam facta collatio eſſet valida.*
99 *Collatio beneficij periuro facta, nulla eſt ipſo iure, quando infamia hac periurij notoria ſit non alias, prout contingit eſſe poſt ſententiam.*
100 *Collatio beneficij periuro facta, auctoritate litterarum Apoſtolicarum ab beneficia, eſt nulla.*

## CAPVT V.

### De clerico homicida.

CVM homicidium inter † grauiora crimina com- 1
putetur, vt probatur *in c.quæſitum, de temp.ord.& in c.inquiſitionis, de accuſat.& in c.miror.5 diſtin.*
*notat*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

notat Abb. in c. cum contingat, n. 22. in princ. de for. compet. merito, quod (vltra pœnam irregularitatis, de qua in c. ſuſcepimus, & capit. ſeq. de homicid. & in Clement. vnica, eod. titul. & in cap. Henricus, de cleric. pug. in duel. & in cap. ex literis, de exceſſ. prælat. & alibi ſæpiſſime, & per om nes ſummiſtas, & Nauarr. in manual. cap. 27. num. 218.

2 Quod † nedum procedit in homicidio voluntario publico, ſed etiam in occulto, iuxta veriorem & communem ſententiam, vt late reſoluit Cordub. lib. 1 ſui quæſtionarij c. 32. per totum, & in ſua ſumma, quæſt. 41. hodie
3 Concil. Trident. ſeſſ. 14. c. 7. ex Canone Apoſtolorum, Presbyter † aut diaconus homicida deponatur, quamuis non communione priuetur, ſi ſententiæ paruerit, vt refertur in c. presbyter 81. diſt. idem probatur in c. miror, & in c. ſi quis viduam, 50. diſt. & in c. cum non ab homine, de iudic. & in cap. inquiſitionis, de accuſ. Quod procedit non ſolum, quando clericus facto proprio commiſit homicidium, ſed etiam ſi præcepto, conſilio, lingua ſeu adhortatione illud perpetrauit, vt notat gloſ. magiſtralis in c. ſicut dignum, §. clericos, verb. conſilium, de homicid. per iura, quæ ibi allegat, quã ſequuntur ibi Dd. Poſt depoſitionem huiuſmodi clericus detrudendus eſt in monaſterium, vt probatur in d. c. cum non ab homine, iuncto text. in c. tua, de pœn. per quæ iura ita voluit Ioan. de Anan in c. 1. col. vlt. n. 5. verb. nam pro, de his, qui filios occiderunt, &
4 probat text. in d. §. clericos. Iſta tamen † recluſionis pœna non ita diuturna debet eſſe contra clericum, conſilium præbentem homicidio, ſicut in vere & proprie occidente, vt conſtat ex d. §. clericos, vbi Summus Pontifex diſponendo contra homicidas illius ſancti viri Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis, iubet clericos conſilio delinquentes perpetuo depoſitos recludi in monaſterium vſq; ad ſeptennium vel quinquennium, per quem text. hoc pro indubio tenet Bernard. Diaz in ſua practica crimin. Canon. c. 88. n. 1. vbi ex Hoſtienſi ſuperiora intelligit, vbi iniuſte & voluntarie eſt commiſſum homicidium: Sequitur primum Petrus Placa de delict. lib. 1. c. 11. n. 15. vbi n. 16. probat, iure Pontificio pœnam perpetui carceris infligendam eſſe pro homicidij crimine, ex c. nouimus, de verb. ſignif. & in c. penult. ad finem, de heret. & in c. quamuis de pœnis, in 6. & allegat plures Dd. tenen-
5 tes quod in † caſibus, in quibus iure ciuili mortis pœna pro homicidio infligitur, iure Pontificio perpetui carceris imponitur.

6 Nihilominus † tamen clericus homicida voluntarius non eſt ipſo iure beneficio Eccleſiaſtico priuatus, ſed per ſententiam priuandus iuxta tex. in c. clericus, ne cleric. vel monach. ibi: Honore priuetur & loco: & interim ante ſententiam iuſte & licite retinet, vt in terminis tenet Innocent. in c. cum noſtris, num. 1. de conceſſ. præb. quem ſequitur ibi Imol. dicens communem, Bald. in l. cum fratrem, n. 6. C. de his, quibus vt indign. Idem Bald. in l. 2. § miles n. 2. ff. de his, qui not. infam. Abb. in c. niſi, n. 4. & 6. de renunciat. vbi eius additio allegat plura, & hanc eſſe communem ſententiam teſtatur Anan. & Felin, in d. c. inquiſitionis, col. 1. n. 3. cum ſeqq. de accuſat. & Ant. Corſet. in ſingul. verb. ſententia, eſt communis ſecundũ Tho. Ferrat. caut. 44. & ita fuit concluſum in Capell. Tholoſæ 207 vbi additio idem ſequitur: eſt etiam communis, vt plures allegans teſtatur idem ſequutus aduerſus Barbat. in d. c. cum non ab hom ne, col. 2. in fin. Bern. Diaz vbi ſupra n. 2. & ibi additio litera A. Teſtatur communem ex aliis & Innoc. in hoc eſt communiter receptus, ſecundum Nauar. in man. Latin. c. 27. n. 249. verſ. 5. & Cou in Clem. ſi furioſus, de homicid. 2. p. relect. §. 3. n. 6. ad fi. & Ioan. Selua de Benef. 3. p. q. 2. per totam. vol. 15. tract. diuerſ. doct. fol. 51. & ſequitur Carrerius in pract. crim. §. homicidum 7. n. 66. quem citat Placa vbi ſup. dicit communem Gomezius in in c. 1. n. 7. de præſcript. in 6. Eandem ſequuntur profeſſi eſſe communem atque plures in idem citantes Rebuff. de pacif. poſſ. n. 314. Didac. Perez in l. 2. tit. 9. lib. 2. ord. col. 501. verſ. hinc eſt, & in addit. ad Villadieg. in tractat. de irreg. c. 1. n. 2. & Petr. Placa in epit. de delict. lib. 1. c. 11. n. 2. ſequitur Cord. in ſumma, q. 41. paulo poſt princip. Eandem teſtatur communem plurimos referens Iul. Clar. in pract. crim. lib. 5. §. homicidium, verſ. de iure autem Canonico, vbi ampliat ſecundum communem in homicida deliberato: teſtatur etiam communem cum Iulio Claro Flam. Pariſ. de reſign. benef. lib. 4. q. 3. n. 9. & eſt vera & magis communis opinio, quicquid alij voluerint ſecundum eundem Flaminium lib. 3. de reſig. benef. q. 15. n. 4. qui enim præcedenti profitetur eſſe communem opinionem, vt criminoſus generaliter non ſit priuatus ipſo iure, ſed quod veniat priuandus iudiciali calculo: communiter namque nullum crimen inducit priuationem ipſo iure, paucis exceptis, vt ibi probat cum aliis n. 5. vbi n. 6. reſoluit, eſſe magis communem opinionem, requiri declarationem iudicis in omni crimine.

Hoc itaque † eſt receptiſſimum & abſque dubio tenendum in iudicando & conſulendo. Quinimo etiamſi quis eſſet per ſententiam condemnatus pro homicidio, non eſt beneficio priuatus, niſi per ſententiam priuetur, Præpoſit. in c. ſtudeat 50. diſt. Felin. in d. c. inquiſitionis, n. 7. de accuſ. Rebuff. vbi ſupr. n. 315. plures allegans deciſio Rotæ 5. de ſententia & re iudic. in antiquioribus. 7

Ex qua † communi ſent. clare deducitur, quod huiuſmodi clericus homicida priuandus per ſententiam beneficio ſuo Eccleſiaſtico ob delictum, interim quod ſententia non fertur, fructus beneficij licite recipit atq; conſumit, ita vt nec iudex in ſententia eoſdem fructus poſſet fiſco adiudicare, ſiue ſint ſtantes, ſiue cõſumpti; Quia donec hic delinquens per iudicẽ priuetur re propria ſeu dignitate, offic. vel beneficio, titulum habet, quo ipſius rei fructus iure optimo percipiat: Ita in terminis tenet Cardin. in Clem. conſtitutionem, §. cæter. ad fi. n. 10. de elect. cuius opinionem ſequitur Phil. Corn. in l. 1. col. 1. C. de his quib. vt indig. & tenuit prius Bal. in l. non ſolũ in fi. ff. de in integ. reſtit. & hanc ſent. veriorẽ eſſe exiſtimat Felin. in c. de quarta n. 33. de præſc. vbi illam comprobat plurib. fundamentis, inter quæ adducit quandã dec. Rotę. 4. de reſtit. ſpol. in nouis, quæ caſum in terminis non decidit, quia loquitur in occupante beneficium de facto, condemnato ad illud relaxandũ, Nam tunc, conſtito de mala fide ipſius, merito vt ad reſtitutionem fructuum teneatur, niſi intelligamus illam deciſionem à contrario ſenſu facere pro hac ſententia, nẽpe, vt quando iuſto tit. aliquis adeptus fuit beneficiũ, licet propter delictum ab eo poſtea commiſſum priuandus ſit beneficio, ex illo, interim donec condemnatur, ac eo priuatur, licite recipiat fructus: hoc tamen ibi non deciditur nec tãgitur, ac proinde illa deciſio Rotæ ad noſtram quęſt. adduci non poteſt. Sed nihilominus Felini ſententiam probat Boër. dec. 98. n. 4. & Did. Perez in d l. 2. col 501. verſ. vnd: etiã, id affirmans procedere ſine grauamine conſcientiæ, & allegat Cou. idem tenentem: verum, vt poſtea dicemus, potius videtur Cou. illo loco contrariam ſententiam probare: Eandem opinionem Felini ex profeſſo ſequitur additionator Bernardi Diaz in pract. crim. canon. c. 88. litera A. & Petr. Placa de delict. lib. 1. c. 11. n. 4. & 8. & Did. Perez à Villadiego vbi ſup. n. 22. Ant. de Burg. in c. Canonum ſtatuta, n. 265. de conſt. quẽ refert & ſequitur Flamin. Pariſ. d. l. 3. de reſig. benef. q. 15. n. 7. 8

Sed in contrarium facit text. in l. prædonis, ff. de pet. hered. per quem text. dicunt ibi Bal. Paul. de Caſt. & Ang. quod eſt ibi caſus rotundus † contra prælatos non canonice inſtitutos, qui propter eorum demerita ſciunt, ſe debere priuari tanquam indignos; Nam licet habeant dominium prælaturæ & faciant fructus ſuos, & antequam priuentur, habeant adminiſtrandi potentiam, tamen ſi poſtea priuentur, tenentur vt prædones ad integram reſtitutionem fructuum medio tempore perceptorum. Sed



Sed certe ille text. mihi hoc non probat, nec in noſtra ſpecie argumentum ſufficiens vel concludens præſtat aduerſus ſupradicta; Nihil enim aliud probat, quam quod prædonis loco intelligendus eſt, qui tacitã fidem interpoſuit, vt non capienti reſtitueret hæreditatem: at ex hoc quid in noſtra ſpecie, quæſo, inferri poteſt ad deciſionem ipſius? præmaxime, quia accommodans tacitam fidem de reſtituendo incapaci, eſt in dolo, & tenetur reſtituere hæreditatem fiſco, renunciando titulo male acquiſito: At in propoſito clericus homicida iuſto titulo acquiſiuit beneficium ac id retinet, quouſque eo priuetur propter homicidium, vt prædiximus. Sunt præterea aliæ plures differentiæ inter prædict. caſus. Nihilominus & ſecundo pro hac parte contra priorem fortius vrget mala fides, quam huiuſmodi delinquens habuit commiſſo crimine, ſequuta poſtea priuatione beneficij ob id, & quia titulus ille, quem in beneficio habuit, reuocatur per ſententiam, & ſic propter præd. malam fidem fructus percepti ab ipſo delinquente ex bonis, quibus priuandus eſt per ſententiam, fiſco adiudicari debent à die commiſſi criminis: argument. l. 1. C. de his, quibus vt indign. vbi hæres, qui non vindicauit necem defuncti, tenetur fiſco reſtituere hæreditatem cum fructibus integris, tanquam malæ fidei poſſeſſor: Sed hic eſt huiuſmodi: Ergo, &c. & ita per illum text. hanc ſententiam in noſtra ſpecie tenent ibidem Paul. Caſtrenſ. num. 3. ex ſententia Guillermi de Cugn. loquens in clerico & in Vaſallo feloniam committente. Alex. num. 4. & refert Iaſon. num. 5. quamuis ipſe aliud teneat. Itaq; clericus ſecundum ſupradictos committens delictum propter quod poſſit priuari beneficio, licet habeat ius in re, quouſq; ſit priuatus: poſtquam tamen eſt priuatus, tenetur reſtituere fructus, quos percepit à die commiſſi delicti vel percipere potuit, ſiue extent, ſiue ſint conſumpti, & ſiue ſit effectus locupletior, ſiue non: & idem in fructibus perceptis ſequitur Rebuff. de pacif. poſſ. n. 416. eandem ſententiam ſecundam late probat Anton. de Burgos, in c. ad noſtram, de empt. & vend. col. 11. verſ. venio modo, nu. 34. vbi reſpondet ſeptem fundamentis contrariæ partis coniectis per Felin. vbi ſup. hanc teſtatur videri eſſe communiorem opinionem eam ſequutus aliosque allegans Bernar. Diaz de Luc. in ſua pract. crim. Canon. c. 123. nu. 5. quam etiam ex ipſo profitetur communem D. Couar. in 4. de ſponſal. 2. p. c. 6. §. 8. n. 7. vbi eam probare viſus eſt, dum certo modo (de quo ſtatim mentionem faciemus) limitat caſum, in quo Bern. Diaz. vbi ſup. exiſtimat procedere opinionem contrariã Feli. vbi ſup. & hæc ſecunda ſententia mihi verior, cõmunior & tenẽda videtur per ſuprad. cum declarationib. infr. ſeqq. quamuis ſententiam Guillermi de Cugn. & Paul. in d. l. 1. C. de his, quib. vt indign. dicat non eſſe veram cũ Feli. vbi ſup. Rip. in l. ſi vnquam, q. 40. n. 103. C. de reuoc. and. nihilominus hæc ſecunda opinio tenenda eſt.

Quæ primo declaratur, vt non procedat, quando ipſe delinquens, etiam poſt delictum; in dignitate, beneficio aut officio debitum miniſterium exhibuiſſet, perſeuerando in ſeruitio Eccleſiæ, vbi beneficium habebat, tunc enim benignius ac æquius eſt, vt huiuſmodi clericus delinquens damnetur ad reſtitutionem fructus à die propoſitæ contra eum accuſationis vel formatæ inquiſitionis, vt credit Bernardus Diaz vbi ſupra.

10 Quod † verum exiſtimat D. Couarr. vbi ſupra, niſi delictum etiam occultum, peracta etiam pœnitentia delinquentem ipſo iure miniſtrare impediret, vt ſi eſſet crimen quod irregularem delinquentem conſtitueret, quia tunc ſeruiendo & miniſtrando in officio, quod exercere non poterat, dignus eſſet maiori pœna, ac delictum maxime augeret, quare fructus non ſunt ei iuſta ratione concedendi nec dimittendi. Idem voluit Anton. à Cord. vbi ſupra dict. quæſtio. 41. dum requirit diſpenſationem Papæ, delinquens enim non poteſt tuto in foro animæ retinere beneficium Eccleſiaſticum, cui eſt annexus ordo ſacer, quem ipſe propter crimen exercere non poteſt, ſecundum Felin. in d. cap. inquiſitionis, in 1. col. num. 1. de accuſat. quem ad hoc citat Couarr. vbi ſupra, num. 7. verſicul. pro quo facit. Secundo † communis ſupradicta ſententia contra Felin. & ſequaces clarius procedet & opinio Felini limitabitur in clerico nempe committente aliquod delictum, pro quo à lege vel Canone inducitur & fit priuatio beneficij vel dignitatis ipſo iure, vt in crimine hæreſis & ſimoniæ; vt in cap. cum ſecundum leges, de hæretic. in 6. cum ſimil. & in aliis caſibus, de quibus in capitul. felicis, de pœnis, in 6. & in Clement. multorum, de pœnit. & in cap. cum qui, de præbend. libro 6. & in cap. 1. de homicid. libro 6. & in cap. ad falſariorum, de crimine falſi, tunc enim fructus à die criminis perpetrati per iudicem fiſco adiudicantur indiſtincte, textus in leg. eum, qui, in princip. ff. de his, quibus vt indign. gloſſ. notab. in authent. de inceſt. nupt. §. 1. verſicul. imminere, quam ibi Doctores communiter ſequuntur, & dicit ſingularem repert. Inquiſitior. verbo confiſcatio; & auream Petrus Belluga in ſpeculo princip. rubr. 14. §. nunc videamus, num. 8. & communiter approbatam, alios allegans D. Couarr. vbi ſupr. in 4. de ſponſal. 2. p. c. 6. §. 8. num. 8. ſequitur expreſſe hanc limitationem Bernard. Diaz de Luc. vbi ſupra dict. cap. 123. num. 5. ad fin. vbi refert Bald. in titul. de pace iuramento firmand. §. iniuriam, verſicul. quare, an committat furtum, dicentem, quod recipiens fructus beneficij, quo priuatus eſt iure, committit furtum: ſequitur etiam Rebuff. de pacif. poſſ. n. 316. cum ſequent. referens plures caſus, in quibus quis propter crimen amittit beneficium ipſo iure: idem probat Didac. Perez vbi ſupra, col. 502. verſ. deducitur etiam: quamuis in hoc minus recte allegat Dd. tenentes prædict. communem ſententiam; Ipſi namque non loquuntur in delictis, pro quibus à iure vel canone inducitur priuatio ipſo iure, ſed potius in clerico homicida, qui ob id crimen non priuatur beneficio ipſo iure, ſed per ſententiam, & nihilominus etiam eo in caſu, vt prædiximus, tenent fructuum reſtitutionem eſſe faciendam à tempore delicti commiſſi, ſic que non debuit gloſſator nouus præfatos Dd. allegare ad hanc declarationem, cum in ea ſpecie ipſi non loquantur, tametſi declaratio hæc iure procedat. 11

Ex quibus idem † dici poteſt, ſecundum Didac. Perez vbi ſupra col. 510. in princip. & in fin. & col. ſequent. in obtinente beneficium Eccleſiaſticum qui intra annũ non ordinatur iuxta diſpoſitionem c. licet canon, cum ſimil. de elect. in 6. Bernard. Diaz in pract. crimin. cap. 48. per totum. & in auditoribus Regiis, quibus Rex præcepit, ne quid recipiant vltra ſalarium competens eis aſſignatum ab eo, ſub pœna priuationis officij ipſo facto, vel reſtitutionis in conſcientia eius, quod receperint à litigantibus, vt contra facientes ſint ipſo iure priuati, ac proinde ad fructuum, quos perceperint ex officio vel beneficio, reſtitutionem teneantur; conſulit tamen ad opiniones effugiendas, vt reualidationem beneficij vel officij impetret, qui eo propter id priuatus eſt, quamuis hoc non ſit compertum neq; per aliquem in iudicio deductum, ſed † quod clericus, qui poſt obtentam Eccleſiam parochialem & habitam illius pacificam poſſeſſionem non promouetur ad presbyterium intra annum, & eo elapſo illam retinet & non relinquet illam, vel fructus poſt annum perceptos non reſtituit, peccet mortaliter, quia eam ipſo facto perdit, vt in dict. capitul. licet canon, tenet Nauarrus in manual. Latin. cap. 25. numero 117. & quod tunc non ſit opus alia priuatoria ſententia, quia lex illa non eſt pœnalis, ſed 12 13

conuen

conuentionalis, probat etiam D.Sot. *lib.10.de iuſtitia & iure, quæſt.5.artic.6.verſic.ſecundum caput, pag.936.* Nec
14 obſtat, quod cum † hæc priuatio beneficij de qua *in d.c.*
*licet canon*, ſit pœna, non debeatur in conſcientia, etiamſi
ipſo iure imponatur, iuxta gloſſam communiter vbi-
que ab omnibus prope approbatam *in c. fraternitas 12.*
*q.2.* & late tradita à Dominico à Soto *lib.1.de iuſtitia &*
*iure, q.6.artic.per totum*, & D.Couarr. *in 4.2. part. c.6.*
*§.8.numero 10.* & Nauarr. *in manual. c.23.num.66.* &
D.Azeued.*in rubric.tit.1.de legib.n.24.lib.2.nou.collect.*
*reg.* & nouiſſime optime per Molinam *de iuſtitia & iur.*
*2.tractat.diſputat.95.per totam*, vbi quod eſt communis
Theologorum & Iuriſperitorum, & etiam per Salon *de*
*iuſtitia & iur.in 2.2.* Diui Thomæ, *quæſt.62.articul.3.*
*an lex pœnal.&c.col.728.cum ſeqq.* & optime per Marc.
Anton.*conſil.9.num.92.cum ſeqq.& aliis plurimis*, hoc
15 enim non † procedit. Primo, quando contrarium de
mente legiſlatoris conſtat, vel cum non imponitur pro-
prie vt pœna, ſed vt quædam conditio vel modus rei
traditæ; vt cum teſtator reliquit aliquid alicui, vt quid-
piam faciat, alias perdat legatum, iuxta Abb. communi-
ter receptum ſuper gloſſ.*verbo adijciens, in c.* Rainal-
dus, *de teſtam.* & in propoſito conſtat de ſtylo, mentem
Pontificum ſtatuentium, vt illo vel illo caſu vacet be-
neficium ipſo iure, eſſe vt peccet, qui illud ita perditum
retinuerit & fructus non reſtituerit, ita Nau. *vbi ſupra*,
qui aliis in locis ſe refert, præcipue *in dict. c.fraternitas*,
vnde Soto. *vbi ſupra, verſic.quarto & de legibus*, inquit,
16 poſſe † defunctum vſumfructum prædij legare vxori ea
lege, ſi pudice vixerit aut ſi ad ſecundas non tranſierit
nuptias; Nam cum primum fregerit hanc conditionem,
tenebitur legatum hæredi remittere: ſequitur D.Couarr.
*in 4.2.part.cap.6.§.8.num.17.* & Nauarr.*in man. cap.23.*
*num.62.& 67.* & cum eis Molin.*vbi ſuprà, diſput.in 96.*
17 *fin.* necnon & Salon *vbi ſuprà*, & pari † ratione inquit
Soto, & cum eo Salon *vbi ſuprà*, idem dicendum eſſe in
eo, qui collegium aliquod de ſua ſubſtantia inſtituit le-
geſque condiderit, vt quicunque collegarum hoc aut il-
lud admiſerit crimen priuatus ſit collegij iuribus, aut
quod à collegio receperat reſtituat; Hæ namque leges
abſque alia iudicis ſententia in conſcientia obligant: ſed
contrarium in hoc tenet Nauarr. *in manual. Latin.c.23.*
*n.63.* & Molin *vbi ſuprà, verſ.de colleg.* eſtque hoc verius
& tenendum.
18 Similiter, inquit † Soto, poteſt Rex tali lege iudices
miniſtroſque iuſtitiæ ad munera Reipubl. aſſumere, vt
quicunque iudicium vendiderit aut munuſcula ſuſcepe-
rit, eo ipſo, nulla alia exſpectata ſententia, tali aut tali
pœnæ ſubiaceat, quales ſane leges in Hiſpania aliiſque
bene inſtitutis prouinciis exſtant, quæ quidem profecto
conſcientiam perſtringunt, ſecundum Soto, *vbi ſuprà*, &
probat Didac.Perez *vbi ſuprà*, vt prædiximus.
19 Superiora † confirmantur, quando retinens benefi-
cium Eccleſiaſticum, quo eſt priuatus ipſo iure, dici-
tur intruſus, vt ex Brixien.notat Fel. *in c. in noſtra col.2.*
*de reſcript.* ſequitur Rebuff. *in praxi benefic.in regul.de*
*ſubrogand.colliti g.gl.4.num.14.* exemplificans in crimine
hæreſis vel ſymoniæ: hoc tamen parum conducit in pro-
poſito, intelligi ſiquidem debet, quando quis fuit per
ſententiam priuatus, & nihilominus retinet poſt, illud
beneficium, vel quando ipſo iure priuatur, & fuerit ſe-
quuta ſententia declaratoria, *ex c.cum ſecundum leges, de*
*hæret.lib.6.* imo in vtroq; caſu requiritur ſententiæ exſe-
quutio, vt notat additio Rotæ *16.in nouis*, & Probus *in*
*pragmatica ſanct.tit. de pacif. poſſ.verbo, violentus*, quos
refert & ſequitur Cou.*vbi ſupr.n.8.verſ.his accedit.* Hoc
autem in alia ſpecie & materia diuerſa à noſtra proce-
dit, nempe ad hoc, vt quis dicatur intruſus, tunc enim
requiritur ſententia priuationis, aut declaratoria ipſius,
& præterea exſequutio ipſius, inſuper & retentio poſt-
modum beneficij, quo eſt priuatus, vt prædiximus, &
merito, quia intruſus dicitur ille, qui abſq; titulo eius
qui dare poteſt, tenet beneficium, *vt in deciſ.13.in anti-*
*quis, de cauſſ.poſſ.& propriet.* Item, qui ſine auctoritate
illius, ad quem collatio beneficij ſpectat, illud accepit
propria auctoritate, & qui nullum habet titulum, vel
qui ſine canonico titulo beneficium occupat, vel qui
per vim occupat, vt late probat Rebuff. *vbi ſupr.n.4.cum*
*ſeqq.* & latius Maſcard. *de probat.concl.459.per tot.* Vnde
ſecundum ipſum Rebuff. *vbi ſupr.n.10.* qui beneficium
poſt priuationem & depoſitionis ſententiam, à qua nõ
appellauit, adhuc retinet, eſt etiam intruſus: ſequitur
plures referens Maſcard. *vbi ſup.n.19.* at vero nos *ſuprà*
agimus reſpectu amiſſionis fructuum & reſtitutionis eo-
rum, quoties quis propter crimen à iure vel canone eſt
priuatus ipſo iure: quod eſt diuerſum, & ideo merito vt
tunc non requiratur ſententia.

Similiter † ille, qui Eccleſiã parochialem recepit, ad 20
Sacerdotium promoueri non intendens, vt eius fructus
intra annum percipiat, illam poſtmodum dimiſſurus,
niſi voluntate mutata promotus fuerit, ad reſtitutionem
fructuum tenebitur, cum eos receperit fraudulenter, ita
probat text.*in c.commiſſa, §.ceterum, de elect. lib.6.* & te-
net Nauarr.*vbi ſup.n.118.* Nec eſt neceſſaria ad hoc ſen-
tentia condemnatoria, quia lex hæc non eſt pœnalis,
ſed eo ipſo, quod quis non habet propoſitum ſuſcipien-
di Sacerdotium, fructus non facit ſuos, vt probat & te-
net D.Sot.*vbi ſupra, verſ.percontaris*, & Ioſeph Angles
*in ſuis floribus Theologic.q.2.p.in q.de cleric.reſtit.obnox.*
*pag.208.ad fin.* Hoc tamen † verum eſt & procedit, vt ad 21
reſtitutionem fructuum quis teneatur in præfata ſpe-
cie *d. c. commiſſa* in conſcientia, & ſic debet moneri per
ſuum confeſſorem, non vero quoad forum exterius, vt
alicui detur actio, ad hoc, vt huiuſmodi clericus conue-
niri poſſit ad fructuum reſtitutionem, neque à iudice
Eccleſiaſtico cõdemnari, vt cenſuit Senatus, teſte Rebuf.
*in prax.benef.in tit.de non promot. intra ann.n.15.pagin.*
*mihi 445.* quod ſatis conſtat ex mente Doctorum hæc
de re agentium. Inquit tamen Rebuff. *ibidem*, melius
eſſe fructus in hoc ſæculo reddere, quam ad inferos cum
illis deuolui vel à Papa compoſitionem impetrare, vel
ab illis, qui in indulgentiis componendi poteſtatem
habent.

Et cum † text. *in d.c.commiſſa, §.ceterum* dicat, *Non* 22
*intendens, &c.* comprehenditur etiam ille, qui dubio eſt
animo, nam qui hæſitat, non intendit: vnde qui Eccle-
ſiam parochialem ſuſcepit, nondum de vita deliberans,
ſed pendens animo, vt ſi res alia via felicius ſucceſſerit,
habitui clericali ſit renuntiaturus, non tuta conſcientia
fructus recipit, ſecundum D. à Soto *vbi ſuprà verſic.*
*& nota*, vbi idem cenſet, etiamſi intentionem habuerit
Sacerdotij ſuſcipiendi, ſub conditione tamen, niſi per
mortem primogeniti fratris hæreditas paterna (adde
tu, vel maioratus) ſibi obtigerit aut aliud quippiam ſæ-
culare proſpere ſucceſſerit, quoniam cum text. ait: *Non*
*intendens*, abſolutam intentionem expoſcit. Præterea
qui abſolute percipit fructus, abſolutam debet habere
intentionem, alioqui fraudulenter, vt ait text. eos reci-
pit, & hoc verius cenſeo, quam contrarium, quod tenet
Nauar.*d.c.25.n.118.* ea moderatione, vt habeat animum
iterum ſatisfaciendi ſuæ functioni, & cum effectu idem
ſatisfaciat: ſed nihilominus adhuc in ea ſpecie teneo
opinionem Soti, vtpote literæ & menti text.*in d.§.cete-*
*rum*, magis adhærentem atque congruentem. Opinio ta-
men Nauar.in hoc ſuſtineri poterit in aliis beneficiis,
quam curatis, non ſolum reſpectu fructuum, ſed etiam
peccati, vt *infrà* dicemus. Addo † vlterius quod quam- 23
uis tex. ille loquatur de receptione beneficij ſine animo
accipiendi Sacerdotium, pari ratione idem erit dicen-
dum in retentione, vt quemadmodum quis Eccleſiam
parochialem



parochialem ſuſcipiens, non intendens promoueri ad
Sacerdotium, tenetur reſtituere fructus, quamdiu men-
tem non mutauerit; ita licet tempore receptionis ſanum
propoſitum habuerit, ſi tamen id poſtea mutet, decer-
nens non fore Sacerdotem, ab illo tempore tenebitur
fructus reſtituere: ita gl. *ibid. verbo non intendens, in fin.*
& vltra Dd. *ibidem* ſequuntur Sot. & Ioſeph. Angl. *vbi*
*ſupr.pag.209.* in propoſito dicens, deducendum eſſe ab
illis fructibus reſtituendis ſalarium, quod Vicario dedit,
& hoc verius exiſtimo, & tenendum aduerſus nauarr.
*d.c.25.n.118.* aliud tenentem de rigore iuris.
24 Dubitari † tamen contingit; *An idem ſit dicendum*
*in aliis beneficiis non curatis, ſi ſeruitium habent annexum,*
*an obligent ad reſtitutionem fructuum eos, qui abſque clericali*
*intentione ea poſſident?* Et videtur de iſtis eandem eſſe ra-
tionem: Nihilominus tamen in his contrarium eſt di-
cendum quoad fructuum reſtitutionem, cum canon
ille de his minime loquatur, ſed tantum de illis, & odium
contineat contra huiuſmodi clericos, vnde ſuccedit re-
gul. iuris, *Odia reſtringi, &c.* quia ſi canon aliud voluiſ-
ſet, expreſſiſſet: Cum igitur loquutus tantum ſit in re-
cipientibus Eccleſiam parochialem, non intendentib.
ad Sacerdotium promoueri, neque in cæteris beneficiis
ſimile deciſum iure inuenietur, merito, vt à contrario ſen-
ſu in eis aliud ſit dicendum reſpectu reſtitutionis fru-
ctuum: & ita ex profeſſo probauit & tenet Sot.*vbi ſupr.*
*verſ.de aliis autem*, & Nauar.*d.c.25.n.118.* & Ioſeph. Ang.
*vbi ſupr.* neque hic eſt eadẽ ratio, & quamuis eſſet, adhuc
extenſio locum non haberet, vt conſiderat Nauarr.
*vbi ſupra.*
25 Nihilominus † tamen non erit mundus à culpa mor-
tali, qui beneficium habet, cui eſt annexum clericale
obſequium; niſi propoſitum habeat, ſi non Sacerdota-
lem, ſaltem illum ordinem ſuſcipiendi, qui ad tale ſer-
uitium neceſſarius eſt, aut ſi nullus requiritur ordo, ſal-
tem intentio neceſſaria eſt clericorum more viuendi.
abſurdum quippe eſſet, canonicatum aut aliud huiuſ-
modi beneficium obſequio Eccleſiaſtico deputatum re-
tinere cum animo ad matrimonium conuolandi aut
ſeculariter viuendi: ita Sotus *vbi ſupra verſ.at vero*, quẽ
ſequitur Nauar. *vbi ſupra in verſ. videtur autem*, non
quidem eo, quod non habeat huiuſmodi animum, ſed
quia non deferat habitum clericalem; Putat tamen, vt
verum eſt, eum non obligari ad reſtituendos fructus:
Ego in vtroque exiſtimo eum peccare, nempe, quod nõ
habeat huiuſmodi animum, & quia non deferat habi-
tum clericalem: & idem cum Soto teneo in poſſidenti-
bus præſtimonia cum huiuſmodi ſæculari animo & ha-
bitu, quando quidem huiuſmodi titulus clericalis eſt.
26 Similiter clericus † accipiendo beneficium, etiã ſimplex,
animo nunquam inſeruiendi Eccleſiæ, ſed tantum fru-
ctibus eius fruendi, peccat, vt concludit Nauarr.*in tra-*
*ctat.de oratione, miſcell.44.n.1.& in conſ.44.de præbent.&*
*conſ.eod.tit.* quem refert & ſequitur Flamin. Pariſ. *lib.4.*
*de reſign.benef.q.11.n.41.& 42.* vbi quod peccat, qui ca-
pit beneficium animo poſtea relinquendi illud, vel vt
recipiat penſionem, vel vt poſſit accipere vxorem. Non
tamen peccant coniugati accipiendo auctoritate Apo-
ſtolica penſiones ſuper beneficiis, modo eas accipiant
in ſuſtentationem ſuo ſtatui neceſſariam, vt contra Sot.
tene bene probans Nauarr. *d.c.25.n.119.* Sed vt defen-
dam grauiſſimum virum Soto, conſidero, ipſum non cõ-
trarium, & ſic quod ei imponit Nauarr. tenuiſſe, ſed
adeo eſſe inſtituto Eccleſiaſtico abſonum, vt cur Eccle-
ſia ferat, non videat: non tamen ex hoc vſus eſt tenere,
nec credo voluiſſe peccare in eo prædict. coniugatos,
quandoquidem ipſi auctoritate Apoſtolica acceperunt.
27 Qui † autem beneficium non curatum accepit, hæſi-
tans & nondum deliberans permanere in eo ſtatu, ani-
mo tamen ſatisfaciendi eius functioni & onerib. prout
reuera ſatisfacit, ſed cum propoſito, quod ſi frater eius
primogenitus obierit mortem ſine liberis, aut ſi ad com-
ponendam pacem, aut exſtinguendas lites, aut alia ſimi-
lia, aut ad augendum decus ſuum, vel ſuæ familiæ, vel
patriæ, expediret accipere vxorem, id faceret, non vi-
detur peccare; Quia licet hoc in beneficiis curatis non
liceat; imo ea accipiens, non intendens vel dubitans ad
Sacerdotium promoueri teneatur ad fructuum reſtitu-
tionem, vt prædiximus; in aliis autem beneficiis non
curatis, licet peccetur mortaliter, recipiendo ea abſque
propoſito recipiendi illum ordinem, qui ad ſeruitium
eorum neceſſarius eſt, vt eſt dictum, non tamen idem eſſe
exiſtimo in ſpecie præmiſſa, quia in huiuſmodi benefi-
ciis ſimplicibus non inuenitur expreſſum à iure, ſicut in
curatis, ideo in non curatis melius ſuſtineri poteſt hoc
caſu opinio Nau.*vbi ſup.d.c.25.n.118.verſ.quinetiam*, &
eiuſdem Nau.*d.conſ.16.n.1.de præb.* tenentis, quam nunc
præfamur, limitationem, quam in curatis, in quibus ipſe
proprie loqui videtur reſpectu fructuum.

Secundo † principaliter reſpondeo, quod præd. opi- 28
nio receptiſſima *gl.in c.fraternitas.12.q.2.* procedit in il-
la pœna, ad cuius exſecutionem requiritur aliqua actio:
verbi gratia, pœna mortis, mutilationis membri, ver-
beris, carceris, exilij, ſolutionis, confiſcationis ſeu pri-
uationis bonorum huiuſmodi, hæc enim exſequi non
poſſunt per ſolam legem, niſi inueniat actionem non
obligat in conſcientia: ſecus in illa pœna, quæ nullam
actionem ad ſui exſequutionem exigit, veluti excom-
municationis, ſuſpenſionis, interdicti & irregularita-
tis, & ſi qua eſt ſimilis: ita Caietan. *ſuper* Tho.*2.2.q.62.*
*art.3.* Syluest.*in ſum.verb.aſſaſſini, n.4.* Felin.*in c.* Rodulf.
*n.36.de reſcript.* D.Cou.*in reg.peccatum, 2.p.§.8.n.6.& in*
*4.deſponſ.2.p.c.6.§.8.n.16.&c.8.§.5.n.8.* vbi exemplificat
ſecundum membrum diſtinctionis ſupradictæ in illis
pœnis, in quibus quis incapax efficitur alicuius actus,
tenetur enim ab illo actu abſtinere: ſic incapax aliquorũ
bonorum tenetur ab eorum poſſeſſione decedere (ſi poſt
incapacitatem ea acquirat) ex Caiet. *vbi ſup.* idem con-
cludit Roias *in epit.ſucceſſ.c.20.n.150.* & Nauar. *in c.inter*
*verba, corol.54.n.606.11.q.3.& in man.c.23.n.66.& 67.*
vbi exemplificat etiam ſecundum membrum prædict. in
pœna amiſſionis beneficij ipſo facto, eandem doctrinam
Caiet.*in præd.2.membro* ſequitur & probat Ludo.Molin.
*de iuſtit. & iur.tract.2. diſputat. 96. in verſ.vt vero*, di-
cens, quod in hoc conſentiunt Dd.omnes, & quod ex
ipſo Eccleſiæ vſu & praxi eſt manifeſtum, vbi etiã ſequi-
tur & probat exemplum Cou. *vbi ſupr.præd.2.* membri
Caietani, nempe in illis pœnis, in quibus quis incapax
efficitur alicuius actus vel bonorum. Hæc autem do-
ctrina Caiet. & ſequacium veriſſima eſt & communiter
ab omnibus recepta: exemplum tamen Nauarr. *d.c.23.*
*n.67.ſecund.* membri Caietani *præd.* in pœna amiſſionis
beneficij ipſo facto, vt ſi quis in eam incurrat, teneatur in
conſcientia ſtatim dimittere beneficium ante condem-
nationem, ac proinde idem diceret Nauar. in officio
iam acquiſito, quod delinquens ante commiſſum à ſe
crimen iuſte poſſidebat, mihi non placet, nec tenenda
eſt ſua in hac ſpecie opinio, ſed potius contraria, vt ve-
rior, probabilior atque ſententiæ gl. receptiſſimæ *in d.c.*
*fraternitas, 12.q.2.* de qua ſup.hoc *c.n.14.* conformis: Cum
enim quis iuſte poſſeſſionem bonorum officij vel bene-
ficij ſemel acquiſiuit, etiamſi poſtea ob crimen illis ipſo
facto priuetur, non tenetur in conſcientia ante con-
demnationem à ſua poſſeſſione vel dominio decedere;
quia ad id requiritur actio aliqua, nempe declaratio in-
curſionis illius pœnæ, deſtitutio & actualis priuatio il-
lius poſſeſſionis. Licet enim non requiratur ſententia,
quæ irroget eã pœnam, quandoquidem ipſo iure eſt im-
poſita pro eo crimine, requiritur tamen ſententia quæ
declaret actum factum, aut commiſſum, aut ẽt omiſſum,

Z ex

ex quo pœna ipſo iure lata eſt, per text. *in l. eius*, qui delatorem, & ibi Bart. *ff. de iure fiſci*, & *in c. cum ſecundum*, §. *confiſcationis*, & ibi Ioan. And. & *alij de hæret. in 6*. & eſt magis recepta ſententia numero & auctoritate auctorum, vt conſtat ex Tiraq. plurimos citante *l. ſi vnquam, verb. reuertatur n. 400. C. de reuoc. donat.* & Ant. Gom. *in 3. tom. variar. c. fin. n. 3.* & Rol. à Valle *conſ. 18. n. 11. lib. 3.* Præterea, quia etiamſi qui amiſerit titulum beneficij, poteſt retinere poſſeſſionem & fructus illius; poſſeſſio enim colorata non perdit colorem amiſſio tit. ſecundum Nauarr. *in lib. de oratione, Latine cõpoſito, notab. 21. n. 55. & 57. & in c. accepta, oppoſit. 10. n. 6. & 12. de reſtit. ſpol.* & quod per ſententiam priuationis oporteat delinquẽtẽ huiuſmodi ſpoliari poſſeſſione, alias interim gaudeat fructibus beneficij, tenet idem Nauar. *in d. c. accepta, oppoſitione 7. n. 56.* præmaxime, cum nec etiam titulo & dominio in foro conſcientiæ ſit priuatus ante condemnationem, ſed adhuc retineat dominium ſuorum bonorum ſecundum veriorem ſententiam Archid. Victoriæ, & Soti, quam bene probat Mol. *vbi ſupra diſputat. 95. verſic. dubium vero*, aduerſus alios: nec tenetur quis ſeipſum prodere & pœnam iuris ante ſententiam in ſe exſequi & propriam famam prodigere; Itaq; requiritur nedũ actio & declaratio iudicis, ſed etiam exſequutio, deſtitutio ac priuatio actualis officij vel beneficij: & ita hanc partem aduerſus Nau. nuncupatim *vbi ſupra* probabiliorem exiſtimat eſſe Molin. *d. diſputat. 96.* cum Soto *lib. 1. de iuſtit. & iur. q. 6. art. 6. præſertim ad vltimum*; idem innuit Cou. *in 4. 2. p. c. 6. §. 8. n. 8 verſ. his accedit*: imo & Nauar. ipſe idẽ affirmat *in opuſc. de datis & promiſſ. pro iuſt. corol. 31. n. 41.* vbi vult, pœnam illam priuationis ipſo iure omnis beneficij & officij Eccleſiaſticis ſæcularis, & inhabilitationis ad illa omnia beneficia & officia, & quæcunq; alia obtinenda, à Greg. XIII. ſtatuta *in extrauag. diſtur. 91.* relata, non deberi ante ſententiam, tum propter eius pœnæ maximam acerbitatem, & quoad terrorẽ & exaggerationem videatur ita ſtatuta; tum etiã, quia pœnæ graues, quæ exſequutionem exigunt ipſius delinquẽtis, vt eſſet, relinquere beneficium aut officium iam obtentum, non debentur ante latam ſententiã, ſi ſtatutæ ſint ipſo iure aut ipſo facto: ita ex Nau. refert & ſequitur Molin. *vbi ſupra*, addens idẽ in beneficiis Eccleſiaſticis intelligendũ eſſe, quando non ſubiungitur aliud verbum, vnde cõſtet, mentem Summi Pontif. eſſe, vt amittatur, nulla exſpectata ſentẽtia: quale videtur eſſe illud Pauli II. *in extrauag. ambitioſæ, de reb. Eccl. non alien.* vbi dicitur: *Clericus, qui bona Eccleſiæ alienauerit, ipſo facto priuatus exſiſtat beneficiorum Eccleſiaſt. illaq; abſq; declaratione aliqua vacare cenſeantur*: Ex hac namq; *extrauag.* noſtra præcedẽs confirmatur ſententia, per locũ ab ſpeciali, vt Sotus *vbi ſupr.* rectè aduertit: Etenim dum ad acerbitatem, pœnæ & vt Eccleſiaſtici plus abſtinerent à reb. Eccleſiæ alienandis, addit Summus Pontif. vt in hoc euentu nulla eſſet neceſſaria declaratoria ſententia, manifeſte innuitur, quod niſi id addidiſſet, nequaquam id operatur verbum illud, *Ipſo facto*, quod præmiſerat.

Illud tamẽ primo obſeruandũ erit, pœnam illã inhabilitatis ad beneficia obtinenda, quoniã & acerba admodũ eſt & permixtim appoſita cum aliis, quæ vim non habent ante latam ſententiam, excipiendam eſſe per epicheiã ab illa regula, quam ex D. Couar *vbi ſupra*, retulimus, vt affirmat Molin. *vbi ſupra*, cuius ſent. mihi placet.

Secundo, quod quando pœna amiſſionis beneficij eſt ipſo iure ſtatuta, id operatur, vt cum fuerit lata ſentẽtia, delinquens non ſolum priuetur beneficio, ſed etiam fructib. à die cõmiſſi delicti perceptis, vt cum Felin. & aliis probat Tiraq. *vbi ſup. n. 401.* & Cou. etiam *vbi ſup. d. §. 8. n. 7. & 8.* nec non & Molin. qui ſupr. *d. diſp. 96. in verſ. duo obſerua*, ibi: *Secundum vero eſt*: addens idem eſſe de fructib. quorumq; aliorum bonorum, quæ ipſo iure, cõmiſſo aliquo delicto, amittuntur, vt Cou. *ibid.* Conrad. *de contractib. q. 7. concl. 2* Sylu. *verb. pœna, q. 25.* & alij aduotarunt. Idem eſſe dicendũ de pœnis amiſſionis officiorũ ipſo iure aut ipſo facto ſtatutis, quod de priuatione beneficiorũ diſſeruimus, probat Molin. *vbi ſup. in verſ. quod dictum*, ſimiliter & quando quis ipſo iure ob crimen aliquod priuatus eſt iure eligendi aut iure ſuffragium ferendi, vt ſcholaſtici ob ambitum in cathedris: niſi enim ſententia ſequatur, eligere poſſunt ſuffragiumq; ferre, idque habet conſuetudo Vniuerſitatum, & affirmat Soto, *vbi ſuprà*. Quod ipſe intelligo iuxta ſuprad. quando in diſpoſitione pœnali non ſubiungitur aliud verbum, vnde conſtet, mentem diſponentis eſſe, vt pœna committatur ipſo iure, nulla exſpectata ſententia, quale erit, ſi diceret; *Abſque declaratione aliqua, &c.*

Deniq; Nau. *in man. Latin. c. 25. n. 63.* idem probat in collega aut municipe tranſgrediente legem excludentẽ à collegio aut municipio ipſo iure aut ipſo facto: Non enim tenebitur relinquere collegiũ aut municipium ante latam ſentẽtiam, niſi aliunde aperte conſtet, mentẽ inſtitutoris collegij fuiſſe, vt nulla exſpectata ſententia, collegiũ amitteret; quod & ſequitur Molin. *vbi ſup. verſ. de collega*, vbi quod huiuſmodi leges ad inſtar legum iuris communis exponendæ ſunt, quando contrarium non conſtat de mente eorum, qui ſtatuta ſuorum collegiorum condiderunt: & hæc reſolutio meo iudicio vera eſt & tenenda; & opinio Soti contraria, de qua *ſup. n. 17.* minime, niſi ſaluetur in altero ex duobus caſibus (quãuis ipſe in eis non loquatur) nempe quando collega à principio, vel municeps patiebatur defectum in qualitatib. requiſitis, vel aliqua earum ſecũdum leges fundationis vel municipij; tunc enim, cum incapax & inhabilis à principio collegiaturæ vel municipij, & contra leges eiuſdẽ fuerit ingreſſus, merito vt iuribus collegij vel municipij in cõſcientia priuetur ante condemnationem, vel etiã quando cõſtat de mente fundatoris in contrariũ, vt prædiximus: vt conſtare videtur de mente teſtatoris relinquentis vxori ſuæ vſumfructum bonorum ſuorum ea lege & conditione, vt caſte viuat, ideo nil mirum, vt ſi caſtitatem non ſeruauerit, teneatur in conſcientia mariti hæredibus reſtituere vſumfructum, vt *ſupra* probauimus.

Sed vt ad ſuperiora, vnde digreſſi ſumus, reuertamur, placet mihi in propoſito de quo agebamus, æqua opinio Bernardi Diaz *d. c. 123. num. 6.* dicentis, ſe credere (ſaluo meliori iudicio) quod quando clericus propter crimen damnatur ad reſtitutionem fructuum ſolum condemnetur ad reſtitutionem perceptorum, non autem eorum, qui percipi potuerũt, ex ratione, de qua ibi per ipſum, tametſi Paul. de Caſtr. *in l. 1. C. de his, quib. vt indig.* & ſequaces ſupra citati aliud teneant in præd. ſpecie.

29 Ex ſuperioribus † deducitur, quod cum clericus homicida non priuetur ipſo iure beneficio, ſed per ſententiam, interim, lite pendente, vſque ad concluſionem in cauſſa, iure optimo poterit renuntiare beneficium, quo venit propter crimen priuandus, vt colligitur ex gloſſ. *in c. 2. vt lite pend. lib. 6. verb. finita*, quam ad hoc omnes allegant, quamuis ea mihi expreſſa non videatur; ſed eam opinionem probarunt Dd. ibidem, & voluit Innocent *in d. c. cum noſtris, n. 1. de conceſſ. praben.* & *gloſſ. in regul. Cancell. 27.* Dominicus à ſancto Gemin. *conſil. 105. ante n. 1. verſ. quoad primum dubium*, reſoluẽs, quod hæc erit cautela vtilis beneficiato, qui ob crimen periurij, de quo ibi loquitur, veniebat priuandus beneficio, vt eidem cedat ante concluſionem in cauſſa, & non exſpectare ſententiam ſuper crimine, ad hoc, vt euitet infamiam, quam incurreret, ſi condemnaretur ex delicto: quam cautelam ſequitur expreſſim Thom. Ferrat. *d. cautela 44.* & plures referens Flam. Pariſ *li. 3. de reſign. benef. q. 15. n. 59.* vbi *n. 40.* quod Papa facilius diſpẽſat cũ criminoſo voluntarie cedente, quam cum non cedente voluntarie:



voluntarie: & quod præd. renuntiatio facta ab eo, contra quem inquiritur de homicid. vel alio crimine capitali, ex quo poſſit priuari per ſententiam, ſit valida & admittenda, probauit Rota 5. *de ſententia & re iudic.* in antiquis, ſequitur Felin. *in d. c.* Inquiſitionis *num. 4.* de accuſat. Philip. Prob. in additio ad Monach. *in cap. alma mater de ſentent. excommunicat. in 6. & in c. ad Apoſtolicæ num. 10. de re iudic. in 6.* & Ludouic. Gomez *in reg. de annal. poſſ. q. 42. verſ. præterea, &c.* Rebuff. *de pacif. poſſ. numer. 316.* etiamſi homicidium ſit ex induſtria perpetratum, & Chaſſan. *conſ. 44. numer. 22.* D. Couar. in d. Clem. ſi furioſus, *2. p. relect. §. 3. num. 7.* Did. Perez *in l. 2. tit. 9. li. 1. ord. col. 501. verſ.* vnde infertur, ad Villadieg. *de irregul. c. 1. num. 21. verſ.* vbi vide, & Ignat. Salcedo *in addit.* ad Bern. Diaz *in ſua practic. crim. canonica d. c. 88. liter. A.* & pragmatica Sanctio. Gallic. *tit. de collat. § item inſuper, in verſ. diſponere*, ibi: *Poterunt ergo fol. 518.* & Nicol. Boer. *deciſ. 205. n. 7.* Tellus Fernand. *in l. 4. Taur. num. 68. circa fin.* Placa *in epit. de delict. lib. 1.*

30 *c. 11. num. 9.* Et † proculdubio hæc eſt communis ſententia & vera, quam improbat [redacted] & Molin. *in reg. Cancellariæ 18. num. 55.* vbi eam renuntiatio fit in fauorem certæ perſonæ, cuius ſententia fortaſſis iure & æquitate prævalet, ob fraudem, quæ in hac ſpecie manifeſta videtur, ſecundum Couarr. *vbi ſupra ad fin. d. 1. 3.* qui tandem relinquit cogitandum. Hæc tamen improbatio ſeu potius limitatio communis ſententiæ vera non videtur, quia etſi communis præfata indubie procedat, vbi renuntiatio & ceſſio ſimpliciter fit abſque fauore alterius in renuntiatione tamen in fauorem idem videtur, etſi cum aliqua difficultate dicendum: Nam qui renuntiat, iure ſuo vtitur, & ideo nullam fraudem committit, quippe qui ſibi ipſi cõſulturus, vel amico, vel conſanguineo, eidem beneficio renuntiat, non vt alteri noceat, vt in ſimili ſpecie conſiderauit idem Cou. *col. præcedenti*, dum reprobat. Ant. de Butr. *conſ. 43.* tenentẽ præd. renuntiationem nullam eſſe, quoties ea facta fuerit poſt ſcientiam prioris impetrationis, quaſi ea in fraudem impetrãtis fiat: Inquit namq; Cou. hoc minime verum eſſe, cum ſuo iure vtatur renuntians, vt ſibi, amico vel conſanguineo conſulat, de qua re ſtatim latius agemus: Ergo valet renuntiatio beneficij in noſtro caſu facta in fauorem alterius, cum non fiat neq; præſumi debeat in fraudem, ſed vt renuntians ſibi, amico vel conſanguineo, conſulat: & in terminis noſtris hoc expreſſe probauit Thom Ferrat. *cautela 44.* quem omnes ſup. d. moderniores referũt atq; indiſtincte ſequuntur, eum non improbantes in renuntiatione in fauorem, & expreſſi Rebuff. *vbi ſup. d. n. 361. in d. c. inquiſitionis, col. 1.* ſequitur cautelam Ferratij præd. vt ante ſententiam renunciet in fauorem amici ſui, & poſtea impetret diſpenſationem & rehabilitationem, & demum his, in cuius fauorem renuntiauit iterum reſignet & eidem Papa conferat. Conſidero tamen ex huiuſmodi renuntiatione in fauorem præiudiciũ videri inferri Summo Pontifici, qui in caſu priuationis vel ſimplicis renũtiationis & ceſſionis, poſſet libere, cui vellet prouidere. At vero per reſignationem in fauorem alterius factam, ſecus videtur, quia etſi admiſſio huiuſmodi renuntiationis ſit gratia, cum ſit in Principis voluntate, & omnis aſſenſus

31 Regis ſiue Summi Pontificis ſit gratia, quia Princeps nõ cogitur conſentire, vt late tradit Afflict. *in l. Imperialem, 12. notabil. de prohibit. alien. feud* per Federic. *n. 5.* ex honeſtate tamen & ratione, & ex communi obſeruantia tenetur renuntiationem admittere, ſi idoneus præſentetur, vt dicit Tellus Fernand. *vbi ſup. n. 65.* loquens in renuntiatione officiorum Regiorum, de quibus ſtatim agemus. Quare ſi in reſignatione beneficij in fauorem alterius de delicto & iudicio ſuper eo pendente fuerit facta mentio, & nihilominus Princeps, hoc eſt, Summus Pontifex conceſſerit renuntiationemque admiſerit, viſus eſt diſpenſare ex notatis *in l. quidam conſulebant, ff. de re iudic.* &

hic caſus indubius eſt. Sin † autem criminis non fuerit 32 facta mentio in renuntiatione in fauorem alterius, ſed potius tacuit renuntians, videtur ſubreptitia ac nulla, & tanquam ſi non admiſſa fuiſſet, Princeps prouidebit, vt pote de beneficio vacanti: ita Probus ad Monach. *in d. c. ad Apoſtolicæ, n. 10.* quem refert & ſequitur Tellus *vbi ſup. in fin. d. l. 4.* qui etiam in id citat Dominic. *d. conſ. 105. col. fin. n. 11.* vbi quod vel ſaltem conditionalis erit prouiſio; & ſic dum citat Dominicum *vbi ſup.* loquentẽ in noſtris terminis clerici renuntiantis beneficio, qui per ſententiam veniebat eo priuandus propter crimen periurij hoc videtur tenere non ſolum in renunciatione officiorũ ſecularium Regis, in quibus nuncupatim loquitur, ſed etiam in renuntiatione huiuſmodi beneficij Eccleſiaſtici: Quare iuxta hæc vera videtur ſententia Caroli Molinæi improbantis communem præcedentem in renuntiatione beneficij in fauorem alterius facta: Nihilominus ipſa non eſt tenenda, quia neq; Dominicus *d. n. 11.* in hac ſpecie loquitur, ſed in alia diuerſa, nec vera eſt ipſius ſententia, vt *infra* reſoluemus: & præterea in admiſſione renuntiationis nullæ officiorum ſecularium, de qua loquitur Tellus, verſatur præiudicium patrimonij pecuniarij Regis: in admiſſione vero renuntiationis beneficij minime, quia etiamſi vacet, prouidetur à Papa; nec in expenſis, cum ipſe ſoluantur in vtroque caſu officialibus Papæ. Accedat præterea pro communi ſententia, quod eam tenentes minime requirunt mentionem criminis fieri debere, ad hoc, vt ipſa renuntiatio valeat & teneat: Quinimo expreſſe cauetur *in d. deciſ. 5. de ſententia & re iudic.* quod non fuit facta mentio de accuſatione vel inquiſitione, vel ſententia, & Papa illa ignorans, recepta reſignatione, illud beneficium contulit cuidam tanquam vacans in curia & reſeruatum, & quamuis nihil inſerſit, quod non fiat mentio criminis, vbi renuntiatio ſimpliciter fit, nempe ceſſio beneficij, quia Papa prouidere poteſt de eo, cui voluerit, quid tamen, quæſo, prodeſſet renuntiatio hæc renuntianti, ſi ſimplex ceſſio, & non in fauorem alterius eſſet: & tamen omnes præcitati auctores magnificant hanc cautelam in fauorem renuntiantis. Præterea renuntiatio in fauorem prædicta non fit in fraudem prouiſionis Papæ, ſed vt ſibi, amico vel conſanguineo conſulat renuntians, vt prædiximus: Ergo licet ex hoc facto incideret reſultet aliquod præiudiciũ alterius, qui poterit prouideri in illo officio, cum tamẽ hoc non fiat in fraudẽ eius, nec ſciatur perſona certa, cui alias prouideretur, & Papa ex mera gratia admiſerit reſignationẽ præfatã, ſiue prædicto vel alio quouis modo vacauerit beneficium, cum recte poſſet eam non admittere, non videtur in cõſideratione habendum, ad hoc, vt gratiam impugnemus, ac ſubreptitiam eam iudicemus, & ſic ex mente communis idem videtur dicendum in renuntiatione hac, in fauorẽ alterius facta contra [redacted]. Nec obſtat, quod facienda ſit mentio in impetratione eius, quod ſi exprimeretur, non concederet Summus Pontif. vel difficiliorem eum redderet ad concedendum, prout videtur in propoſito: Hoc: ſiquidem non videmus, quod ſolitum ſit exprimi, nec neceſſario exprimendum iudicant præd. auctores; Quinimo, vt vidimus, d. deciſio Rotæ loquitur in reſignatione beneficij, & nihilominus in ea obtinuit prouiſus contra exſpectantem Apoſtolicum. Hæc quamuis ita ſe habeãt, profiteor tamen rem difficultatem habere, vt in principio prædici, & ideo relinquo deciſioni melius ſentientium in ea, præcipue ICtorum curialium Romanæ Curiæ, qui praxin & ſtylum illius aperte norunt. Vnde ex tempore, quaſi nos auſcultans, poſt hæc ſcripta eandem noſtram ſententiam affirmatiuam, quam *ſupr.* late fundauimus, intrepide probauit, dicens, eſſe certi iuris ac magis receptam frequentiori Doctorum ſchola, plures id tenentes citans, & ita tota

die practicam affirmans, doctiſſ. ICtus atque Curialis Romanus Flamin. Pariſ. *lib. 3. de reſign. benef. q. 15 n. 1. & n. 8.* loquitur lite pendente, dummodo tunc fiat mentio de accuſat. vel inquiſitione, iux. opin. Dominic. *d. conſ. 105. col. vlt. verſ.* ex his poteſt, & Rebuff *d. n. 52. in fin.* quorũ opin. aduerſ. præd. deciſ. 5. Rotæ *de re iud.* ſequitur & veram exiſtimat Flamin *vbi ſup. n. 24.* ſicut in impetratione facienda per inquiſitum de crimine, debet fieri mẽtio inquiſitionis, alias impetratio eſt nulla, ſecundum communem, quam ibi refert *n. 25* declarans *nu. 27.* hoc non procedere, quoties crimen renunciantem indignum non redderet; tunc namq; non requiritur, vt fiat præd. mentio, ſicut nec in impetratione hoc caſu fieri debet mentio huiuſmodi, ſecundum communem: ſicq; ratione, inquit, procedit *d. deciſ. Rotæ 5.* Nam vt *ibi* dicitur, fuit ille condemnatus ad perpetuos carceres, ex quo non datur priuatio. Et re vera in hoc ar. mentionis litis pẽdentis faciendæ, in quo adeſt conflictus opin. quẽ vidimus, omnib. recte penſatis, non obſtantib. prius à nobis dictis, hæc vlt. opin affirmatiua, quam ſequitur Flamin tenenda videtur, tanquam ſecurior & verior. Similiter et renuntiatio præd ſi fiat poſt concluſum in cauſſa, non valebit facta in fauorem, ſed tantum ſi fiat ſimpliciter, *vt in d. c. dudum, el 2. in fi. de elect.* ita Flamin. *vbi ſup. n. 16 in fin. & n. 46.* vbi dicit communem.

53 Non poſſum † tamen non aduertere, hodie, attento motu proprio Pij V. ann. 1569. lato ſuper confidentiis beneficiorum, non eſſe licitum, quod Ferrat. *d. cautel. 44.* conſuluit, vt in præfata ſpecie renunciationis beneficij renuntians tacite agat cum amico fideli, in cuius fauorem renuntiare intendit, quod ad omnem ſuam requiſitionem debeat ſibi ipſi ſimiliter ipſa beneficia reſignare: idem ſentit Feli *in d. c. inquiſitionis, n. 4. in fi. de accuſ.* hoc quidem quamuis eo tempore, quo Ferrat. id ſcripſit, liceret, hac noſtra ætate aperte eſt prohibitum per d. motũ proprium; quod ideo prædixi, ne aliquem fallat præd. cautela in hoc.

54 Modo communis † ſententia *ſupra d.* ampliatur primo, vt procedat non ſolum in homicida, ſed etiam in rebelli, vt is, antequam priuetur beneficio, poſſit illa renuntiare, vt eſt tex. *in c. cum inter, de re iud.* quem ad hoc ponderauit Præpoſit. *in c. ius quiritium, 1. diſt.* faciunt tradita per Iaſ. *conſ. 86. lib. 3.* & ita concluſit Rota in vna Peruſina, teſte Gomezio *in dict. reg. de annal. poſſ. q. 42. in fi.*

55 Quinimo † & procedit in periuro & in quocũq; alio clerico criminoſo, ob quod veniat priuandus beneficio per ſententiam, vt ex ſupradictis patet.

56 Ampliatur † ſecundo, vt procedat, etiam ſi quis ſit cõdemnatus ob crimen homicidij in pœnam perpetui carceris, vel alias, ſi per ſententiam non ſit priuatus beneficio: Nam adhuc is poterit reſignare, etiam ſi exſpectans Apoſtolicus beneficium illud acceptauerit. & ita fuit obtentum in Rota, *vt in d. deciſ. 5. de ſententia & re iudic. in antiquiorib.* & eam dicit mirabilem ad hoc Gom. *vbi ſupra, in verſ. & tamen circa hoc*, ibi; *Sed illa Rota, &c.* cuius ratio eſt, quia etiam ſi quis condemnetur per ſententiã pro crimine homicidij, niſi per eam beneficio priuetur, non cenſetur eodem priuatus, vt *ſup.* deduximus: Cum igitur non ſit neque cenſeatur eo priuatus in præſenti ſpecie, merito vt poſſit illud renuntiare, iuxta communem præfatam ſententiam, ex cuius mente & vnica ratione hæc ampliatio deducitur.

57 Tertio † ampliatur, vt etiam poſt concluſum in cauſſa, ante ſententiam priuationis, poſſit huiuſmodi clericus beneficium ſuum renuntiare, vt probatur *in c. dudum, el 2. de elect.* & *ibi* Ant de Butr. *in verſ. nota conſilium,* tenet Rebuff *in d. tract. de pacif. poſſ. n. 315. circa fin. & in praxi benef. tit. de mod. amitt. benef. n. 51.* & Ferret. *cõſ. 283. n. 1.* & Petr. Placa *d. lib. 1. de delict. c. 11. n. 9. verſ. ipſe tamen, &c.* ſequitur alios referẽs aduerſus Feli. & ſequaces Flamin. *vbi ſup. n. 11. cum ſeqq.* Quinimo & poſt ſenten-
tiam † priuationis beneficij id poterit facere, ſi ab ea 38
fuerit legitime appellatum *arg. l. qui à latronib. §. fin. ff. de teſtam.* & quia per appellationem extinguitur aut ſaltem ſuſpenditur iudicatum, *iuxt. l. 1. §. fin. ff.* ad Senat. conſul. Turpil. & in terminis ita tenet Rebuff. *vbi ſupr.* dicens, quod ſic fuit iudicatum in magno conſilio, licet Boer. dubitet *d. deciſ. 205.* Sed opinionem priorẽ ſequitur Philip. Prob. *in addit. ad pragm.* Sanct. Gallic. *in tit. de collat. §. item inſuper, ſub hoc ſigno (* 12.) in princ.* & late iure probat hanc ampliationem Flamin. *vbi ſupr. n. 17. cum ſeqq.* procedit tamen, dummodo fuerit facta mentio priuationis, ſecundum Rebuff. *vbi ſup. in praxi benef. d. tit. de modo amitt. benef. n. 52. in fin.* cuius ſententia verior & ſecurior videtur Flaminio Pariſ. *vbi ſupr. n. 25.* quam contraria eiuſdem Rebuff. *conſil. 82. n. 7.*

Quarto ampliatur † commun. ſententia aduerſus Do- 39
minic. *d. conſ. 105. ante num. 1.* ibi: *Tamen licet renuntiet, &c.* Vt procedat, etiamſi quis prius impetrauerit à Summo Pontif. beneficium huius homicidæ, vel alterius criminoſi in euentum priuationis; Nam adhuc huiuſmodi delinquens poterit valide præd. beneficium renuntiare, antequam eo priuetur, vt tenent pleriq; *ex ſup. d.* quos pro communi præfata ſententia adduximus, eoſque refert ac congerit pro hac ipſius ampliatione D. Cou. *vbi ſup. d. §. 3. 2. p. relect.* Clem. *ſi furioſus de homic. n. 7.* eam ſequutus ac magis communem eſſe profeſſus. Idem facit Pet. Placa *vbi ſup. n. 10.* quamuis *n. 9. ſtatim poſt princ.* aliud cenſerit cum Dominic. cuius opinionem etiam ſequutus fuit Boer. *d. dec. 205. n. 7.* Sed nihilominus noſtra hæc & communis ampliatio eſt verior & tenẽda; Iudex n. poſt præd. renuntiationem aut aliam vacationem beneficij, aliter quam per priuationem contingentem, minime poſſet procedere ad priuationem beneficij huius criminoſi, quia tunc proceſſus hic inutilis erit cum ipſe aduerſus quem priuationis ſententia ferenda eſt, beneficium non obtineat neque poſſideat, neq; dici poſſit dolo vel fraude deſiſſe poſſidere, vt prædiximus: Ita tenet Rota *in nouis tit. vt lite pend. deciſ. vt alias 491.* & Lud. Gomez *vbi ſup. n. 5. verſ. & quantum ad illud,* vbi refert Gonſal. *in tract. de leg. 14. q. 1. p. col. 15.* idem tenentem cont. Dñic. *vbi ſup* contr. quem ſimiliter tenent Cou. & Placa *vbi ſup.* ille *n. 7.* hic vero 10. tametſi Flam. *vbi ſup. n. 42.* aliud velit cum Dominic. & aliis. Neq; altera ratio Dñici. *d. conſ. 105. n. 10.* aliquid preſtat dicẽtis, præd. renuntiationẽ vel diſpẽſationem Epiſc alteriuſve ad id poteſtatẽ habenti, in fauorem criminoſi factam, nihil prodeſſe in præiudicium illius, cui ius quæſitũ eſt ex impetratione. Cuius in hoc ſententiam de diſpenſatione etiã facta ante litis conteſtationẽ, ſequitur Rebuff. *vbi ſup. n. 317.* & Bern. Diaz *in pract. crim. can. d. c. 88. n. 2. ad fi.* vbi allegat Staphil. etiã eam ſequentem: ſed vera non eſt hæc opinio Dñci & ſequacium, quia per prouiſionẽ Papæ, in euentum priuationis, non eſt impetranti ius quæſitum irreſolubiliter, ſed condicionaliter in certum euentũ, quẽ lis producet, *iuxta l. quod debetur, ff. de peculio,* & ideo prouiſio per reſignationẽ interim facta, & cũ clauſula; *Dũmodo alteri non ſit ius quæſitũ valet;* Illa nãq; clauſula intelligitur de iure perpetuo duraturo, non vero de non duraturo; Item intelligitur de pure quæſito, nõ vero de conditionali, ſecundũ Rom. *conſ. 256. approbo ſententiam, verſ. tertio.* quẽ referunt & ſequuntur Feli. *in c. ſuper literis, n. 11. in fi. de reſcr.* Gom. *vbi ſup. & in reg. de iure quæſit. nõ tollend. q. 3.* Cou. & Placa *vbi ſup.* qui omnes ex hoc reprobant præd. Dominic. opinionem, cont. quam etiã tenet Ioan. Igneus *in l. neceſſario, § non alias, in lectura, nu. 97. cum ſeqq. ff.* ad Syllanian. *prout eum refert* Rebuff. *vbi ſup.* Ex quibus verior mihi longe atque tenenda efficitur hæc pars aduerſus Dominic. & ſequaces: tametſi idem Placa *vbi ſup. ad fin. d. num. 10.* ſibi contrarius, alius velit cum eodem Dominico, *vbi ſupra.* Idem ſequutus, & ſuæ



ſuæ propriæ opinionis, quam in principio *eiuſd. nu. 10.* contra eund. Dominic. bis tenuerat immemor. Limi-
40 tatur tamen † hæc quarta ampliatio, vt non procedat, quando in literis impetrationis appoſita fuerit clauſula expreſſa, quod renuntiatio lite pendente facta ab ipſo priuando, cedat in vtilitatem impetrantis: tunc enim procedere poſſet Dominici reſponſum, vt poſt Staphileum & Probum adnotauit D. Couar. *vbi ſupr.* & Placa *n. 10.* ſecundum quos ex hoc minime tollitur Epiſcopo diſpenſandi poteſtas, ipſaq; diſpenſatio impediet priuationis ſententiam, quicquid in contrarium ſenſerint Dominic & Ioan. Staphil. *ſupra* relati.

41 Maxime † tamen controuerſum eſt inter noſtrates; *An hæc quarta ampliatio procedat tantum, quando præd. renuntiatio vel reſignatio beneficij ab eodem priuando fuit facta cum ignorantia impetrationis ab alio obtentæ eiuſd. beneficij in euentum priuationis, ſecus ſi ſcienter, an vero vtroque caſu?* In quo dubio Ant. de Butr. *conſ. 43. incip. caſus, quidam Presbyter, &c.* in ea eſt ſententia, renuntiationem iſtam factam ab ignorante præd. impetrationem, validam eſſe, etiam ſi prior impetratio habuerit decretum irritans. ſecus vero, ſi poſt ſcientiam prioris impetrationis facta fuerit, quia tunc nulla erit, quaſi ea tunc in fraudem fiat, *vt in c. 2. de renuntiat. lib. 6.* quam ſententiam ſequitur ad literam Aufrer. *in deciſ. Toloſ. 436.* & Feli. *in c. in noſtra, n. 38. de reſcrip.* & Gom. *in regu. de annal. poſſ. q. 42. in verſ. & tamen circa hoc,* vbi ad id allegat deciſ. Rotæ 5. *de ſentent. & re iud. in antiquior.* Verum, vt cõncio, in illa Rotæ deciſ. non conſtat de ſcientia vel ignorantia prioris impetrationis: Quin imo ibi non fuit impetratum beneficium priuandi, ſed exſpectans Apoſtolicus poſt ſententiam perpetui carceris contra inquiſitum vel accuſatum latam ſtatim id beneficiũ acceptauit & nihilominus obtentum fuit, vt renuntiatio valida & admittenda eſſet contra exſpectantem; quod nihil ad rem, de qua nunc agimus, pertinet: Nihilominus eand. ſententiam Ant. de Butr. ſequutus eſt Boer. *deciſ. 205. n. 8.* eſt q; cõis, vt plures referẽs teſtatur Flam. Pariſ. *vbi ſup. n. 34. cum ſeqq.* & ſequitur idem *n. 48.* vbi *n. 49.* quod ita criminoſus poſt impetrationẽ ſui beneficij factam non poteſt illud beneficium permutare; intellige iuxta ſuprad. data ſcientia impetrationis. Rurſus D. Cou. *vbi ſup. d. n. 7. verſ. cæterum* & Placa *d. n. 10. eod. verſ* quãuis admittant priorẽ caſum Antonij, quando renuntiatio beneficij ſiue reſignatio ſit ab ignorante impetrationem, quod in dubium eſt, vt conſtat ex omnibus Doctoribus: minime tamen conſentiunt, vt renũtiatio à ſciente impetrationem facta nulla ſit, quin potius ipſi tenẽt in hoc cõt. Ant. de Butr. & indiſtincte ſequuntur præfatam noſtram quartam ampliationem, ſiue reſignãs ſciuerit priorẽ impetrationem, ſiue eam ignorauerit, tum, quia qui renuntiat, iure ſuo vtitur & ideo nullam fraudem committit, quippe qui, vt prædicebamus, præcipue vt ſibi, amico vel conſanguineo conſulturus id faciat, quã vt noceat impetranti: tũ etiam, quia idem Ant. opinatur, renuntiationem iſtam factum ab ignorante, validã eſſe, etiam ſi prior impetratio haberet decretũ irritans, cum hoc decretum etiam ignorantes afficiat, *c. dudum, de præb. in 6. c. dudũ, §. adijciebatur, de conceſſ. præb. eod. lib.* vbi hoc communi omnium conſenſu receptum eſt & traditur in pleriſq; aliis locis. Quid tenendum? Ego profecto, etſi exiſtimem articulum hunc dubium eſſe, atq; vtramq; partem probabilem & ſuſtentabilem, priorem tamen veriorem in puncto iuris exiſtimo, & quæ fortaſſis in praxi obtinebit: tum ob auctoritatem Ant. de Butr. & ſequacium; tum etiam ob aliquam fraudis ſuſpicionem & odorem, quam videtur habere admixtam renuntiatio beneficij, facta à ſciente impetrationem priorem in præiudicium iuris illi tertio acquiſiti: & eam fraudem Ant. & ſequaces deduxerunt *ex d. c. 2. de renuntiat. in 6.* ibi enim quidã obtinens præbendã ſeu dignitatem tenuem in Eccleſia, eam renuntiauit in fraudem exſpectantis primam vacaturam, cum in proximo crederetur veriſimiliter pinguis vacatura, & Summus Pontif. conſultus reſpondit, vt conſtito de præd. fraude per aliquas probabiles coniecturas, exſpectans Apoſtolicus, omiſſa præd. ſic fraudulenter renuntiata præbenda vel dignitate, poſſit pinguiorem, cum vacauerit, eadem auctoritate libere petere, veluti ſibi debitam & habere: fraus autem intelligitur eo ipſo probata, vt inquit text. ille *in verſ. fin.* ſi præd. renuntianti præbenda huiuſmodi pinguior forſitam conferatur: & idem renuntians habita omnino carere debet & ambita. Ecce igitur ibi tex. vbi, etiam ſi renuntians ſibi principaliter conſulere voluerit, vt pinguiorem præbendam vel dignitatem obtineret, nihilominus ob fraudem inde contingentem ſiue reſultantem in præiudicium impetrantis Apoſtolici, non nocet ibi illa renuntiatio, vt eidem præcludatur via ad obtinendam aliam præbendã vel dignitatem pinguiorem: Ergo ita in noſtra ſpecie, quãuis renuntians, lite pendente, ſciens impetrationem Apoſtolicam præceſſiſſe, in euentum priuationis id faciat, vt ſibi, amico vel conſanguineo conſulat, nihilominus inde ex ſcientia impetrationis videtur dicendum, vt conijciatur fraus impetrationis, cum vere ob id factum præiudicium impetranti reſultet. Sola igitur cõſideratio renuntiantis vt ſibi conſulat, non ſufficit, quoties inde ſimul colligitur fraus & præiudicium impetrantis quod procedit, ſi conſtaret, quod iure ille veniebat priuandus beneficio propter crimen à ſe commiſſum priuatione dignum, ſecus vero alias, quia tunc valebit renuntiatio in præiudicium renuntiantis; Nam ita etiã in caſu *d. c. 1. de renuntiat. in 6.* ſi ille, qui priorem præbendam habebat, cuius mors in proximo ſperabatur, non moriatur, renuntiatio fraudulenter facta valebit & ſoli renuntianti nocebit; quia non eſſet audiendus, ſi vellet ſuam turpitudinem allegare: vt docet Paul. Caſtr. *in l. filia 60. in ordin. n. 3 ff. ſolut. matrim.* Hæc † limitatio & ſentent. Ant. 42
de Butr. & ſequatium præ maxime procederet, quoties iſte delinquens priuãdus beneficio, ſciens impetrationem Apoſtolicam ſimpliciter renuntiaret ac cederet beneficio, non autem in fauorem alterius, quaſi tunc non vt ſibi nec vt alteri conſulat, ſed vt impetranti vere noceat, ac in ipſius odium & præiudicium conijciendum aperte ſit id feciſſe, ac proinde præd. eius renuntiatio ſiue ceſſio nulla erit habebitque locum iure optimo exſpectantis acceptatio, qui præferendus erit alteri prouiſo virtute præd. renuntiationis & ceſſionis, quæ tantum nocere potuit cedenti, non vero impetranti, ob maximam fraudem cedentis ſiue renuntiam, quæ hic in ſpecie eo ipſo probata cenſetur: hocque caſu ceſſat ratio Couar. *vbi ſupr.* qua præcipue motus fuit ad tenendum contra Ant. de Butr. quia non vt ſibi, amico vel conſanguineo conſulat, ſed vt impetranti noceat, ceſſit & renuntiauit, ac proinde non valet præd. renuntiatio, *vt in d. c. 2. de renuntiat. in 6* Ex † quo notat Anan. *in c. audiui-* 43
*mus, de colluſ. detegend.* quem refert & ſequitur Tellus Fernand. *in l. 4. Taur. n. 68.* quod renuntiatio facta per fraudem, non ſit admittenda. Idemque erit ſi ſciens in fauorem renuntiet, *per ſupra dict.* & in terminis probat Flamin. *n. 42.* tametſi in ſimplici renuntiatione aliud ſine iure velit. Nunc communis † ſententia *ſupr.* enarra- 44
ta, quæ habet, quod clericus priuandus beneficio per ſententiam ob crimen ab eo commiſſum priuatione dignum, poſſit interim, pendente iudicio, beneficio renuntiare, limitatur, vt non procedat, quando quis eſſet priuatus ipſo iure à canone beneficio propter crimen id inducens, prout ſunt plura crimina, quæ priuationem ſtatim ipſo iure inducunt, de quib. *ſupra,* & late per Rebuff. *de pacif. poſſ. n. 319. cum ſeqq.* vbi nouem caſus huiuſmodi refert, in illis etenim & ſimilibus, ſi qui

ſunt, quemadmodum delinquens à die commiſſi criminis non facit fructus beneficij ſuos; ſed eos omnes tenetur reſtituere tanquam prædo, vt prædiximus, quia dominium beneficij ipſo iure amiſit, ita etiam non poterit renunciare eidem beneficio, quo ipſo iure ante ſententiam eſt priuatus: & in terminis ita tenet Steph. Aufrer. *in d. dec.* 436. vbi in id citat deciſionem Rot. 5. *de ſententia & re iudic. in antiquiorib.* in qua hoc ſatis innuitur atque præſupponitur, quamuis caſus inibi deciſus non fuerit huiuſmodi, ſed in crimine, ob quod veniebat priuandus clericus per ſententiam beneficio, in quo ob id obtinuit valere reſignationem, vt prædiximus: Ergo innuitur, quod ſi ipſo iure eſſet priuatus beneficio ob crimen id merens, non valeret reſignatio poſtea facta.

45 Hæc limitatio † abſq; dubio procedit in eo, qui eſt ipſo iure priuatus beneficio curato, quod obtinuit ob nõ promotionem intra annum ad ſacros ordines *iuxta c. licet canon, & c. commiſſa, de elect. in* 6. tunc enim renunciare non poteſt præd. beneficio, cum id amiſerit ipſo iure, nec etiam in conſcientia retinere valeat, vt ex Domin. à Sot. Couar. & Did. Perez *ſupra* reſoluimus, & in terminis noſtris ita tenet Feli. *in c. noſtra, corolar.* 57. *n.* 38. *verſ. quinto fallit, in fi. ibi, Item mandatum Papæ de prouidendo, &c. de reſcript. & in c. cæterum, verſ. octaua reſtrictio, circa medium*, ibi: *Sed caue quia non ſufficit, n.* 24. *eod. tit.* & vtrobique allegat d. dec. Rotæ quintam, quæ id nõ probat, quia non agit in hoc caſu: & Prob. ad Monach. *in c. præſenti, n.* 16. *verſ. vnum tamen teneas, & n.* 23. *de offic. leg. in* 6. quos refert & ſequitur Boër *d. dec.* 205 *nu.* 8. affirmans, ſic fuiſſe concluſum in curia.

46 Ex ſupradictis iam recte colligi videtur, quid dicendum ſit in renunciatione officiorum ſæcularium Regiorum, quæ iam hodie communiter emuntur ac venduntur, & pecunia æſtimantur, *An qui commiſit delictum priuatione dignum quod habet à Rege, nempe tabellionatus, rectoriæ vel decurionatus, aliorumve ſimilium renunciabilium, pendente proceſſu, poſſit renunciare huiuſmodi officium ſæculare, quod obtinet, & an Princeps debeat admittere renunciationem, non obſtante delicto vel litis pendentia*: In hac namq; ſpecie videtur idem dicendum in omnibus & per omnia, quod prædiximus in renunciatione beneficij Eccleſiaſtici, vt in caſibus, in quibus ipſa valet & eſt admittenda, & hæc quoq; officij ſæcularis: In caſibus vero, vbi reſoluimus, reſignationem beneficij Eccleſiaſtici non valere, propter fraudem & præiudicium impetrantis, vel quia priuatio fuit incurſa à canone, vel à lege ipſo iure, in eiſdem nec officij renunciatio valeat.

47 Nihilominus tamen † in his officiis ſæcularibus alia conſideratio habenda videtur; Nam cum ea de conſuetudine generali Hiſpaniæ ſoleant vendi ac æſtimari pecunia, ac etiam tranſmitti, ſciente & patiente Principe, vnde eſt, vt ſub hypotheca bonorum includantur, inſuper & fieri poſſit exſequutio in eis, tanquam in bonis propriis, ex quo ſequitur, vt ſi hæc officia acquiſita ſint conſtante matrimonio inter virum & vxorem, mulieri debeatur æſtimatio pro parte eius, & filio imputantur in legitimam, vt ex aliis refert Tellus Fernand. *in l.* 26. *Taur. n.* 11. *cum ſeqq.* etſi ipſe *ibi* teneat contrarium, & Auend. *reſponſ.* 9. *n.* 5. Bacça *de non meliorand. ratione dot. filiabus, c.* 26. *n.* 14. vbi alios allegat. & Anton. à Cordub. *in ſua ſumma de caſos de conſciencia, q.* 134. vbi alios etiam citat: & præterea ſi hæ officia perdantur, redeunt ad Principem, qui iterum poteſt ea aliis concedere, ac pecuniis, hoc eſt, pretio pecuniario vendere, tanquam patrimonium Regiæ Coronæ, ac ſui fiſci Regalis, vt ſolet facere: in quo ſymonia committi non poteſt, ſicut committeretur in beneficij Eccleſiaſtici cum renunciatione
48 de pretio facta. Quare his attentis, ſi committens delictum, ob quod officio huiuſmodi priuandus foret per ſententiam, illud, pendente proceſſu, renunciare poſſet in fauorem alterius, eaque renunciatio admiſſa à Rege, inſcio criminis & proceſſus, valeret, eſſet in præiudicium Regis ac ſui patrimonij, cui alias incorporari deberet præd. officium per ſententiam priuationis ob delictum, ac proinde propter fraudem, quam habuit in renunciando in præiudicium patrimonij Regalis & fiſci, ſciens veriſimiliter ſe priuandum illo officio, & ſic de proximo ſperabatur vacare, prædict. renunciatio non tenebit, & admiſſa ignoranter, reuocari poterit à Rege, conſtito de veritate, & alteri officium, tanquam vacans prouideri, *argum. d. c.* 2. *de renunciat. lib.* 6. & eorum, quæ *ſupra* diximus in eius inductione pro Anton. de Butr. & ſequacium opinione, quæ profecto in propoſito conducunt, quandoquidem huiuſmodi renuncians, de quo nunc agimus, ſciebat, quod ſi officio priuaretur, prout poſtea priuandum eſſe præſupponimus, ad Regem pertinere deberet & redire ſuum officium, ac proinde in fraudem fiſci id fecit: ita in terminis tenet Barbat. *conſil.* 11. *vol.* 1. *n.* 18. *verſ. venio ad ſecundam dubitationem*, qui loquitur in quodam magiſtro ordinis Portugaliæ, qui commiſerat crimen, propter quod veniebat priuandus dignitate, quamuis illa dignitas non erat vendibilis: quo dictum Barbat. ſequitur Nicolaus Boer. *deciſ.* 2. *num.* 5. vbi alios allegat, & Rebuf. *in compendio alien. bonorum Eccleſ. n.* 4. vbi, quod non poteſt renunciare officium in fraudem fiſci, qui deliquit: ſequitur etiam Pelaez *de maiorat.* 4. *p. q.* 23. *n.* 52. *&* 58. &
Tellus Fernand. *in l.* 4. *Taur.* *n.* 66. Quod ſi † de crimi- 49
ne & litis pendentia notitia habeatur, erit ſuperſedendum in admiſſione renunciationis, donec in cauſa fuerit definitiue pronunciatum, vt declarat Probus ad Monach. *in c. ad Apoſtolica, de re iudic. lib.* 6. *num.* 12. quem refert & ſequitur Tellus Fernand. loquens nuncupatim in prædict. officiis Regiis renunciabilibus, *in d. l.* 4. *Taur.*
*n.* 66. Secus erit † ſecundum eundem, *ibi*, ſi denuncians 50
tale crimen commiſiſſet, propter quod officio eſſet ipſo iure priuatus, quia tunc renunciatio eſt nulla & non admittenda, eo, quia omni honore, officio & dignitate priuatur, vt eſt in crimine hæreſis, iuxta text. *in cap. abolendam, §. præſenti de hæret.* etſi ſecutius *ibi* ipſe *n.* 68. exiſtimet eſſe, vt in omne caſu admittatur præd. renunciatio, vel expreſſe non reſpuatur, propter periculum, quod imminet ex non admiſſione, ſi terminus vitæ præfinitus iure Regio poſt renunciationem ad præſentationem habeatur ſine admiſſione cum poſt admiſſionem expreſſam vel tacitam, ſine periculo poſſit iuſte exſpectari, donec lis ſuper delicto & priuatione decida-
tur: quod † ſi de delicto facta fuerit mentio in ſuppli- 51
catione, & nihilominus Princeps conceſſit, videtur diſpenſare: ſi autem tacitum fuerit delictum ac litis pendentia, renunciatio erit nulla, & ac ſi non admiſſa fuiſſet, Princeps prouidere poterit dict. officium tanquam vacans, vt eſt prædictum, & in ſpecie probauit Probus *vbi ſupra, num.* 10. & Tellus *in dict. l.* 4. *Taur.*
*col. fin.* Quod ſi † propter delictum non erat priuatus 52
ipſo iure officio, nec veniebat priuandus, ſed pœna pecuniaria plectendus, tunc valet renunciatio pendente lite, niſi in fraudem fiat, vt probat Tellus *vbi ſupra num.* 68.

Sed non inconcinnum erit ſuperioribus videre; *An delinquens poſt commiſſum delictum poſſit bona ſua libere adminiſtrare atque alienare, ſicut antea?* In quo duæ re-
gulæ ſunt conſtituendæ. Prima † eſt, quod ſi propter de- 53
lictum ab eo commiſſum non ſunt bona illius ipſo iure confiſcata, ſed veniunt publicanda, vel alia pœna eſt ille plectendus, habet adminiſtrationem eorum, eaq; poterit regulariter alienare & donationes facere, etiam poſt accuſationem inſtitutam & litem conteſtatam, vſque ad condemnationem *l. poſt contractum capitale crimen, ff. de donat.* & ibi communiter Dd. *& in l. ſi quis poſt hac, verſ. fin.*
*C. de*



*C. de bon. proſcript. l.* 2. *tit.* 4. *part.* 5. & quod poſt commiſſum delictum valeat alienatio ante ſententiam facta titulo oneroſo, nec reuocentur alienata, niſi appareat, contrahentem participem fuiſſe fraudis, vbi pro delicto bona ipſo iure non confiſcantur, neque interdicta eſt delinquenti bonorum ſuorum adminiſtratio, teſtatur communem eſſe ex aliis Iul. Clar. *in pract. crimin. §. fin. qu.* 78. *in verſic. cæterum*, vbi *& hæc omnia*, ſimiliter cum communi id procedere ait, etiamſi alienatio fiat * poſt litis conteſtationem, licet in dubio poſt accuſationem præſumitur facta metu pœne, & Ant. Gom. *vbi ſupra*, enumerat plures caſus, in quibus bona præſumuntur alienata in fraud. fiſci, & Pet. Duen. *in reg.* 226. *limit.* 6. *&* 7. & fraus hoc caſu probatur per coniecturas, vt ex communi reſoluit Iulius Clar. *vbi ſupra verſic. fraus*,
54 vbi nonnullas etiam refert, & † ideo ſoluere debita poteſt & ei ſolui licet, *vt in l. reo & in l. ſeq. ff. de ſolut.* niſi ſit contumax, *l. fin. ad fin. ff. de acq. rer. dom.* Po-
55 teſt † etiam de bonis ſuis dare in ſolutum ſuis creditoribus; eſt communis ſecundum Picum *in d. l. poſt contractum num.* 41. prout etiam refert & ſequitur Iul. Clar. *dict. q.* 78. *verſic. ſcias etiam*. Cuius ratio eſt, quia propter delictum non aufertur delinquenti adminiſtratio bonorum, *vt in l. aufertur, verſic. in reatu, ff. de iure fiſci*. Ne-
56 que † quod pro eius pœna ſunt bona delinquentis tacite obligata fiſco nec parti, cui debent applicari, vt probat *l. res vxoris, C. de don. inter vir. & vx.* & ibi notat Bal. text. *in l.* 1. *C. de pœn. fiſcal. & c. lib.* 10. *& ibi notat* Plat. *gloſſ. ordinaria, & ibi* Dd. *in l. reſcriptum, ff. de pact. & in l. aufertur, §. fiſcus ff. de iure fiſci*, teſtatur communem Ant. Gom. *in* 3. *tom.* 14. *de confiſcat. bonor. delinquen. n.* 4. *in verſic. ſi vero talis reus*, vbi quod tantum eſt actio vel accuſatio contra perſonam, & illa non ſequitur fundum, *vt in l. fin §. fin. ff. de contrahend. emt. cum ſimilib.* hoc tamen debet intelligi ante incoatum iudicium criminale, & ſimiliter etiam poſt iudicium incoatum ante ſententiam, quia ante ſententiam fiſcus nullum ius habet, *vt in l. ex iudiciorum, ff. de accuſat.* Sed poſt ſententiam fiſcus habet tacitam hypothecam in bonis delinquentis, quia per ſententiam quaſi contrahitur, *vt in l.* 3. *§. idem ſcribit, ff. de peculio*, & pro contractu & pari ratione pro quaſi contractu habet fiſcus hypothecam, *vt in d. l. aufertur, §. fiſcus*, & hæc eſt verior & communis opinio ſecundum Alexand. *in d. l. reſcriptum, in princ. in gloſſ. in verbo, hypothecas, num.* 8. & Ioan. Croſc. *ibi num.* 2. *&* 3. & Iul. Clar. *vbi ſupra, d. q.* 78. *verſ. fin. incip. ſed hic incidenter*, tametſi Angel. Fulgoſ. & Paul. de Caſtr. ibi voluerint, huiuſmodi hypothecam incipere à litis conteſtatione, per quam etiam quaſi contrahitur, vt notat gloſ. *in l.* 1. *§. fin. ff. de præt. ſtipul.* hæc namque ratio ſecundum Alexand. non concludit; Nam quaſi contractus, qui inducitur per litis conteſtationem, operatur, quod quis ſit aſtrictus inſtantiæ, non vero pœnæ, in qua quis poſtea venit condemnandus per ſententiam, ſecundum Bart. quem refert: & ita opinionem Alexand. & communem ſequitur in omnibus ſupradictis, poſt Guillelm. de Cugno & Bald. quos refert Anton. de Fano *in tract. de pignorib. in* 4. *memb.* 2. *part. num.* 115. *&* 116
57 addens † cum eiſdem, quod huiuſmodi tacita hypotheca competens fiſco, non præiudicat aliis creditoribus ex alia cauſa, quam ex delicto, ſed quod talis hypotheca ſolum operatur contra delinquentes, vel tertios poſſeſſores poſſidentes ſine titulo: creditoribus autem ex delicto, cæteris paribus, fiſcus debeat præferri, *ſecundum ſupradicta* eſt communis opinio, vt teſtatur Couar. *lib.* 2. *variar. reſolut. cap.* 16. *num.* 8. *in verſic. verum pro indiciis*, & ita eſt tenendum, tametſi in hac ſpecie, quod fiſcus & priuatus creditor ex delicto ſimul concurrant, damnato vtrique non exſiſtente ſoluendo, atque æqualiter ex condemnati bonis partes habeant, iuxta ipſorum bonorum quantitatem, teſtetur Ioan. Gallus *quæſt.* 139. Pariſiis attreſto definitum fuiſſe aduerſus generalium Regis theſaurariorum ſententiam, quã Regem eiuſque fiſcum præferendum eſſe pronunciauerant; ſed nihilominus communis eſt in contrarium, ac proinde iuſtior ſententia pro fiſco lata, quam ea, quæ aduerſus eum pronunciata fuit, vt teſtatur Couar. *vbi ſupra*, & patet ex ſupradictis: in Francia tamen ſeruatur, quod quando ex eodem delicto, & ex eadem ſententia pars prætendens intereſſe & pœnam fiſcus, concurrunt, præfertur pars pro intereſſe & emenda damni, vt ita fuiſſe iudicatum in Parlamento Pariſienſi, ex Papa *lib.* 14. *tit.* 16. *arreſt.* 1. refert Iul. Clar. *vbi ſupra, in verſic.* vidi *ibi* in Francia, *&c.* quæ opinio profecto æqua & tenenda videtur, cui non obſtat communis, quia in creditoribus ex delicto reſpectu pœnæ loquitur, hæc vero reſpectu intereſſe, in quo merito, quod potior cauſſa priuati ſit quam fiſci in exigenda pœna ſibi per ſententiam appli-
cata. Hæc † tamen omnia circa hypothecam tradita ſe- 58
cundum ipſos non procedunt, quando fiſcus proſequeretur rem familiarem, puta, quia ageret ex damno dato in fundo fiſcali; Tunc enim in continenti haberet bona dicti damnum dantis obligata, quia tunc non cenſetur proprie proſequi pœnam. Secundo, limitantur eadem ratione, pro rerum ablatarum reſtitutione, tunc namq; bona furis cenſentur tacite hypothecata, & non ſolum contra ipſum delinquentem, ſed etiam contra hæredes ipſius vel quemcunque alium, poſſunt à damnificato vigore tacitæ hypothecæ peti, ſaltem ex æquitate iuris canonici, *arg. cap. parochiano, de ſepult.* ita Bald. *in l. furti, C. de furt.* & *ibi* per Salycet. Ant. de Fano *vbi ſupra, num.* 14 dicens notandum, quia de iure ciuili non reperitur, quod bona furis vel alterius delinquentis ſint tacite obligata pro male ablatis, ſed contra furẽ vel eius hæredem datur condictio furtiua, quæ eſt rei perſequutoria, *vt in l. ſi pro fure, §.* 1. *ff. de cond. furtiua*, & hoc, etiam ſi res furtiue non exſtaret, quia datur ad æſti-
mationem illius, vt *ibi* probat. Poſt † ſententiam vero 59
condemnatoriam contra delinquentem latam, quæ non fuerit per appellationem ſuſpenſa, delinquens ipſe minime poteſt bona ſua alienare; quod ſi ea alienet, alienatio huiuſmodi erit nulla: ſed ſi ab eadem ſententia fuerit appellatum, valida erit quidem alienatio, ſed poſtea facta confirmatione ſententiæ, officio iudicis reuocatur, vt cum Pico communem hanc opinionem teſtatur Iul. Clar. *dict. quæſt.* 78. *in verſic. ſi vero*, vbi quoque docet in hoc caſu & ſimilibus, in quibus alienatio valet, ſed poſtea poteſt per fiſcum reuocari, non poſſe exſequutorem fiſcalem amouere poſſeſſores à poſſeſſione rerum, quas à delinquente acquiſierunt, ſed debere actionem reuocatoriam intentare, ita vt ordinarie de ipſa re-
uocatione cognoſcatur, iuxta communem opinionem,
quam *ibi* ex eodem Pico refert & tenet. Similiter † etiam 60
in caſibus, in quibus bona non confiſcantur ipſo iure nec tollitur bonorum adminiſtratio, non habet locum ſequeſtrum bonorum, alias vero ſequeſtranda ſunt, ſecundum Ant. Gomez *d. cap.* 14. *de confiſcat. bon. num. ad fin.* quod eſt notabile in praxi.

Et † ſupradicta prima regula non ſolum procedit 61
in foro iudiciali, ſed etiam in interiori animæ: In conſcientia enim ille, qui commiſit crimen, propter quod non eſt ipſo iure priuatus bonis ſuis, ſed lex ſtatuit, illum fore à iudice priuandum, poterit ante ſententiam priuationis, omnia illa circa bona ſua abſque peccato agere, quæ ante commiſſum crimen ratione dominij agere poterat: Vnde poterit res ſuas alienare, non ſolum titulo lucratiuo, vt nonnulli dicebant, ſed etiam titulo oneroſo, & etiam cum onere & detrimento aliquo permutare, dummodo ſine dolo & fraude hæc fiant, alias ſecus, vt bene in propoſito pro-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

bat Alfonſ. Caſtr. *lib. 2. de poteſt. l. pœn. cap. 2. verſic. ſecundo. pag mihi* 1678. vbi in ſequenti, quod poterit res ſuas locare, cui placuerit, & pretium locationis accipere & fructus aut redditus ante debitos exigere & contra debitores agere.

62 Quid † autem dicendum erit de illo; *Qui volens crimen committere, ob quod ſcit ſe bonis ſuis priuandum, antequam illud committat, vendit bona ſua aut donat illa, nunquid in conſcientia valebit huiuſmodi venditio vel donatio?* Et videtur, quicquid ſit in foro exteriori, in foro conſcientiæ talem venditionem vel donationem validam eſſe ac firmam, quia tunc erat vere dominus illius rei, & nullum habebat ius in ea fiſcus neque ad eam; Vnde quamuis mala intentione id fecerit, ad nihilum tenetur fiſco, & quamuis peccauerit cogitatione, propter eam tamen puniri non poteſt neque ſuis bonis priuari, quia cogitationis pœnam nemo meretur, *vt in cap. cogitationis, de pœni. diſtinct. 1.* Præterea poſtquam bona illa alienauit, potuit de malo propoſito pœnitere crimenque non committere; & tamen tunc valeret donatio aut venditio: Ergo iam valebit, quamuis poſtea commiſerit crimen, quia cum talis donatio vel venditio non ſit conditionalis, ex nullo euentu futuro pendet, & in terminis ita tenet late probans Alfonſ. à Caſtr. *vbi ſupr. col. 1678. in verſic. ſed quid ſi volent, & col. ſeq.*

63 Hæc † tamen opinio meo iudicio non eſt expedita, imo vera non videtur nec tenenda. Bart. ſiquidem *in d. l. poſt contractum, num. 1. cum ſeqq.* & ibi communiter Dd. dicunt, quod ſiue quis donet ante delictum commiſſum, ſiue poſt, reuocatur donatio, ſi hac intentione donet, vt poſt commiſſum delictum fiſcus non poſſit capere bona eius. Vnde Picus *in d. l. poſt contractum, n. 11.* quem refert Boſſ. *in pract. crim. §. fin. quæſt. 78. verſic. ſolet*
64 *etiam*, inquit † eſſe communem opinionem, quod ſi alienatio facta eſt à delinquente ante crimen commiſſum & nulla ſubeſt ſuſpicio fraudis, talis alienatio valet & tenet, licet poſtea delinquat & contra eum ſequatur ſententia condemnatoria; ſi vero appareat fraus, vere vel præſumptiue, valet quidẽ alienatio, ſed à fiſco poſtea reuocatur. Addunt tamen Boſſ. *num. 45.* & Iul. Clar. *vbi ſupra cum communi*, ex Pico *vbi ſuprà*, teneri fiſcum eo caſu emptori pretium reſtituere. Quamuis igitur ante delictum commiſſum quis ſit dominus bonorum ſuorum liberamque & à lege non impeditam habeat adminiſtrationem eorum, hoc tamen fallit, ſi eo animo quis ea donet aut alienet, vt propter delictum, quod cogitat & animo deliberat committere, ſibi non auferantur & fiſco applicentur, ſciens alias his per ſententiam iudicis eſſe priuandum, vtpote in fraudem fiſci factum. Nec obſtat, quod cogitationis pœnam nemo mereatur, potuiſſetque de malo propoſito dolere, quia hoc verum eſſet, ſi vltra non procederet: attamen cum malam cogitationem ad actum perduxerit ſicque delictum huiuſmodi perpetrauerit, non pœna cogitationis affligitur, ſed delicti à ſe commiſſi: nec quod ante delictum commiſſum ſit dominus bonorum ſuorum, &c quicquam præſtat, quoniam idem contingit poſt delictum commiſſum ante condemnationem, quia eo medio tempore poteſt omnia illa circa bona ſua abſque peccato agere, quæ ante commiſſum crimen ratione dominij agere poterat, & ſic res ſuas alienare, &c. & tamen ſi dolo aut fraude id fiat, non licet, imo à fiſco via ordinaria reuocabitur alienatio, vt prædiximus ex eodem Caſtro: Ergo nec ante delictum. Quod ſi ea ratio differentiæ inter hos duos caſus obiiciatur, in priori, nempe ante delictum commiſſum, non competere fiſco ad illa bona ius in re nec ad rem; at vero poſt crimẽ commiſſum habet ſaltem fiſcus ius ad rem, quia poteſt agere contra reum in iudicio, & petere vt priuetur bonis, & bona illius ſibi dentur; reſpondebimus, quod etſi ante crimen commiſſum nullum ius competat fiſco ad bona intendentis committere crimen, ac proinde alienatio tunc temporis eorum licita & valida videatur, nihilominus cum ipſa fiat animo & propoſito deliberato illud perpetrandi, & vt ea à fiſco poſtea non vindicentur, & ſic animo eum fraudandi prædictis bonis, idem cenſeri debet ac ſi ius iam fiſco ad rem ſaltem competeret, cum, etſi de præſenti illud non competat, de futuro tamen competiturum eſſe certo ſcit, ac illud ex nunc prout ex tunc cogitans relinquere, tollere ac defraudare eo intendit, donando aut alienando bona ſua fraudulenter ante delictum. Quo † fit, vt fraus pro- 65
bata in propoſito cenſeatur, ſi alienatio tunc fiat omniũ bonorum ſuorum, & hoc etiamſi delictum ipſum ex interuallo ſequutum fuerit, dummodo tempore donationis ſubeſſet cauſſa, propter quam delictum poſtea commiſſum fuerit; vel ſi tempore alienationis habebat inimicitias capitales, vel poſt alienationem ſtetetit in poſſeſſione rei alienatæ, hoc enim faceret alienationem præſumi ſimulatam, dummodo tempore alienationis ſubeſſet cauſſa, propter quam delictum fuerit commiſſum; alias ſecus. Similiter etiam ſi alienatio fieret in occulto, ex hoc præſumeretur fraus, vel ſi facta fuerit in conſanguineum vel amicum, vel ſi delictum in continenti poſt alienationem ſequutum fuerit, vt ex communibus traditionibus reſoluit Clar. *vbi ſuprà, dict. quæſt. 78. verſic. fraus autem, &c.* Quod igitur fraus & dolus operatur circa reuocationem alienationis bonorum, ante & poſt commiſſum delictum in foro iudiciali exteriori, idem operari debet in conſcientia & foro interiori animæ præter peccatum, ſequuto poſtea delicto atque priuatione bonorum ob id per ſententiam, cum vtroque caſu malus animus fraudandi fiſcum ob delictũ committendum vel iam commiſſum concurrat, & ad exſequutionem ſit deductus, præcipue cum in foro conſcientiæ ſit ſtandum puræ veritati & fiſco ita noceat, in quantum eſt ex parte alienantis, alienatio ante crimen, quam poſt facta, ac proinde nihil inter hæc intereſt, ſi animus fraudandi adſit, vt ſupponimus.

Secunda † regula eſt, quod in delictis, in quibus ipſo 66
iure confiſcantur bona ſtatim commiſſo delicto, vt in crimine læſæ maieſtatis, iuxta ſententiam gloſſ. *in cap. cum ſecundum leges, de hæret. in 6.* quam ſequuntur plures, quamuis alij teneant, quod tantum adminiſtratio bonorum tollitur, prohibetur alienatio ex titulo oneroſo & lucratiuo, licet dominium eorum non tranſeat in fiſcum ante condemnationem & apprehenſionem, iuxta text. *in leg. ex iudiciorum, verſic. adeo, digeſt. de accuſ. & in l. quæſitum, ff. qui & à quib.* & alibi ſæpiſſime Bart. *in l. poſt contractum, num. 12. verſic. ſecundum tempus, ff. de donation.* ſequitur alios referens Dec. *conſil. 57. num. 12.* vbi quod ſicut hoc caſu non potuiſſet reus bona alienare, ita nec facere actum, per quem ſequi poſſit alienatio, & ita neque bona obligare: & *num. 15.* quod ante declarationem certum eſt, aliquod ius fiſco non eſſe quæſitum, vt *ibi* late probat. Hodie † tamen in noſtro Regno, & 67
bona confiſcantur ipſo iure in crimine læſæ maieſtatis adminiſtratio, & dominio bonorum tollitur & alienatio prohibetur, tam titulo oneroſo, quam lucratiuo à die commiſſi delicti, *per l. 4. tit. 2. part. 7.* quæ in hoc eſt expreſſa, & ibi notat Gregor. *in gloſſ. el ſennorio*, & Ant. Gomez *3. tom. c. 2. de crim. læſæ maieſt. num. 11. & 17. & c. 14. de confiſc. bon. delinq. num. 4.* Sicut † in cri- 68
mine hæreſis, *vt in d. c. cum ſecundum leges, verſic. bona hæreticorum, de hæret. in 6.* Et quamuis in crimine hæreſis, *l. 4. in fin. tit. 26. part. 7.* aliud diſponat, nempe à die ſententiæ tantum contra hæreticũ latæ, prohibeatur adminiſtratio bonorum atque ipſorum alienatio: Standum tamen eſt in hoc iuri canonico diſponenti, vt à die commiſſi delicti bona hęretici cenſeantur eſſe confiſcata ipſo iure



iure dominium ipſorum amittat hæreticus & tranſeat in fiſcum, ac proinde ſit eidem hæretico eorum adminiſtratio interdicta, ita vt alienationes & donationes ab eo factæ ſint nullæ, *vt in d. cap. cum ſecundum leges*, & ibi communiter Dd. vt nuncupatim aduertit Gregor. Lopez *in d. l. 4. tit. 26. part. 7. in gloſſ. por herege.* & late probat atque declarat Alfonſ. à Caſtro *lib. 2. de iuſta hæret. punit. cap. 6. per tot.* & hoc eſt receptum communi omnium conſenſu, ſecundum D. Simanc. *de cathol. inſtit. tit. 9. num. 21.* Si enim *l. 4. tit. 2. part. 7.* vt vidimus, ſanxit in crimine læſæ maieſtatis humanæ, idem à fortiori in crimine hæreſis ſtatuere deberet, cum longe grauius ſit, æternam quam temporalem lædere maieſtatem, *vt in cap. vergentis, eod. tit. de hæretic. in 6. & in authent.* Ga-
69 zaros, *C. eod. tit.* Poſſumus † tamen legem hanc poſteriorem Partitæ ab incuria ſibi in hoc attributa ſaluare aduertendo, ipſam minime aliud ſtatuere negatiue in crimine hæreſis, nempe vt non niſi à tempore ſententiæ bona confiſcentur: ſed affirmatiue diſponere, vt à tempore ſententiæ tollatur hæretico bonorum ſuorum adminiſtratio atque diſpoſitio; quod veriſſimum eſt in hunc ſenſum, vt eo tempore ſit eidem delinquenti ſublata bonorum ſuorum adminiſtratio atque diſpoſitio, non tamen negat, quin idem ſit à die commiſſi criminis, ſicut iure Canonico diſpoſitum exſiſtit, cui conditor legis Regiæ minime derogare voluit. Nec is intellectus à contrario ſenſu ſumendus eſt in iuris communis derogationem atque correctionem,
70 vt alias dicunt Dd. Maxime, † quod leges Partitarum nunquam cenſentur derogare iuri ciuili & canonico, in his, in quibus iuri Canonico derogare poſſunt, niſi in caſibus, in quibus ipſæ leges aperte id id docent, imo ſemper cenſentur concordare cum iure Canonico & ciuili, vt tenent omnes Dd. noſtri Regni præcipue D. Couar. *lib. 1. variar. reſol. cap. 14. num. 15.* Gregor. Lopez *in l. 9. tit. 13. part. 6. in gloſſ. a mudar.* per illam legem D. Peralta *in l. ſi quis in principio teſtamenti, num. 4. ff. de legat. 3.* Pelaez de maiorat. *1. part. quæſt. 1. num. 74.* & hic eſt melior intellectus, quam aſſignatus per Palaez *vbi ſupra*, confitendo literam illius legis eſſe erratam, & ſupplendo vnam dictionem.

71 Idem † eſt in peccato nefando contra naturam, in quo propter atrocitatem tanti criminis bona confiſcantur ipſo iure ac dominium eorum perditur, *vt in cap. cum ſecundum leges, in princ. & in l. vnic. tit. 21. lib. 8.* Nouæ Collect. Regiæ, ac per conſequens ſtatim reus nõ poterit ea adminiſtrare neque vllo modo alienare, *per*
72 *ſupradicta.* Idem † erit in aliis caſibus, in quibus bona confiſcantur ipſo iure, de quibus per Bart. & Dd. *in l. Imperator, ff. de iure fiſci, & in l. commiſſa, ff. de publ. & vectigal. & in d. l. poſt contractum*, vt communiter Dd. vbique docent, & 250. *caſ.* in quibus confiſcatio bonorum fit ipſo iure, refert remiſſiue Pet. Duen. *in reg. 150. in fin.*

73 Et † hæreticus attento iure Canonico, cui ſtare debemus, non poteſt vllo modo condere teſtamentum neque ex eo aliquid capere, vt tradit Tellus Fernand. *in l. 4. Tauri, num. 34.* & latiſſime Pelaez *vbi ſupra, num. 60. cum ſeqq.* vbi an à die commiſſi criminis, vel ſententiæ prius verius exiſtimo, ſecundum Pelaez *vbi ſupra*, late id probantem. Nec obſtat *d. l. 4. in verbis ſupra relatis, & in l. 16. tit. 1. part. 1.* vbi prohibentur hæretici teſtari, poſtquã fuerint pro talibus iudicati, nec capere poſſunt; quoniam non dicunt aliud eſſe ante condemnationem, vt prædiximus.

74 Et † in prædictis caſibus ſi reus delinquens alienet bona ſua vel aliqua eorum, quocunque titulo id faciat, ſiue oneroſo ſiue lucratiuo, alienatio erit nulla; & poſt ſententiam & condemnationem confiſcabuntur etiam bona alienata fiſcuſque ea repetet atque vendicabit à poſſeſſoribus, quia ſententia lata contra principalem delinquentem, præiudicat poſſeſſoribus prædictorum bonorum, in quos bona reperiuntur alienata, vt probat text. *in l. quiſquis, §. filij vero, C. ad leg. Iul. maieſt. & in d. c. cum ſecundum leges, de hæret. in 6.* & eſt communis opinio ſecundum Ant. Gom. qui eam ſequitur & probat *d. c. 1. de delict. num. 90.* dicentem eſſe notabile pro declaratione text. cum materia *in d. l. poſt contractum*, ſequitur idem Ant. Gom. *in d. c. 2. de crim. læſæ maieſt. num. 17.* & † in hæretico, quod non poſſit donare nec alio 75
titulo alienare nec dotare filias in matrimonio carnali nec ſpirituali, & quod omnia hæc ſi fiant, ſint nulla & à fiſco vendicentur, probat D. Simanc. *vbi ſupra numero 22. cum ſeqq.* & Alphonſ. à Caſtro etiam *vbi ſupra.* Nec cum fiſcus vendicat huiuſmodi bona à poſſeſſoribus, tenetur eiſdem pretium ſoluere, cum ipſe ſit Dominus, † ſiquidem agens rei vendicatione ad pretium non te- 76
netur, *l. in ciuile, C. de furt.* per quem text. & per text. etiã *in l. ex iudiciorum, verſic. adde, ff. de accuſat. & in l. donationes in concubinam, §. fin. ff. de donat. & in l. fin. C. ad leg. Iul. maieſt.* eſt communis ſententia, vt plures allegans & late probans teſtatur Anton. Gomez *cap. 2. de crimine læſæ maieſt. num. 2.* ſequitur D. Couar. plures allegans *in 4. deſponſ. 2. part. cap. 6. §. 8. num. 9.* & Syluest. *in ſumma, verbo, hæreſis, 1. num. 14.* eſt communis ſecundum Simanc. *vbi ſupra, numer. 27.* & † addit Caſtro *vbi ſupra*, 77
nedum procedere in eo, qui emit ab hæretico, cui fiſcus pretium ſoluere non tenetur, ſed nec etiam ei, qui ab ab eo emit, quantumcunque per plures manus tranſierit, quia non habuit ius vendendi, ſecundum Ioann. Monach. Archidiac. & Ioan. Andream *in d. cap. cum ſecundum leges*, & Syluest. *in ſumma, verbo hæreſis, el 1. d. numer. 14.* hoc † tamen limitatur, ſi pretium datum ab 78
emptore reperiretur inter bona ipſius delinquentis, tunc namque fiſcus illa bona capiens tenebitur illud emptori reddere: Ita directorium Inquiſitorum *verbo, alienatio*, Syluest. & Couarruuias *vbi ſupra*, idem exiſtimantes, quando pretium illud fuit conuerſum in vtilitatem bonorum delinquentis, atque illa vtilitas ad fiſcum cum bonis ſuis delata, quod Bart. notauit *in l. 5. ff. de his, quæ in fraud. creditor. per l. emptor. ff. de rei vendicat.* & vtrumque probat Conrad. *in 3. tract. de contract. quæſt. 7. concluſ. 3.* & Simanc. *vbi ſupra, in n. 29. cum ſeqq.* vbi latius declarat, plures caſus ſpecificando: Eandem ſententiam tenet Caſtr. *vbi ſupra.*

Ex † quibus fit, vt delinquens, cuius bona ipſo iure 79
pro delicto ſunt confiſcata vel alteri in pœnam applicata, non poſſit ſine peccato mortali rem aliquam in caſu non permiſſo, *de quibus infra*, alienare, ne ſit cauſa damni ei, cui alienat, cum ipſi emptori immineat ex culpa venditoris periculum amittendi rem & pretium: ita Syluest. *vbi ſupra* & Ioan. à Medin. *in ſuo C. de reſtit. fol. 4. col. 3.* & Adrian. *quodlibet. 6. art. 1. illat. 3.* D. Couar. *vbi ſupra d. num. 9.* Simanc. etiam *vbi ſupra numer. 28.* & Ant. Gom. *d. c. 14. de confiſc. bon. num. 3. verſ. ex his infertur*, vbi concedit, titulo lucratiuo bene poſſe cum bona conſcientia alienare, quia nullum damnum incurreret donatarius: quod & probat duobus modis id limitans Molin. *vbi ſupra in verſic. ſecundum eſt.* Hoc † tamen vltimum 80
de licentia alienandi titulo lucratiuo, quando bona ſunt confiſcata ipſo iure nihil non placet, imo falſum reputo, tum, quia contra ius, prohibens hoc caſu bona alienari, id fit, & quia donat ea, quæ ſua non ſunt, ſed fiſci ratione amiſſi dominij & in fiſcum tranſlati: tum etiam, quia licet donatarius nullum damnum incurrat, donatio tamen in fraudem & præiudicium fiſci fit, & ideo non valeat, vt omnes tenent, nec cum bona conſcientia fieri poteſt, vt ex ſupradictis patet: tum etiã, quia adminiſtrator donare non poteſt *vt in l. contra iuris, §. fin. cum ſimil. ff. de pact.* & ideo merito † dubitauit de prædicta doctrina Siman. *vbi ſup. n. 28.* & contractũ etiã in donationẽ tenet

tenet Caſtro *vbi ſupra*, & quod fraus ad damnum proximi tendens ſit pernicioſa & peccatum mortale, niſi circa minima verſetur, tenet Caietan. *in ſumm. verb. fraus.*

82 Bene † verum eſt, quod ſi delinquens huiuſmodi bona ſua poſt commiſſum à ſe delictum alienet titulo gratioſo, puta donationis, minus peccat, quam ſi titulo oneroſo alienaret, puta per venditionem, quia hoc ſecundo caſu vendit ea, quæ ſua non ſunt, & emptorem grauat, vt præ diximus: Ita tenet expreſſe Medin. *vbi ſup.* nihilominus tamen in primo caſu peccat donando, vt affirmat Medina & nos quoque reſoluimus *ſupra* contra Anton. Gomez.

83 Infertur † etiam ex eiſdem, minus recte dixiſſe Sylueſt. *vbi ſupra*, licitam eſſe in hac ſpecie alienationem, ſi emptori reuelatum ſit, conditionem rei ita eſſe: Hoc namque eadem ratione iudicio meo procedere non poteſt; Nam etſi reſpectu emptoris nullum detur ea in ſpecie damnum ſiue præiudicium, quia ſcienti & conſentienti non ſit fraus neque dolus, *vt in reg. iur.* fiſco tamen ex hac alienatione damnum aut fraus ſit, tametſi emptori reueletur conditio rei. Fit præterea contra ius prohibitorium ideirco minime ego delinquentem huiuſmodi ſic alienantem immunem iudicarem à peccato mortali & reſtitutione, ſi haberet vnde alias reſtituere poſſet: niſi delictum occultum eſſet atque ideo in iudicio non deductum, cum ante ſententia pœna etiam ipſo iure incurſa non debeatur in conſcientia, iuxta receptiſſimam ſententiam *ſupra* per nos adductam.

84 Sunt † tamen caſus, in quibus etiam, quando pro delicto ſunt bona confiſcata ipſo iure, licito tamen eſt delinquentibus bona ſua alienare. Primus & principalis eſt ex cauſſa neceſſaria, nẽpe pro alimentis & aliis ad neceſſariam vitæ ſuſtentationem, & pro aduocatis & ſcripturis ad eum pertinentibus, & pro ſui defenſione: pro his namque recte alienare poteſt, nec poterunt in eam cauſam alienata à fiſco vendicari, *argum. l. alienationis, ff. famil. erciſc. l. ſero, §. prædium, ff. de legat. 2.* & eorum quæ tradit Bartol. *in dict. l. poſt contractum, numer. 12.* & late D. Molin. de Hiſpan. *primogen. lib. 1. cap. 10. num. 20.* ita Sylueſt. Anton. Gomez & Couarru. *vbi ſupra*, vbi dicit, æquiorem & veriorem eſſe hanc ſententiam, & Petr. Duen. *in d. reg. 126. limit. 3.* Boſſ. *in ſua pract. crimin. in tit. de alienat. bon.* & ante eos Salycet. *in d. l. ſi quis poſt hanc, num. 9. C. de bonis damnat.* Pro † quo etiam bonus text. *in l. fin. C. de ordin. cognit.* ex quo text. dixit Bart. *in tract. aliment. numer. 4.* quod quando aliquis non ha-

85 bet, vnde ſe alat, niſi venderet rem, quæ eſt ſequeſtrata, poteſt eam vendere pro alimentis & aliis ſumptibus arbitrio iudicis, quem ſequitur D. Anton. de Padilla *in authentic. res quæ, numer. 63. C. communia de legat.*

86 Sic † etiam res, quæ ſubiacent reſtitutioni, & quæ prohibentur alienari, poſſunt pro ſumptibus alimentorum alienari; hæc eſt communis opinio ſecundum Bart. *in dict. authentic. res quæ num. 9. C. communia de legat.* Anton. de Padilla *num. 78. cum ſequentib.* contra gloſſam *ibi* hanc ſententiam probat, ac magis communem eſſe profitetur, plures auctores allegans eum ſequentes, & Doctor Molina *de Hiſpanor. primog. lib. 4. cap. 6. num. 8. & 22.* addentes, vt pro alenda noto grauati etiam valeat fideicom-

87 miſſum euerti: vnde † & bona maioratus poſſunt alienari, vt poſſeſſor alatur & ad cætera, de quibus *in dict. authentic. res quæ*, cuius deciſio in bonis etiam maioratus procedit, cum hæc veluti fideicommiſſo ſubiecta

88 cenſeantur, ac † proinde nedum in caſu dotis ſeu donationis propter nuptias, ſed in alimentis maioratus poſſeſſori eiuſque liberis præſtandis ſeu in illo hoſtibus redimendo & in dote pro filia moniali præſtanda, & in omnibus caſibus, ad quos ſcribentes *dict. authentic.* extendunt, procedit, niſi contrarium à maioratus inſtitutore ſpecifice diſpoſitum ſit, vt reſoluunt latiſſime Palat. Rub. *in repetit. rubr. de donat. inter virum & vxorem, §. 16. num. 1. & num. 11. cum ſequentibus*, & Roderic. Suarez *in l. quoniam in prioribus, in 2. limit, ad leg. Reg. numero 11.* Ant. Gomez *in l. 40.* Taur. *numer. 86.* Gregor. Lopez *in l. 24. gloſſ. fin. tit. 9. part. 6.* D. Couarru. *lib. 3. variar. reſol. cap. 6. num. 10. & lib. 2. cap. 16. num. 9.* & Anton. de Padilla, dicens communem *in dict. authent. res quæ, num. 53. & 79.* & hæc crebrior ſcribentium ſententia, ſecundum D. Molin. *lib. 4. de Hiſpan. primog. cap. 16. num. 17.* qui prædict. refert. Sed nihilominus receptiſſima conſuetudo totius Hiſpaniæ eſt, quod text. *in dict. authent. res quæ*, non habeat locum in rebus maioratus, ſecundum Adriam Pinel. *in l. 1. in 3. part. num. 102. C. de bon. matern.* id quod recte conſiderata natura & conſeruatione ac perpetuitate maioratuum Hiſpanorum, ſecluſa facultate Regia, expreſſe probauit D. Molin. *vbi ſupra, dict. cap. 6. num. 19. cum ſequent.* niſi ad prædicta efficienda maioratus inſtitutor adſtrictus eſſet tempore mortis, ſecus alias, etiamſi veriſimile eſſet, quod ſi viueret, ea ſoluiſſet, eaque ratione Regias facultates ad id efficiendum raro & non niſi ex magna cauſa concedendas eſſe, cum maioratuum inſtitutorum voluntati aduerſentur, quos veriſimile eſt potius ipſorum maioratuum conſeruationi, quam poſſeſſorum neceſſitatibus conſulere voluiſſe: quod ſi ex aliqua cauſſa concedendæ ſunt, illud præſertim curandum eſt ſecundum ipſum, ne ex illis ad bonorum maioratus alienationem perueniri valeat: quam ſententiam libentius probo, vtpote veriorem & voluntati defunctorum proximiorem, quam communem contrariam, cum ſciam etiam Bald. *in cap. 1. § donare, num. 2. verſic. oppono, d. authent. res quæ, qui feud. dare poſſ.* tenuiſſe dictam authenticam non habere locum in expreſſa prohibitione, ſed ſolũ in tacita, in qua tantum loquitur, cuius opinionem ſequuntur alij, quos refert Anton. de Padilla *vbi ſupra num. 53.* Contra hunc primum caſum, de quo agimus, tenet Andr. Alciat. *in dict. l. poſt contractum num. 19.* arbitratus in eo alienationem non valere, quia non potuit reus dominium transferre, quod non habebat, *l. Iulianus, § 1. verſic. patris tamen, ff. ad Maced.* ſed reus hoc caſu amittit dominiũ bonorum ſuorum, vt eſt prædictum: Igitur non tenet alienatio.

Sed nihilominus poteſt communis ſententia præcedens ab hac difficultate defendi, ſi conſideremus, quod idem ius, à quo ſublatum eſt dominium bonorum atque adminiſtratio eorundem reo ſic delinquenti, & in fiſcum tranſlatum, hunc caſum ſpecialem excepiſſe veriſimile ſit, vel ipſa ratione naturali ac ſumma æquitate id poſtulante, prout potuit & excepit in ſimilibus ſpeciebus ſupradictis: Quare recte licuit Dd. communem tenentibus ad noſtram hanc ſpeciem idem trahere: & ſic valida erit hoc caſu alienatio: ſed ne quid nimis alienetur, quam oportet & neceſſarium ſit, aut fraudulenter alienetur, conſulo, cum licentia iudicis hæc alienatio fiat pro ſecuritate & ampliori cautela emptorum: iudex autem tenetur eam concedere, cum alimenta & defenſio ſint de iure naturali, quod præualet poſitiuo, *vt in §. ſed naturalia quidem iura, cum ſimilibus Inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil.*

Secundus † caſus eſt, in quo valida eſt alienatio à de- 89
linquente facta, etiam vbi pœna ſiue confiſcatio ipſo iure incurritur, quando delinquens eſſet alias ſoluendo pro damno dato, ſecundum Syluest. *vbi ſupra.*

Tertius † caſus eſt, quando delictum eſſet ita occul- 90
tum, vt nullo modo probari poſſet, quia tunc ſic delinquens alienare poſſet, & titulo oneroſo & lucratiuo, ſecundum Syluest. *vbi ſupra*, & Anton. Gomez *dict. c. 14. num. 5.*

Quibus † adde, quod fiſcus non tenetur ad ſoluen- 91
da debita ab ipſo debitore contracta poſt commiſſum delictum



delictum, ſed ea tantum, quæ tempore criminis perpetrati ipſe delinquens contraxerat, *l. 1. §. an bona. & ibi* Bart. *ff. de iure fiſci*, late Guilielm. Benedict. *in cap.* Raynutius, verbo, & vxorem, *num. 850. deteſtam.* quem refert & ſequitur D. Couar. *vbi ſupra, num. 9.* ſed & reliqua circa præſentem materiam videnda ſunt per Dd. in ſuis locis: ſuperiora tamen præcipua & in praxi ſæpe contingentia ſunt, ideo ipſa deduximus. Ex ſuperioribus iam deducitur promotum ad beneficium incompatibile non poſſe reſignare primum, quia vacauit ipſo iure: ita Hoxeda *in tract. de incompatib. benefic. part. 1. cap. 13. num. 2.* & hæc eſt communis opinio nunc recepta *in pract.* vt non poſſit reſignare in fauorem, ſecundum Flam. Pariſ. *lib. 3. de reſign. benef. quæſt. 1. num. 50.* qui eam late probat *num. ſeqq. & num. 58.* quod taliter priuati, tenentur in foro conſcientiæ dimittere beneficia, etſi de facto detinent, tenentur ad reſtitutionem fructuum perceptorum in foro poli, vt eſt communis opinio in vtroque ſecundum ipſum *ibi.*

92 Poſtremo, † illud non prætereundum duxi, quod licet clericus homicida, non ſit priuatus ipſo iure bene-

93 ficio, quod habebat; collatio † tamen beneficij de nouo ei facta, quod tẽpore collationis eſt irregularis ac Sacerdotiorum incapax, ipſo iure eſt nulla, per text. opt. *in c. dudum, el 1. de elect. & in c. cum in cunctis, §. vlt. de elect.* nullumque ius tribuit in beneficio, imo tenetur hic beneficiũ dimittere & fructus à ſe perceptos in animæ iudicio reſtituere, quippe qui nullo titulo & iure beneficium acquiſierit, ſecundum Dyn. *in reg. 1. de reg. iur. in 6.* Innocent. *in d. cap. cum noſtris, de conceſſ. præb.* Milis in repertor. *verbo, irregularis, vt homicida*, ſequitur Felin. *in cap. 2. num. 4. circa fin. in verſic. conſidera in tanta varietate, &c. de reſcript.* Nauar. in Manual. Latin. *cap. 27. num. 249. verſic. ſexto*, Lambert. Paul. Pariſ. & Rebuff. eoſque referens & ſequens D. Couar. *in reg. peccatũ, 2. part. relect. §. 8. num. 6. verſic. ad idem, de reg. iur. in 6. & in cap. alma mater, 1. part. relect. §. 7. num. 1. de ſent. excom. in 6.* eſt communis, vt plures allegans teſtatur nouiſſime Flam. Pariſ. *de reſign. benef. lib. 4. quæſt. 3. num. 52. cum ſeqq.* Cum enim beneficia Eccleſiaſtica præcipue dantur propter officium, *cap. cum ſecundum, de præb. vltim. de reſcript. in 6. cap. conceſſo, 12. quæſt. 2. cap. generaliter, 16. quæſt. 1. notat gloſſ. in c. vlt. de offic. vicar.* irregularis autem ſuſpẽſus eſt ab officij exſequutione, cuius cauſſa beneficium datur: Ergo merito, quod collatio beneficij ei facta, ſit nulla: Qua ratione idem dicendum eſt in collatione beneficij facta excommunicato, vt etiam ſit nulla ipſo iure: text. ſingularis *in cap. Apoſtolicis, de cler. excom. miniſt.* per quem text. hæc eſt communis opinio, vt teſtatur Ioan. Staphil. *de literis gratia & iuſt. fol. 8. col. 2.* quã communem latiſſime probat late ad partes agens Selua *de benefic. 3. part. quæſt. 4. per tot. vol. 15.* tractat & plutib. exornat D. Couar. *in d. cap. alma mater, 1. part. §. 7. per tot.*

94 Sed † ſi à Papa fiat collatio beneficij, præcedente abſolutione illius à quibuſuis excommunicationis & ſuſpenſionis, &c. vt communiter de ſtylo curiæ fit, per illam clauſulam; *Teque abſoluentes, &c.* valebit collatio prædicta facta illi, qui erat excommunicatus maiori vel ſuſpenſus, quoniam per dictam clauſulam abſoluitur à Papa ad effectum duntaxat præſentium conſequendum, non quoad alia: ita Per. Rebuff. *in praxi benefic. in forma & declarat. noua prouiſ. ſuper clauſula, Teq; abſoluentes, &c. n. 2. cum ſeqq.* Collatio tamen irregulari facta, etiamſi fuerit appoſita prædicta clauſula; *Abſoluentes te à cenſuris & à quibuſcunque excommunicationibus*, non valet, vt reſpondit Nauarr. *conſil. 66. num. 1. de ſentent. excommun.* quia Papa non videtur abſoluere ab irregularitate, niſi id exprimat: idem Nauar. *in Manual. cap. 72. num. 254.* refert & ſequitur vtrumque Flamin. Pariſ. *vbi ſuprà, num. 40. & 41. & num. 59. cum ſeqq.* idem quod dictum eſt in excommunicato, probat cum communi in ſuſpenſo. Sic † etiam clericus periurus beneficio Ec- 95
cleſiaſtico priuandus eſt per ſententiam, non tamen eſt ipſo iure priuatus, text. optimus *in cap. querelam, de iuiuran.* vbi gloſſ. & Dd. eſt magis communis ſententia ſecundum Flamin. Pariſ. *de reſign. benefic. lib. 4. quæſt. 3. num. 12.*

Quia † non merentur regere Eccleſias, qui ſunt cri- 96
mine periurij irretiti, vt ibidem probatur gloſ. etiam *in cap. illud, de exceſſ. Prælatorum, & in cap. quicunque, 6. quæſt. 1.* Abb. & alij *in cap. de reſcript.* vbi Felin. *num. 2. cum ſequentib. Dec. 2. & 3.* Ripa *num. 13.* fatentur hanc eſſe communem opinionem, & Ioan. Selua *in tract. de iureiurand. quæſt. vltim. & in tract. de benefic. 3. part. quæſt. 2. num. 20. cum ſequentib. vol. 15. tract. diuerſorum* Doctor. Bernard. Diaz de Lug. *in pract. crimin. canonic. cap. 86.* & alios allegans D. Couar. *in cap. quamuis pactum, 1. part. §. 7. num. 3. de pact. in 6.* aduerſus Rebuff. tenentem, periurum priuatum eſſe ipſo iure beneficiis Eccleſiaſticis, quæ tempore periurij obtinebat: ſed vera & communis ſententia eſt in contrarium, quam prædiximus, nempe periurum non eſſe ipſo iure priuatum beneficio, ſed priuandum per ſententiam, & † nihilominus collatio be- 97
neficij periuro facta eſt nulla ipſo iure, vt probant Abb. & Dd. *in dict. cap. querelam.* Aufrer. *in decis. capellæ Toloſ. quæſt. 17. Deciſio in cap. Dilecti, numero 2. de except.* refert alios Felin. *in d. cap. 2. de reſcript. num. 4.* quamuis ipſe cõtrarium velit, & Nicol. Millis *verbo periurus*, per text. optimum *in cap. accedens, de accuſat.* eſt communis ſecundum Flamin. Pariſ. *vbi ſupra, num. 10. & 11.* Hoc † tamen ve- 98
rum eſt & procedit, quoties quis eſſet per ſententiam declaratus periurus, & poſtea fieret ei collatio, & non alias, quia ante ſententiam facta collatio, eſſet valida, ſecundum Federic. de Senis *conſil. 50.* Cardin. & Felin. *in d. cap. querelam*, Rebuff. *in tract. de pacif. poſſ. num. 221.* ſequitur alios referens, Couar. *vbi ſupra*, exiſtimans, collationem beneficij periuro factam, nullam eſſe ipſo iure, quando † infamia hæc ex periurio notoria ſit, non alias, 99
prout contingit eſſe per ſententiam, quia manifeſtum & ſententia æquiparantur, *vt in leg. emptorem, in princ. de act. emptor.* Item † & ſecundo, cum collatio beneficij 100
periuro facta fuerit auctoritate literarum Apoſtolicarum ad beneficia, ſecundum Calder. *conſil. 20. tit. de præbend. & conſil. 4. de accuſat.* Felin. *in d. cap. 2. col. 3. num. 5. de reſcript. & in cap. inquiſitionis, col. 2. n. 8. de accuſat.* & Rebuff. *vbi ſupr. n. 222.* ſiue infamia ſit iuris, ſiue facti, ſecundum Couar. *vbi ſuprà, n. 3. in fin.*

## SVMMARIVM.

1 *Voluntarium bifariam dicitur, vno modo directe, quia intentum, alio modo per accidens.*

2 *Caſus eſt cauſſa agens præter intentionem, ſicque caſualia ſimpliciter, ſecundum illam rationem nihil habent culpæ.*

3 *Ille, qui non remouet ea, ex quibus ſequitur homicidium, ſi debeat remouere, erit quodammodo homicida voluntarius.*

4 *Deformatio eſt triplex, mere voluntaria, mere caſualis & mixta, & quæ ſit vnaquæque earum.*

5 *Dans operam rei illicitæ, ſi ex huiuſmodi actione fuerit homicidium caſuale ſubſequutum, ex culpa ſufficienter directa ad illud irregularis ſit, ſiue adhibuerit diligentiam, quam potuit, ne ſequeretur, ſiue non: quæ diſtinctio quoad peccatum non procedit, ſed tantum quoad irregularitatem, vt in num. 6. & allegantur iura, quibus probetur, in num. 20.*

7 *Irregularis eſt ille, qui dabat operam rei illicitæ, nempe, rixando cum alio, & conſanguineus illius interfecit eum, cum quo rixabatur nullo præcedente conſilio rixantis, imo contra eius prohibitionem.*

8 Limi

8 Limitatur, ſi clericus non fuerit in culpa rixando, quia tunc factum aliorum non eſt ei imputandum.

9 Homicidium ſubſequutum in caſu, num. 7. quoad pœnam exteriorum ordinariam non imputatur rixanti, ſed tantum quoad arbitrariam, nec quoad aliquam, ſi ille non dedit cauſſam rixæ nec fuit in culpa, vt in num. ſeqq.

11 In ciuilibus, ad hoc, vt ex culpa præcedenti obligetur ad caſum, requiritur, quod culpa illa ad caſum ordinata fuerit.

Impeditus non excuſatur, niſi probet, ſe talem adhibuiſſe diligentiam, quod niſi fuiſſet impeditus, impleuiſſet, num. 11.

12 Culpa ordinata ad caſum tunc dicitur, quando illa culpa fuit cauſſa proxima ipſius, ſecus ſi remota.

13 In criminalibus, ex ſola datione operæ rei illicitæ conſideratur id, quod in conſequentiam venit, & ſic caſu.

14 Homicidium ex puro & mero caſu accidens, ceſſante animo occidendi & nulla culpa interueniente, nullam pœnam meretur, & num. 15. caſus in praxi contingens in propoſito refertur.

16 Irregularis quis non fit propter ſolum homicidium, niſi culpa vel voluntas præcedat.

17 Qui omnino excuſatur à peccato homicidij, excuſabitur etiam à pœna irregularitatis.

18 Ad irregularitatem incurrendam per homicidium vel deformationem ex opere illicito caſu ſubſequutum, requiritur quod cauſſa illiciti operis ſit propinqua.

19 Cauſſa propinqua eſt illa, quæ damnum dat, non accedente alia extrinſeca cauſſa.

21 Cap. tua nos, de homicid. intellectus.

22 Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus, beneficium Eccleſiaſticum habens, irregularis eſt, ſi ex chirurgiæ officio, cui operam dat, aliquis moriatur, etiam abſque eius culpa: hoc tamen eſt intelligendum, quoties ægrotus moritur ex cauſſa alicuius aduſtionis vel inciſionis à chirurgo illatæ, alias ſecus: vt in num. 23. ſecus etiã in laico aut clerico in minoribus beneficium Eccleſiaſticum obtinente, vt in num. 24.

25 Monachus aut clericus exercens medici artem, ſi peritus eſt & abſque eius culpa, caſu infirmus moriatur, non erit irregularis.

26 Medici & Phyſici ſi nihil ex contingentibus omittant, ſicque conſcientiam non habeant læſam alicuius culpæ, quia eam artem abſque culpæ ſuſpicione exercuerunt, bene poſſunt iure ad ordines ſacros promoueri: quatuor tamen aut quinque debent ad hoc concurrere, de quibus in num. 27. ſed quis eſt hic? & laudabimus eum, vt in num. 28.

28 Medicus non tenetur ſemper & continuo adeſſe ægroto, niſi ipſe propter maximum ægritudinis periculum cuſtodia indigeret, tunc enim tenetur medicus vel preſens eſſe vel admonere, vt diligenter cuſtodiatur.

29 Chirurgus laicus peritiſſimus, prohibitus tamen à iudice ad tempus vti ſuo officio aliqua ex cauſſa, quæ non reſpiceret imperitiam artis, ſed pœnam aliunde inflictam, ſi non obſtante prohibitione huiuſmodi, eodem officio vtatur, atque ob aliquam inciſionem perfectiſſime factam, culpa ægroti mors ſequuta ſit, non erit ob hoc irregularis.

30 Cuſtos infirmi, vel alius faciens aliquid, quo ipſe citius moriatur vel ne amplius crucietur mortis tormentis, ſi propter id citius moriatur, irregularis erit, tam ipſe quam conſulens, iubens aut rogans, etiam medicus; ſecus ſi id fiat bona fide, vt hic.

31 Cuſtodes infirmi eum in lectulo mouentes, vt vel aptius ei cibum miniſtrent vel quietius iaceat & inde moriatur, an & quando fiant irregulares.

32 Confeſſarius, qui dum reum ad patibulum comitaretur, & caſu iumentum, quod ille vehebatur, pepulit, non eſt irregularis.

33 Cuſtos infirmi non bene illum cuſtodiens, quare ipſe infirmus ex phraneſi ſe proiecit & mortuus eſt, an & quando ſit irregularis.

34 Homicida reputatur, qui vulneratum ad mortem nouo ictu, vel alio modo ad mortem accelerat.

35 Extrahens ſagittam, aut aliud telum corpori alicuius infixum, cum non ſit medicus vel chirurgus, vt citius moriatur, vel ſi ex hoc ipſe vulneratus, moriatur celerius, quam alias moreretur, irregularis eſt; alias non: idem in iubente & rogante & conſulente.

36 Cap. ſicut ex literarum, de homicid. intellectus.

37 Ad irregularitatem incurrendam in caſu d. cap. ſicut, eſt neceſſarium, quod fœtus ſit animatus: hodie idem ſi non ſit animatus.

38 Fœtus ſi maſculus ſit, dicitur animatus die quadrageſimo à conceptione: fœmineus vero die octuageſimo ab ipſo conceptu.

39 Adulter, cuius ob cauſſam maritus ſuam vxorem occidit, an ſit irregularis, & num. 42.

40 Marito à lege datur facultas impune occidendi vxorem & adulterum in crimine adulterij depreheuſos.

41 Homicidium caſuale tunc demum ad irregularitatem imputandum eſt danti operam rei illicitæ, quãdo actus ille ordinatus eſt ſua propria natura ad mortis læſionẽ, vel ad homicidium, aut quoties homicidium illud procedit ab illo actu illicito per ſe quidem & neceſſario, non per accidens, aut ſaltem vbi illicitum illud opus per ſe volitum genere ſuo eſt periculoſum, aut ſaltem ſæpe inde mors ſequitur aut frequenter.

43 Clericus adulter, occidens inuaſorem cum moderamine inculpatæ tutelæ, an ſit irregularis.

44 Aggrediens aliquid illicite, quod eſt cauſſa vt alium occideret, propter ſui defenſionem neceſſariam, non ſolum peccat id agendo, ſed etiam eſt homicida, quando opus illud illicitum erat, quædam via ad homicidium perpetrandum.

45 Euentus ex aliquo ſequuti opere minime quidẽ ab operante præcogitati, ſed præter eius intentionem contingentes imputantur operanti, ſi illi euentus per ſe & neceſſario ſequuntur ex priori opere, aut ſaltem vt in pluribus ex illo eueniunt & euenire ſolent.

46 Plures vbi reperiuntur in pugna, in qua aliqui ſunt interfecti & mutilati, & neſcitur à quibus, an omnes, vel qui cenſeantur irregulares, cum numero ſequenti.

48 Qui in rixa vel prælio interſunt ad diſſuadendam rixam vel prælium, licet inde nonnihil animi ſuorum parti, & nonnihil timoris aduerſæ redderetur non ſunt irregulares, niſi verbis pacem, animo vero & acto rixam ſuadeant, &c. vt in num. 49.

50 Clericus præſtans opem oppreſſis vel obſeſſis iniuſte & adiuuans eos, qui repellunt iniuriam, proiiciendo lapides & huiuſmodi, non eſt irregularis, dummodo ipſe neminem occiderit.

51 Si vnus ex pluribus percuſſus mortem obiit, & non conſtat ex quo vulnere mortuus fuerit, an omnes ſint irregulares? remiſſiue.

52 Clericus abſque irregularitatis nota & pœna poteſt intereſſe bello iuſto, & hortari milites ad pugnam, & num. 53. quomodo hoc intelligatur.

53 Clericus an poſſit bellum gerentibus arma portare.

54 Clericus in ſacris conſtitutus non erit irregularis, ſi pugnauerit in bello iuſto & neminem occiderit, aut mutilauerit, etiamſi in eo conflictu fuerint plures occiſi aut membris mutilati. Idem eſt ſi ipſe percutiat vel vulneret, ſi clarum eſt, quod ex tali percuſſione nõ fuit



ſequuta mors vel mutilatio: licet alij in pugna illa per alios ſint mortui, vt in num. 55. & 56. quid ſi clericus adhortetur ad victoriam generaliter, & percutiat multos propriis manibus, & efficiat, vt commilitones eius ope & hortatu multos occidant, an ſit irregularis.

57 Clericus in minoribus conſtitutus poteſt abſque peccato in bello iuſto propria pugnare manu, ſicut laicus, neque ex hoc eſſe irregularis, dummodo aliquem non occideret, neque membro mutilaret.

58 Clericus in neceſſitatis articulo non peccaret arma ſumendo in bello: vbi dupliciter diſtinguitur articulus neceſſitatis, & num. 59. an tunc ſit irregularis, ſi aliquem occidat, vel mutilet.

60 Irregularis non eſt, qui mortem aliter vitare non valens, ſuum occidit vel mutilat inuaſorem: & poſſet ſtatim poſt huiuſmodi occiſionem miniſtrare: niſi alium interficeret pro defenſione proximi, vel pro rebus ſaluandis, vel vbi neceſſitas non fuiſſet ineuitabilis, vt late in n. 61.

62 Irregulares an ſint, qui licentia & permiſſione Summi Pontificis in bello iuſto pugnarent propria manu, & aliquem, vel aliquos occiderent: cum n. ſeqq.

65 Papa an poſſit clericis concedere licentiam, vt in bello propria pugnent manu, & alios occidant.

66 Quicunque pugnauerit in bello iniuſto & in eo auxilium & opem dederit, ſi inde ſequuta ſit mors, aut membri mutilatio, erit proculdubio irregularis.

67 Irregulares ſunt exſiſtentes in bello iuſto ex parte ſe defendentium, ſi occidant vel mutilent, niſi in caſu, quo aliter euadere non poſſunt, alij vero, qui non occidunt, neque mutilant, non ſunt irregulares, licet ibi multi occidantur, etiamſi percutiant aliquos, non tamen lethaliter, qui deinde occidantur ab aliis: & quid ſi animo deformandi percutiant, & ex percuſſione ſequatur deformatio culpa percuſſi, vel medici, num. 71. quod tamen limitatur num. 75. niſi in morte culpam contraxerit.

68 Tex. in c. ſignificaſti, el. 2. de homic. intellect.

69 Excommunicatus eſt, qui cum poſſet, noluit obuiare manifeſte facinori percuſſionis in clericum commiſſo.

70 Irregularis non eſt, qui iuſte aliquem percuſſit, & non occidit, licet alias ſine ipſius culpa occidatur.

72 Imperitia medici aut incuria parentum in medendo vulnere filij, an excuſet percutientem illicite.

73 C. Exhibita, de homicid. intellectus.

74 Irregularis nemo conſtituitur ex animo occidendi, etiam deliberato, & cum inſidiis, ſi non occidit, neque deformauit.

76 Clericus miniſtrans balliſtam, enſem, lanceam, vel alia arma in conflictu pugnantibus, an & quando ſit irregularis, cum n. ſeqq.

80 Irregulares & homicidæ reputantur detrudentes homines in carcerem ita arctum, quod incarcerati non viuunt vltra ſex vel octo menſes, propter arctationem carceris, & n. 81. hoc eſſe contra prælatos detrudentes clericos in gabiam, vbi veriſimile eſt eos intra paucos dies morituros.

82 Irregularis eſt, qui domui ſuæ alit aut cuſtodit feram aliquam beſtiam, vt leonem, elephantem, aut vrſum, vel canem, ſi ſua culpa aliquem deformet, puta ſoluendo, vel habendo ſoluta præd. animalia: ſecus alias, niſi in via vel alio loco publico habeat ea, etiam ligata, vt in n. 83.

84 Clericus venans, aut balliſtas exercens, ſi aliquem caſu occiderit, an & quando ſit irregularis, & num. 85. & 87. & 88. & 89.

86 Clericus etiam licite venans, ſi tamen id faciat tempore, quo diuinis intereſſe tenetur, peccat.

90 An & quando quis teneatur ad damni reſtitutionem in foro exteriori & conſcientia ex culpa lata & leui & leuiſſima.

91 Clericus percutiens non lethaliter aſportantem rem Eccleſiæ, ex qua percuſſione ille fugere non potuit, & ob id occiſus fuit, eſt irregularis.

92 An idem ſit dicendum in eo, qui latronem res ſuas aſportantem percuſſit, &c.

93 Irregularis an ſit, qui miſit lapidem in alium, & is à lapide fugiens, ac demum procidens in alterum lapidem, caput offendens, culpa medici vel conſanguineorum eum curantium mortem obierit.

94 Clericus introducens meretricem per teſtum in domum ſuam, ſi decidens ipſa moriatur, vel abortiat, an ſit irregularis?

95 Clericus mittens puerum ad equitandum equum, vel ad flumen, monens vt ab eo caueret, & tamen ſubmerſus eſt, an ſit irregularis, & n. 96.

97 Irregularis eſt, qui ad ſeditionem & arma pulſauerit campanam, ſi inde fuerit ex prælio inito aut pugna ſequuta mors.

98 Idem eſt, in eo, qui campanam pulſauerit in ſignum, quod aliquis eſt furca ſuſpendendus, aut à miniſtris iuſtitiæ iugulandus: ſed contrarium eſt verius.

99 Irregularis non eſt, qui ligna aut ſtramenta dederit ad comburendum hæreticum iam mortuum, ſecus alias.

100 Irregularis an & quando ſit pulſans campanas illicite, ſi inde ſequatur mors alicuius, & n. 101. & 102.

103 Clericus dans operam rei bellicæ, licet imprudens & neſciens, alium præter ſuam intentionem occidat, eſt irregularis. Item & is, qui torneamenta atque alia pugnæ ſimulacra, quæ clericis ob periculum homicidij ex ſuo genere interdicta ſunt, exercet.

104 C. Quantæ, de ſentent. excommun. intellect.

105 Defendere iure Pontificio quis tenetur alterum ab iniuria, ſi commode poſſit, alioqui erit reus commiſſi criminis: & quando dicatur id commode facere poſſe, n. 106. non tamen tenetur id gratis agere, & ideò poteſt iuſte pro eo pretium accipere, vt in n. 107.

108 Defendere omittens proximos, cum poſſet, etſi grauiter peccet, non tamen tenebitur ad damni illati reſtitutionem.

109 Vicinus ſciens latrones intrare in domum vicini, & cum poſſet obuiare, non fecit, peccat, non tamen tenetur ad reſtitutionem.

110 Is, qui ex officio tenetur delictis obuiare, vt eſt Princeps vel prætor, ſi cum poſſet, non fecit, peccat, & tenetur ad reſtitutionem, & n. 113. ſecus verò in priuatis, licet peccent, vt in n. 114.

111 Famulus, qui cuſtos eſt domus, vel ex qua latro exiit ad furandum, vel quam adit ad furandum, ſimiliter tenetur.

112 Habens poteſtatem publicam, aut priuatam iure familiæ in percuſſorem clerici, ſi cum poſſet impedire, non fecit, remanet excommunicatus: idem erit in eo, qui doloſe deſinit obuiare percutienti clericum, cum poſſet: vt in n. 113.

115 Medicus omittens curare infirmum, & diues alere pauperem, qui tamen ex hoc moriantur, non ex hoc fiunt irregulares.

116 Priuatus omittens doloſo defenſionem proximi, cum deſiderio mortis eius, cum poſſet eum liberare: eſt irregularis.

117 Irregularis eſt, qui aduertit aliquem à liberando alium ab iniuſta deformatione.

118 Irregularis nemo eſt ex ſola complacentia, quod deformetur alius.

Homicida mentalis tantum, niſi actu homo interficiatur, non fit irregularis, dict. n. 118.

Mandans aut conſulens amico, vt alium interficiat, ſi ab

*ab hoc ille occidatur, erit irregularis, dict. num.* 118.

119 *Dans operam rei illicitæ, tunc demum ex homicidio inde ſequuto ſit irregularis, cum non adhibuit omnem diligentiam, quam potuit & debuit.*

120 *Clericus, qui contra prohibitionem equitaret, ſi puerum equi impulſu occideret abſque eius culpa, an ſit irregularis, & num. ſeq.*

121 *Monachus Minor peccans equitando, non ſit irregularis, ſi mula eius, alias manſueta, puerum occidat abſque ipſius culpa, niſi frænum de facili frangi potuit, vel ſi propter eius imperitiam vel impotentiam equus laſciuiſſet, vel ſi non præuidit quæ debuit, vt in num.* 123.

124 *Cap. Continebatur, & c. lator, de homicid. intellectus & concordia.*

125 *Ludus paleſtræ (hoc eſt lucha) licitus eſt etiam clericis.*

126 *Ludi exercendi vires cauſa introducti liciti ſunt, & n.* 127. *quando clericis, ſaltem in ſacris conſtitutis, liceant.*

128 *Ludens, vſus defenſione & natura ludi, ſi alterum occiderit, ne victus euadat, de homicidio non tenebitur, niſi ludus eſſet impellendo alium, vt ſolet contingere con los que burlan con armas, o luchan, quia tunc punitur arbitrariè, vt in n.* 129.

130 *Occidens amicum omnino ſine culpa, quia geſſit actum licitum in loco ſolito, & in forma ſolita, ad nihilum tenetur, & tunc liber etiam erit à damnis pecuniariis, quæ inde ſequuta ſunt vxori & filiis occiſi: ſecus ſi aliqua culpa interceſſerit, vt in numero* 131.

132 *Percutiens aliquem cum ſpingarda papiro eiecto tempore carnis priuii, tenetur vt hic.*

133 *Diffidantes ſe ad dandum vnum ictum vel occidendum, debent condemnari ad emendam erga Regem, aut aliud damnum, ſed non vnus erga alium, quia ſcienti & volenti non fit iniuria.*

134 *De pœnis pugnantium per duellum, deque eorum patrinis & dominis temporalibus duellum permittentibus, remiſſiue.*

135 *Irregularis an & quando ſit, qui in ludo paleſtræ & alio licito alterum occidit, & n.* 139.

136 *Irregularis an ſit, reſiciens teſta aut lapidem in aliquem locum iaciens, ſi aliquem præter intentionem occidat vel deformet.*

137 *Irregularis an ſit currens equum, ſi alium ideò occidat vel mutilet.*

138 *Irregularis an ſit, qui in proprio nemore vel alieno venans, merè caſualiter hominem occiderit.*

140 *Culpa leuiſſima non ſufficit ad irregularitatem incurrendam, ſed tantum grauis vel leuis, & n.* 141. *quando incurratur ex culpa conſiſtente in omittendo: vide etiam de primo, n.* 142.

143 *Ludens data opera ſocium interficiens, vel vulnerans, lege Aquilia & pœna l. Corneliæ tenetur.*

144 *Ludens licitè, alterum ex aſſiſtentibus occidens, quando teneatur, & quando non, & n. ſeq.*

146 *Lapidandi vſus inter pueros, ſiue ludus, prohibitus eſt: nihilominus propter tolerantiam excuſat à pœna ordinaria homicidij, quoad pœnam temporalem: ſecus quoad æternam, cum n. ſeqq. Idem in alio ludo prohibito, ſed vſitato n.* 149.

150 *Ludus pilæ vel barræ, ſi inde fractura membri ſequatur, an & quando imputetur frangenti?*

151 *Ludus proiiciendi lapides ad vires corporis & induſtriam experiendas, non verò ad nocendum, licitus eſt: & quid ſi ex eo homicidium ſequatur.*

152 *Ludentes alea vel cartis, ſi inter ſe contendant & iurgentur ſuper ludo, & vnus alterum vulneret vel occidat, punitur, & erit irregularis occidens, vel deformans, vt in n.* 153.

154 *Conficiens illicitè cartas, ad ludendum, non erit in prædict. ſpecie irregularis.*

155 *Artifex ex ferro furtim ſublato enſem faciens, non erit irregularis, ſi emens ab eo enſem, hominem occiderit.*

156 *Luſores offendentes ſuſceptorem eorum, hoc eſt altablagero, an & qua pœna puniantur.*

157 *Magiſter nimis caſtigans diſcipulum, an & quando fiat irregularis, cum n. ſeqq.*

158 *Magiſtris licet leuis caſtigatio permiſſa ſit, non tamen exceſſiua.*

159 *Dormiens ſuffocans infantem, an irregularis ſit? cum num. ſeqq.*

160 *Mittens puerum ad puteum, aut ad flumen, vbi ſuffocatur, & qui fugiens illum vnius, propellit in alterum, qui ex hoc deformatur, eſt irregularis.*

161 *Parentes filios ſuos tenellos caſu nocte in lecto ſuffocantes, quando ſint culpabiles, & quando non.*

162 *Aboriri faciens mulierem prægnantem, quando ſit irregularis, & quando non.*

163 *Clericus præſens vindictæ ſanguinis, an ſit irregularis?*

164 *Irregularis non eſt, qui ſciens tractari de alicuius deformatione illicita, ei non ſignificat, quamuis peccet mortaliter, ſi neque dicto, nec facto ad id iuuet.*

165 *Clericus mercans illicitè, & caſu aliquem occidens, vel ludens ludo ei interdicto, an ſit irregularis?*

166 *Irregularis an ſit, qui vt pecora aliena de ſuo agro pelleret, lapidem proiiciens, puerum interfecit.*

167 *Clericus, qui pro ædificatione Eccleſiæ vel domus vocauit aliquem in adiutorium, qui caſu interiit ruens cum aliquo ligno, an ſit irregularis?*

168 *Phlebotomans cauſa medicinæ, non tenetur in aliquo, nec eſt irregularis, ſi infirmus deceſſit, ſi erat peritus in arte, & adhibuit diligentiam debitam, &c. vt hic.*

169 *Homicidium actu commiſſum abſque voluntate & culpa, an committenti imputetur, quoad ordines ſuſceptos?*

170 *Homicidium commiſſum per iudicem aut iuſtitiæ miniſtros, eſt caſuale ac proinde diſpenſari valet ab eo, qui facultatem habet diſpenſandi ſuper irregularitate contracta ex homicidio caſuali.*

171 *Irregularis an in dubio quis iudicari valeat? optima reſolutio n. ſeqq.*

172 *Irregularitas iure tantum humano Pontificio ſtatuta eſt.*

## CAPVT VI.

### *De Homicidio caſuali.*

ACturi de homicidio † caſuali, videamus prius, 1
quod dicatur voluntarium, & quod caſuale. Pro
cuius intelligentia recolendum eſt, bifariam quid di-
ci voluntarium. Vno modo directè, quia intentum:
& hoc ſimpliciter nuncupatur voluntarium, de quo
hic non eſt agendum. Alio modo contingit eſſe vo-
luntarium per accidens, quia non impeditur, & hoc
eſt medium inter ſimpliciter voluntarium, ac ſim-
pliciter caſuale. Caſuale ſimpliciter, vbi nihil eſt
voluntarij, ſecundum Ariſtotel. 2. *phyſicorum*, vbi
quod caſus eſt cauſa † agens præter intentionem, ſic- 2
que caſualia ſimpliciter ſecundum illam rationem ni-
hil ſecum afferunt culpæ; quia ea, quæ caſualia ſunt,
ſimpliciter loquendo, non ſunt intenta nec volun-
taria, & quia omne peccatum eſt voluntarium, ſe-
cundum Diuum Auguſtinum *contra Fauſtum*, conſequi-
tur, quod caſualia, in quantum huiuſmodi, non
ſunt peccata, hæc autem alias ſimpliciter caſualia per
accidens effici poſſunt voluntaria, & nihilominus ob
carentiam



carentiam directæ intentionis dicuntur caſualia. Vn-
3 de † ille, qui non remouet ea, ex quibus ſequitur
homicidium, ſi debeat remouere, erit quodammodo
4 homicida voluntarius, ſecundum S. Thom. 2. 2. *quæſt.*
*64. articul.* 8. vel clarius, vt ex eodem † colligitur, quod
deformatio eſt triplex, merè voluntaria, merè caſualis,
& mixta; merè voluntaria eſt deformatio intenta ſeu
volita in ſe, iuſte vel iniuſte, qualis eſt, quam quis in-
tendit facere iuſte vel iniuſte, per ſe vel per alium iu-
bendo, conſulendo aut cooperando, vel iuuando te-
ſtimonio vel patrocinio, ferro, veneno aut aliis modis
aut deducendo ad locum, vbi deformetur, aut procu-
rando, vt faciat aliquid, ob quod deformetur, merè
caſualis eſt, non intenta aut volita in ſe, nec in cauſa
ad eam ſufficienter ordinata, qualis eſt mors quam in-
fert fulmen eo loco illi, qui ſine talis deformationis
præuiſione, ad eũ iuit vel miſſus fuit: Illa enim nec eſt
volita in ſe, nec in cauſa ad illam ſufficienter ordinata:
mixta eſt, quæ non intenta vel volita in ſe, ſed ſic in
cauſa ſufficienter in illam ordinata; qualis eſt facta à
ſeruo iuſſo palo cædere alium citra deformationem,
& teſtificatio in cauſa ſanguinis volentis deformatio-
nem: ita ex D. Thom. *vbi ſuprà*, deducit Nauar. *in man.*
*Lat. c. 27. n. 199. & 220. cum ſeqq.* de quibus caſualibus
erit nunc agẽdũ *in hoc c.* quoad materiã irregularitatis.
His ſic breuiter præhabitis, ad cognoſcendum;
*An ex homicidio caſuali contrahatur irregularitas, nec ne?*
ſemper præ oculis habenda eſt communis illa ac re-
5 cepiſſima regula, ita diſtinguens: Dans † operam
rei illicitæ, ſi ex huiuſmodi actione fuerit homici-
dium caſuale ſubſequutum (intellige culpa ſufficien-
ter directa ad illud, vt infra *num.* 18. dicemus) irre-
gularis fit ſiue adhibuerit diligentiam, quam potuit,
ne ſequeretur, ſiue non: ſi vero dederit operam rei
licitæ, tunc demum fit irregularis, cum non adhi-
buit eam diligentiam, quam potuit & debuit adhi-
bere, aliàs ſecus. Hanc regulam bimembrem profi-
tentur, docent atque ſequuntur communiter omnes
interpretes, tam Theologi, quam Canoniſtæ præci-
puè Caieta. poſt S. Thom. *dict. artic.* 8. Syluest. *verbo*
*homicidium, 2. colum. 1. num.* 2. Dominic. à Sot. *lib. 5.*
*de iuſtitia & iur. quæſt. 1. artic. 9.* Nicol. Plau. *in tract.*
*de irregul. num.* 10. *vol.* 16. *tract. diuerſ. doct.* Beatus
Anton. Archiepiſcopus Florentin. *in eod. tract. de irre-*
*gul. cap. 2. num. 20. eodem volum. 16. tractat. diuerſ. doct.*
Gonſal. à Villadieg. *in eod. tit. de irregul. capit. de per-*
*cuſſore, col. 2. gloſſ. in c. ſicut dignum, §. vltim. verbo con-*
*ſilium, & in cap. continebatur, de homicid.* & ibi com-
muniter DD. teſtatur communem deciſ. Pedemont.
104. *num.* 6. eandem diſtinctionem ſequitur & teſtatur
communem D. Couar. *in Clem. ſi furioſus, de homicid.*
*2. part. relect. §. 4. num.* 2. ſequitur & latè probat Na-
uar. *vbi ſuprà, d. cap. 27. num. 220. & 221.* non tamen
6 † ſecundum ſupra dictos, procedit hæc diſtinctio
quoad peccatum, ſed tantum quoad irregularitatem:
Ille ſiquidem, qui dat operam rei, illicitæ, ſi adhi-
buit diligentiam quam debuit & potuit, ne homici-
dium caſuale ſequeretur, & nihilominus caſu id con-
tigerit, erit reus illius actus illiciti, cui dabat ope-
ram, non tamen homicidij: nec quoad peccatum erit
homicidij reus, qui dederit operam rei licitæ, etſi ali-
quam abſque dolo culpam habuerit, tenetur tamen
pœnitere, iuxta gloſſ. Abb. Anan. & Felin. *in capit.*
*presbyterum, de homicid. & in capit. vlt. 15. quæſt. 1.*
In foro autem exteriori etiamſi dem operam rei il-
licitæ & inde ſequatur homicidium præter meam vo-
7 luntatem, puta † ſi me rixante cum aliquo, frater
meus eum interficiat, nullo præcedente conſilio meo
vel tractatu, imo contra meam prohibitionem, licet
incurram irregularitatem iuxta prædict. communem
diſtinctionem, quia mea culpa præcedit caſum, *per*
*l. 1. §. cum arietes, ff. ſi quadrup. paupe. feciſſ. dicatur,*
*l. quoniam multa, Cod. ad l. Iul. de vi publica, & in cap.*
*de cetero, de homicid.* & præd. culpa fuit ordinata ad
caſum, & proxima delicto homicidij, quo caſu in-
curritur irregularitas, vt *infra* latius docebimus, &
in terminis huius ſpeciei ita tenent omnes communi-
ter DD. per text. *ibi* à contrario ſenſu, *in cap. Petrus,*
*de homicid. &* Gundiſaln. de Villadieg. *de irregular. c.*
*de perſecuſſore, col.* 8. Marian. Socin. *in cap. ad audien-*
*tiam, num. 50. de homicid.* Curt. Senior. *conſ. 61. col. 2.*
D. Cou. *in d. Clemen. ſi furioſus, de homicid. 2. part. re-*
*lect. §. 2. num.* 8. vbi eam eſſe communem profitetur,
& deciſ. Pedemont. 104. *num.* 4. Nauarr. *in man. Latin.*
*cap. 27. num.* 227. & Petrus Placa *in epitom. de delict. li-*
*bro. 1. c. 15. num.* 7. Petrus Surdus *conſil. 12. num.* 59.
quia tunc ex illo opere illicito in id aliquo modo or-
dinato ſequuta eſt mors. Quo † fit, vt clericus non 8
fuit in culpa faciendo rixam, factum aliorum non eſt
imputandum illi, quia non dabat operam rei illicitæ,
*in d. c.* Abb. *Petrus*, ſentit. Placa *vbi ſuprà*, niſi prohibere
potuit parens vel amicos, & non prohibuit, quia tunc
erit irregularis; ſecus ſi prohibuit, quantum potuit ſe-
cundum Hoſtienſ. *in dict. c. ad audientiam, de homicid.* ſe-
quitur Syluest. *in ſumma, verbo homicidium, 2. n.* 2. ad-
dens, quod ſi huiuſmodi interfectores non fuiſſent
parentes vel amici, ſed inimici occiſi ſuperuenientes,
non imputabitur clerico homicidium, ſecundum Ho-
ſtienſ. *vbi ſuprà*, & Abb. *in d. c. Petrus, num.* 1. & ma-
iorem partem interpretum contra Villadieg. ſecun-
dum Placam. *vbi ſuprà d. num. 7. verſ. cæterum.*
Nihilominus † tamen, etſi irregularitatem incur- 9
ram in caſibus, quibus eam incurri prædiximus, præd.
homicidium mihi quoad pœnam exteriorem minime
imputabitur: ita tenet gloſſ. in terminis *in cap. ſi, 23.*
*quæſt. 1. in verbo, volentes*, quam ſequitur Bald. *in d. l.*
*data opera num. 63. Cod. de his qui accuſ. non poſſ.* & Felin.
alios allegans, & pluribus modis limitans *in d. cap.*
*Petrus, num. 2. cum ſeqq. de homicid.* Hippolyt. *in l. ſi*
*in rixa, num. 30. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Ant. Gom. 3. *tom.*
*cap. 3. de homicid. num* 47. D. Couar. *vbi ſuprà, & deciſ.*
*Pedemont. quæ ſuprà, ſtatim in princip.*
Hæc tamen ſententia *gloſſ. in d. cap. vltim.* & ſe-
quacium, vel debet intelligi procedere, vbi quis non
dedit cauſam rixæ, neque fuit in culpa, quia alter
fuit pugnæ aut contentionis aggreſſor, & ſic ipſe non
dabat operam rei illicitæ, ſed iuſte rixabatur pro ſui
defenſione, vt declarant Couarr. & deciſ. Pedemont.
& Placa *vbi ſuprà*, quo caſu nec irregularitas incurri-
tur, iuxta prædict. communem diſtinctionem, & ar-
gum. text. *in dict. Clem. ſi furioſus.* Vel procedit, etiam 10
ſi loquatur in eo, qui dederit cauſam rixæ, & ſic in
aggreſſore quoad pœnam ordinariam delicti, quæ
prædict. caſu imponi non debet propter caſum, ſed ex-
traordinaria & arbitraria, propter culpam præceden-
tem, in quo etiam lata culpa & leuis criminaliter:
ita Bart. *in l. 1. §. 1. colum. 1. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſ.*
*fuer.* & ibi Alex. *in addit. ad eund.* Bart. Anchar. *in c.*
*presbyterum, de homic.* Felin. *d. c. Petrus* Thom. Gram.
*deciſ. 17. n. 4.* & latè Benedict. Capra *in ſuis ſingul. &*
*tract. reg. 78. n. 40. & ſeqq.* Boſſius *in pract. crim. tit. de*
*homicid. num. 67. cum ſeqq.* Couarr. *& deciſ. Pedemont.*
*vbi ſuprà*, & Placa etiam *vbi ſuprà num.* 6.
Quinto † & in ciuilibus, vt ex culpa præcedenti 11
obligatur quis ad caſum, requiritur, quod culpa illa
ad caſum ordinata fuerit, *l. non omne, ff. de ſtatu l. is*
*qui, ff. de actio. & oblig. capit. quia diuerſitatem, de con-*
*ceſ. preb.* Bart. *in l. 2. §. ſi. ff. ſi quis caut. & in l. ſi vt certo,*
*§. interdum, ff. commodat.* Aymon. Crauet. *conſ. 8. n. 29.*
*deciſio Pedemont.* 114. *n.* 1. & latè Petrus Surd. *conſil. 12.*

 *num.* 10.

n.10. & prætereà,quod caſus eueniat propter culpam,
qui alias non eueniſſet, ſecus alias:ita expreſſe Paul.
Caſtr.per text. ibi in l. final. §. ſi ea conditione, ff. ad l.
Rhod. de iactu, & inquit Alex. poſt Guillerm. de
Cugno,& Bart.quos citat conſ.74.n.6. verſ. quarto con-
firmatur, vol. 6. quod allegans aliquem teneri de caſu
propter culpam commiſſam,articulare & probare de-
bet,quod ille contigit ſolum propter culpam, nec po-
tuiſſe aliter contingere,niſi culpa interceſſiſſet:ſequi-
tur plurimos allegans P. Surd. d.conſ. 12. n.10. & 64.
vbi n.66.cum ſeqq.limitat, quando culpa eſt in facien-
do commiſſa,dando operam rei illicitæ, veluti contra
formam vel legem contractus, vel domino inuito,
quia tunc,etiamſi culpa non fuerit ordinata ad caſum,
tenetur quis de eo, vt ibi late probat. Similiter impe-
ditus non excuſatur,niſi probet ſe talem adhibuiſſe di-
ligentiam,quod niſi fuiſſet impeditus, impleuiſſet id,
ad quod tenebatur,leg.qui commeatus, vbi Bart.ff.de re
milit.Bar. in l.2. §. quod diximus, ff. ſi quis cautio, & ibi
Bald. Angel. & Alexand. n.6.& Iaſ.n.4. dicit commu-
nem Socin, conſil. 170.n. 12. vol.2. ſequitur Matth. de
Afflict.deciſ.29.n.1.Dec.in cap.ex ratione, n.16.de appel-
lat. Crauet.conſ.151.num.22. & conſil.179. Menoch.de
arbit.iud.caſu 118.n.7.& caſu 153.n.15.Decius conſ.104.
n.3.dicunt communem alios referentes n.9. Boer. de-
ciſ.40.num.4. & Vantius in tit de nullit.ex defectu iuriſd.
n.166.in fin.verſ.erit,& P.Surd.conſ.12.n.21.& tunc di-
citur culpa ordinata ad caſum, quando principaliter
reſpicit illum caſum, leg.pen.in fine ff.de iur.dot.l.fin.ff.
quæ in fraud.cred.l.etiam,§.1.ff.ſolut. matr. quæ iura ad
hoc citat Dec. in c.quæ in Eccleſiarum, col.pen. n.30. de
12 conſtitut.Crauet.conſil.247.n.7. vbi † quod tunc etiam
dicitur culpa ordinata ad caſum,quando illa culpa fuit
cauſa proxima ipſius; ſecus ſi remota, prout ſentit
Bellamera conſil. 22. colum. 2. circa med. verſic. & quia
mandatum, tunc etiam dicitur culpa ordinata ad ca-
ſum, quando ſine ea caſus non eueniſſet, vt eſt præ-
dictum, & per Surdum vbi ſuprà num.64.In crimina-
13 libus † autem ex ſola actione operæ rei illicitæ con-
ſideratur id, quo in conſequentiam venit, & ſic ca-
ſu, propter principium illicitum: ita Iaſ. in lib ſi quis
neque cauſam, num. 24. ff. ſi cert. pet. quem refert &
ſequitur Hippolyt.in rubric. C. de raptu virginum,n.78.
per text. in l. qui ſaccum,ff.de furt.& in l.quoniam multa,
C.ad leg. Iul. de vi publ. ſequitur etiam deciſ. Pede-
mont. vbi ſupra num. 8. vbi quod hæc fallentia con-
grue ſumi poteſt ex text. in l. qui occidit, §. in hac, ff.
ad leg. Aquil. in quo fit mentio de occaſione, quæ
propterea denotat cauſam in modo, ſecundum Angel.
conſil. 63. numero 4. præſertim, quando talis effectus
conſueuerat ſequi ex tali occaſione, vt ſentit Socin.
conſil.157. num. 21.poſt Angel. & Ioan. And. quos ci-
tat. Quare merito, quod pœna arbitraria puniri dè-
beat in præfata ſpecie ille, qui incepit rixam, & ſic
dabat operam rei illicitæ, ex homicidio prædicto ca-
ſu inde ſequuto præter eius voluntatem, vt prædixi-
14 mus. Si † tamen animus occidendi ceſſaret, & præte-
rea nulla culpa interueniret, ſed ex puro & mero ca-
ſu homicidium accideret, nulla pœna eſt imponenda,
ſecundum Boſſium vbi ſuprà numero 66. fol. 270. &
optime Nauarr.in cap. fin. 14. quæſtione 6. n. 17. & 18.
prout iam in praxi conſului per prædicta, rixanti-
15 bus † duobus cum enſibus euaginatis, & cum vide-
ret rixam frater vnius ex rixantibus, occurrere ince-
pit cum enſe euaginato in fauorem fratris rixantis, &
antequam ad rixam accederet, in via exinanitus in
terram corruit ac mortuus fuit in continenti. Dubita-
tum fuit, an de huiuſmodi homicidio teneretur rixans
cum fratre huius defuncti, aut aliqua pœna, ſaltem
arbitraria, eſſet plectendus? Reſpondi nulla, per præ-
dicta, quia hoc homicidium puro & mero caſu ac-
cidit. Sic etiam † non fit quis irregularis propter ſo- 16
lum homicidium, niſi culpa vel voluntas præcedat,
vt tenet Nicolaus Plou. vbi ſuprà, nempe in tractat.
de irregular. numero 17. dicens notari in 50. diſtinctio-
ne, ſi qui prioris, & in cap. ex literis, de homicidio &
in cap. tua, de cleric. ægrotante. Nam qui omnino † 17
excuſatur à peccato homicidij, etiam excuſabitur à
pœna irregularitatis prouenientis ex homicidio pri-
uato, cap. ad audientiam, de homicidio & in ſpecie ita
tenet Paludan. in 4. ſententiarum diſtinct. 35. q. 1. art.4.
Alfonſ. à Caſtr. lib.2.de pot. leg.pœn.cap. 14.verſic.prima
principalis concluſio,& in verſ.2.propoſitio. quos ſequitur
D. Couar.vbi ſuprà, dict.§.4.n.9.

Quinimo † quoad irregularitatem incurrendam 18
per homicidium vel deformationem ex opere illicito
caſu ſubſequutum requiritur, quod cauſa illiciti ope-
ris ſit propinqua homicidio, vt in cap. tua, & in cap.
ſuſcepimus, de homicidio & cap. fin. de homicidio in 6.
quia non ſufficit, quod ſequatur ex illicito, niſi ſit
cauſa eius propinqua, & illa culpa dirigatur ſufficien-
ter ad illud: vt cum Ancharra. & Franc. in dict. cap.
fin. de homicidio lib. 6. tenet & probat Nauarr. in dict.
Man. Latin. cap.27. num. 220.ſicque non ſufficit,quod
cauſa illa ſit remota: argument. text. in cap.de occiden-
dis, 23. quæſtione 5.& gloſſ.in cap.de cætero, de homicidio
quæ eſt communiter recepta ſecundum Couarr. vbi
ſuprà dict. §. 4. num. 9. verſ. hinc etiam, &c. & tenet
idem Nauarr. vbi ſuprà num. 219. vbi exemplificat in
omni armorum fabricatione, & probat Salon de † iu- 19
ſtitia & iur. in 2. 2. D. Thom. quæſt.64.art.8.controuer-
ſia 1.in 4. & 5.concluſ. & latius atque melius col. 1241.
cum ſeqq. Cauſa enim propinqua eſt illa,quæ damnum
dat, non accedente alia extrinſeca cauſa, l.qui domum,
ff. locat.notat Abbas in cap. diſcretionem,de eo qui cogno-
uit conſang. vxor. ſuæ, quæ quidem cauſa dicitur ali-
ter immediata; ſecundum Dec. in auth. præterea, nu-
mero 12. C. vnde vir & vxor. & alios allegantem Co-
uarr. vbi ſuprà, vbi tandem reſoluit, quod ad cul-
pam, quæ ſufficit ad irregularitatem conſtituendam,
non eſt ſemper neceſſaria cauſa immediata aut pro-
pinqua, ſed ſufficit alia, modo ſit non admodum vel
omnino remota, arbitrio boni viri, debet tamen eſſe
ſufficienter ordinata ſiue directa illud, vt recte docet
Nauarr. dict. num. 220. vbi quod arbitrio boni viri
terminandum relinquitur,quid dicatur ſufficienter di-
rectum.

Redeamus † modo ad regulam communem ſuprà 20
adductam,circa eius primam partem, quæ habet,dan-
tem operam rei illicitæ, ſi inde ſubſequatur caſu ho-
micidium, irregularem eſſe quamuis adhibuerit dili-
gentiam ſibi poſſibilem, ne ſequeretur. Quæ quidem
regula probatur in quampluribus iuris deciſioni-
bus, & præcipue in cap. tua nos, in princip. de homi-
cidio & in cap. ſicut, & in cap. dilectus, & in cap. ex
literis, & in c. ſignificaſti, & in cap. presbyterum, eod.
tit. de homicidio quæ iura ad hoc inducunt Couarr. &
Nauarr. vbi ſuprà num.221.& tenet gloſſ. in cap. de his
clericis pro quibus,gl.1.50.diſt & alibi ſæpiſſime, & com-
muniter Canoniſtæ, gloſ. etiam in cap. ſicut dignum, §.
fin.gloſſ.magna, ibi: Si verò dabat operam illicitæ rei,de ho-
micid.quæ gloſſ.eſt magiſtra & communiter approba-
ta ſecundum deciſ. Pedemont. 104. n. 6. tametſi Do-
minic. à Soto vbi ſuprà dict.art.9.in verſ. in tertia autem,
dicat, hanc regulam in iure non haberi, ſed quod
eius interpretes illam inferunt ex contrario ſenſu; ſed
eum mordet in hoc Nauar. d. num. 221. dicens, quod
nimis audacter hoc videtur dixiſſe Soto contra om-
nes Canoniſtas,imò & Theologos.Ex qua † commu- 21
ni regul. infertur primo, non bene intellexiſſe text.
in



in dict. cap.tua nos, Soto vbi ſupra, in verſ.ſed & caſus,
dum opinatur, quod ibi monachus, qui vtendo chi-
rurgia ob ſolam pietatem curauit mulierem quandam
à gutturis tumore, & vt chirurgus cum ferro tumo-
rem aperuit, ex quo mulier exponens ſe vento contra
præceptum eius, moritur, non eſt irregularis; ſecus
ſi ob lucrum id fecit, à contrario ſenſu: Ille nam-
que text. potius probat contrarium in vtroque caſu:
cum enim ibi monachus,exercendo alienum officium
ſibi vetitum, peccaſſet, & ſic dabat operam rei illi-
citæ, vt patet in text.ibi: Licet ipſe monachus multum
deliquerit, officium alienum vſurpando, quod ſibi minime
congruebat: & in c. ſententiam ſanguinis, ne clerici, vel
monach. merito vt irregularis fiat ex illa morte præter
eius intentionem ſequuta,cum tamen præceſſerit cau-
ſa propinqua directa atque ordinata ad mortem,nem-
pe apertio tumoris monacho prohibita; quod aper-
te concluditur ex illo text. in verſ. ſi tamen, dum pro-
bat, neceſſariam fuiſſe ibi diſpenſationem ad hoc, vt
poſſet Sacerdotale officium exercere, etiam ſi ob ſo-
lam pietatem curaſſet, & non ob cupiditatem: Imò
ob hoc, & quia peritus erat in officio chirurgiæ om-
nemque, quam debuit, adhibuit diligentiam, inquit
text. Non eſt ille adeò reprobandus ex eo, quod per cul-
pam mulieris contra conſilium monachi accidit. quod non
poſt ſatisfactionem condignam cum eo miſericorditer agi
poſſit, vt diuina officia valeat celebrare, quamuis alioqui
interdicenda eſſet ei ſacerdotalis ordinis exſequutio de ri-
gore. Ibi itaque ſupradictæ iuſtæ cauſæ inducunt, vt
ex æquitate diſpenſetur cum illo, acta pœnitentia,
quibus deficientibus,nullo modo diſpenſandum eſſet:
& ita rectius ſentiunt ibidem Ioan. Andr. Abb. Anan.
& Felin. vtroque caſu illum eſſe irregularem, quam-
uis in primo facilius diſpenſetur cum eo, quam in
ſecundo hoc eſt, in elicito à contrario ſenſu, quos re-
fert & ſequitur contra Soto Nauarr. vbi ſuprà n. 221.
à quo non diſſentiunt Sylueſt.in ſumma,verb.homicid.2.
num. 7. & Couarruuias d. §. 4. num. 3. licet non ita
22 expreſſe declarent. Vnde eſt, vt † clericus in mino-
ribus ordinibus conſtitutus beneficium Eccleſiaſti-
cum habens, irregularis ſit, ſi ex chirurgiæ officio
cui operam dat, aliquis moriatur, etiam abſque eius
culpa, vt notat Abb. in d. c. tua nos, col.pen.& fin. &
Paul. Pariſ. conſ. 96. col.vlt.lib. 4. quos refert & ſequi-
tur D. Cou. vbi ſuprà d. num. 3. & tenet Syluest. verb.
homicidium, 2. num. 7. in fi. Idem in clerico (intelli-
ge in ſacris) tenet Nicolaus Plou. de irregul. n. 6. Ad-
23 dit † tamen Couar. vbi ſup.hoc eſſe intelligendum, vt
patet in text. quoties ægrotus moritur ex cauſa alicu-
ius aduſtionis vel inciſionis à chirurgo illatæ: nam ſi
chirurgus nullam aduſtionem nec inciſionem fecerit,
ſed ab alio vulneratus vel alioqui ægrotus moriatur
abſque culpa chirurgi, vel ſi à chirurgo aduſtus aut
inciſus,non ex occaſione aduſtionis aut inciſionis,ſed
ex ipſa graui ac lethali ægritudine mortem obierit,
nulla contrahitur irregularitas ex ſupradictis: quod
probo & ſequitur ad literam Placa in epitom. de delict.
lib.1.cap.26.n.4.quamuis Cou.à quo omnia ſupradicta
deſumpſit, non referat.

24 Quamobrem † ſi laicus aut clericus in minoribus,
nullum tamen obtinens beneficium Eccleſiaſticum,
chirurgus eſſet,& iuxta artis peritiam chirurgiæ ope-
ram daret, atque ex aliqua inciſione abſque eius culpa
ægrotus moreretur, non eſſet irregularis cenſendus,
vtpote quia operam dedit rei licitæ,alias ſecus,vt no-
tat Cardin.in d.c.tua nos,& Marian. Socin.in d. c.ad au-
dientiam,n.31. de homicid. & Nicolaus Plou. de irregul.
n. 5. & 6. eſt communis ſecundum Nauar. vbi ſuprà
25 n.218.& ſequitur D. Cou. vbi ſup.& Placa n.6.Idem †
eſſet,ſecundum eoſd.Cardin. & Cou. ſi monachus aut
huiuſmodi clericus exerceret medici artem & peritus
eſſet, Nam ſi abſque eius culpa,caſu infirmi morian-
tur,non erit irregularis, ex eadem ratione,quippe quia
operam daret rei licitæ:ſecus atque in d.c.tua nos. Me-
dici namque & Phyſici, ſi ex contingentibus nihil 26
omiſerint, ſicque conſcientiam non habeant læſam
alicuius culpæ,quia eam artem abſque culpæ ſuſpicio-
ne exercuerint, bene poſſunt iure ad ordines ſacros
promoueri,vt in cap.ad aures,de ætat.& qualitat.

Quatuor † tamen aut quinque debent ad hoc con- 27
currere, ſecundum Abb. in d. c. tua nos, & Syluest.vbi
ſup.n. 8. & in verb.medicus, n. 8. vbi loquitur etiam in
chirurgis,& ſimiliter in verb.homicid. 2.num. 9. Primo,
quod illud officium non ſit ei prohibitum exercere,
ſicut religioſis & clericis chirurgia,vt in c.non magno-
pere,& in c.ſententiam ſanguinis, ne cleric. vel monach.
Secundo quod ſit peritus in illa arte. Tertiò,quod ex-
hibuerit omnem diligentiam ſecundum artem. Quar-
to, quod infirmum de his, quæ ſunt ægritudini con-
traria, informauerit, alias teneretur,vt in d.c. ad aures,
Quinto, quod ſuper his habeat probabilem conſcien-
tiam:ſecus quando ſunt imperiti vel negligentes & ex
hoc probabiliter credunt aut dubitant, infirmos pe-
riiſſe vel membris eſſe deſtitutos, vt in d.c.ad aures,ſe-
quitur etiam S. Anton.de irregul.cap.2.n.24.vbi etiam
loquitur in chirurgis.Licet enim medicus non tenea-
tur ſemper & continuo adeſſe ægroto,ſecundum Hoſt.
Anchar. & DD.in d.c.tua nos,hoc fallit,niſi † ægrotus 28
propter maximum ægritudinis periculum cuſtodia in-
digeret, tunc enim tenetur medicus vel præſens eſſe
vel admonere, vt diligenter cuſtodiatur, ſecundum
Hoſtien,in ſumma,de ætat. & quali. §. ordo, verb.ex poſt
facto, quem refert & ſequitur Rip. in tract. de peſte,p.
vlt.§.medicorum, n.48. & Couar d.§.4.n.3. Sed quis eſt
hic, & laudabimus eum? Profecto vllum medicum
adeò iuſtum ac conſummatum & obſeruantiſſimum
vix inueniri poſſe exiſtimo, vt omnibus prædict.par-
tibus vigeat ac floreat, etſi maxime artem medicam
callueriт,ac proinde temeritatis nota non carebit me-
dicus aut chirurgus, qui ſe in nullo habere conſcien-
tiam læſam affirmare audeat: quare nec ei conſule-
rem, vt abſque diſpenſatione,ad cautelam,ad ordines
promoueretur: cum etiam Hoſtienſ.& Goffred.relati
Syluest. vbi ſuprà 2. loco conſuluerint, quod promo-
uendi abſtineant à practica medicinæ, præcipue chi-
rurgiæ, quæ aduſtionem vel inciſionem requirit,
cum in nullo debeat vacillare conſcientia promouen-
di, cap. laici, 33. diſtinct. nec ei ordines conferrem
aut conferendos præciperem aut conſulerem, ſi mei
muneris id eſſet, niſi præcedente diſpenſatione legi-
tima, prout eos denegaui cuidam medico ſe ordina-
re volenti, affirmanti nihil de contingentibus omi-
ſiſſe,& omnem diligentiam debitam ſemper in curan-
dis infirmis adhibuiſſe,nec in vllo ſe habere conſcien-
tiam læſam:ei namque non credidi, imò temerarium
eſſe quod dicebat,iudicaui,in nullo nempe erraſſe,nec
ſui culpa vel negligentia aliquem deceſſiſſe, cum in
famoſo & inſigni medico illud difficile,poſſet concur-
rere,quia,vt vulgo dicitur,Beati medici,quorum erro-
res cooperit terra:& aliquando bonus dormitat Homerus.
Quod † ſi laicus chirurgus periti ſſimus prohibitus for- 29
te eſſet è iudice ad tempus vti chirurgi officio, aliqua
ex cauſa,quæ non reſpiceret imperitiam artis,ſed pœ-
nam aliunde inflictam qui,non obſtante hac prohibi-
tione, ſecreto aut publice eodem vteretur, atque ob
aliquam inciſionem perfectiſſime factam culpa ægroti
mors ſequuta ſit, non erit hic irregularis, quia tranſ-
greſſio hæc illicita præcepti iudicis non pertinet ad
culpam homicidij caſualis, quia prohibitio facta non
fuit propter periculum homicidij, ſicut in clerico



vel

vel monacho, in d. c. ſententiam ſanguinis, vt exiſtimat
D. Couarr. dict. §. 4. num. 10. verſic. tertio ſubſequitur.
30 Cuſtos † etiam infirmi, qui dolo aut notabili cul-
pa, aut contra conſilium ſiue præceptum vel prohi-
bitionem medici, vel abſque eius mandato, præbet aut
facit aliquid, quo infirmus citius moriatur, vel ne
amplius crucietur mortis tormentis, ſi propter id ci-
tius moriatur, irregularis erit, tam ipſe qui fecit, quam
qui conſuluit, iuſſit aut rogauit, etiam medicus: ſe-
cus ſi id fiat bona fide, abſque culpa notabili, licet in
aliquo errauerit ſic faciens, & poteſt ſe liberare ſcru-
pulo conſilio Doctorum: quod ſi ipſi dubitent, irre-
gularem ſe eſſe debet reputare: quia forte via anheli-
tus præcluditur vel apoſtema rumpitur ex violentia
motus, vel ſuffocatur: ſecus verò erit, ſi ex hoc in-
firmus non citius moriatur; quamuis adhuc id faciens
pœnitere debeat de facto. Hæc doctricta colligitur ex
omnibus ſcriptoribus in materia, præcipue ex Nico-
lao Plou. vbi ſuprà num. 6. & 10. Nauarr. d. c. 27. n. 228.
& 229. & D. Couar. plures allegante vbi ſupra, d. n. 3.
in verſ. ex his, & in verſ. pari ratione, Petro Plac. de
delict. lib. 1. cap. 26. num. 7. Domin. à Soto lib. 5. de iuſtit.
& iur. art. 9. quæſt. 1. pag. 397. colum. 2. verſic. ex hac, vbi
31 quod † infirmorum cuſtodes atque infirmarij infir-
mum in lecto mouentes, vt vel aptius ei cibum mini-
ſtrent, vel quietius iaceat, etiamſi mors inde tantil-
lum acceleraretur, nullam irregularitatem incurrent,
quia dant rei licitæ operam, niſi tam immodica eſſet
negligentia & iactatio illius, vt prudentum iudicio
cenſeretur occiſio, atque adeò mortalis temeritas: id
32 quod cæteri probarunt. Ridiculoſus † tamen ſcrupu-
lus eſſet confeſſarij, cum reum, quem ad patibulum
comitaretur, & caſu iumentum, quo ille vehebatur,
pepuliſſet, inde crederet ſe irregularem eſſe, quod ſua
cauſa properatius eum morti obtuliſſet, ſecundum
Soto vbi ſupra Supradict. etiam doctrinam tenet S.
Antonin. in tractat. de irregul. cap. 2. num. 15. addens,
33 idem † eſſe in cuſtode infirmi non bene illum cuſto-
diente, vnde ipſe infirmus ex phreneſi ſe proiecit &
mortuus eſt: quia ſi ſit culpa lata & negligentia diſſo-
luta, puta ſi ipſe cuſtos infirmi vel phrenitici vel fu-
rioſi, dimiſit eum vt iret in plateam ad ludendum, vel
alias dat operam rei illicitæ, aut ex nimia crapula vel
ebrietate vigilare non potuit, maxime cum eſſet de-
putatus ad cuſtodiam infirmi, nam ſi certum eſt, quod
ex hac culpa mors ſequuta eſt, talis erit irregularis,
alias non: & ſi habeat quis conſcientiam ſcrupuloſam,
deponat eam ad conſilium boni viri. Illud autem de
nimia crapula & ebrietate, intelligendum eſt iuxta
latius in propoſito à nobis tradita ſupra, cap. 4. Adde,
34 quod † ita, etiamſi vulneratum ad mortem nouo ictu,
vel alio modo ad mortem acceleret, homicida reputa-
tur, ſecundum S. Anton. vbi ſupra num 2. poſt An-
char. quem refert.
35 Idem erit, ſecundum † Specul. in tit. de diſpenſat. §.
iuxta, verſ. quid ſi alius infirmum, num. 13. in eo, qui cum
non ſit medicus, nec chirurgus, ſagittam aut aliud
telum corpori infixum extraxerit, & in id iubente, ro-
gante aut conſulente, vt citius moriatur, vel ſi ex
hoc ipſe vulneratus moriatur celerius, quam alias
moreretur, is namque irregularis erit cenſendus, alias
non: & in hoc Speculat. eſt receptus ſecundum Na-
uar. vbi ſupra, num. 229. tenet Nicolaus Ploui vbi ſupra
d. num. 6. quam ſententiam admittit Couar. vbi ſupra
quem ſequitur, eo non relato, Placa d. num. 7. vbi in
extrahendo ſagittam aliquam culpam habuerit, quia
non ſeruauit modum ab huius rei viris peritiſſimis
præſcriptum, vel operam dederit rei ſibi illicitæ &
interdictæ, alioqui inquit non eſſe omnino veram
præd. opinionem. Quæ moderatio in priori caſu, nem-
pe cum id ſit eo animo, vt infixus citius moriatur, mi-
nime meo iudicio procedit nec eſt neceſſaria, ſi ob
id citius moritur, cum in hac ſpecie homicidium me-
re voluntarium dici queat, & per conſequens licet ſit
caſuale, incurritur irregularitas, iuxta tradita per Pla-
cam vbi ſupra, cap. 15. num. 6. Verum eſt, quod in ea
non loquitur Couar. ſed in ſecundo caſu ſupra proxi-
xime dicto, nempe, quoties ſagitta extracta fuit abſ-
que illa intentione, vt citius moreretur, ſi tamen ex
hoc ipſe vulneratus moriatur, hoc namque caſu recte
prædicta eius aſſertio procedere videtur; Quandoqui-
dem extrahens ſagittam, non erat peritus in arte, ſic-
que quia daret operam rei illicitæ & ſibi interdictæ,
vel non ſeruauit modum huic rei præſcriptum, ac
proinde fuit in culpa proxima & ordinata ad homici-
dium, quod debuit cogitare.
Secundo † ex ſuprad. communi regula atque di- 36
ſtinctione infertur intellectus ad text. in c. ſicut ex lite-
rarum, de homic. vbi illicite ludens cum fœmina præ-
gnante, cenſetur irregularis, ſi hoc luſu caſu conti-
gerit fœtus iam animati abortio, tametſi nullam cul-
pam in eo ludo homicidio præſtiterit: Doctores nam-
que communiter, ibi eum text. ideo procedere inter-
pretantur, quia presbyter ille ludens cum muliere
prægnante, dabat operam rei illicitæ, quia cum ea
contraxerat conſuetudinem inhoneſtam; & ex eo illa
aſſerebat ſe concepiſſe, quaſi hæc irregularitas mini-
me contraheretur à fratre vel conſanguineo, qui cum
fœmina prægnante licite eodem luſiſſet modo: hic
enim communis intellectus verus non videtur, quia
irregularitas illa non quidem deducitur à priori culpa
ludendi inhoneſte cum fœmina, ſed à poſteriori, quia
luſus ille cum fœmina prægnante periculoſus eſt, ſal-
tem frequentiſſime occaſionem præbet abortioni, &
idcirco illicitus & incautus: quare verius videtur, vt
etiamſi † frater aut conſanguineus cum fœmina 37
prægnante incaute luſiſſet, foret irregularis cenſen-
dus, propter culpam in ipſo ludendi modo commiſ-
ſam, quia operam daret rei illicitæ & prohibitæ, ex eo,
quod ſit actus ad abortionem periculoſus ex ſe, nec
poteſt abſque aliqua culpa contingere, propter peri-
culum inde veriſimile, licet cum conſanguinea rem
inhoneſtam minime haberet, prout aduerſus com-
munem opinatur D. Couar. d. §. 4. num. 4. verſ. ſecundo,
vbi dicit, circa culpam in ludendi modo, neceſſario
eſſe committendum boni viri arbitrio: & iterum in
num. 10. verſ. 5. & in verſic. 6. contra communem etiam
tenet Placa lib. 1 de delict. cap. 26. num. 8. communis
tamen ſententia atque intellectus prædict. ad d. c. ſicut
ex literarum, circa conſanguineos cum fœmina præ-
gnante, procedere poſſet, quando ludus eſſet mode-
ratus atque ſic licitus, quo caſu bonus vir non arbi-
trabitur irregularitatem eſſe incurſam, conformatus
cum communi ſuprad. opinione, quam hoc caſu pro-
bauit Nauar. vbi ſupra num. 236. & Syluius verb. homi-
cid. 2. num. 7. circa fin. & eſt de mente communis: at
verò ſi conſtaret de exceſſu ludi, ita vt ſonet illicitum
illo tempore, etiam inter conſanguineos, opinio Co-
uar. verior videtur atque tenenda, cum actus ille tunc
ſit illicitus, quia dirigitur in euidens periculum abor-
tionis, quamuis inuolitæ: tum etiam, quia in luden-
do non adhibuit diligentiam, quam debuit in præca-
uendo abortionem: & hæc eſt mea ſententia, ſubmiſ-
ſa tamen iudicio rectius ſentientium.
Eſt † tamen neceſſarium quoad irregularitatem in- 38
currendam, quod fœtus ſit animatus, alias enim ea
non incurritur, etiamſi culpa abortum facientis detur,
iuxta communem ſententiam omnium ſuprad. & alio-
rum, quam refert Placa vbi ſupra num. 8. verſ. cæterum.
Hodie tamen Summus Pontifex Sixtus V. ſuo proprio
motu



motu edito Romæ 29. die menſis Octob. anno. 1588.
declarauit, vt omnes & ſinguli, qui aliquam potio-
nem vel quid aliud dederint, vel dandum conſulue-
rint mulieri prægnanti ad abortum faciendum, eo ſe-
quuto: etiam fœtus adhuc inanimati & non formati,
ſint eo ipſo homicidæ voluntarij & irregulares, cæte-
riſque pœnis, quibus homicidæ voluntarij plectun-
tur, imò & ſeuerius puniuntur, vt ibi. Sed hodie diſ-
poſitio illius motus proprij, quoad cenſuras & alias
pœnas redacta eſt ad terminos iuris communis, vt fe-
cit ac declarauit poſtea Sanctiſſimus Dominus noſter
Greg. XIV. ſua Bulla, quam vidi & legi. Fœtus au-
tem, ſi maſculus ſit, dicitur animatus die quadrageſi-
mo à conceptione, fœmineus verò die 80. ab ipſo con-
ceptu, iuxta gloſſ. in ſumma, 5. diſtinctio. DD. commu-
niter in d. cap. ſicut, communem teſtatur Placa vbi ſup.
num. 8. alios citans.
Tertio: ex † ſuperioribus deducitur, dubiam eſſe
39 ſententiam doctiſſimi Alfonſi à Caſtro lib. 2. de poteſt.
l. pæn. cap. 14. verſicul. hic tamen admoneo lectorem, aſſe-
rentis, ſe credere, non eſſe irregularem ſacerdotem,
qui polluit per adulterium vxorem, quamuis ob hanc
cauſam maritus eius illam occidat, quia id euenit præ-
ter intentionem ſacerdotis, & homicidium illud non
ſequitur per ſe & neceſſario ex adulterio, ſed ſolum
occaſionaliter, & ideò ſacerdos ille non eſt dicendus
eſſe vera cauſa illius homicidij, cum non ſit coopera-
tus ad illud, nec de illo præceptum aut conſilium vel
fauorem dederit, quinimo quod magis abhorret, eſt
homicidium ſuæ conſociæ in delicto; Quare etſi ope-
ram rei illicitæ dederit, non eſt ei imputandum ho-
micidium, quod ipſo ignorante contigit per acci-
dens, præcipue cum multi vbique ſint mariti, qui
vxores ſuas viuere ſinant, quamuis ſciant eſſe adul-
teras: ita Caſtro vbi ſupra, cuius opinionem probat
expreſſe D. Couarr. dict. §. 4. num. 10. verſicul. 3. ad idem
traditur exemplum. Hæc tamen opinio mihi ex præ-
cedentibus nunquam placere poterit, cum enim ſa-
cerdos hic committendo adulterium, det operam rei
illicitæ & ſimul cooperetur delicto vxoris, conſequi-
tur, homicidium inde caſu ſequutum, etiam contra
voluntatem, imputandum eſſe eidem quoad irregula-
40 ritatem, de qua nunc agimus. Accedit † præterea,
quod marito à lege datur facultas impune occidendi
vxorem & adulterum in crimine adulterij deprehen-
ſos, argument. l. patri vel matri, ff. ad l. Iul. de adult. &
& l. Grachus, C. eod. tit. id quod hodie eſt expreſſum in
noſtro Regno. in l. 5. tit. 20. l. 8. Nou. Coll. Reg. ſicque ex
adulterio reipſa deducitur culpa in homicidium ſuf-
ficienter directa, præmaxime attenta maritorum pro-
cliuitate & conſuetudine interficiendi adulteros &
ſuas vxores. Denique quia iuxta communem omnium
ſententiam, de qua ſupra, definitum exſtat, vt homi-
cidium caſuale contingens ex eo, quod quis dabat ope-
ram rei illicitæ, irregularitatem inducat, etiamſi id
caſu & præter voluntatem & intentionem acciderit
& adhibita fuerit diligentia, quæ ad id præcauendum
adhiberi potuit ac debuit, quæ tamen in propoſito
41 forſan non fuit adhibita. Poſtremo † contra priorem
ſententiam illa vera doctrina facit, quæ in hac mate-
ria præ oculis ſemper habenda eſt, nempe homici-
dium caſuale tunc demum ad irregularitatem impu-
tandum fore danti operam rei illicitæ, quando actus
ille eſt ordinatus ſua propria natura ad mortis læſio-
nem, vel ad homicidium, Secundum Soc. in c. ad au-
dientiam, n. 49. de homic. quod voluerunt etiam Anch. &
Philip. Franc. in c. fin. de homicid. in 6. & Gonſol. à Vil-
ladiego de irregul. cap. de percuſſor. colum. 3. aut quoties
homicidium illud procedit ab illo actu illicito per ſe
quidem & neceſſario, non per accidens, ſecundum
Caſtrum vbi ſupra, aut ſaltem vbi illicitum illud opus
per ſe volitum genere ſuo eſt periculoſum, aut ſaltem
ſæpe inde mors ſequitur, aut frequenter, vt colligitur
manifeſte ex Dominico à Soto, d. lib. 5. de inſt. & iur.
quæſt. 1. art. 9. verſ. hæc autem profectò: quam reſolu-
tionem in omnibus ſuprad. expreſſim approbat & ſe-
quitur idem Couarr. vbi ſupra num. 10. verſic. ex qui-
bus deducitur: at quamuis priores duo caſus præce-
dentis doctrinæ noſtrum non contingant, vltimus
tamen eum decidit contra eoſdem Caſtr. & Couar.
adulterium ſiquidem eſt opus illicitum per ſe volitum
& ex natura ſua periculoſum ad homicidium, quia
ſaltem ſæpe inde mors ſequitur aut frequenter, vt
communiter videmus: Ergo irregularitas ex eo con-
trahitur, ex quo ceſſant fundamenta contrariæ partis:
quod ſi ſacerdos cooperaret illi homicidio, præ-
ceptum, conſilium, fauorem aut auxilium præſtitiſ-
ſet, iam non eſſet caſuale, ſed mere voluntarium
alioque iure proculdubio eſſet irregularis. Et poſt-
quam hæc ita concepta atque ſcripta haberem, gaui-
ſus ſum plurimum inueniſſe me huius meæ ſententiæ
auctorem doctiſſimus Nauar. in dict. man. confeſſ. Latin.
cap. 27. num. 238. in fine, vbi id expreſſe tenet in no-
ſtra ſpecie contra præfatam priorem opin. quamuis
auctores eiuſdem contrarios noſtræ non referat, in-
quit tamen, eam, quam defendimus, Pium V. pro-
baſſe, cum in ſacra Pœnitentiaria id controuerteretur.
Poteſt † tamen inter has duas diuerſas opin. proba- 42
bilis concordia aſſignari, vt prior procedat in mari-
tis vilibus perſonis, qui honorem parui pendunt, at-
que ſcientes vxores adulterari, id patiuntur atque ea-
rum crimini conſentiunt, de quibus loqui videtur Ca-
ſtro vbi ſupra, ſaltem in vno fundamento ſupra relato,
præmaxime, ſi lenocinij crimine pretio accepto no-
tentur: In hac enim ſpecie & genere hominum opus
adulterij illicitum, non videtur periculoſum neque
ſufficienter directum in homicidium, imò inſolitum
& raro contingens, quamuis aliquando dæmonij ſua-
ſione vel ob ceſſationem muneris iniqui, hi viles com-
moti adulteros occidant, non tamen hoc videtur eſſe
habendum in conſideratione, ſi id accidat quoad præ-
ſens propoſitum, nec enim erat tanta cauſa id præca-
uendi à principio, ſicut in ſecunda ſpecie ſtatim refe-
renda. Secunda ſupradicta & noſtra contraria ſenten-
tia procedat in viris grauibus & qui honoris proprij
ſunt obſeruantiſſimi, de quibus merito coniiciendum
ſit, quod ſi adulterium vxorum præſcirent, adulteros
occiderent, tunc namque indubium videtur, cum
adulterium ſit proxima cauſa & ſufficienter directa in
homicidium, quod ſaltem veriſimiliter exinde nimis
timendum eſt ſubſequi poſſe, ac proinde præcauen-
dum, ne alias adulter huiuſmodi ex homicidio vxoris
efficiatur irregularis.
Ex eiſdem rationibus † improbanda videtur altera 43
Dominicia Soto ſententia, vbi ſupra in verſic. in primis,
aſſerentis, quod ſi clericus in adulterio deprehenſus
inuaditur, & cum moderamine inculpatæ tutelæ in-
uaſorem occidat, quamuis operam daret rei illicitæ,
non debet irregularis cenſeri, quia homicidium il-
lud non eſt tunc voluntarium: Nam quamuis adul-
terium fuerit voluntarium, non tamen fuit per ſe cau-
ſa homicidij, ſed vulneratio, quæ non fuit volunta-
ria. Adde tu, quod ſe defendendo cum moderami-
ne inculpatæ tutelæ, dabat operam rei licitæ; Quan-
doquidem defenſio eſt licita omni iure, & homici-
dium minime intendebat, quinimo illud abhorrebat:
Hoc ſiquidem manifeſte corruit ex ſupradict. nec de-
fenſio cum moderamine inculpatæ tutelæ in propo-
ſito excuſat, quamuis ſit licita, & ſic in hoc dediſſe
videbatur operam rei licitæ; Quandoquidem inſpecto

principio illicito ſufficienter directo ad homicidium: in quo principio illicito actualiter deprehenditur dando operam rei nequam, cum ad arma peruenitur, illa potius cenſenda eſt offenſio, ſatis enim prouocatus maritus tunc occiditur; aggreſſor igitur videtur adulter occidens in propoſito quoad præſentem materiam incurrendæ irregularitatis, cum expoſuerit ſe volens probabili periculo ac frequenter contingenti occidendi, vel occidi, imò id in animo habuiſſe credendum eſt, atque ideò cum armis in eum finem inceſſiſſe, quod cogitare ac præcauere debuit. Accedit præterea, quod hic maritus occiſus ſit pro defenſione ſui honoris & domus, atque proinde licuiſſe ei iure fori exterioris adulteros in crimine deprehenſos occidiſſe, vt prædiximus: Merito igitur quod adulter eum occidens ſit irregularis & homicida: Qui enim
44 illicite † aliquid aggreditur, quod eſt cauſa vt alium occideret propter ſui neceſſariam defenſionem, non ſolum peccat id aggrediendo, ſed etiam eſt homicida, ſecundum S. Antonin. Archiepiſcopum Floren. *in 3. p. ſuæ ſummæ tit. 5. c. 8. §. 1. col. 2.* Quod eſt intelligendum iuxta mentem Caiet. ſecundum Nau. *in man. Lat. c. 15. n. 7.* quando opus illud illicitum, erat quædam via ad homicidium perpetrandum, prout in propoſito con-
45 tingit. Denique † quia euentus ex aliquo ſequuti opere minime quidem ab operante præcogitati, ſed præter eius intentionem contingentes imputantur operanti, ſi illi euentus per ſe & neceſſario ſequuntur ex priori opere, aut ſaltem, vt in pluribus ex illo eueniunt & euenire ſolent, vt deducitur ex D. Thom. 1. 2. *q. 20. art. 5.* & eſt conſtitutiſſimum, ſecundum D. Cou. *in Clement. ſi furioſus, de homicid. 2. part. §. 4. num. 10. verſ. illud ſane,* & ita in noſtra ſpecie, quod huiuſmodi adulter occidens maritum, ſit homicida, tenet Nauar. *d. c. 15. n. 7.* & quod ſit irregularis, cum eodem Archiepiſcopo Florent. *vbi ſup. col. 4.* probat indubie Nau. *in man. Lat. d. c. 27. n. 238.* qui tamen Soti tenentis contrarium non meminit. Et quamuis ſciam opinionem Soti aliquibus doctis viris placuiſſe, mihi tamen indoctiori contraria, vt dixi, placet, magis & verior longe videtur: niſi & in hac ſpecie diſtinctionem & concordiam, quam in præcedenti tenuimus, hic quoque probare quis velit, quod meo iudicio non erit erroneum, imò rationi & iuri conſentaneum, præcipue cum Nauar. *vbi ſuprà* qui tenuit, præd. adulterum occidentem maritum ad ſui neceſſariam defenſionem, eſſe irregularem, eam ſuæ præfatæ, vt prædiximus, reddat rationem, quia adulterium eſt actus illicitus & ſufficienter directus ad mortem inferendam, attenta maritorum procliuitate & conſuetudine interficiendi adulteros & ſuas vxores: Ergo ceſſante hac procliuitate & conſuetudine, prout ceſſare videtur in viris prædict. infamibus & vilib. criminis participibus, prout ſupponimus in præd. concordia, ceſſabit & directio ad mortem ac periculum ipſius, & proinde non incurretur irregularitas, ſi aliud accidat, iuxta mentem Nau. quæ non explodit dictam concordiam, ſed imò potius eam admittit.

46 Quartò † ex ſupradictis infertur, quod vbi plures reperiuntur in pugna, in qua aliqui ſunt interfecti vel mutilati, & neſcitur à quibus, omnes cenſentur irregulares, & qui ſunt ex parte iniuriantium, & qui ſunt ex parte eorum, quibus fiebat iniuria, ſi illi erant clerici, & ſic illicite mouerunt arma: ita Rainerius *in ſua ſumma.* Quod nonnulli intelligunt, (vt refert Archid. *in c. ſi. n. 3. 23. q. fin.*) quando clerici erant in culpa, vt patet ex verbis Rainerij, dum dicit; *Mouerunt arma, quaſi voluntarie & ſine neceſſitate, nam ſi ſe defenderent vel ſocios, neceſſario, licet aliquis à defendentibus ſit interfectus ex alia parte, reliqui qui non interfeciſſent, nec interfectores innaſiſſent, non eſſent irregulares, licet voluntatem occidendi habuiſſent, quia lex promotionis factum requirit: vt in c. ſi quis & in c. fin. 15. q. 1.* & cum Archid. in hoc tranſit Florent. *de irreg. c. 2. n. 36.* Sed melius eſt, vt dictum Rainerij indiſtincte capiatur, quando quis neſcit, ſe non occidiſſe vel mutilaſſe, quia in dubiis debemus tenere tutiorem partem, vt in terminis contra Archid. profitetur Syluest. *in ſua ſumma, verb. homicidium, 3. n. 8. verſicul. tertium,* ibi: *Sed melius, quod probo:* quoad illos tamen, qui ſunt ex parte iniuriantium, & ſic fuerunt in culpa, res plana eſt, quia dabant operam rei illicitæ in homicidium directam: quod probat Archid. *vbi ſuprà,* & in ſpecie Nauarr. *d. cap. 27. num. 224.* cum Innocent. Abb. & communi *in c. fin. de homicid.* dicens, quod † qui in prælio vel 47
alia quacunque rixa interſunt illis, ex quorum parte ſunt iniuſta, auxiliando vel fauendo, ſunt irregulares, ſi aliquis in eis deformetur, ſiue interſint armati, ſiue inermes, ſiue deforment, ſiue non, ſiue ob id timor inimicis augeatur, ſiue non: & idem Nauarr. *vbi ſuprà, numero 234.* dicens, quod qui intereſt pugnæ iniuſtæ, auxiliando, incitando aut exhortando ſuos, aut animos contrariis imminuendo, & etiam cuſtodiendo veſtimenta, aut ſarnicas eorum, qui ad præliandum vel deformandum iniuſte proficiſcuntur, irregulares fiunt, ſequuta alicuius † deformatione, non 48
tamen qui interſunt ad diſſuadendum prœlium & ſuadendum pacem, licet inde nonnihil animi ſuorum parti, & nonnihil timoris aduerſæ redderetur, ſecundum eundem Nauarrum *dict. num. 224.* Hoc tamen vltimum ego † verum intelligerem, niſi verbis 49
pacem, animo verò & facto rixam ſuadeant, auxiliando interfectores & deformatores, eorumque crimini cooperando, tunc enim eum proculdubio irregularem iudicarem, ſtando veritati potius quam verbis, vt voluit Syluest. *in ſumma, verb. homicidium, 3. num. 8. verſ. quartum,* ibi: *Modo abſit dolus & lata negligentia,* ſecundum eundem Innoc. & Hoſtien. Obſeruandum tamen erit, quod ſecundum Hoſtien. quem refert Abb. *in c. pen. & vlt. numero 2. de cleric. percuſſ.* clericus præſtans † opem oppreſſis vel obſeſſis iniu- 50
ſte, & adiuuans eos, qui repellunt iniuriam, proiiciendo lapides, & huiuſmodi, dummodo ipſe neminem occiderit, non eſt irregularis: ſequitur Syluest. *vbi ſuprà,* id intelligens, quando quis eſt certus, ſe non occidiſſe neque mutilaſſe. Quid † autem ſit di- 51
cendum quoad irregularitatem, ſi vnus à pluribus percuſſus mortem obiit, & non conſtat, ex quo vulnere mortuus fuerit, agit late Placa *lib. 1. de delict. capitul. 12. per totum,* & optime D. Couar. *in d. Clemen. ſi furioſus, 2. part. §. 2. n. 3. cum ſeqq.* vbi plures caſus & ſpecies in hoc diſtinguit atque explicat.

Clericus † autem abſque irregularitatis nota & 52
pœna poteſt intereſſe bello iuſto, & hortari milites ad pugnam: text. *in c. petitio, de homicidio & ibi gloſſ. verb. remordet, gloſ. etiam in c. quid in dubiis, de pœnis, verb. incitant,* non tamen pugnare propria manu, alias grauiter peccaret, cum hoc non ſit ei licitum, *vt in c. clerici, cum ſeqq. 23. quæſtione 8. cap. ex multa, de voto,* eritque irregularis clericus *ibi* aliquem occidens, *vt in c. clericum, 50. diſtinct.* Vnde licebit clerico alios hortari ad bellum, ſi ſit contra Rempublicam, aut Eccleſiam, vel Catholicam fidem, non tamen arma ſumere, vt eſt prædictum, & probatur *in cap. quicunque in fin. 23. quæſt. 8. & ibi gloſ.* & conſtat ex S. Thom. & *ibi* Caietanus 2. 2. *quæſt. 40. articul. 2.* tradunt Dd. *in c. pen. de homicidio.* Archiepiſcopus Florent. *in ſua ſumma, 3. p. tit. 28. cap. 2. §. 6.* & Syluest. *in ſumma, verb. bellum, 3. n. 3.* & probat latiſſimo ſermone Iacobus Montaynus *in tract. de armis cleric. ad fin.*



*fin.* & ſumma Tabiena *verb. irregularitas, 3.* & Nauar. *late d. cap. 27. n. 215.* & Gregor. Lop. *in l. 52. in gloſſ. deuenir, per totam, tit. 6. part. 1.* & ita eſt tenendum, licet contra-
53 rium velit Aluar. Pelag. *de planct. Eccl. 1. part. n. 48. ſub litter. C. ad fin.* dicens ex hoc committi irregularitatem: nec poterit bellum gerentibus arma portare, vt per eundem Syluest. *verb. homicidium, 3. n. 9.* quod eſt intelligendum iuxta tradita per Nauar. *vbi ſuprà, num. 215. ſequenti.* Illud tamen de exhortatione verum intelligit Hoſtien. *in d. c. quod in dubiis,* & Henriq. *in d. c. petitio,* atque Syluest. *d. verb. bellum, 3. num. 3. ad fin. verſ. ſecundo nec cohortari,* quandò hæc exhortatio fieret ante belli conflictum, quaſi minime id liceat in ipſo iuſti belli conflictu, ſi inde homicidia & mutilationes membrorum ſequantur, à quibus merito *ex d. c. petitio,* diſſentit D. Couar. *in d. Clem. ſi furioſus, de homic. 2. part. relect. §. 3. num. 2. in verſ. ſed & id,* ibi, *A quibus,* vbi recte d. text. *in c. petitio,* inducit contra prædictos: tametſi Greg. Lop. *vbi ſuprà in verſ. & intelige,* opinionem contrariam Innocent. ſequatur, nihilominus, vt prædixi, opinio Couar. verior mihi videtur, quam viſus eſt tenere Nauar. *d. num. 215.* dum indiſtincte loquitur.

54 Ex quibus fit, vt clericus in † ſacris conſtitutus, cui non licet propria pugnare manu, vt prædiximus, irregularis non erit, ſi pugnauerit in bello iuſto; ſi neminem occiderit aut mutilauerit, etiamſi in eo conflictu fuerint plures occiſi aut membris mutilati, *vt in d. c. petitio,* per quem ita tenet Couar. *vbi ſuprà d.*
55 *§. 3. num. 2. verſ. ſi quidem clericus.* Idem erit † etiam ſi ipſe percutiat, vel vulneret, ſi clarum eſt, quod ex tali percuſſione non fuit ſequuta mors vel mutilatio, licet alij in pugna illa per alios ſint mortui, ſecundum Abb. & Ioan. And. *in dict. c. petitio,* per text. *ibi,*
56 quos refert Greg. Lop. *vbi ſuprà, in fin. gloſſ.* Quinimo † ſi hoc caſu clericus adhortetur ad victoriam generaliter, & percutiat multos propriis manibus, & efficiat, vt commilitones eius ope & hortatu multos occidant, non ſit irregularis, ſi per ſe non deformet, quia non dat cauſam propinquam deformandi, cum non faciat actum ſpeciatim ad deformationem directum, quoad percuſſos ab aliis, & licet faciat talem quoad percuſſos à ſe, illi tamen non ſunt deformati: ſecus ſi per ſe deformet, vt inquit Nauarr. *vbi ſuprà, d. n. 215.* Nihilominus tamen ſi efficiat, vt commilitones eius ope & hortatu multos occidant, contrarium verius exiſtimò, imò quod huiuſmodi clericus ex hoc efficiatur irregularis, ſi ſpecialiter & directe hoc auxilium ad homicidium vel deformationem præſtetur, ſecus alias. Quod primo probo ex traditis per Nauar. *vbi ſuprà d. num. 233.* Secundo, quia dat cauſam propinquam deformandi, & facit actum directum ad deformationem, vnde merito, quod ex eo efficiatur irregularis, vt patet ex præced. Tertiò, ex Syluest. *verb. homicidium, 1. num. 16. & 17.* & communi, quam refert idem Nauar. *vbi ſuprà, num. 216.* cui non ſatisfacit *ibi,* niſi dicamus ex eodem, *ibi* temperandam ſententiam præd. *num. 215.* vt non procedat quando auxilium ab eo præſtatur directe in deformationem, ſed quando non intendis directe deformare, vt patet ex verbis *eiuſdem auth. Illis, &c.* Addo, difficillime hoc contingere poſſe, quin dirigatur in deformationem, ideò cauendum.

57 Clericus in minoribus conſtitutus † poſſet abſque peccato in bello iuſto propria pugnare manu, ſicut & laicus, nec ex hoc eſſet irregularis, dummodo aliquem non occideret nec membro mutilaret, vt ex ſupradict. patet, & tenet in terminis Couarr. *vbi ſuprà d. num. 2. in verſ. quod ſi eſſet.*

58 In neceſſitatis tamen articulo † clericus non peccaret arma ſumendo in bello, ſecundum S. Thom. *vbi ſuprà* vbi Caiet. optime duos caſus diſtinguit, nempe, quod articulus neceſſitatis dupliciter contingere poteſt in bello. Primo ſcilicet defenſiue, vt niſi clerici aliqui pugnent, ciuitas vel exercitus euerteretur ab hoſte. Secundo ratione victoriæ, vt niſi clerici aliqui pugnent, non haberetur victoria tunc parata. In primo caſu clerici non peccant, imò videtur quod adhuc teneantur, præſertim, ſi cum infidelibus agitur: In ſecundo autem caſu non videtur communiter licitum, vt *ibi* bene probat, limitans hoc, quando parta tunc victoria eſſet pax vniuerſalis Eccleſiæ aut fidei Chriſtianæ magna protectio; tunc enim credit Caietanus clericum licite manu propria pugnando illam facere. De prædictis poſt hæc ſcripta late agit Ludou. Molin. *de iuſtitia & iur. tractat. 2. diſputatione 108. per totam.* Dubium † tamen eſt; *An in priori caſu præd.* 59
*quo licet clericis propria pugnare manu, ſi aliquem occidant vel mutilent, ſiant ex hoc irregulares?* Et Caietan. quidem *ibid.* partem affirmatiuam tanquam indubiam præmittit, quandoquidem inquit, nec obſtant quod fiant & remaneant irregulares: quia irregularitas ſine peccato & cum merito æternæ vitæ incurri poteſt, quia ipſa ſequitur factum: & ante eum tenet D. Thom. 2. 2. *quæſt. 64. artic. 7. ad 3.* dicens, quod irregularitas conſequitur actum homicidij, etiamſi ſit abſque peccato, vt patet in iudice, qui iuſte aliquem condemnat ad mortem: & propter hoc clericus etiamſi ſe defendendo interficiat aliquem, irregularis eſt, quamuis non intendat interficere, ſed ſeipſum defendere: ſed Syluest. *in ſumma, verb. bellum, 3. n. 3. verſ. adde tamen,* contrarium expreſſe probat, dicens, quod ſi neceſſitas eſſet ineuitabilis, clericus huiuſmodi non eſt irregularis, etiamſi occidat, nihil tamen allegat. Quid dicendum: Ego hos auctores ſic concilio, vt opin. Caietani procedat in caſu neceſſitatis euitabilis, opinio verò Syluest. contraria in caſu neceſſitatis ineuitabilis, vt probat text. *in c. quia te quaſi obnoxium, 50. diſtinct.* & *ibi* notat gloſſ. *verb. inde canonice, in fine,* ita diſtinguit gloſſ. *in cap. de his clericis pro quibus, gloſ. 1. 50. diſtinct.* addens, vt in caſu neceſſitatis euitabilis in ſuſceptis ordinibus toleretur, licet ad ſuperiores aſcendere non poſſit, gloſſ. etiam magiſtra *in cap. ſicut dignum, §. fin. gloſſ. magna, in verſicul. aut neceſſitas,* ibi: *Si fuerit ineuitabilis, de homicid.*

Et quamuis † in hoc olim eſſent opiniones, quan- 60
do diceretur homicidium factum ex neceſſitate ineuitabili, & quando non, vt conſtat ex prædict. gloſſ. hodie tamen declaratum eſt *in diſtinct. Clemen. ſi furioſus, in 2. part. de homicidio* vbi inquit, text. non eſſe irregularem illum, qui mortem aliter vitare non valens, ſuum occidit vel mutilat inuaſorem, vnde poſſet ſtatim poſt huiuſmodi occiſionem miniſtrare: & licet gloſſ. præd. ponat exemplum nimis ſtricte, quando clericus tenebat gladium in manibus ad defendendum, pagano irruente in eum, Doctores tamen latius dicunt, ſiue paganus, ſiue quilibet alius aggrediatur clericum, & clericus non valeat aliter euitare mortem, niſi ſuum interficiat aggreſſorem, per text. *in d. Clemen. ſi furioſus,* niſi vbi clericus alium interficeret pro defenſione † proximi, vel pro rebus ſaluandis, 61
vel vbi neceſſitas non fuiſſet ineuitabilis, quia poterat ſe aliter liberare, quam occidendo, quia in his caſibus incurrit irregularitatem clericus, ſi occidat vel mutilet: ſolum enim permittitur clerico, alium occidere pro euitanda neceſſario morte propria, non autem pro ſalute alterius, vel pro ſaluandis rebus: ita Abb. *n. 14.* & Ioan. de Anan. *num. 11. in d. c. ſicut dignum, §. fin. de hom.* idem Abb. *in c. clerici, 1. n. 2. cum ſeqq. de vit.*

*&*

*& honeſt. cler.* & Caiet. ſuper S. Thom. *d. quæſt. 64. art. 7. in reſponſione ad 3.* dicens, quod ſi text. *in d. Clement. vnic. de homic.* extitiſſet tempore auctoris, nempe S. Thomæ, non ſcripſiſſet illud auctor: & Nauar. *in man. Lat. c. 17. n. 211.* & latiſſimè D. Couar. *in d. Clement. ſi furioſus, 3. part. §. vnico, per totum*, vbi *n. 4. in fin. & n. 5.* plures allegans teſtatur eſſe communem opinionem quod prædiximus, nempe, occidentem alterum ob alterius neceſſariam defenſionem, eſſe irregularem, tametſi ipſe *ibi, in verſic. ex quibus*, cum Fortunio Garſia probabilius eſſe exiſtimet aduerſus communem ſententiam, quod non ſit irregularis: *& n. 6. in verſic. vndecimo*, alios plures allegans teſtatur videri eſſe receptiorem doctorum ſententiam, irregularem eſſe clericum, vt prædiximus, qui pro neceſſaria rerum defenſione hominem occiderit, quamuis ipſe *ibi in verſicul. poſtremo*, contrarium probet in his caſibus, quibus ea occiſio licita ſit: ſed communes prædictas ſententias ſequitur & probat contra Fortun. Garſ. Nauar. *d. c. 17. n. 213. & 215.* Ille autem dicitur eſſe in prædict. neceſſitate ineuitabili, qui neque fuga neque clamore nec alio modo quam interficiendo vel deformando, eam euitare poteſt, &c. ſecundum Nauarr. *ibi, num. 211.* Idem de fuga tenet Couarruuias *vbi ſupra n. 4* reſoluens cum communi, quod clericus, qui poterat mortem vitare fugiendo, ſi omiſſa fuga, occiderit aggreſſorem, eſt irregularis. Intelligenda tamen eſt hæc communis ſententia ſecundum ipſum, ſi fuga non eſt periculoſa; Nam ſi fuga periculum mortis proprie induceret, non tenetur fugere, vt tenent plures, quos refert & ſequitur *ibi.*

Ex his igitur decidenda venit contrarietas Caietan. & Sylueſt. ſupradict. de clericis occidentibus vel deformantibus in bello iuſto, in articulo neceſſitatis, quia ſi ineuitabilis ſit reſpectu propriæ perſonæ & ſalutis, non fiant irregulares, alias ſecus.

61 Verum † illa quæſtio in propoſito ſe nobis offert examinanda; *An ſi Romanus Pontifex alicui prælato vel clerico aut clericis permitteret ſiue licentiam concederet pugnandi in bello iuſto propriis manibus ſine metu irregularitatis, & in conflictu belli aliquem occideret, an ſint irregulares cenſendi, necne?* Et Abbas quidem *in cap. clerici, el 1. num. 5. de vit. & honeſt. cleric.* referens Cald. *in cap. petitio, de homicidio* concludit in eam partem, quod huiuſmodi clerici ob prædict. licentiam minime efficiantur irregulares, etiamſi in bello aliquem occiderint, quia irregularitas eſt de iure poſitiuo, & ex ſola conſtitutione Eccleſiæ prohibetur clericus pugnare in bello iuſto, & quia ipſe Papa poteſt ex iuſta cauſa bellum indicere, præſertim contra infideles, *vt in capit. omni timore, & in cap. præterea, 23. quæſt. 8.* Ergo Papa, qui eſt ſuper iſtas conſtitutiones humanas, *vt in cap. propoſuit, de conceſ. præb.* poteſt

63 hanc prohibitionem relaxare. Quinimo ex ſola † permiſſione Papæ, vt clericus in bello propria pugnet manu, ſi is in eo aliquem occiderit, non cenſebitur irregularis, ſecundum omnes, quia id is permiſit, qui poteſt ſuper irregularitate ex homicidio contracta diſpenſare: ita D. Couarr. *in dict. Clem. ſi furioſus, 2. part. §. 3. num. 2. verſ. quod ſi Romanus*: ex eo tamen

64 quod † Papa dat clericis licentiam, vt interſint bello, non videtur licere eis vti armis, niſi ad ſe defendendum, non autem ad occidendum aggrediendo etiam paganum, vt cum Arch. probauit Sylueſt. *in ſumma, verbo homicidium, 3. n. 9.* ibi *notandum, 1.* Angel. in ſumma, *verb. homicidium, 5. n. 1.*

65 Rurſus † Bald. *conſ. 439. vol. 5. incip. ad bellum iuſtum, num. 3. & 4.* tenet contrarium, dicens, quod licet Papa poſſit diſpenſare cum homicida in homicidio perpetrato, ſecus tamen eſt in perpetrando, quia non poteſt dare licentiam delinquendi, nec parcere quod nondum eſt: & licet Papa poſſit indicere bellum iuſtum, clericis tamen concedere non poteſt, quod manu propria hominem occidere poſſint, ſed pro iuſtitia exſequenda poteſt gladij poteſtatem laicis committere. Item poteſt permittere clericis, quod in bello iuſto dent conſilium & auxilium, tam gentium, quam pecuniarum: quia ſi poteſt indicere iuſtum bellum: Ergo poteſt alia, quæ ſunt de iure & natura bellorum, & ſine quibus illa exerceri non poſſunt: & inquit S. Thom. *2. 2. quæſt. 40. art. 2. in reſp. ad ſecundum*, quod Prælati & clerici ex auctoritate ſuperioris poſſunt intereſſe bellis, non quidem vt ipſi propria manu pugnent, ſed vt iuſte præliantibus ſpiritualiter ſuis exhortationibus & abſolutionibus & aliis huiuſmodi ſpiritualibus ſubueniant. Card. etiam *in c. clericum, 50. diſtinct.* prout eum refert Præpoſit. Alexandrin. *ibi* dicit, quod Papa non poſſit diſpenſare cum ſacerdotibus, quod ad bella procedant manu propria pugnaturi: & quamuis ipſe Præpoſit. dubitet de hoc, tandem propter auctoritatem tantorum Patrum tranſit cum illis, potius auctoritate eorum, quam ratione. Eandem ſecundam partem ſequitur etiam cum præd. Gregor. Lop. *in l. 52. tit. 6. part. 1. in gloſ. deuenir*, dicens, hoc ſatis probabile videri, cum Chriſtus iuſſerit Petro: *Conuerte gladium tuum in vaginam*, Matth. *cap. 26.* & Ioan. 18.

Quid tenendum? Ego profecto priorem opinion. veriorem & tenendam eſſe exiſtimo, ex fundamentis de quibus *ſuprà* in ea. Nec obſtant contraria, quia ſi Papa poteſt diſpenſare cum homicida ſuper irregularitate incurſa, quod eſt apud omnes receptiſſimum, à fortiori poterit, antequam ipſa incurratur, cum ſit iuris poſitiui, & ex conſtitutione Eccleſiæ, & facilius quid impediatur à principio, quam ex poſt facto tollatur, *vt in lib. patre furioſo, cum ſimilib. ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iur.* Nec per præd. licentiam pugnandi in bello iuſto, à Papa clericis conceſſam, dare videtur licentiam delinquendi, quia pugnare in bello iuſto, non eſt in ſe delictum: & quamuis clericis id non liceat manibus propriis, hoc tamen eſt ex conſtitutione Eccleſiæ, vt vidimus: Ergo ſummus Pontifex ex cauſa eam prohibitionem tollere poteſt, permittendo in aliquibus caſibus & ſucceſſibus, quod generaliter à iure eſt prohibitum, ac proinde non erit iam tunc delictum, ſed permiſſum, nec dicetur remittere nondum commiſſum, ſed potius permittendo, quod poteſt, præſeruare, ne irregularitas incurratur. Quod autem Chriſtus iuſſerit Petro conuertere gladium ſuum in vaginam, non obſtat, quia ex hoc nihil probatur, quod contra priorem ſententiam vrgeat: Diuerſus enim caſus atque ratio *ibi* eſt: & patet, quia illa verba non ſolum dicta fuerunt Petro, ſed etiam aliis laicis, vt conſtat ex ead. auctoritate, dum poſtea in ea ſubiicitur: nam omnis qui gladium accipit, gladio peribit: ita Abb. *vbi ſup.* Præterea illud veteris Teſtamenti, de quo *in c. 1. de conſecrat. diſtinct. Non ædificabis mihi templum, quia vir ſanguinis es*, loquitur de effuſione ſanguinis iniuſta: Dauid namque proditorie fecerat interficere Vriam, vt committeret adulterium cum Berſabe eius vxore, & adhuc forte non fuit pœnitens, quando illa verba fuerunt ſibi dicta: nos verò in quæſtione iſta loquimur de bello iuſto: ita Abb. *in d. c. clerici, el. 1. de vit. & honeſt. cleric. d. n. 5.* quem refert Greg. Lop. *vbi ſuprà*,

Quod ſi bellum ſit † iniuſtum, quicunque in eo 66
pugnauerit, auxilium aut opem dederit, ſi inde ſequuta ſit mors aut membri mutilatio, erit proculdubio irregularis: text. *in cap. ſicut dignum. §. vlt. de homic.* vbi notant omnes, Abb. & DD. *in d. capit. petitio*, Marian. Soc.



Soc. *in d. capit. ad audientiam, num. 60.* Villadieg. *de irregul. cap. de homicid. col. 4.* D. Couar. *in d. Clement. ſi furioſus, 2. part. §. 3. num. 2. verſ.* quod ſi bellum Nauarr. *in man. cap. 27. n. 224.* Quod autem dicatur bellum iuſtum & quod iniuſtum agit elegantiſſime D. Tho-

67 mas *2. 2. quæſt. 40. artic. 1.* & *ibi* Caiet. Præterea † exiſtentes in bello iuſto ex parte ſe defendentium, ſi occidant vel mutilent, ſunt omnes irregulares, niſi in caſu, in quo aliter euadere non poſſunt: alij verò, qui non occidunt nec mutilant, non ſunt irregulares, licet *ibi* multi occidantur, & ſi percutiant aliquos (non tamen lethaliter) qui deinde occidantur ab aliis, non ſunt irregulares, ſecundum Hoſtienſ. & Innocent *in dict. cap. petitio*, dummodo non prouocauerint eos, vel niſi percuſſerint animo occidendi, ſecundum Innoc. *in d. cap. ſignificaſti, de homicidio* ſequitur Archid. *in d. capit. fin. 23. 9. fin. num. 3. ad fin.* & Florent. *de irregul. c. 2. num. 37. & 38.* Syluest. in ſumma *verb. homicidium, 3. num. 8.* Et quod prædiximus, niſi percuſſerint animo occidendi, &c. probari videtur *in d. c. ſignificaſti, el. 2. de homic.* ibi: *Et ſi percuſſor voluntatem non habuerit occidendi, à contrario ſenſu*: & ita gloſſ. *ibi, verb. habuerit*, argumentum ſumit, quod voluntas imputetur homicidio, licet ex ſuo vulnere mortuus non fuerit, & notat in terminis *ibi* Innocent.

68 Hæc tamen † ſententia vera quidem indiſtincte non eſt, etenim licet quis in bello iuſto aliquem percuſſerit, non tamen mortifere, licet animo occidendi id fecerit, & ab aliis ſic percuſſus ſtatim occidatur, irregularis minime eſt cenſendus, vtpote quod non occiderit, aut deformauerit per ſe, nec dederit operam rei illicitæ aut iniuſtæ: Ergo iuxta regulas communes non efficitur irregularis. Nec obſtat inductio text. *in dict. cap. ſignificaſti*, pro contraria parte facta à contrario ſenſu: Is enim ſic deductus eſt contrarius receptiſſimæ ſententiæ, ſecundum Couarr. *vbi ſuprà, §. 2. numero 6.* Quare vt cum Abbate & Anania *in dict. cap. ſignificaſti*, & Marin. Socin. *in dict. cap. ad audientiam, numero 45.* reſoluit Couarr. *dict. num. 6.* text. *in dict. cap. ſignificaſti*, intelligendus eſt, quoties habens voluntatem occidi, opem vel auxilium, aut fauorem occiſoribus dederit, iuxta text. *ibi*: nec ipſius ſtudio, conſilio vel mandato proceſſerint alij contra illum, *& in capit. ſicut dignum, §. fin de homicidio* & colligitur hic intellectus ex Ioann. Andr. Innocent. Hoſtienſi & Henriquez *in dict. cap. ſignificaſti, colum. 3.* & ſic intelligenda eſt præfata ſententia Innocent. Aut procedit eadem opinio Innocentij & ſequacium, vbi quis potuit occiſum à morte liberare, & noluit neque liberauit, *capite ſicut dignum, §. illi etiam, de homicidio* vt in ſpecie notat Hoſtienſ. *in dict. cap. ſignificaſti.* Quod verum (& recte) intelligit Couarruuias *d. §. 2. num. 7.* quoties quis habet poteſtatem publicam aut priuatam iure familiæ in ipſum percuſſorem, ſe-

69 cundum namque † communem omnium ſententiam in his caſibus locus eſt excommunicationi contra eum, qui cum poſſet, noluit obuiare manifeſto facinori percuſſionis in clericum commiſſo, *vt in cap. quantæ, de ſententia excommunicationis*, in eiſdem enim caſibus, quibus conſtat, excommunicationem canonis locum habere, in eiſdem etiam pœna & vitium irregularitatis conſtitui poteſt, propter eandem rationem & auctoritatem *d. cap. ſicut dignum, §. illi etiam*, & ita merito Nauarrus *in Man. Lat. d. cap. 27. num. 223.*

70 probat, non eſſe † irregularem, qui iuſte aliquem percutit & non occidit, licet ab aliis ſine ipſius culpa occidatur, *vt in d. c. ſignificaſti, el. 2. de homicidio*, aut moriatur culpa medici, aut malo regimine, aut morbo ſuperueniente, quia illa mors non eſt ſequuta ex opere illicito.

Ampliat † ſuperiora Nauarrus *ibidem numero 224.* 71
*in verſ. nec etiam*, vt procedant, etiamſi qui iuſte bellum gerunt, etiam ad fauendum, animo deformandi percutiant, & ex percuſſione poſtea ſequatur deformatio culpa percuſſi vel medici, quia adhuc ſi ipſi ſuis manibus non deforment, non erunt irregulares; quia in hoc differt iuſta percuſſio ab iniuſta. Hæc tamen ampliatio vera prima facie non videtur, tum ex ſupradictis, tum etiam, quia ſecundum opinionem Guillermi Laud. *in Clem. 1. gloſ. vlt. de homicidio* quem ſequitur Carrerius *in pract. crim. tit. de homic. §. 6. n. 322.* & Henriq. *in d. cap. ſignificaſti, 2.* irregularis eſt is, qui alterum percuſſerit, licet non mortifere, ſi propter eam percuſſionem ex imperitia medici aut malo corporis regimine obierit: Quam opinionem aduerſus Caietanum *2. 2. q. 64. art. 8.* aliud volentem, veriorem eſſe opinatur atque probat D. Cou. *d. §. 2. n. 9.* vbi relatis hinc inde auctoribus diuerſis ſuper eo articulo, an imperitia medici aut incuria parentum in medendo vulnere filij excuſet percutientem illicite, omnes in hoc ſibi conuenire videntur, inquit, vt vbi contigerit culpa
propinqua † vulneris, ex quo fuerit ſequuta mors, non 72
excuſetur quiſquam ex imperitia medici, nec ex inordinato regimine ipſius vulnerati: ſecus verò, ſi vulnus illatum eſſet adeò leue, quod nullo vel modico medicamine percuſſus poſſet liber & ſanus euadere, & tamen vulneri appoſitum eſt venenum, quia ex veneno potius quam ex vulnere moritur.

Nihilominus tamen præd. ampliatio Nauarr. vera eſt & tenenda ex ſua ratione prædict. Nec obſtat opinio Guillerm. & ſequacium *ſuprà* in contrarium adducta, quia ipſa loquitur & procedit (vt ex eiſdem auctoribus præcipue Couarruuia conſtat) vbi vulnus fuit illicite illatum, & ſic percutiens fuit in culpa, quia illicite percuſſit, vnde merito, quod ſi tunc percuſſus ex ea percuſſione ex imperitia medici, aut ex malo regimine mortem obierit, percutiens ſit irregularis, quia dedit operam rei illicitæ: quia licet percuſſio non eſſet mortifera, fuit tamen cauſa, vt ob illam inciderit in morbum, quo moritur culpa medici vel malo regimine, quoad hoc enim paria ſunt, interficere & iniuſte percutere, ex quo mors ſequatur, etiam ſine alia culpa percutientis: *vt in c. preſbyterum, & in cap. ad audientiam, de homic.* vt in terminis ex his iuribus probat Nauarrus *vbi ſuprà num. 223.* Culpa enim percuſſoris ſatis eſt ad irregularitatem ex homicidio conſtituendam, *vt in c. de cætero, de homic. & in c. tua nos, in princip. eodem tit.* Nam quod non fuerit adhibita diligentia in medendo vulnere, per accidens ad mortem pertinet: ipſum autem vulnus directe & per ſe mortem intulit: At verò Nauarr. *in ſua præd. ampliatione*, de qua nunc agimus, expreſſe loquitur in percutiente iuſte animo deformandi, quando ex huiuſmodi percuſſione poſtea ſequitur deformatio culpa percuſſi vel medici, tunc enim merito, vt huiuſmodi percutiens non ſit irregularis, quia rei licitæ operam dabat & abſque vlla culpa, & in hoc differt iuſta percuſſio ab iniuſta, & ideò in caſu *c. exhibita, de homic.* nullam
habuit † culpam is, qui ab irregularitate excuſatur, 73
alias irregularis foret iudicandus, vt ſentiunt *ibi* DD. eſtque communis opinio, ſecundum D. Couar. *d. §. 2. n. 9. in verſ. at in c. exhibita*, præmaxime, quia communis eſt concluſio inter diſcipulos D. Thomæ, quod ſi accidat mors, non tamen ſequatur ex vulnere percutientis, ſed aliunde, vt ex culpa infirmi vel ex ignorantia, aut ex negligentia chirurgi, non incurritur irregularitas, vt aduerſus Couarr. *vbi ſuprà*, affirmat Salon
*vbi ſuprà col. 1228.* Ex animo † verò occidendi, etiam 74
deliberato & etiamſi ex cauſa cum telo armatus inſidias alteri intenderit, modo ipſum non occiderit

nec

nec ei membrum amputauerit, nemo irregularis con-
ſtituitur : *vt in cap. vlt. 15. quæſt. 1. cap. ſicut, 42. quæſt. 2.*
*c. cogitationis, de pœnit. diſt. 1. l. cogitationis, ff. de pœnit.* &
in ſpecie tenet *gloſſ. in c. ſi aliquis, de homic.* quam *ibi* ſe-
quuntur Dd. communiter, teſte Alberto Trotio *de ve-*
*ro & perfecto clerico lib. 1. cap. 10. num. 5.* inſuper & D.
Couar. cum, alioſque in idem citante *in d. Clement. ſi*
*furioſus, in initio, 2. part. num. 5.* vbi latiſſime eam probat
atque defendit, referens eius literam in hoc expreſ-
ſam, quæ in aliquib. codicibus deſideratur : Lex enim
promotionis potius opus conſiderat, quam volunta-
tem, *vt in d. c. vlt. & cap. ſicut*, in noſtra autem ſpecie
opus percuſſionis licite factæ non induxit deforma-
tionem, ſed culpa medici vel percuſſit: Ergo percutiens
nullam incurrit irregularitatem: & cum his ampliatio
75 præfata Nauarr. defenſata manet. Limitanda † tamen
eſt ex ſuprad. niſi percutiens alios ad occidendum
prouocauerit vel auxilium dederit, aut aliter in morte
culpam contraxerit, tunc enim eſt hoc vltimo facto
irregularitatem proculdubio incurret.
76 Clericus † etiam miniſtrans balliſtam, enſem, lan-
ceam & generaliter arma pugnantibus, & ſic in con-
flictu, ſiue bellum ſit iuſtum ſiue iniuſtum, aliquo in
eo occiſo vel mutilato ab illis, fit regularis, quia præ-
ſtat cauſam propinquam morti, *c. ſi quis viduam, 50.*
*diſt.* Arch. *in cap. fin. num. 11. 36. diſt.* Syluest. alios re-
ferens *in ſumma, verb. homicidium, 3. num. 8. verſ. 5.*
& Florent. *de irregularit. cap. 2. num* 38. Nauar. diſtin-
guens *in Man. Lat. cap. 17. n. 215.* Quando bellum eſt
iniuſtum, eſt expeditum apud omnes: ſi verò ſit iuſtum,
quamuis ſint opiniones, nihilominus tenendum eſt,
quod prædiximus, intelligendo cum Nauar. *vbi ſuprà*
77 vt tunc datio armorum † conſtituat quem irregularem,
quando dantur ad occidendum vel deformandum : ſe-
cus ſi dentur, non quidem principaliter ad deforman-
dum, ſed generaliter ad bellandum, præliandum &
vincendum, ( & ſic ante conflictum, ſecundum Ar-
chid. *vbi ſuprà* ) vt paſſim dant patres, cognati, amici
& domini Eccleſiaſtici & ſæculares, vt colligitur ex
Panor. & communi *in c. ſententiam, ne cler. vel monachus*
S. Antonin. & aliis *ibi* per Nau. *allegat.* Nec etiam qui
78 dat † balliſtam aut ſagittas ſagittariis, aliaue arma, quib.
tarius qui interficitur, vt faciant in hoſtes, ſine in-
tentione tamen ſpeciali, vt deforment, ſed generali-
ter vt vincant, iuxta Innoc. *in dict. c. ſententiam.* Neque
79 qui hortatur † milites, vt fortiter & animoſe aggre-
diantur prœlium iuſtum, vt Deo, iuramento, Regi &
Imperatoribus ſuis ſatisfaciant: nec etiam, qui in ipſo
prœlio cohortatur dicens : *Prœliamini, vincite*, iuxta
communem *in d. c. ſententiam.* Idem Nauarr. *d. cap. 27.*
*n. 109. & 217.*
80 Sic † etiam qui detrudunt homines in carcerem ita
arctum, quod incarcerati non viuunt vltra ſex vel octo
menſes propter arctationem carceris, reputabuntur,
homicidæ & irregulares, quia hæc eſt pœna magis
afflictiua, quam ſi ponerentur in patibulo: ita Cardin.
Zabarell. *in Clement. vnic. de homic.* quem refert & ſe-
quitur Florent. *vbi ſup. n. 39.* Angel. *verb. irregularitas,*
*n. 21.* & Syluest. *verb. homicid. 3. n. 10. ad fin.* dicentes, hoc
81 eſſe † contra prælatos detrudentes clericos in gabiam,
vbi veriſimile eſt, eos intra paucos dies morituros.
82 Quinto ex communi regula † atque diſtinctione re-
ceptiſſima ſupradicta deducitur, eſſe irregularem hu-
ius ſpeciei, qui domui ſuæ alit aut cuſtodit feram ali-
quam beſtiam, vt leonem, elephantem aut vrſum vel
canem, ſi ſua culpa aliquem deformet, puta ſoluendo
vel habendo ſoluta præd. animalia, quia tunc ex ope-
re illicito ſequitur deformatio: ſecus verò erit, ſi non
ſit in culpa, vt puta, quia caute & bene ligata cuſto-
diuntur, *l. 2. §. vlt. ff. ſi quadrup. pauper feciſſ. dicatur,*
*l. item Mela, §. item cum eo, ff. ad l. Aquil.* & in terminis
ita reſoluunt Hoſtienſis, Innocent. Abb. & commu-
nis *in c. ad audientiam, de homic.* vt teſtatur Nauar. *in*
*Man. Lat. c. 27. num. 227.* Syluest. *in ſumma verb. homici-*
*dium, 2. n. 16.* D. Cou. *in d. Clement. ſi furioſus, de homicid.*
*in 2. p. relect. §. 4. n. 11.* vbi addit, hunc eſſe irregularem,
ſi hæc animalia habeat etiam ligata in via vel in iti-
nere, aut in alio loco publico, quia † hoc eſt à iure 83
prohibitum, *l. hi enim, l. & generaliter, l. quia vulgo, ff. de*
*ædilit. edicto.* quorum meminit Ludou. Roman. *ſin-*
*gul. 704.* adeò, quod hic vltimus caſus punitur per illas
ll. pœna ducentorum ſolidorum. Si ergo hoc eſt illi-
citum, conſequitur, homicidium ex huiuſmodi opere
illicito ſequutum, vel deformationem eſſe imputan-
dum etiam quoad irregularitatem, habenti præd. ani-
malia, etiam ligata, in loco publico, per ſupradicta,
cum illud illicitum opus ſit periculoſum ex natura ſua
in id ordinata, ſaltem frequenter, ſcil. ad homicidium
vel deformationem, etiamſi adhibuerit omnem dili-
gentiam, quam potuit, ne ſequeretur, nempe haben-
do ea animalia ligata & cum cuſtodia in loco publi-
co : cum enim hoc ſit prohibitum à iure, vt prædi-
ximus, non ſufficit adhibitio prædicta diligentiæ poſ-
ſibilis, ne homicidium caſuale ſequeretur, ſi nihilo-
minus ſequutum fuerit, iuxta ſuperiorem commu-
nem diſtinctionem : quam doctrinam Couarruuiæ eo
non relato, ſequitur ad literam Placa *de delict. lib. 1.*
*cap. 26. num. 10.*
Sexto † ex ſupradictis deducitur, quod clericus 84
venans, aut balliſta ſe exercens, ſi aliquem caſu oc-
ciderit, configens eum iaculo præter intentionem,
exiſtimans eſſe feram, erit irregularis, etiamſi om-
nem diligentiam adhibuerit, quia dabat operam rei
illicitæ *arg. text. in c. is qui arborem, §. ſi verò, 50. diſtinct.*
per quem text. ita tenet Angel. de Clauaſ. *in ſua ſum-*
*ma, verb. homicidium, 2. §. 13.* & Syluest. *eod. verb. ho-*
*micidium, 2. num. 7.*
Sic etiam Caiet. dicit, quod † licet clericus occi- 85
dens caſu venando, ſi tantam diligentiam, quantam
laicus, adhibet, ne homicidium ſequatur, non magis
peccet, quam ille, incurrit tamen irregularitatem: Hoc
tamen intelligendum eſt in venatione & exercitio il-
lis illicitis, vel quæ ſua natura vel genere ſuo ſunt pe-
riculoſa & in homicidium directa, prout contingit in
venatione vrſorum, aprorum & neruorum, quæ ar-
mis exercetur, ſi mors ex illis contingeret : ſecus verò
de licitis, vt in venatione, quæ ſui natura in id non di-
rigitur, qualis eſt venatio paſſerum & perdicum, ad
aucupis cantum vel accipitris, ſine armis, in prouin-
ciis, in quibus non eſt prohibita.
Licet † clericus peccaret id faciendo, tempore, quo 86
diuinis intereſſe tenetur : non enim omnis venatio,
nec omne balliſtæ exercitium eſt illicitum illicita Na- 87
uar, *d. c. 27. num. 235. & 237.* Quinimo, etiamſi † clericis
eſſet interdicta venatio, non quidem propter peri-
culum homicidij, ſed propter honeſtatem, aut propter
cuſtodiam animalium, vel ob aliam licitam cauſam,
etiamſi caſu inde ſequeretur homicidium præter in-
tentionem venantis, adhibita debita diligentia ne ſe-
queretur, clericus nec quiuis alius eſſet irregularis,
quia culpa illa venandi contra prohibitionem, nulla
ex parte ad homicidium dirigitur, ſed ad tranſgreſſio-
nem præcepti, cuius violatio iuxta Canonicas ſanctio-
nes non inducit irregularitatem : ita eleganter reſol-
uunt Domin. à Soto *d. articul. 9. lib. 5. de inſtit. & iur.*
*quæſt. 1. pagin. 398. colum. 1.* D. Conarruuias *d. §. 4.*
*n. 10. verſic. quarto infertur, &c.* vbi † quod ſi venatio 88
non eſſet interdicta, ſecundum omnes, nulla contra-
heretur ex hac ſpecie irregularitas : ac proinde ſi hic
caſus contigiſſet ei, qui venari licite poterat, nullam
ex



ex eo contraheret irregularitatem, vt colligitur ex
Socino Iun. *conſil. 58. lib. 1.* & tradit Alfonſ. à Caſtr.
*lib. 2 de poteſt. l. pen. cap. 14. verſic. nec refert*, qui qui-
dem exiſtimant, aliud eſſe, ſi daretur opera venationi
illicitæ vel prohibitæ, etiam adhibita diligentia poſ-
89 ſibili ad præcauendum homicidium. Verum † hoc in-
telligi debet ſecundum Conat. *vbi ſupr.* quoties vena-
tio eſſet prohibita ob pericula homicidij, mortis aut
vulnerum, quæ ſolent contingere ex ſimili venandi
modo : ſecus vbi venatio eſſet interdicta propter ho-
neſtatem aut cuſtodiam animalium, quia tunc irregu-
laritas contraheretur, vt prædiximus, ſi nulla alia cul-
pa in ipſo actu contigerit, quam quod operam vena-
tor dabat interdictæ venationi : hæc quoad irregula-
ritatem.
90 Quoad † verò damni reſtitutionem, an & quando
teneatur quis in foro exteriori & in conſcientia, ex
culpa lata, leui & leuiſſima, videndus eſt omnino In-
nocent. *in cap. ſicut dignum, num. 4. & 5. de homicid.* &
Syluest. *in ſumma, verb. culpa, num. 5. & 6. in verſic.*
*quarto quæritur, & verb. aduocatus, n. fin.* & Greg. Lop.
*in l. 10. gloſſ. fin. tit. 15. p. 7.* & Ioan. Oroſcius *in l. 3.*
*num. 11. ff. de offic. præfect. vigil.* vbi loquuntur in dam-
no per incendium culpa lata, leui vel leuiſſima cau-
ſato : nouiſſimè Petrus à Nauar. *lib. 2. de reſtit. cap. 1.*
*num. 54. cum ſeqq.* vbi latè diſſerit alioſque plures alle-
gat, & loquitur generaliter in omni damno prædictis
culpis cauſato.
91 Septimo † infertur, quod ſi clericus percuſſerit,
non lethaliter, aſportantem rem Eccleſiæ, ex qua per-
cuſſione ille fugere non potuit, & ob id occiſus fuit à
parochianis, erit irregularis, quia etſi non teneatur
pœna homicidij, quia dabat operam rei licitæ pro de-
fenſione rerum Eccleſiæ, tenetur tamen quoad ceſſa-
tionem à diuinis, ſecundum Abb. *in cap. ſignificaſti, 2.*
*de homicid.* vbi Hoſtienſ. & communiter DD. tenent,
hunc eſſe irregularem, quia præſtitit cauſam homici-
dio, argum. *cap. de cætero, de homicid.* Hanc opinionem
ſequitur dicens, eſſe communem Syluest. *verb. homici-*
*dium, 3. num. 10.* vbi quod tenetur, ſi veriſimiliter de-
buit præuidere, quod occideretur ab aliis, ſi ipſe illum
92 fugere impediret, alias non. Ex quo † idem videtur
dicendum in eo, qui latronem res ſuas aſportantem
percuſſit, ex qua percuſſione fugere non potuit, &
ideo ab aliis fuit occiſus. In hac tamen ſpecie diſtin-
guit Syluest. *verb. homicidium, 2. num. 11.* in hunc ſci-
licet modum, vt ſi non percuſſit lethaliter, nec animo
occidendi, nec modum exceſſit debitæ tutelæ, nec de-
buit præcogitare, quod ab aliis occideretur, non eſt
irregularis, vt videtur eſſe caſus *in d. cap. ſignificaſti,*
& facit *cap. exhibita, eodem tit.* Nec obſtat *cap. de cæ-*
*tero, de homicid.* quia loquitur de cauſa propinqua ho-
midij, vt quis ſit irregularis : ſi vero percuſſit lethali-
ter, vel animo occidendi, vel modum exceſſit, vel dili-
gentiam non adhibuit præcogitando, quod veriſimili-
ter poterat occidi, eſt irregularis. Illud verò de animo
occidendi ſic ſimpliciter intellectum non eſt verum,
ſed intelligendum eſt, vt prædiximus *num. 71. cum ſeq.*
& ſecundum hæc eadem etiam videtur intelligenda
ſupra dicta principalis illatio.
93 Octauò ex † ſuperioribus deducitur, quid dicen-
dum ſit in ea quæſtione, quando quis miſit ludendo
lapidem in alium, & is à lapide fugiens ac demum
procidens in alterum lapidem caput offendens, culpa
medici vel conſanguineorum eum curantium mortem
obierit, an ille qui cauſam dederit homicidio, fiat ex
hoc irregularis : caſus eſt profecto *in cap. exhibita, de*
*homicid.* vbi in his terminis deciditur huiuſmodi ho-
micidium caſuale non imputari ei, qui non occidit nec
fuit in culpa, etiamſi ad cautelam veniam poſtulaue-
rit. Nihilominus tamen text. ille ideo procedit, quia
qui miſit lapidem, operam dabat rei *licitæ*, nec ali-
quam culpam habuit, quam ipſe præuidere potuiſſet,
idcirco irregularis non efficitur. Quod ſi culpam ha-
buiſſet, quia lapidem ita grauem miſiſſet, vt non fu-
gienti vulnus poſſet inferre periculoſum, tunc irregu-
laris eſſet, qui lapidem miſit, dedit enim operam rei
illicitæ, quia ludus erat noxius, etiam in paris : ita te-
nent Innocent. Abb. Anan. & DD. *in d. cap. exhibita,*
Syluest. *in ſumma, verb homicidium, 2. n. 13.* & eſt com-
munis ſecundum Couar. *in d. Clem ſi furioſus, 2. p. §. 2.*
*num. 9. & §. 4. num. 6.* & licet Doctores varient *in d. cap.*
*exhibita*, an in caſu illius text. imperitia medici & in-
curia parentum defuncti excuſet, omnes tamen conue-
niunt, non excuſari quemquam ex imperitia medici
nec ex inordinato regimine ipſius vulnerati, vbi con-
tigerit culpa propinqua vulneris, ex quo fuerit ſequu-
ta mors, vtputa lapidem grauem mittendo contra ali-
quem, quamuis iocoſe, ita vt non fugienti vulnus poſ-
ſet inferre periculoſum, vt eſt prædictum, quia tunc
oportuit illum fugere, vt illud periculum effugeret at-
que ita fugiendo conſequutum fuit vulnus, & ex eo
mors ex culpa propinqua mittentis lapidem. † Nono 94
hinc oritur, vt clericus introducens meretricem per
tectum in domum ſuam, ſi decidens moriatur vel abor-
tiat fiet irregularis, ſecus ſi introducit per viam planam
& idem contingat, quia licet vtrumque ſit opus illici-
tum, & ex vtroque ſequuta ſit deformatio caſualis,
prius tamen eſt ſufficienter ordinatum ad eam, poſte-
rius verò minimè : ita Nauar. *d. cap. 27. n. 235.* & ante
eum Syluest. *verb. homicidium, 2. num. 7.*
Decimo † ex eodem fonte emanat, quod preſbyter, 95
qui mittit puerum ad equitandum equum, monens
quod caueret à flumine, & tamen ſubmerſus eſt, culpa-
bilis iudicatur ab Hoſtienſ. quem refert & ſequitur
Florent. *de irreg. c. 2. n. 21.* Sic etiam † erit irregularis, 96
qui miſit puerum ad flumen, monens, vt ab eo caueret,
& ſubmerſus eſt, ſi poterat rationabiliter de periculo
cogitari, vt cum Summa confeſſorum probauit Sylu.
*verb. homidicium, 2. num. 18.*
Vndecimò † ex præcedentibus fit, irregularem eum 97
eſſe, qui ad ſeditionem & arma pulſauerit campanam,
ſi inde fuerit ex prælio inito aut pugna ſequuta mors,
cum operam rei illicitæ hic dederit, atque maximam
morti cauſam proximam, vt tenet D. Couar. *vbi ſupr. d.*
*§. 4. n. 5. verſ. 3. ad fin.* Quinimo † idem tenet DD. *in* 98
*cap. Ioannes, de homicid.* in eo, qui campanam pulſaue-
rit in ſignum, quod aliquis eſt furca ſuſpendendus aut
à miniſtris iuſtitiæ iugulandus : & ſequitur Socin. *in*
*cap. ad audientiam, n. 58. de homicid.* Sed hoc vltimum
Iure optimo falſum eſſe exiſtimat D. Couar. *vbi ſupr in*
*verſ. nec tamen*, cum hic nec cauſam propinquam nec
remotam dederit morti aut homicidio : ſicut nec ille
erit irregularis, qui ligna aut † ſtramenta dederit ad 99
comburendum hæreticum, iam mortuum, ſecus ſi ad
viuum concremandum, ſi illa materia illata lignorum
cooperata eſt ad combuſtionem & mortem hæretico-
rum, quia hic dubio procul erit irregularis, vt proba-
uit Card. *in d. Clem. ſi furioſus, ad fin* & Socin. *in d. cap.*
*ad audientiam, num. 62.* Palud. *in 4. ſentent. diſt. 25 q. 4.*
Specul. *tit. de diſpenſ. §. iuxta, n. 44.* Sylu. *verb. homici-*
*dium, 3. n. 10. verſ. decimum*, D. Couar. *d. n. 5. verſ. nec ta-*
*men*, & Beatus Anton. *de irreg. cap. 2. n. 27.* vbi inquit
quod ſi illa materia non eſt cooperata, puta, quia iam
mortui erant, quando ligna illata fuerunt, vel ante-
quam accenderetur ignis in illa materia, non eſt irre-
gularis, addens, quod ſi de hoc dubitetur, melius eſt
tenere certum, & ſe reputare irregularem.
Similiter † fatentur omnes DD. *in cap. ex literis,* 100
*num. 2. & in d. cap. Ioannes, de homicid.* quod ſi pulſatio
Bb campanarum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

iniuſta deformatione: argum. *cap. ſi quis viduam, 50. diſtinct. & cap. periculoſè, de pœnitentia, diſtinct.* 1. quia
ex ipſius opere illicito ad eam ordinato ſequuta eſt:
quanquam nemo ſit irregularis ex ſola complacentia,
quod deformetur alius; id enim non conſequitur ex
ea, iuxta gloſſ. *verb. conſilio, in d. cap. ſi quis viduam*, licet
in eo peccet ſecundum Nauar. *d. c. 27. n. 131.* irregula-
118 ritatem † enim non incurrit homicida mentalis tan-
tum, niſi actu homo interficiatur; quia lex promotio-
nis factum requirit, Abb. *in cap. ſi aliquis, n. 3. de homic.*
D. Couar. *in d. Clement. ſi furioſus, 1. p. in princ. num. 4.* &
Nauar. *in d. manual. Latin. cap. 27. n. 192.* Decimo quar-
to ex præd. regul. communi infertur, quod ſi quis
mandet aut conſulat amico ſuo, vt alium interficiat, &
ab hoc ille occidatur, erit irregularis mandans aut con-
ſulens, quia dedit operam rei illicitæ: quia cogitare
debuit hoc euenire poſſe: ita Ioan. Andr. *in cap. fin.* ar-
gum. text. *ibi de homicid. lib. 6.* quem ſequitur Abb. *n. 6.*
& Anan. *n. 12.* alios allegans *in cap. ad audientiam, de ho-
micid.* Denique ſi quis ad defenſionem proximi ag-
greſſorem eius occidat, efficitur irregularis, Villadieg.
*de irregul. cap. 6. num. 77. & ibi addit.* plures citans te-
ſtatur eam eſſe communem opinionem.

119 Supereſt † modo, vt deſcendamus ad comprobatio-
nem ſecundæ partis communis regulæ ſupra aſſigna-
tæ, quæ habet; quod dans operam rei illicitæ, tunc
demum, ex homicidio inde conſequuto, ſit irregularis,
cum non adhibuit omnem diligentiam, quam potuit
& debuit adhibere, alias ſecus; & ad nonnulla, quæ
ex ea etiam deducuntur. Hæc ſecunda pars regulæ
probatur expreſſè *in cap. dilectus, & in cap. ſignificaſti,
el. 1. & in cap. presbyterum, & in cap. ex literis, el. 2. & in
cap. Ioannes, de homicid.* quorum text. caſus contingi-
biles ſunt ac iucundi, ideo videndi: & pro intellectu
*d. c. dilectus, & d. c. ſignificaſti, el.* 1. eſt obſeruandum.

Primò, eſſe irregularem illum clericum, qui contra
prohibitionem equitaret & ſic daret operam rei illici-
tæ, etiamſi abſque eius culpa puerum equi impulſu oc-
120 cideret, vt in priori parte noſtræ regulæ: Nam † ideo
in caſu *d. cap. dilectus, & d. cap. ſignificaſti, el.* 1. clericus
huiuſmodi non eſt irregularis, etiam equi impulſu,
abſque eius tamen culpa, puerum occiderit, quia ſeſſor
nec voluntate nec actu homicidium perpetrauerit nec
dederit operam rei illicitæ: Ergo ſi contra prohibi-
tionem equitaret & occideret, quod in præcitatis re-
ſponſis continetur, foret planè irregularis, vt deducitur
ex mente omnium Doctorum *in d. cap. dilectus, & in d.
cap. ſignificaſti, el.* 1. & tenet in terminis Caiet. *in 2. 2.
quæſt. 64. num. 8 verb. inde ſi religioſo.*

Hæc tamen ſententia Caiet. minimè quidem vera
videtur, quia etſi per prohibitionem videatur effici res
illicita, nempe equitare, vt puta, ſi quis cum eſſet à iu-
dice vel ſuperiore domũ exire prohibitus vel equita-
re, & is, ſpreto hoc præcepto, extra domum equitaret
atque abſque alia eius culpa equus calce aliquem oc-
cideret, attamen cauſa hæc ſiue culpa, quæ deducitur
ex illa prohibitione, cum non ſit propinqua neque di-
recta in illud homicidium, prout alias requiritur ad
inducendam irregularitatem ex homicidio caſuali, vt
prædiximus, non videtur ſufficiens (niſi alia culpa in
id propinqua ſiue directa interceſſerit, de qua ſtatim
agemus) ad eam inducendam in propoſita ſpecie,
etiamſi ab opere alias illicito proceſſerit, vt pluribus
huius rei exemplis ſupra poſitis comprobari poteſt,
atque ex aliis *infra* dicendis: & ita merito hanc par-
tem contra Caiet. *vbi ſupra*, probat in terminis D. Co-
uar. *in d. Clem. ſi furioſus, 2. part. §. 4. n. 10. verſ. quarto ipſe*
121 *conſidero.* Idem erit, † ſi equitatio illa clerico fuiſſet
nocua & contra iuſſum medici deliquiſſe; Nam non
erit ex hoc irregularis propter homicidium caſuale
inde ſequutum; Nam peccatum, quod fuit in cauſa, ex
natura ſua nihil ad homicidium referebat: ita Domin.
à Sot. *vbi ſuprà, in verſ. item in d. cap. dilectus, pag. 398.
& pag. 396. colum. 2. verſ. atque ex hoc*, vbi quod non
ſit peccatum mortale ſed veniale tantum. Similiter
† ex hoc non fiet irregularis monachus Minor pec- 122
cans equitando, eo, quod mula manſuetiſſima, qua ve-
hitur, citra aliam ſuam culpam, puerum occidit, quia
culpa inſeſſionis huiuſmodi mulæ nullatenus dirige-
batur in talem mortem: ita tenet Nauar. *d. c. 27. n. 238.*
quod verum credo. Alia † autem culpa ſeſſoris eum 123
in præſenti ſpecie irregularem efficeret, illa nempe, ſi
frænum de facili frangi potuit: argum. *d. c. ſignificaſti*,
vel ſi propter eius imperitiam vel impotentiam equus
laſciuiſſet, vel ſi quæ debuit præuidere vel facere, &
non præuidit nec fecit: argum. text. *in §. impetu quo-
que, Inſtit. ad l. Aquil.* ita gloſſ. *in d. cap. dilectus, verb.
fræno, & ibi* DD. ſequitur Syluest. *in ſumma, verb. homi-
cidium, 3. num. 10. verſ.* 8.

Secundò † ex ſupra dicta ſecunda parte communis 124
regulæ infertur ad intellectum & concordiam text. *in
cap. continebatur, de homic.* vbi Diaconus irregularis
cenſetur, qui ludens cum clericis & laicis ad iaciendos
baculos ſuos in directum leuandi laboris gratia, è vi-
neis Eccleſiæ opere conſummato, redeuntes, eo, quod
dum alter victor in illo ludo in eum equitaturus inſi-
liens non cauit, ne falce, qua ipſe erat accinctus, laicus
ille vulneraretur, cum tamen ob id periculum non vi-
tatum, ille laicus percuſſus falce mortale vulnus acce-
pit, de quo poſt dies octo exſpirauit; debuit enim fal-
cem amouere. *& cap. lator, eiuſdem tit. ſtatim ſequentis*,
vbi cum Petrus clericus, caſu ludens cum altero cleri-
co, proiectus fuiſſet ab eo in terram, cultellus eiuſdem
Petri, quem ad latus ſuum habebat, in alterum inci-
dit & fortuito caſu occubuit vulneratus, & tamen
non condemnatur irregularitatis pœna ille Petrus:
Hæc namque eſt diſcriminis ratio inter illa iura: in
priori etenim ſpecie *d. cap. continebatur*, Diaconus ille
irregularis cenſetur, non ob id, quod operam dabat rei
illicitæ, prout nonnulli interpretes voluerunt *ibidem*,
inter quos & Nauar. *d. capitul. 27. num. 235.* nam iace-
re baculos leuandi laboris gratia, nec erat clericis in-
terdictum nec periculoſum, vt notat *ibi* Abbas, ſed
propterea, quod cum alter in eum inſiluit, debuiſſet
cauere, ne falce, qua ipſe erat præcinctus, vulneraretur,
amouendo eam, ſicque fuit culpa, quia non adhibuit
diligentiam, quam debuit, in præcauendo homici-
dij cauſam; at verò in altera ſpecie *d. cap. lator*, dili-
gentiam adhibuit, vel ſaltem non ex ſua negligentia
cultellus eius in alterum incidit, & ideo non efficitur
irregularis; non fuit enim illicitus ille ludus, ſed per-
cuſſus cultello alterius proiecti ab eo in terram, caſu,
abſque culpa habentis cultellum, vulneratus fuit, ex
quo occubuit; Petrus autem prædictus nullam cul-
pam habuit, quia patiens fuit tantum, ſecundum gloſſ.
*ibi verb. terram, gloſſ. etiam, in cap. ad audientiam, eodem
tit. de homicid. verb. ad familiam*, & vtrobique Abb. &
communiter doctor. ac proinde minimè irregularis
iudicatur, iuxta communem præcedentem reſolutio-
nem. Quinimo ille percuſſus fuit quodammodo in
culpa, proiiciendo alterum in terram: & ita gloſſ. *fin.
in d. cap. continebatur*, Abb. & communiter Doct. hæc
iura concordant atque hoc modo intelligunt, & præ-
terea Syluest. *in ſumma, verb. homicidium, 2. num. 5.* &
Dominic. à Sot. *d. lib. 5. de iuſt. & iur. quæſt. 1. art. 9. in
verſic. & per hanc deciſionem, pag. mihi 398. col.* 2. quam-
uis ipſe aliter & non rectè intellexerit ſpeciem caſus
*dict. cap. lator*, nempe quod ibi clericus, qui alterum
in terram proiecit, habebat cultellum, quo proie-
ctus fuit vulneratus: quod opus videbatur illicitum,
ſed



ſed quia non ex ſua negligentia cultellus eius in alte-
rum incidit, non condemnatur irregularitatis pœna:
ſed hoc non ita ibi contigit, ſed potius cultello cleri-
ci proiecto in terram fuit vulneratus alter clericus,
proiiciens alterum in terram, vt prædiximus, ſicut ac-
curatè intuenti literam text. patebit cum gloſſ. *ibidem,
& in dict. cap. ad audientiam*, & aliis DD. & iuxta hanc
ſpeciem & caſus figuram veriorem illius text. *in cap.
lator*, deciſio eius iuſtiſſima eſt. Eandem concordiam
ad præd. iura, quamuis eorum ſpecies non fingat, ſequi-
tur & teſtatur eſſe communem omnium ſententiam
D. Couar. *in d. Clem. ſi furioſus, de homicid. 2. p. §. 4. n. 8.*
nec etiam in caſu *d. cap. lator*, decidens ſuo ſe cultello
deformauit, vt ſentit Nauar. *vbi ſuprà*, qui eſt contra
textum *in d. cap. lator*, ibi *Cuius cultellus, quem ad latus
ſuum habebat, in alterum incidit.*

125 Quibus † fit, ludum palæſtræ (hoc eſt lucha) lici-
tum eſſe etiam clericis, vt ex *d. c. lator*, ſatis probatur:
126 ludi † enim exercendi vires cauſa introducti, liciti ſunt,
vt *in l. ſolent, cum ſimil. ff. de alea luſu & aleat.* quod enim
lege permittente fit, pœnam non meretur, *l. Gracchus,
C. ad l. Iul. de adult.* notat in ſpecie Couar. *vbi ſupra, d.
n. 8.* & Iacob. Menoch. *de arbitr. iud. cent. 4. caſu 400.
127 num. 3.* † ſed tunc demum ludi, cauſa exercendarum vi-
rium clericis, ſaltem conſtitutis in ſacris licent, quo-
ties hi ludi non ſint communi hominum iudicio pe-
riculoſi ad vulnera vel mortem; quod ex multis, quæ
notari ſolent *in cap. 1. & in cap. ſententiam ſanguinis, ne
cler. vel Monach. & in cap. 1. de torneament.* probat at-
que ita opinatur, & rectè D. Couar. *vbi ſupra.*

128 Quinimò † ſi quis in hoc ludo vſus defenſione &
natura ludi, ne victus euadat, alterum occiderit, non
tenebitur de homicidio, vt *in l. qua actione, §. ſi in collu-
ctatione, ff. ad l. Aquil.* vbi dicitur; *Aquiliæ actionem
ceſſare in eum, qui in publico certamine aliquem occiderit,
quia gloria cauſſa & virtutis id feciſſe videtur, non iniu-
ria damnum datum, & in §. ſi quis, eiuſdem l. & in l. ſi ex
plagis, §. vltim. ff. ad l. Aquiliam*, idem lege Platonis *dia-
log. 9. de legibus* ſancitum exſtat: *Si quis* (inquit) *in
in certamine, publiciſque gymnaſiis non ſponte ſiue confe-
ſtim, ſiue poſtea ex vulneribus ſequuta mors ſit, amicum
hominem interfecerit vel in bello ſimiliter, vel in exercita-
tione bellica magiſtratibus inſtituta, ſeu nudis corporibus
ſeu ad imitationem veri belli armatis, ſecundum legem à
Delphico Apolline latam mundus ſit:* & in terminis
hanc ſententiam probarunt gloſſ. Alberic. & Iaſon *in
l. in exequutione, §. vltim. ff. de verb. obligat.* Anchar. *con-
ſil. 183. incip. iure ſtricto.* Soc. Senior *conſ. 16. lib. 1.
col. vlt.* Decius *conſil. 9. n. 4.* D. Couar. & Menoch. *vbi
ſupra*, alios citantes Auendan. *2. part. cap. 16. prat. n. 13.*
129 Vbi † hoc limitat niſi ludus eſſet impellendo alium,
vt ſolet contingere *en los que burlan con armas, o lu-
chan*, quia qui alium occidit in tali ludo, punitur arbi-
trariè, vt *in l. 6. in princip. tit. 15. part. 7.* & ad ſatisfa-
ctionem damni parti læſæ dati, vt *ibid.* probat: ſi ve-
rò nulla eſſet culpa, non teneretur, etiam ciuiliter
actione l. Aquiliæ, ex quo dabat operam rei licitæ, ſe-
cundum Greg. Lopez *ibidem* in gloſſ. *Por ſu culpa:*
inferens ex hoc, quod ſi in caſu *l. ſcientiam, §. qui
cum aliter, ff. ad l. Aquil.* iactus lapidis fuit neceſſarius
ad defenſionem: & prætereuntem alium non vidit, vel
alias excuſabilis eſſet à culpa, non teneretur: Quinimo
130 † generaliter, quando omnino ceſſat culpa in occi-
dente, quia cum eſſet amicus occiſi, geſſit actum (in-
tellige licitum) in loco ſolito & in forma ſolita, & hoc
non obſtante, ſequuta eſt mors & damnum tertio, in
hac ſpecie ad nihilum tenebitur, qui fecit actum, ex
quo hoc fuit ſequutum, vt *in l. 4. tit. 8. part. 5. & in l. 4.
tit. 8. & in l. 6. tit. 15. part. 7. & in l. 12. & 13. tit... lib. 23.
& Noua Collect. Reg.* vbi pro homicidio caſuali abſque
culpa aliqua exercentis actum licitum ac conſuetum
tempore debito, & monendo tranſeuntes, vt ſe præca-
ueant, cæteriſque neceſſariis obſeruatis, non tenetur
quis pœna aliqua, nec ad ſatisfactionem damni ſoluen-
dam, vtputa in currente equum loco conſueto occi-
dente ibi hominem, forte tranſeuntem, & in putatore
arborum, aut in tecta domus reficiente admonendo
tranſeuntes, ita quod exaudiri poſſent, ſi caſu præter
intentionem aliquis occidatur ex iactione arboris, la-
pidis, regulæ, alteriuſve ligni vel rei iuramento pro-
prio purgante innocentiam ſuam, & teſtibus, quod
non erat inimicus occiſi; Nam tunc temporis & in ſi-
milibus caſibus ad nihilum tenebitur, ſecus alias, vt in
caſibus *dictarum ll. 12. & 13. Noua Collect. Reg. & l. 6.
tit. 15. p. 6.* In illo vero † genere ludi, in quo quis eſt li- 131
ber in totũ à pœna criminali, quia nihil culpæ eſt ad-
mixtum, etiam eſt liber à damno pecuniario, & ideo
Vxor aut filij hominis occiſi non poſſunt petere dam-
na hominis ſic occiſi, quæ ſibi ſequuta ſunt atque ſe-
quentur, eo quod carent ipſius operibus, vt *in l. fin. ff. de
his qui deiec. vel effud.* vt tenet Auend. *vbi ſupr.* & pro-
batur arg. *prædict. ll. Partitar.* ſecus verò erit, ſi aliquid
eſſet culpæ admixtum, licet paruum & leue, quia tunc
veniret ob id extraordinariè puniendus & in damnis
condemnandus, ſecund. eundem Auend. & Plac. *in epit.
de delict. lib. 1. c. 26. n. 1.* vbi allegat alios. Verbi gratia,
† in eo, qui tempore carniſpriuij cum ſpingarda per- 132
cuſſit alium papyro eiecta, nam licet id ſoleat fieri illo
tempore, non tamen immittendo contra perſonas, ſe-
cundum Pariſ. de Puteo *in tract. ſyndicat. in parte pœna,
cap. quia vadis, in fin.* vbi, *& in cap. præcedenti*, notabili-
ter loquitur in iſta materia. Vnde infertur, † quod ſi 133
duo ſe diffidaſſent ad dandum vnum ictum vel ſe oc-
cidendum, tales debent condemnari ad emendam erga
Regem aut aliud damnum, ſed non vnus erga alium,
quia ſcienti & volenti non fit iniuria, vt *in regul. iuris
vulgari*: ita Boër. *deciſ. 237. num. 4.* Hodie de † pœnis 134
pugnantium per duellum, deque eorum patrinis &
dominis temporalibus duellum permittentibus, vi-
dendum eſt *cap. 19. in decret. de reformation. incip. dete-
ſtabilis duellorum vſus, ſeſſ. 25. ſacri Concil. Trident.* & in
propoſito Nauar. *in manual. Latin. cap. 11. num. 39.* &
frater Anton. à Cordub. *in ſua ſumma de caſos de con-
ſciencia, quæſt. 59. pag. fin.*

Sed quod † ad pœnam irregularitatis ſpectat, cum 135
ludus palæſtræ ſit licitus etiam clericis in ſacris con-
ſtitutis, ſimiliter & alij ludi exercendi vires cauſa, quo-
ties non ſunt communi hominum iudicio periculoſi
ad vulnera vel mortem, vt prædiximus, ſi inde homi-
cidium caſuale, vel deformatio præter intentionem, &
abſque aliqua culpa ſuccedat, non erit imputandum
ludentibus, ac proinde non efficientur irregulares, vt
probauimus, ſicut illis quoad culpam non imputatur:
ſecus verò erit, ſi prædict. ludi communi hominum
iudicio ſint periculoſi ad vulnera vel ad mortem, tunc
enim tanquam cauſa propinqua & in id directa, ſunt
vitandi, & aliter facientes erunt irregulares, ſi inde
homicidium vel mutilatio membri accidat, etiam ca-
ſu, iuxta doctrinam ſuperius traditam.

Item etiamſi ludus licitus ſit, ſi tamen occidens vel
mutilans non adhibuit debitam diligentiam, quam
potuit præcauendo vt id eueniret, irregularis erit, vt
in caſu *d. cap. continebatur, & ſim.*

Hinc eſt, † vt reficiens tecta aut lapidem in ali-
quem locum iaciens, ſi aliquem occidat aut deformet
præter intentionem, erit irregularis, ſi dicto aut ſigno
debitè non præmonuit illac tranſituros, alioqui ſecus,
argum. *l. ſi putator, ff. ad l. Aquil. & cap. ſi duo, & cap.
clerico, 50. diſtinct. & præd. ll. Regiarum*: ita in terminis
tenet Nauar. *in dict. c. 27. num. 235.* addens idem eſſe in

iaciente lapides in ſues aut alia animalia, aliquem de-
formante,quia erit irregularis , ſi admiſit culpam,non
ſatis circumſpectè id faciendo : alias non, iuxta gloſſ.
*in d. cap.clerico*

137 Idem eadem † ratione erit dicendum in currente
equum in loco ſolito & ad id conſueto,& in putatore
arborum,& in ſimilibus caſibus,de quibus in dd.legi-
bus Regiis , quia ſi debitè & iuxta formam earum ni-
hil de contingentibus præmittendo id fecerint, ſicut
nulla pœna exteriori tenentur, ita nec erunt irregula-
res ex homicidio vel deformatione inde caſu ſubſe-
quutis , præter eorum intentionem , & ſine aliqua eo-
rum culpa,alias ſecus,vt in cædente arborem ſuam re-
ctè probauit Syluest.*in ſumma verb.homicidium*,2.*n*.12.
& Sot. *vbi ſuprà pag*.398. *colum*.1.& Nauar. *d. cap*.27.
*num*.237. & in cæteris ſimilibus eadem ratio militat,
ac proinde idem eſt dicendum , vt prædiximus. Non
tamen in hac eadem ſpecie bene diſtinxit Syluest. *vbi
ſupra , d. num*.12. inter cædentem arborem propriam,
nihil de contingentibus omittendo , circumſpiciendo
& clamando fortiter & tempeſtiue , vt is ex homici-
dio inde ſequuto irregularis non ſit,vt prædiximus,&
inter cædentem arborem alienam,etiamſi prædict.exa-
ctam diligentiam obſeruauerit , vt is ſit irregularis,
quia dabat operam rei illicitæ , hoc eſt furto : Vtro-
que enim caſu irregularis minimè erit,ſeruatis ſeruan-
dis : quia licèt hoc poſteriori dederit operam rei illi-
citæ , opus tamen illud ex genere ſuo non eſt pericu-
loſum, prout alias requiritur ad hoc, vt ex homicidio
caſuali inde ſequuto contrahatur irregularitas:Ita me-
lius aduerſus Syluest docuit Soto *vbi ſupr*. quem ſe-
138 quutus eſt Nauar. etiam *vbi ſupr.d.num*.237. Idem erit
dicendum indiſtinctè in nobili ſæculari in proprio ne-
more vel alieno venante , ſi merè caſualiter hominem
occiderit præter intentionem ; Non enim ex hoc fiet
irregularis ad ſuſcipiendum ordines : etiamſi contra
domini nemoris voluntatem illic deprædetur feras,
ſecund. Dominic.à Sot.*vbi ſupr*. quod ex eadem radi-
ce procedit.

139 In ſumma,† quoties in præd.ludis quis culpam con-
miſerit propinquam homicidio vel deformationi, ob
non adhibitam diligentiam debitam , vel omittendo
præcauere quod debuit,exiſtimo,hunc præter pœnam
exteriorem,quæ ſibi iuxta qualitatem delicti infligen-
da eſt , effici irregularem , per omnia ſupra dict. non
ſemel repetita.

140 Culpa † autem leuiſſima non ſufficeret hoc caſu ad
irregularitatem incurrendam , ſed tantum grauis vel
leuis,vt *in capitul.quæſitum,de pœnit.& remiſſ*.vbi pro-
batur,quod homicidium filiorum à parentibus perpe-
tratum, illis imputatur, ſi fiat ex procuratione vel ne-
gligentia,non autem imputatur eis,ſi veniat ex eorum
incuria,& *ibi* Abb.hoc notat Angel. *verb.irregularitas*,
§.3. Syluest.*verb homicidium*,2.*num*.1. *&* *in* §.23.*n*.15.
quos ſequitur doct.Couar. *vbi ſuprà,d*.§. 4. *n*.9.aduer-
ſus gloſſ. *in cap.ſignificaſti*,*el* 1.*de homicid*. tenentem,
culpam leuiſſimam eius , qui rei licitæ operam dabat,
imputari ad irregularitatem : Exempla tamen , quæ
illi opinioni aſſignarunt Hoſtienſ. & Ioan. Andr. po-
tius pertinent ad culpam leuem , quam ad leuiſſimam,
ac proinde verior eſt opinio contraria negatiua con-
tra gloſſ. illam : Intelligit tamen eam Abb.& rectè,in
culpa commiſſa in omittendo , inferens, quod leuiſſi-
ma culpa in homicidio non inducit irregularitatem,
quando ſine actu & alia procuratione homicidium ſe-
quutum eſt : ſecus ſi homicidium ſit voluntarium,
quia in eo etiam nullam inducit irregularitatem , vt in
iudice ſuſpendente latronem;Nam ſi in faciendo con-
ſiſteret,profectò ſufficeret ad irregularitatem,per text.
optimum *in cap. conſuluiſti*,2.*quæſt*.5.& *ibi* gloſſ.ſequi-
tur Syluest. poſt ſummam Roſel. & Couar. *vbi ſuprà*,
quamuis Ang. *vbi ſuprà*,aliud velit & contrarium pro-
bet Petrus à Nauar. nouiſſimè *lib*.2. *de reſtit.c*.1. *n*.45.
*cum ſeq*. Sed quam prædiximus ſententiam ſublimitat
Syluest. *vbi ſuprà*, ſi præceſſit culpa leuiſſima aliquid
licitè agendo , quia ex ea non eſſet quis irregularis:
quod verum eſſe dicit indubitanter,quando agitur ali-
quid licitum ad commodum occiſorum,vel proprium,
vt in exemplis,de quibus *ibi* per eum, vbi ſe ad alium
remittit locum. Quinimo Couarr. *vbi ſupr*. probat,
† irregularitatem in propoſito contrahi ex culpa con- 141
ſiſtente etiam in omittendo , vbi quis mercede con-
ductus teneretur ad diligentiam exhibendam , vt *ibi
per eum*.

Hinc † probanda venit , aut ſaltem intelligenda & 142
declaranda per ſupra dicta ſententia Domin.à Soto *d.
art*.9.*lib*.5.*de iuſtitia & iur.q*.1.*ad fin. art*. exiſtimantis
contra Caiet.*in ſumma verb. irregularitas*,non ſufficere
culpam venialem vel leuiſſimam in homicidio caſuali
admiſſam ad irregularitatem incurrendam, vt ſi in ca-
ſu *d. Clementin. ſi furioſus* , alterum occidens ad ſuam
defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ, non
vſque adeo proſpexerit per leuiſſimam culpam venia-
lem an citra illud poterat ſe defendere ; Hic namque
ſecundum Sot. non erit irregularis ex ſola illa leuiſſi-
ma culpa veniali , ſi aliud non obſiſtat: cuius opinio-
nem contra Caiet.*vbi ſupr*.latè & bene probat Nauar.
*d. cap* 27. *n*.249. *in verſ*.7. ſed cum diſtinctione præd.
res hæc apertior & ſecurior fiet.

Superiora † dicta de homicidio caſuali ex ludo li- 143
cito ſubſequuto,procedunt,vbi ludus publicè conceſ-
ſus eſt & caſus culpa caret omnino vel ſaltem aliqua
interceſſit , ſecundum quæ in vnoquoque caſu reſpe-
ctiuè diximus. Si vero † & ſecundo in eo ludo per-
miſſo ludens data opera ſocium interficeret vel vulne-
raret , tunc lege Aquilia tenebitur & pœna l. Corne-
liæ,vt probat Menoch.*vbi ſuprà,num* 4. Et ſanè in hac
ſpecie apertè contrahitur irregularitas , cum homici-
dium ſit omnino voluntarium , per *ſupradict. in princ.
huius cap*.

Si vero , & tertio , quis † in ludo publicè conceſſo 144
alterum ex aſtantibus occiderit,hoc caſu non punitur,
ſi omni culpa careat : Ita ſenſit & rectè, Pariſ. de Pu-
teo *de ludo,num*.4. *verſ.quid ſi percutiat* , & per conſe-
quens irregularitatem non incurret , per *ſupra dicta in
propoſito* : quod ſi in aliqua culpa fuerit deprehenſus,
punietur pœna arbitraria , & ad reſarciendum dam-
num, vt prædiximus , & præterea probat Menoch. *d.
caſ*.400.*num*.5.*centur*.4.tuncque etiam erit irregularis,
ſi non adhibuerit diligentiam debitam in præcauendo
homicidium illud , vt etiam *ſupra* reſoluimus : quod
† ſi data opera alterum ex circumſtantibus occidit lu- 145
dens ludo permiſſo,tunc abſque dubio tenebitur pœ-
na ordinaria,ſecundum eundem Menoch.*vbi ſupr.n*.6.
& irregularitatem contrahet per *ſupra* dicta.

Denique,& † quarto,ſi ludus non ſit licitus & lege 146
permiſſus, ſed malo vſu & corruptela toleratus proii-
ciendi lapides in offenſionem , vt Bononiæ & Pariſiis
exſtat , qua pueri vltro ſolent lapidibus ludere , & ſe
vulneribus afficere,vt refert Cremenſ.*ſing*.149. & Se-
nis ſecund.Alciat.*de ſing.certam.cap*.3.ſed & in quam-
pluribus partibus Hiſpaniæ idem mos peruerſus ino-
leuit,qui vtinam lege Regia aut ſtatutis ciuitatum vel
oppidorum tolleretur , tam inter pueros quam inter
maiores, cum ſit noxius , graui pœna adhibita aduer-
ſus contrarium facientes : quamuis Abb. & Anan. *in
cap.exhibita , de homic*. minus rectè exiſtimauerit , lu-
dum illum proiiciendi lapides eſſe licitum inter pue-
ros , licet inter maiores eſſet reprobus , quia noxius,
*l.nam ludus , ff. ad leg. Aquiliam*.

Nihilomi



147 Nihilominus † tamen propter tolerantiam ac malum
vſum , puer vulnerans aut occidens alterum in prædi-
cto ludo,excuſatur à pœna ordinaria homicidij,ſecun-
dum Cremenſ. *vbi ſupra* , & Petrum Ancha.*conſ*.183.
*incip. iure ſtricto , & in c.cum venerabilis, de conſuetud*.
Cæpoll. *conſ*.30.*&* 31. vbi late differit Barbat.*conſ*.29.
*colum. pen. lib*. 2. Socin. *in l*. 1. §. *vlt. num*.19.*ff.ſi quis
ius dicent . non obtemper*. Iaſ. *in l. ait prætor* , §. *iurari*,
*num*. 16.*ff. de iureiur*.Hippolyt.de Marſil.*in l*.1.*in princ.
num*.86. *ff. ad.l.Cornel. de ſicar*. Ruin. *conſ*.143.*num*.27.
*lib*.5.Dec *conſ*.9.*n*.4.*verſ*.5. *ad propoſitum* , *& conſ*.175.
*col antepenul.verſic. tert. &c. & conſ*.197.*colum*.2.ſequi-
tur plures referens D. Couar. *in d*.§.4 *n*.6.& Menoch.
*vbi ſupr. num*.7. *cum ſequent*. & nouiſſimè Franciſcus
Beccius *conſil*.4. *num*.17. *lib*.1. vbi allegat Alexand. *in
quibuſdam conſiliis*.

148 Quod omnes † iuris interpretes procedere intelli-
gunt quoad pœnam temporalem,ſecus quoad æter-
nam ; Nemo enim huius corruptelæ prætextu eam
effugiet vt aſſerit Menoch.*vbi ſupr.n*.11. Irregularita-
tem bene incurrent,ſic lapidantes alios,ſi ex prædicta
lapidatione culpa proxima & in id directa ſequatur
homicidium : tum , quia quodammodo eſt volunta-
rium,licet id non intendant,ſed tantum vulnerare ar-
gum.*cap. fin. de homic. lib*.6. tum etiam,quia prædicti
ſic lapidantes dant operam rei illicitæ , ex qua pericu-
lum veriſimile offertur , cum ſæpè homicidia ea ex
culpa ſubſequantur, iuxta ſuperiorem communem re-
149 ſolutionem primæ partis regulæ. Ex quo facile † &
quinto obſeruandum erit,idem eſſe à fortiori, quando
ludus non eſſet auctoritate publica vel tolerantia per-
miſſus,ſed potius prohibitus, & tamen ſæpè eo vtun-
tur priuati , quia tunc & arbitrio iudicis punitur , qui
immediatè in ipſo ludo ſine culpa alterum occidit vel
vulnerauit,vt cum Coſt.*in tract.de ludo,art*.1.§.2.*n*.14.
probat Menoch. *vbi ſupr. n*.12. *&* 13. & irregularita-
tem incurret , ſi homicidium etiam abſque culpa ſe-
quatur , quia dabat operam rei illicitæ per prædicta.

150 Sextò , ſi † ludus non eſſet prohibitus publica au-
ctoritate,ſed imo permiſſus & licitus , & priuati ſæpè
ea vtantur,vt ludus pilæ vel barræ, ſi ſine culpa & do-
lo alterius ex ſociis alterum in terram deiiciat , & is
crus , vel brachium , vel caput frangat , ille , qui eum
impulit,nulla pœna tenetur , ſecund. Puteum *in tract.
de ludo,num*.54.& Menoch.*vbi ſuprà,num*.14.per *l.ſi ex
plagiis*,§.*vltim ff. ad l. Aquil*. quia dabat operam rei li-
citæ : Ego quoad irregularitatem idem probo , ſi ad-
hibita ſit omnis diligentia debita,ne id ſuccederet,&
nulla culpa ſecundum leges ludi ei imputari poſſet:
ſecund. quod etiam dictum Putei & Menoch. præce-
dens intelligendum fore videtur : Si enim aliqua cul-
pa,etiam leuiſſima , impellenti imputari poſſet , cum
ſit commiſſa in faciendo , eum irregulatem efficeret,
iuxta *ſuprà proximè dicta*.

151 Septimò , † poterit ſanè ludus proiiciendi lapides
vno caſu licere,ſi is contigerit ad vires corporis & in-
duſtriã experiendas , non verò ad nocendum , de quo
apud veteres ſit mẽtio,vt curioſè ex bonis auctoribus,
Græcis atque Latinis,probat Cou.*vbi ſupr. d*. §.4.*n*.6.
vbi *n*.7.etiam agit de diſco ferreo,quo veteres vteban-
tur ad hoc exercitium, (quod apud Hiſpanos appella-
tur *ingar al erron* ) ſi ex hoc ludo licito homicidium
caſuale contingat,omnino inculpatũ, liber erit iaciens
à pœna exteriori atque irregularitatis : ſi verò culpa
aliqua eidem imputari poſſit, quia non obſeruauit de-
bitam ac poſſibilem ſibi diligentiam , ne id continge-
ret , vtpote quia non precauit nec admonuit circum-
ſtantes vel tranſeuntes;vt debebat,vel alias culpabilis
exſiſtat, & in iudicio exteriore punietur pro modo
culpæ & irregularitatem incurret,*per ſuperiora*.

Octauò , ſi † duo alea vel cartis ludentes , conten- 152
dentes atque iurgantes inter ſe ſuper ludo ( vt ſæpe
contingit ) ad arma peruenïant , & vnus alterum vul-
neret vel occidat,puniri debet ſecundum Puteum *vbi
ſupra , num*.48.*l*.1.§. *in eum* , *& in* §.*ſi rapinam* , iuncta
*l*.2.*ff.de alea luſ.& aleat*.vbi Bart.& Caccialup *in tract.
de ludo , num*. 7. quos ſequitur Menoch. *vbi ſupra,
num*. 15. & † præter hoc abſque dubio in præmiſſa 153
ſpecie occidens alterum vel eum deformans, erit irre-
gularis ; tum , quia dabat operam rei illicitæ ; tum
etiam , quia huiuſmodi homicidium , non tam caſu,
quam voluntate commiſſum dici poteſt : Nec hoc
† caſu ille , qui confecit illicite cartas ad ludendum, 154
aduerſus prohibitionem , irregularis erit , ſecundum
Socin. *in cap. ad audientiam , num*. 49. *de homic*. quem
ſequitur Couar. *dict*. §. 4. *num*. 10. *verſic.primus,vbi in
verſ. ſecundo* , idem † cum Alfonſo à Caſtro cenſet in 155
eo,qui cum eſſet artifex, ex ferro furto ſublato enſem
fecerit & qui ab eo illum emerit , hominem occide-
rit , hic ſiquidem artifex non erit irregularis.

Nonò , † ſi vnus ludentium ludo alearum prohi- 156
bito verberaret eum , qui domum & aleas ad luden-
dum paratas habet , & ſic ſuſceptorem luſorum , qui
apud nos *tablagero* appellatur,non punitur , *l*.1.§. *item
notandum . ff. de alea luſ. & aleat*. ita Puteus *vbi ſupra,
num*.46.dicens abſoluiſſe iam in praxi ſimilem percuſ-
ſorem , ſequitur Caccialup. *de ludo* , *n*. 65. & Ame-
deus de Caſtellan. *in tractat. de ſyndic num*.95. quod ſi
prædict. ſuſceptorem vulneribus afficeret vel occide-
ret , teneretur quidem pœna arbitraria ,non autem or-
dinaria : quod ſenſit Caccialup. *vbi ſupra* , *n*.70.quem
ſequitur Menoch. *vbi ſupra* , *num*. 17. Hodie in his
regnis habemus in hoc *l*.6. *tit*.14. *part*. 7. ad quam eſt
recurrendum in propoſito , ac proinde abſque dubio
hoc in caſu irregularitatem incurret occidens vel mu-
tilans , cum voluntarie id admiſerit.

Tertiò † principaliter ( vt redeamus ad præd.ſecun- 157
dam partem regulæ communis , à qua aliquantulum
digreſſi ſumus ) ex ea deducitur , merito in caſu *cap.
presbyterum , de homicid*. clericum illum magiſtrum,
vel etiamſi eſſet laicus , irregularem iudicari ex ho-
micidio ſequuto ex ſua nimia caſtigatione & corre-
ctione in diſcipulum facta , quia cum in capite per-
cuſſit , & ſic in loco periculoſo , vnde non adhibuit
magiſter ille diligentiam , licet daret operam rei lici-
tæ , & ideo imputatur ei homicidium caſuale diſcipu-
li, quia habuit culpam in exceſſu correctionis:Quam-
uis † enim magiſtris leuis caſtigatio iure permiſſa ſit, 158
non tamen exceſſiua , vt *in l. præceptoris ff. ad l. Aquil.
l ſed & ſi*,§.*vlt.ff.eod.tit.l.item quæritur*,§.*idem Iulianus,
ff.locat.l*.9.*tit*. 8. *part*. 7. vbi quod tenebitur pro modo
culpæ : atque quoad irregularitatem , de qua agimus,
eſt text. *in d. c. presbyterum* , quem ſic interpretantur
gl. *ibi verbo* , *exſpiraſſet* , & communiter Dd. nempe
magiſtrum , qui exceſſit modum licitum correctionis,
ſi ob id homicidium diſcipuli caſuale ſequutum ſit,
eſſe irregularem. Quod ſi magiſter modum correctio-
nis ſibi permiſſæ non exceſſerit & diligentiam adhi-
buerit , ne periculoſe percuteretur diſcipulus , ſicque
nullam habuerit in exceſſu culpam, nequaquam tene-
bitur ex homicidio caſuali inde ſequuto , nec quoad
aliam pœnam nec quoad irregularitem , vt videntur
Dd. omnes adnotare , *in d. c. presbyterum* , & expreſſe
id probauit Syluest. *verbo homicidium* 2. *num*.4.Domi-
nic.à Sot. *d.art*.9.*pagin*.396. *col*.1.*verſ. vel ſi quem im-
prudenter* , Nauar. *d. cap*.27. *num*.235. & D. Couar.*d*.
§.4 *num*.5.*verſ. ad eandem partem*,vbi innuit eſſe com-
munem.

Quartò † ex eadem communi regula probari po- 159
teſt eſſe irregularem illum , qui dormiendo ſuffocat

Bb 4 infantem

infantem in eodem lecto illicite à ſe poſitum, & ſic cum habuit culpam, alias ſecus, ſi nulla ſubſit culpa, vt late probat Syluest. *verb. homic.2.num.15.* vbi quid ſi ſit in leuiſſima culpa: de quo etiam *ſupra* egimus;
160 ſequitur Nauar. *d. c. 27. num* 236. vbi † idem tenet in mittente puerum ad puteum aut ad flumen; vbi ſuffocatur, & in eo qui fugiens ictum vnius, propellit alterum, qui deformatur, & alia ſimilia, quæ illicite facta inducunt irregularitatem, alias ſecus. Pro cuius rei intelligentia Syluest. *ibi* hanc doctrinam
161 conſtituit, † quod parentes filios ſuos tenellos apud ſe collocare non debent, aliter ſunt in culpa, vt *in c. conſuluiſti, 2. quæſt.5.* quando ſcilicet id agunt gratia ſui commodi, ne plorent ad aures aut ipſi frigeant aſſurgentes ad cunas, vel huiuſmodi, quia tunc eis imputatur homicidium, etiam pro culpa leuiſſima: ſecus vbi hoc agerent ad commodum filiorum, puta; quia ſunt pauperes, & non habent pannos ad fouendum eos in cunis contra frigora, ſed ſi alia culpa interueniat, non tenentur, niſi ſit grauis, aut ſaltem leuis, non autem ſi ſit leuiſſima ſolum. Sed & Nauar. *in Man. Latin. cap. 15. num. 13.* recte hanc rem concluſit, dicens, quod mater vel nutrix, quæ tenellum infantem, ne eiulet aut ne ipſa ſurgens lecto frigoris intemperiem patiatur in ſuo lecto noctu ita collocat, vt periculum immineat inter dormiendum puerum ſuffocandi, peccat mortaliter, ſiue eum ſuffocet, ſiue non *arg. d. cap. conſuluit, & cap. final. de his qui filios occid.* ſecus vero ſi non eſt tale periculum veriſimile etiamſi caſu eum ſuffocet, puta, quia cubile eſt amplum, & puerum à ſe longe poſuit, nec dormiens ſubinde locum ſolet mutare, imo vbi ſemel ſe collocat, ibidem ſolet perſiſtere, iuxta mentem Panor. *in d. c. fin.* & Caiet. *2. 2. quæſt. 64. art.* 8. & iuxta præmiſſa in hac ſpecie iudicandum erit de irregularitate reſpectiue.

162 Quintò † ex ſuperioribus infertur, quod qui ſciens mulierem eſſe grauidam, eam ita grauiter afficit, ſiue ſit maritus ſiue alius, vt in probabile periculum abortus illam conijciat, qui inde ſequatur, licet præter intentionem afficientis, ſi fœtus erat animatus, erit irregularis, propter culpam in eo admiſſam: ſi nulla culpa interceſſerit, vt puta ſi opera daretur rei licitæ & adhibita fuerit debita diligentia, ita vt tale periculum probabile eam non impulit: alias enim ſi opera daretur rei illicitæ, etiamſi eam diligentiam adhibuerit, erit irregularis, ſi abortus fœtus animati ſequatur; ſecus ſi non erat animatus, *per ſupradicta.* Et comprobari hæc etiam poſſunt ex his, quæ in propoſito tradit Nauar. *in Manual. Latin cap. 15. n. 14. & cap. 27. num.* 212. vbi quod in dubio, quando neſcitur an fœtus abortiuus poſt diem 40. ſit mas, an fœmina, debet ſe cenſere irregularem, qui eius cauſa fuit: argum. *cap. ad audientiam, de homic.* Hodie vt prædiximus, *num. 47.* etiamſi fœtus eſſet inanimatus & non formatus, ſcienter faciens prædicta, homicida voluntarius erit ac proinde irregularis.

163 Sextò deducitur, † quod clericus, licet non debeat intereſſe vindictæ ſanguinis, vt deduximus *ſupra lib. 1. Canonic. q. cap. 7. num. 7.* ſi tamen ex ſola curioſitate vel leuitate interfuerit, vbi latro ſuſpenditur, vel vbi quis in duello occiditur, non ſit irregularis, ſi nec auxilium, conſilium vel auctoritatem præſtiterit, quamuis grauiter peccet, ſecundum Specul. *in tit. de diſpenſ. in §. iuxta propoſitiones,* quem refert & ſequitur Nicol. Ploui. *in tractat. de irregul. n. 4. volum. 16. tract. fol. 74. in antiquis,* & S. Antonin. *in eod. tract. cap. 2. num. 2. fol. 77. eodem volum.* vbi ampliat, etiamſi appeteret illius mortem. Cuius rei ratio eſt, quia ex illa intereſſentia, quæ eſt cauſa, remota, non ſequitur homicidium, cum illa mortis pœna neceſſario erat infligenda damnato, ſiue clericus ille intereſſet, vel non, exſequutioni iuſtitiæ.

Septimò infertur, † non eſſe irregularem eum, qui 164
ſcit tractari de alicuius deformatione illicita, & non ſignificat illud ei, quamuis peccet mortaliter, ſi nec dicto nec facto ad *id iuuet,* ſecundum Nauar. *dict. cap. 27. n. 234.* & quod peccet mortaliter, quoties ſine periculo ſui & ſuorum poterat obuiare, & non obuiauit, ſiue ex mala ſiue ex bona voluntate, tenet Syluest. *verbo, homicidium, 1. n. 14.* ſecundum Abb. *in cap. Petrus, n. 7. de homic.* quia in hoc ſunt opiniones, conſilium erit, vt reuelet; Nam propter illas opiniones, ſaltem in foro animæ, reputaretur culpabilis.

Octauò † ex ſupradictis conijcitur, non recte loqu- 165
tum fuiſſe eundem Syluest. *in ſumma, verbo, homic. 3. num. 2. ad fin.* exiſtimantem, irregularem fieri clericum, qui mercans illicite, caſu occidit aliquem abſque alia culpa: & idem in ludo clericis interdicto, non ſic in laico, cui mercari non eſt prohibitum; Hoc namque verum minime videtur, quando culpa illa non eſt proxima & in id ordinata, quia non ſufficit, quod opus ſit illicitum, ſi culpa nullatenus in mortem dirigitur, vt *ſupra* eſt dictum, & in terminis à Syluest. *in 1. dicto de clerico mercante illicitè,* recedit Nauar. *dict. c. 27. num. 237.* & eadem ratione à ſecundo etiam recedere deberet, quando ex ludo clericis interdicto abſque vlla culpa propinqua & in id directa, ſubſequitur homicidium: ſecus ſi ex culpa in id ordinata, quo caſu eſt intelligendus & ſaluandus Syluester *vbi ſupra, & verbo, homicidium, 2. num. 13.*

Nono † ex ſupra dictis apparet; *Quid dicendum ſit* 166
*de clerico vel alio, qui porcos vel aliud pecus de agro pulſurus, lapidem iecit & puerum interfecit, an ſit irregularis cenſendus, nec ne?* Nam ſi dabat operam rei licitæ, & diligentiam adhibuit debite circumſpiciendo, non erit irregularis, alias ſecus: & ita eſt intelligendus text. *in capit. clerico. 50. diſtinct.* vbi dicitur: *Clerico iaciente lapidem, puer dicitur interemptus: vos pro amore Dei & tuo, in ſuo ordine permanere permittimus: vt tamen ſemper in pœnitentia & timore permaneat:* vbi gloſſ. recte aduertit, quod ſi iſte dedit operam rei licitæ expellendo porcos de agro ſuo, tunc intellige, quod minus diligenter fecerit: alias in nullo punietur: ita rem hanc intellexit Syluest. *verbo, homicidium, 2. num. 7. in princ.*

Decimò infertur, † Sacerdotem, qui pro ædifica- 167
tione Eccleſiæ vel domus vocauit aliquem in adiutorium, qui caſu interiit ruens cum aliquo ligno, non eſſe irregularem, ſi nihil, de contingentibus omiſit, nempe ſtudendo, quam debuit diligentiam adhibere, circumſtantibus (quibus periculum imminebat) ita tempeſtiue vel alta voce præmonitis, quod & intelligere & fugere potuerunt, quia dabat operam rei licitæ, & fecit quicquid in ſe fuit, *vt in capit. final. de homic.* vbi Abb. notat, non excuſari clamantes ſubmiſſa voce, vel poſt caſum contingentem, quem in hoc ſequitur Syluest. *verb. homic. 1. n. 7.*

Vndecimò † ex ſupradictis patet, phlebotomantem 168
ex cauſa medicinæ, non teneri in aliquo, nec eſſe irregularem, ſi infirmus deceſſit, ſi erat peritus in arte & adhibuit diligentiam debitam; & ſimiliter ſi incidendus non habuit conſuetam diſpoſitionem membrorum, aut venarum, ſiue neruorum, vt cum Innocent. probauit Syluest. *vbi ſupra, n. 9.*

Duodecimò † hinc reijcienda venit gloſſ. *in d. capit.* 169
*dilectus, verbo nec actu, de homic.* dicens, homicidium actu commiſſum, ſed abſque voluntate & culpa, imputari committenti quoad ordines ſuſcipiendos, non tamen quoad ſuſceptos, cuius rei ſpecies in iudice proponitur, iuſte condemnante delinquentem ad mortem: quam gloſſ. ſequitur Felin. *in cap. presbyterum, num. 1. de homic.* Nam cum ex homicidio contingenti abſque voluntate & culpa nulla oriatur irregularitas, *vt in capit. ſi duo, & in cap. hi qui arborem, 50. diſtinct. & c. ſignificaſti, el 1. & c. dilectus, de homic.* & homicidium à iudice commiſſum voluntarium ſit, tametſi culpa careat, indiſtincte eſt tenendum in hoc caſu contrarium, nempe, homicidium abſque voluntate & culpa commiſſum, non imputari committenti, nulla conſtituta differentia inter promotum & promouendum, ſecundum Abb. & Anan. *in d. cap. dilectus, & in d. c. ſignificaſti,* per text. illum vbi reprobant gloſſ. præd. contrariam, quorum opinio eſt magis communis, ſecundum Couar. §. *4. num.* 11. *col. final.* vbi ex hoc deducit, quod quando irregularitas ex homicidio oritur, ea impedit promotum in ſuſceptis miniſtrare & ad maiores ordines aſcendere: ſi vero nulla irregularitas ex homicidio oriatur nec impeditur ad maiores aſcendere, nec in ſuſceptis miniſtrare.



170 Irregularitas autem † per homicidium, quod per iudicem aut iuſtitiæ miniſtros fuerit commiſſum, contracta, diſpenſari poteſt ab eo, qui poteſtatem habuerit diſpenſandi ſuper irregularitate contracta ex homicidio caſuali, quoad hoc enim homicidium iſtud caſuale cenſebitur, quippe quia nullam culpam, imo meritum habeant, quamuis alias voluntarium vere ſit, vt adnotauit Caiet. *in ſumma verbo, irregularitas, in fin.* quem probauit D. Couar. *in d. Clem. ſi furioſus, 2. p. §. 3. in fin.* & Pett. Placa *in epit. de delict. lib. 1. cap. 11. num. 11.*

171 Poſtremò † in hac materia explicanda venit illa quæſtio ſatis neceſſaria in facti contingentia, & quam paſſim Dd. præ manibus habent; *An in dubio quis irregularis cenſendus ſit, & ſic abſtinere à ſuorum ordinum exequutione, necne.*

Qua in re text. celebris *in capit. is qui, de ſententia excomm. in 6.* expreſſim probat, irregularitatem nullo in caſu eſſe conſtituendam, niſi in iure Pontificio id fuerit expreſſum; quem text. ad hoc *ibi* communiter Dd. & alibi ſæpiſſime in id notant atque citant, exiſtimantes, eſſe ad hoc ſingularem, & Nauar. *in Man. Lat. cap. 27. num. 248. & conſ. 35. num. 37. de homicid.* & eſt communis opinio omnium Canoniſtarum & Theologorum, ſecundum Flaminium Pariſ.
172 *de reſign. benef. lib. 44. num.* 38. Cuius † ratio eſt, quia irregularitas iure tantum humano Pontificio ſtatuta eſt, vt nuncupatim Dd. adnotarunt *in cap. niſi cum pridem, de renunciat. & in c. ad audientiam, de homic. & in Clemen. ſi furioſus, eod. tit.* eſt communis ſecundum Syluest. *in ſumma, verbo, irregularitas, in fin.* ſequitur Florent. *in 3. part. ſuæ ſummæ titul. 28. cap. 2. §. 6.* Palud. *in 4. ſententiarum diſt. 25. q. 3. ad fin.* teſtatur communem eam ſequutus ac defendens Couar. *in d. Clem. ſi furioſus, 1. p. relect. in princ. n. 2.* ſequitur Nauar. *in Man. Latin. d. c. 27. n. 191.*

Rurſus pro contraria parte, imo quod in dubio, an quis ſit irregularis, necne? cenſendum ſit, cum eſſe irregularem, quoniam hoc tutius iudicandum eſt, probat expreſſe text. *in d. c. ad audientiam, de homic. & in c. ſignificaſti, el 1. & 2. eod. tit.* Sed in hac controuerſia ſeu potius difficultate, nonnulli iuris interpretes eam diluunt, conſtituentes differentiam inter forum interius conſcientiæ, & exterius iudiciale, vt in priori caſu, hoc eſt, in conſcientia, in dubio teneatur quis à diuinis abſtinere & ſe irregularem cenſere: vt *in c. illud, de clerico excommunicat. miniſt.* & ſic procedat text. *in d. c. ad audientiam, cum ſimili.* in poſteriori autem, hoc eſt, in foro exteriori, iudex non poſſit in dubio aliquem irregularem iudicare, vel definire, niſi in caſibus à iure expreſſis, & in hoc foro procedat deciſio text. *in d. c. is qui,* quam differentiam probarunt ac ſequuntur Ioann. Andr. Card. Abb. *n. 2.* Anan. *num. 1.* Socin. *num. 46. in d. c. ad audientiam,* idem Abb. *in d. c. ſignificaſti, el 2. num. 4. eod. tit. de homicid.* qui in hoc eſt receptus per quamplures recentiores ſecundum Nauar. *d. c. 26. num.* 193. vbi ex Villadieg. addit, quod interior forus reputatur non ſolum forus pœnitentiæ, ſed etiam conſilij.

Hæc tamen † differentia quamuis recepta & com- 173
munis, vera minime quidem eſt, quia deciſio text. *in d. cap. is qui,* tam in foro exteriori, quam interiori obtinet, cum non diſtinguat, tum etiam, quia, quod prædiximus, *ex d. c. ad audientiam, cum ſimil.* in vtroque foro procedit eadem ratione, ſicuti deducitur ex eiſdem iuribus, & præterea Imoc. *in d. cap. ad audientiam,* indiſtincte cenſet; in dubio non eſſe quem iudicandum irregularem, quia iure humano eſt irregularitas inducta, quæ ratio ita militat in foro conſcientiæ, ſicut in iudiciali; imo fortius obtinet apud interius animæ iudicium; & ita merito communem ſupradictam differentiam improbat Nauar. *d. c. 27. num. 193. & in c. ſi quis autem, de pœnitentia diſt. 7. num.* 35. & Couar. *vbi ſupr. in initio, 1. p. Clem. ſi furioſus, n. 3.* & Pet. Placa *de delict. lib. 1. c. 12. num.* 10.

Quare pro † reſolutione noſtræ quæſtionis, veriſſi- 174
ma mihi videtur atque tenenda ſententia Didaci à Couar. *vbi ſupra,* quem ſequitur Placa *etiam vbi ſupr. num.* 11. nempe, quod vbi ſit dubium, an in aliqua ſpecie ſit inducta irregularitas iure Pontificio, tunc reſpondendum erit, non eſſe irregularitatem conſtituendam in eo caſu, niſi expreſſum id fuerit in iure Canonico; & ita procedit text. *in c. is qui.* At vbi ſumus certi, iure irregularitatem induci certo in caſu, ſed tamen ambigitur, non de iure, ſed de facto, nempe an Petrus vel Ioannes irregularis ſit ex illius cauſæ ratione, & an id vitium propter eam cauſam contraxerit, tunc tutior erit in vtroque foro eligenda via; eritque Petrus vel Ioannes irregularis cenſendus ad hunc effectum, vt abſque diſpenſatione minime diuinum officium exſequatur: & ita procedant text. *in d. c. ad audientiam, & ſimiles;* Quod ex ipſis deduci poteſt manifeſte; In illis etenim non dubitatur de iure, ſed de facto, & ideo quoties ea contigerint, quæ in dictis decretalibus memorantur, erunt omnino ſeruandæ earum deciſiones in iudiciali & exteriori foro tam ſimplici, hoc eſt, iudicio accepto per accuſationem aut denuntiationem, quod eſt vere contentioſum, quam mixto exteriori, abſque accuſatore & denuntiatore: licet Feli. *in d. c. ad audientiam,* velit, illum text. & ſimiles in hoc vltimo tantum ſeruandos fore: ſed in vtroque ſeruandi ſunt *ſecundum ſupradictos, & verius.*

In ſumma, quoties certum eſt, in caſu contingenti irregularitatem iure Canonico conſtitutam eſſe, dubitatur tamen de facto, an Petrus vel Ioannes illud ita commiſerit, vt requiritur eodem iure ad irregularitatem incurrendam, in hac ſpecie ſtante præd. dubio, tutior pars eſt eligenda in vtroque foro, tam interiori, quam exteriori ſimplici vel mixto, vt quis nempe cenſeatur atque iudicetur irregularis, ac proinde ſe abſtineat ab exſequutione diuinorum; ſi vero non dubitetur de facto ipſo, ſed de iure, an ſcilicet dato illo caſu pro plano, aliqua irregularitas in eo iure ſtatuta ſit, tunc profecto, niſi iure Pontificio ipſa expreſſa inueniatur, introducenda de nouo minime quidem erit ad libitum alicuius, tam in interiori animæ, quam in exteriori foro contentioſo: Hæc eſt vera interpretatio & concordia illorum iurium, nec non & reſolutio clara atque perſpicua in praxi habenda præ oculis: idcirco

idcirco præfata Romanorum Pontificum, reſponſa ad vnguem memoriæ, commendanda ſunt, ne quis falſa eorum interpretatione deceptus, ab optimis inſtitutis temere deuiet.

## SVMMARIVM.

1 *Clerici maxime in ſacris conſtituti, & Sacerdotes, præ laicis pudicitia præeminere debent, & n. ſeqq.*

2 *Clerici licet votum caſtitatis explicitum non emittant nec ſit eſſentialiter annexum ordini ſacro debitum continentiæ, conſtitutione tamen Eccleſiæ illam tenentur ſeruare.*

3 *Clerici fornicantes duplici culpa maculantur.*

4 *Rector Eccleſiæ mundus eſſe debet, vt hic late exponitur.*

5 *Pudicitiam imprimis eſſe retinendam, quoniam ea amiſſa, omnis ruit virtus: & libido in potente & honorato eſt deterior.*

6 *Reges plures ob vitium luxuriæ fuerunt interfecti & expulſi à Regno.*

7 *Sancti confeſſores inter alia de pudicitia & caſtitate ab Eccleſia Catholica laudantur.*

8 *Diuus Paulus maxime adhorrens fornicationem, præcipit eam fugiendam, & alia plura in propoſito dicit.*

9 *Exhortatio auctoris circa idem.*

10 *Tactus inhoneſti fugiendi: Referuntur plures, qui per mulieres fuerunt decepti.*

11 *Conſortium mulierum fugiendum propter plura, de quibus hic.*

12 *Sanguinis menſtruoſi contactu plura mala ſubſequuntur, de quibus hic.*

13 *Concubinatus atque omnis fornicationis crimen lege diuina prohibetur.*

14 *Item iure naturali.*

15 *Iure Canonico fornicatio eſt prohibita.*

16 *Hæreticum eſſet affirmare, ſimplicem fornicationem non eſſe peccatum mortale.*

17 *Iure ciuili antiquo an ſit licitus concubinatus.*

18 *Iure ciuili nouiori fornicatio ſimplex eſt illicita.*

19 *Homo agit contra naturam, alium coitum, quam vxorium, ſectando.*

20 *Iure etiam Regio reprobatur concubinatus & grauibus pœnis punitur.*

21 *Per ſacrum Conc. Trid. concubinatus maxime damnatur atque punitur, vt hic.*

22 *Epiſcopus poteſt concubinarios etiam laicos punire.*

23 *Iudex Eccleſiaſticus ratione peccati publici poteſt contra laicos procedere eoſque punire.*

24 *Concubinatus crimen eſt mixti fori.*

25 *Eccleſia meretrices ac lupanaria tolerat ob euitandum maius malum.*

26 *Poteſtati publicæ licet permittere, vt in aliqua ciuitatis parte ſint meretrices. Sed contra n. 29. non tamen licebit permittere lupanaria conſtituendo eis patronos, & locando domos carius quam locarentur honeſtis, vt in n. 27. locaret tamen meretrici domum ad meretricandum in ea parte ciuitatis, in qua permittitur eas habitare, non erit peccatum, vt in num. 28.*

30 *Veras vxores quandoque dici à canonibus concubinas*

31 *In veteri teſtamento quomodo intelligatur, id quod legitur, aliquos ſanctos viros habuiſſe concubinas.*

32 *Concubinæ olim erant non illegitimæ & fornicariæ, ſed vxores minime principales, quarum filiis non debebatur hæreditas, nec æqualis honor, non ſacerdotium, non primogenitura: ſed munera tantum recipiebant, & mutua ſe charitate complectebantur & ſeſe iuuabant.*

33 *Lex ciuilis appellat has concubinas iniuſtas vxores, quia ducebantur, non ſeruato ſolemni modo.*

34 *Concubinæ nomen apud veteres erat honeſtum.*

35 *Concilio Toletano permiſſum erat, habere concubinam, id eſt, vxorem minus ſolemniter ductam, his, qui iuſta vxore carebant.*

36 *Quomodo licuerit ſanctis patribus ſimul plures vxores habere.*

37 *Clericus in ſacris conſtitutus fornicando ſimpliciter, quinque crimina committere dicitur, ſecundum Dd. nempe adulterium, ſacrilegium, ſtuprum, inceſtum & contra naturam, & n. 38. & ſequentibus probatur quoad adulterium.*

39 *Filij presbyterorum ſunt adulterini, ſed contrarium, num. 49.*

40 *Quoad ſacrilegium probatur hic: quoad ſtuprum, n. 41. quoad inceſtum, n. 42. & n. 43. quoad contra naturam.*

44 *Verius & receptius eſt contrarium, nempe, quod clericus in ſacris fornicando cum muliere ſoluta, tantum committat ſimplicis fornicationis crimen, non vero cætera ſupra enumerata, vt nuncupatim probatur n. 48 cum ſequentibus.*

45 *Religioſi fornicando, adulterium committat.*

46 *Epiſcopus fornicans adulterium committit.*

47 *Sacerdos cognoſcens carnaliter filiam ſpiritualem, inceſtum committit. Idem quando eſt ex eius parochia.*

48 *Clericus in ſacris proprie non contrahit matrimonium cum Eccleſia, nec etiam canonicus cum præbenda.*

50 *Monialis fornicando committit ſacrilegium, inceſtum, & adulterium.*

53 *Clericus concubinarius cum ſoluta deponi non debet, ſed tantum ſuſpendi ab officio & beneficio ad tempus præterquam ſi fornicatio habeat inſignem deformitatem, vt adulterium, inceſtus, ſtuprum, & ſimilia, vt in n. 55. Secundo limitatur in clerico rem habente cum moniali, is deponendus eſt, vt in n. 56. Tertio limitatur in clerico matrimonium de facto contrahente cum ſoluta, vt in num. 57. & an pro fornicatione continuata, num. 58. pro crimine contra naturam deponitur, vt in num. 59. & cognoſcens Filiam ſuam ſpiritualem, vt in num. 60. Idem in cognoſcente eam, quæ propter Sacramentum Pœnitentiæ effecta fuit ſibi filia ſpiritualis, vt in num. 61. Idem in ſacerdote cognoſcente parœcianam ſuam vt in num. 65. & eam, quam tenuit in Sacramento Confirmationis, vt in num. 64. Idem in religioſis fornicantibus, vt in num. 66. Idem in Epiſcopo fornicante, ſecundum aliquos: ſed verior & communis ſententia eſt in contrarium in hoc, vt in num. 67. probari tamen teſtibus debet hoc crimen in præd. caſibus quibus pœna depoſitionis pro eo imponitur, alias ſi in occulto reuelatur ſuperiori, mitiori pœna delinquens puniendus eſt, vt in n. 62.*

54 *Laici coniugati fornicantes magis peccant quam clerici non coniugati.*

63 *Sacerdos magis peccat cognoſcendo carnaliter filiam ſpiritualem, quam vxorem alterius.*

68 *Clericus ob ſimplicem fornicationem arbitrio ſuo iudicis punitur, & ſacrum Concilium Trident. quid in hoc diſponat, refertur.*

69 *Iudices Eccleſiaſtici an in puniendis clericis concubinariis ſeueritatem potius quam æquitatem, vel è contra ſeruare debeant,*

70 *Oportet tamen huiuſmodi iudices contra concubinarios clericos procedentes, eſſe viros graues, &c.*

71 *Clericus concubinarius in propoſito dicitur, qui ſolutam mulierem, & corruptam, nullo ſibi ſpiritualis, vel carnalis cognationis vinculo coniunctam domi retinet, cum qua conſueuit carnaliter commiſceri.*



72 *Concubina large accipitur pro quacunque muliere, quæ clericus retinet in domo ſua luxurioſo affectu, vel conducta, &c.*

73 *Concubina publica clerici ad hoc, vt puniatur pœnis, de quibus in legibus huius regni, quæ dicatur, & n. 75.*

74 *Ad puniendum clericum pœna arbitraria, quæ probatio concubinatus ſufficiat.*

76 *Monitio precedere debet ad hoc, vt clericus concubinarius puniri poſſit, niſi concubinatus ſit notorius & ſcandaloſus reſpectu pœnæ pecuniariæ, vel reclusionis in Eccleſia ad modicum tempus, vt in numero 77.*

78 *Clericus poſt monitionem præmiſſam, concubinam non dimittens, publicus concubinarius reputatur.*

79 *Iudex eccleſiaſticus an punire poſſit clericum adulterum, id eſt, qui cum muliere nupta fornicatur, & num. 18. quod vno tantum caſu poſſit procedere contra mulierem nuptam concubinam, duobus concurrentibus.*

80 *Maritus ſolum poteſt vxorem adulteram accuſare.*

81 *Iudex ex officio non poteſt inquirere de adulterio.*

83 *Clericus publicus concubinarius, ſi ante pœnitentiam celebret: an ſit irregularis? & num. ſeqq.*

84 *Clericus propter aliquod crimen ſuſpenſus, quoad ſe, & quoad alios irregularis eſt, ſi nondum ea ſuſpenſione ſublata proprio fuerit vſus officio: idem eſt de diaconis & ſubdiaconis, vt in num. 85.*

86 *Clericus ſuſpenſus ab homine, vel à iure in pœnam directam & propriam delicti, etiam ad tempus certum, vel donec pœniteat, ſi celebret, durante ſuſpenſione erit irregularis.*

87 *Clerici in ſacris contrahentes de facto matrimonium, quibus pœnis afficiantur, remiſſiue.*

88 *Filij ſacerdotis, & an quando ſint ſerui illius Eccleſiæ, cuius parens eſt clericus, & num. 89.*

## CAPVT VII.

### *De concubinatu eiuſque pœnis.*

1 CLerici, † maxime in ſacris conſtituti & ſacerdo-
tes, præ laicis pudicitia præeminere ac pollere
debent, ſecundum Abb. *in capit. vt clericorum n. 2. de*
2 *vit. & honeſt. cleric.* Illi † enim licet votum explicitum
caſtitatis non emittant, nec ſit eſſentialiter annexum
debitum continentiæ ordini ſacro, ſed ex ſtatuto ec-
cleſiæ, implicitum nempe, in ipſa ordinis ſuſceptio-
ne abditum, & ideo conſtitutione Eccleſiæ eam te-
nentur ſeruare, id ipſa Eccleſia præcipiente, vt in
Conc. Trid. *Seſſ. 24. in prin. Canon. 9.* ibi: *Lege Eccleſia-
ſtica, & cap. & 28. diſt. & 32. diſtin. per totam,* & do-
cet D. Thom. 2. 2. *quæſt. 88. art. 11 in corpore, ad fin.* &
*ibi* Caiet Dominic. à Sot. *lib. 7. de iuſt. & iur. quæſt. 5.
art. 3. ad 2.* Paul. Card. & Imola *in Clement. ad noſtram,
§. 7. de hæret.* Præpoſit. *in rub. qui cleric. vel vouent,*
Coſmas Guimier. *in pragmat. S. Gallic. tit. de concub. §.
cum omne, gloſſ. continere, fol.* 201. *col.* 1. Nauar. *in Man.
cap. 22 num. 51. & cap. 25. num.* 108. eſt optima gloſſ. 2.
*in fin. in cap. cum olim, de cler. coniug.* dicens, ex con-
ſtitutione Eccleſiæ introductum eſſe, vt qui ad ſacros
ordines vult promoueri, prius continentiam debeat
profiteri expreſſe aut etiam tacite: Eo enim ipſo, quod
quis promouetur ad ſacrum ordinem, tacite intelligi-
tur vouere continentiam, etſi nulla fiat mentio de vo-
to continentiæ: quamuis alij teneant, votum ſolem-
ne emittere, ſed quod prædiximus, verius eſt.
Et quod principio diximus, non ſolum intelligen-
dum eſt de caſtitate, quæ rei vxoriæ opponitur, ſed
etiam de illa, quæ ſimpliciter omni aduerſatur copu-
læ, ſiue coniugali, ſiue fornicariæ: Mancipantur enim
ad functionem ſuam conſecrando venerabili Sacra-
mento, vnde omnis mundities condecet, & hac ra-
tione eccleſia Catholica ordinibus ſacris illud adne-
xuit votum. Quare † clerici fornicantes duplici cul- 3
pa maculantur, teſte Domin. à Sot. *lib. de iuſt. & iur.
quæſt. 4. art. 2. pag. 648. verſ. ſed de hoc forſan,* huic con-
ſonat quod ab Iſaia Propheta *cap. 52.* præcipitur his
verbis, *Mundamini, qui fertis vaſa Domini:* ſuper quo
loco Beatus Greg. *in 2. paſtoral. curæ, c. 2.* ſic ait: *Re-
ctor ſemper cogitatione ſit mundus, quatenus nulla hunc
immunditia polluat, qui hoc ſuſcepit officium vt in alie-
nis quoque cordibus pollutionis maculas tergat: † quia* 4
*neceſſe eſt, vt eſſe munda ſtudeat manus, quæ diluere
aliorum ſordes curat, ne tacta quæque deterius inquinet,
ſi ſordida in ſe mens lutum tenet:* hinc namque per pro-
phetam Iſaiam dicitur: *Mundamini, qui fertis vaſa
Domini:* Etenim vaſa Domini ferunt, qui proximo-
rum animas ad æterna ſacraria perducendas in ſuæ
conſeruationis fide ſuſcipiunt apud ſemetipſos: Ergo
quantum debeant mundari, conſpiciant, qui æterni-
tatis templum vaſa viuentia in ſinu propriæ ſponſio-
nis portant. Similiter Leuit. *cap. 21.* Dominus dixit
ad Moyſen: Loquere ad ſacerdotes filios Aaron, &
dices ad eos: *Ne contaminetur ſacerdos, &c. ſancti erunt
Deo ſuo, & non polluent nomen eius: incenſum enim
Domini, & panes Dei ſui offerunt, & ideo ſancti erunt.*
Hinc † teſte Cœlio *lib. antiquarum lectio. 7. c. 27.* ſcribit, 5
Hieron. doctiſſ. viri eſſe ſententiam, pudicitiam in
primis eſſe retinendam, quoniam ea amiſſa, omnis
ruit virtus † & libido in potente & honorato eſt de- 6
terior: ſicque ob vitium luxuriæ plures Reges fue-
runt interfecti & expulſi à Regno, commemorat Gui-
liel. Bene. *in ſua repet. c. Raynut. verb. cuidam Petro tra-
diderunt, num. 69. cum ſequen. de teſtam.* & ibi plura
exempla de caſtitate & pudicitia antiquorum Princi-
pum refert. Tandem † Eccleſia Cathol. Spiritu San- 7
cto ducta, voce ſonora de pluribus laudans ſanctos
confeſſores virtutibus, illa quoque eos extollit, quod
fuerint pudici & caſti, vt in hymno eorundem habe-
tur his verbis?

*Qui prius, prudens, humilis, pudicus,*
*Sobrius, caſtus, fuit & quietus,*
*Vita dum præſens vegetauit eius.*
*Corporis artus.*

Hinc etiam † D. Pau. maxime abhorrens fornicatio- 8
nem, præcipit Corinthiis, ne ſumerent cibum cum
fornicatore, auaro, idolis ſeruiente, maledico aut
ebrioſo, aut rapace, dicens; *Quid mihi eſt de his qui
foris ſunt iudicare? vt 1. Corinth. 5. & ſtatim c. 6.* inquit;
*Fugite fornicationem: nec fornicari nec idolis ſeruientes,
nec adulteri, neque molles neque maſculorum concubito-
res, neque fures, neque auari, nec ebrioſi, nec maledici,
neque rapaces regnum Dei poſſidebunt.* Et iterum, *c. 10.*
inhibet fornicationem, & ad Hebr. *cap. 12.* ſic etiam
præcingi lumbos iubet, quia viris luxuria in lumbis
eſt. Caueant † igitur, hortor in Domino, omnes præ- 9
ſertim ſacris inſigniti, ac totis viribus fugiant im-
munditiam & fornicationem, cæteroſque actus & ta-
ctus impudicos ac inhoneſtos fœminarum, ne illis
accommodetur ſententia illa Dominica: Iuda, oſculo
filium hominis tradis? Nonne, quæſo, ſacerdos, qui
labiis ac ore contingens & ſumens corpus Domini, &
& poſtmodum illa polluens, impudicus mulierem
deoſculatur, illo oſculo filium hominis tradit: Vn-
de † verſus, 10

*Ni fugias tactus, vix euitabitur actus.*
*Hos igitur vita, ne moriaris ita,*

ſcilicet peccando, & ſic æternæ morti te obligando,
quia ſtipendium peccati mors eſt, ad Rom. *cap. 6.*
Item

Item D. Hieron. deceptionem mulierum timens ait: *Non ſum fortior Samſione, ſapientior Salomone, ſanctior Dauid, qui tamen per mulieres decepti fuere: Samſon per Dalidam: Salomon per alienigenas Moabitas: Dauid per Berſabeen*, vt refert Coſmas Guimier *vbi ſupra, de concubinariis, §. publici, in gloſſ. tenet, fol.* 189.
11 *col. 2. prope finem, verſ. hinc verſus*, vbi † admonet, fugiendum mulierum conſortium, tum propter earum inſaturabilitatem in huiuſmodi vitio carnali, quia Prouerb. *cap. penul.* legitur, quod os vuluæ eſt inſatiabile: tum propter conſumptionem proprij corporis & pecuniæ, quia genus mulierum eſt auariſſimum, vt *in l. ſi ego, ff. ad Vellian.* vnde Prouerb. *cap. 2. Qui nutrit ſcortum, perdit ſubſtantiam ſuam*: tum propter euitationem infamiæ, qua luxurioſus maculatur: tum propter vitationem pœnæ æternæ: tum propter frequentem & abominabilem vilitatem ſanguinis men-
12 ſtruoſi, † cuius contactu fruges non germinant, areſcunt arbuſta, moriuntur herbæ, amittunt arbores fructus, nigreſcunt æra, & ſi canes inde edant, in rabiem efferuntur, ex eaque corruptione leproſi & elephantiaci ſeu alias deformes naſcuntur; Vnde merito libido deſcribitur, quod eſt res turpis & humilis, ex turpium membrorum operatione proſiliens, exitu fœda, cuius effectum neceſſario pudor ſequitur, vel pœnitentia. Hæc ille.

13 Concubinatus † igitur atque omne fornicationis crimen lege diuina prohibetur, vt probatur aperte Exod. 20. *Non mœchaberis*: tranſumptiue *in cap. non mœchaberis 32. quæſt. 6. Deut. 23.* ibi: *Non erit meretrix, & 1. ad Corinth. 6. Fugite fornicationem*, & in 6. præcepto diuino, vt docet eccleſia: omnis enim coitus, excepto vxorio, iure diuino fuit reprobatus omni tempore, vt inquit Ant. Roſel. *de legit. lib. 1. c. de cauſa ma-*
14 *terial. legit. num. 9. vol. 6. tract. diuer. doct.* & non † ſolum iure diuino, ſed etiam iure naturali: vt probat Ioan. à Turrecrem. *in cap. quod autem, art. 1. 32. q. 4.* & ita D. Thom. *in 4. ſentent. diſt. 33. q. 1. art. 3.* dicit, quod habere concubinam, eſt contra legem naturæ, & peccatum mortale, & in pragm. S. Gallic. *in tit. de conc. §. & cum omne*, dicitur Et cum omne fornicationis crimen lege diuina prohibitum ſit, & ſub pœna peccati mortalis neceſſario euitandum: & ibi Coſma Guimier plura congerit: & quod ſimplex fornicatio ſit iure naturali vetita & peccatum mortale, tenet idem S. Th. 2. 2. *quæſt. 154. art. 4* & Maior *in 3. ſententiarum diſt. 27. quæſt. 29.* Sylueſt. *verſ. luxuria, num. 3. &* & Lactan. Firm. *lib. 6. c. 23.* & Ioan. à Med. *in ſuo codice de reſtit. quæſt. 19.* & D. Couar. *in 4. de ſponſ. 1. p. c. 4. in princ. num. 8.* Ioan. à Rojas *in epitom. ſucceſſ. cap. 10. num. 23.* & quod fornicatio ſimplex de iure diuino ſit prohibita, & proculdubio peccatum mortale, tenent omnes S. Theologi, vt teſtatur Afflict. *ſuper 1. p. conſtit. Regn. rubr. 1. num. 21.* vt refert Iul. Clar. *lib. 5. recept. ſenten. in §. fornicatio in princ.* & fuit declaratum in concilio ab Apoſtolis in Ieruſalem celebrato, vt ſcribit S. Lucas *actuum Apoſt. c. 15.* refert Magiſt. Villegas, *in 2. p. Flor. ſanct. c. 3. in princ. De la vida de de los Patriarcas.* Vnde perperam Alex. *in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, el. 1. num 13. ff. ad Treb.* aſſerit, ſimplicem concubinatum iure naturali non eſſe prohibitum, & Ant. Roſel. *vbi ſupr. num. 11.* quod nati ex quacunque concupiſcentia, erant legitimi.

15 Iure etiam † Canonico fornicatio eſt prohibita, vt *in c. meritrices, & in c. nemo ſibi, 32. quæſt. 4. cum ſimil. & in probl. tit. 14 p. 4.* & hæc res nullam habet difficultatem: Nam omnis coitus præter matrimonialem, eſt prohibitus in foro conſcientiæ, ſecundum canones, vt tenet gloſſ. *in Clem ad noſtrum, in verb non eſt, de hæret.* quam ſequuntur omnes, vt dicit Caccialup. *in repet. l. ſi qua illuſtris, num. 30. in fin. C. ad Orfic.* & refert Iul. Clar. *vbi ſupr. §. fornicatio, in prin. & in verſ. in primis*, & Coſm. Guim. *vbi ſupr. in gloſſ. mortalis, in fin. fol. 199. col. 1.* Ant. Roſel. *vbi ſupr. n. 2.* ſequitur Rojas *dict. num. 23.* Quinimo † eſſe hæreticum, affir- 16
mare, ſimplicem fornicationem non eſſe peccatum mortale, vt *in d. Clem. ad noſtrum, in verſ. 7.* ibi: *Actus autem carnalis*: quam hæreſin pulchre cōuincit Alfonſ. à Caſtro *lib. de hæreſib. in dictione, Coitus*: quibus ſuffragatur Auguſtinus, à Gratiano relatus *in c. audite, 34. diſt. & in ſermonib. de tempor. Domin. 22. ſermone*, & Couar. *vbi ſupr.* & ita fuit deciſum in curia Tholoſana, teſte Aufrerio *deciſ. 346. item fuit quæſitum*, quem refert Mantua *conſ. 139. num. 8. lib. 2.* & Iul. Clar. *§. hæreſis, paulo poſt prin.* ibi: *Hinc refertur.*

Iure autem † ciuili cōcubinatum eſſe licitum incau- 17
te affirmauit Bar. *in l. in concub. n. 2. ff. de concub.* & Aug. Beror. *in c. in præſentia, n. 221. de prob.* & non eſſe reprobatū iure ciuili veteri, cum Bart. *vbi ſupr.* tenuit Coſm. *in dict. gloſſ. mortalis, fol. 198. col. 2. in fin. & fol. ſequ.* & eſt magis communis concl. ſecundum Alex *in d. §. ſi quis rogatus, num.* 13. & Iul. Clar. plures alios referentem *in d. §. fornic. verſ. & in primis*, ibi: *Sed de iure ciuili*, vbi hanc ſuſpicatur in puncto iuris veriorem eſſe, & quod propterea ab ea in iudicando non recederet, & hoc per totum tit. *C. & ff. de concub.* Rectius tamen dixiſſent, ſimplicem concubinatum lege ciuili non puniri vel eſſe permiſſum, ſiue toleratum.
Præmaxime, † cum etiam iure ciuili nouiori ſimplex 18
fornicatio, ſit illicita, vt probatur *in cap. 1. de filiis nat. ex matr. ad morgan. contract. in vſib. feud.* ibi: *Qui nolens exſiſtere in peccato, eam depoſuit, &c.* Ita cum iudicio aduertit & tenet Didac. Conarru. *tit. 3. lib. 1. ord. col. 169.* poſt Caccialu. quem ad hoc refert *in d. l. ſi qua illuſtris, num. 27.* Idem etiam Ioan. à Rojas *vbi ſupr. num. 21.* ſicque eſt communis reſolutio Doctor. quod licet antiquitus de iure ciuili concubinatus fuiſſet admiſſus hodie tamen non modo iure Canonico, ſed etiam iure ciuili videtur prohibitus, *per d. c. 1.* vt plures allegans teſtatur Tiberius Deciah. *con. 5. n. 94. lib. 1.* & dicit magis communem, plures referens, Franc. Mantic. *libr. 11. de coniect. vlt. volu. tit. 8. n. 3.* conducit, *proœm. tit. 14. q. 4.* ibi: *Conſintieronles que algunos las pudieſſen auer ſin pena temporal, & in l. 1. eod. tit.* ibi: *Segun las leyes & in l. 2. eod. tit.* & Greg. Lop. *in d. proœm.* allegat Guil. Bened. & Hoſtien. idem probantes, nempe, quod etiam hodie iure ciuili ſit prohibitus concubinatus: idem tenet Abb. *in d. c. vt cleric. num. 7. de vit. & honeſt. cleric.* & Fel. *in c. cum ſit generale, num. 13. in verſ. reſpectu concub. de foro comp.* & Sylueſt. *in ſumma, verb. concubin. num. 2.* & teſtatur communem cum Felin. *vbi ſupr.* Auend. *in 2. p. c. prat. c. 26. num. 1.* & † dixit notabiliter Ioan. Fab. *in prin. In-* 19
*ſtit. ſi quadrup. pauper. feciſſ. dicatur*, quod homo agit contra naturam, alium coitum quàm vxorium ſectando: ſed hoc procedit quantum ad peccatum, non vero quoad pœnam temporalem, ſecundum Greg Lop. *vbi ſupra.*

Iure etiam † noſtro Regio reprobatur concubina- 20
tus & grauibus pœnis punitur, vt videre licet *per ll. tit. 19. lib. 8. Nou. Collect. Reg.* in quarum 1. *in prin.* ſic dicitur. *Deshoneſta y reprouada coſa es en derecho, que los clerigos y miniſtros de la ſancta Ygleſia, que ſon elegidos en ſuerte de Dios, mayormente ſacerdotes, en quien deue auer toda limpieza, enſucien el templo conſagrado con malas mugeres, teniendo mancebas publicamente, &c.*
Sacroſanctum † etiam Concil. Trid. *Seſſ. 24 in decret.* 21
*de reform. cap. 8.* hoc crimen abhorret, exiſtimans, graue peccatum eſſe, homines ſolutos concubinas habere; grauiſſimum vero & in contemptum ſingu-





larem Sacramenti matrimonij admiſſum, vxoratos in hoc damnationis ſtatu viuere: Quare ſtatuit, ſi poſtquam ab ordinario, etiam ex officio, ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non eiecerint ſeque ab earum conſuetudine non ſeiunxerint, excommunicatione feriendos eſſe, à qua non abſoluantur, donec re ipſa admonitioni factæ paruerint: Quod ſi in concubinatu per annum, cenſuris neglectis, permanſerint contra eos ab ordinario ſeuere pro qualitate criminis procedatur: Mulieres, ſiue coniugatæ, ſiue ſolutæ, quæ cum adulteris, ſeu concubinariis publice viuunt, ſi ter admonitæ non paruerint, ab ordinario locorum, nullo etiam requirente, ex officio, grauiter pro modo culpæ puniantur, & iuxta oppidum vel diœceſin, ſi id eiſdem ordinariis videbitur, inuocato, ſi opus fuerit, brachio ſæculari, eiiciantur, aliis pœnis contra adulteros & concubinarios inflictis in ſuo robore
22 permanentibus. Ex † quo manifeſte deducitur, ad Epiſcopum ſpectare de eo crimine cognoſcere atque laicos huiuſmodi concubinarios punire, iuxta formam
23 *eiuſdem decreti*: Ratione † enim peccati publici iudex eccleſiaſticus poteſt contra laicos procedere eoſque punire, iuxta tradita per Auf. *in tractat. de pot. eccleſiaſt. ſuper laicis, num. 4. 14. & 56. vol. 14. tract. diuer. doct.* quicquid in concubina laici aliud dicat Coſmas Guimi. *vbi ſupr. in gloſſ. arcere, fol. 192. col. 1. in fin.*
24 concedens tamen in concubina clerici: † ſed cum vtroque imo omni iure ſit prohibitus concubinatus, vt vidimus, erit hoc crimen mixti fori, ſicque laici concubinarij poterunt, tam per eccleſiaſticos iudices, quam per ſæculares puniri, vt plures allegans reſoluit Auend. *vbi ſupra num. 2.* & de concubina clerici Abb. *in d. c. vt clericor. num. 7. de vit. & honeſt. cler.* & Boſſ. *in pract. crim. tit. de coitu damnato & punib. num. 15.* & de vtriſque, nempe laicis, eorumque concubinis publicis, vt aduerſus eos eaſque procedere poſſit ad punitionem ordinarius eccleſiaſticus, decidit expreſſe Concilium Trid. *vbi ſupr.*

25 Nihilominus † tamen Eccleſia meretrices publicas tolerat, ac lupanar, ob euitandum maius malum promiſcuæ luxuriæ in Republica & fœdiſſimas coniunctiones, vt patet *in cap. inter opera, de ſponſ.* vbi dicitur; *Quod qui publicas mulieres de lupanari extraxerint & duxerint in vxores, hoc quod agunt, in remiſſionem proficiat peccatorum*: Sæpe namque propter maius malum vitandum toleratur minus, *c. duo mala, & c. nerui, §. fin. 13. diſtin.* & tamen ad meretrices ſiue huiuſmodi publicas mulieres accedere mortale peccatum eſt, vt *in d. c. meretrices, 32. quæſt. 4.* etiamſi meretrix ſit ſoluta, cum ſimplex fornicatio peccatum mortale ſit, vt prædiximus: & in terminis, quod Eccleſia toleret cum diſſimulatione meretrices, meretricium atque lupanar publicum, probant ex ſuprad. gloſſ. *in d. c. inter opera.* Fel. bene declarans *in c. omnes leges, verſ. ſecunda concluſio*, ibi: *Sub hac concluſione, 1. diſtin.* Ripa *in l. ſi plagij, num. 12. ff. de verb oblig.* Ioan. Corral. *lib. 1. miſcell. cap. 3. num. 5.* Coſmas Guimier *vbi ſupra, fol. 199. col. 1. ad fin.* D. Couar. *vbi ſupra d. n. 7.* & Ioan. à Rojas *in epitom. ſucceſſ. cap. 10. num. 27.* Palac. Rub. *in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 40. num. 15.* & Villegas *in d. 2. part. flor. ſanct. cap. 3. in princ. de vita Loth*, vbi in id citat D. Auguſt. *lib. 14. de ciuitat. Dei, cap. 17.*

26 Ex quo infertur, licere † poteſtati publicæ permittere, vt in aliqua ciuitatis parte ſint meretrices: tolle enim meretrices de mundo, & ſodomia totus efficietur reprobus, ſecund. D. Aug. *in lib. de ord. cap. 4. parum ante medium, 1. tom.* quem refert D. Thom. 2. 2. *q. 10. art. 11. in reſponſ.* dicens, quod vt Deus permittit aliqua mala, quo maiora vitentur vel maiora bona ſequantur, ita & in regimine humano illi qui præſunt, recte aliqua mala tolerant, ne aliqua bona impediantur, vel etiam ne aliqua mala peiora incurrantur, & illud dictum Auguſtini eſt ab omnibus receptum ſecundum Nauar. *in Man. Lat. c. 17. n. 195.* idem Thom. *lib. 4. de regim. princ. c. 14.* tribuit hoc Auguſtino *lib. 13. de ciuit. Dei*, ſed & idem Auguſt. *lib. 14. de ciuit. Dei. cap. 18.* dicit, terrenam ciuitatem licitum feciſſe ſcortorum vſum. Idem Ioan. Echius profitetur *in homil. 1. ſuper 7. Matth. in feſto diuæ Magdalenæ*: ſed & alia in huius rei comprobationem, nempe, quod Eccleſia ac totius Chriſtiani orbis Principes lupanaria permittunt, non quod illud peccatum approbent, ſed vt adulteria atque alia luxuriæ crimina compeſcant, adducit Couar. *vbi ſupra d. n. 9. col. fin.* reſoluens, non ideo ſequi; *Hoc fit, & tamen nec lege ciuili nec Canonica punitur. Ergo eſt licitum*, vt ibi probat ex text. ſingulari *in l. at ſi quis, §. diuus autem, ff. de religioſ. & ſumpt. funer.*

Non tamen † licebit permittere lupanaria conſti- 27
tuendo eis patronos, & locando domos carius, quam locarentur honeſtis, eo quod meretrices magis lucrantur quam honeſtæ, nec recipiendo aliquam turpis lucri partem, hic enim modus continet participationem lucri partem, hic enim modus continet participationem lucri præcedentis, ſecundum Caiet. *d. artic. 11.* quem refert & ſequitur Nauarr. *vbi ſupra*, vbi quod nec licebit locare meretricibus domos in ea parte ciuitatis, in qua illa non permittit eas habitare, quia legem & conſuetudinem iuſtam tranſgreditur contra text. *in c. quæ contra mores, 8. diſtinct.*

At vero † locare meretrici domum ad meretrican- 28
dum in ea parte ciuitatis, in qua permittitur eas habitare, non erit peccatum; Quandoquidem *ſecund. Auguſt. vbi ſupr.* poteſtati licet permittere: vt in aliqua parte ciuitatis ſint meretrices, hoc enim vix poſſet exſequi ſine domuum locatione, vbi domus publicæ ad id non ſunt deputatæ: ita tenet ſine ſcrupulo Ioan. Maior *in 4. diſtin. 15. quæſt. 35.* cuius opinionem probauit Nauarr. *in cap. 28. additionum ad manuale*, ſed poſtea *in d. Man. Lat. d. c. 17. num. 195.* pluribus rationibus pro & contra adductis videtur maximum in hoc iniicere ſcrupulum, quo non videtur carere, quoties locatori conſtiterit illam mulierem eſſe meretricem, in eumque vſum meretricandi eam conducere vel conductam habere, ſi de nouo poſtea eidem relocet. Nihilominus tamen contrarium in vtroque aduerſus Nauar. indiſtincte latiſſime probat Ludou. Veia *in reſponſ. an caſus conſcien. caſu 17.* dum tamen abſit complacentia turpis vitæ in locante, qui nihilominus admonendus eſt à confeſſario, vt ſimilibus perſonis, quantum fieri poteſt; locare domum caueant.

Quinimo, † etſi, quod prædiximus de permiſſione 29
meretricum atque lupanaris, receptum ſit communiter, optimaque ratione & auctoritate fundetur atque proinde poteſtas publica, rectoreſque alicuius populoſæ ciuitatis, qui id permitterent atque effici curarent, excuſarentur propter eorum rectam intentionem, vt maiora inconuenientia vitentur, quaſi hoc ad bonum regimen ciuitatis, cui operam dant atque ſtudent, ſpectare videatur: mihi non diſplicet ſententia Nauar. nempe expedire id non permitteret, ex pluribus, quæ ipſe ibi conſiderat, & potiſſimum, quia difficile eſt defendere, licere eis hoc facere aut permittere, vel locare domus, in quibus meretricentur. Secundo, quia multi pueri incipiunt hac occaſione nacta prius peccare, quam alioquin inciperent. Tertio, libido non exſtinguitur nec tollitur, imo accenditur eius vſu *ſecundum Magiſtrum ſententiarum lib. 2. diſt. 24.* addito præcipue malo habitu fomiti ſenſualitatis. Quarto,

quia potius reſrænatur mala inclinatio habitu caſtitatis, reſiſtendo illi, quam introductione atque permiſſione lupanaris. Quinto, quia ex huiuſmodi permiſſione non conſequitur finis, per eam prætenſus puta, ne honeſtæ fœminæ ſollicitentur: quia, ſicut prudentes viri aiunt, qui ad eas ſolicitandas ſunt apti, non adeunt meretrices, imo poſtquam male ſunt eis aſſueti, tanto magis honeſtas ſolicitant, quo maiori impetu naturæ & vitij feruntur. Sexto, quia ipſe Nauarr. nouit pueros caſtiſſimos venientes ad academias ex terris, vbi non eſt huiuſmodi occaſio fornicandi, ob eam oblatam, animas, ſtudia & corpora contagio infecta perdere. His & aliis rationibus, quas omitto, id nititur Nauarr. diſſuadere. Addo ego aliam, nempe, quod ex prædicta permiſſione datur anſa ruſticis atque ſimplicibus aliiſque vilibus hominibus peccandi, qui alias minime vel non ita frequenter peccarent, propter difficultatem nanciſcendi ſimilem occaſionem, quæ cum ſibi facilis atque libera à pœna temporali publice offeratur, frequenter arripietur atque amplectetur ab eiſdem, ita, vt quoties ad ciuitates & oppida pro rerum ſuarum vſu atque commercio acceſſerint, ob id conſuetudinem habebunt libidini propriæ ſatisfaciendi, imo eo forſan frequentius, quam oportebit, ad ciuitatem & oppida accedent. Denique ex præd. permiſſione plures peccabunt fornicando, quam alias peccarent. Nec obſtat quod ſi meretrices vel lupanaria non permitterentur, fœdiſſimi coitus in Republica contingere poſſent, nempe, contra naturam, &c. hoc namque ſi aliquando acciderit, non erit ob defectum meretricum aliarumque mulierum inhoneſtarum, atque incontinétium, cum his Reſpublica abundet, prohibitis tamen & occulto delinquentibus quinimo & vbi ſunt meretrices permiſſæ, contingit prædicta peccata nefanda committi atque publice puniri, ob peſſimam atque beſtialem hominum inclinationem, potius quam ex defectu mulierum publicarum atque lupanaris, idque frequentius ſolet accidere in ciuitatibus & oppidis populoſiſſimis, ob multitudinem atque diuerſitatem gentium earumque peſſimam inclinationem: quare ergo non permitterem neque conſulerem permittendas meretrices & lupanaria.

30 Illud præterea † in propoſito admonere cenſuimus, veras vxores quandoque dici à canonibus antiquis concubinas, eo, quod abſque dotalibus inſtrumentis cæteriſque ſolemnitatibus à iure ciuili introductis fuit coniugium celebratum, vt probat Gratian *in cap. omnibus, & cap. ſequenti, 34. diſtinct.* quæ iura in hoc citat Catellian. Cotta *in ſuis primis notabilibus*, & D. Couarr. *in 4. de ſponſal. 1. part. cap. 4. in princ. n.* 8.

31 Offert † ſe nunc dubitatio neceſſario diluenda, quomodo in veteri Teſtamento legitur aliquos ſanctos viros concubinas habuiſſe? Quam dubitationem ſuſtulit S. Thom. *diſtinct.* 33. *quæſt. 1. art. 3. ad* 3. aſſerens, quod quoties hoc legitur in veteri Teſtamento, oportet dicere, eas illis fuiſſe matrimonio coniunctas, & tamen eas concubinas aliquo modo dici, quod aliquid habeant de ratione vxoris, & aliquid de ratione concubinæ: Nam ſecundum quod matrimonium ordinetur ad ſuum principalem finem, qui eſt procreatio, ſic erant vxores: Sed ſecundum quod ordinatur ad ſecundarium finem, qui eſt diſpenſatio familiæ & mutua communicatio operarum viri & vxoris, & ſimul cohabitatio, ſic vxores non erant, quæ primæ vxori accedebant, ſed concubinæ appellabantur, quaſi ſimile aliquid habentes cum concubina, in hoc ſcilicet, quod poterant eiici à lecto & à domo, ſicut illa, quæ vere eſt concubina: Vnde de Agar dicitur per Saram ad Abraham: Eiice ancillam hanc, & filium eius, quam tamen prius dederat ipſa viro ſuo vxorem: talis etiam dicitur fuiſſe Bala ipſi Iac. *Geneſ. cap.* 35. Sic † Aloyſius 32 Lippomanus *ſuper Geneſ. cap.* 22. inquit: *Concubinæ olim erant, non illegitime & fornicariæ, ſed vxores minime principales, quarum filiis non debebatur hæreditas, nec æqualis honor, non ſacerdotiũ, non primogenitura, munera tantum recipiebant, & mutua ſe charitate complectebantur, & ſeſe iurabant*: quem refert & ſequitur D. Couarr. *vbi ſupra, numer.* 9. & Menoch. *de arbitr. iudiciis 5. caſu* 418. *num.* 15. *&* 16. vbi † quod lex ciuilis ap- 33 pellat has concubinas iniuſtas vxores, hoc eſt, vxores, quæ ducebantur: non obſeruato ſolemni more, qui in ducendis iuſtis vxoribus ſeruabatur, de quibus iniuſtis vxoribus loquitur Vlpianus *in l. ſi vxor. in princip. ff. ad l. Iul. de adult.* quem locum egregie declarant Hotom. Iacob. Cuiac. Tiraq. & Iacob Ræuard. per eum *ibi* citati. Eodem pacto iura ciuilia Pandectarum, quæ de concubinis loquuntur, intelligenda ſunt: Erat † enim apud 34 veteres concubinæ nomen honeſtum, cum ea loco vxoris haberetur, atque citra criminis notam: vxor autem minime dicebatur, quia non ſolemniter ducta, *vt in l. Maſſurius, ff. de verb. ſignifi.* vbi Alciat. hoc nominatim notat, quem ſequuntur Couarr. & Menoch. *vbi ſupra.*

Sic etiam † in Concilio Toletano, relato *in cap. is* 35 *cui, 34. diſtinct.* permiſſum erat, habere concubinam illis, qui vxore iuſta carebant. Hanc tamen concubinam intelligunt *ibi* Dd. de vxore minus ſolemniter ducta, quos ſequitur Maſcardus de Suſanis *in tract. de cœlib. 3. part. cap 9. num.* 1. & Card. Paleot. *in tract. de noth. & ſpur. &c. cap.* 12. *in fin.* prout eos refert & ſequitur Menoch. *vbi ſupr. num.* 20. Sed † quomodo licuerit ſanctis 36 patribus ſimul plures vxores habere, cum de iure diuino id eſſet prohibitum, *vt in c. gaudemus, de diuort. verſ. quia vero*, & late probat Alfonſ. à Caſtr. *lib. 11. aduerſus hæreſes, verb. nuptiæ, in 4. hæreſi.* Ad hoc Innocent. III. Summus Pontifex reſpondet *in d. c. gaudemus, in verſiculo nec vlli vnquam*, dicens, illos ſanctos Patriarchas plures accepiſſe vxores propter reuelationem diuinam de hoc illis factam, per quod ſicut Iacob à mendacio Iſraelitæ à furto, & Samſon ab homicidio, ſic & Patriarchæ & alij viri iuſti, qui plures leguntur ſimul habuiſſe vxores, ab adulterio excuſantur: qua de re videndus eſt diuus Auguſt. *in lib. de bono coniugal. cap. 13. & 15.* quem citat in propoſito Caſtr. *vbi ſupr.* dicens, aperte ipſum Auguſtin. docere, aliam valde diuerſam eſſe hoc tempore ſub nouo Teſtamento matrimonij rationem, & longe aliam in tempore præterito, quando vetus Teſtamentum plenam habebat virtutem & efficaciam: Nam ſicut pro varietate temporum ſtatuta etiam humana variantur, ita Deus pro varietate temporum varias condidit leges & varias etiam eiuſdem legis fecit diſpenſationes: Ab initio enim mundi (vt Saluator noſter ait) maſculum & fœminam fecit eos Deus, & matrimonium inter ſolos duos conſtituit, vt eſſent tantum duo, non plures, in carne vna, & ſi illi primi parentes in iuſtitia perſeueraſſent, ſemper in temporis ſucceſſu matrimonium inter duos tantum, prout à principio conditum erat, celebraretur. At cum poſtea hominum malitia adeo creuiſſet, vt fere omnes idolis ſeruirent & falſos Deos colerent, pauciſſimis in cultu Dei permanentibus, decreuit Deus, viros ſeruos ſuos pluribus fœminis per matrimonium copulare, vt cultores veri Dei multiplicarentur, & ſic Angelorum ruinæ citius repararentur. Benigne igitur in hac diſpẽſatione fecit Deus in bona volũtate ſua cum humano genere, vt ſic cito ex hominibus, tanquam ex viuis lapidibus, reædificaret muros cœleſtis Hieruſalem, qui peccantibus Angelis rupti fuerant. Hactenus Alfonſ. à Caſtro *vbi ſupra.* Et quod ex diuina reuelatione & diſpenſatione licuerit olim ſanctis



ſanctis Patribus habere plures vxores, eſt communis ſecundum Marienc. *in proœm. lib. 5. Nouæ Coll. Reg. num.* 11. quicquid ipſe *ibi, num.* 12. contrarium velit cum Specul. coniug. ſed communem ſequitur & probat cum aliis, reddens quatuor rationes eius Villegas *in 2. part. flo. ſanct. cap. 2. de la vida de Abraham Patriarcha.*

In clericis autem vltra prohibitiones ſupradictas ſpecialiter eſt damnatus concubinatus, *vt per totum de cohabit. cleric. & mulier. & de vit. & honeſt. cleric.*

37 adeo † vt clericus, in ſacris ordinib. conſtitutus, carnaliter ſe immiſcens concubinæ vel alteri mulieri, quamuis ſolutæ, ſecundum Dd. quinque crimina perpetrare dicatur, nempe adulterium, ſacrilegium, ſtuprum, inceſtum & contra naturam, vt ex Bermond. Chober. refert & probat Menoch. *vbi ſupra, num.* 7. *cum ſequentib.* Et primo quoad adulterium probatur; Nam presbyter quaſi contraxit matrimonium ſpiri-

38 tuale cum Eccleſia, † quia in aſſumptione ſacrorum ordinum ſuſcipere dicitur Eccleſiam in ſponſam, cui talem implicite promittit continentiam ſeruare, *argum. auth. de monach. §. ſi quis autem, in verſiculo, ſi quis autem monaſticam, coll.* 1. Vnde cognoſcens mulierem ſolutam, videtur adulterium ſpirituale committere ſecundùm Hoſtien. *in ſumma de cohabit. cleric. & mul. §. quam pœnam*, Abb. *in cap. ſi quiſquam, eod. tit. & in cap. vt clericorum, num. 2. de vit. & honeſt. cleric.* Ant. de Butr. *in cap. at ſi clerici, in princ. de iud.* ſequitur Coſmas Guimier *in d. pragmat. S. Gall. in gl. arcere, fol.* 192.

39 *col.* 2. † Hinc gl. *in cap. per venerabilem, verb. adulterinis, qui filij ſint legit.* affirmat, quod filij presbyterorum ſunt adulterini; Nam presbyteri cum fornicantur, adulterant, cum ſint quaſi mariti Eccleſiarum, *vt in cap. Cenomanenſem, 56. diſtinct.* quam gl. dicit menti tenendam Abb. *ibi num.* 32. & Paul. de Eleazar, & Io. de Imol. *in Clemen. 1. de officio ord.* & notabilem dicit Coſmas *vbi ſupra*, eam ſequutus, & cum ea ſimpliciter tranſit Couarr. *in 4. 2. part. cap. 8. §. 5. num.* 14. & Io. à Roias *in epitom. ſucceſſ. cap. 20. num.* 55. & eſſe communiter receptam refert Iul. Clar. *§. fornicatio, verſ. cum presbytero autem*, ex Couarr. *in 4. fol. 171. col. 4.* & Placa *lib. 1. delictorum cap. 41. num.* 31. & quod hoc caſu ſit annexum adulterium ſpirituale, tenet Abb. *in cap. at ſi clerici, in princip. num.* 35. ibi: *Si non duxit eam in vxorem, de iud.*

40 Quoad † ſacrilegium ratio eſſe videtur, quia cum Deo dicati ſint, id eſt, ſacrati, ſi per copulam carnalem cum muliere ſeparantur à Deo, ſacrilegi efficiuntur: quod vltra ſupradictos ſequitur nuncupatum Coſmas Guimier *vbi ſupra*, alios allegans, id probare nitens ex text. *in c. quæ Chriſto, & in c. virginib. 27. quæſt. 1.* ex quib. dixit Abb. *in cap. quia circa, num. 5. de bigam.* quod conſtitutus in ſacris, plus peccaret fornicando, quam coniugatus adulterando: quem refert & ſequitur Coſmas *vbi ſupra.*

41 Quoad tertium, † hoc eſt, ſtuprum, eo videtur poſſe probari fundamento, quod clericus, ſaltem ex conſtitutione Eccleſiæ, vt prædiximus, tenetur continentiam ſeruare: Ergo ſi fornicetur, videtur reſpectu ſui ipſius ſtuprum committere: quod probat Bermondus & Menoch. *vbi ſupra*, & Paul. Girland. *de pœnis omnifar. coitus q. 15. & vlt.*

42 Quoad quartum, † hoc eſt, inceſtum, id probatur ex gloſſ. *in l. 2. verb. filij, C. de Epiſcopis & cleric.* quæ tenet, quod filij clericorum concepti, poſtquam ſunt conſtituti in ſacris, ſunt inceſtuoſi, quam ibi Bartol. Bald. & Paul. & Angel. ſequuntur, & ſequuntur ibi Dd. ſecundum Dec. *in cap. at ſi clerici, in princ. num.* 36. & eſſe communiter approbatam à doctoribus affirmat Paul. Girland. *de pœnis omnifar. coitus, quæſt. vlt. num.* 3. *vol. 10. tract. diuer. doct.* quem refert practica Conradi *fol. 376. n.* 11. qui etiam *fol. 541. poſt n.* 13. dicit, quod hæc eſt communis regula teſte Iul. Clar. *in §. inceſtus, verſ. ſed nunquid.*

Quoad † quintum crimen, hoc eſt, contra naturam, 43 neſcio, quomodo hoc probare poſſit Bermond. nempe clericum fornicantem cum muliere ſoluta, committere crimen contra naturam, cum ipſum auctorem non viderim, quia non potui eum reperire, ſed tantum ex relatione Menochij eum cito, niſi alleget pro ſe dictum Fabri *in princip. ſi quadrup. paup. feciſſ. dicat.* aſſerentis, quod homo agit contra naturam, alium coitum, quam vxorium ſectando.

His tamen † non obſtantibus, quamuis clericus, 44 præcipue in ſacris, grauiter peccet, cum muliere ſoluta fornicando, eius tamen crimen ſolum eſt ſimplex fornicatio, non vero adulterium, ſacrilegium, ſtuprum, inceſtus, nec contra naturam, ex text. in hoc expreſſo *in c. quia circa, de bigam.* vbi loquens in clericis, habentibus plures concubinas, an ſint irregulares, inquit, quod cum ipſi irregularitatem non incurrerint bigamiæ, cum eis, tanquam ſimplici fornicatione notatis, quoad exſequutionem ſacerdotalis officij poterit diſpenſari: idem notatur *in c. Maximianus, 81. diſtinct. & c. presbyter, ead. diſtinct. & in cap. lator, 2. q.* 7. quicquid Hoſtienſ. & Henric. *in d. c. quia circa*, dicant, quod melius dixiſſet ille text. *Triplici fornicatione notatis*: & in terminis hanc ſententiam probauit Federic. de Sen. *conſ. 167. incip. mulier accuſata*: Imol. & Card. *in d. Clement. ad noſtrum, in fin. de hæret.* vbi dicunt, quod ſi ſacerdos cognoſcit ſolutam non dicitur adulterium, ſed ſimplex fornicatio. Idem Imol. *in d. c. vt clericor. de vit. & honeſt. cler.* Cyn. Iac. Butric. & Salyc. *in d. l. 2. C. de Epiſc. & cler.* Ant. de Butr. *in c. cum dilectus, col. 2. de accuſ.* & *in cap. ſignif. col. 4. de adult.* Felin. *in d. cap. at ſi clerici, in princ. num. 14. de iud.* & *ibi* Dec. *num.* 57. vbi quod non eſt inceſtus, nec adulterium, ſed ſimplex fornicatio: quod & tenet Selua *de benef. 3. part. quæſt. 3. num. 16. vol. 15. tract. diuer. doct.* & quod ſimplex fornicatio clerici, pro adulterio, aut ſtupro, aut inceſtu nunquam habeatur, teſtatur veriorem & receptiorem ſententiam Mench. *de ſucceſſio. creat. §. 22. num.* 50. & quod coitus presbyteri cum ſoluta non habeatur pro adulterio, neque ſtupro, neque pro inceſtu, ſed tantum pro ſimplici fornicatione, teſtatur communem opinionem Caccialup *in rep. auth. ſi qua illuſtris, poſt num. 31. C. ad Orfic.* prout eum refert Iul. Clar. *in §. fornicatio, verſic. cum presbytero*, teſtatur etiam communem, addens quoque quod non ſit ſacrilegium, Boſſius *in pract. crim. in tract. de coitu damnat. & punib. num. 16. 15. & 16.* Eandem ſequitur & dicit communem in ſupradictis omnibus præterquam in crimine contra naturam, de quo non loquitur Iul. Clar *vbi ſupr. in §. fornic. verſic. ſed quæro, ad fin. ibi: cæterum coitus, & in §. inceſtus, verſ. ſed nunquid*, vbi quod non ſit inceſtus, ſed ſimplex fornicatio: & quod non ſit adulterium, Cæſar Lamb *lib. 2. de iur. patron fol. 92. num. 23. col.* 1. & quod tantum ſit ſimplex fornicatio, teſtatur etiam communem Velazq. *in leg. 9. Taur. gl. 10. n.* 10.

Hæc autem † communis ſententia limitatur in reli- 45 gioſis, quia ipſi expreſſe profitentur caſtitatem, *c. cum ad monaſterium, de ſtatu monach.* & ideo adulterium committunt: non vero idem eſt in clericis, qui ſolum ex conſtitutione Eccleſiæ ad caſtitatem obligantur, vt prædiximus: Ita tenent plerique ex ſupradictis auctoribus, præcipue Paul. Girlandi Fel. & Dec. *vbi ſupra*, & Boſſius *d. num.* 10. alios allegantes, & idem in moniali Abb. *in d. cap. at ſi clerici, in prin. num.* 35.

Limitatur † & ſecundo communis ſententia, vt con- 46

ſtat ex pleriſque ſupradictorum, in Epiſcopo fornicante, quia ſemper dicitur committere adulterium, eo, quod poſt confirmationem coniugium ſpirituale cum Eccleſia contrahit, vt *infra* dicemus: qua ratione idem
47 dicendum eſt in monachis, vt prædiximus. Tertio † limittant Dd. præfatam communem ſententiam in ſacerdote, cognoſcentem carnaliter filiam ſpiritualem, quæ etiam dicitur, quando eſt ex eius parochia, ſecundum Abb. *in c. fin. de purgat. can.* vbi etiam dicit, non reperiri quod Eccleſia diſpenſauerit in cognatione ſpirituali, licet ſæpe in carnali. Eandem limitationem ſequitur, dicens, eam tenere moderniores, Boſſius, *vbi ſupra d. n.* 10. Contra hanc tamen limitationem videtur tenere Bern. Diaz de Lugo *in ſua praxi crim. Canon. c.* 75. *n.* 2. probans quod ex confeſſione non contrahitur cognatio ſpiritualis, & ſic non poteſt dici inceſtus: Limitationem tamen veriorem eſſe exiſtimo, per tradita per eund. Bernard. Diaz *in d. practica crim. c.* 76. vt *infra* dicemus in ſexta limitatione communis ſententiæ circa depoſitionis pœnam.

48 Non obſtant † fundamenta & rationes ſuperius contra prædict. communem, de qua nunc agimus adducta. In primis enim negamus, clericum in ſacris contrahere matrimonium cum Eccleſia per ſuſceptionem ſacrorũ ordinum, quicquid de hoc dicat Menoch. *de arbit. iud. cent. 5. caſu* 421. *num.* 1. id enim tantum inuenitur expreſſum in Epiſcopo electo & confirmato, vt ex hoc contraxiſſe proprie dicatur matrimonium ſpirituale cum Eccleſia, & inde ea efficiatur ipſius ſponſa, vt *in c. inter corporalia, de tranſlat. Epiſcop. & c. cum inter canonicos de elect.* non vero in aliis clericis rectoribus, nec beneficiatis, ſaltem proprie, etiam inter canonicum & præbendam, vt latiſſime reſoluit alios citans Cæſar Lambert. *de iure patron. lib.* 1. 2. *art. 9. quaſtionis prin.* 1 *p. n.* 23. *fol.* 89. *in mag.* nec eſt aliquis text. qui hoc probet, prout non probat *d. auth. de monachis ſupra citata,* niſi in religioſis, vt *ſupra* diximus.

49 Non etiam † obſtat gloſſ. *in d. c. per venerabilem, cum ſequacibus,* affirmans, quod filij preſbyterorum ſunt adulterini, quia cum fornicantur, adulterantur, cum ſint quaſi mariti Eccleſiarum, vt *in d. c. Cenomanenſem,* 56. *diſt.* Nam reſpondeo inprimis, text. illum hoc non probare, ſed tantum quod filij adulterorum & preſbyterorum æquiparantur in hunc ſenſum, vt vtrique ſint abominatio Domino: hoc autem diuerſum eſt ab ſpecie gloſſæ & noſtra, ac proinde nihil facit pro gloſſ. illa.

Deficiente igitur fundamento gloſſæ, corruit eius ædificium. Præterea figmentum noſtrorum interpretum eſt, dicere, quod clericus fornicando cum muliere ſoluta, committit adulterium, ac proinde filij inde nati dicantur adulterini: Hoc ſiquidem nullibi probatur, ſed potius expreſſe contrarium *in d. cap. quia circa, de bigam. cum ſimil.* Nam quod ipſi præfantur de matrimonio contracto per ſacri ordinis ſuſceptionem, commenticium eſt etiam, vt prædiximus. Rectius igitur communis aſſertio habet contrarium, vt probauimus, ſicque gloſſ. contraria improprie loquitur, & ita neceſſe eſt dicere ſecundum Iul. Clar. *vbi ſup. in § fornicatio, verſ. cum preſbyter,* vel, vt verius exiſtimo, non eſt vera, ſed potius contraria opinio communis, vt docuimus.

Quinimo in ſpecie gloſſ. *d. c. cum pridem,* de filiis preſbyterorum loquentis verior & receptior ſententia eſt, quod dicantur ſpurij, non vero adulterini, vt reſoluit Ioan. à Rojas *in epitom. ſucceſſ. c.* 1. *n.* 21.

50 Nec quoad † ſacrilegium obſtant text. *in dict. c. quæ Chriſto, & c. virginibus,* illa enim iura loquuntur in virginibus Deo dicatis, quæ quidem ſunt ſponſæ Chriſti, ac proinde ex coitu cum moniali hæc crimina committuntur, ſacrilegium, inceſtus & adulterium, vt probat gloſſ. *in d. c. virginibus,* & alios referens Bernard. Diaz *in pract. crim. Canon. cap.* 75. *num.* 1. & ſtuprum, vt *ibi* per additio. & Paul. Girland. *de pœnis omnifar. coitus, quaſt.* 1. *num.* 10. vbi optimo iure probat præd. crimina committi ex coitu cum moniali, ſicut in monachis, idem *ſupra* reſoluimus eadem ratione.

Quoad † ſtuprum non obſtat, quod clerici in ſacris 51
ex conſtitutione eccleſiæ teneantur ſeruare caſtitatem, Nam cum eſſentialiter ea non ſit annexa ordini ſacro, vt prædiximus, non erit ſtuprum niſi cum virgine aut vidua honeſta fornicauerint. Non † etiam 52
quoad inceſtum obſtat gloſſ. *in d. l.* 1. *C. de Epiſcop. & cler.* quia eam reprobant Cyn. Butric. & Salyc. *ibid. n.* 2. & Bald. *in l. ſi quis incesti, n. 2. verſ. quaro, C. de inceſt. nupt.* Corſet *ſingul. incip. fornicatio, in fin.* & eſt periculoſa ſecundum Anan. & Felin. *in c. cum dilectus, n. 6. de accuſat.* & communiter reprobatur gloſſ. illa ſecundum Salycet. *ibid.* vt refert Ioan. à Rojas *d. c.* 1 *n.* 21 *& d. c.* 20. *n.* 35. (quamuis ego hoc non inueniam apud Salyc. ſed tantum quod ſimpliciter reprobet gloſſ. illam *ibi n.* 2.) nam proprie non eſt inceſtuoſus filius preſbyteri, ſecundum Couar. *in 4. de ſponſ. 2 p. c. 8. § 5. n.* 14. ſed ſpurius, ſecundum magis communem ſententiam *ſupra* relatam. Quod autem coitus clerici in ſacris, cum muliere ſoluta, non ſit contra naturam, eſt de ſe notum. Nec obſtat dictum Ioan. Fabri in contrarium allegatum, quia illud procedit quantum ad peccatum, non vero quoad pœnam temporalem, vt prædiximus.

Supereſt † modo in propoſito videre; *Qua pœna puniri debeat clericus concubinarius cum ſoluta.* Et ſane 53
Ant. de Butrio *in d. c. at ſi clerici in princ.* & ante eum Archid. *in c. notum, 2. quaſt.* 1. tenet quod debeat deponi. Quam opinionem ſequitur & teſtatur communem Aret. *in c. cum non ab homine, col.* 10. *de iud.* poſt alios, quos citat, prout eum referunt Dec. *in d. c. at ſi clerici, in princ. n.* 36. & Menchac. *de ſucceſſ. creat.* § 22. *n.* 49. & Iul. Clar. *in § fornicatio, verſic. Sed quero,* adducunt pro hac opinione text. *in c. à multis, de ætat. & qualitat. & in c. erubeſcant.* 32. *diſtinct & in c. ſi quis omnem, 1. quaſt. 7. circa fin. verſ. ſi quis vero,* ſed cum reuera iuxta veriorem & receptiorem ſententiam, quam prædiximus, hoc caſu clericus fornicarius non committat præd. crimen, ſed tantum ſimplicem fornicationem, pro eo non debet adeo graui pœna puniri, vt deponatur, vt tenet Abb. *in d. c. at ſi clerici, in princ. n.* 56. *de iud.* niſi iudex aliud arbitrabitur, vt *infra* dicemus:
& quod clericus † pro ſimplici fornicatione non de- 54
ponatur, ſed ſolum modo ſuſpenſionis pœna ab officio & beneficio ad tempus plectendus ſit, teſtatur communiter teneri gloſſ. *in cap. Maximianus, in verſ. remoueantur,* 81. *diſtin.* quam refert & ſequitur Abb. *in c. ex parte, n. 1. in fin. de teſtibus* quam ſententiam late probat Barbat. *in d. c. at ſi clerici in prin. col.* 37. ſequuntur & dicunt communem ſcribentes *ibi*: & in ſpecie Imola *ibi n.* 11. Fel. 14. Dec. 36. vbi reſpondet fundamentis contrariæ partis, & ſequuntur magis communiter Dd. ſecundum Bero. *n.* 165 *cum ſequentibus,* & probat Follerius *in pract. crim. Canonic. fol.* 221 *n.* 6. Selua *de beneficio in 3 p. q. 3. n. 13. cum ſeqq. fol. 52. vol. 15. tract. diuer. doct. in antiquis,* vbi *n.* 16. limitat, niſi poſt monitionem ſuperioris noluerit deſiſtere, Duennas *in reg* 101. *in princ.* Bermond. *in tract. de public. concub. pag.* 251. *n.* 10. cum aliis, Bernard. Diaz *in pract. crim. c.* 72. & Boſſius *in titulo de coitu damnat. num.* 10. teſtatur communem plures referens Mench. *de ſucceſſ. creat. § 22. num.* 48. vbi *n.* 50. quod hæc pars in vſibus forenſibus ſibi recepta videtur, & Iul. Clar. *vbi ſupr. § fornicatio, in verſ. ſed quæro,* eſt magis communis ſecundum Didac. Perez *in l. 23. tit. 3. lib. 1. ordin. col.* 7. Eandem ſequitur & probat Cæſar Lambert. *de iur. patron. lib. 2. 1. par. quaſt. 9. art.* 20. *num. 15. cum ſequentibus fol.* 97. vbi *n. 19. cum ſeqq.* eleganter ex hoc probat opinionem Ioan. And. Antonij & Petri *in d. c. clericorum,* tenentium, magis peccare laicos coniugatos fornicantes, quam clericos non coniugatos: quæ eſt communis ſententia ſecundum Abb. *in d. c. vt clericorum n.* 6. quamuis dicat, apud ſe non eſſe ſine dubitatione, quin clericus committat adulterium ſpirituale & ſacrilegium: ſed communis & verior ſententia in hoc de adulterio & ſacrilegio, eſt, quam prædiximus contra Abb.

55 Hæc tamen † communis ſententia, quæ habet, vt clericus pro ſimplici fornicatione non debeat deponi, ſed ſolum ſuſpendi, limitatur primo in clerico committente fornicationem, quæ inſignem habeat deformitatem, pro ea namque deponendus erit, ſicuti pro adulterio, inceſtu, ſtupro & ſimilibus, iuxta gloſſ. *in d. c. Maximianus. & in c. lator* 81. *diſtin. & in c. lator, 2. quaſt.* 7. quas ſequuntur Abb. & Dd. *in d. c. at ſi clerici, de iud.* ſecundum Couarr. qui eos ſequitur *in 4. 2 p. c. 6. § 8. n.* 3. eſt communis ſecund. Paul. Girlan. *de pœnis omnifar. coitus, quaſt. 2. n. 3. & quaſt. 7. n. 2. & quaſt. 3. n.* 2 vbi de inceſtu cõmiſſo per clericum cum nouerca & aliis, & in commiſſo cum commatre, idem probat Bernar. Diaz *d. c. 76. n.* 4. & quod clericus deponatur propter inceſtum, idem Bernar. Diaz. *c. 78. n.* 2. & propter adulterium, teſtatur communem alios referens Iul. Clar. *in § adulterium, in verſ. clericus autem,* & hæc limitatio prima eſt communis, ſecundum Petrum Duennas *in reg.* 101. *limit. 2. & 5.* & Menchac. *de ſucceſſ. creat. d. § 22. n.* 49. qui eam ſequitur.

56 Secundò † limitatur eadem ratione in clerico rem habente cum moniali, quia is deponendus eſt, cum committat crimina de quibus *ſupra*: ita tenet gloſſ. *in d. c. virginibus & in c. ſi Epiſcopus, & in c. ſi quis rapuerit, & in c. ſi qua monacharum,* 27. *quaſt.* 1. quas ſequitur bene probans & alios allegans Bernar. Diaz de Lug *in pract. crim. c. 75. n.* 2. & Paul. Girland. *vbi ſupra, quaſt. 1. n.* 18. & Petrus Duennas *vbi ſupra limitatio.* 1.

57 Tertiò † limitatur in clerico, de facto contrahente matrimonium cum ſoluta vt *in c. fraternitatis,* 34. *diſt. & in c. ſi quis amodo* 81. *diſt.* melior text. *in c. preſbyter,* 28. *diſt.* & *ibi* Archid. Domin. & Præpoſitus quem text. deſumpſit Gratian. *ex c. 1. Concilij Neocaſarienſis,* & in terminis tenet Abb. *in d. c. at ſi clerici, col. 2. de iud.* tradit late, tam de preſbytero, quam aliis clericis hoc facinus perpetrantibus Bern. Diaz *in pract. crim. c. 74. per totum,* vbi de aliis pœnis eiſdẽ imponendis, & Ignatius Salced. *ibid.* plura etiã circa ſupradicta refert.

58 Quartò † limitat Nauar. *in c. conſideret, in prin. n.* 121. *de pœnitentia diſtin.* 5. in clerico propter fornicationem continuatam: Nam licet propter momentaneam non deponatur, propter continuatam deponitur hodie iuxta gloſſ. *in c. preſbyter,* 82. *diſt.* quem ſequitur Petrus Duenn. *vbi ſupr. limit.* 4. exemplificans in fornicatione notoria vel ſcandaloſa, & continuata, quæ digna eſt depoſitione, vt *in c. quam ſit graue, de exceſſ. prælat.* Hæc tamen limitatio aduerſatur menti communis ſententiæ præcedentis negatiuæ: Si enim clericus fornicarius deponi non debet propter ſimplicem fornicationem, bene præſupponitur, id procedere, licet fornicatio ſit continuata: Augebitur tamen pœna ſuſpenſionis reſpectu amplioris temporis pro illa, tanquam notoria, & ſcandoloſa & continuata, non tamen ob id pœna depoſitionis imponenda erit, niſi tranſeat in aliam ſpeciem delicti, nempe adulterij, ſacrilegij, inceſtus vel ſtupri, per prædicta, & voluit Abb. *in d. c. at ſi clerici in prin. num.* 35. ibi: *Sed dic melius.*

Quinto † limitatur in clerico committente crimen 59
contra naturam, quia pro eo deponendus eſt, vt probat Paul. Girland. *vbi ſup. quaſt. 2. n. 3. quaſt. 8. n. etiam* 5. Cæſar Lambert. *de iure patron. lib. 2. 1. part. 9. quaſt. princ. art. 18 n. 2. fol.* 93. & Petr. Duen. *d. regul.* 101. *limit.* 7. Hodie per motus proprios Pij V. Pontificis Maximi, preſbyteri, & alij clerici quicunque, ſæculares & regulares cuiuſcunque gradus & dignitatis, hoc crimen perpetrantes, omni priuilegio clericali omnique officio, dignitate & beneficio eccleſiaſtico priuati exſiſtunt ipſo iure, ita quod per iudicem eccleſiaſticum degradati poteſtati ſæculari ſtatim tradantur, qui de eis illud idem capiat ſupplicium, quod in laicos hoc in exitio deuolutos legitimis reperitur ſanctionibus conſtitutum, vt patet ex motu proprio eiuſdem Pontificis ſuper hoc lato apud ſanctum Petrum, ann. incarnatio. Dominicæ 1568. 3. Calend. Septembris, & iterum prius ann. 1566. Calen. April. *in verſ. ſi quis crimen, &c.*

Sextò † limitatur in ſacerdote cognoſcente carnali- 60
ter filiam ſuam ſpiritualem; Is namque cum ita graue crimen committat, vt diximus *ſupra*, ob ib deponendus eſt, & peregrinando duodecim annos pœnitere debet, vt *in c. ſi quis ſacerdos,* 30. *quaſt.* 1. Quod † nedum 61
procedit in filia ſpirituali ſimpliciter, ſed etiam in ea, quæ propter Sacramentum pœnitentiæ effecta fuit filia ſpiritualis: vt eſt text. *in c. fin. ead. cauſ. & quaſt.* quia omnes, quos in pœnitentia accipimus, ita filij noſtri ſunt, vt in Baptiſmate ſuſcepti, vt *in c. omnes, ead. cauſ. & quaſt.* & † dum text. *in d. c. fin.* hoc de depoſitione & 62
ceteris pœnis intelligit, ſi in conſcientiam populi veniat, intelligendum eſt, id eſt, ſi hoc teſtibus probatum fuerit: ſatis enim in notitiam populi venit delictum, quod teſtibus comprobatur; quaſi velit text. mitiori pœna puniendum ſacerdotem, quando hoc delictum in occulto reuelatur ſuperiori: ita Bernard. Diaz *vbi ſupr. c. 76. n.* 1. quem ſequitur Greg. Lop. *in l. 33. in gloſſ. de lo fazer, tit. 4 p.* 1.

Pro qua † limitatione facit gloſſ. 1. *in d. c. fin.* dicens, 63
magis peccare ſacerdotem cognoſcendo filiam ſpiritualem, quam vxorem alterius: quam gloſſ. allegat & ſequitur Dec. *in d. c. at ſi clerici, n.* 38. & hanc limitationem in terminis ſequitur Abb. *in d. c. fin. de purgat. canon.* Fel. *in d. c. at ſi clerici, in princ. n.* 14. & *ibi* Dec. *d. n.* 38. idem Dec. *conſ.* 462. *col.* 1. & Ioan. de Selua *de benef. 3. p. quaſt. 3. in fin. n.* 18. Bern. Diaz *d. cap. 76. num. 1. & 2.* vbi quod clericum ob hoc delictum indiſtincte deponeret, imo & tempeſtate hac carceri aliqui per aliquos & non paucos annos manciparet: ſequitur etiam Greg. Lop. *vbi ſupr.* Ampliat Bern. Diaz *vbi ſupra,* vt † eadem 64
depoſitionis pœna puniatur clericus cognoſcens carnaliter illam, quam tenuit in Sacramento Confirmationis, cum eodem modo ſit effecta eius ſpiritualis filia, quamuis in aliis pœnis vltra depoſitionem iniungendis pro hoc delicto, mitior poſſit eſſe iudex, cum non ſit ita graue in oculis hominum, ſicut præcedens.

Hæc ſexta † limitatio procedit etiam in ſacerdote 65
cognoſcente parœcianam ſuam, quia illa dicitur filia ſpiritualis, quæ eſt de parochia eius, ſecundum Abb. *in d. c. fin. de purgat. canon.* quem ſequitur Dec. *in d. c. at ſi clerici, in princ. num.* 38. & Selua *vbi ſupra, n.* 19. Credit tamen Bernard. Diaz *vbi ſupra*, quod licet vera ſit hæc concluſio doctorum, ſi tamen ſacerdos cognoſceret filiam parochiæ ſuæ, nullo alio ſibi vinculo ſpirituali coniunctam, non propter hoc eſſet deponendus, quia eſſet magna extenſio iurium pœnalium, quamuis tale facinus committens non leuiter puniendus ſit.

Septimo † communis ſententia limitatur in religio- 66
ſis, quia ipſi expreſſe profitentur caſtitatem, *cap. cum*

*ad monaſterium, de ſtatu monach.* ita Fel. *in d.cap.at ſi clerici, in princ. num.* 14. & *ibi* Dec. *num.* 38. *diximus ſupra.*

67 Octauo † & vltimo limitatur in Epiſcopo, quia is fornicando ſemper dicitur committere adulterium propter eccleſiam eius ſponſam, gloſſ. *in cap. ſi quis amodo*, 81. *diſtin.* & ideo deponendus eſt, vt notat Abb. *in c. fin. per text. ibi, de purgat. canon.* ſequitur Dec. *vbi ſupra, num.* 38. hoc intelligens verum in Epiſcopo conſecrato, ſecus in electo tantum, quia is non dicitur proprie Epiſcopus ante conſecrationem, vt ibi per eum ſequitur Bermond. Chober. *in tract. de public. concub. in verſic. & alios num.* 13. quem refert & ſequitur Menoch. *de arbitr. iud. centur.* 5. *caſu* 418. *num.* 4. & Selua *vbi ſupra, num.* 17. De hac tamen limitatione dubitat Felin. *d. num.* 14. & ab ea diſſentit Corſet. *in verb. fornicatio.* Sed imo in contrarium eſt eſt verior & communis ſententia, vt Epiſcopus propter fornicationem, etiamſi ſemper dicatur committere adulterium, non tamen ob id deponatur, vt refert & ſequitur Cæſar Lambert. *de iure patron. lib.* 2. 1. *p. quæſt.* 9. *art.* 20. *num.* 20. *fol.* 97. *col.* 4. vbi aſſignat bonam rationem, ſcilicet propter nimiam æquiparationem, quam habet matrimonium ſpirituale, quod conſiſtit inter Epiſcopum & Eccleſiam, & matrimonium carnale: vnde ſicut per adulterium non ſeparatur in totum matrimonium carnale, ſed tantum quoad thronum, vt *in toto tit. de adult. in Decretal.* ita etiam in matrimonio ſpirituali, licet committatur adulterium per Epiſcopum, non deponetur ipſe, quia ſi hoc fieret, in totum ſepararetur: quod fieri non poteſt, propter auctoritatem Chriſti dicentis; *Quod Deus coniunxit, &c.* quæ etiam habet locum in matrimonio ſpirituali, vt *in cap.* 2. *de tranſlat. Epiſc. & in c. niſi cum pridem, de renunciat. cum ſimil.* Quæ communis ſententia hodie probata videtur in ſacro Conc. Trid. *Seſſ.* 25. *in decret. de reform. cap.* 14. *circa fin.* quatenus *ibi* hæc pœna Epiſcopo concubinario ſtatim non infligitur, ſed in hunc modum diſponitur: *Epiſcopi quoque, quod abſit, ſi ab huiuſmodi crimine non abſtinuerint* (loquitur enim in crimine concubinatus) *& a Synodo prouinciali admoniti ſe non emendauerint, ipſo facto ſint ſuſpenſi: & ſi perſeuerent, etiam ad Sanctiſ. Romanum Pontificem deferantur, qui pro qualitate culpæ, etiam per priuationem, ſi opus fuerit, in eos animaduertat.* Et hæc, quæ dicta ſunt, circa depoſitionis pœnam ſufficiant.

68 Cum igitur † regulariter pœna depoſitionis non ſit imponenda clericis pro ſimplici fornicatione, ſupereſt vt videamus, qua alia pœna feriendi ſint pro præd. crimine frequenter committi ſolito; Et in hoc Abb. *in d. c. at ſi clerici, in prin. num.* 36. *de iud.* dicit, quod cum iura in hoc vario modo diſponant, quandoque apponendo pœnam acerbam, quandoque mitem, & quandoque mitius procedendo, mediam viam amplectendo, vt patet ex iuribus per eum *ibi* allegatis, relinquitur arbitrio ſuperioris, vt conſideratis circumſtantiis, & ſcandalo inde ſurgente, & conſuetudine patriæ, apponat pœnam, quandoque depoſitionis, quandoque ſuſpenſionis, & quandoque priuationis à beneficiis, quandoque prius moneat, quandoque ſine monitione priuet, ex quo conſtat de delicto: Sibi enim videtur data optio, ex quo varias pœnas & modos procedendi à iure reperimus traditos: ſequitur Bernar. Diaz *in pract. crim cap.* 37. *num.* 3. Tandem quod clericus ob ſimplicem fornicationem ſit arbitrio iudicis puniendus, tenet Corſet. *in ſuo ſing. verb. fornic.* Bermon. Choner. *in d. tract. de pub. concubin. in verſ. & alios non publicos, num.* 10. & Maſcard. de Suſan. *in tract. de cœlibat.* 3. *p. cap.* 2. prout eos refert Menoch. *vbi ſupra, num* 3. & 5. Triginta pœnas concubinarij enumerat Petr. Rebuff. *in concordat. Regis Franciæ, in tract. de pub. concub.* quem ibi ſcripſit, & hanc ſententiam approbat hodie Sacroſanct. Concil. Trid. *vbi ſupra, d. ſeſſ.* 25. *in decret. de reform. cap.* 14. *verſ. clerici vero*, in clericis beneficia Eccleſiaſtica, aut penſiones non habentibus, in hunc modum: *Clerici vero beneficia Eccleſiaſtica aut penſiones non habentes, iuxta delicti contumaciæ perſeuerantiam & qualitatem, ab ipſo Epiſcopo carceris pœna ſuſpenſione ab ordine ac inhabilitatione ad beneficia obtinenda, aliiſue modis, iuxta ſacros canones puniantur.*

In clericis autem beneficiatis: vel penſiones Eccleſiaſticas habentibus, ſic diſponit Concilium: *Prohibet ſancta Synodus quibuſcunque clericis ne concubinas, aut alias mulieres de quibus poſſit haberi ſuſpicio, in domo vel iuxta detinere aut cum illis vllam conſuetudinem habere audeant: alioquin pœnis à ſacris canonibus vel ſtatutis eccleſiarum puniantur: quod ſi à ſuperioribus moniti ab his ſe non abſtinuerint, tertia parte fructuum, obuentionum ac prouentuum beneficiorum quorumcunque & penſionum ipſo facto ſint priuati, quæ fabricæ eccleſiæ, aut alteri pio loco, arbitrio Epiſcopi applicentur, ſin vero in delicto eorum cum eadem vel alia fœmina perſeuerantes, ſecundæ monitioni adhuc non paruerint non tantum fructus omnes, ac prouentus ſuorum beneficiorum & penſiones eo ipſo amittant, qui prædictis locis applicentur, ſed etiam à beneficiorum ipſorum adminiſtratione, quoad ordinarius, etiam vti ſedis Apoſtolicæ delegatus arbitrabitur, ſuſpendantur: & ſi ita ſuſpenſi, nihilominus eas non expellant, aut cum illis etiam verſentur, tunc beneficiis, portionibus ac officiis & penſionibus quibuſcunque, eccleſiaſticis perpetuo priuentur, atque inhabiles ac indigni quibuſcunque honoribus, dignitatibus, beneficiis, ac officiis in poſterum reddantur, donec poſt manifeſtam vitæ emendationem ab eorum ſuperioribus cum his ex cauſa viſum fuerit diſpenſandum: ſed ſi poſtquam eas ſemel dimiſerint, intermiſſum conſortium repetere aut alias huiuſmodi ſcandaloſas mulieres ſibi adiungere auſi fuerint, præter præd. pœnas, excommunicationis gladio plectantur, nec quæuis appellatio, aut exemptio prædictam executionem impediat aut ſuſpendat, ſupra dictorumque omnium cognitio non ad Archidiaconos, nec Decanos, aut alios inferiores, ſed ad Epiſcopos ipſos pertineat, qui ſine ſtrepitu & figura iudicij & ſola facti veritate inſpecta procedere poſſint:* Ita ſanctum Concil. Trid. *vbi ſupra*, cuius verba referunt nouiſſime Nauar. *in Man. Lat. cap.* 25. *num.* 109. & Menoch. *vbi ſupr. num.* 11. & ſtatuta ab eo contra concubinarios, tam clericos, quam laicos; monet Pius V. omnes locorum ordinarios: & in virtute ſanctæ obedientiæ eis præcipit, vt diſtricte faciant obſeruari, redditurí Deo & ſibi; ſi id omiſerint, rationem: vt patet ex eius Bulla prohibitionum blaſphemiæ, ſodomiæ, ſimoniæ, concubinatus, &c. lata an. 1566. *in verſ. Monemus præterea*: & ſtante præd. diſpoſitione Conc. Trident. omnino ſeruanda aduerſus clericos concubinarios referre non curo aliam priorem contra eoſdem Concilij Baſilienſis, *Seſſ.* 20. cuius literam refert Bernar. Diaz *vbi ſupr.* dicens, præd. *Seſſ.* 20. fuiſſe factam ante eius Concilij ſciſſuram, de quo late diſſeruimus ſupra *libr.* 1. *Canonic. quæſt. cap.* 1. *per totam*: nec refero etiam Concilij Rhemenſ. ſub Eugenio II. *cap.* 2.
relatum à Rebuffo *vbi ſupr. num.* 12. Dubium † tamen 69
ſe nobis hic offert breuiter explicandum, antequam ad vlteriora procedamus; *An in puniendis clericis concubinariis iudices Eccleſiaſtici ſeueritatem atque iuris rigorem omnino ſeruare debeant, an vero æquitate ſit vtendum hac in re?* Et videtur quod ſeueri debeant eſſe propter grauitatem criminis, atque ipſius frequen-



tiam, vt admonet Menoch. *vbi ſupra, num.* 6. quia peſtis hæc propter nimiam contagionem indiget ferro ignito, vt *in cap. ecce*, 24. *quæſt.* 3. ferro enim abſcindenda ſunt vulnera, quæ fomentorum non ſentiunt diſciplinam, vt *in cap. quam plurimos*, 82. *diſtinctione*, ſiquidem ſcabioſa ouis à caulis eſt repellenda, ne tota domus, maſſa corpus & pecora ardeant, corrumpantur, putreſcant & intereant, vt *in cap. reſecanda*, 24. *quæſt.* 3. quæ omnia in propoſito adducit gloſſ. *pragm. S. Gallic. in tit. de concub.* §. *& cum omne, fol.* 100. *in princ.* vbi ideo in text. *in* §. *in conciliis*, dicitur in propoſito, *condigna pœna ſeueriter procedatur.*

Nihilominus tamen Abb. *in cap. at ſi clerici, in princ. num.* 36. *de iud.* tenet oppoſitum, nempe, quod in hoc delicto fornicationis ſemper iudex declinet ad mitiorem partem, quia pauci (vt inquit Gregorius) ſine vitio incontinentiæ reperiuntur, vt *in c. quia tua*, 50. *diſtinct.* & melius eſt redargui à Deo de miſericordia, quam de ſeueritate, *c. alligant*, 26. *quæſt. vlt.* quod ſequitur gloſſ. *d. pragma. ſanctio. Gallic. tit. de concub.* §. *pœnis aliis fol.* 106. *in prin.* & Bernard. Diaz. *d. c.* 73. *n.* 3. vbi eius additio alia in fauorem adducit. Quid tenendum? Ego, quoties iuxta præmiſſa arbitrio iudicis plectendus eſt clericus fornicarius non vero pœna certa ordinaria, hanc ſecundam partem, eligerem, nempe, vt tunc Iudex ſemper, obſeruatis tamen circumſtantiis delicti eiſque attentis, potius declinet in mitiorem partem, *per prædicta*: quia tunc locum habet arbitrium & miſericordia, prouiſo tamen in poſterum, ne ita parua ſit condemnatio, vt ob paruitatem pœnæ facile clericus in idem crimen reincidat: & ita ſemper obſeruaui in hoc Epiſcopatu Ciuitatenſi, cum eſſem in eo Prouiſor, & in Placentino aſſeſſor Vicarij generalis, puniendo clericos huiuſmodi pœna aliqua pecuniaria moderata, & nonnunquam recluſionis in Eccleſia ad breue tempus, quando delictum erat notorium & inueteratum, ex quo ſcandalum magnum ortum erat in populo, vel ſi forte reiteratum fuerat, monitione præcedente contempta, quoties aliqua iuſta cauſa & ratione pœnæ ordinariæ locum minime eſſe exiſtimabam.

Quod ſi iuxta formam & diſpoſitionem decreti Concil. Trid. præcitati locus eſt pœnæ certæ ac determinatæ, & ſic ordinariæ eiuſdem, quia præceſſit monitio, & ei non fuit paritum ac delictum poſtea ſequutum, legitime probatum ſit, nec aliqua legitima cauſa moderandi eandem pœnam intercedat aut ſubſiſtat, tunc ad vnguem ſeruarem diſpoſitionem Concil. Trid. modo relatam, tum propter præciſam obligationem, qua omnes tenentur eandem ſeruare, & à qua ſine cauſa legitima recedi non licet: tum etiam propter præceptum ſub virtute ſanctæ obedientiæ à Pio
70 V. in ſua præd. Bulla in id factum. Denique † & tertio, ne alias ob remiſſionem iniuſtam iudicum clerici vomitu recidiuo ad huiuſmodi concubinatum publicum redeant. Oportet tamen tales ſuperiores contra huiuſmodi concubinarios procedentes, eſſe viros graues, id eſt, doctrina præſtantes, vitæ innocentis & inculpatæ, ac nullius criminis labe notatos; alias enim ſi tales non eſſent, illis diceretur;

*Turpe eſt doctori, cum culpa redarguit ipſum.*

Vt monet gloſſ *dicta pragm. S. Gallic. in d. tit. de concub.* §. *in conciliis pag.* 185. *verbo ſeueriter.*

71 Clericus tamen † concubinarius in propoſito dicitur, qui ſolutam mulierem & corruptam nullo ſibi ſpiritualis vel carnalis cognationis vinculo coniunctam domi retinet, cum qua conſueuit carnaliter commiſceri. Nam alias vnicus tantum concubitus, ſolum eum fornicarium faceret, & ideo non eſſet damnandus pœnis concubinariorum: quod ſi concubina eſſet nupta, virgo aut ſibi ſanguine coniuncta, tunc eſſet grauius delictum grauiorique pœna puniendum, vt ſupra eſt dictum: nec eſt diſtinguendum, ſola ne retineatur domi concubina per clericum, an ſub velamento, quod pediſſequa ſit matris, ſororis, amicæ vel alterius, cuius cohabitatio clericis non inhibetur; dum tamen conſtare poſſit, quod eam habet in concubinam: Idemque eſſet, ſi clericus in aliena domo notam fœminam habeat, cui ſolet carnaliter commiſceri, ſi de hac conſuetudine conſtat & diffamatus eſt in ſua vel ipſius fœminæ vicinia, licet ad effectum concubinatus, de iure ciuili alias requiratur, quod ſit retenta in domo; reſpectu tamen punitionis delicti clerici concubinarij ſufficit quod prædiximus: populus enim ſiue domi, ſiue extra eam habeat clericus, concubinam vocat eumque reputat concubinarium. Ita Bernad. Diaz *in pract. crim. cap.* 73. *num.* 1. & late probat Auend. 2. *p. c.* 16. *prætor. num.* 13. *cum ſeqq.* vbi quomodo probandus ſit publicus concubinatus clerici, monachi vel vxorati, ad puniendas eorum concubinas pœnis à legibus Regiis eiſdem impoſitis. Adde gloſſ. *pragmat. S. Gallic. in tit. de concubinariis*, §. *ipſas autem, in goſſ. concubinas*, vbi
† quod concubina large accipitur pro quacunque mu- 72
liere, quam clericus tenet in domo ſua luxurioſo affectu; ſiue propria ſiue conducta, aut gratis, ſiue hoſpitio accepta, ſiue etiam ſit ipſius concubinæ, dummodo ſimul habitent: & hæc habitatio talis eſſe debet, vt ſimul viuant & ſint commenſales, alias non dicuntur cohabitare: quod etiam probat Palat. Rub. *in repet. c. per veſtras*, §. 21. *n.* 17 *de donat. inter vir. & vxor*
dicens, † quod attenta lege Regni, quæ publicitatem 73
requirit, ne aliæ mulieres hoc videntes, in ſimile delictum cadant, illa dicetur publica concubina clerici, monachi, religioſi vel vxorati, quæ communi opinione vicinorum, pro tali concubina reputabatur, quia ſcientibus & videntibus vicinis, ille domum eius intrat & conuerſatur, & è contra illa domum eius frequentat, & alimenta & alia recipit: Hanc reputat Palat. Rub. publicam concubinam, vt debeat puniri pœnis legum huius Regni: vnde non ſufficeret quod fuerit in delicto vel concubinatu deprehenſa: Sola enim deprehenſio in delicto, non reddit delictum publicum vel notorium, niſi aliter quis conuincatur, vt *ibi per eum*, cuius dicta in hoc probant Ant. Gom. *in l. Taur. cum ſeqq. n.* 22. plures allegans, & Auiles *cap.* 27. *præt. in gloſſ. manceba publica, num.* 1. & Didac. Perez *in l.* 4. *in gloſſ. manceba publica, pag.* 201. *col.* 1. *tit.* 7. *lib.* 8. *ordinam.*

Hæc autem quoad exigendas pœnas à publicis concubinis clericorum religioſorum atque vxoratorum à legibus Regis impoſitas *del marco de plata*, & cæteras pœnas earundem exſequendas, forte procedent, nempe, requiri præd. probationem publici concubinatus, vt ſic arceatur cœca cupiditas iudicum ſæcularium, qui ſtante quacunque probatione publicæ vocis & famæ concubinatus in vicinia prædictarum perſonarum, ſtatim eas condemnant in præd. pœnis, quia tertia pars *del marco* ipſis iudicibus applicatur per eaſdem leges, vnde merito, vt ad condemnationem pœnæ ordinariæ prædicta omnia ita exacte, vt Palat. Rub. dicit, probari debeant, alias minime locum habeat condemnatio pœnæ ordinariæ, vt ipſe præfatur & tenet, ſed monitionis & alicuius extraordinariæ pœnæ, cuius nulla pars iudici ſententianti, ſed fiſco applicari debet; vt per iudices timoratos & attentatos ſit: & ſæpiſſime per aduocatos allegari ſolet opinio ſup d. Palat. Rub. in fauorem & defenſionem harum mulierum, qui non fatentur, aliqua pœna eas eſſe condemnandas, ſed potius omnino liberandas eſſe per ſententiam contendunt, eo quod concubinatus publicus requiſitus

à legibus Regiis, non probetur ſufficienter iuxta requiſita per Palat. Rub. *vbi ſupr.* & ſequaces, adhærentes ſemper eius dicto : quod profecto, cum agitur de pœna ordinaria exigenda & infligenda, ſecurius ac rationi iurique congruens videtur, quamuis iudices ipſi dictum Palat. Rub. in hoc, vt plurimum non ſequantur ; ſed quod prædiximus, faciunt.

74 Sed quoad † puniendum clericum concubinarium pœna arbitraria, vt prædiximus, non ita exacta probatio requiritur, ſicut ea, quamuis exigit Palat. Rub. qui contra clericum minime loquitur, ſed contra eius concubinam & ad effectum exigendi ab ea pœnam legibus Regiis publicis concubinis clericorum impoſitam : quod eſt diuerſum: vnde ad puniendum clericum concubinarium ſufficit probatio quamuis prædiximus ex Bernard. Diaz præcipue, cum in clericis magis & potiori iure prohibeatur impudicitia quæcunque propter obligationem, qua tenentur ex conſtitutione Eccleſiæ obſeruandi caſtitatem, ſicque puniendi ſunt ex quacunque fornicatione, quamuis non vt concubinarij, ſi conſuetudinem fornicandi non habeant ; ſi vero illam dicti clerici habeant, grauius puniantur, licet ea omnia, quæ ita exacte requirit Palacius Rub. ad probationem publici concubinatus, non probentur, ſed tantum quod prædiximus : alias enim impunitus remaneret concubinatus publicus in clericis, ſi ipſi alimenta non præſtarent concubinis ; vel ſi hoc non probaretur, quamuis tenera præſtarentur alimenta cæteraque neceſſaria, ſicque occaſio præberetur, vt paſſim clerici haberent concubinas, occulte miniſtrando eis neceſſaria : & hoc in clericis indubium reputo, nempe, vt ad puniendum ipſorum concubinatum, non requiratur neceſſario probatio eorum, quæ dicit Palat. Rub. ſed ſufficiat probatio alias iuridica contra eos: præterquam quod Palat. Rub. non loquitur, quando proceditur contra clericos publicos concubinarios, ſed contra eorum & ſimilium perſonarum concubinas publicas & ad imponendas eiſdem pœnas l. Reg. quod maxime à noſtra ſpecie differt.

75 Quinimo † & contra clericorum & ſimilium concubinas publicas, & reſpectu pœnarum l. Reg. adhuc Auend. *vbi ſupra num.* 13. credit aduerſus Palat. Rub. non eſſe neceſſarium, quod vltra conuerſationem clerici & concubinæ, illa recipiat à clerico alimenta vel alia neceſſaria, vt dicatur publica concubina ; Nam concubinatus ex luxurioſo affectu & commixtione cauſſatur, vt ibi probat ; Quandocunque igitur conſtiterit de iſto luxurioſo affectu & commixtione, probatus eſt concubinatus ; quod ſi hic publicus fuerit, erit punibilis pœnis legum huius Regni, aliter impunitus eſſet publicus concubinatus, ſi ipſe non præſtaret alimenta concubinæ ſuæ : fatetur tamen apertius iſtud præſumendum, ſi mulier recipiat alimenta à concubinario ; & hanc opinionem Auend. contra Palat. Rub. ſequuntur communiter iudices ſæculares, quæ (ſi alias recte probetur publicus concubinatus) non videtur à probabilitate aliena, cum leges Regiæ de hoc agentes, nuncupatim non requirant, quod concubinarius publicus præſtet alimenta ſuæ concubinæ, ad hoc, vt ipſa pœnis earum puniri poſſit, tametſi his probatis erit crimen indubitanter probatum: quod autem non admitto, eſt, vt ex quacunque probatione publicæ famæ concubinatus, iudices concubinas in pœnis legum Regiarum condemnent : Hoc namque minime ſufficeret, niſi de publicitate conſtet per legitimos teſtes deponentes de diffamatione & rei euidentia mutuaque conuerſatione & frequentia ſuſpectæ amicitiæ, & cæteris *ſupra* enarratis per Palat. Rub. *vbi ſupra*, præter illud de alimentis & aliorum neceſſariorum præſtatione, vt reſoluunt Bernar. Diaz & Auend. *vbi ſupra*, ſola namque deprehenſio in delicto non ſufficeret ad condemnandam concubinam in pœnis dictarum legum, vt recte probat Palat. Rub. *vbi ſupra.*

Sed ad hoc, vt † clericus concubinarius puniri poſ- 76
ſit pœna ſuſpenſionis vel priuationis, ſi non eſt publicus concubinarius, præcedere debet monitio, ſecund. Innocent. *in cap. ſi autem, de cohabit. cler. & mul.* quem refert & ſequitur Præpoſ. *in c. nullus, 32. diſt.* & Bernar. Diaz *d. c. 73.* vbi *n. 3.* quod ad hoc, vt prælati excuſentur à monitionibus faciendis clericis ſuæ diœceſis, in hac materia prudenter facient, monendo omnes generaliter in ſuis conſtitutionibus ſynodalibus, ne concubinarij ſint, contra facientibus pœnas debitas irrogando, & ibi additio *literæ F.* hoc intelligit procedere contra illos clericos, qui ſecundum legem diœceſanã tenentur in ſynodo comparere, alias enim ex quacunque via iudex procedat, monitio debet permitti, nec ſine ea iudex Eccleſiaſticus procedere debet ad imponendas dictas pœnas, niſi talis clericus eſſet manifeſtus concubinarius & incorrigibilis, imo trinam monitionem requirunt iura, vt *in cap. ſi quiſquam, & in cap. ſi autem, de cohabit. cler. & mul.* per quæ iura ita tenet gloſ. *pragmat. ſanct. Gallic. titul. de concub. §. necnon, verb. monere, fol. 170. pag. 2. & fol. 171. pag. 1.* vbi quod contra clericos concubinarius occultos, non publicos, non videtur ſufficere vna monitio peremptoria, antequam ad probationem procedatur, niſi ſuperior concubinarium publicum in ſua præſentia monoiſſet, quia tunc ſufficit vna monitio ; quia monitio facta per iudicem, habet vim trinæ monitionis, ex text. *in l. 2. & ibi* Dd. *C. quomod. & quando iud.* ſecundum communem intellectum eiuſdem legis, monitio tamen generalis, quod omnes clerici publici concubinarij dimittant concubinas, non ſufficit ad infligendam pœnam priuationis beneficiorum, ſed monitio ſpecifica requiritur : & poſtea *in gloſ. ſequenti, verb. teneatur*, notatur, quod omiſſa monitione, non poſſet Epiſcopus procedere ad priuationem beneficiorum contra publicum concubinarium : & idem quoad ſuſpenſionem, Nam ſi quis eſt diffamatus de concubinatu, antequam fiat ſuſpenſio, requiruntur tres monitiones : & ſacrum Concilium Tridentinum *ſupra* citatum pro ſecunda & vlterioribus vicibus requirit monitionem fiendam, vt condemnationi pœnarum, de quibus ibi, locus ſit : *& ſeſſ. 21. in decret. de reforma. c. 6. ad fin.* dicitur ; *Eos vero* (ſcilicet clericos) *qui turpiter & ſcandaloſe viuunt, poſtquam præmoniti fuerint, coerceant ac caſtigent, & ſi adhuc incorrigibiles in ſua nequitia perſeuerent, eos beneficiis, iuxta ſacrorum canonum conſtitutiones, exemptione & appellatione quacunque remota, priuandi facultatem habeant.*

Supra dicta † tamen procedunt quoad pœnam priuationis beneficiorum vel ſuſpenſionis indicendam, & ad cæteras pœnas, de quibus *in d. c. ſi quiſquam, & c. ſi autem, & in Conc. Trident. c. præcitato*, tunc enim merito vt prius moneri debeat clericus ob grauitatem pœ-
næ : at vero † ſi alia mitiori pœna condemnandus ve- 77
niat, nempe pecuniaria vel recluſionis ad modicum tempus in Eccleſia, ob concubinatum notorium & ſcandaloſum, pro prima vice exiſtimo, non eſſe neceſſarium ad hanc condemnationem infligendam præceſſiſſe vllam monitionem ; Quandoquidem crimen notorium à iure damnatum committit, & ob id veniat arbitrio iudicis puniendus : quod tenet Didac. Perez *in l. 23. tit. 5. lib. 1. ordin. col. 171. in prin.* dicens, non eſſe grauem inferendam pœnam, quouſque monitus ſit, vt à crimine deſiſtat, quamquam ſi ſit notorium, poſſit



poſſit arbitrarie puniri : ſed in eadem ſententia à iudice monendus eſt, vt in poſterum ſe à ſimili conuerſatione illicita abſtineat, ſub pœnis à iure & ſacro Concil. Trident. contra publicos concubinarios impoſitis: & hæc monitio cum ſit facta à ſuperiore in præſentia clerici & cum cauſæ cognitione, ſufficit pro trina, ad incurrendas cæteras pœnas, ſi poſt primam monitionem recidiuo vomitu ad crimen præfatum redierit, à iure & ſacro Conc. Trident. impoſitas iuxta ſupradicta : & ſimile obſeruabitur pro vlterioribus vicibus reincidentiæ, vt ad vlteriores pœnas procedi valeat; ac ita in praxi ſemper obſeruaui, & ab aliis iudicibus Eccleſiaſticis obſeruari vidi : Si vero fornicatio occulta ſit & ſemel vel bis commiſſa, ſola monitione & condemnatione expenſarum pro ea iudices contenti eſſe debent.

78 Quod ſi † poſt monitionem præmiſſam, clericus concubinam non dimittat, reputabitur publicus concubinarius, vt probat Coſin. Guim. *in d. pragmat. ſanct. Gallic. tit. de concubinar. §. publici, in gloſſ. dimitti, fol. 190. ad fin. 1. pag.* vbi quod hoc eſt notorium præſumptionis : Ex ſuſpicione enim mulieris ſuſpecte habitantis cum clerico in domo ſua ſpreta monitione, habendus eſt iſte clericus tanquam publicus concubinarius, ac proinde pœnis eo caſu ſtatutis punietur.

79 Dubium † tamen eſt ; *An iudex Eccleſiaſticus poſſit punire clericum adulterum, nempe illum, qui cum muliere nupta fornicatur ?* Et videtur quidem, id minime licere, quia agitur de honore matrimonij & ſic mariti : quare ipſo non accuſante, iudex non debet ſe in eo intromittere, propter periculum, quod veriſimiliter inde timeri poteſt, quod maritus ſciens adulterium contra ſe commiſſum, occidet mulierem ſuam,
80 & ideo † nemo, niſi maritus poteſt adulteram accuſare, etiam data negligentia ipſius, vt *in l. 3. tit. 7. lib. 4. For. leg.* vbi notat Montalu. & ita communiter practicatur ſecundum Ant. Gomez *in l. 80. Taur. num. 49.* vbi Ciſuent. *in verſic. tert. dubitatur* bene declarat, & etiam teſtatur de praxi, & præterea Gregor. Lop. *in l. 2. tit. 17. part. 7. in gloſſ. tan negligente, in princip.* & Anton. de Padilla *in l. transfigere, num. 92. de tranſact.* & Ignatius Saleed. *in addit.* ad Bernard. Diaz *in*
81 *practic. crim. Canonic. cap. 78. litera C.* Quinimo † nec iudex ex officio poteſt inquirere ſuper adulterio, vt *in l. 2. titul. 19. lib. 8. Noua Collect. Reg.* vbi dicitur: *Pero declaramos, que ninguna muger caſada pueda dezirſe manceba de clerigo, frayle, ni caſado, &c. Y que la tal muger caſada no pueda ſer de mandada en iuizio, ni fuera del : ſaluo ſi ſu marido la quiſiere accuſar :* per quam legem ita tenet in terminis Greg. Lop. *vbi ſupr.* & de iure communi idem probat Matth. de afflict. *in deciſ. Neapol. 176. num. 2.* nempe vt de adulterio non inquiratur ex officio, niſi quando eſſet notorium : ſequitur Marant. *de ordin. iud. 6. p. in princ. num. 170.* vbi etiam limitat ex eodem Matt. de Affl. *in conſtitutione legum aſperitate. col. 4.* quando maritus vel alius accuſauit & poſtea deſtitit, quia tunc iudex inquirit. Hæ tamen limitationes in noſtris Regnis non procedent, vt credo *per l. 2. in verbis ſupr. relatis*, quæ indiſtincte prohibent procedi ex officio, nec alio modo contra mulierem nuptam concubinam alterius, niſi marito accuſante ; prout etiam probat Palat. Rub. *vbi ſupra,*
82 *d. §. 21. num. 21.* Hæc tamen licet † vera ſint recteque iure procedant ; vno tamen caſu licebit iudici procedere contra mulierem nuptam concubinam clerici, religioſi vel vxorati, duobus concurrentibus, nempe quod ſit publica concubina clerici, &c. & retenta in ipſius domo, vt diſponit *l. 3.* ſtatim ſequens *dict. titul. 19. lib. 8. Non. Collect. Reg.* per quam l. ita tenet Auend. *vbi ſupr. n. 8.* reſoluens, quod ſi aliqua ex dictis qualitatibus deficiat, non licebit ſuper huiuſmodi concubinatu procedere, quia vtrumque copulatiue requiritur, & per modum conditionis in lege ſupradicta, nempe quod ſit publica concubina & retenta in domo, addens, quod licet in lege illa ponatur exemplum in retenta in domo clerici, illud eſt cauſa frequentiæ : Nam idem eſſet, ſi in domo religioſi aut vxorati detineretur, cum ſit eadem cauſa prohibitionis : & iuxta ſupradicta aſſerit eſſe intelligenda, quæ notat Palat. Rub. *vbi ſupr.* Ego autem aduerto, aliam inſuper qualitatem requiſitam eſſe à lege illa, ad hoc, vt iudex poſſit procedere contra huiuſmodi publicam concubinam clerici mulierem nuptam, retentam in domo, quam Auend. omiſit, nempe, quod clericus eandem mulierem, antequam nupta eſſet, haberet in publicam concubinam, & vt crimen ſuum occultaret, eam matrimonio tradidit famulo ſuo vel alteri, qui contentus ſit eam in domo clerici habitare, ſicut ante matrimonium, vt conſtat expreſſe ex eadem, quæ in hoc caſu principaliter loquitur, ac diſponit, ſic dicens. *Por quanto muchas vezes acaece, que auiendo tenido algunos clerigos algunas mugeres por mancebas publicas, deſpues por encubrir el delicto, las caſan con ſus criados, y con otras perſonas tales, que ſe contentan eſtar en caſa de los meſmos clerigos que antes las tenian, de la manera que antes eſtauan porende por obuiar lo ſuſodicho, &c.* Ponderanda enim ſunt illa verba diſpoſitiua eiuſdem legis atque repetitiua qualitatis præcedentis, *en la manera ſuſodicha &c.* & ſic neceſſario eſt adiungenda hæc tertia qualitas duabus ſuperioribus, vt omnes tres ſimul & copulatiue concurrere debeant, ad hoc, vt iudex procedere poſſit contra huiuſmodi concubinam clerici mulierem nuptam: alias autem qualibet ex præd. tribus qualitatibus deficiente, iudex non poterit id facere, niſi maritus eam accuſauerit ; cum regula ſit in contrarium, vt prædiximus ; & caſus exceptus ad. l. 3. ſit cum præd. tribus qualitatibus, quia alias ſtandum eſt regulæ Cum igitur hæc ita ſe habeant, videtur quod nec iudex Eccleſiaſticus poſſit procedere cõtra clericum adulterium committentem, marito non accuſante, niſi in caſu *dict. l. 3.* modo relato.

Nihilominus tamen in hac præſenti ſpecie contrarium indiſtincte determinat Bernard. Diaz *d. c. 79. n. 6.* nempe, vt non obſtantibus d. legibus Regiis, iudex Eccleſiaſticus poſſit punire clericum in hoc delinquentem; nec reus valebit opponere, quod maritus non accuſat, quia non potuere illæ leges Regiæ Eccleſiaſticos iudices impedire, ne ad emendam ſuorum clericorum procedant : aliter enim clerici omnes incontinentes libidinem ſuam potius cum nuptis, quam cum mulieribus ſolutis explerent; Cum ſecurius & impune id agere cognoſcerent, & inquit ita ſe iam practicaſſe, dum eſſet Vicarius Salmantin. & obtinuiſſe coram ſuperiore in gradu appellationis. Debet tamen in hoc magna adhiberi cautela, quia ſi delictum non eſt publicum, aut creditur maritum ignorare, periculumque inde vxori timeri poſſet, ſecreto in camera proceſſus fulminent, imo & nomine mulieris tacito, nec non & mariti & familiari diſciplina corrigatur relegeturque ſine expreſſione cauſæ in ſententia : quod ſi ab ea appelletur, hortetur iudex ſuperiorem, vt ſecrete ab eo cauſſam exquirat, ne alias delictum publicetur; idque debet ſuperior obſeruare, ne ſi aliud agat, cogat inferiores iudices ad diſſimulandum adulteria ſimilia, & adulteri ex hoc inſolentiores fiant : ſequitur Auend. *vbi ſupra, num. 8.* & Anton. de Padilla *in d. l. transfigere, num. 90. in fin.* Quod ſi adulterium clerici adeo ſit notorium, maritique perſona ita vilis, quod præſumi poſſit ipſum ſcire & parui pendere tunc iudex

iudex Eccleſiaſticus poterit publice & libere de adulterio tractare & pœnam imponere, ſecundum Bernard. Diaz *vbi ſupr.* cuius in hoc ſententia mihi placet, ne delicta clericorum maneant impunita.

83 Nunc autem † offert ſe nobis quæſtio difficilis examinanda; *An clericus notorius concubinarius, aut fornicarius, cuius crimen nulla vales tergiuerſatione celari, ſi ante pœnitentiam celebret, ſit irregularis?* Quod videtur quaſi hic ſit ipſo iure ante pœnitentiam ſuſpenſus quoad ſe, & quoad alios, iuxta text. *in c fin. de cohabit. cleric. & mul. & in c. ſi qui ſunt, 81. diſt. & c præter, 32. diſtin.* Ergo celebrando ante pœnitentiam efficitur irre-
84 gularis, *c. 1. de ſententia & re iudic. lib. 6.* clericus † namque propter aliquod crimen ſuſpenſus quoad ſe & quoad alios irregularis eſt, ſi nondum ea ſuſpenſione ſublata proprio fuerit vſus officio ſecundum Hoſtienſ. *in capit. tanta, de ſymon.* Archid. *in dict. cap. 1. de ſententia & re iudic. lib. 6.* Ioann. *in ſumma confeſſorum, lib. 3. tit. 29. quæſt. 5.* quos ſequitur D. Couar. *in Clemen. ſi furioſus, 1. part. §. 1. num. 5. de homicid.* idem eſt de Diaconis & Subdiaconis, *c. ſiquis, 81. diſt. & d. cap. præter*, &
85 etiam † de initiatis ſolis minoribus ordinibus; Nam hi ſunt ſuſpenſi ab omnibus ordinibus ex notoria fornicatione, tamdiu, quamdiu in vitio perſeuerant, vt ex Florent. & aliis reſoluit Bernar. Diaz. *d. cap. 73. num. 2.* & Nauar. *in manual. Latin. cap. 25. n. 76.* & latius deduximus *in lib. 1. ſupra, c. 1. n. 44.* ex quibus hanc ſententiam affirmatiuam in terminis noſtræ quæſtionis principalis circa irregularitatem à ſolo Papa delebilem, tenent Abb. *in c. veſtra, de cohabit. cler. & mul. num. 7.* Florent. *in 3. part. ſuæ ſummæ tit. 27. c. 3.* Ang. *in ſum. verb. concubinatus, num. 2.* Bernard. Diaz & Nauar. *vbi ſupra*, Syluest. *verb. concubinarius*, §. 4. Armilla aurea *verb. concubinatus, num. 5.* Abulenſ. *in tract. de concubinis cler. concluſ. 7.* Coſmas Guimier *in pragmat. ſanct. Gallic. tit. de concubinar. §. & nihilominus, verb. inhabiles, fol. 178. & ſequent.* Rebuff. *in concordat. Regis Franc. titul. de public. concub. in princ.* Hanc teſtatur communem Bermond. Chober. *in tract. de concubin. pag. 270.* quod etiam fatetur Nauar. *in cap. ſi quando, de reſcrip. exception. 11. col. 53.* prout eos & alios refert Couar. *vbi ſupra*, profitens eſſe communem, & Ignatius Salced. *in addition. in Bernard. Diaz vbi ſupra, dict. cap. 73. litera C.* & nos quoque incidenter (aliud tamen agentes) cum hac opinione tranſiuimus *vbi ſupr.* quam etiam plures allegans ſequitur & teſtatur veriorem Didac. Perez *in l. 23. tit. 3. lib. 1. ordinam. col. 170.*

His tamen non obſtantibus, re accuratius diſcuſſa, contrarium nunc exiſtimo verius & tenendum, imo quod clericus, quantumque notorius & manifeſtus fornicarius vel concubinarius, ſi celebret ante pœnitentiam, durante vitio, licet grauiter peccet, non tamen efficiatur irregularis: & idem in cæteris clericis inferioribus, ſi actum proprium ſui ordinis exerceant. Primo, quia licet prædicti ante celebrationem vel exercitium ſui ordinis ſint ipſo iure ſuſpenſi, vt *in dict. iuribus*; hoc tamen verum eſt quoad ſe tantum, ad hoc, vt non debeant ſe miſcere diuinis propter peccatum, in quo exſiſtunt, quemadmodum nec alius peccator ante pœnitentiam, non tamen quoad alios: ſicque ſuſpenſio prædicta non eſt ſpecies cenſuræ, quia non eſt excommunicatus, non interdictus, non depoſitus, nec aliqua pœna, niſi peccati mortalis, aſtrictus: Quare publicus concubinatus non inducit ſuſpenſionem nec excommunicationis ſententiam, depoſitionem, nec aliquam pœnam niſi peccatum mortale, quouſque per ſententiam ſint impoſitæ prædictæ cenſuræ ac pœnæ, vt recte aduertit ac probat Cæſar Lamb. *de iure patronat. lib. 2. 1. p. quæſt. 9. princ. art. 10. num. 21. & 22. fol. 97. col. 4. & fol. 98. col. 1.* Sed contra hanc ſententiam Cæſaris Lamber. facit text. qui videtur expreſſus *in cap. fin. de cohabit. cler. & mul.* ibi: Quia quantum ad alios, etiam in caſu propoſito, ſuſpenſus non eſt, niſi peccatum huiuſmodi ſit notorium per ſententiam ſeu confeſſionẽ factam in iure aut per euidentiam rei, quæ tergiuerſatione aliqua celari non poſſit. Sed huic difficultati primo reſpondeo, adhuc iſto caſu requiri monitionem præcedere, iuxta opin. Hug. Laur. Arch. Ioann. de Lign. & Card. quos refert Abb. *in c. veſtra, n. 6. de cohabit. cler. & mul.* quam ſequitur Lambert. *vbi ſupr.* & alij. Sed quia Abb. *in d. c. fin. in 4. notab.* & alij plures quos retulimus *ſupra lib. 1. c. 1. n. 44.* tenent contrarium, ideo ſecundo & peremptorie reſpondeo, quod hodie, attento Concil. Conſtantienſ. per quod notorius fornicarius vel concubinarius, etiam ſi nulla tergiuerſatione celari poſſit, non eſt vitandus in diuinis ante publicationem & denuntiationem iudicis nominatim factam, non eſt ſuſpenſus quoad alios, etiamſi ſit notorius concubinarius per ſententiam aut confeſſionem in iudicio factam, niſi fuerit per prælatum nominatim denuntiatus vel ſuſpenſus, vt cuitetur, vt bene probauimus *d. c. 1. n. 45. libr. 1. canon. q.* Secundo, quia irregularitas non contrahitur, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt in *cap. præced.* probauimus: ſed hæc irregularitas in ſpecie nullibi in iure introducta inuenitur: Igitur &c.

Nec obſtat, quod cum publicus concubinarius ſit ſuſpenſus ipſo iure, celebrando efficiatur irregularis, *iuxta reg. d. c. de ſententia & re indicata, in 6. & cap. 1. de ſent. excommunic. eod lib. 6.* Reſpondemus namque prædictam regulam procedere in ſuſpenſione, quæ à iure directe inducta eſt propter delictum, in eius pœnam, vt ſi excommunicatus quis celebraret, & ſimiles: ſecus in ea, quæ ratione cuiuſdam honeſtatis ab ipſo canone ſit potius ob decorem, quam in pœnam directam criminis & ipſius delinquentis, ſicut eſt illa, de qua agimus. Quare verius hanc ſecundam partem probarunt Inno. & Ioan. And. *in cap. ſi celebrat, de cleric. excommunicato miniſtrante*, Card. *in d. c. veſtra, & in c. quæſitum, de cohabitatione clericorum & mulier.* Nicol. Plou. *in tract. de irregular. reg. 41. n. 26. vol. 16. tract. diuerſ. Dd.* Speculato *in tit. de diſpenſation. §. iuxta propoſitiones n. 20.* Anton. de But. *in cap. 1. num. 32.* & *ibi* Imola *col. 4. de iudic.* Archidiac. *in dict. cap. præter, §. ad hæc vero*, & Præpoſitus *ibidem in §. ad hoc, n. 25. & 32.* Anan. & Felin. *in d. c. cum dilectus, de accuſation.* & Couar. *vbi ſupr.* dicens quod non auderet iuxta prædict. commun. opin. iudicare quemquam irregularem eſſe, tametſi conſuleret, vt abſolutio aut diſpenſatio impetraretur à Roman. Pontifice. Eandem contra communem ſequitur Nauar. *vbi ſupra* & veriorem exiſtimat eam ſequutus Ignat. Salced. *vbi ſupr.*

Suſpenſus † tamen ab homine vel à iure in pœnam 86
directam & propriam delicti, etiam ad tempus certum, vel donec pœniteat, ſi celebret durante ſuſpenſione, erit irregularis ſecund. Innocen. Ioan. And. Hoſtienſ. Henric. & alios *in d. c. ſi celebrat*, Speculat. *vbi ſupra, n. 21. verſ. craſſa autem*, ac Socin. *in d. c. ad audientiam, n. 24. de homicidio*, quorum opinio magis communis eſt, licet alij contrarium probare conentur, ſecundum Couarru. *vbi ſupra.*

De pœnis † clericorum ſacris initiatorum contra- 87
hentium de facto matrimonium, late diſſerit Bernard. Diaz de Lug. *in ſua pract. crim. canon. c. 74. per totum*, & ibi eius additionator, quibus addenda eſt lex Reg. 41. *tit. 6. p. 1.* & *ibi* Greg. Lop.

Illud tamen in propoſito admonere lectorem libuit, 88
ne eum decipiat Romani ſingulare 510. quo habetur generaliter, *quod filij Sacerdotis ſunt ſerui illius Eccleſiæ,*



*Eccleſiæ, cuius pater ſuus eſt Sacerdos ſeu clericus, vt in cap. cum multa, 15. q. 8. ibi, Proles autem aliena pollutione nata, non ſolum hæreditatem nunquam accipiet, ſed etiam in ſeruitute eius Eccleſiæ, de cuius Sacerdotis vel miniſtri ignominia nati ſunt, iure perenni manebunt:* Quem text. Gratianus deſumpſit ex Concilo IX. Toletano, nempe text. illum tantum agere de filiis clericorum natis ex matrimonio de facto ab eis contracto, non verò ex eorum concubinis, aliiſve mulieribus, cum quibus ſimpliciter concubuerunt; Hi namque minimè erunt ſerui Eccleſiæ, vt conſtat ex verbis præcedentibus Concil. ibi: *vel ex ancilla, vel ex ingenua deteſtando connubio, &c.* In quem errorem etiam incidit Petrus Duennas *in regul. 345. limitat. 12.* Cum enim in text. illo agatur de pœna clericorum de facto vxores ducentium, hique grauius debeant puniri, quam alias fornicantes, vt *in cap. eos, 32. diſtinct. & in cap. quidam, 81. diſtinct. & in cap. Presbyter, 28. diſtinct.* extendi non debet eius deciſio ad filios clericorum, alias natos ex matrimonio, de facto ab eorum parentibus contracto: & in terminis ita text. illum merito intellexit gloſſ. *ibi, verb. connubio*, & eſt communis ſecundum Abb. *in cap. 2. num. 5. de cohabitation. clericor. & mulier.* & probat *d. l. 41. tit. 6. part. 1. & l. 3. tit. 12. part. 4.* vbi is caſus ponitur, & deſumptæ fuerunt prædictæ leges Regiæ ex dictis *cap. eos, quidam, & c. cum multa*, ſecundum Gregorium Lop. *in d. l. 41. in gloſſ. ſi fuere vaſſalo de la Igleſia*, inſuper & Coſmam Guimier *in pragmat. ſanct. Gallic. tit. de concubinar. §. qui etiam, verb. cohabitare, fol. 195. pag. 2.* & Petrum Plac. *in epitom. de delict. lib. 1. cap. 41. num. 31.* vbi ex Speculator. *in tract. de conciliis in 2. part. cap. 46.* ex ipſo Conciliorum codice reſtituit literam illius Concil. Tolet. quæ in noſtris decretis corrupta reperitur, ibi, *Super innocentia*, vt legamus, Super incontinentia: & ibi: *Firmari*, Reformari, & ibi: *Aliena pollutione*, Tali pollutione.

89 Addit † præterea eadem gloſſ. *in d. cap. cum multa*, quod quidquid ibi dicatur, cum Eccleſia non ſit iſto iure vſa, perdit id, ſimilis gloſſ. *in cap. Dominus, in verb. repellitur, 56. diſtinct.* quas ſequitur Guillier. Benedict. *in cap. Raynutius, in princ. num. 21. de teſtam.* Petrus Duen. & Placa *vbi ſuprà*, & inquit Ioan. Oroſc. *in l. natura, num. 4. ff. de ſtatu hominum*, eſſe receptius, vt de conſuetudine talis proles ſequatur matrem quoad libertatem: hoc tamen non placet Abbati *in cap. 2. de cohabitatione clericorum & mulierum, num. 5.* quia cum non ſit memoria apud nos, quod conſtitutus in ſacris duxerit vxorem, non poſſumus dicere, quod illud ius ſit ſublatum, cum caſus acciderit: ſed ſi accidiſſet & Eccleſia non curaſſet illos in ſeruitutem redigere, poſſet procedere dictum illius gloſſ. conſuetudinem tamen non extenderet de loco ad locum; vt ibi probat: cuius ſententia mihi magis placet, quia iuridica eſt, eamque ſequuti fuerunt Coſmas *vbi ſuprà*, & Greg. Lop. *in d. l. 3. gloſſ. ſieruos de la Igleſia.*

## SVMMARIVM.

1 *Emptor fundi non tenetur ſtare colono, niſi aliud conuenerit, vt in num. 31. & num. 5. ratio communis aſſignatur: quod procedit, etiamſi in locatione adſit pactum de non alienando, dummodo cum eo non adſit hypotheca ſpecialis, vt in num. 14. ſecus ſi adſit, vt in num. 29. & 30. vbi quod non ſufficit generalis: & quid ſi vltra obligationem perſonalem, conductor pro obſeruantia ſuæ locationis habeat obligata omnia bona locatoris, num. 15. cum ſequentibus.*

2 *Legatarius fundi non tenetur ſtare colono teſtatoris.*

3 *Vſufructuarius conductorem repellere poteſt, niſi aliud conuenerit.*

4 *Emphyteota poteſt colonum vel inquilinum expellere.*

6 *Fructus pendentes pars fundi ſunt propter vnitatem*

7 *Finito iure datoris, extinguitur ius acceptoris.*

8 *Singularis ſucceſſor, non per viam tranſmiſſionis, ſed per viam priuationis iuris, quod erat in prædeceſſore ſuo non tenetur ſtare colono ſui prædeceſſoris.*

9 *Conductor expulſus à ſingulari ſucceſſore, habet actionem ad intereſſe aduerſus locatorem ipſiuſque hæredes.*

10 *Singularis ſucceſſor ſi approbauerit locationem à priore domino factam, non poterit illi poſtea contrauenire; approbatio autem videbitur facta per receptionem penſionum à colono pro illis tantum annis, pro quibus penſiones recepit, vt in num. 11. Inducitur etiam approbatio, ſi ſucceſſor ſingularis dixerit colono, quod continuaret locationem ei factam à prædeceſſore & bene poſſeſſionem gubernaret, vt in num. 12. Inducitur etiam approbatio, quando emptor poſt emptionem dixit colono*, volo quod ſic ſemines, & ſic facias, *vt in num. 13.*

15 *Emptor an poſſit expellere colonum vel inquilinum, quando hic habet omnia bona locatoris obligata pro ſecuritate locationis, vltra obligationem perſonalem: & num. ſeqq. vbi latè agitur de hoc.*

19 *Colonus in caſibus, in quibus per ſingularem ſucceſſorem expelli poteſt, poterit rem retinere, donec ſibi reſtituatur penſio ſi fortè eam anticipatam ſoluit. Idem pro melioramentis.*

20 *Scriptura publica requiritur ad hypothecam in caſu* l. emptorem, C. de locat.

21 L. emptorem, C. de locat. & conduct. *an procedat in locatione facta ad non modicum tempus, & vltra, vel ad vitam & num. ſeqq.*

22 *Res prohibita alienari, non poteſt ad decennium vel vltra alienari.*

23 *Locatio ad nouennium dicitur facta ad modicum tempus.*

24 *Locatio ad vitam, dicitur alienatio & conceſſio perpetua.*

25 *Locatio ad longum tempus dicitur etiam illa, quæ fit ad vitam locantis vel conducentis, vel ad ipſius voluntatem.*

26 *Conductor ad longum tempus naturaliter poſſidet.*

27 *Vtile dominium non tranſit ex locatione ad longum tempus, ſi de hoc fiat pactum in conductione.*

28 L. 19. tit. 8. part. 5. *an procedat etiam in locatione ad decennium, dum excipit alios caſus.*

31 L. emptorem, C. de locat. & conduct. *an procedat, quando in contractu locationis appoſitum eſt iuramentum.*

33 *Pactum de non alienando cum iuramento, non impedit tranſlationem dominij.*

34 *Iurauerit ſi quis vendere Titio domum, ſi poſtea illam vendat Seio, eique eam tradat, ſtatur huic venditioni contra iuramentum, licet venditor ex hoc ſit periurus: idem in iurante non vendere librum, vt in num. 36.*

35 *Actus contra iuramentum factus non eſt nullus, ſed validus, licet contra faciens ſit periurus.*

37 *Iuramentum, quo quis promittit aliquid non facere, non videtur ei legem imponere, quo minus illud facere poſſit.*

38 *Iuramentum recipit omnes limitationes & ſubauditiones, quas habet & recipere ſolet contractus ille, ſuper quo interponitur.*

39 *Vxor ſoluto matrimonio, an teneatur ſtare locationi factæ per maritum? & num. ſequent. & an colono detur exceptio vel retentio in hac ſpecie, num. 40.*

&

*& quid in paraphernalibus. num.43. locationi autem ad modicum tempus, nempe ad annum ſtare tenetur, vt num.45.*

41 *Succeſſor neceſſarius tenetur ſtare colono.*

42 *Minor, finita tutela, an teneatur ſtare locationi à tutore facta.*

44 *Hæres vxoris non tenetur vllo modo ſtare locationi per maritum facta mala fide, id eſt, tempore maximæ infirmitatis vxoris, quæ in continenti defuncta eſt.*

46 *Maritus non tenetur ſtare locationi, facta per vxorem aut ſocerum ante dotis conſtitutionem.*

47 *Succeſſor non tenetur præcisè ſtare contractui locationis, quando locator non habebat plenum dominium in re, nec plenam eius adminiſtrationem, vt vſufructuarius fideicommiſſarius, & poſſeſſor maioratus & ſimiles.*

48 *Miſſus in poſſeſſionem ex primo vel ſecundo decreto iudicis, tenetur omnino ſtare colono, niſi locatio præcedens in fraudem creditoris facta fuerit.*

49 *Omnis ille, qui ſuccedit per ſententiam iudicis, tenetur ſtare colono vel inquilino, niſi locatio fuerit facta in fraudem.*

50 *Vſuarius, qui ſolum habet vſum rei, tenetur ſtare colono.*

51 *Succeſſor vniuerſalis tenetur ſtare colono.*

52 L. emptorem, C. de locat. & conduct. *an procedat in colono partiario? cum num. ſeq. præcipuè n.63. & n. 64. concordia ponitur inter contrarias ſententias, & num.56. declaratio quædam.*

53 *Pars fructuum colonica præſtatur loco operis, laboris & ſumptuum factorum in præcipiendis fructibus.*

54 *Tacita hypotheca videtur inducta in fructibus.*

55 *Contrahens cum Eccleſia, non tenetur reddere rem, niſi primo ſatisfiat ſibi de pretio, ſumptibus & labore ſicque poteſt vti retentione rei, etiam poſt conceſſam reſtitutionem pro pretio, ſumptibus & labore.*

56 *Scriptor poteſt retinere quinternos pro mercede.*

57 *Animalia retineri poſſunt ob ſumptus alimentorum eis præſtitorum.*

58 *Exceptio retentionis ratione expenſarum factarum in re, quam quis condemnatus eſt reſtituere poteſt obijci in exequutione ſententiæ, etiamſi ius retentionis reſeruatum non ſit in ea: & n.59. an procedat in exceptione retentionis melioramentorum liquidandorum.*

60 *Retentio multo facilius conceditur, quam petitio.*

61 *Retentio ſicut tranſit in ſingularem ſucceſſorem creditoris, ita etiam contra ſingularem debitoris creditorem.*

62 *Retineri non poteſt pro debito res, quæ ad creditorem peruenit cum vitio.*

66 *Succeſſor ſingularis Eccleſiæ an teneatur ſtare colono, & num. ſeqq.*

67 L. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ. *agens in ciuitate, an locum habeat in Eccleſia.*

68 *Singularis ſucceſſor fiſci tenetur ſtare colono, ne fiſcus teneatur illi ad intereſſe.*

69 *Eccleſia in dubio vtitur iure communi, cum in aliquo caſu non reperitur priuilegiata.*

70 *Quando lex parificat duos caſus in vna materia, non fit extenſio ad aliam diuerſam.*

71 *Facta locatione per prælatum, ſucceſſor quando teneatur ſtare colono quoad penſiones ſolutas anticipatas, & quoad ſoluendas, & num. ſeq.*

73 *Succeſſor in prælatione & rectoria tunc demum tenetur ſtare colono, cum res bona fide & ritè geſta fuerint & cum debita ſolemnitate.*

## CAPVT VIII.

### *An ſingularis ſucceſſor Eccleſiaſticus teneatur ſtare ipſius colono vel inquilino.*

VT radicitus hæc difficilis quæſtio explicetur, ne- 1
ceſſariò repetenda materia eſt in alijs ſucceſſo-
ribus, quam Eccleſia, quid in eis ſtatutum iure ſit, quæ
& ex maximo vſu in praxi eſſe poterit, vt deuenia-
mus in cognitionem veritatis noſtræ Canonicæ quæ-
ſtionis, an in ea aliquid eſſe ſpeciale iure profiten-
dum ſit, necne? Et regulariter emptorem fundi non
teneri ſtare colono, cui prior dominus locauit, niſi
ea lege emerit, vel aliquo pacto probetur conſenſiſ-
ſe, vt in eadem conductione maneret, quamuis ſine
ſcripto, probat expreſsè *l. emptorem, C. de locat. &*
*conduct. & in l. ſi merces, §. ſi fundum, & in l. qui fun-*
*dum, ff. locat.* DD. *in l. diuortio, in princ. & in l. ſi fi-*
*liofamilias, §. ſi vir in quinquennium, ff. ſolut. matri-*
*monio,* Abb. diſtinguens *in cap. final. ne prælat. vices*
*ſuas, l.19. tit.8 part.5.* & in † legatario fundi, quod 2
non teneatur ſtare colono teſtatoris, probat expreſ-
sè *l. qui fundum, & in l ſi merces, §.1. ff. de locat. & con-*
*duct. & in l. nihil, 123. §. fin. ff. de legatis 1.* Similiter
† & ad exemplum venditionis poterit vſufructuarius 3
conductorem repellere, niſi aliud fuerit conuentum,
vt *in l. arbores, verſic. ſed ad exemplum, ff. de vſufruct.*
*& quemadmodum quis vtatur & fruatur,* & eadem
† ratione idem erit dicendum in emphyteota, ſi do- 4
minus, poſtquam locauit rem, conceſſit illam alteri
in emphyteoſin, quia poterit emphyteota colonum
vel inquilinum expellere, vt deducit Anton. Gom. 2.
*tom. cap.3. ff. de locat. & conduct. num.9.*

Ratio † communis *dict. l. emptorem, cum ſimilibus,* 5
eſt, quia colonus hic nullum ius habet in re, ſed tan-
tum habet obligatam domini locantis perſonam, &
obligatio perſonalis non ſequitur fundum nec eius
poſſeſſorem; vt *in l.1. §. ſi hæres percepto fundo, ff. ad*
*Trebell.* & ibi communiter Doct. text. *in l. final. §. fin.*
*ff. de contrahenda emptione,* merito ergo emptor vel
alius ſingularis ſucceſſor, regulariter non cogitur ſta-
re colono. † Accedit, quod fructus pendentes pars 6
fundi ſunt propter vnitatem, *l. fructus pendentes, ff.*
*de rei vendicatione,* iudicaturque de eis ſicut de fun-
do, Bartol. *in l. ſi filiusfamilias, §. cum fundum, in fin.*
*ff. de verborum obligationibus,* Tiraquell. *de retract.*
*lignag. §.1. gloſſ.7. num. 37. cum ſequentibus:* Igitur ad
dominum fundi pertinere debent, *l. fructus, cum ſi-*
*milibus, C. de action. empt.* Matth. de Afflict. *deciſ.*
*Neapolitan.158. num.2.* Prætereà finito † iure datoris, 7
extinguitur & ius acceptoris, *l. lex vectigali, cum ſimi-*
*libus, ff. de pignor.* Ergo cum per venditionem vel
legatum, ſequuta morte teſtatoris, reſoluatur ius
locatoris, conſequitur, vt eodem iure reſoluatur ius
acceptoris, hoc eſt, conductoris, ac proinde ſingu-
laris ſucceſſor non teneatur ſtare locationi antea fa-
ctæ per prædeceſſorem, vt in terminis reſoluit Soci-
nus *conſil. 32. num.6. lib.1.* dicens, † quod ſingularis 8
ſucceſſor non per viam tranſmiſſionis, ſed per viam
priuationis iuris, quod erat in prædeceſſore ſuo non
tenetur ſtare colono ſui prædeceſſoris, ex regula *dict.*
*l. lex vectigali,* prout eum refert & ſequitur Octauia-
nus *deciſio. Pedemontana 82. num. 2.* habebit † tamen 9
conductor actionem aduerſus locatorem, ipſiuſque
hæredes pro intereſſe non completi ſibi contractus;
Hi namque tenentur conductori, ad illud præſtandum
vt probat textus *in dict. l. qui fundum, & in dict. l. ſi*
*merces, §.1. & in dict. l. nihil, §. final. ff. de legatis 1.*
Cum enim venditor teneretur adimplere contractum
locationis à ſe prius factum; ac potuiſſet reſeruare
in



in venditione eius coloni, & non fecerit, iuſtum eſt,
vt teneatur ad omne intereſſe coloni, vel inquilini,
vt in dictis iuribus probatur, & præterea tenet Albe-
ricus *in dict. leg. emptorem,* Alexand. *in dict. leg. ſi filiu-*
*familias, §. ſi vir in quinquennium, ff. ſoluto matrimo-*
& ibi Imola *numer. octau.* Paulus Caſtrenſis per text.
ibi *in l. in lege, §. ſi colonus, & in l. qui inſulam, ff. lo-*
*cat.* Auguſtin. Beroi. *quæſt.97. numer. prim.* Gratus *con-*
*ſil. 95. numer. trigeſim. volum.* 1. Antonius de Fano *de*
*pignoribus 2. part. in princip. numer. ſeptim. & octau.*
Gregor. Lopez *in dict. leg.19. in gloſſ. del loguero, ti-*
*tul. octau. part. quint.* Petrus Duennas *in regul.* 140. *li-*
*mitatione decim.* Anton. Gomez *ſecund. tom. capit. tert.*
10 *de locat. & conduct. numer.* 9. Si tamen † ſingularis
ſucceſſor approbauerit locationem à priore domino
factam, tunc non poterit illi poſtea contrauenire: *ar-*
*gument. regul. iuris, quod ſemel placuit, &c. & l. Pom-*
*ponius ſcribit, ff. de negot. geſtis, l. ſi vxor, §. fin. ff. de*
*adulteriis, c. accepimus, vbi gloſſ. de ætate, & qualita-*
*te,* tradit Oldrad. *conſil. 18. in fine principij,* & De-
11 cius *conſil 475. n.18.* Approbatio † autem videtur fieri
per receptionem penſionum à colono in executione
dictæ locationis contentioſæ: quod patebit ex chiro-
graphis de recepto productis, & ex perceptione fru-
ctuum rei in contractu deductæ, *argument. l. litibus,*
*C. de agricol. & cenſit. libr.* 11. ſecundum Alexandr.
*conſil.88. num.32. verſic. præterea ipſa ratificatio, vol.5.*
ſequitur Decius *conſil. 546. numer.* 14. & vtrumque
Tiberius Decianus *conſil. 14. numer. 17. & 18. volum.*
*ſecund.* Per receptionem autem penſionis vnius vel
plurium annorum non videtur approbatus contractus
locationis, niſi pro illis tantum annis, quorum, pen-
ſiones ſunt receptæ, vt diximus *ſuprà libr. prim. cap.36.*
*num.* 13. Inducitur etiam in propoſito † approbatio
locationis, ſi ſucceſſor ſingularis dixerit colono, quod
continuaret locationem ei factam, à prædeceſſore, &
12 bene poſſeſſionem gubernaret, quia ipſum non ex-
pelleret: vt probat Decianus *vbi ſuprà, numer. 19.*
*& 20.* dicens, hoc poſſe probari non ſolum per ſcri-
pturam, ſed etiam teſtibus: vt in terminis approba-
tionis locationis tradit Paulus Caſtrenſis *conſil. 4. nu-*
*mer.4. in verſic. breuiter licet, volum. prim.* Tertiò in-
13 ducitur † approbatio locationis, quando emptor poſt
emptionem dixit colono: *Volo quod ſic ſemines & ſic*
*facias:* Per hoc namque tacite feciſſe videtur pactum
de ſtando locationi; vt eſt de mente gloſſ. *ſuper verbo,*
*tacite,* & ibi eam notat Alber. *in dict. l. emptorem,* &
allegat *l. item quæritur, § qui impleto, ff. locat.* & in-
quit, ita de facto obtinuiſſe: quem refert & ſequitur
Greg Lop. *in dict. l.19. in gloſſ. magna,* ibi: *Adde alium*
*caſum, vbi emptor.*

14 Procedit † etiam communis reg. *dict. leg. emptorem,*
ſi adſit pactum de non alienando in præiudicium loca-
tionis, dum tamen non adſit hypotheca ſpecialis, vt
*infra* dicemus; Quia nihilominus ſi alienetur, vale-
bit alienatio: per pactum enim impediri non poteſt
dominij tranſlatio: *iuxta l. ea lege, & ibi gloſ. & Do-*
*ctores C. de condict. ob cauſ. & in l. ſi ita quis, §. ea le-*
*ge, vbi omnes, ff. de verborum oblig. & in l. final. C. de*
*rebus alien. non alienand.* eſt communis reg. vt pluri-
mos allegans refert & ſequitur Dec. *conſil. 80. num. 2.*
15 *lib.* 1. Sed quid † ſi colonus vel inquilinus, vltra
obligationem, perſonalem domini locantis, habeat
obligata ipſius bona pro obſeruantia & ſecuritate obli-
gationis, & omnium in ea contentorum, prout com-
muniter contingit, quando de locatione eſt confe-
ctum inſtrumentum publicum, quo partes hinc inde
obligant perſonas & omnia bona ſua pro obſeruantia
prædictorum? Et in hac ſpecie videtur prima facie
dicendum, ſucceſſorem particularem, pendente lo-
catione, non poſſe expellere conductorem à domo
vel fundo locato per obligationem & ſolutionem eius
quod intereſt, quia ceſſare videtur hoc caſu ratio com-
munis *ſuprà* aſſignata ad deciſionem *dict. leg. empto-*
*rem, cum ſimilib. C. de locat.* & in terminis ita voluit
Bart. *in l. 1. §. quod autem ff. de ſuperficieb.* inquiens ſe
de facto dixiſſe, quod ſi de contractu locationis fie-
ret inſtrumentum, in quo ſit appoſita hypotheca bo-
norum, eſſe per hoc quæſitum colono ius in re, à qua
non poteſt expelli, cum ea ſit ipſi obligata adeo, quod
ius ipſum proſequitur rem, penes quemcunque vadat,
non obſtante *dict. leg. emptorem,* quæ eo tantum caſu
procedit, in quo conductori nullum ius erat quæſitum
in re, ſed ſolum perſonam obligatam habebat; idem
Bart. *in dict. leg. ſi filiofamilias, §. ſi vir in quinquen-*
*nium,* Paul. de Caſt. *in dict. leg. nihil, in fin.* eſt com-
munis, vt ex alijs pluribus refert Menoch. *lib.3. contro-*
*uerſ. vſufrequent. cap. 52. numer. 8. & 9.* & Roland. à
Valle *conſil.6. num.4. lib.1. vbi num.5.* refert Bald. *in l.*
*merces, §. vis maior, in lectura antiqua, ff. locat.* di-
centem, quod licet emptor non teneatur ſtare colono,
niſi in ſe colonus habeat bona obligata pro obſerua-
tione locationis; poteſt rem locatam retinere loco pi-
gnoris, donec ſibi ſoluatur, quod ſibi debetur, id eſt
præſtetur patientia quod re frui bene poſſit, donec frui
debet, id eſt, donec locatio durat, & quod non po-
teſt expelli per emptorem offerentem ſoluere intereſ-
ſe, quia ipſe ſe reperit in poſſeſſione rei obligatæ, qua
vti poteſt pro ipſo facto, quod ſibi principaliter de-
betur; quod expreſſe ſequitur Ioann. de Anania *in*
*cap. fin. col.5. verſic. quid autem ſi colonus, num. 9. ne*
*prælati vices ſuas,* & idem in hypotheca ſpeciali ſub-
tiliter more ſuo probat cum communi Socin. *conſil.*
*90. lib. 4. per totum,* poſt Cuman *in dict. § ſi vir. in*
*quinquennium,* Nec obſtat ſecundum Bald. *vbi ſuprà,*
quod in obligationibus facti ſuccedit obligatio ad in-
tereſſe, *vt in l.1. ff de action. empt. & in l. ſtipulationes*
*non diuiduntur, verſ. Celſus, ff. de verb. oblig.* quoniam
id procedit in agendo; ſecus in excipiendo, cum hy-
potheca bonorum: quia quis excipiendo quando
reperitur in poſſeſſione rei locatæ vel venditæ, co-
git aduerſarium ad patientiam & factum: & Bald. ſe-
quitur Socin. *conſ. 99. col. fin. volum. 1. & conſil. 17.*
*colum. penult. num.13. vol.3. & conſ.90. colum.2. num.8.*
*volum. 4.* Guid. Papæ *ſingulari 419. & in deciſ. 580.*
*verſic. ſecundo fallit hæc regula, & in verſic. ſed iuxta*
*præmiſſa,* vbi poſt Iacob. de Aret. teſtatur hanc eſſe
communem concluſionem, quod etiam ſoluendo in-
tereſſe non poteſt conductori, durante locatione, per
emptorem auferri res locata. Vel ſecundo reg. præd.
quod in obligationibus facti ſuccedit obligatio ad
intereſſe, non procedit in obligato actione reali, is
enim poteſt præciſe compelli ad factum, iuxta notata
*in dict. verſicul. Celſus.*

Nihilominus † tamen in hac ſpecie contraria 16
ſententia verior eſt, receptior ac tenenda in iudi-
cando & conſulendo, nempe, vt licet Colonus
vel inquilinus hoc in caſu non poſſit expelli à re
vel fundo conducto per ſingularem ſucceſſorem,
quia poterit eam retinere loco pignoris, hoc ta-
men verum eſt & procedit quoad ſibi non ſolua-
tur intereſſe: Si tamen ſibi realiter & cum effectu
offeretur omne intereſſe per emptorem vel alium ſin-
gularem, poſſet ab eo expelli: Ita vult ac pro-
fitetur idem Bart. *in dict. leg. emptorem, num.2.* vbi lo-
quitur etiam in pœna vt ſit offerenda vltra intereſſe,
& ibi Salyc. *col.2. verſ. concludo, num 6* poſt Bald. idem
Bart. *in d. l. qui fundum,* & clarius Paulus de Caſt. *in*
*dict. §. ſi vir in quinquennium, col. fin. verſ. & idem n.4.*
idem Paulus *in l. ſi merces, §. qui fundum,* Salyc. *in dict.*

*l. qui fundum, & in l. mancipia, in fin. C. de reb. alien.*
*non alien.* quem ſequitur Alex. *in d. §. ſi vir, num. 4. &*
*conſ. 118. n. 20. lib. 5.* Barbat. *conſ. 36. in 3. dubio, vol. 2.*
Socin. ſibi contrarius *conſ. 50 in fin. vol. 4.* Iaſ. *in l. filius-*
*familias, § diui, in 1. lectura n. 92.* & *ibi* Hiſpania repe-
tentes *num. 441.* Gozadin. *conſil. 100 colum penul. in fine.*
Hanc teſtatur communem & tenendam Anton. de
Fan. *de pignor. 1. membr. 2. partis, num. 6. cum ſequent.*
ſequitur Roderic. Suarez *in l. poſt rem indicatam, 1. li-*
*mitation. num. 8. ff. de re iudicata,* dicit communem eam
ſequutus D. Couar. *lib. 2. variar. reſolut. c. 15. num. 3.*
& Roland. à Valle latiſſime probans *dict. conſil. 6. n. 10.*
*cum ſequentibus*, D. Anton. Gomez *d. num. 9.* & Petrus
Duennas plurimos congerens, *dict. regul. 240. limitat. 7.*
Eamdem ſequitur dicens eſſe de mente omnium docto-
rum, Greg. Lop. *in dict. l. 19. in gloſ. magna, in verſ.*
*adde alium caſum*, & nos quoque *in repet. l. nemo poteſt,*
*num. 44. ff. de legat. 1.* Et nouiſſimè Aluar. Valaſ. *con-*
*ſultatione 76. num. 5.* addens cum Gomezio de Leon.
*in informatione iuris, 63. num. 4.* quod antequam huiuſ-
modi conductori ſoluatur verè & reipſa totum inter-
eſſe, poterit rem locatam retinere, ſecundum Alex. *in*
*dict. §. ſi vir, colum. 2. verſ. ex quorum verbis*, & Ne-
17 guzan. *vbi ſup.* Quæ † communis ſententia, vt ex eius
auctoribus conſtat, procedit, non ſolum quando hy-
potheca eſt ſpecialis rei locatæ, ſed etiam ſi eſſet ge-
neralis tantum omnium bonorum *per l. generaliter, ff.*
*qui potior. in pignor. habeantur, & in l. ſi is qui, ff. de*
*iure fiſci*, cum per eam etiam ius in re acquiratur co-
lono & inquilino, vt præſupponunt & expreſſe fa-
tentur omnes ſupradicti Doctores, & in ſpecie aduer-
tunt Couarruuias, Duennas, Anton. de Fano, & Ro-
landus à Valle *vbi ſuprà, num. decim. quart.* & teſtatur
communem Fano *vbi ſuprà, dict. num. 6.* Idem faci-
mus nos; & Aluarus Valaſc. *vbi ſuprà, num. 5. & 6.*
Menchac. *vbi ſuprà, num. 9.* & Menoch. *de retinend.*
*poſſeſſion. remedio quart. n. 34.* quamuis Imola & alij *vbi*
*ſuprà*, contrarium velint in generali hypotheca bo-
norum, eorum tamen opinio communiter improbatur;
Sufficit enim generalis hypotheca bonorum in propo-
ſito quoad effectum, quem prædiximus. Et tenendo
18 hanc partem, non obſtat † prima communis eiuſdem
Bartol. *ſupra* citata, quia debet intelligi, quando ſin-
gularis ſucceſſor & ſic emptor, non offerret cum effe-
ctu conductori intereſſe, ſecus ſi ei oblatum eſſet rea-
liter: eſt communis ſecundum modo proxime citatos,
vt referunt Fano *vbi ſuprà, num. 7.* & Menchac. *dict.*
*num. 9.* & Roland. à Valle *dict. conſil. 6. num. 12.* & cæ-
teri. Non etiam obeſt dictum Bald. & ſequacium *in*
*dict. §. vis maior*, quoniam reſpondemus, verum qui-
dem non eſſe contrariumque ſenſiſſe eundem Bald.
*in dict. l. emptorem.* Quinimo contra Bald. *in d. §. vis*
*maior*, eſt communis ſententia, vt vidimus, à qua in
indicando ſupinum, & fatuum eſſet recedere, ſecund.
Roland. à Valle *vbi ſuprà, num. 13.* Eadem ratione
non obſtat ſententia Ioann. Ananiæ in contrarium ad-
ducta, vt eius motiuis optimè ſatisfacit Gregor. Lop.
*vbi ſuprà*, dicens, ſe non credere eius dictum eſſe ve-
rum, imo quod de directo omnes DD. ſentiunt con-
trarium: Nam non intelligunt de intereſſe voluntario
coloni, ſed de damno vel intereſſe, quod vere & rea-
liter ſentiret: Quia ſi daretur ſibi talis domus vel
fundus, ſicut illa, vel ille, quam vel quem condu-
xit, & reſarciretur ſibi aliud quodcunque intereſſe,
quod in veritate prætenderet, non eſſet ſtandum eius
captioſæ voluntati, ſed cum hoc expelli poſſet, iuxta
receptiorem præfatam ſententiam ipſiuſque mentem:
In caſibus tamen, quibus poteſt colonus expelli, po-
terit rem retinere, donec ſibi reſtituatur penſio, ſi
fortè anticipatam ſoluit. Item pro melioramentis, iux-
ta regul. *l. ſi aream, in fin. ff. de condict. indebiti*, vt in 19
terminis probat Aluarus Valaſc. *vbi ſuprà num. 10.* Ad
prædictam † tamen hypothecam requiritur ſcriptura 20
publica, ſecund. D. Anton. Gam. *deciſ. 243.* quaſi
hypotheca ſpecies alienationis ſit *ex l. final. C. de re-*
*bus alien. non alienan.* ſequitur Valaſc. *vbi ſuprà, num. 6.*
Non etiam obeſt ſententia Cumani & Socini *vbi ſuprà*,
contrarium tenentium, quando adeſt ſpecialis hypo-
theca, quia eſt contra communem ſupradictam ſen-
tentiam, & præterea eos nuncupatim reprobat Ant. de
Fano *vbi ſuprà, num. 7.* & Couar. *numer. 3. verſic. ſe-*
*cundum.*

Quærunt † inſuper DD. *An regula d. l. emptorem,* 21
*cum ſimilib. procedat, quoties locatio & conductio fuit fa-*
*cta ad non modicum tempus, veluti ad decennium & vltra,*
*vel ad vitam conductoris, & ſic in perpetuum?* Et com-
muniter in ea ſunt ſententia, vt minimè in ea locatione
locum habeat dicta regula, ſed quod huiuſmodi con-
ductor expelli minimè poſſit à ſingulari ſucceſſore, &
ſic quod teneatur eidem præciſe ſtare: Quoniam etſi
*gl. in l. codicillis, §. instituto, verbo, non exſtitiſſe, ff. de le-*
*gat. 2.* teneat, rem † prohibitam alienari, poſſe ad 22
centum annos locari, quaſi hæc locatio non dicatur
alienatio, *vt in l. non ſolet, ff. locat.* quam gloſſ. dicit
ſingularem Bald. Nouell. *de dote, 7. part. priuileg. 1.*
*num. 19.* Bald. *in cap. querelam, num. 30. de elect.* & An-
gel. *in l. ſi quis ante, n. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* Imol. *in*
*cap. ad audientiam, num. 1. de rebus Eccleſ. non alienand.*
& eam contra communem latè probat ac defendit no-
uiſſimè Ioſeph. Gonçalez *in ſuo lib. variar. quæſt. cap. 25.*
*n. 34.* & ante eum Connan. *lib. 7. cap. 12.* & Pinell. *in l. 1.*
*in 3 part. num. 66. C. de bonis maternis*: Vera tamen non
eſt hæc opinio gloſſæ, ſed magis communiter dam-
nata, quia locatio ad decennium, dicitur ad longum
tempus, & ſic prohibita, quia eſt alienatio, ex qua
transfertur dominium, ſaltem vtile, *vt in l. 1. §. qui in*
*perpetuum, & in l. fin. ff. ſi ager. vectig. vel emphyt. pet.*
iuxta gloſſ. *d. l. fin.* vbi locatio ad decem annos, dici-
tur facta in perpetuum, & ſic ad non modicum tem-
pus ſicut illa, quæ in perpetuum fit, ex eaque tranſ-
fertur vtile dominium, & conductori competit actio
in rem vtilis aduerſus quemuis poſſeſſorem: In idem
ſolet citari text. *in l. 1. §. qui ſuperficiem, verſic. quod*
*ait prætor*, ibi: *Et ſane cauſa cognita ei, qui ad non mo-*
*dicum tempus conduxit ſuperficiem, in rem actio compe-*
*tit, ff. de ſuperficieb.* & ibi notant Dyn. Bart. & alij
Federic. *conſil. 123.* Salycet. *in l. fin. col. fin. num. 3. de rebus*
*alien. non alienand.* & ita merito gloſſam contrariam
*in d. §. instituto*, reprobauit *ibi* Bart. & eſſe communi-
ter reprobatam teſtatur *ibi* Imol. *num. 6.* & Paulus Ca-
ſtrenſ. *num. 4.* & contrarium rectius tenuit gloſſ. *in*
*clement. 1. verbo, locationes, de rebus Eccleſiæ non alie-*
*nandis*, vbi communiter Doctores eam ſequuntur. In
ſumma, hæc gloſſa poſterior eſt communiter approba-
ta & illa prior magis communiter improbata, vt con-
ſtat ex Decio *conſil. 204. n. 1.* Tiraquell. *de retract. muni-*
*cip. §. 1. gloſſ. 14. num. 8.* Abb. *conſil. 91. num. 3. vol. 2.*
Anan. *in cap. fin. num. 17. ne Prælati vices ſuas*, Boër.
*deciſ. 234. num. 3.* Couarruuias *lib. 2. variarum reſolu-*
*tionum, cap. 16. num. 1. verſic. ex quo apparet*, vbi lo-
quitur In locatione ad decennium, Atio Pinell. *in l. 1.*
*in 3. part. num 64. verſic. hoc autem, C. de bonis mater-*
*nis*, Anton. Gomez *in l. 40.* Tauri, *num. 84.* Greg. Lo-
pez *in d. l. 19. in gloſſ. ſu vida*, Anton. de Padilla *in l.*
*voluntas, n. 18. C. de fideicom.* & Petr. Duen. plurimos
allegante & in locatione ad decennium loquente, *in*
*reg. 240. limit. 2.* & Aluar. Valaſc. *de iure emphyteut. 1.*
*part. quæſt. 29. num. 7.* & gloſſ. *in d. §. instituto*, vno ore
à cæteris reiicitur, ſecundum Menoch. *de arbitrar. iudic.*
*lib. 2. centur. 1. caſu 5. num. 7.* vbi *num. 8.* teſtatur commu-
nem,



nem, plures allegans opinionem gloſſ. *in d. clement. 1.*
loquentis de locatione ad decennium, vt dicatur facta
ad longum tempus: & prædicta omnia cum communi
plures allegans ſequitur D. Molina *lib. 1. de Hiſpan.*
*primogen. cap. 21. num. 16. 17. & 18. & 29.* vbi quod
eſt communis ſententia, locationem ad decem annos
dici ad longum tempus; *& num. 24. & 25.* an prohibi-
tus alienare, poſſit ſaltem commoditatem rei, etiam ad
23 centum annos locare: locatio † verò ad nouennium
dicitur facta ad modicum tempus, *iuxta gloſſ. in d. clem.*
*1. de reb. Eccleſ. non alienand.* & ibi Cardin. Zabarel.
dicens, ſe ita pluries conſuluiſſe, & quod ita obſerua-
tur, & Zabarel. *conſil. 95. num. 3. & ſeq.* maxime *n. 6.*
Angel. *conſ. 245. in 5. dub. verſ. quinto eſt videndum*, Socin.
*conſil. 32. & vol. 1.* eſt communis & ita interpretantur
omnes, ſecundum Tib. Decian. prædictos allegantem
*conſil. 14. num. 3. vol. 2.*

24 Locatio † ad vitam, dicitur alienatio & conceſſio
perpetua, *vt in d. clemen. 1. iuncta gloſſ. verbo, eius, de*
*rebus Eccleſ. non alienand.* & ibi Ancharan. Cardinal.
& Imol. Alexand. *conſil. 119. lib. 3. num. 7. & conſ. 165.*
*lib. 1. num. 7.* Dec. *conſil. 204. num. 2.* & D. Molin. *vbi*
*ſuprà, num. 6.* vbi *num. 29.* quod locatio ad longum
tempus, dicitur etiam illa, quæ fit ad vitam locantis
vel conducentis, vel pro eo tempore, quo conductor
ſeu locator voluerit: & refert plures, quod prius di-
ctum eſt tenentes, Ioſeph. Gonzalez *vbi ſuprà, num. 3.*
25 *& 4.* Sic † etiam conductor ad longum tempus natu-
raliter poſſidet, vt emphyteuta, vt cum pluribus pro-
bat Menoch. *remed. 1. de recuperan. poſſeſſ. num. 68.* Ex
26 † ſuperioribus igitur receptiſſima & vera reſolutio de-
ducitur, nempe, quod locatio ad non modicum tem-
pus, prout eſt decem annorum, vel ad vitam, dicitur
facta in perpetuum, hoc eſt, ad longum tempus, &
per eam transfertur dominium, ſaltem vtile, ac pro-
inde prohibita alienatione, cenſetur prohibita huiuſ-
modi locatio ad decem annos & ad vitam. Rectè igi-
tur ex hoc conuincitur, in locatione ad longum tem-
pus, decem annorum, vel vltra, vel ad vitam, non
habere locum regulam *d. l. emptorem cum ſimilib.* quia
in ea ſpecie dominium in conductorem transfertur, ac
proinde cum habeat ius in re irreuocabile venditio vel
alia quæuis alienatio ſimul cum traditione poſtea ſub-
ſequuta, eidem nocere non poteſt, quia duo in ſoli-
dum non poſſunt eſſe domini eiuſdem rei, nec ambo
ſimul in ſolidum eam poſſidere poſſunt, iuxta text. *in*
*l. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum, cum materia, ff. com-*
*modat.* & *ibi gloſſ.* & in terminis hanc ſententiam vo-
luit gloſſ. *in d. l. emptorem, verb. colono*, ibi: *Item non*
*ſic in eo, qui conduxit ad non modicum tempus*, & ibi etiam
Bart. *num. 1.* Alberic. *num. 1.* Bald. 7. Salicet. 6. & com-
muniter DD. & voluit idem Bart. *in l. 1. §. quod autem,*
*num. 5. ff. de ſuperficieb.* & Alexand. *in §. ſi vir in quin-*
*quennium, num. 2 ff. ſoluto matrim.* idem Bart. *in l. qui*
*fundum, num. 1. ff locati*, idem Sald. Paul. Salicet. &
Fulgoſ. & Alexand. Angel. *conſil. 2. num. 12.* Tiraquell.
*de retract. municip. §. 1. gloſſ. 14. num. 82. in verſic. ex*
*hiſque fit*, D. Couar. *lib. 2. variar. reſol. cap. 15. num. 2.*
dicit communem eam ſequutus Ant. Gomez *1. tom.*
*cap. 2. de locat. & conduct. num. 9.* Petr. Duen. plures
referens *d. reg. 240. limit. 2.* & Anton. de Padil. *in d.*
*l. voluntas, num. 19.* Greg. Lop. *in d. l. 19. in gl. ſu vida,*
vbi quod hæc eſt communis opinio in terminis noſtræ
27 quæſtionis, † niſi in tali conductione fiat pactum, quod
non tranſeat ex tali locatione ad longum tempus vtile
dominium: tunc enim non transfiret: & hanc ſenten-
tiam communem in locatione ad vitam & in locatione
in perpetuum, approbat expreſſe *d. l. 19. tit. 8. part. 5.*
ibi: *El ſecundo es, quando el vendedor la ouieſſe logada*
*para en toda ſu vida de aquela quien la logara, o para*
*ſiempre, tambien del, como de ſus herederos.*

Sed † cum hæc lex Regia non exceperit etiam ſpe- 28
ciem locationis ad decennium, in quo de iure commu-
ni erant opiniones & gloſſæ diuerſæ, quibuſdam exi-
ſtimantibus, relinquendum eſſe arbitrio iudicis; &
communis erat ſententia Doctorum, decennium dici
tempus non modicum, vt prædiximus, ſed tantum lo-
cationem ad vitam, & illa, quæ in perpetuum fit, vi-
detur dicendum, in duobus ſolum caſibus hodie pro-
cedere limitationem ſuperiorem, non verò in locatio-
ne ad decennium, *attenta d. l. Partitæ*, cum conditores
ipſius aduertentes forte ad varietatem opinionum, quæ
erant tunc temporis, non elegerunt illam opinionem
communem de locatione ad decennium, quod dica-
tur ad non modicum tempus facta, ſed quod non mo-
dicum intelligatur, quando ad vitam conducentis fie-
ret locatio, vel in perpetuum, & ſic non ſufficeret lo-
catio ad decem annos, vt in terminis per illam legem
perpendit Greg. Lop. *ibid. in gloſ. ſu vida, ad fin.* quamuis
tandem relinquat cogitandum, quia parum fidit in in-
uentionibus ſuis; ſed ex profeſſo eandem ſententiam
Gregorij, eo non relato probauit Villalob. *in ſuo an-*
*tinom. iuris ciuilis ac Regni Hiſpaniæ, lit. E. num. 1. &*
*in ærario communium opinionum, lit. E. num. 57.* & Olan.
*in ſua concord. iur. lit. E. num. 5. & 6.* & Ioſeph. Gunzal.
*vbi ſupra, d. cap. 19. num. 23. 53.*

Nihilominus tamen, ſtante etiam *d. l. Partitæ*, te-
nenda eſt & procedit prædicta communis limitatio,
etiam in locatione ad decennium, non ſolum in loca-
tione ad vitam vel in perpetuum: quia lex præfata Re-
gia etſi his duobus vltimis caſibus tantum loquatur,
vt prædiximus, non tamen ideo reprobauit aut cor-
rexit priorem de locatione ad decennium, ſed eum
omiſit; caſus autem omiſſus remanet ſub diſpoſitione
iuris communis, *l. commodiſſime, cum ſimilib. ff. de*
*lib. & poſth.* Sed iure communi ſecundum receptio-
rem ſententiam, iuxta quam iudicandum & conſulen-
dum eſt, cum non ſit text. in contrarium, ſtatutum
eſt, per locationem ad decennium transferri dominium
vtile ac induci alienationem, quia dicitur facta loca-
tio ad non modicum tempus, ac proinde in ea ſpecie
limitandam fore deciſionem *d. l. emptorem, cum ſimilib.*
Ergo idem ſeruandum erit, etiam poſt legem Partitæ,
cum ipſa id expreſſe non tollat nec corrigat, quia quod
non mutatur, quare ſtare prohibetur, *vt in l. præcipi-*
*mus, C. de appellat. & in l. ſancimus, C. de teſtam. cum*
*ſimilib.* Præterea ſi aliud diceremus, eadem ratione
idem cogeremur profiteri in pluribus aliis limitationi-
bus, quas patitur iure communi *d. l. emptorem*, non
expreſſis in dicta Regia, de quibus *infrà* dicemus, vt
ſint correctæ per eam, quandoquidem illas omiſit, &
tamen nemo ſanæ mentis id audebit dicere; Corre-
ctio enim iuris communis non eſt inducenda, niſi ea
expreſſe fiat à lege noua, *vt in prædict. iurib.* Non enim
legum Partitæ conditores tenentur in omnibus mate-
riis excipere nec approbare omnes caſus à iure com-
muni probatos (ſicut nec leges iuris communis id fa-
ciunt) id enim eſſet ad longum & infinitum procede-
re: Exceperunt enim plures eorum, quos voluerunt
expreſſe approbare, tanquam iuſtiores & perſpicuos:
cæteros vero reliquerunt diſpoſitioni iuris communis,
quo iudicandum erit an ſint veri: cum vero hic, de
quo agimus, locationis ad decennium, argumento
plurium iurium comprobetur, ac receptiſſima ſen-
tentia maioris partis interpretum vtriuſque iuris af-
firmetur, temerarium poſſet forſan videri, aliud te-
nere aut iudicare: Lex igitur Partitæ cum in eo non
ſe intromiſerit, ſed reliquerit diſpoſitioni iuris com-
munis, nil contradicit frequentiori ſententiæ, quæ
in praxi neceſſario eligenda erit. Confirmatur

& ſecundo hæc eadem pars, quoniam etſi *d. l. Partita*, nuncupatim in locatione ad decennium minime loquatur, in locatione tamen perpetua expreſſa lex eſt: ſed locatio ad decennium iure communi eſt ac dicitur perpetua, vt *ſuprà* diximus, & probatur præterea *arg. l. fin. C. de præſcript. longi temporis, & in d. l. fin. iuncta gloſſ. ff. ſi ager vectigal. &c.* Ergo de ipſa loquitur *d. l. Partita*, vel ſaltem virtualiter, implicite & collectiue eam comprehendit, præcipue, cum longum tempus iure Partitarum dicatur decem annorum, *vt in l. 14. tit. 14. partit. 3.* ibi: *E gran tiempo es paſſado, aſſi como diez annos, &c.* ſicque lex illa Regia 29. potius probat communem ſententiam fore communi receptam, quam improbet; vt rectius aduertit atque profitetur Couar. *vbi ſupra, d. cap. 15. num. 2. &* Petr. Duen. *d. reg. 240. limit. 2.* & ſimpliciter Anton. Gomez *d. num 9.* & Anton. de Padil. *in d. l. voluntas, num. 19.* & ita verius exiſtimo eſſe tenendum & in praxi obſeruandum, ſaluo meliori iudicio.

29 Similiter † etiam in locatione & conductione adeſſet pactum ſiue clauſula de non alienando fundum, vel rem, durante locatione inſimul cum hypotheca ſpeciali ipſius, emptor vel alter ſingularis ſucceſſor, tenebitur præciſe ſtare locationi, nec poterit expellere conductorem; Nam per huiuſmodi pactum & hypothecam ſpecialem cenſetur reſeruatum ius in dicta re, & impeditur alienatio poſtea facta, ſicque erit nulla, *vt in l. ſi creditor, §. fin. ff. de diſtract. pignor.* iuxta literam
30 Piſan. *& in l. fin. tit. 5. p. 5.* Nec † ſufficeret hoc caſu generalis hypotheca cum prædicto pacto, iuxta magis communem ſententiam, quam reſoluimus *in repetit. l. nemo poteſt, num. 28. ff. de legat. 1.* Quamuis contrariam ſententiam plurimos allegans eamque probans, dicat veriorem, communem & crebriori calculo receptam, & ab ea non eſſe recedendum in iudicando & conſulendo Franciſc. Bec. *conſil. 80. num. 5. cum ſeqq. lib. 1.* quare merito, quod cum virtute dicti pacti & hypothecæ ſpecialis alienatio ſit nulla, conductor debeat frui re conducta; ac proinde expelli minime poſſit per ſingularem ſucceſſorem, durante tempore conductionis: & in terminis ita tenent Imol. *in l. qui abſenti, §. ſi quis poſſeſſionem, ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. qui Romæ, §. coheredes, ff. de verbor. obligationib.* quem ſequitur Alexand. *in d. §. ſi vir in quinquennium, num. 4.* vbi dicit, hoc menti tenendum, Gozad. *conſil. 78. col. 2.* Iaſ. *in l. quoties, num. 28. verſic. vndecimo, iuncto num. 19. C. de rei vendicat. & in d. §. dini, in 1. lect. verſic. iuxta prædicta, num. 92.* & ibi Ferdinand. de Loazes *num. 442.* vbi aſſerit hanc eſſe communem opinionem, ſequitur Anton. de Fano *vbi ſuprà, in 1. memb. 2. part. num. 9.* D. Couar. *lib. 2. variar. reſolut. cap. 15. n. 3. verſ. vltimo*, vbi quod ſecundum magis communem ſententiam DD. non ſufficit in ſpecie *d. l. ſi creditor, §. fin.* generalis hypotheca bonorum, ſed quod requiritur ſpecialis; quod nos reſoluimus *in d. l. nemo poteſt, num. 57. & 58.* niſi quando promiſſio ſeu pactum fieret, generaliter prohibens alienationem omnium bonorum, & cuiuſlibet eorum partis, adiecta item omnium bonorum hypotheca, vt reſpondit Alexand. *conſil. 56. lib. 5.* Eandem limitationem *ad d. l. emptorem*, ſequitur expreſſe Greg. Lopez *in d. l. 19. tit. 8. part. 5. in gloſſ. maiuſcula*, ibi: *Et nota*: quamuis non rectè aduerſus frequentiorem interpretum ſententiam, quam prædiximus, intelligat ſufficere hoc caſu generalem hypothecam cum prædicto pacto de non alienando. Sed hoc non obſtante tenenda eſt communis ſententia, non ſufficere generalem hypothecam in propoſito, ſed requiri ſpecialem, tam in ſpecie *d. l. ſi creditor, § fin. ff. de diſtract. pignor.* quam in noſtræ limitationis *ad l. emptorem*, quam etiam probauit alios allegans & referens eſſe communem ex Loazes *vbi ſuprà*, Rolandus à Valle *d. conſil. 6. num. 11.* & nos quoque eam ſequuti fuimus *in d. l. nemo poteſt, num. 43.* & Roderic. Suarez *in d. l. poſt rem iudicatam, in 1. limitat. num. 8.* Anton. Gomez *in tit. de locat. & conduct. num. 9. verſic. quarto limita*, eſt communis ſecundum Menchacam *d. cap. 53. num. 9. ad fin.* ſequitur Aluar. Valaſc. *vbi ſuprà, num. 7. & 8.* licet *num. 9.* ſe confundat, dicens, non eſſe tenendum, quod refertur *in d. deciſ. Luſitaniæ 243.* dum dicitur *ibi*, quod tunc demum re locata & pro ſecuritate contractus hypothecata tenetur emptor ſtare colono, quando ipſe locator ſe obligauit, quod ipſam rem locatam non alienabit, quia hoc proficit, ne valeat alienatio, non autem vt teneatur ſtare colono, & quod qui aliter iudicarunt, ſalua pace, videntur æquiuocaſſe in terminis, vt aduertit Neguſ. *vbi ſuprà.* Hæc ille: Nam imo potius quod dicitur in prædicta deciſione Luſitaniæ eſt tenendum, quia verum & iuxta *ſuprà* modo relatam communem limitationem *d. l. emptorem*, quam probauimus, ſicque prædicta clauſula de non alienando cum hypotheca ſpeciali rei locatæ, proobſeruatione contractus locationis proficit ad hoc, vt ſingularis ſucceſſor teneatur ſtare colono eumque expellere non poſſit ratione prædicta: & pro prædicta limitatione altera facit, quam exprimit *d. l. emptorem, & d.*
*l. 19.* nempe, † quando tempore venditionis fuit expreſ- 31
ſe conuentum, vt conductor non poſſet expelli, quia tunc habebit ipſe ius retentionis & exceptionis pacti conuenti contra emptorem vel ſingularem ſucceſſorem, *vt in dictis iurib.* & ibi communis opinio, & tradit alios allegans Duen. *in d. reg. 240. limit. 4.* nam ſi ex prædicta conuentione ſingularis ſucceſſor tenetur ſtare colono vel inquilino præciſe, idem eadem ratione dicendum erit, quando locator tempore locationis, pro ſecuritate & omnimoda obſeruantia ipſius promiſit conductori rem vel fundum non alienare, & inſuper ad id ſpecialiter fundum vel rem conductam hypothecauit, cum in ea ſpecie, etiamſi de facto poſtea fundum vel rem prædictam alienauerit, non tranſeat dominium in ſingularem ſucceſſorem, ſed remaneat penes ipſum locatorem, *vt prædiximus.* Singularis igitur ſucceſſor hoc caſu, cum nullum ius nec dominium acquirat in illa in præiudicium conductoris, ſuique iuris, minime poterit eidem præiudicare.

Denique † ſunt, qui regulam *d. l. emptorem, cum ſimi-* 32
*lib.* limitent, ſi iuramentum apponatur in locatione de obſeruandis in ea contentis, affirmantes tunc emptorem vel alium ſingularem ſucceſſorem compellendum eſſe præciſe ſtare locationi iuratæ, vt voluit Anton. de Butr. *in cap. fin. ne Prælati vices ſuas*, Socin. *d. conſil. 90. num. 10. lib. 4.* Anton. de Fano *de pignorib. in 1. memb. 2. part. num. 9.* Gozadin. *conſil. 24. col. 2. & conſil. 100. col. fin.* & hanc partem pluribus comprobat fundamentis ac latiſſime defendit reſpondens contrariis Rolan. à Vall. *conſil. 6. num: 19. & ſeqq. lib. 1.* & nos quoque cum ea tranſiuimus *in d. l. nemo poteſt*, & nouiſſime poſt nos Bec. *d. conſil. 80. num. 10. & 11.* dicens, operari iuramentum in propoſito, vt locatio præciſe obſeruetur, & ne dominus vendendo expellere poſſit conductorem, ſoluendo pœnas & intereſſe, vt in terminis inquit tradere Butr. *in cap. vlt. ne Prælati vices ſuas*, & quod refert & ſequitur Grat. *conſil. 95. num. 19. & ſeq.* Couarruuias tamen *vbi ſuprà, num. 3. in verſic. ſecundum*, ibi: Adhuc tamen dubiam eſſe hanc opinionem exiſtimauit, cum hic non agatur de vinculo iuramenti, reſpectu iurantis vel eius vniuerſalis ſucceſſoris, qui conuentioni tenetur ſtare, ſed tantum ſingularis ſucceſſoris, qui eidem ſtare iure non tenetur, *per d. l. emptorem, cum ſimilib.* cuius quidem in hoc ſen-
tentia ex eo comprobatur ſatis vrgenter, nempe, † quod 33

pactum



pactum de non alienando cum iuremento, non impedit tranſlationem dominij, ſicque non obligat præciſe promittentem, vt per Alberic. de Roſate *in l. ea lege, col. fin. C. de condict. ob cauſ.* quam ſententiam magis communem teſtatur Iaſ. *in conſil. 111. col. 2. volum. 2.* & inquit Ruin. *conſil. 109. col. 9. in princ. vol. 4.* hanc eſſe receptam DD. ſententiam: hoc idem tenuit Gozad. *conſil. 14. col. 14. col. 1.* Ferdinand. de Loazes *in repetit. d. §. dini, num. 429.* poſt Crot. *ibi col. 25. in fin.* prout eos refert Roland. à Valle *d. conſil. 6. num. 26.* eandem probauit idem Loazes plurimos conſulentes referens, in allegatione oppidi de Mula, *in 1. dubitat. num. 143.* Nec ſatisfacit, quod huic magis communi ſententiæ reſpondet Roland. à Valle *vbi ſuprà, num. 54.* nempe, contrarium tenere Aretin. *in d. l. ſi ita quis, §. ea lege, col. fin. de verbor. obligat.* & ibi Iaſ. & Ruin. *in repetit. d. §. dini, col. 42. verſic. ex hoc videtur inferri* & ibi Ripa *num. 93.* quorum ſententiam veriorem videri fatetur Roland. à Valle *d. num. 54.* nam cum ſe videret preſſum hoc fortiſſimo fundamento contra ſuam opinionem, quam ibi probat, vt prædiximus, nempe, vt *d. l. emptorem, cum ſimilib.* limitetur in locatione iurata, nihil aliud habuit, quod reſpondere poſſet prædictæ magis communi ſententiæ, niſi quod contraria, cum quibuſdam modo citatis videatur verior. Hæc autem quam infirma ſit reſponſio in actu practico, vel facile quilibet dignoſcere poterit: adducere ſiquidem pro opinione, quam quis totis viribus nititur defendere, præcipuum fundamentum ex quadam ſingulari opinione contra alteram magis communem & receptam ſententiam, ſignum potius eſt ſubtilitatis, quam concurrentiæ veritatis, & ideo in ſuo vigore remanet prædicta magis communis ſententia, quæ habet, quod pactum de non alienando cum iuramento, non impediat tranſlationem dominij, ſicque non obliget præciſe promittentem, ſicque eſt fortiſſimum fundamentum pro opinione Couar. *vbi ſuprà*, aduerſus præfatam limitationem Anton. de Butr. Socini & ſequacium tenentium in ſpecie *d. l. emptorem*, vt procedat in locatione iurata; Nam ſi pactum de non alienando iuratum, non impedit dominij tranſlationem nec obligat præciſe promittentem, eodem iure fatendum eſt in locatione iurata. Accedit etiam, quod Roland. à Valle *vbi ſuprà*, qui opinionem prædictorum defendit, nullum aliud fundamentum pro ea allegat, quod ita aſtringat (ſi ſolidum & inconcuſſum eſſet) quam auctoritatem Aretin. Iaſ. Ruin. & Ripæ *in locis ſuprà citatis*, tenentium contra præfatam magis communem ſententiam: Horum autem eſt ſingularis opinio contra communem & non tenenda: Igitur limitatio, de qua agimus *ad dict. leg. emptorem*, improbata manet. Quinimo idem Roland. à Valle *in d. conſil. 6. à num. 15. cum ſeqq. vſque ad num. 28. incluſiue*, arguendo ad partes, prout ſui moris eſt, cum fundat contrariam partem præfatæ limitationi, nempe, quod vigore iuramenti in locatione appoſiti, emptor, ſoluendo intereſſe, poſſit expellere conductorem, fortioribus fundamentis eam & ſic noſtram hac de re ſententiam comprobat: Inter quæ illud præcipuum eſt, quod iecit ibi *num. 24. & 25.* ex Imola & Iaſ. Corſet. Innocent. Marſil. Gozadin. Cornel. & aliis, nempe, quod ſi quis iurauerit vendere Titio domum, ſi
34 † poſtea illam vendat Seio eique illam tradat, ſtatur ipſi venditioni contra iuramentum, licet alienans in alium, quam eum, in cuius fauorem iurauit, ſit periurus. Quinimo etiamſi quis vendat cum iuramento rem alicui ſine traditione, ſi tamen eandem alteri poſtea vendiderit & tradiderit, præfertur hic ſecundus ratione traditionis, vt reſolui eſſe communem DD. ſententiam & tenendam *in meo tract. de iuram. confir. 1. part. cap.*
*39. num. 4.* Actus † enim contra iuramentum factus 35
non eſt nullus, ſed potius validus, quamuis contra faciens ſit periurus, ſecundum Innocent. Hoſtienſ. Panormit. & communiter DD. *in cap. dilecto de præbend.* & plures allegantem Loaz. *in allegat. oppidi de*
*Mula, 1. dubitat. num. 144.* Quo † ſit, vt ſi quis iura- 36
uerit non vendere librum, ſi, non obſtante iuramento, eum vendiderit, valebit venditio, licet venditor ipſe periurus ſit, vt notat Innocent. *in d. cap. dilecto*, & alios allegans Loazes *vbi ſuprà, num. 148.* Iura-
mentum † enim, quo quis promittit aliquid non effi- 37
cere, ita intelligendum eſt, vt ſibi non videatur legem imponere nec præiudicium inferre, ſecundum Ioannem Andr. *in reg. inſpicimus, in mercurialib. de reg. iur. in 6.* quem ſequitur alios referens Loazes *vbi ſuprà, num. 162.* Ergo ita & eodem modo dicendum eſt in noſtra ſpecie, quod huiuſmodi locator, licet iurauerit ſeruare atque omnino adimplere omnia contenta in locatione, quinimo, etiamſi ſi cum iuramento promiſiſſet, ſe fundum vel rem non alienare durante locatione, niſi præter hoc hypothecam ſpecialem eidem rei adiecerit, vt prædiximus, valebit alienatio contra iuramentum facta, & dominium ex traditione ſubſequuta transferetur in ſingularem ſucceſſorem, quamuis alienans ſit periurus: at ſingularis ſucceſſor minime tenebitur, ſaltem præciſe ſtare locationi præfatæ, cum ipſe nihil de hoc conuenerit nec iurauerit, ad quem, cum ſit ſingularis ſucceſſor, non vero vniuerſalis, non tranſit virtus nec obligatio iuramenti, *vt in cap. veritatis, cum materia, de iureiur.* Iuramen-
tum † enim recipit omnes limitationes & ſubauditio- 38
nes, quas habet & recipere ſolet contractus ille, ſuper quo interponitur, & debet reſtringi quantum poteſt, vt iurans minus obligetur minuſque aſtringatur, ſecundum Abb. *in cap. quemadmodum, de iureiuran.* quem refert & ſequitur Ioan. de Selua *in tractat. de iureiuran. 2. part. 1. quaſt. circa fin. numer. 5. vol. 5. tractat. diuerſor. DD.* idem Abb. *in c. cum clerici, de verbor. ſignific.* Loazes *vbi ſuprà, numer. 164.* Nec in iure legimus, quod per iuramentum conſtituitur ius in re, ſed tantum in perſona, vt in prædictis deciſionibus; & ſane cum ſemper meus præcipuus ſcopus fuerit, veritatem amare atque illam ſectari, etſi aliàs incidenter & deductiue prædictam limitationem tenuerim, nunc libenter contra eam firmo cum doctiſſimo Couarruuia aduerſus cæteros, qui punctum minimè digeſſerunt; Non enim fidendum eſt DD. aliquid ſine præuio examine & indagatione veritatis tenentibus (more auium, quæ cum vna volat, cæteræ eam ſequuntur: ita vt ipſi ſæpiſſime faciunt) niſi veritas eorum dicta comitetur: ſolus Roland. pleniori manu articulum diſcuſſit, ſed meo iudicio probauit opinionem minus veram, vt docuimus.

Nunc † autem offert ſe nobis examinanda quæſtio 39
illa; *An vxor, ſoluto matrimonio, teneatur ſtare locationi facta per maritum, tempore, quo ipſum matrimonium conſtabat?* In quo ſolet communiter allegari text. pro deciſione huius dubij, *in l. filiofamilias, §. ſi vir in quinquennium, ff. ſol. matrim.* vbi dicitur: *Si in quinquennium locauerit fundum, & poſt primum forte annum diuertium interuenerit*, Sabinus ait, *non alias fundum mulieri reddi oportere, quam ſi cauerit, ſi quid præter vnius anni locationem maritus damnatus ſit, id ſe præſtaturam eſſe.* Ex quo text. colligitur, vxorem non teneri præciſe ſtare colono oppoſito per maritum tempore, quos is erat dominus dotis, poſtquam ipſa vxor matrimonio ſoluto ius priſtinum recuperauerit, ſed tantum cauſatiue, quia ipſa tenetur cauere marito de indemnitate, ne ipſe damnum patiatur, ex his, quæ matrimonio conſtante, vt legitimus adminiſtrator geſſit.

 Colono

Colono † tamen non datur exceptio nec retentio, quandoquidem ipſe agere poteſt contra maritum pro intereſſe: Ita voluit Bart. *ibi num.* 2. & ſequitur Imol. Cuman. Paul. de Caſtro *num.* 3. Roman. Alexand. & magis communiter DD. & ante eos idem tenuerunt *ibid.* Alberic. & Dyn. *& in l. diuortio*, & *ibi* Imol. *ff. eod.* Cyn. & Salic. *in d. l. emptorem, gloſſ. fin. in l. 2. §. vlt. verbo, conſequi, ff. de dot. praleg.* ſequitur Campec. *in tract. de dote, in 2. part. quaſt.* 23. Aufrer. *in deciſ. Capell. Toloſ.* 420. eſt communis ſecundum Carol. Molin. *in conſuet. Pariſien.* §. 30. *q.* 12. & ſecundum Couar. qui eam probat *lib. 2. var. reſol. cap. 15. num.* 5. eſt magis communis ſecundum Ant. Gomez *de locat. & conduct. n.* 8. Eandem, alios allegans, teſtatur communem Petr. Duen. *in reg. 240. limit.* 5. qui eam ſequi videtur. Contrariam tamen opinionem probauit Angel. *in d. l. emptorem*, Bald. & Angel. *in d. §. ſi vir. in quenquennium*, idem Bald. *in l. iubemus nulli, col. fin. n.* 4. *C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Abb. & Anan. *n.* 9. *in cap. fin. ne Prælati vices ſuas*, quæ ea fundatur ratione, quod maritus res dotales locauit, vt legitimus adminiſtrator, & vxor poſtea matrimonio ſoluto ſuccedit titulo ſingulari, transfertur enim in ipſam dominium rerum dotalium ipſo iure ſoluto matrimonio neceſſario, *vt in l. in rebus, cum materia, C. de iure dot.* ſed ſucceſſor neceſſarius tenetur ſtare colono, iuxta gloſſ. *in verſ. alij, quia mulier grauatur, in l. diuortio, ff. ſol. matrim.* & ibi Bart. & Alexand. eſt communis ſecundum Iaſ. *ibi num. 32. cum ſeq.* & ſecundum Paul. Caſtren. *in d. §. vir in quenquennium, num.* 3. quamuis eam improbet,
41 teſtatur etiam gloſſ. † illam communiter approbatam
42 *deciſ. Pedemont.* 82. *num.* 6. Secundò † eadem ſententia fundatur, nam idem videmus in tutore, qui durante tutela locat res minores ad tempus, minor namque finita tutela tenetur præciſe ſtare locationi, *vt in l. ſi tutela, ff. de adminiſtr. tut.* & *ibi* Bart. & DD. Salyc. *in d. l. emptorem*, poſt Albert. *ibi* Socin. & alij plures quos refert Petr. Duen. *vbi ſuprà, limit.* 3. Couar. & Anton. Gomez *etiam vbi ſuprà.*

Nihilominus tamen prior opinio verior ac magis communis eſt & tenenda, quæ bene probatur *in d. §. ſi vir in quinquennium, inducto vt ſuprà.* Non obſtat primum fundamentum contrarium, quia quamuis in vxorem transferatur ex neceſſitate dominium rerum dotalium ſoluto matrimonio, adhuc præciſe non tenetur ſtare colono, vt ſatis deducitur *ex d. §. ſi vir in quinquennium*, quamuis ipſa maritum indemnem ſeruare teneatur ab ipſa locatione, etiamſi ab eo vel eius hæredibus prædicta cautio non petatur, ſecundum Paul. de Caſtr. *num.* 3. & DD. *ibid.* vt refert Ant. Gom. *d. num.* 8. itaque mulier tenetur ſtare locationi, quantum ad ipſum virum, & ſic cauſatiue propter bonam fidem & ſocietatem communis vitæ, non verò quantum ad colonum, quia ipſum poteſt expellere, & ſic ſunt diſtinguendi & concordandi DD. qui ſimpliciter tenent contrarium in hac materia: non ſic in alio ſingulari ſucceſſore, quia nec quoad colonum vel inquilinum, nec quoad venditorem ſeu donatorem tenetur ſtare locationi, niſi aliud conuenerit, ita Paul. *num.* 3. & DD. *in d. §. ſi vir in quinquennium.*

Ad ſecundum fundamentum reſpondetur, non idem eſſe in marito quod in tutore: Tutor namque reſpectu minoris locat vt legitimus adminiſtrator nomine minoris pupilli, non verò nomine proprio: At maritus, etſi ſit adminiſtrator rerum dotalium & vxoris, attamen nomine proprio vti dominus dotis, matrimonio conſtante, locat, & ideo vxor non tenebitur præciſe locationi ſtare, quæ ſuo nomine non eſt facta. Quo
43 ſit, vt ſi maritus locaſſet res paraphernales, quas † vxor eidem non dedit in dotem, ſed tacita earum adminiſtratio eſt commiſſa marito, iuxta text. cum materia *in l. maritus, C. de procurat.* vxor in hac ſpecie tenebitur præciſe ſtare contractui, tanquam ſuo nomine geſto, ita Anton. Gom. *vbi ſuprà, d. num.* 8. Nec etiam
obeſt regula; Quod † quem de euictione tenet actio, 44
eundem agentem repellit exceptio, *vt in l. vindicantem, cum ſimilib. ff. de euictionib.* de qua latè per Petr. Surd. *conſil. 15. num. 3. & 24. cum ſeqq.* ſicque videbatur, quod cum vxor hoc caſu teneatur cauere viro de indemnitate, gratia circuitus vitandi, non poſſit colonum vel inquilinum expellere, *argum. l. dominus teſtamento, cum ſimilib. ff. de condict. indebit.* Nam reſpondemus, quod præfata regula; *Quem de euictione tenet actio, &c.* hic non conuenit, quia vxor non tenetur de euictione, ſed marito de indemnitate; & circuitus vitandi ratio etiam hic ceſſat, quoniam vxor tenetur viro de indemnitate, non vero colono de præciſa obſeruantia contractus, ſicque ſoluendo intereſſe vel damnum marito obueniens, non tenetur ſtare eiuſdem locationi præciſe: ſicut idem contingit in conductore, cui ſunt omnia bona locatoris obligata pro obſeruantia contractus; Eum enim poteſt expellere ſingularis ſucceſſor; ſoluendo cum effectu eidem
intereſſe, vt *ſuprà* reſoluimus. Si † tamen maritus 45
mala fide locauit fundum dotalem, veluti muliere exiſtente infirma, quæ poſtea in continenti defuncta eſt, eius hæres non tenebitur ſtare prædictæ locationi cauſatiue nec præciſe, ſecundum Alexand. poſt Cyn. quem refert *in d. §. ſi vir in quinquennium, num.* 1. *circa fin.* Nunc vero communis præfata ſententia limitari poterit, vbi ea locatio facta fuerit per maritum ad modicum tempus, nempe ad annum, quaſi id æquitati conueniat, cum ea locatio rectè ac bona fide facta ſit, ſecundum Alexand. *in d. § ſi vir in quinquennium, col.* 1. *num.* 1. Carol. Molin. *d. quaſt.* 22. *num.* 92. quos refert & ſequitur Couar. *vbi ſupra, d. num.* 5. quorum ſententia mihi placet.

Ex † ſupradictis infertur, virum minime quidem 46
teneri ſtare locationi factæ per vxorem aut ſocerum ante dotis conſtitutionem, cum maritus ſit ſingularis & voluntarius ſucceſſor, ac proinde poterit colonum expellere, ſecundum Roman. *in d. §. ſi vir, num.* 26. quod ſequitur Alexand. *num.* 38. & Claud. 35. *in d. l. diuortio*, & Couar. *vbi ſuprà, d. num.* 5. *in verſic. quid autem*, aduerſus gloſſ. contrariam *in d. l. diuortio, in princ. verb. ſequatur*, ibi: *vel dic*, cuius opinio admitti poterit ſecundum præfatos, eo caſu, quo maritus paciſcens dotem, ſciret rem ſibi promiſſam in dotem locatam eſſe, videtur enim locationi ex hoc conſentire, & ideo non poterit expellere colonum nec inquilinum, & hoc propter auctoritatem gloſſæ in praxi recipiendum erit, ſecundum Alexand. & Couar. *vbi ſuprà*, licet in puncto iuris haud facile defendi poſſet meo iudicio, cum in ſpecie & materia *d. l. emptorem*, ſcientia emptoris locationis præcedentis eidem minime noceret, ex mente eiuſdem legis, & ſimilium ac omnium ſcribentium; Non enim videtur iuri ſuo renunciare, qui ſcit illud durare, *vt in l. ſicut, §. non videtur, ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſoluat.* requiritur enim vltra ſcientiam locationis factæ, quod probetur conſenſus ſingularis ſucceſſoris, vel pactum expreſſum, vt locationi ſtaretur, vt prædictum: vel ſi actum eſſet inter locatorem & ſingularem ſucceſſorem, quod penſiones rei locatæ ſpectent ad ipſum ſingularem ſucceſſorem, tunc enim ipſe conductorem expellere minime poterit, vt recte probauit Alexand. *in d. §. ſi vir in quinquennium, num.* 13. alias autem ſi ſola ſcientia ſufficeret, nunquam aut raro haberet locum deci-
ſio eorundem iurium. Denique † ſi locator non ha- 47
beat plenum dominium in re, nec plenam eius adminiſtrationem, vt vſufructuarius, fideicommiſſarius, poſſeſſor maioratus, vel ſimilis perſona, ſucceſſor non tenebitur præciſe ſtare contractui, *iuxta l. ſi quis domum, §. 1. ff. locati*, Bart. & communem *in d. §. ſi vir*, Anton. Gomez *vbi ſuprà*, & allegat plures Petr. Duen. *vbi ſuprà, limitat.* 6. eſt communis ſecundum Socin. *conſil. 32. num. 6. lib.* 1. Alban. *conſil. 8. num. 1. & ſeqq. deciſ. Pedem.* 82. *num.* 2. *de ſucceſſore maioratus & prælaturæ ſiue beneficij*, diſſeruimus *ſuprà, lib. 1. cap. 36. per tot.*



48 Miſſus † autem in poſſeſſionem ex primo decreto iudicis, quia non habet plenum ius, tenetur omnino ſtare colono, niſi locatio præcedens in fraudem creditoris facta fuerit: text. eſt de hoc *in l. in venditione, §. 1. ff. de bon. auct. iudic. poſſid.* per quem text. ita tenet Bart. *in d. §. ſi vir in quinquennium*, & *ibi* DD. communiter, dicit communem Iaſ. *in d. l. diuortio, num* 34. Quod alia ratione ſuaderi poteſt, nempe, quia hic eſt ſucceſſor ex cauſa neceſſaria & ideo tenetur ſtare colono, vt ex eodem text. *in d. §. 1.* conſtat, & notauit gloſſ. approbata, vt prædiximus *in d. l. diuortio; gloſſ. mag.* ibi: *alij, quia mulier grauatur, ff. ſol. matrimon.* quod & in ſpecie *d. §. 1.* probarunt *ibi* Angel. & Imol. nempe, quod ibi eſt quædam tranſlatio neceſſaria. Quo fit, vt non ſolùm miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, quo caſu loquitur *d. §. 1.* ſed etiam miſſus ex ſecundo decreto, teneatur ſtare locationi factæ à debitore, dummodo in fraudem facta non fuerit, quia licet habeat plenum ius, adhuc tamen concurrit altera ratio communis illius textus, nempe, quod tranſlatio poſſeſſionis ſit ex cauſa neceſſaria iudicati, quæ ſola ſufficiens eſt ad operandum, vt ſucceſſor ſingularis teneatur ſtare colono, per ſupradicta, & in ſpecie tenet Bart. *in d. §. 1.* & cum eo probauit Alexand. *in d. l. ſi vir in quinquennium, num.* 7. aduerſus eundem Bart. *ibi* aliud ſentientem, ſequitur etiam Iaſ. *in d. l.*
49 *diuortio, num. 32. cum ſeqq.* Quinimo † eadem ratione omnis ille, qui ſuccedit per ſententiam iudicis, tenetur ſtare colono & inquilino, niſi locatio fiat in fraudem, vt affirmat Bald. *in c. quoniam frequenter, §. fin. n.* 9. *vt lite non conteſt.* quem ſequitur Iaſ. *in d. l. diuortio, num.* 35. & Tiraquell. *de retract. conuent.* §. 3. *gloſſ.* 1. *num.* 14. *deciſ. Pedem.* 82. *num. 6. & 7.*

50 Similiter † vſuarius, qui ſolum vſum rei habet, tenetur ſtare colono, iuxta text. *in l. ſi habitatio, §. ſi vſus fundi, ff. de vſu & habit.* quem text. ad hoc dicit eſſe ſingularem Roman. *in d. l. ſi filiofamilias, §. ſi vir in quinquennium, num. 15. ff. ſol. matrimon.* & ſequitur ibi Alexand. *num.* 10. Petrus Duen. *in reg. 140. limitat.* 11. licet ſecus ſit in vſufructuario, *vt in l. arbores, §. quicquid, ff. de vſufruct.* ſecundum Alexand. *d. num.* 10. Suc-
51 ceſſor † vniuerſalis etiam, qualis eſt hæres vniuerſalis, tenetur ſtare colono & locationi ſui prædeceſſoris, *vt in l. viam veritatis, C. locat. & in l. hæredi, & in l. ex qua perſona, ff. de regulis iur. l. 7. tit. 17. lib. 3. fori, & in l. 2. tit. 8. part.* 5. Anton. Gomez, *cap. de locat. & conduct. num.* 7. Petrus Duen. *in d. reg. 140. limit.* 1. vbi aſſignat rationem differentiæ inter ſucceſſorem vniuerſalem & ſingularem, quia ille repræſentat perſonam defuncti, & in eum tranſeunt omnes obligationes actiue & paſſiue, pro ea parte, qua eſt hæres, *vt in l. cum à matre, C. de rei vendicat. & in authent. de iureiurando à morient. præſtit. in princ. collat. 5. gloſſ. in leg. 2. ff. de prætor. ſtipulat.* ſingularem autem ſucceſſorem non ſequitur obligatio perſonalis, vt prædiximus.

52 Illa † tamen ſe nobis hic offert examinanda quæſtio; *An regula d. l. emptorem, cum ſimilib. procedat. in colono partiario, nempe, vt illum expellere ſingularis ſucceſſor poſſit, necne?* Et primo videtur, quod ſingularis ſucceſſor teneatur præciſe ſtare colono partiario; Nam huiuſmodi colonus appellatur ſocius, *in l. ſi merces, §. vis maior, ff. locat.* Ergo ſi ante finitum tempus ſocietatis prouocaretur ad diuiſionem vel expelleretur, poſſet exceptionem opponere, *l. idemque, §. fin.* & ibi hoc notat Bald. *ff. pro ſoc.* & in terminis hanc opinionem tenet Bald. *in d. l. ſi merces, §. qui fundum, & §. vis maior*, & clarius *in d. l. idemque; §. fin.* poſt Cyn. & Ioan. Andr. per eum allegatos, Iacob. Butr. *in d. l. ſi merces, §. 1. & in d. l. emptorem*, poſt Lambert. de Rapon. quem etiam refert & Abb. *in d. l. emptorem*, & Raphaël per illum text. *in l. in hoc iudicio, §. penult. ff. commun. diuid.* quos pro hac parte citat Alexand. *in d. §. ſi vir. in quinquennium, num.* 17. ſequitur etiam Angel. Aretin. *in princip. Inſt. de locat. & conduct. & in princ. de except. verſic. ſed aduerſus*, eamque tenere videtur Fabian. de Monte. *in tract. de empt. & vendit. 6. quæſt. 18. membr. verſic. item & tertio, in colono partia-*
*rio*: Quæ † ſententia ſecundo probatur, quoniam pars 53
fructuum colonica præſtatur loco operis, laboris & ſumptuum factorum in percipiendis fructibus, *vt in l. 1.* & ibi Bart. *C. de fructibus & litium expenſ.* Bart. & Iaſ. *in l. fructus, ff. ſoluto matrimonio*, vbi communiter Doctores, eſt communis ſecundum deciſionem
Pedemontan. 83. *num.* 7. Hinc † eſt, vt in prædictis 54
fructibus tacita quædam hypotheca videatur inducta, *argum. l. interdum, & l. ſequenti, ff. qui potior in pignor. habeatur, & in l. 1. C. quibus modis pignus vel hypotheca contrahatur*, vnde ratione dictæ tacitæ hypothecæ vi-
detur non poſſe † expelli colonum partiarium à perce- 55
ptione dictorum fructuum, iuxta tradita per Abb. *in cap. 1. num. 3. de in integrum reſtitutione*, vbi inquit, quod qui contraxit cum Eccleſia, non tenetur reddere rem, niſi primo ſatisfiat ſibi pretio, ſumptibus & labore, ſicque poteſt vti retentione rei etiam poſt conceſſam reſtitutionem; pro pretio, ſumptibus & la-
bore: ſicut in ſimili dicimus in ſcriptore, vt † poſſit 56
retinere quinternos, donec ſibi ſatisfactum fuerit de mercede, *vt notatur in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de condict. indebit. in gloſſ. verbo retinebitur*, vbi Bart. *num. 7. & 8.* bene diſtinguit, & ibi Paul. Caſtrenſ. *num. 5. & 6.* & Iaſ. *num.* 10. latius Gregor. Lopez *in l. fin. tit. 2. part. 5. in gloſſ. deſpues que ſe lo preſtan, per tot.* & præcipue tibi: *& cum emptor*: vbi inquit, in propoſito, quod colonus poterit retinere rem contra emptorem, propter expenſas in re factas. Sic etiam
† animalia retineri poſſunt ob impenſam alimentorum 57
eis præſtitorum, *vt in l. in ſumma*, vbi Salicet. *C. de pignorib.* tradunt Alciat. & Plot. quos refert & ſequitur Menoch. *in 11. remed. recuperan. poſſeſſ. num.* 8. Simi-
liter † exceptio retentionis ratione expenſarum facta- 58
rum in re, quam quis condemnatus eſt reſtituere, poteſt obiici in exſequutione ſententiæ, etiamſi ius retentionis reſeruatum non ſit in ea, ſecundum Alberic. de Roſate *in l. 1. col. 3. verſic. item exceptio, c. de iuris & facti ignorant.* idem Albert. *in l. in fundo, col. vlt. ff. de rei vendicat.* Tiraquel. *de retract. conuent.* §. 7. *gloſſ. 1. num.* 13. Neguſan. *de pignorib. 5. part. princip. 4. membr. num.* 15. Buët. *quæſt.* 43. *num. 10. & quæſt.* 44. *num. 14. & 16.* Roland. à Valle alios referens *conſil.* 28. *n. 3. lib.* 1. & Menoch. *vbi ſuprà*: quod non procedere in exceptione retentionis melioramentorum liquidandorum, conſuluit Paulus Caſtrenſ. *conſil. 270. fol. 129. lib. 2.*

Quare † in hac ſpecie ſaltem præſtita cautione de 59
ſoluendis melioramentis, liquidatione facta, poſſeſſionem eſſe concedendam, reſpondit Gozadin. *conſil.* 100. *num.* 21. & Petrus Beninten. *concluſ.* 77. *n.* 10. ſed nihilominus contrarium verius eſt & tenendum, nempe, etiam retardari hanc reſtitutionem, etſi liquida adhuc

non ſint hæc melioramenta, vt egregie in terminis
probat Anton. Capic. deciſ. 17. referens in eo facto
Concilio Neapolitano ſic fuiſſe deciſum, & ſic intel-
ligit Paulum de Caſtro vbi ſuprà, ſequitur Ruin. con-
ſil. 84. in fin. lib. 1. negans hoc caſu ſufficere, ſi fideiuſ-
ſor illi poſſeſſori de ſoluendis melioramentis facta li-
quidatione offeratur: idem ſentit Tiraquell. vbi ſuprà,
& vtrumque probat Menoch. in 1. 5. remed. recuperand.
poſſeſſ. quæſt. 39. num. 569. & 570. qui num. 571. cum
ſeq. duobus modis limitat. Primo, poſt Paul. Caſtrenſ.
& Capic. vbi ſuprà, in fin. quando in differendo ſub-
eſſet aliquod præiudicium. Secundò, cum Bald. con-
ſil. 309. quæritur vtrum, in fin. lib. 2. vbi in continenti
non adeſſent probationes melioramentorum factorum,
quia in his caſibus exſequutio non erit retardanda: &
in continenti intelligo in his Regnis in termino exſe-
quutionis, dato nempe ad probandas exceptiones le-
gitimas, hoc eſt, intra decem dies oppoſitionis. Imò,
vt ſuprà reſoluimus, iuxta magis communem ſenten-
tiam, colonus vel inquilinus, habens omnia obliga-
ta bona locatoris, vel hypothecam rei locatæ pro ſe-
curitate & obſeruantia contractus, habet ius retentio-
nis nec poteſt expelli per ſingularem ſucceſſorem niſi
ſibi offeratur & realiter ſoluatur intereſſe: Ergo idem
in propoſito coloni partiarij dicendum videtur: Quia
ſicut ei competit actio pro ſuo credito, ita & multo
60 magis retentio, quæ † facilius conceditur quam peti-
tio, vt in l. per retentionem, C. de vſur. l. Paulus, ff. de
dol. except. Iaſ. in l. naturaliter, §. nihil commune, verſic.
ſed tu aduerte, num. 49. ff. de acquirend. poſſeſſ. Dec. in
l. diuus, num. 2. ff. de regulis iuris, & in l. diem functo,
num. 15. de offic. aſſeſſor. Aymon Crauet conſil. 118. n. 2.
Cephal. conſil. 86. num. 10. Roland. conſil. 17. num. 8.
vol. 4. Bec. conſil. 72. num. 15. quos ſequitur Petr. Surdus
61 conſil. 4. num. 5. vbi num. 9. quod † ſicut retentio tran-
ſit in ſingularem ſucceſſorem creditoris, vt in l. in hoc
iudicio, §. impendia, verſic. ſed is qui à me, ff. communi
diuid. vbi eſt caſus vnicus & perpetuo notandus, ſecun-
dum Roman. ſin. 177. Socin. conſil. 158. num. 28. vol. 2.
Ripa in l. vbi pure, §. qui in diſtrahendis, num. 3. ad
Trebellian. Boër. deciſ. 44. num. 14. Neguſan. de pignor.
in 4. memb. 5. part. principal. num. 23. Tiraquell. de re-
tract. conuent. §. 7. gloſſ. 1. num. 15. D. Couar. lib. 1. va-
riar. reſol. cap. 8. num. 3. verſic. cæterum: ita etiam de-
bet competere contra ſingularem debitoris creditorem:
præcipue, cum ad huiuſmodi colonum partiarium res
non peruenerit cum vitio, ſed ex contractu bona fide
62 celebrato, quia † cum res peruenit cum vitio ad cre-
ditorem, non poteſt eam retinere pro debito, ſed co-
gitur eam reſtituere, vt in cap. fin. de ordine cognit. &
in l. 1. §. rediguntur, ff. quorum legat. per quæ iura ita
tenent Salycet. in l. fin. C. commod. & Alexand. ad Bart.
in d. §. ſi centum, & Neguſan. vbi ſuprà, num. 1. & eos
referens Petrus Surd. d. conſil. 4. num. 40.
63 Sed † nihilominus contrariam ſententiam probauit
Iacobus de Bellouiſo in d. l. emptorem, reſoluens, quod
colonus partiarius non habet ius in re nec in fructi-
bus quouſque ab eo ſint percepti, vt in l. cum in pluri-
bus, §. meſſem, & ibi gloſſ. ff. locat. & probatur in l. ſi
fur, ff. de vſufruct. & in l. ſi ſeruus, §. locati, ff. de furt.
& ibi notatur, & ideo non datur ei conditio furtiua,
vt ibi, & l. ſi apes, §. 1. ff. de furt. & fructus fundi, per-
fecto contractu emptionis, ſpectant ad emptorem, l.
fructus, C. de act. empt. Præterea colonus non habet
actionem perſonalem contra emptorem, quia illa non
tranſit in ſingularem ſucceſſorem, vt in d. l. emptorem,
& in l. fin. §. fin. ff. de contrahend. emptione, & hanc
ſententiam Iacobi de Bellouiſo ſequitur Speculator,
licet ſub dubio, in tit. de locat. §. 1. verſic. ſed pone lo-
caui tibi, n. 5. & Alexand. in d. l. ſi vir in quinquennium,
num. 17. & Bald. in d. l. emptorem, num. 7. dicens, quod
tantum pro illo anno, quo colonus ſeminauit & fecit
ſumptus, tenebitur emptor ſtare colono, non vltra,
& ſequitur etiam Gregor. Lopez in d. l. 19. tit. 8. part.
5. in gloſſ. magna, ibi: Adde alium caſum in colono par-
tiario, dicens, quod quatenus Bald. dicit pro illo anno,
videtur quod debeat intelligi ita, quod fructus ſint
iam percepti, alias namque, nec pro illo anno tenere-
tur ſtare colono partiario, licet propter ſumptus colo-
nus poſſet retinere fundum, donec ſibi eſſet de eis ſa-
tisfactum: Quid tenendum? & profecto in puncto iu-
ris hæc ſecunda pars cum ſua declaratione verior vi-
detur per ſupradicta: æqua tamen mihi videtur con-
cordia, quam in hoc articulo ſequutus fuit Senatus
Pedemont. vt affirmatur per Octauian. deciſ. Pedemont.
82. num. 10. quæ eſt huiuſmodi: quod † quando agitur 64
de fructibus pendentibus breui colligendis, in illis propter
ſumptus factos ſalua ſit pars colonica, quaſi idem cenſea-
tur ac ſi recollecti fuiſſent, argum. l. penult. ff. de milit.
teſtament. & eorum, late cumulat. Tiraquell. de retract.
lignag. §. 1. gloſſ. 7. num. 44. Ea enim quæ in continenti
fiunt, ineſſe videntur, l. petens, C. de pact. l. lecta, ff. ſi
certum petat. reſpectu vero fructuum futurorum anno-
rum, in quibus nulli factus ſumptus nec præſtita ali-
qua opera, ſucceſſor ſingularis ſtare minime teneatur
colono, cum nullum hinc ius nec damnum emer-
gens in eis pretendere poſſit colonus, ſecundum Ca-
gnol. in l. 2. num. 221. C. de pact. inter empt. & vendit.
Alexand. & reliquos pro 2. part. præcitatos, quamuis
huic diſtinctioni reſpectu primi membri, contradicat
Gregor. Lopez vbi ſuprà, & Ruin. conſil. 154. num. 13.
vol. 1. poſt Bald. & Speculat. per eos allegatos, † ni- 65
hilominus æqua eſt & ſatis humana: Addo ego, quod
ſi fructus non eſſent ita breui colligendi, etiamſi ali-
quos ſumptus feciſſet colonus partiarius, atque ope-
ras præſtitiſſet, abſque dubio non teneretur ei ſtare
ſingularis ſucceſſor, ſed adimpleret offerendo atque
ſoluendo colono huiuſmodi prædictos ſumptus, & la-
bores vere in fundo impenſos pro fructuum collectio-
ne, pro quibus, vt prædiximus colonus ius retinendi
habebat, & ſic ceſſant adducta in contrarium pro pri-
ma opinione.
Supereſt modo, vt ad † præcipuam quæſt. noſtri 66
capitis iam optatam deueniamus; An ſucceſſor ſingula-
ris Eccleſiæ teneatur ſtare colono, cuius contemplatione
omnia ſup. diſſerta adduximus? Et pars affirmatiua veriſ-
ſima videtur, quia valet † argum. de fiſco ad Eccleſiam, 67
l. fin. C. de ſacroſ. Eccleſiis, quæ licet tantum loqua-
tur in ciuitate, non vero in Eccleſia, idem tamen eſt
in ea, quod in ciuitate & fiſco, iuxta gl. fin. in l. ſi pro-
curator, §. ſi verbo, ſoluto, ff. de iure fiſc. & in c. quid
ergo, 23. q. 4. gl. verbo Eccleſia, Abb. & DD. in c. auditis,
de in integrum reſtitutione, Bart. in l. à duo Pio, §. ſed ſi
emptor n. 3. ff. de re iudic. Paul. Caſtr. in l. velamento, C.
de poſtul. Dec. conſ. 700. n. 9. Iaſ. in §. ex maleficiis, n. 35. &
40. cum ſeqq. de actionib. latè Euerard, in centuria legal.
loco 26. Et communis ſecundum Petr. Duen. in reg. 240.
limitat. 9. Sed † ſingularis ſucceſſor fiſci tenetur ſtare 68
colono, ne fiſcus teneatur illi ad intereſſe, vt eſt text.
expreſſus in l. fin. verſ. Papin. ff. de iure fiſci, vbi gl.
conueniſſet, & communis in d. §. ſi vir in quinquennium,
Guid. Papæ, deciſ. 480. gl. in d. l. emptorem, verbo colono,
& ibi Bald. Bart. per text. ibi, in l. cognouimus, n. 1. C.
de mancip. & colonis partiariis lib. 11. Iaſ. in l. diuort. n. 36.
ff. ſolut. matrim. Petrus Duennas, plures referens in d.
reg. 240. limitat. 8. Ergo idem in colono vel inquilino
Eccleſiæ dicendum eſt, vt eidem teneatur ſtare ſuc-
ceſſor ſingularis Eccleſiæ, ne ipſa eidem colono vel
inquilino ad intereſſe tenetur, ſicut ſucceſſor ſingula-
ris fiſci teneatur ſtare ipſius colono vel inquilino, vt
prædixi



prædiximus, & in terminis hanc partem probauit Bart.
in d. l. cognouimus, num. 2. Lud. Roman. in d. §. ſi vir
in quinquennium, num. 13. Hieron. Gratus conſ. 95. n. 23.
quem refert & ſequitur Petr. Duen. vbi ſuprà, limita-
tione 9. eandem ſequitur Aluar. Valaſ. conſultatione 40.
num. 1. dicens, quod ſecundum eam in vtroque Sena-
tu Luſitaniæ iudicatum eſt. Sed pro contraria parte,
imo quod ſucceſſor ſingularis Eccl. non teneatur ſtare
eius colono vel inquilino facit, quia nullo iure pro-
batur Eccleſiam generaliter gaudere iure fiſci, vt ex
pluribus probat Greg. Lopez in d. l. in gloſſ. magna in
69 verſic. ſed adhuc, &c. & in dubio † cum Eccleſia non
reperiatur in aliquo caſu priuilegiata, vtitur iure com-
muni, vt in c. 1. de alienat. feud. quem ad hoc allegat
Salycet. in l. 1. n. 11. verſic. tertio, C. de ſacroſanct. Ec-
cleſiis, & Alexand. conſil. 182. col. 1. vol. 5. Sed in no-
ſtra ſpecie nullibi in iure reperitur (quod ipſe ſciam)
vt ſingularis ſucceſſor Eccleſiæ teneatur ſtare colono,
vel quod eidem Eccleſia ad intereſſe ſoluendum mini-
mè teneatur: Ergo in eo ſtandum eſt regulæ d. l. em-
70 ptorem cum, ſimil. Præterea, quando † lex parificat duos
caſus in vna materia, non fit extenſio ad aliam diuer-
ſam materiam, ſecundum Iaſ. in §. ex maleficiis n. 43.
de actionibus, & prius Alberic. in l. 2. in quibus cauſ.
pignus vel hypothec. tacit. contrahat. provt eos refert &
in propoſito adducit Gregor. Lopez vbi ſuprà. Ergo
æquiparatio fiſci & Eccleſiæ tantum procedit in caſi-
bus à iure expreſſis, non vero regulariter, & in ter-
minis hanc partem probauit aduerſus Bart. Alexand.
in d. §. ſi vir in quinquennium, num. 5. & Curt. Senior.
conſil. 10. num. 2. & Gregor. Lopez vbi ſuprà, & Anton.
Gamma deciſ. Luſitan. 297. n. 1. Bart. autem in dict. l.
cognouimus, contrarium tenens loquitur in colono,
qui ſteterat in fundo per maximum tempus, & ſic non
in quali quali conductori, vt patet ex verbis Bart. vbi
ſuprà, ibi: Per maximum tempus, quibus verbis vide-
tur ſentire, quod ſi non eſſet talis colonus, poſſet ex-
pelli ab emphyteota, vt aduertit Valaſc. vbi ſuprà,
quamuis fateatur, Doctores communiter intelligere
doctrinam Bartol. in quocunque colono.
Nihilominus his non obſtantibus, prior ſententia
affirmatiua verior, communis & tenenda eſt ex his,
quæ pro ea adduximus, quæ ſatis vrgent. Et confir-
matur præterea ex altera communi opinione, quam
tenet Abb. diſputatione ſiue quæſt. 3. in quinto dubio, ſub
num. 16. in verſiculo ad quintum arguitur 1. concludens
71 quod facta locatione per † prælatum, ſucceſſor tene-
tur ſtare colono, non modo quoad penſiones annuas
ſoluendas, ſed etiam quoad anticipatas ſolutiones, ſi
tamen contraxit nomine Eccleſiæ, non autem nomi-
ne ſuo ſpeciali, quia tunc locatio foret perſonalis, &
ideo exſtincta perſona locante, exſtinguatur & loca-
tio, vt de hoc vltimo plures allegans teſtatur eſſe com-
munem opinio Petrus Duennas vbi ſuprà, ampliation. 3.
ſequitur Bald. in d. l. iubemus nulli, num. 4. C. de ſacro-
ſanct. Eccleſiis. Itaque Abb. præallegatus concludit in
verſ. ſi verò tempus, ſucceſſorem prælatum teneri ſtare
colono præceſſoris his concurrentibus. Primò, quod il-
le, qui locauit, eſſet adminiſtrator vniuerſalis, non verò
ſimplex clericus præbendatus. Secundò, quod loca-
tio ſit facta nomine Eccleſiæ, non vero nomine ſuo
proprio. Tertiò, quod locatio facta ſit ad modicum
tempus, inf. ſcilicet decem annos: & ibidem etiam te-
net, quod etiamſi locatio non appareret facta in vti-
litatem Eccleſiæ, adhuc eſſet valida mero iure, & illi
tenetur ſtare ſucceſſor, licet ſi Eccleſia foret læſa, poſ-
ſet ſucceſſor petere reſtitutionem in integrum: quod
etiam tenet Zabarel. maximus Canoniſta, conſ. 95.
col. 1. & 2. num. 6. & 14. in fine, etiamſi prælatus lo-
caſſet ſine conſenſu capituli, & Angel. conſil. 245. in 6.
dubio, num. 6. verſic. ſed his rationibus non obſtantib. &
idem tenet in commendatario locante Fulgoſ. conſ. 125.
& Bald. conſ. 483. volum. 3. vbi idem tenet, etiamſi pre-
tium integrum totius temporis locationis fuerit da-
tum præceſſori, adhuc namque ſucceſſor tenebitur
ſtare locationi præceſſoris: Hanc eandem opinionem
probat & pluribus confirmat reſpondens omnibus ob-
iectis, Socin. conſ. 32. in 2. dubio, num. 2. vol. 1. &
conſ. 54. vol. 3. & Petrus Ferrar. in ſua practic. Papienſ.
in forma libelli, quo agitur ad facti præſtationem, in verſ.
ſoluere neglexerit, num. 6. & hæc eſt vera & communis
ſententia, à qua in iudicando & conſulendo non eſt
recedendum, ſecundum Tiber. Decian. conſil. 14. n. 5.
& 9. volumin. 2. tametſi Petrus de Anchar. conſil. 116.
& Geminia. conſ. 17. & Alexand. conſil. 160. vol. 6. te-
neant, quod ad hoc, vt ſucceſſor in Eccleſiaſticis te-
neatur ſtare colono, debeat probari, quod pecunia
recepta per præceſſorem, ac per conſequens contra-
ctus locationis ſit conuerſus in vtilitatem Eccleſiæ: hoc
autem ſi probari poſſit, ſecurus erit: Illud autem,
quod prædiximus, ſucceſſorem in Eccleſiaſticis tene-
ri ſtare colono præceſſorum, concurrentibus ſupradi-
ctis, etiam quoad ſolutiones anticipatas, non eſt ſine
dubio, quia ſecundum prædictos modo citatos tres vl-
timos auctores ſequeretur inde, quod præceſſor poſ-
ſet locare per nouem annos cunctas poſſeſſiones Ec-
cleſiæ & integras penſiones nouem annorum percipe-
re, & primo anno poſtea mori, & ſucceſſores ſic nihil
haberent per nouem annos, quo poſſint ali & viuere:
addo ego & onera beneficij vel dignitatis ſuſtinere:
quod eſſet maximum inconueniens. Quæ ratio ſatis
efficax eſt, vt concludit Decianus vbi ſuprà, num. 15.
idem ſentiens cum eis dum nititur probare in ſuo caſu,
de quo ibi agit, prædictam rationem ceſſare, quia in
eo non fuit integra penſio trium annorum locationis
ſoluta: Quinimo nec quarta pars ipſius penſionis &
iam vnus annus præfatæ locationis erat elapſus: ſic-
que poſſunt concordare præfati authores contrarij,
nempe vt Abb. & Bald. vbi ſuprà, tenentes prædi-
ctam ampliationem de ſolutionibus anticipatis, pro-
cedant, quoties nonnullæ penſiones anticipatæ ſolutæ
fuerunt, remanentibus tamen aliis pro ſuſtentatione
ſucceſſorum inſolutis; ſecus verò, ſi omnes integræ
penſiones anticipatæ ſolutæ fuerint, vel maior pars
earum, ita vt ex remanentibus ſucceſſor ali non poſſit,
& ita in hoc caſu procedat contraria opinio Anchar.
Gemin. Alexand. & Decian. Addit Bald. in d. l. empto-
rem, num. 6. ſucceſſorem in prælatione vel rectoria
tunc demum teneri ſtare colono, cum res bona fide
& rite geſtæ fuerint, & cum debita ſolemnitate, quia
eadem perſona ſignificatio eiuſdem officij eſſe videtur,
aliàs non tenetur machinationibus etiam & fraudibus
anteceſſoris ſtare, vt ibi per eum.

## SVMMARIVM.

1 *Differentia inter furtum & rapinam, de quibus* in c. ſi quid inueniſti, 14. q. 5.

2 *Qui rem inuentam detinet, nec domino reddit, furtum committit: & quomodo hoc intelligatur.*

3 *Aues & cæteræ beſtiæ feræ & piſces maris, vel fluminum, occupantis fiunt, quando in ſua plena libertate capiuntur: ſecus vero ſi aues habeant vel portent aliqua ſigna contraria, vt in num. 5.*

4 *Domini temporales non poſſunt prohibere piſcari in mari aut publicis fluminibus.*

6 *Ruſticus, qui falconem peditum reperit cum iactis & ſonaliis, ſi falco interiit eius culpa, an domino teneatur.*

7 *Inuentor*

7 *Inuentor rei alienæ tenetur ad eius reſtitutionem, ſub pœna peccati mortalis.*

8 *Inuentor rei alienæ, ſi dominus eius ſit incertus, ad quid teneatur in vtroque foro, vt n.9*

10 *Bonorum inuentorum diſtributio, quorum dominus ignoratur, pauperibus faciendo Epiſcopis eſt reſeruata.*

11 *Inuentor quod non teneatur hoc caſu neceſſario bona inuenta reſtituere pauperibus, ſed quod poſſit ea retinere ſincero animo, vt domino reſtituat vtque diligentiſſime eum conquirat, nonnulli tenent, ſed communis eſt, in contrarium, vt in n.10. & 12.*

13 *Summus Pontifex poteſt libere compoſitionem facere ac commutare cauſam, in quam res iſtæ incerti domini expendantur vt hic.*

14 *Procurantes huiuſmodi compoſitiones, ſunt in peccato, donec eas adipiſcantur: ſi cum poſſunt, non reſtituunt pauperibus, imo & poſt compoſitionem in caſu, de quo hic.*

15 *Si poſt compoſitionem comparerent veri domini, qui ſua debita legitime comprobarent, non reciperetur debitoris exceptio, dicentis, ſe fuiſſe compoſitum, vt hic.*

16 *Lex Regia* 6. *tit.* 13. *lib.*6. *nouæ collect. loquens* de los moſtrencos, *refertur, vbi quomodo dicantur hæc bona in Francia.*

17 *Bona inuenta quæ Hiſpane dicuntur* moſtrencos, *in locis & oppidis dominorum, Ducum, Comitum & Marchionum, ac ſimilium, competunt cameræ Regiæ, etiam in foro conſcientiæ, niſi ex priuilegio vel conſuetudine aliud appareat.*

18 *L. Regia* 7. *eiuſdem tit. & lib. præfigens formam omnino ſeruandam ad acquiſitionem prædictorum bonorum refertur.*

19 *Similis fere conſuetudo apud Aurelanienſes, vt hic.*

20 *In Francia dominus prouinciæ & territorij res & bona eorum, qui naufragium patiuntur, vti aberrantia & dominum incertum habentia, occupat & ſibi acquirit: ſed hoc non iure fit.*

21 *Fiſcus non debet diteſcere calamitatibus miſerorum.*

22 *Prædictarum legum Regiarum iuſtitia defenditur, & in num. ſeqq.*

23 *Non obſeruans diligentias requiſitas à d. legib. ius ſuum perdit atque ad reſtitutionem rei inuentæ tenetur tanquam pro furto, & ſic in neutro foro erit ſecurus.*

24 *Præd. leges Regiæ in animæ iudicio defendi poſſunt ſi omnia ad amuſſim obſeruentur, & præterea domino rei inuentæ repetenti ius reddatur, etiam poſt præconia & ſententiam iudicis ſolutis impenſis.*

25 *Inuentor rei alienæ eam domino reſtituere tenetur gratis hoc eſt,* ſin perdir allazgo, *& in numeris ſequentibus.*

26 *Datum ob cauſam neceſſariam, ad quam teneretur recipiens neceſſitate præcepti, quoad iuſtitiam eſt omnino reſtituendum.*

27 *Pro labore impenſo in re quærenda & inuenienda, iuſte merces aliqua recipi & retineri poteſt, imo & quod fuerit libere & ſponte datum ob rei inuentæ reſtitutionem, vt in n.28.*

29 *Petri à Nauarra intellectus nouus ad prædictas leges Regias refertur atque improbatur, & in numeris ſequentibus.*

30 *Leges Regiæ prædictæ non ſolum procedunt & loquuntur* en los ganados moſtrencos, *ſed etiam in aliis bonis.*

31 *Sententia an requiratur in caſu prædictarum legum Regiarum.*

## CAPVT IX.

### *De rebus inuentis, quæ certo domino carent.*

DIuus Auguſtinus † *hom.* 9. *lib.* 58. *& ſermon.* 2. *de verb. Apoſtoli*, ita inquit: *Eſtote fideles inuentores: ſi quid inueniſti & non reddidiſti, rapuiſti, quantum potuiſti, feciſti: quia plus non inueniſti, ideo plus non rapuiſti: qui alienum negat, ſi poſſet & tolleret Deus cor interrogat, non manum.* Habetur apud Gratia. *in c. ſi quid inueniſti*, 14. *quæſt.* 5. Hieron. *in lib.* Leuit. & Origen. *homil.*4. *ad cap.*6. Leuit. at verò cum rapina ſit manifeſta ac violenta rei alienæ acceptio, vt explicat S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 66. *art.* 3. videtur in propoſito non committi rapinam, ſicque improprie ibi dici, *Rapuiſti, &c.* Quamobrem obſeruandum erit, plerumque furtum & rapinam non ita proprie accipi, quin aliquando eorum ſignificatio mutetur, atque ob id impropria fiat interpretatio, provt contingit palam *in d.c. ſi quid inueniſti*: Ea namque in ſpecie rapina non committitur proprie, ſed verbum, *Rapuiſti*, exponendum eſt, id eſt, *illicitè accepiſti*, ſecundum Archid. *ibi*, quem Cardin. S. Sixti ſequitur, & probat Paul. Caſtr. *in l. ſed eximendi, ff. ne quis eum, qui in ius voc. eſt*, vt exiſtimat, & D. Couar. *in reg. peccatum*, 2. *parte relect.* §. 1. *num.* 2. *verſ. poſtremo illud*: Ea verò illicita acceptio rapina non eſt, licet ſit ei ſimilis, vt probat text. *in c. multi*, 14. *q.* 5. quem Gratian. tribuere videtur diuo Hieronym. *ſuper Leuit.* cum ſit potius Origenis *homil.*4. *ad c.*6. *Leuit.* Nam † & qui rem inuentam deti- 2
net nec domino reddit, furtum committit. *l. falſus*, §. *qui alienum, ff. de furtis.* Quod verum eſt & procedit, vbi inuentor rem illam acceperit animo lucrandi ſibi, *vt in dict.* §. *qui alienum*, vel quando ſciens alienam eſſe, eam retinet vel negat, aut ea vtitur, *vt in d. c. ſi quid inueniſti, poſt princip. & in l. inficiando, ff. de furtis*, tradit Iaſon. *in l. rem quæ nobis, n.*29. *de acquirenda poſſeſſione*, vbi cum Bald. *in l.*1. *col.*1. *ff. de rerum diuiſio.* inquit, quod ſi aliquis in quodam nemore inuenit ſacculum pecuniæ, vel annulum pretioſum, aut ſimilem rem, non poteſt de iure, nec cum bona conſcientia ſibi retinere, ſed debet præſentare Epiſcopo loci qui ſi non inuenit ad quem pertineat, debeat in pauperes erogare, & Caſſan. *in conſuetud. Burgund. rubric.* 1. §. 3. *colum.* 2. Couar. *vbi ſupra, in* 3. *part.* §. 1. *n.*1. D. Ant. Gomez 3. *tom. variarum reſol. cap.*5. *de furt. n.*2. & itetum *in l.*45. Tauri *n.*3. ſecundum quos hoc intelligendum eſt, cum res inuenta eius conditionis ſit, quæ veriſimiliter antea fuerit alicuius, vt peculium vel alia quælibet res mobilis: ſecus ſi talis ſit, quæ ex probabili coniectura antea nullius fuerit; Nam adquiritur inuenienti nec alteri reſtituenda eſt, *vt in* §. *item lapilli, Inſtit. de rerum diuiſione*, vbi loquitur in lapillis, gemmis & cæteris, quæ in littore maris inueniuntur; docet S. Thom. & ibi Caietan. 2. 2. *q.* 62. *artic.* 5. & Florent. 2. *parte, tit.* 1. *cap.* 15. §. 2. Exemplum etiam fingi poteſt huius vltimæ ſpeciei in auibus & cæteris beſtiis feris & piſcibus in mari & in fluminibus exſi-
ſtentibus; quia † in nullius bonis ſunt, tanquam res 3
vacantes, & ideo occupantis fiunt, & in eis quilibet diligentior naturaliter ſuccedit, *vt in cap. ius naturale, & in cap. ius gentium* 1. *diſtinctione, cap. dilectiſſimis*, 12. *quæſt.*1. *text. in l.*1. *ff. de acquirend. rerum domin. l.*1. *ff. de acquirenda poſſeſſione, & in l. ex hoc iure, ff. de iuſtit. & iure, text. in* §. 1. *& in* §. *ſingulorum, & in* §. *feræ, cum aliis, Inſtit. de rerum diuiſione, l.*10. *cum pluribus aliis, tit.*28. *p.*3. tradit latè poſt alios Anton. Gom. *in dict. l.*45.
*num.*1. Quod adeo † procedit, vt de iure non poſſent 4
domini & Principes piſcari prohibere in mari aut publicis fluminibus, licet communi errore, quo dicunt ſe dominos



dominos in terra ſua, & conſequenter in fluminibus terræ cohærentibus, id de facto prohibeant, quod de iure facere non poſſunt, niſi conſuetudo pinguius ius hoc faciendi eis tribuit; ita ſeruat Curia Franciæ, ſecundum Ioan. Fabrum *in* §. *flumina, Inſt. de rerum diuiſione*, quem ſequitur Guido Papæ *quæſt.*514. & Guiller. Benedict. *in repetit. c. Raynut. verb. & vxorem nomine Adelaſiam, in* 5. *deciſ. num.*359. *ſecundum impreſſionem Lugdun. ann.*1575. *de teſtam.* vbi limitat, niſi ex
5 iuſta cauſa hoc fieret. Illud tamen quod † prædiximus de auibus, vt fiant occupantis, verum eſt & procedit, quando in ſua plena libertate capiuntur, ſecus vero ſi habeant vel portent aliqua ſigna contraria, vt geſta & ſonalia, vel ſimilia, quia tunc non fierent occupantis. Ex hoc namque præſumuntur prius ab alio occupata, nec priſtinam dicuntur libertatem recuperaſſe, ac proinde illa ſic inueniens ac retinens animo lucrandi, committit furtum, ſicut in cæteris rebus mobilibus alienis, quarum certi domini ignorantur, vt prædiximus, ſecundum Ant. Gom. *vbi ſupra.* Hinc
6 de † quodam ruſtico refert Bart. *in ſuo tract. de falcon. in princ.* qui falconem cuiuſdam domini venatoris perditum reperit cum geſtis & ſonaliis, quem poſuit ſub banco, & dedit ei beccare panem, caſeum, rapas & carnes ſalſas, quibus ipſe ruſticus nutriebatur, quorum occaſione falco interiit, & decidit Bart. quod ille ruſticus teneatur actione in factum nobili ad intereſſe, quia falconem male nutriendo & imperite tractando, cauſam eius mortis præbuit, nec excuſatur, licet feciſſet quod potuit & ſciuit, & falconem vt ſuam propriam perſonam tractauerit & aduertit, propter quod videtur excuſandus, *l. bona fides, ff. depoſi.* quia tenetur ex eo, quod fuit in culpa non leui, ſe immiſcendo rei ad ipſum non pertinenti, nec ſtatui ſuo conuenienti, cui ſolum colere terram, de qua viuat, conuenit, & non de venatione. Potuit inſuper cognoſcere in geſtis & ſonalibus falconem ab alio fuiſſe occupatum ac detentum, & ad alterum dominum pertinere & in ſua naturali libertate non eſſe, vt ſibi ruſtico occupanti concederetur, vnde debuit facere diligentiam, quam *infrà* dicemus: & hunc caſum de falcone refert & ſequitur Guiller. Benedict. *vbi ſupr. num.*352. ex quorum mente ſatis colligitur, aliud in propoſita ſpecie eſſe dicendum, ſi ruſticus ille fecerit præd. diligentiam, interimque ea facta, dum dominus verus falconis perditi comparet, periit falco ex prædicta occaſione nutrimenti non conuenientis illi præſtiti: Recte igitur hoc caſu ruſticum huiuſmodi excuſandum cenſeo ab actione contra eum poſtea à domino falconis intentata pro intereſſe: fecit ſi quidem ruſticus quod debuit, nempe prædictam diligentiam & quod potuit, iuxta ſuam ſcientiam, nutriendo falconem ſicut ſeipſum: Nec enim ei rei ſe immiſcuit prudens & ſciens, ſed caſu, nec habuit malam fidem, nec dimittere tenebatur, ſed credidit ſe recte facere & in aliquo non peccare, & potius domino gratum opus impendere, vnde ſibi non videtur hoc caſu imputandum, niſi eam quis ſibi culpam imponere velit, quod non conſuluerit peritiores: at hoc nimia curioſitas vi-
7 detur. Ex ſuperioribus † igitur conſtat, inuenientem rem alienam, teneri ad eius reſtitutionem ſub pœna peccati mortalis, & tradit Scotus *in* 4. *diſtinct.* 15. receptus ſecundum Nauar. *in manual. Latin. cap.*17. *num.*170.

8 Sed cum dominus † rei inuentæ ſit incertus; *Quæritur ad quid teneatur in vtroque foro Inueniens?* Et in hoc Guillerm. Benedict. *vbi ſupra num.* 368. inquit, quod quando bona inueniuntur vacantia, quia ignoratur dominus, forte quia errant & vagantur per patriam, provt faciunt interdum animalia, quamuis non fera, quæ in itineribus publicis aut locis priuatis reperiuntur, tales res occupanti non conceduntur nec fiſco pertinent, ſed eis eſt dandus curator, qui illa regat & cuſtodiat, ac ſi certum eſſet dominum ab hoſtibus eſſe captum, *l. cum cognatos, C. de poſtlim. reuerſ.* donec dominus bonorum reſeruatur aut cognoſcatur, ne interim talia bona pereant, vt ibi dicitur; & facit text. *auth. nauigia, C. de furtis.* Hoc tamen procederet recte, vbi dominus certus abſens eſſet in longinquis partibus, vel ignoraretur vbi ſit, vel captus eſſet ab hoſtibus, vt in materia poſtliminij *in d. l. cum cognatos*: at vero bonorum inuentorum dominus quis ſit ignoratur (de quib. bonis nunc agimus) profecto diuerſa materia eſt ab illa, quando dominus eſt certus, ſed tamen abſens, ac proinde in noſtra ſpecie aliter reſpondendum erit.

Quare idem Guillerm. † Bened. *vbi ſuprà num.*371. 9
loquens in noſtris terminis, decidit, quod reperiens tales res mobiles, quarum dominus eſt incertus & de cuius voluntate non conſtat, proponere debet libellum publice in Eccleſia vel palatio, ſeu alio loco publico, quod tales res inuenit, redditurus eas domino, ſi reperiatur, qui eas conſignatiue declarando repetat, vt expreſſe præcipit *l. falſus*, §. *qui alienum, ff. de furt.* & ibi DD. plenè Panormitan. *in cap. cum dilecti, verſic. quid autem ſi, num.*12. *de accuſation.* quo facto & ſufficienti interuallo expectato, ſi nemo eas requirat & inuentor ſit diues, teneatur eas pauperibus erogare pro Deo, *vt in d. c. ſi quid inueniſti*, ſecundum Hoſtienſ. *in ſumma de pœnitent. & remiſſ.* §. *quæ pœna, verſic. quid ſi quis inuenit*, & Abb. *vbi ſuprà*, ſequitur & teſtatur communem alios referens Anton Gomez *in d. l.*45. *Tauri num.*3. dicens, teneri inuentorem in conſcientia & iuſtitia dominum inquirere præconiis, vel libellum in aliquo loco publico proponendo, vel aliis modis, & domino non inuento, tenetur in pauperes reſtituere: idem Anton. Gomez *in dict. cap. de furto, num.* 2. Et hanc opinionem, nempe, quod ſi facta diligentiâ dominus non reperiatur, res inuenta ſit reſtituenda pauperibus, tenet gloſſ. *in regula peccatum, verbo, reſtituatur*, ibi: *His autem non exſtantibus, de reg. iuris. in* 6. *& in c. cum tu, de vſuris*, & vbique eam DD. ſequuntur, & S. Thom. 2. 2. *q.* 62. *art.* 5. *ad* 3. & eſt communis ſecundum Syluest. *in ſumma verbo, inuentum*, & ſecundum Nauar. *in man. Latin. c.* 17. *num.* 92. & 171. & ſecundum Couar. *in d. reg. peccatum in* 3. *part. relect.* §. 1. *num.* 3. qui eam expreſſe ſequitur, & Armil. aurea *verb. inuenta, n.*1. *& verb. reſtitutio, n.*20. eſtque receptiſſima apud pleroſque Theologiæ & iuris Pontificij profeſſores, vt conſtat ex Dominic. à Soto *lib.*5. *de iuſtit. & iure, q.*3. *art.*3 *ad* 2. *pag.* 413. *col.* 1. *in princip.* & ex fratre Angles *in ſuis floribus Theologic. quæſt.*1. *de reſtitutione pag.*146. vbi ſi non adhibita debita diligentia & inquiſitione veri domini pro qualitate rei reſtituendæ pauperibus tribuatur, erit reſtitutio iterum vero domino facienda, ſi comparuerit & ſibi imputet ſecundam reſtitutionem, quia debitè non inquiſiuit dominum. Eandem priorem ſententiam teſtatur communem omnium fere Theologorum, plures referens Petrus Nauar. *lib.* 4. *de reſtit. cap.* 2. *num.* 74. *cum ſeqq.* & probatur argumento textus *in c. non ſane*, 14. *q.*5. *circa finem*, vbi de illicite acquiſitis, dum tamen dominium in accipientem transferatur, fit eleemoſyna, vt ibi notat gloſſ. *verbo, tanquam ſua* Secundò per text. *in authen. omnes peregrini. C. communia de ſucceſſ. & in l. penult. tit.*1. *partita* 6. vbi quod bona peregrini morientis abſque teſtamento, per Epiſcopum in pias diſtribuuntur cauſas, ſi heres legitimus non appa-
reat. Hinc † ſumpta occaſione multi Epiſcopis eſſe re- 10
ſeruatam hanc diſtributionem bonorum inuentorum, quorum

quorum dominus ignoratur, pauperibus faciendam exiſtimarunt, ſecundum Hoſtienſ. in ſumma de pœnit. §. fin. & eundem in d. cap. cum tu, & Mercado de tratos y contratos, lib. fin. c.15. verſ. de los hallazgos, fol. 179. col.1. vbi quod ſi ſit quantitas, diſtribuitur in pauperes ſecundum diſpoſitionem & ordinationem Epiſcopi, aliàs ſolo arbitrio inuentoris. Idem in cæteris tenet cum Bald. Iaſon. in d. l. rem quæ nobis 29. vt vidimus Sed contra eos eſt communis & vera ſententia, vt copioſe probarunt Ioan. à Medin. in ſuo C. de reſtitu. q.3. cauſa 10. verſ. eſto igitur, ibi: Contrarium tamen, &c. & Nauar. vbi ſuprà, reſoluens, eum qui reſtitutioni eſt obligatus, per ſeipſum ſine Epiſcopo, & etiam ſine confeſſario reſtituere poſſe, adeo vt contrarium Epiſcopus iubere non poſſit, nec conſuetudo contraria valeat, quamuis confeſſariis poſſit præcipere, ne abſque conſilio Epiſcopi abſoluant vel diſtribuant, ſed non prohibere partem, vt ſi per ſe velit, reſtituat, nec ſuam conſcientiam, prout debet, exoneret; quod etiam voluit Armilla aurea verbo caſus, n.9. dicens, quod in hoc conueniunt communiter Summiſtæ, & in verbo reſtitutio, n.10. & nouiſſimè Henric. in ſumma Theolog. moral. lib. 7. de indulg. c. 33. n.4. pag. 584. eſtque communis ſententia Theologorum & Iuriſtarum, ſecundum Salon de iuſtit. & iur. in 2. 2. D. Thom. q.66. art. 5. con-
11 trou.1. col.1308. Sunt tamen † viri peritiſſimi, qui etſi contra hanc communem non audeant aliquid aſſeueranter affirmare, diſputando tamen nixi ſunt ex pluribus probare, non eſſe neceſſario hoc caſu reſtitutionem pauperibus faciendam, ſed quod demum facta diligenti inquiſitione, domino non reperto, poſſit inuentor rem detinere animo ſincero, vt ea domino reſtituat, vtque diligentiſſime eum conquirat, vt latè diſſerit Domin. à Soto vbi ſupr. & conſtat etiam ex adductis per Cou. in d.3. par. §.1. n. 2. quorum illud præcipuum eſt quod reſtitutio illiciti acquiſiti minimè ſit præcepta iure diuino vel naturali pauperibus facienda, ſed tantum iure humano, ſicut docet, poſt alios, Ioan. à Medin. de reſtitutione q.3. cauſa 11. & Couarr. vbi ſuprà, in initio 2. partis, n.6. ius verò humanum hoc præcipiens, locum tantum obtinet in his, quæ illicite acquiſita ſunt, vt conſtat ex cap. cum tu, de vſur. cum ſimil. ſed in noſtra ſpecie inuentor rei alienæ, diligenter inquirens, quis ſit eius rei dominus, non agit quid illicitum, ſi eam interim ſibi retineat animo inquirendi dominum, eique reſtituendi propriam rem: ſit igitur, vt ſi ius humanum aliud non ſtatuerit in noſtro caſu, non ſit neceſſario reſtitutio facienda pauperibus, ſed poſſe eam detinere inuentorem ſincero animo, vt prædiximus, vt eam domino reſtituat: Quinimo ſecure in conſcientia poſſe inuentorem hac in ſpecie ſibi retinere rem inuentam, factis prædictis diligentiis, domino non inuento, probat Mercado vbi ſuprà: ſequitur etiam & eam probat contra communem cum Soto & Mercado, Ledeſmio, & Barthol. à Medina, Petrus à Nauarr. vbi ſuprà, num.75. cum ſeqq. quamuis tandem num. 83. in fine dicat, ſe id dubitando dicere & ab aliis ſic accipi velle. Eandem ſequitur Salon. vbi ſuprà, col.1310. dicens vtramque opinio. tuta conſcientia teneri poſſe atque probari, ſed probabiliorem ſibi videri hanc ſecundam & efficaciorib. niti argumentis. Nihilominus
12 tamen † communem ſententiam ab his argumentis optime defendit Couar. vbi ſuprà, & ſequitur plures referens Henric. vbi ſuprà, num. 2. quæ proculdubio eſt tenenda, præterquam ſi inuentor pauper & indigens ſit. Is namque poteſt ſibi totum aut aliquam partem capere pro ſua neceſſitate ſubleuanda, tanquam vnus ex pauperibus, vt fatentur fautores communis ſententiæ, vt patet apud eundem Syluestr. loco præcitato, dummodo id faciat de conſilio prælati aut confeſſarij, quamuis nec id forſan ſit neceſſarium, ſecundum Domic. à Soto, vbi ſuprà verſic. concludamus ergo, & Nauar. vbi ſuprà num.93. & iterum num.171. dicentem, non eſſe neceſſarium ei iniungere onus orandi, vel alia pia faciendi pro animabus eorum, quibus reſtitutio debebatur, quod neceſſe non eſſet aliis pauperibus iniungere. Eandem limitationem probat Guiller. Bened. vbi ſuprà num. 371. vbi quod ſi inuentor pauper ſit, poterit res ſic inuentas, domino non reperto, tute retinere & conſumere, ſi ſeruari non poſſint, & cum intentione eas reddendi domino, dum & quando apparebit, ſi ſint res, quæ ſeruando ſeruari poſſunt. Eandem limitationem probat Armil. aur. in ſumma verb. reſtitut. num. 39. & Flores Theolog. vbi ſuprà fol. 148. nec non & Henriq. vbi ſuprà cap. 34. num.8. plures citans.

Summus tamen † Pontifex poteſt libere compoſitionem facere ac commutare cauſam, in quam res iſtæ 13
incerti domini expendatur, modo ea commutatio fiat in domini ignoti vtilitatem, aut iuxta ipſius voluntatem, ratione quidem æqua præſumpta, non aliàs. Et ad hunc modum intelligenda eſt ſententia eorum, qui cenſent, Romanum Pontif. liberam habere poteſtatem per compoſitiones, quas vocant, liberandi debitores ab obligatione reſtituendi res quarum domini ſunt incerti: Quam opinionem defendit Medina de reſtit. quæſt. 4. caſu 11. & Petr. à Nauar. vbi ſuprà numer. 79. & 80. & pluribus fundat, quamuis eam non probat Anton. à Cordub. in ſuo quæſt. libr.5. de indulgent. quæſt.43. in 1. opin. ſecundum Cou. in d. reg. peccatum in 3. part. relect. §.1. num.3. & hic mos Bullarum videtur cœpiſſe ab Alexand. Summo Pontifice, vt refert Henriq. vbi ſuprà.

Sed in hoc † dicendum eſt, iuſte retinere quem il- 14
lud, quod per compoſitionem factam cum Camera Apoſtolica ſuper incertis retinet, modo verè ſint incerta & compoſitio diſcreta, ſecundum Caiet. ſuper D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. ad 7. quia Papa habet adminiſtrationem generalem omnium, quæ debentur pauperibus, iuxta tradita per Nau. in comment. c. non liceat Papæ, 12. q.2. §.9. n.2. & ita poteſt iuſta de cauſa applicare in alia opera pia, prout ſemper facit argu. Clem. quia contingit, de religioſ. domib. & condonare aliqua iuſta de cauſa, qualis eſt recuperandi pro illis; quod aliàs non recuperaretur, vel tarde, ſecundum † eun- 15
dem Nau. in Manual. Latin. c.7. num.93. vbi aduertit quod procurantes huiuſmodi compoſitiones, ſunt in peccato, donec eas adipiſcantur, ſi, cum poſſunt, non reſtituunt pauperibus: Imò & poſt compoſitionem, ſi eis eſt animus non reſtituendi ſibi condonata, etiamſi ſibi non fuiſſent condonata, ſicut fur, cui remiſſum eſt furtum, peccatet, ſi animum haberet non reſtituendi illud, etiamſi non fuiſſet remiſſum & ſic compoſiti ex legitima cauſa erunt tuti in conſcientia, vt latè probant poſt alios idem Medina de reſtit. quæſt. 3. cauſ.11. & Soto in 4. diſtin.21. q.2. art.4. & latius Anton. à Cordub. plures citans vbi ſuprà in 1. opinio. Sed illi priores excuſari poſſunt, ſi breui ſperant Bullas compoſitionis, aut parant adire commiſſarium, & ſunt in ea animi præparatione, vt velint omnia reſtituere, ſi non impetrent iuſtam compoſitionem, præſertim ſi adſit quædam impotentia, aut alia iuſta cauſa, quæ excuſet ne ſtatim reſtituatur: ſicut excuſantur expectantes iobilæum aut Pontificis gratiam vt abſoluantur à reſeruatis & pœnitentiis iniunctis, aut diſpenſentur in voto, aut in occulto impedimento beneficij habiti, aut matrim. contracti, ſi modo curent breui diſpenſationem obtinere, vt cum aliis probat Henr. vbi ſupr. d.c.34. n.7. Si tamen poſtea compareret, qui ſua debita legitime comprobarent, non reciperetur debitoris exceptio



exceptio dicentis, ſe fuiſſe compoſitum pretio in diplomate taxato, quia in foro iudiciario non videtur Papa eos intendere liberare ſecundum Dom. à Soto vbi ſup. verſ. dubium tandem, ſequitur latius Cordub. vbi ſup. in 1. dubio, poſt præd. ſecundas opiniones poſitas, vbi quod tunc debitores tenentur ea duntaxat reſtituere, quæ exſtant in ſua forma ſeu ſubſtantia, licet alterata, & ſimiliter quantum ex ipſis incertis bonis ditiores
16 effecti ſunt, non autem alia, vt ibi per eum. Apud nos † iure Regio exſtat l.6. tit.13. l. noua Collect. Reg. qua cauetur, *Que toda la coſa que fuere hallada en qualquiera manera moſtrenca de ſamparada deue ſer entrega da ala iuſticia del lugar, o dela iuridicion que fuere hallada, y deue ſer guardada vn año, y ſi deueno no parteciere deueſer dada para nueſtra Camera*, ſicque hæc bona apud Hiſpanos vocantur moſtrenca: Strabo l. 17. vbi de Ægypto agens inquit, hæc bona ad fiſcum publicum Cæſaris deferri, cuius etiam meminit Budæus lib. 3. de aſſe, in Francia vulgariter dicuntur Beſtail, Hiſpane & communi vſu loquendi ab imperitis introducto vocantur baſpargia, quaſi bona errantia, ſecund. Io. Fabrum in §. examen, Inſtit. de rer. diuiſ. & Guiller. Bened. vbi ſuprà n.370. vbi quod hodie domini terrarum in illo Regno omnia mobilia ſic errantia capiunt & de facto occupant, quæ vocant ſpaua, quæ proprie ſunt animalia abigeata ſeu fugata, & quod peius faciunt: quia omnes res in publico repertas, quarum nullus apparet dominus, qui eas reperat, ſibi de facto vſurpant: quod facere non debent: ſed in noſtra Hiſpania ſtatutum eſt lege Regia, quod prædiximus: quod adeo procedit, vt in locis & oppidis dominorum, Ducum, Comitum, &
17 Marchionum ac ſimilium, bona hæc, quæ Hiſpane † dicuntur moſtrencos, competant Cameræ Regali, etiam in foro conſcientiæ, niſi ex priuilegio vel conſuetudine aliud appareat, vt reſoluit Auend. cap. 7. prætor. num.5. lib.1.

18 Oportet tamen † ſeruari ſolemnia, quæ l. 7. ſtatim ſeq. eiuſd. tituli 13. lib. 6. noua collect. præcipiuntur in hunc modum: *Ordenamos, que qualquiera que hallare alguna coſa agena, ſea tenudo de lo poner luego en mano y poder del Alcalde de la ciudad, o lugar en cuyo termino fuere hallada: y el dicho Alcalde ſea tenudo de lo poner en poder de, o perſonas idoneas que lo tenga de manifieſto por vn año, y dos meſes: y el que lo aſſi hallare, o aquel aquien perteneciere por priuilegio, vſo, y coſtumbre lumoſtrenco bagalo en eſte interim pregonar por publico y conecido pregome del lugar de la coſa fuere hallada cada mes en dia de mercado: y mandamos que el miſmo dia que fuere hallada, la notifique el que hallare, ante el eſcriuano del concejo del dicho lugar, y ſi baſta el termino de vn año y dos meſes el ſeñor de la coſa hallada viniere, libremente la ſea reſtituida, pagando las coſtas que fueren hechas en la guardar: y ſi aquel a quien pertence lo moſtrenco, no hiziere las diligencias de ſuſo contenidas, pierda el derecho que le compete al moſtrenco, y la coſa hallada la reſtituya como por hurto*: quam legem refert Ioan. Oroſ. in lib. 1. num.10. ff. de rerum diuiſ. adde ſimilem pene leg. 2. tit. 13. lib. 4. fori ſimilis fere conſuetudo eſt apud Burgundios, vt refert & declarat Chaſſan. in rubric. 1. §. 1. & ſeq. & apud Aurelanienſes in tit. de fugit. & errant.
19 vbi conſuetudine introductum exſtat, quod † dominus rei inuentæ poſſit rem propriam petere, etiam poſt d. præconia & menſes ſupradictos, modo non ſit ſententia iudicis lata: quarum conſuetudinum meminit Ioan. Faber vbi ſup.

20 Sic etiam in Francia † dominus prouinciæ & territorij res & bona eorum, qui naufragium patiuntur, vti aberrantia & dominum incertum habentia, occupat & ſibi acquirit, vt refert Guillerm. Benedict. vbi ſup. late inuehens contra eam, & Couarr. vbi ſup. d.3.p. §.1. n.5. eam conſuetudinem etiam improbat, cum iure ſtatutum ſit, vt res & bona eorum, qui naufragium patiuntur, à nemine occupari poſſint, niſi eo animo, vt dominis reſtituantur, non obſtante quacunque conſuetudine, quæ contrarium fieri permittat, vt in authent. nauigium, C. de furt. quid enim naufragus miſer fecit, vt dignus ſit amiſſione rerum, quæ ad ipſum lege naturæ pertinent? Quid item Principem Chriſtianiſſimum mouere poteſt, vt tam impiam & crudelem conſuetudinem probauerit aut à iudicibus ſeruari permiſerit? fiſcus enim † non debet diteſcere ca- 21
lamitatibus miſerorum, iuxta gloſſam in cap. diſpenſationes, verb. deſpicimus 1. q.7. per text. in leg. 1. Codic. de naufrag. l.11. & ibi Platea, ita Guillerm. Benedict. vbi ſup.

Quare non erunt tuti in conſcientiæ foro domini, hæc bona occupantes, vt docet Rebuff. in proœmio ad leges Regias Galliæ, gl. 5. n. 47. quem refert & cum eo tranſit Couar. vbi ſup. d. num.5.

Et quamuis † de iuſtitia noſtrarum legum circa bo- 22
na moſtrenca dubitauerit Chaſſan. in conſuetud. Burg. rubr.1. §. 1. inſuper. & Couarr. pluribus contra eas adductis vbi ſup. in verſ. de legib. vero huius Regni: poſſunt tamen ex rectitudine iuſtitiæ defendi, dummodo obſeruemus, ne vlla fraus fiat per iudicem aut per eum, cui lege vel conſuetudine, vel Principis priuilegio harum rerum cuſtodia tradita aut delegata eſt, ſed exactè, & bona fide omnes & ſingulæ diligentiæ à lege Regia requiſitæ fiant, alias ſecus. Quinimo † his non 23
obſeruatis, eadem lex in fine præcipit, vt is, ad quem hæc bona pertinent, ius ſuum perdat atque ad reſtitutionem rei inuentæ teneatur, tanquam pro furto, ſicque in neutro foro erunt ſecuri. Caueant igitur domini arcium, quibus ex conſuetudine immemoriali, vel Regis priuilegio competunt præd. bona moſtrenca, eorumque locum tenentes, ne quid horum prætermittant, aut quid fraudulenter, perperamue, aut doloſe hac in re admittant cupiditate excæcati, ſed omnia rectè & ſolemniter perficiant atque conſeruent, alias rei erunt gehennæ atque animas ſuas perdent: & ita Ant. à Cordub. vbi ſup. in 2. opin princip. in verſ. & quia in hoc: & iterum col. penult. in verſic. Princeps, decidit, non poſſe Principem ſæcularem diſponere de præd. bonis perditis & errantibus, ſicut de facto diſponit per prædictas ſuas leges Regias ad vtilitatem Reipublicæ, & cui voluerit ad libitum applicare, quia hæc ad theſaurum pertinet Reipublicæ ſæcularis, & ad bonam politiam eius pertinet diſponere de his ad vtilitatem Reipublicæ. Eiuſdem ſententiæ videtur eſſe Mercad. vbi ſuprà. Hoc tamen videtur intelligendum, quando non ſeruantur ſeruanda, iuxta ſupradicta & ſtatim dicenda.

Erit præterea † obſeruandum in propoſito, in ani- 24
mæ iudicio etiam defendi poſſe prædictas leges Regias, ſi omnia ad amuſſim obſeruentur, vt prædiximus. Præterea dummodo priori domino rem inuentam repetenti ius reddatur, ſiatque ei rei reſtitutio, etiam poſt præconia & ſententiam iudicis, ſolutis impenſis in eadem re factis, vt cenſuit Couar. vbi ſup. circa fin. cuius ſententia mihi mirum in modum arridet & placet, eamque probat Anton. à Cordub. vbi ſuprà, in 2. fundamento princip. circa finem, 2. opinion. & infra in 1. dubio, & Mercad. vbi ſupra, & eam nouiſſime late probat ac defendit in vtroque foro poſt hæc ſcripta viſus D. Azeued. in l.6. n.55. cum pluribus ſequentibus, titul.13. l.4. nouæ Collect. Regi. vbi etiam quod conſuetudo contraria non excuſat, quia eſt corruptela, & ideo non obſeruanda, & quod procedit re etiam perempta alio modo, quam apud dominum eſſet peritura, quia tunc receptor illius ad intereſſe vero domino, quatenus factus eſt locupletior, teneretur, tameſi

nouiſſime Salon *vbi ſuprà, in c.ſeq. col.* 1314. *cum ſeq.* oppoſitum contra Couar. *vbi ſuprà* dicat eſſe multo probabilius, id late probans, & dicens docere pleroſque ex recentioribus, & quamuis in foro iudiciali aliud colligatur ex litera *d. l.* 7. à contrario ſenſu, *ibi; Y haſta el termino de vn año, y dos meſes, &c.* non tamen expreſſe id in lege illa continetur: nec eſt ſumendum argumentum à contrario ſenſu hac in ſpecie, quia reſultaret abſurdum, hoc eſt peccatum: in foro tamen animæ, *vt prædiximus*, quocunque tempore verus dominus compareat, audiendus eſt, atque ei res ſua reſtituenda ſolutis impenſis iuſtis, nec non & in foro exteriori, *per prædicta:* Quod ſi nullo tempore præd. domin. compareat aut rem ſuam eſſe probauerit, obſeruatis tamen præd. diligentiis requiſitis, ſecurus in conſcientia remanebit is, ad quem præd. bona auctoritate dictarum legum peruenerunt atque pertinent, quia auctore prætore poſſidet, *iuxta l. iuſte poſſidet, cum ſimil. ff. de acquir. poſſeſſ.* Debet igitur is, ſi timoratam & inculpabilem conſcientiam habeat, eo animo eſſe, vt paratus ſit vero domino, quocunque tempore rem ſuam repetenti, & talem eſſe probanti eam reddere atque reſtituere, vel ipſius æſtimationē ſoluere deductis impenſis, ſi ipſa alienata vel alias conſumpta ab eo ſit.

25 Illud † denique in calce *huius c.* adnotare libuit, quod cum ex lege iuſtitiæ teneatur inuentor rei alienæ eam domino reſtituere, *vt in d. c. ſi quid inueniſti, cum reliquis ſupra notatis*, gratis id facere debet, vt in ſpecie hanc regulam conſtituit Syluest. *in ſumma verb. reſtitut.* 2. §. 1. *& reſtitut.* 4. §. 1. nempe datum ob cauſam neceſſariam, ad quam tenetur recipiens neceſſitate præcepti, quoad iuſtitiam eſt omnino reſtituendum, probat late Couar. *in regul. peccatum, in 2. part. §. 3. num.* 1. communis ſecundum Cordub. *lib. 1. quæſtionarij, quæſt. 32. in 4. opinione, verſ. primo dictum:* imò turpiter recipit, vt cum gloſſa & aliis probat Nauar. *in*
26 *manual. Latin. c. 1. num.* 33. *&* 34. huiuſmodi inuentor † mercedem aut præmium ex pacto vel alias recipere non poterit, hoc eſt, quod Hiſpane dicitur *hallazgo:* quod expreſſe probat text. *in l. falſus 44. in ordin. §. qui alienum, verſic. quid ergo, ff. de furt.* ibi, *Et ſi non prope petat aliquid*, & ita aduerſus Hoſtienſ. Abb. rectius exiſtimauit *in c. dudum el. 2. num. 18. de elect.* quem ſequitur D. Couar. *vbi ſuprà d. §. 3. num.* 3. in hunc ſenſum exponens vocem Græcam *d. verſ. quid ergo*, vt idem ſignificet, quod inuentionis præmium: & ita Bart. *in d. §. ſi qui alienum*, ſcribit propter reſtitutionem rei alienæ, quæ inuenta fuerit, nihil iuſte peti poſſe, nec accipi: pro labore tamen impenſo in ea re quærenda
27 & inuenienda iuſte mercedem aliquam recipi & † retinere poſſe, quod ſequuntur ac probant Alber. Iaſ. Fel. & Chaſſan, eoſque refert Couarr. *vbi ſuprà* reſoluens, apud ſe certum eſſe, poſſe iuſte recipi & retineri, quod fuerit datum ob rei inuentæ reſtitutionem, modo ſaltem coniecturis quibuſdam appareat, dominum
28 id libere & ſponte dediſſe: quod † veriſſimum puto: verbi gratia, ſi illud ſponte offeratur inuentori abſque eius petitione, vel alias conſtet de libere & ſpontanea voluntate dantis.

29 Vltimo, inuenio, quod † nouiſſime Petrus à Nauar. *lib. 4. de reſtitut. cap. 2. num.* 82. d. leges Regias interpretatur ac intelligit, vt procedant in conſcientia, tantum in caſu in quo loquuntur, nempe, non de omni inuento, ſed *de los moſtrencos*, quæ ſunt animalia errantia & perdita, vt patet ex dictis legibus, deinde non loquuntur nec præcipiunt id eſſe faciendum ante ſententiam, ſed poſt condemnationem, & quod ita ſunt accipiendæ, nempe, vt alia bona perdita applicentur Regi, lata tamen ſententia: Hæc tamen opinio procedit ab eo auctore, qui *ſuprà* contra communem prope omnium Theologorum ſententiam tenuerat cum Dominic. à Soto & reliquis *ſuprà* citatis, inuenta non eſſe neceſſario pauperibus reddenda, ſed inuentorem factis competentibus ac poſſibilibus diligentiis, domino non inuento, poſſe ſibi ea iuſte retinere, eo tamen animo, vt ſemper quod verus dominus appareat, teneatur ei in conſcientia rem inuentam reſtituere, vnde vt hanc ſuam opinionem ſuſtineat atque defendat, reſpondet fundamentis communis ſententiæ, & accedens ad d. leges Regias, quæ ſibi magis obſtant, præd. modo eas intelligit: ſicque primo notandum, præd. intellectum eſſe à ſe in eum finem inuentum, vt poſſit in ſua opinione permanere contra communem: quæ communis habet, nullo modo poſſe huiuſmodi inuentorem retinere ſibi eam rem, ſed pauperibus teneri eam erogare, ac proinde non eſt multum fidendum prædictæ ſuæ expoſitioni. Secundo, (quod ſalua pace † dixerim) moneo, mihi eundem intellectum ve- 30
rum nec tenendum videri, nempe, quoad primum, vt procedant d. leges ſolum *en los ganados moſtrencos*, & non in omni inuento: quod tenet Salon *vbi ſuprà, controuerſ. 1. colum.* 1311. *in 4. concluſ.* dicens, in hoc Regno Caſtellæ poſſe iuſta conſcientia inuentorem rerum inanimatarum & non ſe mouentium ſibi retinere, non apparente domino poſt debitam ipſius inquiſitionem, quia iuxta hæc leges & iura Caſtellæ nihil decernunt, contrarium namque conſtat ex generalitate earumdem legum, vt patet *ex lib. 6.* ibi, *Toda la coſa que fuere hallada en qualquiera manera monſtrenca, &c. & ex leg. 7.* ibid. *que qualquiera que hallare alguna coſa agena, ſea tenudo, &c.* loquuntur enim expreſſe in omni inuento generaliter ſaltem *d. l. 7.* Si tamen præd. leges Regiæ non fuerunt, nec ſunt receptæ aut ſaltem conſuetudine admiſſæ, niſi tantum *en los ganados moſtrencos*, quod ignoro, procedere poſſet præfati moderni opinio, quod ipſe non aſſerit: ſimiliter reſpectu ſecundi dicti, nempe quod præd. leges non loquantur, id eſſe faciendum ante ſentent. ſed poſt condemnationem, & quod ita ſunt accipiendæ, nempe, quod bona præd. applicentur Regi lata ſenten. non verò prius: Hoc ſi referatur ad depoſitum faciendum per inuentores, de quo in d. legibus Regiis, gratis dictum videtur: quod ſi præd. leges ſunt iuſtæ & procedunt, & ſeruandæ ſunt in foro conſcientiæ, prout ſunt & debent ſeruari, obſeruatis quæ prædiximus, ad quid, obſecro, neceſſaria ſententia, quandoquidem hic non agitur de pœna, ſed de depoſito rei inuentæ, faciendo ſtatim in manibus perſonæ publicæ arcis cuſtodis, atque de applicatione ipſius obſeruatis prius requiſitis ab eiſdem legibus, ne diu dominia rerum ſint in incerto: Itaque leges prædictæ minime ſunt pœnales, ſed imò puræ iuſtamque deciſionem & bonum Reipubl. continent, tum ex eo, quod modo dicebamus, ne dominia rerum ſint in incerto, tum etiam, quia præd. diligentiis Regiarum legum factis, veri domini rerum perditarum facilius eas penes perſonam publicam depoſitas inuenient, quam penes plures ac diuerſos priuatos earum inuentores, ſi eas retinere poſſunt: Multum igitur conuenit Reipubl. deciſio & bona prouiſio dictarum legum: Ergo ſtatim obligant inuentorem ad præd. depoſitum faciendum, nulla expectata ſententia. Is præterea nullum dominium acquirit ex ſola intentione, vt patet ex his, quæ in principio *huius c.* adduximus, tenetur igitur res inuentas ſtatim deponere & conſignare coram d. arcis cuſtode, iuxta deciſionem dictarum legum, nec ſibi retinere poterit, nec domino reſtituendas, quandoquidem ad id & ad faciendas diligentias neceſſarias pro comparatione dominorum incertorum perſona publica ad hoc per d. leges Regias iuſtiſſime & conue



conuenientiſſime deſignata eſt, cui hoc incumbit, non vero priuato inuentori: Quo fit, vt præd. intellectus in eum, quem prædiximus, ſenſum acceptus, tenendus non ſit, tanquam periculoſus ac deſtruens deciſionem præd. legum Regiarum, ac proinde animæ iudicio non ſecurus, quia ſi aliud diceremus, facile patrimonium hoc Regis, *de los moſtrencos*, minueretur & defraudaretur, ſi inuentores res ſic inuentas ſibi retinere poſſent ante condemnationem: & præterea veris dominis earum præiudicium ingens fieret, vt prædiximus, ignorarent enim apud quos res ſuæ eſſent, ac proinde de eis inuiti carere cogerentur, quia forte præconia non audirent, nec libellos publice ſuper hoc poſitos videbunt nec legent: at vero li-
31 cet hoc † vltimum etiam contingere poſſit, depoſito facto coram arcis cuſtode, attamen dum ſciuerint domini res ſuas eſſe perditas, ſtatim accedent ad præd. perſonam publicam, penes quam deponi debent, exquiſituri ab ea, an penes ſe depoſitæ ſint, & vt ad hoc librum ſuum exhibeat, & ſic facile fraude ceſſante, eas conſequentur: ſecus vero erit ſi inuentores, cum communiter ignorentur, qui ſint, qui ipſas retineant: nec præſumendum eſt contra præd. perſonam publicam, quod depoſitum negabit, aut aliud quippiam in fraudem dominorum committat; Hoc ſiquidem licet nonnunquam fiat, imò forſan ſæpe, ſicut & furta & alia crimina in republica frequenter perpetrantur, non tamen iniuſtam reddit deciſionem prædictarum legum, nec venit in conſiderationem; Quandoquidem ſi de eo conſtiterit (ſicut & cætera crimina) grauiter puniendum erit partique læſæ damnum & intereſſe reſarciendum: & ideò forſan D. modernus minus ſecurus de præfata ſua ſententia, inquit poſtea *num.* 85. Sed quoniam in more noſtro eſt, raro à communi doctorum ſententia diſcedere, etiam ratione multum coacti, idcirco hæc omnia dubitando, & à me dici & ab aliis accipi volo.

32 Si verò ipſemet † auctor in alium ſenſum prædictam ſuam opinionem intellexit, nempe cameræ Regiæ non competere dominium harum rerum ſic inuentarum, quamuis inuentores ſtatim eos arcis cuſtodi reddiderint, niſi poſtquam ſententia iudicis Regi, vel ſuum ius habenti fuerint applicatæ, tranſactis terminis ac omnibus obſeruatis, quæ d. leges iubent, domino non inuento, hoc verum eſſet: quamuis ſi poſt hanc ſententiam applicationis verus dominus compareat, offerrétque & realiter ſoluere paratus eſſet iuſtas expenſas, eidem protinus in conſcientia eſſet reſtitutio facienda, vt prædiximus: non tamen vidi obſeruari, vt ſententia iudicis præd. ſuper hoc feratur: forſan obſeruatur, eritque bona praxis, mihi tamen id non conſtat nec contrarium. Eandem legem Regiam refert nouiſſime Henric. *vbi ſuprà d. l. 7. c. 36. num. 6. pag.* 593. additque quod hoc ius petendi pecus ſeu moſtrenco, quod ex ea competebat prætori, tranſtulit Rex in fratres ex ordine Mercedis aut Trinitatis (quibus datur locus præuentioni) pro redemptione captiuorum, vt *ibi* latius commemorat: Ego autem hoc intelligo in illis locis, vbi priuilegio Regis vel conſuetudine alterius illud non eſt conceſſum, quo caſu etiam obſeruanda erunt omnia præd. cæterum vbi id laicis aliiſue perſonis conceſſum prius erat aut donatum (prout contingit in pluribus ciuitatibus & oppidis horum Regnorum) præd. fratres ſe non intromittunt.

## SVMMARIVM.

1 *Datum meretrici ob actum Venereum, poteſt iuſte ab ea retineri, etiamſi cauſa turpis non ſequatur poſtea, vel ſi turpitudo ex parte dantis & accipientis verſetur, vt hic.*

2 *Quod nedum procedit in foro contentioſo, ſed etiam in foro conſcientiæ, de quo etiam n. 14. cum ſeqq.*

3 *Dum tamen non interueniat fraus aut exceſſus, quia is donationis titulum exigit, vt datum recipi & retineri valeat.*

4 *Item dummodo dantes vel promittentes concubinæ vel meretrici, habeant ius donandi & promittendi, alias ſecus, vt ſunt illi, qui alieni iuris ſunt.*

5 *Idem eſt in monachis.*

6 *Idem in mulieribus coniugatis de bonis maritorum, aut ſuperlucratis, ſecus de paraphernalibus.*

7 *Minor, miles & clericus, concubinis ſuis donare minime poſſunt.*

8 *Is qui cum muliere publica, vel ea fœmina, quæ ſui corporis quæſtum facit, coierit abſque expreſſa conuentione mercedis, cogendus eſt à iudice lege taciti ac ſubintellecti pacti, eidem fœminæ hoc poſcenti conſuetam Venerei vſus mercedem ſoluere, & n. 10.*

9 *Non ſoluens meretrici ſtatutum pretium, cogetur in foro iudiciali ad ſolutionem eiuſdem.*

10 *Maſculus à fœmina ob actum Venereum pretium recipere poteſt.*

11 *Meretrix licet turpiter faciat eo, quod ſit meretrix, non tamen turpiter accipit, cum ſit meretrix, n. 13. contra hoc arguitur, ſed numeris ſequentibus argumenta diſſoluuntur.*

12 *Meretrix domina eſt ſui corporis, & materia vendibilis eſt.*

13 *Legis 4. §. ſed & quod meretrici, ff. de condict. ob turpem cauſ. intellectus, & num. ſeqq. præcipue numero 18. vbi Iuriſconſult. ratio defenditur ab impugnationib. Nauar. & num. 20. & 21.*

14 *Acceptum voluntarie ab aliquo, vbi ab vtraque parte committitur turpitudo, an ſit reſtituendum, & numero 27.*

15 *Meretrix ſecundum Medinam & Nauar. non minus peccat recipiendo mercedem ſuæ operæ illicitæ quam cæteri, qui pro alio maleficio committendo recipiunt pretium, quamuis ad reſtitutionem non teneatur ſed contra n. 16. & 17.*

19 *Legum 2. 3. & 4. ff. de condiction. ob turp. cauſam, intellectus.*

21 *Conceſſio corporum ad copulam æſtimabilis eſt pretio ſine pecunia.*

22 *Gen. 36. vbi Iudæ mercedem promiſſam Thamar miſit eidem, adducitur.*

23 *Pro maleficio perpetrando nihil accipi aut retineri poteſt, nec etiam pro labore & periculo mortis, cui mandatarius ſe exponit.*

24 *Recipi poteſt merces pro fornicatione à muliere ſoluta & viris vxoratis, monachis & clericis, atque retineri ab eiſdem ſecure, dummodo moderatum ſit ac ſine fraude & datum à perſona ſui iuris.*

25 *Fœmina fornicaria, quæ publica meretrix non eſt, petere poteſt & retinere ſecure in conſcientia, quod ſibi ob copulam promiſſum aut ſolutum eſt.*

27 *Sed in foro exteriori actio eidem ad petendum denegatur.*

28 *Nauar. inaduertenter imponit Epiſcopo Segobienſi, Couar. quod ipſe non dixit.*

29 *Meretrix tuto in conſcientia apud iudicem exteriorem petere poteſt mercedem ſibi promiſſam ſequuta copula: ſecus dicendum eſt in aliis mulieribus non meretricibus, reſpectu eiuſdem fori exterioris.*

## CAPVT X.

*De receptis & promiſsis ob cauſam fornicationis.*

VLpianus ſummus Iuriſconſultus *in leg. 4. in verſic. ſed & quod meretrici, ff. de condict. ob turp. vel iniuſtam cauſ.* ita ſanciuit: *Sed & quod meretrici datur, repeti non poteſt, vt Labeo & Marcellus ſcribunt*: ſed noua ratione, non eo, quod vtriuſque turpitudo verſatur, ſed ſolius dantis: Illam enim turpiter facere quod ſit meretrix, non turpiter accipere, cum ſit meretrix, & *ibi* Bart. & communiter Dd. & *in leg. 2. C. eod. tit.* Bart. *in l. affectionis, ff. de donat.* conſonat *l. 5. tit. 14.*
1 *part. 5. in verſ. eſſo miſmo*: Ex quibus † iuribus manifeſte & ad literam probatur, datum meretricio ob actum Venereum, poſſe iuſte ab ea retineri, quandoquidem repeti non poteſt. Quod procedit, etiamſi cauſa turpis, poſtea non ſequatur, quia mulier noluit cum viro coire, & à fortiori, ſi turpitudo ex parte dantis & accipientis verſetur, vtputa quando is turpis actus paciſcitur cum fœmina bonæ famæ, *vt in d.*
2 *lib. 53. in 1. & 2. partibus.* Quod nedum † procedit in foro contentioſo, in quo non eſt huiuſmodi lucrum neceſſario reſtituendum, ſed etiam in foro conſcientiæ, vt bene probat Abbas *in c. plerique de immunit. Eccl. in 3. quæſt. num. 12. & 13.* S. Thom. *2. 2. q. 32. art. 7.* & *ibi* Caiet. idem Thom. *quæſt. 62. art. 5. ad 2.* Palud. & alij *in 4. diſtinct. 15. gloſ. communiter recepta in ſumma, verbo, quod vero,* ibi: *Vt ſi aliquid datur 14. quæſt. 5.* D. Couar. *in d. reg. peccatum, 2. part. §. 2. num. 4.* teſtatur communem Ioan. à Medina *in ſuo C. de reſtit. quæſt. 20. verſ. in oppoſitum,* licet ipſe contrarium teneat, vt *infra* dicemus, & in hac concluſione fere omnes, tam Theologi, quam Canoniſtæ & Legiſtæ conueniunt, vt teſtatur Nauarr. *in Man. Latin. cap. 17. n. 34. verſ. quartum dictum,* ſequitur & late probat Dominic. à Soto *lib. 4. de iuſtit. & iure, q. 7. art. 1. ad 2. in verſ. quapropter,* & nouiſſime late idem fundat Ant. à Cordub. *lib. 1. ſui quæſt. q. 32. in 1. & 2. opin. in verſ. ſed hæc ratio, & in 4. opin. in 4. d.* Ant. Gom. *in l. 62.* Tauri, *in fin.* Henric. *in ſumma Theolog. moral. lib. 7. c. 35. n. 3.* & eſt communis Theologorum ſententia, diui Thomæ & omnium diſcipulorum eius, quamcunque mulierem, modo abſint fraus & dolus, poſſe accipere, quæ moderate ſibi à fornicario dantur, ſecundum Salon *de iuſtit. & iur. q. 62. art. 5. controuer. 4.* vbi eam bene probat. Vnde
3 minus † recte Medina *vbi ſupra* probauit contrarium, nempe datum meretrici non poſſe licite retineri, alia ex cauſa quam donationis liberæ, nec recipit titulo mercedis & pretij actus Venerei. Hoc namque contra receptiſſimam noſtrorum maiorum, veram optimeque fundatam ſententiam eſt, ac proinde non tenendum, vt eum nuncupatim probant D. Soto Cou. & Nauar. *vbi ſup. n. 40. verſ. tertio infertur.* Couar. omnino in totum Nauarr. vero in eo, quod ait, acceptum à meretrice in operæ ſuæ fœdæ mercedem, eſſe in foro conſcientiæ reſtituendum, hoc namque eſt falſiſſimum, quia minime eſt de neceſſitate reſtituendum, ex præd. communi ſententia probata *in d. verſ. ſed & quod,* vt probat Couar. *d. n. 4.* modo ſecundum ipſum abſit fraus in ipſa acceptione, nec ſic exceſſus aliquis in ea: Is namque exceſſus ſi adſit, arbitrio boni viri donationis titulum exigit, vt datum recipi & retineri tute valeat: quod & probat bene Mercad. *lib. 4. de contractib. c. 16. verſ. todas las vezes,* & frater Angles *in ſuis Florib. Theologic. quæſt. in tit. de reſtitut. in quæſt. quis à reſtitutione*
4 *ſit liber, verſ. ſi quod tit. de donationis, pag. 191.* Item † dummodo dantes vel promittentes concubinæ vel meretrici, habeant ius donandi & promittendi, alias ſecus, vt ſunt illi, qui non ſunt ſui iuris, veluti filijfamilias non habentes bona caſtrenſia, vel quaſi, & ſerui, iuxta text. *in l. contra iuris 29. §. ſi filius, ff. de pactis, l. 5. tit. 4. p. 5.* qui cum non habeant propria bona, ſed omnia ſint parentum vel dominorum, non poſſunt de illis diſponere contra voluntatem eorum aut expendere, vt notat Henric. *in cap. 2. de adult.* Palat. Rube *in rubric. de donation. inter virum & vxorem, §. 41. n. 1. circa fin.* & frater Angles *vbi ſuprà pag. 192. en 9. dubio,* & Armill. aur. *verb. reſtitutio n. 10.* Nauar. *d. c. 17. num. 156.* Idem intelligo de monachis, vt notant ſupradicti, aduertentes eadem ratione mulieres † coniugatas, de bo- 5
nis maritorum, aut ſuper lucratis conſtante matrimonio, non poſſe dare amaſiis, nec ipſas retinere, imò debent reſtituere maritis: ſecus ſi † mulieres ipſæ de bo- 6
nis paraphernalibus, de quibus poſſunt libere diſponere, largitæ fuerint, ſecundum Palat. Rube. *vbi ſup. num. 2.* Minor ſimiliter, & miles atque clericus concubinis ſuis donare minime poſſunt, vt poſt alios probat Couarr. *vbi ſup. n. 2.* Si igitur † mas liberam admi- 7
niſtrationem bonorum ſuorum habeat, & meretrici aliquid moderatum dederit ob actum Venereum ratione conuentionis expreſſæ vel tacitæ, repeti ab ea non poterit: Quin imò ipſa iuſte id retinebit, etiamſi conſtet, non omnino libere datum, ſed ob præd. turpem cauſam, vt prædiximus, imò vt recte exiſtimat Couarr. *vbi ſupra num. 4.* is qui † cum meretrice publi- 8
ca vel ea fœmina, quæ ſui corporis quæſtum facit, coierit abſque expreſſa conuentione, cogendus erit à iudice, lege taciti ac ſubintellecti pacti, eidem fœminæ (hoc tamen poſcenti) conſuetam Venerei vſus mercedem ſoluere: Cui adde, quod Reſpublica non ſolum meretrices permittit, ſed & pretium eis taxat, id quod nomen ipſum meretricis admonet: Dicitur enim à † 9
merendo, vnde qui illis ſtatutum pretium non perſolueret, cogetur in foro iudiciali ad ſolutionem eiuſdem, vt probauit Soto *vbi ſuprà, in verſic. & quod non ſolum,* illud ſuperioribus addens, etiam maſculum à fœmina † ob actum Venereum pretium recipere 10
poſſe imò æquius, quia plus præbet, ſed quia fœminis maior ineſt pudor, ob idque rariores ſunt, quæ illi turpitudini vacent, quam viri, pretium ipſæ iuſtius recipiunt, & quod amans vſus corpore mulieris titulo venditionis, etiamſi nihil promiſerit, pretium eidem ſoluere teneatur, ſequitur etiam frater Angles *vbi ſupra pag. 191. verſic. hinc ſi amans.*

Sed antequam † vlterius progrediamur, oportet in- 11
quirere veram rationem *ſuprà* dictorum, ex qua ad alia plura pro extenſione ipſorum procedemus: & ea quidem in promptu eſt, quam prædiximus ex Iuriſconſulto, ſcilicet quod meretrix, licet turpiter faciat, eo, quod ſit meretrix, non tamen turpiter accipit, cum ſit meretrix: quam rationem ad literam ſequitur S. Thom. *2. 2. q. 32. artic. 7. in verſic. tertio modo* & omnes alij poſt eum: Quamuis enim fornicatio praua ſit & iure diuino vetita & ſic eſt peccatum mortale, adeò, vt qui contrarium affirmaret, eſſet hæreticus, vt reſol- 
uimus *ſuprà cap. 7. num. 15.* Ipſa tamen † meretrix do- 12
mina eſt ſui corporis, & materia vendibilis eſt, nec ipſa venditio actus Venerei illicita cenſetur: Licet enim actus Venereus ex ſeipſo reprobus ſit, eius tamen venditio non eſt prohibita, nec illicita ratione materiæ: Dare enim mulieri pecuniam pro vſu Venereo, malum eſt, quia datio illa imperatur à luxuria & à praua ſenſualitate procedit: at datio pecuniæ meretrici promiſſæ, cum ea fiat poſt actum Venereum, mala non eſt, ſed actus iuſtitiæ à nullo vitio imperatus, quia materia vendibilis in hanc dationem adducitur: ita explicat Caietanus *d. art. 7. in verſ. nam in meretricio*: quod etiam probatur ex d. Iuriſconſulti loco, & præ



præ cæteris hoc latius explicat atque ſubtiliter probat D. Couar. *vbi ſuprà, n. 1. per totum.*

13 Hanc tamen † Iuriſconſulti & communem Doctorum rationem nouiſſime improbat Nauar. *in d. ſuo manual. Latin. c. 17. n. 34.* dicens, non ſatisfacere: tum, quia videtur ſibi repugnare, cum præſupponat, turpe eſſe, meretricari, & non eſſe turpe, mercedem pro meretricio accipere, & ſic de ſimilibus: Quia ſi turpe eſt meretricari, turpe erit pro meretricio accipere. Nec obſtat ſecundum Nauar. quod I. Ctus *in dict. verſic. ſed & quod meretrici*, contrarium videatur expreſſe decidere, quia defendendus erit in hunc ſane modum; Nempe, quod cum ſentit, *turpe eſſe meretricari*, intelligat de turpitudine vera iuris naturalis, quod ius ipſe Vlpianus nouit, licet diuinum, contra quod etiam eſt, ignorauit: cum autem ait: *Non turpiter accipere*, ſentit de turpitudine iuris humani, quod permittit meretricari: Quare ſecundum hoc, ſicut iure naturali & diuino turpe eſt meretricari, ita etiam erit turpe pro meretricio aliquid accipere: vnde fit, vt cum in foro conſcientiæ ius naturale & diuinum ſit neceſſario ſeruandum, *cap. ſunt quidam, 25. quæſt. 1.* in hoc eodem foro vtrumque erit turpe, & meretricari & ob meretricium aliquid accipere, ſicque prædicta ratio Iuriſconſulti non ſatisfacit quoad forum conſcientiæ, quamuis ſatisfaciat quoad exterius, in quo impune licet meretricari. Nec inſuper ratio Caiet *d. art. 7. ſuprà* adiuncta Vlpiani rationi, nempe, quod materia ſit vendibilis in noſtra ſpecie, quam Dominic. à Soto & cæteri ſequuntur, omnino ſatisfaciat, ſecundum Nauar. *vbi ſupra num. 35.* quia licet ſatisfaciat quoad conſtituendam differentiam inter acceptum ratione criminis ſymoniæ, & acceptum ratione meretricij, non tamen quoad alia: Nam æque, imò magis vendibilis eſt opera ſe locantis ad militandum in bello iniuſto, ad dolum committendum, & ad fuſte cædendum vel occidendum, ac opera meretricis ad explendam libidinem cum ea coire volentis: at Caiet. & cæteri negant idem eſſe in aliis delictis, in quibus ex vtraque parte verſatur turpitudo. Recedit etiam ſecundum Nauarr. quod non inuenitur text. ſignificans licere accipere pretium pro opera peccandi vel peccato cooperandi, excepta meretrice, quoad forum exterius. Quinimo addo, quod cum meretrix, recipiens ſtatum vel promiſſionem dandi, conſentiat ob hoc turpitudini, alias non conſenſura, non videtur poſſe ſeiungi actus receptionis vel promiſſionis pretij ab actu ipſo Venereo quoad peccatum, ſicque in vtroque peccare videtur, tanquam cooperans peccato alterius operæque illicitæ illius. Secundo mouetur Nauar. *d. num. 34. verſic. 2.* contra rationem Iuriſconſulti, quia iuxta eam concluditur vnum falſum, nempe, quod acceptum ob fornicationem à mulieribus ſolutis clam fornicantibus, eſt neceſſario reſtituendum, & fortius id, quod accipitur à coniugatis & monachis ob eandem cauſam, & non minus quod accipiunt mares, præſertim clerici & religioſi à fœminis, eo quod libidini earum inſeruiunt, quia ratio permiſſiua iuris humani in meretricibus, ceſſat in præd. omnibus, præſertim in coniugatis, monachis vtriuſque ſexus & clericis, qui omnes etiam in exteriori foro puniuntur ob actum Venereum, vt eſt notum: hoc autem, nempe quod hi teneantur ad reſtitutionem receptorum, non eſt verum, vt *infra* dicemus *num. 24. & 25.* Ergo, &c.

Quare ipſe Nauar. *vbi ſupra num. 36. cum ſeqq.* omnibus omnium dictis ruminatis, tria præcipue inter alia aduerſus communes & receptas ſententias profitetur ac docet.

Primo, non eſſe differentiam, quoad forum conſcientiæ, inter acceptum ob operam meretriciam ex vna parte, & ob operas ad alia maleficia, in quibus vtriuſque turpitudo verſatur, ab altera, quia in omnibus datur & accipitur contemplatione maleficij damnati & punibilis in eo foro conſcientiæ, & in omnibus æque voluntarie datur, & æque turpitudo ab vtraque parte admittitur, quoad prædictum forum.

Secundo, quod ratio ſolida & vera, quare acceptum 14
ob operam meretriciam non eſt reſtituendum, ea eſt, quod acceptum voluntarie ob aliquo, vbi ab vtraque parte committitur turpitudo, nulli eſt de præcepto reſtituendum, ſecundum S. Antonin. *in ſua ſumma, 2. part. cap. 5. in princ.* Monaldum, *verbo, reſtitutio* Angel. *verbo reſtitutio, verſicul. turpe*, Syluest. *eodem verbo reſtitutio. 2. §. 3. & verbo Eleemoſyna, §. 4.* quos ſequitur *ibi* Nauar. *& num. 30. d. cap. 17.* aduerſus communem, vt ipſe *ibi* profitetur. Tertio, quod text *in d. §. ſed & quod meretrici*, dum approbat receptionem pretij meretricis ob actum Venereum, habet locum tantum quad forum exterius, quo opera meretricis eſt permiſſa, ſecus quoad forum conſcientiæ, in quo eſt prohibita: & ita reſoluit, quod meretrix non minus peccat recipiendo prædictam mercedem ſuæ operæ illicitæ, quam † cæteri, qui pro alio maleficio committen- 15
do recipiunt pretium, quamuis nec illa, nec hi ad reſtitutionem accepti teneantur præd. ratione, ſicque in hoc approbat opinionem Ioan. à Medina *de reſtitut. cap. 20.* tenentis, peccare meretrices accipiendo mercedem tanquam debitam ſuæ fornicationis: idemque eſſe cenſet Nau. eſſe neceſſario dicendum, quoad eundem forum conſcientiæ de aliis fœminis & maribus, cuiuſcunque ordinis, qui ob fornicariam operam aliquid accipiunt. Tandem Nau. *num. 41.* docet confeſſarios quid reſpondere debeant atque conſulere præd. mulieribus & viris impudicis, quibus ob actum Venereum aliquid promiſſum eſt, & nondum ſolutum vel traditum, ne iterum peccent id petendo, tanquam debitum in foro conſcientiæ ob illa turpia facta, & ſic approbando illud, ſed alio modo, per viam miſerationis atque Eleemoſynæ, vt latius *ibi* per eum.

Quid tenendum? Ego profecto veritatem attingere & ſequi deſiderans in omnibus meis actionibus, & bona venia habita à doctiſſimo Nau. mihique obſeruantiſſimo, dicta *ſupra* citata, ſubtilia ac ingenioſa nimis, rectoque animo pronunciata, vt conſuleret ſaluti animarum eorum, qui actibus Venereis inuoluuntur, eſſe exiſtimo: attamen, ſalua ſemper cenſura ſacroſ. matris Eccleſiæ, à ratione præfata Iuriſconſulti, communique ſententia S. Thomæ & aliorum, diſcedere non audeo, quinimo ipſam veriorem eſſe exiſtimo, nempe, vt † quamuis meretrix turpiter faciat mere- 16
tricando, non tamen turpiter recipiat: quia licet actus ipſe Venereus vtriuſque, maris ſcilicet & fœminæ, turpitudinem contineat, atque ita pactio ipſa contingens inter marem & meretricem ratione huius actus, & quatenus ex appetitu & libidine ſit, ex parte vtriuſque turpis ſit, attamen quatenus datio & receptio mercedis, eiuſque promiſſio, ſeorſim poſſunt cenſeri & conſiderari, turpitudinem non habent, quia datio vel promiſſio ſit in compenſationem, mercedem ac pretium corporis meretricis, quoad vſum Venereum, qui vendibilis eſt, & ideò ad iuſtitiam commutatiuam pertinet, ac proinde receptio vel mercedis pactio in hunc ſenſum accepta, iuſta eſt, quippe, quæ non procedit ab appetitu actus Venerei, ſed vt habeat ipſa mercedem & pretium vſus corporis ad actum fornicationis: licet enim opera illa fœda meretricis, quatenus eſt peccatum, & ſic in genere mortis & actus intrinſece mali, nullius ſit pretij:

quatenus tamen eſt res quædam humano vſui accommodata, & ſic de ſe in genere entis pretio æſtimari poteſt, quo fit, vt nec ipſa datio, quatenus tendit ad ſtipendium & mercedem actus Venerei, & vſus corporis, quem ipſa præſtat meretrix, & ob quem pretium habere poteſt, meretrix turpis ſit, tametſi quatenus turpitudinem habet, alio diuerſo reſpectu &
17 conſideratione peccatum contineat: Vnde † præd. merces, dummodo moderata ſit, vt prædiximus, aut ſine fraude, iuſte accipitur ac retinetur ſine obligatione præciſa reſtituendi in vtroque foro, vt Angelicus doctor & alij communiter poſt eum teſtantur: Inquit enim S. Thom. eſſe aliquid illicite acquiſitum, non quidem quia ipſa acquiſitio ſit illicita, ſed quia id, ex quo acquiritur, eſt illicitum, ſicut patet de eo, quod mulier acquirit per meretricium: & hoc proprie vocatur turpe lucrum: Quod enim mulier meretricium exerceat, turpiter agit & contra legem Dei, ſed in eo, quod accipit, non iniuſte agit nec contra legem: vnde quod ſic illicite acquiſitum eſt, retinere poteſt, & de eo Eleemoſyna fieri. Sentit igitur manifeſtiſſime his verbis S. Thom. ac expreſſe probat, licite ac ſecundum legem meretricem recipere ac retinere, quod ſi ob actum Venereum datur: Si enim hoc eſſet contra legem Dei, ſanctus Doctor hoc minime aſſereret nec permitteret, cum ipſe legis diuinæ maximus ſectator ac cultor eſſet. Eiuſdem ſententiæ fuit Caiet. *ibidem* cum eo tranſiens & probans materiam eſſe vendibilem, & actum eſſe iuſtitiæ, à nullo vitio imperatum, dare mulieri pro vſu Venereo poſt factum, quamuis dare, antequam fiat, malum eſſet, ſequitur etiam Syluest. *in ſumma, verb. reſtitutio, 4. tit. 1.* & Armill. aurea *in eodem verbo reſtitut. n.* 10. & alij *in 4. diſtinct.* 51. eſtque communis ſecundum Ledeſmium *ibi, in 2. part. q. 15. art. 5. fol.* 132. vbi quod licet verum ſit, quod peccatum pro formali non ſit vendibile, ſecus tamen eſt, ſi peccatum accipiatur pro actu aut vſu ipſo poſitiuo, ſicut qui vendit aut emit rem in loco aut tempore prohibito iuſto pretio, non tenetur ad reſtitutionem, etſi actus eſſet peccatum, & eſt communis ſententia Theologorum ſecundum eundem Ledeſmium *ibi q. 28. art. 5. fol. 264.* quod meretrices licite accipiunt pretium pro vſu ſui corporis ex vi locationis & debiti, nec tenentur ad reſtitutionem: Eandem ſententiam D. Thom. late probant Dominicus à Soto, & Couar. *vbi ſup.* & Mercad. *de contractib. lib. 4. c. 16. verſic. todas las vezes,* & frater Angles *in ſuis Florib. Theologic. quæſt. in tit. de reſtitut. in quæſtione quis à reſtitutione ſit liber, in 11. difficul. & ibi ſtatim in 7. dubio pagin.* 190. loquens expreſſe in foro conſcientiæ, prout omnes Theologi *ſuprà* citati in eodem foro cenſendi ſunt loqui, Quandoquidem, vt Theologi ſcribunt: Ioan. autem à Medina & Nauarr. *vbi ſupra* tenentes contrarium, non ſunt audiendi: Tum, quia loquuntur contra communem; Tum etiam, quia communis verior videtur ex ſupradictis, tum quia fundamentis contra communem *ſuprà* adductis per Nauarr. reſpondebimus *infra ſtatim per ordinem.* Denique Medinam in ſpecie carpunt Soto & Couar. *vbi ſupra,* & opinionem contra Medinam eſſe ſecuriorem teſtatur Ioſeph. Angles *vbi ſuprà in d. 7. dubio pag.* 191. Quinimo ipſemet Nauar. *d. cap. 17. num. 36. & 40.* tenet contra eundem Medinam, quatenus exiſtimabat, meretricem non poſſe retinere in conſcientia, quod ex meretricio accepit, ſed teneri id reſtituere, dicens, hanc opinionem non eſſe veram, ſed potius communem ſupradictam, nempe, poſſe iuſte id retineri à meretrice, nec eſſe de præcepto reſtituendum: ſolum itaque Nauarr. cum Medina tenet contra communem, vt vidimus, meretricem nempe minime poſſe iuſte in conſcientia foro accipere mercedem pro vſu ſui corporis, nec promiſſam petere, quamuis vtrumque poſſit in foro exteriori, *in d. §. ſed & quod meretrici.* Hæc autem opinio vera non eſt nec tenenda, ſed potius communis contraria, ex prædictis & Medinam & Nauarr. *in ſupradictis* reprobat nuncupatim contra eos tenens *inſtruct. conſcient. 1. parte cap. 105. & inſtruct. negotiat. lib. 1. cap. 11. in princip.*

Modo reſpondeamus ad motiua contraria Nauarr. *ſuprà* relata, vt res hæc illuſtrata atque ab ſpinis, quæ eam ſuffocare videbantur, erepta remaneat, nam fundamentis Methymnæ optime ſatisfacit Couar. *d. n. 4.*
Et † quidem primum motiuum, quo ratio Iuriſconſulti impugnatur, eo, quod videatur ſibi repugnare, 18
cum præſupponat, turpe eſſe meretricari & non eſſe turpe, pro meretricio accipere, nullius eſt momenti: tum, quia arguit Iuriſconſultum de repugnantia, quod nemo audebit ei imponere: tum etiam, quia vera non eſt ſua conſequentia, nempe; *Turpe eſt meretricari: Ergo turpe eſt propter meretricium accipere,* quia, præterquam quod loquitur expreſſe contra deciſionem *d. §. ſed & quod meretrici*, hæc ſequela non currit, quia ex hoc facto actus Venerei, datione vel promiſſione pretij & mercedis interueniente, duo diuerſa inſurgunt, quæ poſſunt ſeorſim cenſeri, nempe ipſe actus Venereus, qui ex parte vtriuſque turpitudinem continet, ac proinde ambo in hoc agunt contra conſcientiam peccando mortaliter, quia datio vel promiſſio meretricem prouocat ad fornicationem, & procedit ab appetitu & libidine coitus: & præterea datio ipſa vel promiſſio mercedis & pretij pro vſu corporis: Hæc autem acceptio ex parte meretricis, quamuis ſit turpe lucrum, eo, quod ex illicito actu proueniat, non tamen eſt illicita, ſed iuſta, quandoquidem eſt materia vendibilis & non procedit ab appetitu actus Venerei, ſed vt habeat ipſa mercedem & pretium vſus corporis: ſed nec ipſa datio, vt prædiximus, turpis eſt, quatenus ea tendit ad ſtipendium moderatum, & iuſtam mercedem vſus corporis, & compenſationem ipſius, qui vendibilis eſt. Nec etiam obeſt altera conſideratio eiuſd. auctoris, deſumpta *ex lib. 2. 3. & 4. ff. de cond. ob turpem cauſ.* dum *ibi* probatur, ideò turpiter quem accipere aliquid, vt hominem occidat, vel † vt ſacrilegium
faciat, vel vt inique indicet, vel vt ſtuprum faciat, 19
quia turpe eſt hæc facere, Tranſeat. *Ergo cum turpe ſit meretricari, turpe eſt aliquid accipere pro meretricio.* Nego, datur enim ea inſtantia inter hæc duo, nempe inter receptionem ob meretricium, quæ receptio in hac ſpecie permiſſa eſt, & non turpis, *vt in d. §. ſed & quod meretrici*, & inter receptionem ob aliam turpem cauſam, nempe, vt accipiens hominem occidat, vel vt ſacrilegium, vel ſtuprum faciat, vel inique iudicet, & alia ſimilia faciat; Hæc namque acceptio in his vltimis ſpeciebus & eis ſimilibus iure prohibita eſt atque illicita, ſicque & datio & acceptio his caſibus turpitudinem continet ex parte dantis & recipientis, vt in d. legib. & *in l. 2. C. eod. tit.* ibi: *Contra diſciplinam temporum meorum domum aduerſariæ dediſſe proſtitearis,* & in quamplurimis aliis iuribus, & ſic non datur his caſibus repetitio male dati & male accepti, quia in pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio poſſidentis: Quare merito, quod cum turpe ſit, hominem occidere & ſacrilegium facere, ſtuprum committere, & inique iudicare, turpiter pro his aliquid recipiatur, quia datio & receptio ipſa eſt prohibita: non ſic in noſtra ſpecie, quia licet meretricari ſit turpe, non tamen pro meretricio aliquid accipere, & ita hæc inter ſe vere differunt, ac proinde non licet de vno caſu ad alterum ſiue cæteros argumentari. In ſumma non, licet tenere contra text. expreſſum, per argumentum aliorum iurium diuerſo caſu loquentium.

Intellectus



20 Intellectus autem † eiuſdem auctoris, nempe Nauarri *ad d. §. ſed & quod meretrici*, vt dum ait, turpiter accipere meretricem, ſentiat de turpitudine iuris humani, quod permittit meretricari, ſecus de turpitudine iuris naturalis & diuini, quia cum hoc iure turpe ſit & illicitum meretricari, ita etiam erit turpe & illicitum pro meretricio aliquid accipere, vnde in foro conſcientiæ vtrumque erit turpe & illicitum, non ſibi omnino conſtat, quoniam *ibi* Iuriſconſultus non diſtinguit inter turpitudinem iuris naturalis & humani, ſed ſimpliciter in vtroque caſu de turpitudine loquitur: primo affirmatiue, ſcilic. quod meretrix turpiter faciat quod ſit meretrix: ſecundo negatiue, ſcilicet non turpiter accipere, cum ſit meretrix: Ergo de eiuſdem iuris turpitudine intelligendum eſt loquutum fuiſſe in vtroque caſu, nempe, vt eo iure, quo non licet meretricari, eodem non turpiter accipiat pro meretricio. Præterea non ſolum ob id, quod iure humano non ſit turpitudo meretricari, meretrix turpiter non recipit pro meretricio, quia etiamſi eſſet turpitudo illo iure meretricari, prout eſt iure naturali & diuino, adhuc accipere mercedem moderatam propter vſum corporis ſui, huiuſmodi non eſſet, quia eſt materia vendibilis: bene enim ſtat, quod datum meretrici ſit turpe lucrum, quia prouenit ex illicito actu, non tamen ſit ob id illicita acceptio, quia materia venalis eſt, ac proinde iuſte poſtea accipi poſſit: Nam licet nemo ſit dominus membrorum ſuorum, eſt tamen dominus vſus corporis ſui; Vſum ſiquidem corporis locare poteſt pro mercede, vt paſſim videmus apud Iureconſultos, qui locationem operarum permittunt & probant. Quod ſi replices, id obtinere cum locatio ſit ad vſum licitum, ſecus ad illicitum: reſponſio in promptu eſt, nempe vſum illicitum operari, quod ipſa locatio illicita ſit: item quod non ſit cogendus locator conuentioni ſtare, non tamen ex hoc ſequitur, non eſſe locatori ſoluendam mercedem, quoties ipſe, quod in locationem duxit, opere impleuerit: ſic ius naturale ac diuinum prohibet meretricari, non tamen inde ſequitur, vt prohibeat quoque receptio-
21 nem pretij pro meretricio vſuque † corporeo, diuerſa enim hæc ſunt, vt prædiximus: ita Dominic. à Soto *d. lib. 4. de iuſtit. & iur. quæſtione 7. art. 1. ad 2. in verſic. nam licet*, probat iure naturali conceſſionem illam corporum æſtimabilem eſſe pecunia, & Ledeſmius *vbi ſuprà d. quæſtione 18. articul. 5. fol. 264. col. 4. in verſ. & ideo.*

22 Quinimo † ex diuinis literis videtur comprobari poſſe, promiſſionem mercedis pro meretricio licite adimpleri, Gen. c. 36. vbi Iudas mercedem promiſſam Thamar, quæ habitum meretricium aſſumpſerat ob fornicationem, miſit poſt ipſum actum Venereum, non alia ratione profecto, quam quod teneretur mercedem promiſſam meretrici ſoluere, vt conſiderauit in propoſito Couar. *d. §. 2. num. 1. verſ. ſecundo*, & adducit etiam eandem auctoritatem Ioſeph. Angles *vbi ſuprà pag. 191. in verſ. ſi quod titulo.* Non me latet, nonnullos eidem auctoritati Geneſ. *ſuprà* adductæ reſpondiſſe, ne probent communem ſententiam præfatam, nempe quod ſicut Iudas à culpa non excuſatur in hoc, quod ad Thamar acceſſit, ita potuit in alio peccare, cooperando ſcilicet iniquæ hœdi receptioni: hæc tamen reſponſio minime ſatisfacit: nam quamuis in acceſſu libidine incenſus peccauerit Iudas, ad ſoluendum tamen poſt coitum promiſſa, nullo vitio impellebatur, ſed ſola fidelitatis virtute credens ſe ad id teneri, & ita laudatur de fidelitate. Præterea non conſtat, quod acceptio eſſet iniqua, quandoquidem pactio præcedens inter ipſos *ibidem* non reprobatur: Ergo ſi promittens tenetur in propoſito ſoluere in foro conſcientiæ, vt *infra* latius dicemus, & meretrix illud in eodem foro recipere poterit.

Aliud † motiuum Nauarri contra Caiet. aſſerentem 23
in propoſito materiam vendibilem eſſe, nempe, quod æque, imò magis vendibilis ſit opera ſe locantis ad militandum in bello iniuſto, ad duellum committendum, & alia maleficia perpetranda, ac opera meretricis, & tamen in præcedentibus caſibus Caiet. & cæteri negant idem eſſe, quod in meretricio, quia in illis acceptum eſt reſtituendum fiſco vel pauperibus: In hoc verò minime, ſecundum Caiet. ex eo diluitur, quod etſi iure contra Caietani & communem ſententiam defendi poſſet, quod quando labor humanus operaque alterius conducitur ad quodlibet maleficium perpetrandum, quamuis verſetur turpitudo in conuentione ex parte vtriuſque, poſſet accipiens datum retinere in animæ iudicio in compenſationem ac iuſtam mercedem laboris impenſi & induſtriæ præſtitæ ad maleficium committendum arbitrio boni viri. Addo ego, & propter periculum vitæ, cui ſe exponit ſic conductus, quaſi communis ſententia contraria tunc ſolum obtineat, cum accipiens nihil laboris vel induſtriæ impendit. Nihilominus tamen frequentiſſima eſt omnium ſententia in contrarium indiſtinctè, ex eo, quod conuentiones iſtæ iure ſunt reprobatæ & nullæ cenſeantur, & ideò acceptio ſit illicita, quia eſt iniqua & à lege reprobata, vt late deducit Couar. *vbi ſupra, n. 6.* qui *n. 2.* agit de intellectu *l. iuris gentium, §. ſi ob maleficium, cum ſimil. ff. de pactis*, vt procedat in maleficio, quod lege exteriori punitur, quantum ad ipſum recipientem actionem; Siquidem ratione actus, qui iure humano punitur, non poteſt iure quicquam paciſci nec ſtipulari, *l. mercedem, C. de condict. ob turpem cauſam*, etiamſi ex propria natura materia vendibilis ſit, vt *ibi* latius probat: attamen pro meretricio accipere, non eſt turpe, ſed imò iuſtum, vt expreſſum inuenitur *in d. §. ſed & quod meretrici*: non ſic in reliquis. Non obſtat additio vltima, quam *ſuprà* fecimus ad coadiuuandum primum fundamentum Nauarri de periculo vitæ cui ſe exponit conductus ad maleficium perpetrandum, quia ei eſt iam ſufficienter ſatisfactum.

Ad ſecundum † motiuum Nau. reſpondetur, quod 24
etſi mulieribus ſolutis clam fornicantibus, & in viris vxoratis, & monachis, item & in clericis & religioſis idem facientibus, & ob id aliquid recipientib. ceſſet ratio permiſſiua iuris humani, quia coitus horum eſt puniibilis eodem iure, non tamen ideò ſequitur, eos ſibi ob actum Venereum datum recipere & retinere non poſſe tute, nec teneri ad reſtitutionem eius, quia etiam meretricari iure humano turpe reputatur, *vt in dict. §. ſed & quod meretrici*, & iure naturali & diuino prohibitum, & nihilominus accipere pro meretricio non eſt turpe nec prohibitum eiſdem iuribus, vt probauimus. Præterea, licet meretricari iure humano antiquo eſſet permiſſum aut ſaltem toleratum, vt diximus *ſuprà cap. 7. num. 17.* non verò ſtuprum, adulterium, vel inceſtus, aut ſacrilegium, nihilominus remanet intacta altera ratio materiæ venialis in omnibus ſupradictis illicitis copulis & acceſſibus, quæ iuſtam efficit mercedis ac pretij acceptionem pro vſu corporeo, dummodo ea moderata ac ſinè fraude ſit, & à perſona ſui iuris habente poteſtatem dandi permiſſam & conceſſam.

Quo ſit, vt † licet Cyn. & Angel. *in l. 2. C. de condict.* 25
*ob turp. cauſ.* Abb. *in c. quia plerique num. 14. cum ſeqq. de immunit. Eccl.* item & Paul. *in l. 1. §. ob rem igitur, n. 8. ff. de condict. ob turp. cauſ.* & Palat. Rube. alios referens in *repet. de donat. inter vir. & vxor. §. 41. in princip. ante n. 1.* teneant, fœminam fornicariam, quæ publica meretrix non ſit, non poſſe petere promiſſum, recipere nec

 retinere

retinere mercedem ſibi ob actum Venereum promiſſam, & pretium fornicationis, imò potius in animæ iudicio id reſtituere teneri, & cui ſit reſtitutio facienda in hac ſpecie, diſtinguit late Henriquez *in c. peruenit, in 2. diſtinct. de adult.* cuius diſtinctionem refert & ſequitur Palat. Rub. *vbi ſuprà num.* 2. & ſententiam ſupradictorum communem eſſe ſcribunt Adrian. *in 4. ſentent. in tractat. de reſtit. c. oritur alia quæſtio,* & Methymna *vbi ſuprà quæſt. 20. col. 2. verſ. quinto facit*, qui eam per diſcurſum totius quæſtionis probat, quod eorum opinio nec vera nec communis ſit; Etenim, vt ex ſupradict. patet, ratione materiæ vendibilis contrarium in omnibus ſuprad. eſt verius, ſicque in præd. perſonis, idem tenendum eſt, quod in meretrice publica ſcripſimus, atque tenendum eſſe *ſuprà* reſoluimus: Si enim materia vendibilis eſt, parum refert, vendatur publice vel ſecrete, imò hæ longe iuſtius poſſunt pretium recipere, quam publicæ meretrices, quia ob maiorem honeſtatem pluris ſunt æſtimandæ: & ita aduerſus Cyni & ſequacium ſententiam, hanc vltimam probant Monal. *in ſua ſumma in tit. de reſtitut. male acquiſ.* Henric. *vbi ſuprà* Florent. *in ſua ſumma in 2. part. tit. 2. cap. 5. col. 2.* Sylueſter *in ſumma verbo reſtit. 2. col. 2. verſ. ſed quod dictum eſt.* Adrian. *in d. c. oritur alia quæſtio,* Dominic. à Soto *de iuſtit. & iur. l. 4. quæſt. 7. art. 1. ad 2.* vbi probat, iure naturali conceſſionem illam corporum æſtimari pecunia, & D. Couar. *vbi ſuprà num.* 4. Ledeſmius *vbi ſuprà d. fol. 264. col. 4. in verſic, ſed an alia,* & Ioſeph. Angles *vbi ſuprà, pag. 191. verſic. meretrix 1. & 2.* Henricus *in ſumma Theolog. moralis, lib. 7. cap. 35. num. 3. in margine* & Salon *vbi, ſuprà & in 2. concluſ.* & quod acceptum ab huiuſmodi perſonis ob actum Venereum, non ſit neceſſario reſtituendum, aduerſus Cyn. & reliquos tenet etiam Nauar. *vbi ſuprà num. 34. verſic. 2. & in n. 40. verſic.* 4. infertur, quamuis *ibid.* quoad receptionem atque exactionem teneat, idem eſſe dicendum quoad forum conſcientiæ, quod ipſe *ſuprà* reſoluerat in meretricibus, nempe, quod peccent recipiendo & petendo promiſſum: Hoc autem vltimum d. Nauarri quoad forum conſcientiæ verum non eſt, & præterea contradicit communi ſententiæ, quam modo probauimus, vt ex ſuperioribus patet & contrarium in terminis tenent modo proxime citati.

26 Sed tamen † quoad forum iudiciale, eſt differentia inter has mulierum ſpecies, quia meretrici datur in iudicio actio petendi pretium, vt *infrà* dicemus, ei autem quæ non eſt publico loco expoſita, denegatur, quia illis ſolis decreta ſunt pretia, vxores autem & virgines non ſolum à iudicio arcentur, ne hoc petant, verum in pœnam ſui criminis priuabuntur acquiſito pretio: ſed tamen ante condemnationem iure naturæ eis debetur: ita inquit Soto *vbi ſuprà,* & ſequitur Ledeſmius *vbi ſuprà* & in hoc caſu fatetur Couar. *vbi ſuprà, num.* 3. ſententiam Cyni in foro exteriori, ob eius & aliorum doctiſſimorum virorum auctoritatem frequentiſſime admitti, & à pleriſque iudicibus eam admittendam fore, quamuis non eſſe veram prober.

Supereſt modo vt videamus; An tria dicta Nauar. *ſuprà* recitata ſint vera an recte procedant, necne? Et quoad primum, nempe, non eſſe differentiam quoad forum conſcientiæ inter acceptum ob operam meretriciam ab vna parte, & ob operas ad alia maleficia ex altera, &c. aduerto, eundem auctorem *ſuprà n.* 35. approbare rationem Caiet. aſſerentis, quod vſus meretricis eſt materia vendibilis & non rei ſacræ, quoad conſtituendam differentiam inter acceptum ratione criminis ſymoniæ & acceptum ratione meretricij, non tamen quoad alia: ſed quoad alia etiam maleficia, eadem differentia remanet ſatis probata in præcedentibus, præterquam, quod communis ſententia eam quoad vtraque probauit, & ita communis differentia verior eſt & tenenda aduerſus Nauar.

Secundum etiam † dictum Nauarri, aſſerentis cum quibuſdam, acceptum voluntarie ab aliquo, vbi ab vtraque parte committitur turpitudo, nulli eſſe de præcepto reſtituendum: & ideò acceptum ob operam meretriciam non eſſe reſtituendum, iuxta veram & ſolidam rationem, eſt etiam contra receptiſſimam interpretum ſententiam, vt prædiximus: Quare ſi auctoritati doctorum fidendum eſt, potius communi, quam paucorum ſtandum eſt, præcipue, cum communis ipſa bonis rationibus ſuaderi poſſit, vt in propoſito vidimus *ſuprà*: vnde cum Nauar. hoc ſecundum dictum ſuum probet auctoritate nonnullorum, merito, vt ſtante in contrarium receptiſſima cæterorum omnium Theologorum ſententia, potius hæc eligenda ſit, quam illa, præcipue, cum maxime differat, verſari in aliquo actu turpitudinem ex parte vtriuſque, & dantis & recipientis, ad hoc, vt acceptum ex illa cauſa ſecure retineri non poſſit, vel ex parte dantis tantum, quo caſu merito vt acceptum retineri poſſit, cum in ea acceptione non verſetur turpitudo ex parte accipientis, vt contingit in accepto ex meretricio, vt *ſuprà* ſatis ſuperque declaratum exſiſtit: ſicque ratio Iuriſconſulti *in d. §. ſed & quod meretrici,* eſt veriſſima & tenenda in propoſito, non vero quam aſſignat Nauar. vtpote in diuerſo caſu procedens, eaque adhuc non conſtans nec firma, ſed potius communis contraria. 27

Tertium etiam dictum Nauarri non recte iure procedit, contrarium nempe in noſtra ſpecie eſt verius & receptius, vt ex præcedentibus patet. Quo ſit, vt doctrina, quam idem auctor *ibi* præbet confeſſariis circa conſilium ab eis præſtãdum meretricibus quoad exactionem ſibi promiſſi, non ſit neceſſaria; Quandoquidem, vt docuimus, & *infrà* latius dicemus, recte in vtroque foro meretrix datum retinere poſſit, & promiſſum quoque petere. Tandem quod idem Nauar. *d. cap. 17. num. 35. in verſ. ratio vero,* carpit † eundem 28
Epiſcopum Segobienſem, dum ſequutus alios ſentit, quod lex permittit & facit iuſtam operam meretricis, non tamen alias prædictorum operas, hoc illi inaduertenter imponit: Ipſe ſiquidem hoc non dixit, ſed potius ingenue fatetur, eam iniuſtam eſſe actumque Venereum maris & fœminæ turpitudinem habere: tantum enim affirmauit, mercedis pactionem iuſtam eſſe, cum eam non turpiter recipiat meretrix, *ex d. §. ſed & quod meretrici,* hoc autem verum eſt & iuxta mentem communis opinionis.

Ex quibus † omnibus iam clare deducitur atque iure probatum, vt quamuis gloſſ. *in d. lib. 4. §. ſed & quod meretrici, verbo, ſed noua ratione, & in lib. 2. C. eodem tit. de condict. ob turp. cauſſ. verbo, turpem, & in l. affectionis, verb. meretrices, ff. de donat.* exiſtimauerit, meretricem apud iudicem exteriorem petere minime poſſe, ſequuta copula, mercedem ob eam ſibi promiſſam, quas gloſſas ſequuntur Imola *in d. l. affectionis,* Angel. Bald. Paul. & Iaſon *in d. §. ſed & quod meretrici,* Iaſon, Alciat. & Zaſius *in l. generaliter, ff. de verborum obligat.* Fortun. *in d. c. ſed & quod meretrici,* Connanus *l. 5. commentar. c. 11.* & eas eſſe veras quoad forum conſcientiæ, probat Nauar. *d. cap. 17. num. 40. verſ. quinto infertur,* proſequutus ſuam eandem præd. opinionem. Nihilominus tamen quoad vtrumque forum contrarium eſt verius & tenendum, imò quod tam in iudicio exteriori, quam in foro conſcientiæ tuto meretrices ſibi ob id promiſſum petere atque exigere poſſint, ex prædicta ratione Iuriſconſulti, iunctis omnibus ſupradictis, quibus opinio contraria Nauarri confunditur atque diluitur: 29



diluitur: & ita merito contra prædictas gloſſas tenet in terminis Cyn. & Salyc. *in d. l. 2. C. de condict. ob turp. cauſſ.* Bart. & Alexand. *in d. §. ſed & quod meretrici,* idem Bart. *in d. l. affectionis,* Abb. *in d. c. quia plerique, num. 14. de imminut. Eccleſ.* Ripa *in l. ſi plagij, ff. de verborum obligation. num. 10. cum ſequentib.* Palat. Rub. *in rep. rubr. de donation. inter virum & vxor. §. 40. per totum.* & hanc profitentur eſſe communem Iaſ. & Zaſ. *in d. l. generaliter, num.* 20. eandem quoad forum exterius probauit Nauar. *d. num. 40. veſ. quinto infertur,* & videtur magis communis opinio ſecundum Greg. Lopez, qui eam ſequitur *in d. l. 53. tit. 14. part. 5. in gl. que ſe los huuieſſe dado, & eund. in l. 38. tit. 11. eadem partita, in gl. otro ſi verro,* & Anto. Gom. *in l. 62. Tauri ad fin.* vbi eam in foro conſcientiæ etiam procedere affirmat, & Menchac. *controu. illuſtrium cap. 84. num.* 2. & in vtroque foro latius cæteris idem probauit D. Couar. *d. 2. part. § 2. per totum*: & hanc partem probarunt communiter Theologi, exiſtimantes, meretricem mercedem ſibi promiſſam ob vſum ſui corporis in iudicio petere & recipere poſſe, promittentemque in conſcientia teneri ad ſolutionem eiuſdem, dummodo fraus non interueniat & merces moderata ſit, & à perſona ſui iuris promiſſa vel ſoluta, vt conſtat ex Dominic. à Soto *d. lib. 4. de iuſtit. & iur. quæſt. 7. art. 1. ad 2.* & ex Ioſep. Angl. & Mercad. *vbi ſuprà* & cæteris aliis quamplurib. & probatur ex exemplo illo *ſuprà* adducto Gen. *cap. 36.*
30 Iudæ & Thamar. Hæc † tamen communis ſententia reſpectu iudicij exterioris limitanda eſt, vt prædiximus, vt procedat tantum in meretricibus, quibus ſolis à repub. conſtituta ſunt pretia, non vero in vxoribus, virginibus aliiſque mulieribus, quæ in loco publico ad actum Venereum non ſunt expoſitæ, quia hæ in foro exteriori arcentur à iudicio, nec promiſſum petere poterunt, quamuis ſi eis ſoluatur, id tuto in conſcientia accipere & retinere poſſint: Quinimo, & promittens in eodem foro tenebitur ad obſeruandum & adimplendum promiſſum, vt ex ſuprad. patet. Poſt hæc ſcripta in lucem prodiit tractatus *de reſtitutionibus* Ludouici Carb. qui *quæſt. 48. per tot.* pleraſque ex ſupradictis concluſiones tenet, probat atque defendit. Necnon & Frater Michael Salon *de iuſt. & iur. in 2. 2. D. Thom. quæſt. 62. artic. 5. controuerſ. 4. col. 790. cum ſeqq.*

## SVMMARIVM.

1 *An ſatis ſit eligere dignum, prætermiſſo digniore, & num. ſeqq.*
2 *Catholicus & prudentiſſimus Rex noſter Philippus optime ſe habet in prouiſione Epiſcopatuum.*
3 *Melior cæteris ſimpliciter non eſt eligendus, ſed magis idoneus ad animarum regimen, qui poſſit Eccleſiam & inſtituere & defendere & pacifice gubernare.*
4 *Beneficia Eccleſiaſtica ex bonis communibus populi veluti ſtipendia & præmia virtutis & literarum inſtituta ſunt Eccleſiæ miniſtris propoſita, vel ſecundum Ledeſmium ſunt diſtribuenda iuxta Eccleſiarum vtilitatem, quia illorum redditus ſunt inſtituti propter Eccleſias & non propter conditiones miniſtrorum, vt in num. 5.*
6 *Qui bene præſunt Presbyteri, duplici honore digni habentur.*
7 *Qui facit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam.*
8 *Habens duas voces, vnam nomine proprio, & alteram alieno, non poteſt vnum ſuo nomine, & alterum alieno eligere, etiam vbi merita duorum vel trium eſſent adeo æqualia, vt diſcerni non poſſit ab electoribus, quis melior aut idonеor ſit, vt in n. 9.*
10 *Eccleſiaſticum officium & beneficium, non ex affectu carnali, ſed diſcreto iudicio in perſona magis idonea diſpenſandum eſt.*
11 *Prouiſio Eccleſiarum parochialium quomodo ſit facienda, iuxta decret. de reformat. cap. 18. ſeſſ. 25. ſacri Concilij Tridentini & Bullam Pij V.*
12 *An beneficia ſimplicia neceſſario ſunt dignioribus conferenda.*
13 *Collatio beneficij vel electio & muneris Prælatio digno facta, omiſſo digniore, valida eſt in vtroque foro, nec reſcindi ex hoc poteſt, quamuis prouidens peccet, & in num. 16. quod procedit, etiamſi ante electionem vel prouiſionem denuntietur electoribus, vt digniorem eligant, & à contraria electione ab initio ſit appellatum, vt in num. 14. etſi electores iurauerint eligere digniorem, quamuis aliter faciendo ſint periuri, vt in num. 15.*
17 *Læſio intra dimidiam iuſti pretij in conſcientia non eſt licita, tametſi iure canonico contractus, in quo ipſa interuenit, non reſcindatur, ſicut nec iure ciuili.*
18 *Agens, quod lex iubet, non peccat: ſecus qui agit quod lex humana permiſit, quia non omne illud permittit diuina.*
19 *Patroni tenentur ad beneficia ſui iuris patronatus digniores præſentare: quod procedit in beneficiis curatis, ſecus in ſimplicibus, & num. 27. & 28.*
20 *Epiſcopus ex duobus præſentatis à diuerſis patronis tenetur inſtituere præſentatum à maiori parte, ſi idoneus & dignus ſit, etiamſi præſentatus à minori parte dignior ſit. Idem erit, ſi patronus dignum Epiſcopo præſentauerit, omiſſo digniore, vt in n. 21.*
22 *Confirmans, ſi ſibi non conſtet, electum confirmandum indignum eſſe, poteſt ſecure eum confirmare: ſi tamen plures ſunt nominati, & liberum eſt confirmatori eligere inter illos, in quem conſentiat, tenetur meliorem illorum ad hoc præferre.*
23 *Epiſcopus ex pluribus clericis præſentatis ab vno eodemque patrono vel æquali patronorum ſuffragio tenetur in vtroque foro digniorem eligere.*
24 *Dignior prætermiſſus ab Epiſcopo in prouiſione beneficij parochialis, hodie ex Bulla Pij V. appellare poteſt, licet ea appellatione non obſtante electio ordinarij ſit mandanda ſtatim exſequutioni, ſed non ſuperioris priorem reuocantis, ſi à ſententia eiuſdem fuerit appellatum, vt in n. 25.*
26 *Regula* l. cum quidam, C. de fructibus & litium expenſis, *de æqualitate in iudiciis ſeruanda, quomodo intelligatur,* cap. monaſterium, 16. quæſt. 7. *intellectus, num. 26.*
29 *Leges Regiæ de beneficiis patrimonialibus loquentes, inſuper & conſuetudo immemorialis ſuper eodem, nempe, vt ea iuribus & originariis, & non aliis conferantur, æquiſſima & iuſta ſunt, & aliter prouidens tenetur ad reſtitutionem, vt in n. 30.*
31 *Impetrare nemo debet à Summo Pontifice literas Apoſtolicas ad beneficia patrimonialia in derogationem prædictæ laudabilis conſuetudinis, nec eis vti, donec in conſilio Regali videantur & licentia præſtetur eis vtendi, vt in l. Regia Hiſpaniæ cauetur.*
32 *Inſtitutio Canonicatuum Magiſtralium & Doctoralium iuſtiſſima eſt, atque his Regnis vtiliſſima, & electores, qui aliis, quam qualificatis huiuſmodi præbendas contulerint, tenentur illis ad reſtitutionem, vt in n. 33. Idem in obtinente eas, qui per mendacium affirmauit, ſe eſſe talem, cum vere non ſit, vt in num. 34.*
35 *Leges huius Regni, quæ prohibent exteris conferri beneficia Eccleſiaſtica & penſiones, ſed tantum regnicolis & originariis iuſtæ ſunt.*
36 *Statutum fundamentale Eccleſiæ cathedralis Placent. quo cauetur, vt ſeruitores chori, oriundi ex ciuitate vel*

vel diœceſi aſſumantur & prouideantur ad præbendas, dignitates pro tempore vacantes eiuſdem Eccleſiæ, iuſte defendi poteſt, ac literis exſequutoriis Regalis conſilij obſeruari iuſſum eſt: & quomodo prædictum ſtatutum intelligatur.

37 Conditio fundationis beneficij vel capellaniæ, vt patroni ſemper nominent ac præſentent clericum ex genere & parentela fundatoris, valida eſt: & an tunc dignior ex illo genere & familia, etiamſi remotior ſit, præſentandus ſit, necne? vide num. 38. & quid ſi detur facultas in fundatione eligendi quem velit dignum, omiſſo digniore, in num. 40.

39 In legato relicto conſanguineis pauperibus præfertur propinquior pauper remotiori pauperiori, aut maioris ætatis.

41 Vacantibus duabus Eccleſiis, vna locupletiſſima, vt Toletana, alia vero pauperiore, habente tamen multos ex Mahometis neophitis, vt Granatenſi, itidem & ſunt duo Sacerdotes, dignus & dignior, quomodo ſint hæ duæ Eccleſiæ vel præbendæ ſiue beneficia prouidenda.

42 Officia publica ſecularia magiſtratuum & gubernationis dignioribus ſunt prouidenda.

43 Dignus & idoneus, cui beneficium Eccleſiaſticum vel munus publicum collatum fuerit, prætermiſſo digniore, tutus eſt in animæ iudicio: tametſi, qui eum præpoſuerint & elegerint, peccauerint mortaliter, omittendo digniorem.

44 Eligens indignum ad beneficium Eccleſiaſticum vel munus publicum, tenetur ad reſtitutionem Eccleſiæ vel Reipublicæ læſæ faciendam, non vero digno prætermiſſo.

45 Collatio beneficij indigno facta, eſt nulla in vtroque foro, & ſic prouiſus per appellationem priuabitur beneficio & damna inde ſequuta tenetur reſarcire.

46 Eligens indignum peccat mortaliter, etiamſi ex ea electione nullum damnum Eccleſiæ vel Reipublicæ poſtea immineat. Idem in reſignante in fauorem indigni.

47 Eligens dignum, prætermiſſo digniore, an teneatur ad reſtitutionem digniori faciendam.

48 Impediens ne detur beneficium digniori, tenetur ei ad reſtitutionem.

50 Res debita vt communis, non eſt proprie nec vere debita, præcipue cum debeatur ad vtilitatem communitatis, vt contingit in beneficiis & publicis muneribus.

51 Obligatio reſtituendi non procedit à iuſtitia diſtributiua, ſed à commutatiua.

52 Iuſtitia diſtributiua agit de diſtribuendis bonis communibus alicuius, nempe, communitatis inter eos, qui eiuſdem ſunt: commutatiua autem agit de bonis priuatis vnicuique, cuius ea propria ſunt, dandis.

53 Admonitio ad electores, vt ſemper eligant digniorem.

54 Prælatus, ſeu alius prouiſor, qui omiſſo digniore, prouidit dignum, quamuis ad reſtitutionem ei non teneatur, tenetur tamen, vbi alia prouiſio occurrerit accuratiorem rationem habere illius dignioris prætermiſſi, pro ſecuritate ſuæ conſcientiæ.

55 Eligens dignum, prætermiſſo digniore, quotiens per edictum propoſitum digniori præbenda vel beneficium fuit promiſſum, tenetur eidem ad reſtitutionem: & num. 56. an idem ſit dicendum in quocunque beneficio, quod per concurſum prouidetur.

57 Regula taciti & expreſſi idem eſſe iudicium, & ea, quæ habet, expreſſionem eorum, quæ tacite inſunt, nihil operari, quomodo intelligantur.

58 Eligens dignum, prætermiſſo digniore, non peccat, quando meritorum exceſſus non eſt tantus, vt videatur ad rem multum referre: & quomodo hoc intelligatur.

59 Eligens dignum prætermiſſo digniore, ad munus exigui momenti, non peccat mortaliter.

60 Eligere dignum, omiſſo digniſſimo, licet in caſu hic poſito.

61 Idoneus ſiue dignus in propoſito quis dicatur.

62 Qualitates requiſitæ in Epiſcopo eligendo, & ad ſacerdotia curata.

63 Idoneior & dignior quis dicatur.

64 Expedientior & aptior ad munus paſtorale, eligendus eſt neceſſario ad Epiſcopatum, & præſtantior Eccleſiæ tribuendus.

65 Idoneior vel dignior non dicitur ille ſimpliciter, qui doctior eſt vel qui ſanctior, ſed is, qui iuxta munus & rem, cui præficiendus eſt, aptior eius miniſterio apparet.

66 Doctior & ſanctior ſi vnus ſit, ſed non miniſtrabit Eccleſiæ, quia non reſidebit, & alius non ita doctus & minus ſanctus reſidebit, & prouidebit Eccleſiæ ſedulo hic indoctior, dummodo bonus & dignus ſit, erit dignior ac conuenientior miniſter.

67 Impediens dolo, fraude vel vi, quod beneficium detur digniori, vt idoneo conferatur, tenetur ad reſtitutionem, vt hic.

68 Impediens ne detur beneficium digno vel digniori, etiam ſine vi, dolo & fraude, precibus tamen, aduertens id fieri vt immerito & indigno detur, tenetur ad reſtitutionem digno vel digniori faciendam.

69 Impediens vtcunque & quomodocunque, ne beneficium detur alicui etiam digno, vt digniori conferatur, non tenetur ad reſtitutionem.

70 Impediens beneficij aut publici muneris collationem ne ea fiat digno, vt detur & fiat æquali digno, non tenetur ad reſtitutionem, limitatur, vt in n. 74. & 75.

71 Si quis ſibi vel alteri præbendam procurans ſit alij obſtaculo, ne eam obtineat, idque faciat, non vt alteri noceat, ſed vt ſibi vel amico proſit, non tenetur ad reſtitutionem, & quid ſi id faciat ex odio & malo animo alterius procurans nocumentum, & num. ſeq.

72 Intentio mala, ſine opere iniurioſo non obligat ad reſtitutionem damni.

73 Impediens eum, qui erat in via ad obtinendam præbendam, ſi iniuſte id faciat, tenetur ad reſtitutionem.

76 Impediens indignum à conſequutione beneficij ad nullam reſtitutionem tenetur.

77 Reſtitutio in quibus caſibus ex ſupradictis inducitur, arbitrio boni viri fienda eſt, iuxta modum hic poſitum.

78 Reſtitutio tunc eſt facienda ad arbitrium prudentis viri, quando elector nondum animo conſtituerat huic dare & erat in via.

79 Impediens alterum à conſequutione beneficij, quando Prælatus conſtituerat illi dare, an, & quando teneatur illi ad reſtitutionem.

80 Impediens iniuſte poſſeſſionem beneficij iam collati alteri, tenetur in totum eidem ad reſtitutionem.

81 Collator, ſi poſtquam contulit vni beneficium, mutata voluntate alteri idem beneficium contulerit, peccabit & non valebit collatio, & tenebitur ad reſtitutionem. etiamſi ſecundus eſſet longe dignior.

81 Secunda collatio beneficij alteri facta non caſſata prima iuridice, non valet, ſecus ſi rite & recte prior caſſetur.

82 An ad hoc, vt impediens dignum à conſequutione beneficij teneatur eidem ad reſtitutionem, requiratur ſimul quod violet iuſtitiam diſtributiuam, & propoſitum prouiſoris.

83 Impediēs alterū à conſequutione legati, hæreditatis vel gratuitæ donationis, quando teneatur eidem ad reſtitutionem, & quando non.



84 Scholares ſuffragia præſtantes in prouiſione Cathedrarum tenentur eligere digniorem ſub pœna peccati mortalis.

85 Impediens alterum à conſequutione Cathedræ, an & quando teneatur eidem ad reſtitutionem.

86 Scholares ſuffragia præſtantes non teſtes, ſed vere electores eſſe.

87 Canonicus vel alius Capitularis an poſſit aliquando pro illa vice votum ſuum caſſare.

88 Parentes, qui ex Regiæ facultatis virtute primogenitum inſtituunt, vel ex legis facultate aliquem filium meliorant in 3. & 5. part. ſuorum bonorum, an teneatur in conſcientia meliorem filium eligere, necne? & num. ſeqq.

90 In datione pertinenti ad liberalitatem nulla contingit perſonarum acceptio, nec iuſtitia aliqua infringitur.

91 Moralis obligatio non imponit tranſgreſſori culpam, ſed legalis.

92 Præcepta legalia ſeu iudicialia legis veteris non aſtringunt, niſi quatenus nouo Teſtamento approbata fuerint.

## CAPVT XI.

### De electione & prouiſione beneficiorum Eccleſiaſticorum ac ſecularium officiorum.

1 QVi † ex ſuo placito ac proprio libitu amicum vel conſanguineum, vel ab eo oblatum ſiue propoſitum ad dignitatem, præbendam vel alia ſacerdotia Eccleſiaſtica eligere volunt, veritatem à peritioribus non exquirendo, vel eam docentes non auſcultando, vt precibus alterius deferant, pro conſtituto ſibi habent ac eo clypeo ſtatim ſe tutantur, quod ſatis ſit eligere, præſentare, vel prouidere ac præficere dignum, quamuis digniorem omittant, prout vidimus iam nonnullos iuris ignaros in prouiſionibus præbendarum exiſtimaſſe, quibus fauere videntur gloſſ. *in cap. conſtitutus, in verbo, magis vtilem. de appellationib. & in cap. 3. de iure patronat. verbo, maioribus, & in cap. 2. de officio cuſtod. verbo, ſanctiores, & in cap. licet ergo, verbo, qui præſtantior, 8. quæſtione* 1. tenentes, quod licet dignior ſit ſemper eligendus, ſufficit tamen ſi eligatur idoneus & bonus ſecundum Hugonem, quia conueniens ſcientia toleratur in Prælato, *vt in cap. cum nobis olim, de elect.* & ſufficit, quod non ſit malus, *vt in cap. monaſterium, 16. quæſt. 7.* quas gloſſas Doctores vbique approbant, vt conſtat ex Rocho de Curte plures referente *in tract. de iure patronat. in verbo, honorificum, quæſt. 15.* & D. Anton. de Padilla *in l. cum quidam, num. 18. ff. de legat. 2.* & decretalis inquit, quod ſufficit eligere bonum, nec requiritur, quod melior eligatur, ſecundum D. Thomam *1. 2. quæſt. 185. art. 3.* credo voluit allegare *cap. cum in cunctis, de elect.* ſed & huius opinionis alios auctores & duodecim fundamenta congerit nouiſſime, non tamen eam probat Salon *de iuſtit. & iure, in 2. 2. D. Thom. art. 2. controuerſ. 3.* an ſit peccatum acceptio perſonarum, eligere dignum ad beneficium Eccleſiaſticum omiſſo digniore, *in princ. col. 994.* Sed profecto ſic eligentibus, omiſſo digniore, conuenire videtur illud, quod pronuntiauit D. Paul. Apoſtolus ad Timoth. dicens: *Erit enim tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur*: quare vt ipſemet Apoſtolus *ibi* monet, *eſt vigilandum ac in omnibus laborandum, vt miniſterium quiſque ſuum impleat, eligendo ſemper ſecundum Deum & conſcientiam rectam, quem Eccleſiæ magis vtilem & idoneum reputauerit*; vt inquit text. *in d. cap. conſtitutis, vt ſciant omnes & certi ſint, quod qui præſtantior ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui omni virtute eminentior, ille eligitur ad ſacerdotium*: vt inquit text. *in d. cap. licet ergo*, vnde in foro conſcientiæ ſub reatu peccati mortalis tenetur quis præciſe ſemper eligere digniorem ad prælationem vel beneficium, ad quod aſſumitur, nec ſufficit quoad illum forum eligere dignum prætermiſſo digniore, alias peccabit, vt probatur *in præcitatis iurib.* & tradunt eleganter Sanctus Thomas *2. 2. quæſt. 63. art. 2. ad 3. & quæſt. 185. artic. 3.* vbi quod qui quemquam ad Epiſcopatum eligit, non ſimpliciter ex cæteris meliorem tenetur eligere, ſed quem cæteris magis idoneum ad animarum regimen nouit, & idem *quodlibet. 6. artic. 9. & quodlibet. 8. artic. 6.* vbi quod ad prælationem vel beneficium Eccleſiaſticum non eſt eligendus melior ſimpliciter, ſed is, qui eſt melior ad illud officium, ad quod eligitur, Caiet. *in com. ad Thom. Florent. in 2. part. tit. 1. cap. 20. num. 1. & in ſua ſumma verb. acceptio, & in iemac. 12. quæſt. 4. & in 2. 2. quæſt. 62. art. 2.* & Ioan. Maior *in 4. ſent. diſt. 24. quæſt. 8. & 9.* Adrian. *in 4. in tract. de reſtit. c. quia iam determinatum eſt, concluſ. 1.* Sylueſt. *verbo, electio, 1. quæſt. 16.* Dominc. à Soto plures referens *lib. 3. de iuſtit. & iure, quæſt. 6. artic. 2. concluſ. 9.* vbi etiam loquitur in electione Prælatorum Eccleſiaſticorum, idque latius diſſerit ac probat *lib. 10. quæſt. 2. artic. 3. pag. 858. cum ſeq.* vbi, quod ſi in omnibus ſacerdotiis, & præcipue in habentibus animarum curam, hoc neceſſarium eſt, quanto id magis neceſſarium erit in Epiſcopis præficiendis, vtpote quorum adminiſtratione tota ſalus ſpiritualis Chriſtianæ Reipublicæ periclitatur: & Ledeſmius *in 2. 4. quæſt. 18. artic. 2. fol. 252. col. 1. verſic. his notatis*, & probat latiſſime Mercad. *de tratos, y contratos, lib. 6. cap. 17. in verſic. certa de las dignidades, &c.* vbi quod idoneiorem & magis ſufficientem & habilem omnium ſecundum ſtatutas leges illius Eccleſiæ vel beneficij tenentur eligere ad Epiſcopatum, præbendam & cætera beneficia Eccleſiaſtica, & Ioſeph. Angles *in floribus Theologic. quæſt. 2. part. in quæſt. de cleric. reſtitutioni obnoxiis, in 4. difficult. verſ. qui confert. pag. 209. in fin.* & nouiſſime Petrus à Nauar. *lib. 2. de reſtitut. cap. 2. num. 121. cum ſeqq.* vbi quod omnes id fatentur, & late probat ſoluendo ingentem difficultatem, quam contra id mouet, loquiturque in parochialibus beneficiis & Epiſcopatibus, *& num. 174.* quod in Epiſcopatibus, quæ ex ſola Regis præſentatione prouidentur, nempe in Hiſpania, tenetur ipſe Rex rationabili quadam diligentia, ex ſibi oblatis à Secretario vel ab eo, qui id officij habet, explorandi ſcilicet digniores, eligere digniorem; Nam licet ſint alij meliores in Regno, non tenetur Rex omnes explorare & indagare, id enim eſſet laborioſiſſimum, & ſicut olim Epiſcopatus non conferebatur digniori totius Regni, ſed digniori ex illa Eccleſia, ita modo Rex non tenetur digniori ſuorum Regnorum, ſed digniori ex cognitis humana quadam diligentia vel digniori eiuſdem Eccleſiæ: quod fortaſſe ſecurius eſſet, & ſine dubio iuribus magis conforme: qui vero Regi idoneos offert, ſuæ animæ conſulat, ne, quos digniores nouerit, ſilentio tranſeat. Hæc ille, cuius in hoc opinio mihi placet ſeruatis ſeruandis, hoc eſt, adhibita debita diligentia, & commiſſa cura explorandi digniores & meliores Eccleſiis, quibus præficiendi ſunt, licet non meliores ſimpliciter viris fideliſſimis ac timoratæ & probatæ conſcientiæ, à quibus Rex ſibi conſulat ac

ſatis

vel diœceſi aſſumantur & prouideantur ad præbendas, dignitates pro tempore vacantes eiuſdem Eccleſiæ, iuſte defendi poteſt, ac literis exſequutoriis Regalis conſilij obſeruari iuſſum eſt: & quomodo prædictum ſtatutum intelligatur.

37 Conditio fundationis beneficij vel capellaniæ, vt patroni ſemper nominent ac præſentent clericum ex genere & parentela fundatoris, valida eſt: & an tunc dignior ex illo genere & familia, etiamſi remotior ſit, præſentandus ſit, necne? vide num. 38. & quid ſi detur facultas in fundatione eligendi quem velit dignum, omiſſo digniore, in num. 40.

39 In legato relicto conſanguineis pauperibus præfertur propinquior pauper remotiori pauperiori, aut maioris ætatis.

41 Vacantibus duabus Eccleſiis, vna locupletiſſima, vt Toletana, alia vero pauperiore, habente tamen multos ex Mahometis neophitis, vt Granatenſi, itidem & ſunt duo Sacerdotes, dignus & dignior, quomodo ſint hæ duæ Eccleſiæ vel præbendæ ſiue beneficia prouidenda.

42 Officia publica ſecularia magiſtratuum & gubernationis dignioribus ſunt prouidenda.

43 Dignus & idoneus, cui beneficium Eccleſiaſticum vel munus publicum collatum fuerit, prætermiſſo digniore, tutus eſt in animæ iudicio: tametſi, qui eum præpoſuerint & elegerint, peccauerint mortaliter, omittendo digniorem.

44 Eligens indignum ad beneficium Eccleſiaſticum vel munus publicum, tenetur ad reſtitutionem Eccleſiæ vel Reipublicæ læſæ faciendam, non vero digno prætermiſſo.

45 Collatio beneficij indigno facta, eſt nulla in vtroque foro, & ſic prouiſus per appellationem priuabitur beneficio & damna inde ſequuta tenetur reſarcire.

46 Eligens indignum peccat mortaliter, etiamſi ex ea electione nullum damnum Eccleſiæ vel Reipublicæ poſtea immineat. Idem in reſignante in fauorem indigni.

47 Eligens dignum, prætermiſſo digniore, an teneatur ad reſtitutionem digniori faciendam.

48 Impediens ne detur beneficium digniori, tenetur ei ad reſtitutionem.

50 Res debita vt communis, non eſt proprie nec vere debita, præcipue cum debeatur ad vtilitatem communitatis, vt contingit in beneficiis & publicis muneribus.

51 Obligatio reſtituendi non procedit à iuſtitia diſtributiua, ſed à commutatiua.

52 Iuſtitia diſtributiua agit de diſtribuendis bonis communibus alicuius, nempe, communitatis inter eos, qui eiuſdem ſunt: commutatiua autem agit de bonis priuatis vnicuique, cuius ea propria ſunt, dandis.

53 Admonitio ad electores, vt ſemper eligant digniorem.

54 Prælatus, ſeu alius prouiſor, qui omiſſo digniore, prouidit dignum, quamuis ad reſtitutionem ei non teneatur, tenetur tamen, vbi alia prouiſio occurrerit accuratiorem rationem habere illius dignioris prætermiſſi, pro ſecuritate ſuæ conſcientiæ.

55 Eligens dignum, prætermiſſo digniore, quotiens per edictum propoſitum digniori præbenda vel beneficium fuit promiſſum, tenetur eidem ad reſtitutionem: & num. 56. an idem ſit dicendum in quocunque beneficio, quod per concurſum prouidetur.

57 Regula taciti & expreſſi idem eſſe iudicium, & ea, quæ habet, expreſſionem eorum, quæ tacite inſunt, nihil operari, quomodo intelligantur.

58 Eligens dignum, prætermiſſo digniore, non peccat, quando meritorum exceſſus non eſt tantus, vt videatur ad rem multum referre: & quomodo hoc intelligatur.

59 Eligens dignum prætermiſſo digniore, ad munus exigui momenti, non peccat mortaliter.

60 Eligere dignum, omiſſo digniſſimo, licet in caſu hic poſito.

61 Idoneus ſiue dignus in propoſito quis dicatur.

62 Qualitates requiſitæ in Epiſcopo eligendo, & ad ſacerdotia curata.

63 Idoneior & dignior quis dicatur.

64 Expedientior & aptior ad munus paſtorale, eligendus eſt neceſſario ad Epiſcopatum, & præſtantior Eccleſiæ tribuendus.

65 Idoneior vel dignior non dicitur ille ſimpliciter, qui doctior eſt vel qui ſanctior, ſed is, qui iuxta munus & rem, cui præficiendus eſt, aptior eius miniſterio apparet.

66 Doctior & ſanctior ſi vnus ſit, ſed non miniſtrabit Eccleſiæ, quia non reſidebit, & alius non ita doctus & minus ſanctus reſidebit, & prouidebit Eccleſiæ ſedulo hic indoctior, dummodo bonus & dignus ſit, erit dignior ac conuenientior miniſter.

67 Impediens dolo, fraude vel vi, quod beneficium detur digniori, vt idoneo conferatur, tenetur ad reſtitutionem, vt hic.

68 Impediens ne detur beneficium digno vel digniori, etiam ſine vi, dolo & fraude, precibus tamen, aduertens id fieri vt immerito & indigno detur, tenetur ad reſtitutionem digno vel digniori faciendam.

69 Impediens vtcunque & quomodocunque, ne beneficium detur alicui etiam digno, vt digniori conferatur, non tenetur ad reſtitutionem.

70 Impediens beneficij aut publici muneris collationem ne ea fiat digno, vt detur & fiat æquali digno, non tenetur ad reſtitutionem, limitatur, vt in n. 74. & 75.

71 Si quis ſibi vel alteri præbendam procurans ſit alij obſtaculo, ne eam obtineat, idque faciat, non vt alteri noceat, ſed vt ſibi vel amico proſit, non tenetur ad reſtitutionem, & quid ſi id faciat ex odio & malo animo alterius procurans nocumentum, & num. ſeq.

72 Intentio mala, ſine opere iniurioſo non obligat ad reſtitutionem damni.

73 Impediens eum, qui erat in via ad obtinendam præbendam, ſi iniuſte id faciat, tenetur ad reſtitutionem.

76 Impediens indignum à conſequutione beneficij ad nullam reſtitutionem tenetur.

77 Reſtitutio in quibus caſibus ex ſupradictis inducitur, arbitrio boni viri fienda eſt, iuxta modum hic poſitum.

78 Reſtitutio tunc eſt facienda ad arbitrium prudentis viri, quando elector nondum animo conſtituerat huic dare & erat in via.

79 Impediens alterum à conſequutione beneficij, quando Prælatus conſtituerat illi dare, an, & quando teneatur illi ad reſtitutionem.

80 Impediens iniuſte poſſeſſionem beneficij iam collati alteri, tenetur in totum eidem ad reſtitutionem.

81 Collator, ſi poſtquam contulit vni beneficium, mutata voluntate alteri idem beneficium contulerit, peccabit & non valebit collatio, & tenebitur ad reſtitutionem. etiamſi ſecundus eſſet longe dignior.

81 Secunda collatio beneficij alteri facta non caſſata prima iuridice, non valet, ſecus ſi rite & recte prior caſſetur.

82 An ad hoc, vt impediens dignum à conſequutione beneficij teneatur eidem ad reſtitutionem, requiratur ſimul quod violet iuſtitiam diſtributiuam, & propoſitum prouiſoris.

83 Impediẽs alterũ à conſequutione legati, hæreditatis vel gratuitæ donationis, quando teneatur eidem ad reſtitutionem. & quando non.



84 Scholares ſuffragia præſtantes in prouiſione Cathedrarum tenentur eligere digniorem ſub pœna peccati mortalis.

85 Impediens alterum à conſequutione Cathedræ, an & quando teneatur eidem ad reſtitutionem.

86 Scholares ſuffragia præſtantes non teſtes, ſed vere electores eſſe.

87 Canonicus vel alius Capitularis an poſſit aliquando pro illa vice votum ſuum caſſare.

88 Parentes, qui ex Regia facultatis virtute primogenitum inſtituunt, vel ex legis facultate aliquem filium meliorant in 3. & 5. part. ſuorum bonorum, an teneatur in conſcientia meliorem filium eligere, necne? & num. ſeqq.

90 In datione pertinenti ad liberalitatem nulla contingit perſonarum acceptio, nec iuſtitia aliqua infringitur.

91 Moralis obligatio non imponit tranſgreſſori culpam, ſed legalis.

92 Præcepta legalia ſeu iudicialia legis veteris non aſtringunt, niſi quatenus nouo Teſtamento approbata fuerint.

## CAPVT XI.

### De electione & prouiſione beneficiorum Eccleſiaſticorum ac ſecularium officiorum.

1 QVI † ex ſuo placito ac proprio libitu amicum vel conſanguineum, vel ab eo oblatum ſiue propoſitum ad dignitatem, præbendam vel alia ſacerdotia Eccleſiaſtica eligere volunt, veritatem à peritioribus non exquirendo, vel eam docentes non auſcultando, vt precibus alterius deferant, pro conſtituto ſibi habent ac eo clypeo ſtatim ſe tutantur, quod ſatis ſit eligere, præſentare, vel prouidere ac præficere dignum, quamuis digniorem omittant, prout vidimus iam nonnullos iuris ignaros in prouiſionibus præbendarum exiſtimaſſe, quibus fauere videntur gloſſ. *in cap. conſtitutus, in verbo, magis vtilem. de appellationib. & in cap. 3. de iure patronat. verbo, maioribus, & in cap. 2. de officio cuſtod. verbo, ſanctiores, & in cap. licet ergo, verbo, qui præſtantior, 8. quæſtione* 1. tenentes, quod licet dignior ſit ſemper eligendus, ſufficit tamen ſi eligatur idoneus & bonus ſecundum Hugonem, quia conueniens ſcientia toleratur in Prælato, *vt in cap. cum nobis olim, de elect.* & ſufficit, quod non ſit malus, *vt in cap. monaſterium, 16. quæſt.* 7. quas gloſſas Doctores vbique approbant, vt conſtat ex Rocho de Curte plures referente *in tract. de iure patronat. in verbo, honorificum, quæſt.* 15. & D. Anton. de Padilla *in l. cum quidam, num.* 18. *ff. de legat.* 2. & decretalis inquit, quod ſufficit eligere bonum, nec requiritur, quod melior eligatur, ſecundum D. Thomam 1. 2. *quæſt.* 185. *art.* 3. credo voluit allegare *cap. cum in cunctis, de elect.* ſed & huius opinionis alios auctores & duodecim fundamenta congerit nouiſſime, non tamen eam probat Salon *de iuſtit. & iure, in* 2. 2. *D. Thom. art. 2. controuerſ.* 3. an ſit peccatum acceptio perſonarum, eligere dignum ad beneficium Eccleſiaſticum omiſſo digniore, *in princ. col.* 994. Sed profecto ſic eligentibus, omiſſo digniore, conuenire videtur illud, quod pronuntiauit D. Paul. Apoſtolus ad Timoth. dicens: *Erit enim tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur*: quare vt ipſemet Apoſtolus *ibi* monet, *eſt vigilandum ac in omnibus laborandum, vt miniſterium quiſque ſuum impleat, eligendo ſemper ſecundum Deum & conſcientiam rectam, quem Eccleſiæ magis vtilem & idoneum reputauerit*; vt inquit text. *in d. cap. conſtitutis, vt ſciant omnes & certi ſint, quod qui præſtantior ex omni populo, qui doctior, qui ſanctior, qui omni virtute eminentior, ille eligitur ad ſacerdotium*: vt inquit text. *in d. cap. licet ergo*, vnde in foro conſcientiæ ſub reatu peccati mortalis tenetur quis præciſe ſemper eligere digniorem ad prælationem vel beneficium, ad quod aſſumitur, nec ſufficit quoad illum forum eligere dignum prætermiſſo digniore, alias peccabit, vt probatur *in præcitatis iurib.* & tradunt eleganter Sanctus Thomas 2. 2. *quæſt. 63. art. 2. ad 3. & quæſt. 185. artic.* 3. vbi quod qui quemquam ad Epiſcopatum eligit, non ſimpliciter ex cæteris meliorem tenetur eligere, ſed quem cæteris magis idoneum ad animarum regimen nouit, & idem *quodlibet. 6. artic. 9. & quodlibet. 8. artic.* 6. vbi quod ad prælationem vel beneficium Eccleſiaſticum non eſt eligendus melior ſimpliciter, ſed is, qui eſt melior ad illud officium, ad quod eligitur, Caiet. *in com. ad Thom. Florent. in 2. part. tit. 1. cap. 10. num. 1. & in ſua ſumma verb. acceptio, & in iemac. 12. quæſt. 4. & in 1. 2. quæſt. 62. art.* 2. & Ioan. Maior *in 4. ſent. diſt. 24. quæſt. 8. & 9.* Adrian. *in 4. in tract. de reſtit. c. quia iam determinatum eſt, concluſ.* 1. Sylueſt. *verbo, electio, 1. quæſt.* 16. Dominc. à Soto plures referens *lib. 3. de iuſtit. & iure, quæſt. 6. artic. 2. concluſ.* 9. vbi etiam loquitur in electione Prælatorum Eccleſiaſticorum, idque latius diſſerit ac probat *lib. 10. quæſt. 2. artic. 3. pag. 858. cum ſeq.* vbi, quod ſi in omnibus ſacerdotiis, & præcipue in habentibus animarum curam, hoc neceſſarium eſt, quanto id magis neceſſarium erit in Epiſcopis præficiendis, vtpote quorum adminiſtratione tota ſalus ſpiritualis Chriſtianæ Reipublicæ periclitatur: & Ledeſmius *in 2. 4 quæſt. 18. artic. 2. fol. 252. col. 1. verſic. his notatis*, & probat latiſſime Mercad. *de tratos, y contratos, lib. 6. cap. 17. in verſic. certa de las dignidades, &c.* vbi quod idoneiorem & magis ſufficientem & habilem omnium ſecundum ſtatutas leges illius Eccleſiæ vel beneficij tenentur eligere ad Epiſcopatum, præbendam & cætera beneficia Eccleſiaſtica, & Ioſeph. Angles *in floribus Theologic. quæſt. 2. part. in quæſt. de cleric. reſtitutioni obnoxiis, in 4. difficult. verſ. qui confert. pag. 209. in fin.* & nouiſſime Petrus à Nauar *lib. 2. de reſtitut. cap. 2. num. 121. cum ſeqq.* vbi quod omnes id fatentur, & late probat ſoluendo ingentem difficultatem, quam contra id mouet, loquiturque in parochialibus beneficiis & Epiſcopatibus, & *num.* 174. quod in Epiſcopatibus, quæ ex ſola Regis præſentatione prouidentur, nempe in Hiſpania, tenetur ipſe Rex rationabili quadam diligentia, ex ſibi oblatis à Secretario vel ab eo, qui id officij habet, explorandi ſcilicet digniores, eligere digniorem; Nam licet ſint alij meliores in Regno, non tenetur Rex omnes explorare & indagare, id enim eſſet laborioſiſſimum, & ſicut olim Epiſcopatus non conferebatur digniori totius Regni, ſed digniori ex illa Eccleſia, ita modo Rex non tenetur digniori ſuorum Regnorum, ſed digniori ex cognitis humana quadam diligentia vel digniori eiuſdem Eccleſiæ: quod fortaſſe ſecurius eſſet, & ſine dubio iuribus magis conforme: qui vero Regi idoneos offert, ſuæ animæ conſulat, ne, quos digniores nouerit, ſilentio tranſeat. Hæc ille, cuius in hoc opinio mihi placet ſeruatis ſeruandis, hoc eſt, adhibita debita diligentia, & commiſſa cura explorandi digniores & meliores Eccleſiis, quibus præficiendi ſunt, licet non meliores ſimpliciter viris fideliſſimis ac timoratæ & probatæ conſcientiæ, à quibus Rex ſibi conſulat ac

ſatis

ſatisfaciat abeſſe omnem reſpectum humanum, & Deum ſolum præ oculis haberi, omni timore & amore poſtpoſitis; Si hoc enim non ſufficeret plus quam homo Rex deberet eſſe. Satis igitur eſt, quod ipſe obſeruet, quod moraliter poteſt, in quantum homo, ad impoſſibile enim nemo obligatur. Curet igitur ipſe Rex, vt omnem poſſibilem in hoc diligentiam adhibeat, vt omnipotenti Deo, per quem ipſe regnat, vt in c.8. Prouerb. *Non enim eſt poteſtas niſi à Deo.* Paul. ad Roman. 13. *Placeat ac munus ſuum fideliter exſequatur: Cor enim Regis in manu Domini eſt, & quocunque voluerit, inclinabit illud.* Prouerb. c. 21. in princ. *Hominis eſt, animam præparare & Domini gubernare linguam, & initium vitæ bonæ facere iuſtitiam. Cor hominis diſponit viam ſuam, ſed Domini eſt dirigere greſſus eius. Diuinatio in labiis Regis: in iudicio non errabit os eius. Voluntas Regum labia iuſta: qui recta loquitur, dirigetur.* Prouerb. cap. 16. & Iſaiæ 32. *Ecce in iuſtitia regnabit Rex, Principes in iudicio præerunt.*

2 Sic † facit Catholicus & prudentiſſimus Rex noſter Philippus, totius Hiſpaniæ & Europæ dominator, qui in eligendis Epiſcopis, ac in prouiſione Epiſcopatuum, quorum ipſe verus patronus eſt, mirum in modum diligentiam adhibet, ac haberi ſemper ſua inſtructione circumſpectiſſima prouidit, vt quotannis nomine Regio ſcribatur Prælatis ſuorum Regnorum, qui eum ſuoſque Regios Conſiliarios certiores reddant virorum eminentiorum, & huic muneri Prælatorum præficiendorum conuenientiorum, doctrina, moribus, omniumque virtutum meritis cæteriſque requiſitis in ſuis diœceſibus exſiſtentium, vt ab his digniores in Prælatos eligantur, iuxta formam & modum ſanctiſſimum in dicta Regia inſtructione contentum. O Chriſtianiſſimum decretum, dignumque tanto auctore, profecto obſeruatio ipſius ſecuriſſimum in conſcientia reddet Principem. Præterea, vt redeamus ad priora, quod dignior ad beneficia Eccleſiaſtica ſit eligendus ſub reatu peccati mortalis, & non ſufficiat eligere dignum omiſſo digniore, tenent cæteri Summiſtæ in locis ordinariis, & infinitos auctores huius communis ſententiæ refert Salon *vbi ſupra verſ. oppoſitum*, dicens, eam tenere omnes diſcipulos D. Thomæ eamque *in ſeqq. pag.* late probat, maxime in beneficiis curatis & limitans eam in tribus caſib. pœnalibus, nempe ratione modici exceſſus inter beneficia vel inter perſonas, vel ratione beneficij vel muneris, quod eſt exigui momenti, quia in his caſibus ſecundum omnes peccatur tantum venialiter, eligendo dignum omiſſo digniori. Addit inſuper, certum eſſe apud omnes electores non teneri ad exquirendos per orbem digniores, ſed ex eis, quos habent in promptu, & facile poſſunt nominare, debere eligere, & e noſtris iuris canonici Profeſſorib. eandem ſententiam communem prædicti ſequuntur & abſque dubio probant Anton. de Butr. *n.* 1. Abb. *n.* 7 *&* 8. & communiter Dd. *in d. cap. conſtitutis, de appellat.* vbi Dec. *num.* 5. aſſerit eſſe communem opinionem: ſequuntur etiam Gomez *in cap. vt animarum, num.* 22. *de conſtit. lib.* 6. & Palat. Rub. *in repet. cap. per. veſtras, de donat. inter virum & vxor. in 3 notab. §. 26. num.* 12. Roch. de Curte *vbi ſupra*, late Cæſar Lambert. *de iure patronat. lib. 2. part. 1. quæſt. 10. art. 3.* teſtatur communem D. Couar. *in reg. peccatum, 2. part. §. 7. num. 4. in verſic. igitur iura humana*, & D. Anton. de Padil. *in l. cum quidam, num. 19. ff. de legat. 2.* & Molin. *de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 5. n. 50.* ſequitur Gregor. Lopez *in l. 5. tit. 15 in gloſſ. digno, part. 1.* & probat latiſſime ſex fundamentis plures alios Dd. referens & loquens in prouiſione Eccleſiarum à Rege facienda D. Didac. Perez *in lib. 2. tit. 6. lib. 1. ordin. col. 253. cum ſeqq.* & in beneficiis curatis dicit communem Nauar. *conſil. 11. num. 1. de ſymon.* Eſt communis ſententia Theologorum & Canoniſtarum ſecundum Flam. Pariſ. *lib. 4. de reſignat. benefic. quæſt. 11. num. 35. cum ſeq.* Sicut etiam peccat, qui renuntiat in fauorem minus digni, omiſſo digniori & perpenſa qualitate negotij mortaliter quidem, quia tenetur digniorem præficere ſecundum communem omnium ſententiam, teſte Flam. *vbi ſupra, num.* 39. plurimos in hoc allegante, pro quo facit gloſſ. 1. ad Timoth. 3. ſuper illud; *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe*, inquit namque illa gloſſ. *Talis eligatur Pontifex, cuius comparatione cæteri grex dicantur.* Ergo oportet in Epiſcopatu ſemper eligere meliorem, vt refert D. Thom. *d. quodlib. 8. artic. 6. in princ.* & Caietan. *in ſumma, verbo, electio, in princ.* licet poſtea *in verſic. & hæc duo, & in verſic. ex quibus patet*, aliud velit: ſed Armilla Aur. *verbo, electio, num.* 3. ſequitur Caietan. in priori loco: quinimo idem Caietan, ad D. Thom. 2. 2. *q.* 185. *art.* 3. *verſic. tertio*, idem probat, dicens, quod debet eſſe magis idoneus ad hæc, quam quicunque alius poſſibilis haberi: alioquin vitium acceptationis perſonarum eſſet, ſi ille alius poſſibilis haberi melior iſto ad regimen poſtponeretur: & hæc eſt concors & receptiſſima omnium ſententia atque veriſſima.

3 Dummodo † intelligamus, non teneri quenquam ſimpliciter cæteris meliorem eligere, ſed quem cæteris magis idoneum ad animarum regimen nouerit, qui poſſit Eccleſiam & inſtruere & defendere & pacifice gubernare, ſecundum D. Thom. 2. 2. *q.* 105. *art.* 3. & *ibi* Caiet. Vnde D. Hieron. *ſuper illud* 1. *ad Tit. Et conſtituas per ciuitates presbyteros, tom.* 9. *habetur in cap. Moyſes, 8. q. 1.* inſurgit contra quoſdam, qui non quærunt eos in Eccleſias columnas erigere, quos plus cognoſcunt Eccleſiæ prodeſſe, ſed quos plus ipſi amant, vel quorum ſunt obſequiis deliniti, vel pro quibus maiorum quiſpiam rogauerit.

4 Et † quamuis hæc ita præ ſe veritatem ferant, vt probatione non indigeant, nihilominus ea primo comprobantur, quoniam ex iure Eccleſiaſtica beneficia ex bonis communibus populi, veluti ſtipendia inſtituta ſunt, & præmia virtutis & literarum Eccleſiæ miniſtris propoſita. Ex hac ergo parte, & contra iuſtitiam diſtributiuam & commutatiuam, fidem populo & Eccleſiæ frangit, qui non optimum ei miniſtrum abſque fraude & dolo prouidet, ac proinde peccat mortaliter, vt probat Domin. à Soto *vbi ſupra, & lib. 4. de iuſtit. & iur. quæſt. 6. art. 3. ad 6.* quem ſequitur D. Couar. *vbi ſupra, num.* 2.

5 Idem † conuincitur, ſi mauis ſecundum Ledeſmium *vbi ſuprà*, quod hæc Sacerdotia ſunt diſtribuenda ſecundum vtilitatem Eccleſiarum, quia illi prouentus, ſicut & decimæ, ſunt inſtituti propter Eccleſias, & non propter conditiones miniſtrorum: At miniſter dignior eſt vtilior Eccleſiæ. Ergo contra rectam rationem eſt, illo poſtpoſito, dignum eligere.

6 Secundo, † eadem ſententia probatur ex illo 1. ad Timoth. 5. *Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur*: ſed dignior præeſt longe melius digno ſimpliciter. Ergo ille eſt eligendus, hoc prætermiſſo, non vero contra: Vnde colligitur, quod Eccleſia habet maius ius ad digniorem.

7 Præterea † & tertio, qui facit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam: Sed prætermittens meliorem & conuenientiorem Eccleſiæ, videtur facere contra conſcientiam. Ergo peccat mortaliter ædificans ad gehennam. Denique & quarto, ille, qui eſt propinquior ad hæreditatem poſſidendam, debet præferri: ſed Chriſto, cuius patrimonium poſſident clerici & Prælati, eſt propinquior, qui eſt melior. Ergo ad Prælationes & officia Eccleſiaſtica ſẽper ſunt meliores eligẽdi.





8 Sed † & noſtri ſcriptores *in d. cap. conſtitutis*, allegant pro eadem ſententia text. *in cap. ſi quis iuſto, §. porro, de elect. in 6.* vbi diſponitur, quod ſi quis habeat duas voces, vnam nomine proprio, alteram alieno non poteſt vnum ſuo nomine, & alterum alieno eligere. Cuius ratio eſt ſecundum gloſſ. ibi, *verbo nihil agit*, & communiter ſcribentes, quod cum in foro conſcientiæ meliorem eligere quis aſtrictus ſit, hæ duæ voces ſunt inſeparabiles, cum non niſi vnus cæteris melior eſſe valeat.

9 Hæc † tamen ratio communis non omnino ſatisfacit, quoniam deficit, vbi merita duorum vel trium eſſent adeo æqualia, vt diſcerni non poſſet ab electoribus, quis melior aut idoneior ſit, tunc enim iuxta prædictam rationem à ceſſatione illius videtur ſecure poſſe eligi, ab eo, qui duas voces habet, vnum nomine proprio, & alterum alieno, & tamen eſſet contra deciſionem *d. §. porro*, ideo ratio illa communis, tanquam defectuoſa, falſa eſt atque erronea cenſenda, ſecundum D. Molin. *vbi ſupra numero* 52. qui *numero* 53. aliam veriorem ex Archid. aſſignat, quæ ad noſtrum propoſitum non ſpectat, ideo eam non refero.

10 Vlterius † pro eadem ſententia eſt optimus text. *in cap. vt noſtrum, vt Eccleſiaſtica beneficia*, ibi: *Quia non ex affectu carnali, ſed diſcreto iudicio debuiſti Eccleſiaſticum officium & beneficium in perſonam magis idoneam diſpenſare.* Sed & aliis plurimis teſtimoniis certiſſimis atque fortiſſimis fundamentis eandem concluſionem probauit Sot. *vbi ſuprà, lib. 3. de iuſtit. & iur. quæſt. 6. art. 1.* & Didac. Perez & Nauar. *vbi ſupra, d. lib. 2. de reſtit. cap. 2. num. 121. cum plurib. ſeqq.* apud quos ſunt videnda.

11 Tandem † noſtra communis ſententia hodie à ſancto Concil. Trident. approbata eſt in electione Eccleſiarum parochialium *ſeſſ. 25. in decret. de reform. c. 18.* ibi: *Peracto deinde examine, renuntientur quotquot ab his idonei iudicati fuerint, ætate, moribus, doctrina, prudentia & aliis rebus ad vacantem Eccleſiam gubernandam opportunis, ex hiſque Epiſcopus eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, atque illi, & non alteri collatio Eccleſiæ ab eo fiat, ad quem ſpectauerit eam conferre.* Idem decreuit Pius V. Summus Eccleſiæ paſtor in ſua Bulla anni 1566. 15. Cal. Apr *ſuper collat. parochial. Eccl.* lata. Et quamuis text. Concilij præcitatus loquitur etiã in vacatione Eccleſiæ parochialis per reſignationem, intelligendus eſt de reſignatione ſimplici, non autem in conditionali, quæ fit in fauorem, vt fuit reſolutum per ſacram congregationem in tribus cauſſis, vt refert nouiſſime Flamin. Pariſ. *de reſign. benefic. lib. 1. 7. quæſt. n. 7. & 8.*

12 Dubium † tamen in propoſito ſe nobis offert, *An cum Concilio Tridentino in præcitato decreto in prouiſione Eccleſiarum parochialium tantum loquatur, inſuper & ſimiliter Bulla Pij V. an idem ſit dicendum in prouiſione cæterorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, præter curata & Epiſcopatus, nempe, in canonicatibus, perſonatibus & dignitatibus cæteriſque præbendis & dimidiis præbendis Eccleſiarum cathedralium & collegiatarum, & in præſtimoniis, & aliis ſimplicibus beneficiis, necne?* Et primum videtur dicendum, in omnibus prædictis beneficiis & officiis Eccleſiaſticis, quia in eis omnibus *ibid.* idem non diſponitur, & quia tantum agunt Concilium Tridentinum & Bulla Pij V. de prouiſione parochialium Eccleſiarum, non vero cæterorum beneficiorum Eccleſiaſticorum, in quorum prouiſione illa forma concurſus ſeruanda non eſt, ſed per Prælatum vel eum, ad quem prouiſio ſpectat abſque concurſu & edictis facienda iuſte alias eſt, ſicut nec Concilium aut Bulla loquitur de prouiſione Epiſcopatuum: & tamen certum eſt, eos adhuc dignioribus eſſe prouidendos: Igitur & regulariter cætera beneficia Eccleſiaſtica, etiam non curata, prout credendum eſt, Concilium Tridentinum & Bullam Pij V. diſpoſiturum, ſi de eis loquerentur, prout Innocentius III. loquens in Cancellaria Eccleſiaſtica & ſic in beneficio non curato, decidit atque diſponit *in d. cap. 1. vt Eccleſiaſtica beneficia, &c.* & Dd. præcitati, indiſtincte loquuntur in omnibus beneficiis Eccleſiaſticis, decidentes, ea eſſe dignioribus conferenda, quod iura antiqua & patres docuiſſe videntur; Igitur in omnibus beneficiis Eccleſiaſticis idem ſeruandum erit per prædicta: Quod enim non mutatur, quare ſtare prohibeatur, *vt in l. præcipuum, C. de appellat. & in l. ſancimus, C. de teſtament. cum ſimilibus.* Nihilominus tamen pro contraria parte facit; Nam dum Concilium Tridentinum in diuerſis capitibus ſola Epiſcopalia beneficia & curata dignioribus eſſe conferenda decreuerit, videtur conceſſiſſe, cætera beneficia ad arbitrium Prælati diſtribui poſſe, præſertim, quia cum de canonicatibus loquitur *ſeſſ. 24. in decret. de reformat. cap.* 12. hortatur vt in prouinciis, vbi id commode fieri poteſt, dignitates omnes & ſaltem dimidia pars canonicatuum in Cathedralibus Eccleſiis & collegiatis inſignibus conferatur tantum Magiſtris vel Doctoribus, aut etiam Licentiatis in Theologia vel iure Canonico: Ergo neceſſario conferri non debent graduatis, & ſic dignioribus, ſed arbitrio ſuperioris legitimi, qui prouidendi ſint, videtur relictum: at vero antiqua iura non ita plana ſunt in beneficiis ſimplicibus, ſicut in curatis, quæ ſi eſſent, vt eſt textus *in d. cap. vnic. vt Eccleſiaſtica beneficia*, vt vidimus, adhuc oppoſitum videtur introductum, & ipſemet Summus Pontifex prædicta beneficia ſimplicia, nempe, canonicatus cæteraſque præbendas atque præſtimonia & alia beneficia ſimplicia dignis prouidet abſque concurſu, beneficia vero curata per præuium examen & concurſum coram ordinariis faciendum, & electione facta de digniori ab examinatoribus Synodalibus vniuſcuiuſque diœceſis, vt quotidie videmus: Ex hoc igitur videtur abrogata conſtitutio *d. cap. vnic.* in verbis *ſupra* relatis: præterea huiuſmodi beneficia ſimplicia non videntur ex natura rei eſſe bona communia, & decertantibus debita, & ita nullam committi iniuſtitiam per acceptionem perſonarum, ſi dignioribus non conferantur, ſed tota res commiſſa videtur Papæ & Prælatis Eccleſiæ, vt ipſi arbitrio ſuo prouideant bonos, dignos & exemplares miniſtros, qui etſi non ſint meliores, non tamen otioſi & cum ſcandalo viuant: quod ſi aliud diceremus, omnes vere Prælati eſſent in ſtatu damnationis, prouidentes prædicta beneficia ſimplicia dignis, prætermiſſis dignioribus, quæ acerbiſſima eſſet profecto ſententia: Quare his pene fundamentis Pet. à Nauar. *d. lib. 2 de reſtit. cap. 2. num.* 147. in hoc dubio reſpondet, ſibi primo nunc videri non eſſe peccatum iſta beneficia dignioribus denegare, modo tamen dignis conferantur: quod & tenet Salon *vbi ſupra, ſtatim poſt 1. concluſ. col.* 1005.

Quid tenendum! Ego ſalua cenſura & correctione ſacroſanctæ matris Eccleſiæ cui me in hoc & in omnibus humiliter ſubiicio, hanc ſecundam partem probabilem eſſe arbitror ex prædictis: ſecurius tamen exiſtimo eſſe in omnibus beneficiis digniorem eligere, atque eidem beneficium, etiam non curatum, prouidere atque conferre, ſi tamen aliter fiat, dummodo digno & benemerito beneficium non curatum conferatur, ac demum illi, qui ſit aptus ad munus ſuum, & non malus, credo conferentem non peccare mortaliter, nec ad vllam reſtitutionem teneri.

Non loquor modo de canonicatibus lectionis ſacræ
Scripturæ Doctoralibus nec Magiſtralibus , nec de
illis beneficiis , quæ ſunt de iure patronatus , & ad
præſentationem patronorum ſunt prouidenda ; de his
namque in inferioribus agemus nuncupatim.
13 Supereſt † modo,vt reſpondeamus ad gloſſas, quas
*ſupra in princ. huius cap.*adduximus,tenentes cum Hu-
gon. vt licet dignior ſit ſemper eligendus , ſufficiat
tamen , ſi eligatur idoneus & bonus : & dico , quod
præterquam quod illa ſententia eſt falſa omnino , vt
ex ſupradis patet & affirmat Petrus à Nauar. *vbi ſu-
pra , num.* 133. illæ gloſſæ non ſunt vere contrariæ,
prout ſimiliter non eſt contraria decretalis in contra-
rium allegata , ſed in hunc ſenſum accipiendæ ſunt,
vt collatio beneficij , electio & muneris prælatio va-
lida ſit , nec in foro iudiciali , nec in interiori animæ
iudicio poſſit iure reſcindi : Non tamen ex hoc ſequi-
tur , præficientem dignum, omiſſo digniore , tutum
eſſe atque immunem à peccato ,quamuis electio ita
valida ſit , vt retractari nequeat , vt probat textus *in
d.cap. conſtitutis* ,vbi Abbas & cæteri hanc opinio-
nem tenent : textus etiam *in c quia propter, iuncto cap.
cum in cunctis , de elect. cap. niſi cum pridem , §. ne pro
defectu,de renuntiat.* atque ita profitentur Diuus Tho-
mas *2.2.quæſt.*63.*artic.*1.*ad* 3.*& in dictis quodlibet.* Syl-
ueſt. & Andrian. *vbi ſupra* , Dominic. à Soto *lib.*5. *de
iuſtit. & iure quæſt.*9.*artic.*1.*concluſ.*8 & latiſſime Cæ-
ſar Lambert. *vbi ſupra lib.*2. *part.* 1. *quæſt.* 10. *artic.*3.
*num.* 1. *cum ſeqq.* & hæc eſt communis opinio ſecun-
dum Didacum Couarruuiam *vbi ſupra,num.*3. qui eam
probationem Didac. Perez *vbi ſupra , col.*255. *verſicul.
vtrum autem* , & alios allegans Petrus à Nauar. *lib.* 2.
*de reſtitut. cap.*2. *num.* 155.*cum ſeqq.*& hæc eſt magis
communis opinio, vt plures citans affirmat Flaminius
Pariſius *vt ſupra , num.* 40. & eſt communis omnium
*ibi* Dd. ſententia , ſecundum Salon *vbi ſupra , col.*998.
*verſic. obſeruemus.*
14 Quod † procedit , etiamſi ante electionem , quæ
de certis facienda eſt denuntietur electoribus , vt di-
gniorem eligant , & à contraria electione , ſi facta
fuerit ab initio appellatum fuerit , vt cum Imol. &
Franco *in cap. conſtitutis* , exiſtimat tenendum eſſe in
praxi aduerſus Abb. & alios , quia alias omnes ele-
ctiones maximum diſcrimen & periculum paterentur,
eſſetque locus mille litib. quod non eſt permitten-
dum. Procedit etiam , ſi electores iuramentum de di-
15 gniore eligendo præſtiterunt , quamuis † dignum
eligendo , prætermiſſo digniore tunc temporis ſunt
periuri , vt probauit Didac. Couar. poſt alios *vbi ſupr.
num* 4.*verſic. ſecundo probatur.*
16 Sed † cum electio de digno omiſſo digniore , vali-
da ſit iuxta communem ſententiam iure canonico
probatam, videtur eſſe impoſſibile peccare illum , qui
ſic elegerit , cum iuris canonici auctoritate id fecerit,
*arg.cap.qui peccat,*23.*quæſt.*4.alias enim ius canonicum
animabus vinculum iniiceret peccandique cauſam ele-
ctoribus præberet : quod minime eſt dicendum : quæ
ratio adeo vrſit Peruſinum *in d. cap. conſtitutis* , vt ex
ea contrariam ſententiam ſequutus fuerit.
Reſpondetur huic facultati, iura canonica non diſ-
ponere principaliter dignum eſſe eligendum , ſed imo
potius digniorem , vt *in cap. licet ergo,*8.*quæſt.*1.*cap.*1.
*vt Eccleſiaſtica beneficia, & c. cum cæteris iuribus ſupr.
allegatis* : ſi tamen de facto dignus eligatur omiſſo di-
gniore , concedunt , ſtatuunt ac permittunt validam
eſſe electionem , ac proinde non eſſe reuocandam , vt
euitentur maiora inconuenientia , vt inquit gloſſ. *in
d. cap. licet ergo,verbo, quæ præſtantior* , & probatur *in
d. cap. quia propter , de elect. & in d. cap. conſtitutis*,
vbi communiter Dd. id notant. Cum igitur hæc non
ſit præciſa iuris canonici diſpoſitio , ſed vnius mali
permiſſio , ne totus mundus litibus inuoluatur , & vt
maiora etiam mala vitentur , & ad maiorem Reipu-
blicæ tranquillitatem , conſequitur , vt eligens di-
gnum , prætermiſſo digniore , non minus à peccato
liberetur , quam qui publica lupanaria exercuerit,
quæ etiam à iure canonico , vt maiora mala vitten-
tur , permiſſa ſunt , vel alia peccata commiſerit ,quod
in electione loquens reſoluit Dec. *in d. cap.conſtitutis,
de appellat. num.*5. & D. Couar. *vbi ſupra, num.*3 *&* 4.
atque D. Molin. *d.cap.*5 *num.*55 id comprobans *n.*56.
alio ſimili ex communi opinione , quæ habet , Vt
† quamuis iure canonico permiſſum ſit contrahenti- 17
bus , ſe inuicem decipere intra dimidiam iuſti pretij,
ad lites ſufferendas , vt probatur *in cap. cum dilecti,
& in cap. cum cauſa de empt. & vendit.* hoc tamen in
foro conſcientiæ licitum non eſt , quia is , qui con-
trahentem ſecum , etiam intra dimidiam deceperit
peccat , canon enim aliud diſponens permiſſorius eſt,
non vero iuſſorius , ideo à peccato non liberat , niſi
deceptio intra dimidiam modica ſit , vt tenent pluri-
mi ab eo ibi relati : Ergo idem dicendum eſt in ſpe-
cie noſtra electionis : idem in prædictis terminis
læſionis intra dimidiam tenet , dicens , quod omnes
communi conſenſu ita ſentiunt cum S. Thom. Dom.
à Soto *lib.* 6. *de iuſtit. & iur. quæſt.* 3. *artic.* 1. *ad pri-
mum , verſic. tertia tamen opinio* , vbi *inferius in verſ.
ſed alleget forſan , ſupra* dicto modo reſpondet ad re-
gulam *d. cap. qui peccat* , nempe , vt illud intelligen-
dum ſit de lege iuſſoria , ſecus de permiſſoria. Ille
† enim , qui agit , quod lex iubet , non peccat : ſecus 18
de illo , qui agit , quod lex humana impune permit-
tit , quia non omne illud permittit diuina , alioqui
meretrices , quia lege permittuntur , non peccarent,
vnde Chryſoſt. vt habetur *in cap hac ratione* 33.*quæſt.*1.
Quod permittimus , inquit , nolentes præcipimus,
quia malas hominum voluntates ad plenum prohibe-
re non poſſumus.
Supradicta † procedunt , nedum in electione ad 19
prælaturas Eccleſiaſticas atque prouiſiones beneficio-
rum Eccleſiaſticorum, ſed etiam in præſentatione cle-
ricorum à patronis facienda eſt beneficia ſui iuris pa-
tronatus : tenentur enim huiuſmodi patroni digniores
ſemper præſentare ſub prædicta pœna peccati morta-
lis,etiamſi alias dignos præſentauerint omiſſis dignio-
ribus , vt pleriqué ex ſupradictis auctoribus proba-
runt , eſtque veriſſimum ac receptiſſimum & in præ-
dicto decreto Concilij Trident. approbatum ibi:*quem
patronus digniorem inter probatos ab examinatoribus iu-
dicabit , Epiſcopo præſentare teneatur , vt ab eo inſti-
tuatur:*loquitur tamen in beneficiis curatis , quæ per
concurſum & præuio examine prouideri debent, iux-
ta formam Concilij : ſecus autem videtur dicendum
in beneficiis non curatis iuris patronatus, vt ſunt Ca-
pellaniæ , & alia beneficia ſimplicia iuris patronatus,
in quorum inſtitutione & fundatione aliud expreſſe
cautum non fuerit,vt *infrà* latius dicemus,*n.*28.Verum
† hac in ſpecie illud obſeruandum erit , Epiſcopum 20
teneri inſtituere præſentatum à maiori parte patrono-
rum,ſi dignus & idoneus ſit, etiamſi præſentatus à mi-
nori parte patronorum dignior ſit:nec in hoc caſu po-
terit Epiſcopus digniorem inſtituere, cum is vere præ-
ſentatus non ſit,ſed potius alter , qui maiorum patro-
norum partem eiuſque ſuffragia habuerit : quod cen-
ſuit gloſſ. *verbo,maioribus , in cap.* 3. *de iure patronatus*,
pro intellectu illius textus,dum probat,illum eſſe præ-
ficiendum Eccleſiæ,qui maioribus iuuatur meritis , &
plurimorum eligitur & approbatur aſſenſu : Inquit
enim gloſſa præfata ſufficere , quod ſit idoneus , dum
tamen habeat maiorem partem , hoc enim reſpectu
patrono



patronorum eum præſentantium , quoad validitatem
præſentationis ,& vt reuocari non poſſit præſentatio,
ſed omnino admitenda ſit , & exſequutioni mandan-
da in vtroque foro , quamuis præſentantes dignum,
omiſſo digniore peccent mortaliter , verum eſt,vt præ-
diximus : At vero reſpectu Epiſcopi debentis inſtitue-
re,abſolutiſſimum eſt,quod ſecure abſque vllo pecca-
to teneatur eum inſtituere , eo quod dignus ſit,& præ-
ſentatus à maiori parte,non vero digniorem, quia non
eſt præſentatus à maiori parte , vt debebat , vt Dd. *in
d. cap.* 3. *de iure patronat.* Bernard. *ibi* ſequuti exiſti-
mant , Rochus ſtatim citandus , & Couarruuias alios
22 allegans *vbi ſupra d.§.*7.*num.*4. Idem † erit , ſi patro-
nus dignum Epiſcopo, omiſſo digniore , præſentaue-
rit ; Nam cum Epiſcopus teneatur eum inſtituere ſe-
cundum canonicas ſanctiones , ideo nullam contrahet
culpam, ſi eum inſtituat ſecundum Caietanum *in ſum-
ma , verbo ,beneficium Eccleſiaſticum* & Ioannem Ma-
iorem *in* 4. *ſententiar. diſtinct.* 15. *quæſt.* 8. *&* 9. quos
ſequitur idem Couar. *d.num.*4. *verſic.tertio* , *&c.* Idem
23 † eadem ratione in confirmante dicendum eſt , quia
cum ſibi non conſtet , electum confirmandum indi-
gnum eſſe , poteſt eum ſecure confirmare ſecundum
Mercad. *vbi ſupra fol.*209.*verſic. del que confirma , &c.*
& Salon *vbi ſupra , col.* 999. vbi quod eſt communis
inter Thomiſtas,& quod ſi nollet confirmare compel-
leretur per ſuperiorem , & ante eos Caietan. *in ſum-
ma , verbo electio , in verſic ſecus autem de confirmato-
re* , vbi quod ſi plures ſunt nominati , & liberum eſt
confirmatori , eligere inter illos in quem conſentiat,
tenetur inter illos meliorem ad hoc præferre , vt de
electore dictum eſt eadem ratione:ſi vero fuerint plu-
res clerici Epiſcopo præſentati ab vno eodemque pa-
trono , vel æquali patronorum ſuffragio tunc tempo-
ris tenetur Epiſcopus , etiam in foro iudiciali , nedum
in interiori animæ iudicio digniorem inſtituere , alio-
qui ab eo poterit dignior appellare , & † in appella-
tionis inſtantia huiuſmodi inſtitutio de digno facta,
prætermiſſo digniore , reuocabitur ſecundum Abb. *in
cap. cum autem , num.* 5. *de iure patronat* & Rochum
de Curt. alios allegantem *de iure patronat. verbo , ho-
norificatum , quæſt.* 15 .*num.* 46. Cardinal. & Imol. *in
clement. plures, de iure patronat.* quos ſequitur Gregor.
Lopez *in l.*5.*in gloſſ. digno,tit.*15.*part.*1.per text.*in cap.
ſi facta,*63 *diſtinct* & Cæſar Lambert.*de iure patronat.
lib.* 2.2. *part. quæſt.* 7. *artic.* 26. *per tot.* & iterum *in* 3.
*part.*2 *lib.quæſt.*5.*artic.* 1.*per tot.* licet hic non agat de
appellatione. Hæc tamen adiectio vltima mihi non
placet nec communi prædicta attenta, eſt tenenda:
Quamuis enim iuxta eiuſdem iuris diſpoſitionem
Epiſcopus hoc caſu digniorem Eccleſiæ præficere de-
beat iuxta omnium ſententiam hodie probatam *in d.
cap. Concilij Tridentini*,ibi , *Cum vero inſtitutio ab alio
quam Epiſcopo erit facienda , tunc Epiſcopus ſolus ex
dignis eligat digniorem ,quem patronus ei præſentet , ad
quem inſtitutio ſpectat.* Qua ratione idem erit etiam
dicendum , ſi ad Epiſcopum inſtitutio pertineat , ei-
demque præſententur æquali voce plures , quorum
vnus idoneior ſit cæteris , iuxta communem ſenten-
tiam , alioqui male vtetur officio Epiſcopus,ac proin-
de peccat mortaliter : attamen ſi idoneum,contempto
digniore ad Sacerdotium elegerit vel inſtituerit , non
ideo electio vel inſtitutio reuocanda erit, vt prædixi-
mos : & in terminis inſtitutionis de quibus agimus
contrarium probarunt Hoſtienſ. Ioan. Andreas , An-
tonius de Butrio & Cardin. *in d. cap. cum autem* , &
hæc opinio contra Abbat. *vbi ſupra* , communiter
approbatur ſecundum Decium *conſil.* 129. *numero* 2.
quem refert & ſequitur Cæſar Lambert.*de iure patro-
nat.*3.*part. quæſtion.*5.*articul.*2.*ad finem* ſibi contrarius
ſequitur etiam ac magis communem profitetur Di-
dacus Couarru. *dict. numer. quart. paulo poſt princip.*
& Didacus Perez *vbi ſupra , column.* 255. *verſiculo
notum*
Hodie tamen † Summus Pontifex Pius V. in præ- 24
fata ſua Bulla,anno 1566. lata ſuper prouiſione Eccle-
ſiarum parochialium, circa prouiſiones,earundem per
concurſum faciendas, & examine præuio ab examina-
toribus nominatis in Synodo diœceſana,iuxta formam
eiuſdem Concilij Tridentini , contrarium ſtatuitur,
ſiue beneficia parochialia iuris patronatus ſint , ſiue
libera,vt prouiſio facta de digno ,prætermiſſo dignio-
re , per appellationem reuocetur , & Eccleſia paro-
chialis magis idoneo conferatur , *vt in dicta Bulla* la-
tius patet , ſicque quoad prouiſionem beneficiorum
curatorum opinio prior Abbatis & ſequacium proba-
ta eſt, in cæteris autem beneficiis Eccleſiaſticis præter
curata Bulla loquitur , nec corrigit ius commune : In
eorum igitur prouiſione , quæ non habent curam ani-
marum , ſeruanda erit magis communis ſententia ſu-
prædicta , quia quod non mutatur , quare ſtare prohi-
bebitur ? vt *in dict. leg. præcipimus,Codic. de appellation.
& in dict. l. ſancimus , C. de teſtamentis*, & quod electio
Ordinarij ſit mandanda exſequutioni , non obſtante
quacunque appellatione , decreuerat prius Concilium
Trident. *vbi ſupra.*
Dubium tamen † circa prædictam Bullam forſan 25
quibuſdam inſurget , dum inquit , quod appellatio à
digniore facta de prouiſione beneficij curati facta di-
gno , non impediat aut ſuſpendat , quominus electio
per Ordinarium primo loco facta interim debitæ de-
mandetur exſequutioni , & prouiſus ab eadem Eccle-
ſia , cauſa appellationis huiuſmodi pendente non
amoueatur , & ſi quis à ſententia per iudicem appella-
tionis lata duxerit appellandum , is tunc ad Sedem
ipſam Apoſtolicam appellabit,an ſicut prima appella-
tione pendente facta à digniore ,electio Ordinarij pri-
mo loco facta interim mandatur exſequutioni , ita
etiam ſententia lata à iudice primo appellationis re-
uocatoria electionis Ordinarij ,qua iudex appellaito-
nis præfert digniorem , & amouet dignum iuxta for-
mam eiuſdem Bullæ , exſequutioni mandanda ſit ,
non obſtante appellatione electi ab Ordinario , & ſic
ipſe interim amouendus ſit à poſſeſſione beneficij,
nec ne ?
Et profecto Summus Pontifex in præfata ſua Bul-
la hoc non expreſſit , ſed videtur idem dicendum ra-
tione æqualitatis ſeruandæ in iudiciis , *argumento
leg. cum quidam , Codic. de fruct. & lit. expenſis* , &
ne dignior deterioris ſit conditionis , quam dignus:
Nihilominus tamen contrarium verius exiſtimo &
tenendum , imo quod electus & prouiſus ab Ordi-
nario non debeat ſpoliari poſſeſſione ſua propter ſen-
tentiam iudicis appellationis ſecundæ inſtantiæ re-
uocatoriam electionis Ordinarij , imo in ſua poſſeſſio-
ne primo electus debet eſſe ac permanere, tueri ac de-
fendi,donec literis exſequutorialibus aliud definitum
fuerit : & hoc primo , quia hic electus & prouiſus ab
Ordinario habet titulũ & collationem atque poſſeſſio-
nem per appellationem aſſerti dignioris non amouibi-
lem nec reuocabilem vt ex eadem Bulla retulimus , &
expreſſe in ea cauetur : Is autem , qui per ſententiam
iudicis appellationis , electo ab Ordinario tanquam
dignior præfertur , habet tantum ius quoddam,& hoc
per appellationem ſecundam ab eadem ab electo in-
terpoſitam ſiue legitime interponendam elidibile &
ſuſpenſum , vt *in l.* 1. *§. fin. ad Turpillianum , & in
l. vnic. ff. nihil. nou. appellatio pendent.* non autem
habet titulum firmum ac perfectum , nec vllam
poſſeſſionem. Ergo præfertur in poſſeſſione prior
Ff 2 electus

electus ab ordinario, cum habeat titulum & poſſeſſionem: *argumento l.quoties, cum materia, C.d.rei venditione.* Secundo hæc ſententia deducitur ex mente præfatæ Bullæ Apoſtolicæ, dum prouidet, vt electio ordinarij mandetur exſequutioni, non obſtante appellatione alterius aſſerentis ſe digniorem, ſicque beneficio vacanti, dum lis agitatur, prouidet de paſtore idoneo iudicio ordinarij electo, cui ordinario in hoc magis deferre voluit, & merito Summus Pontifex, dum cauſa non eſt finita, quam iudici appellationis aliud præcipienti, à quo exſtiterit appellatum: quia, in dubio, lite pendente, præſumendum eſt pro electione ordinarij, quod digniorem miniſtrum coadiutorem ſuum in cura animarum elegerit penſatis penſandis, ſicut ſibi eſt præceptum à ſacro Concilio Tridentino: & cum poſtea Summus Pontifex in ſua Bulla dicat, quod ſi quis à ſententia per iudicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad ſedem ipſam Apoſtolicam appellabit, ſicque ſimpliciter permittat ab ea poſſe appellari abſque adiectione, quod exſequatur interim ſententia iudicis appellationis, ſicut expreſſe caueat exſequutioni demandandam eſſe electionem ordinarij, non obſtante appellatione alterius: Ergo intelligitur, ac conſequenter ſenſit Summus Pontifex, vt appellatio, ſecundum prædict. ſic ac cenſeatur eſſe cum ſuis legitimis affectibus deuolutionis & ſuſpenſionis, cum illos non remouerit & de iure ita ſit diſpoſitum, cum quo ſe conformare viſus ſit, ideoque ad ſedem ipſam Apoſtolicam appellandum. Secundo decreuiſſe conijcitur, quia interim prouiſum exſtat paſtore idoneo, beneficio curato, electo ac prouiſo ab ordinario iudicio examinatorum, miſſo in poſſeſſionem beneficij auctoritate Concilij Tridentini & eiuſdem Bullæ Apoſtolicæ.

Tertio, quoniam ad minus ordinarius prouidit idoneum ac competentem miniſtrum, qui oues interim paſcat atque cuſtodiat: at vero, quod prætermiſerit magis idoneum, hoc ſub iudice lis eſt, quamuis prius iudex appellationis id iudicauerit, quandoquidem ab ipſius ſententia ſupponimus legitime eſſe appellatum: quouſque igitur id ordine legitimo ac Canonico abſolutum ſit, hoc eſt, per tres ſententias conformes, non poteſt dici dignior prætermiſſus: & iniquum profecto eſſet, plus credere iudici appellationis, ſuſpenſa eius ſententia per appellationem, quam ordinarij electioni ac prouiſioni, quia auctoritate dicti Concilij Tridentini & Bullæ præfatæ eiuſque forma probata ſuum munus recte exſequutum fuiſſe præſumendum ſit, cum ei plurimum interſit conuenientiorem miniſtrum propriis ouibus præficere, ſicque in dubio exiſtimandum eſt feciſſe. Accedit & quarto odium ſpolij, quod iura abhorrent: ſed prouiſus ab ordinario ac in poſſeſſionem beneficij miſſus iuſte poſſidet, non obſtante appellatione alterius, vt in Concilio & in dict. Bulla: Ergo lite pendente nec innouandum eſt, nec ipſa poſſeſſione ſpoliandus, quouſque lis diffinitiue ac irreuocabiliter finiatur. Non obſtant adducta *ſupra* in contrarium, quia negamus, quod hic aſſertus dignior, talis ſit, quouſque id appareat tribus ſententiis conformibus, vel ſaltem vna aut duabus in auctoritatem rei iudicatæ tranſactis. Inſuper negamus, eſſe æqualitatem ſeruandam inter præfatos duos, quandoquidem prior, & ſic electus ab ordinario, habet titulum & poſſeſſionem, alter vero ius quoddam tantum ad beneficium ex ſententia iudicis appellationis, idque per appellationem ſuſpenſum: magna igitur eſt profecto inter ipſos inæqualitas: Regula autem *d. l. cum quidam*, loquitur in priuilegio & prærogatiua vni ligantium conceſſo, nempe, vt eo ipſo conceſſum videatur alteri ad hoc, vt eo vti quoque poſſit, vt ex eadem leg. patet: at vero nos non ſumus in in eo caſu. Præterea lex illa loquitur in priuilegiis conceſſis circa ordinationem & exſequutionem iudicij: at vero in iudiciis deciſoriis, vt tenent ibi DD. præcipue Bald. *num. 4. verſ. quæro*, vbi Salyc. *numero 2. verſicul. concludamus*, bene diſtinguit in propoſito.

Ex ſuperioribus † iam clare liquet, minus recte 26
exiſtimaſſe Cæſarem Lambertinum *de iure patronatu lib. 2.quæſtion. 10. articul. 3. numero 17.* Patronum non obligari teneri ad præſentandum digniorem, ſed ſatis eſſe, ſi dignum præſentet, vt liber ſit ab omni culpa, ex textu *in dict. capit. monaſterium, 16. quæſtion. 7.* vbi probatur, patronum poſſe nominare quem voluerit modo is malus non ſit: idem nouiſſime tenet Petrus à Nauarra, *lib. 2. de reſtitutione, capite 2. n.150.* ſiquidem contrarium verius eſt atque receptius, nempe, vt licet præſentatio patroni, quoties fit de digno omiſſo digniore, valida ſit atque ab Epiſcopo admittenda, nihilominus tamen, ſi digniorem contemnat, peccabit mortaliter, tenetur ſiquidem inquirere diligenter, qui ſint ad ſacerdotia digniores, eoſque Epiſcopo præſentare, vt ipſis beneficia patronatus conferant, vt ex ſupradictis patet, & in terminis tenet Federicus de Senis *conſil. 95.* Ledeſmius & Mercad. qui *ſupra*, & pleriquè ex præcitatis, & D. Couarr. Lambertinum in hoc reprehendens, ipſiuſque in hoc ſententiam falſam eſſe recte aſſeuerans *dict. §.7.num.5.verſicul. 4.* & Dn. Molina *lib.2. de Hiſpanor. primogenit. cap.5.num.69.* vnde non bene Petrus à Nauarr. *vbi ſupra*, citauit pro ſua ſententia contraria Soto & Couarru. *vbi ſupra* cum ij potius tenent, quod prædiximus, nec diuum Thomam 2. 2. *quæſtione 85. articul. 3.* cum ibi de hæc materia minime loquatur, ſed de alia multum diuerſa: citat etiam pro ſua opinione Concilium Tridentin. *ſeſſione 24. capit. 9. de reformatione*, quod tamen hoc non probat, ſed tantum dicit, quod liceat Epiſcopis præſentatos à patrono ſi idonei non fuerint, repellere, cum idem Concil. Trident. *in loco ſupra citato* potius contrarium probet vt vidimus dicens; *Is, quem patronus digniorem, &c.* Non obſtat text. *in dict. cap. monaſterium*, nam intelligitur hoc modo, vt ſufficiat præſentari à patrono dignum prætermiſſo digniore, ad effectum validæ nominationis, non tamen ad excuſandum à peccato ipſum patronum, qui digniorem potuit nominare vt prædiximus, & eum omiſit. Vel ſecundo reſpondeo, *d. cap. monaſterium*, procedere & loqui † in eo 27
tantum, qui ex propriis facultatibus Eccleſiam vel oratorium inſtituit atque fundauit, hic etenim non tenetur digniorem eligere, ſed ſufficit, ſi idoneum, eligat, quod gloſſa ibi *verb. ne malus*, & communiter ſcribentes ſic reſoluunt, teſte Ludouic. Molina *vbi ſupra*, ſequitur Dominic. à Soto *lib. 3. de iuſtitia & iure quæſtion.6.artic.2.* Opinio tamen † Cæſar. Lam- 28
bert. contraria, & ſequacium ſaluari poteſt in beneficiis ſimplicibus, prout ſunt capellaniæ de iure patronatus, & alia beneficia curam animarum non habentia, in quorum inſtitutione & fundatione aliud expreſſe cautum non ſit: In his etenim etiamſi iuris patronatus ſint, ſufficit præſentare dignum vel idoneum omiſſo digniore, nec tunc peccabitur mortaliter, ſicut nec peccare diximus *ſupra* in prouiſione aliorum beneficiorum ſimplicium, præbendarum & canonicatuum & præſtimoniorum, quæ iuris patronatus non ſunt, eiſdem rationibus, ſecus vero in beneficiis curam animarum habentibus iuris patronatus, in hæc etenim dignior præſentandus erit ſub reatu peccati mortalis, ſicut in cæteris beneficiis curatis, quæ non ſunt de iure patrona-



patronatus, vt *ſupra* reſoluimus, cum in his nuncupatim loquatur ſanctum Concilium Tridentinum præcitatum, & in eis militent rationes *ſupra* in fauorem digniorum adductæ, non vero in ſimplicibus, & ita in ſpecie cum Dominico à Soto limitat, loquens in beneficiis curatis iuris patronatus, Petrus Nauar. *vbi ſupra d.n.150.ibi*: Quod limitat Sotus, niſi beneficium haberet curam animarum, tunc enim iniquiſſimum putat, vt dignior dimittatur.

29 Vlterius † erit nihilominus obſeruandum, conſuetudinem immemorialem & leges Regias de beneficiis patrimonialibus loquentes, hoc eſt, vt beneficia vacantia in certis quibuſdam Epiſcopatibus, ciuibus eiuſdem atque originariis, & non aliis conferantur, prout in Burgenſ. Calagurritanenſ. & Palent. Epiſcopatibus contingit, vt cauetur *in l.21.titul.3.lib.1. Nouæ Collect. Regiæ*, vbi forma ſeruanda in his electionibus præfigitur: Idemque ſeruandum eſt in aliis locis, vbi eadem conſuetudo fuerit, quod beneficia ſint patrimonialia, vt *in leg.23.eiuſdem titul.* eſſe æquiſſimas ac iuſtas, vt probat Dominicus à Soto *lib.3. de iuſtitia & iure, quæſtion 6.articul.2.verſicul. en naſcitur*, & tenentur electores magis idoneum ex illis eligere, ſecundum Mercad. *de tratos, y contratos, lib.5. cap.17 fol.205 col.1. in verſic. ſi manda*, & quod ſint iuſtæ dict. ll. probat etiam Ledeſmius *in 2.4.quæſtion.18 artic.2.verſiculo 5. & verſicul. præterea ille, fol. 256.* vbi quod † conferens
30 alteri beneficium quam tali ciui, tenetur ad reſtitutionem prædictis ciuibus, & vni, ſi ſolus eſſet vnus ciuis: ſequitur etiam Petrus à Nauarr. *libr. 1. de reſtitutione capit. 2. num. 156.* vbi quid in cathedris & collegiorum præbendis: Non enim parui æſtimandus eſt ingenitus amor, quem quis ad natiuum ſolum habet: præſertim, quod licet poſſent nonunquam inueniri extranei meritis præſtantiores, multum eſt Eccleſiis conducentius, vt ambitionibus & litibus ſibi moleſtiſſimis obuietur: tum etiam, quia laici & vicini videntes naturales loci præferri & ad beneficia admitti, filios ſuos ad ſtudium mittunt, eoſque multipliciter edoceri faciunt in his, quæ ad ſacerdotium ſunt neceſſaria, quia magis idoneus præfertur minus idoneo, ſecundum ſtatuta & conſtitutiones illorum Epiſcopatuum, vt pro ſuſtinenda conſuetudine immemoriali eorum circa beneficia, quæ ſint patrimonialia, conſiderauit Palat. Rub. *in tractatu de beneficiis vacantibus in curia, §.12.* alia in fauorem eiuſdem ſimiliter adducens: & vtinam de beneficiis, ſaltem parochialibus, quibus annexa eſt animarum cura, eaſdem ll. vbique ſanciret Eccleſia, quod in Concilio Tridentino ſummo omnium conſenſu conſultatum fuit, ſecundum Dominic. à Soto *vbi ſupr.* quod eſſet ſanctiſſimum ſecundum D. Couar. *in pract. quæſt. cap.35. num.5. ad finem, & cap.36. num.3. verſicul. olim.* ibi, *Hoc ipſum fieri, &c.* & D. Azeued. *in l. 14. & 25. num. 9. & in l.21. tit.3 libr.1. Nouæ Collect. Regiæ.*

31 Quare † deciſum exſtat *in dict. l. 21.* vt nullus à Summo Pontifice literas Apoſtolicas impetret ad præd. beneficia patrimonialia in derogationem prædict. laudabilis conſuetudinis, ac impetratis vtatur, quouſque in Conſilio Regali videantur, & licentia præſtetur eis vtendi, de quo late per Palat. Rub. & Cou. *vbi ſupra d. verſ. olim.*

32 Ex quibus † deducitur primo, eiſdem prope rationibus ſancte & iuſtiſſime indulſiſſe Summum Pontificem ad inſtantiam & ſupplicationem noſtri Regis Hiſpaniæ ac capitulorum Eccleſiaſticorum Eccleſiarum Cathedralium horum Regnorum eiſdem, vt in vnaquaque earum primo vacatura præbenda canonicatus prouideretur Magiſtro in ſacra Theologia, ad prædicandum Euangelium Dei, & altera Doctori vel Licentiato in vtroque vel altero iurium, ad defendendum iura & cauſas Eccleſiæ: Id quod in tota Hiſpania exſequutioni traditum eſt abhinc plus centum annis, quo prædict. indultum à ſede Apoſtolica emanauit de quibus præbendis Magiſtralibus & Doctoralibus fit mentio in Concilio Tridentino *ſeſſione 25. cap.5 in decreto de reformatione*, & Concilio prouinciali Compoſtellano Salmanticæ habito, actione 2. *decreto 39.* & vt experientia docet, maximam vtilitatem ac honorem ex eo Eccleſiæ horum Regnorum conſequuntur, præcipue, quando electio eorum iuſte & ſic de digniore fit, prout debet: ac proinde Reges Hiſpaniæ, tanquam iuſtum ac ſanctum indultum huiuſmodi totis viribus obſeruari volunt, ac omnino eidem derogari prohibent, vt cauetur *in l. 25. tit. 3. libr. 1. Nouæ Collect. Regiæ.*

Quinimo † & ſæpiſſime hos canonicos Magiſtra- 33
les & Doctorales, tanquam digniſſimos & meritiſſimos ad maiores dignitates, hoc eſt, ad Eccleſias ipſas gubernandas, promouent ac Summo Pontifici ad prælatos earundem præſentant: de quo præ aliis merito laudandus venit noſter Maximus Monarcha ac inuictiſſimus Rex Philippus II. Hiſpaniarum, qui nunc proſpere ac feliciter regnat, & vtinam regnet plurimis annis, is, inquam, pro ſua in omnibus ſumma religione, cum ſibi ſemper curæ ſit digniores Eccleſiæ præficere, plures ex canonicis in præfatis præbendis Magiſtralibus & Doctoralibus ad id munus exſequendum euehit: & adeo iuſta eſt lex Pontificia, ſiue indultum Apoſtolicum ſupradictum, vt electores, qui præbendam Magiſtralem aut Doctoralem aliis, quam in ſacra Theologia Magiſtris vel Doctoribus, ſiue Licentiatis in vtroque vel altero iurium reſpectiue contulerint, teneantur illis ad reſtitutionem, vt probat Ledeſmius *vbi ſupr. fol.253. col.3. verſ.3. & verſ.4. & fol.256. verſ. præterea*, vbi, quod ſunt iuſtæ ſimiles leges, & *fol.254. verſ.7.* idem concludit in obtinente huiuſmodi præbendam dandam Doctori Theologo, qui per mendacium affirmans ſe eſſe talem, cum vere non ſit, eam conſequutus eſt; Nam hic † quoque tenebitur Docto- 34
ri Theologo reſignare & reſtituere præbendam: addetu, cum fructibus perceptis & percipiendis, cum ſit malæ fidei poſſeſſor, & idem in obtinente præbendam Doctor. iuriſperito dandam, per mendacium, vt in Theologo debitam dictum eſt.

Secundo † deducitur, iuſtas itidem eſſe leges huius 35
Regni, quæ prohibent exteris conferri beneficia & penſiones Eccleſiaſticas ſuper eiſdem beneficiis horum Regnorum, ſed tantum Regnicolis ac eorum originariis, & naturalitates aliis conceſſæ reuocantur, vt *in l.14. & ſequent. tit. 3. lib. 1. Nouæ Coll. Reg.* vbi nouiſſime conciuis noſter Azeuedo plures rationes congerit pro iuſtitia earundem legum.

Tertio † infertur, iuſte defendi poſſe, ac literis exſe- 36
quutoriis Regalis Concilij obſeruari iuſſum eſſe ſtatutum fundamentale auctoritate ſedis Apoſtolicæ roboratum Eccleſiæ Cathedralis Placentinæ, quo cauetur, vt ſeruitores chori oriundi ex ciuitate vel diœceſi aſſumantur & promoueantur ad præbendas & dignitates pro tempore vacantes eiuſdem Eccleſiæ, vt in terminis quoque probauit incola eiuſdem ciuitatis *in d.l. 14. n. 11.* Itaque in terminis d. ſtatuti non ſufficit, quod ſit de ſeruitoribus chori promouendus, niſi ſit naturalis & idoneus, neq; quod ſit idoneus de ciuitate vel diœceſi, niſi ſit de ſeruitoribus chori idoneis ibi exſiſtentibus, nec quod ſit naturalis & de ſeruitoribus chori, niſi ſit idoneus. Itaque ſeruitor chori naturalis non idoneus, ea qualitate, quæ requiritur à Concil. Trid. & ſynodali Compoſtellano, hoc eſt, gradus, non præfertur alij ſeruitori eiuſdem chori qualificato,

vt præfertur, non naturali, imo hic illi præponendus erit, vt accepi in Rota concluſum in vna Archidiaconatus de Medellin. pro Licentiato Parra, Canonico Doctorali eiuſdem Eccleſiæ non naturali, contra alios Canonicos d. Eccleſiæ, oriundos ex eadem ciuitate, non tamen graduatos, me in partibus patrono exiſtente pro d. Licentiato Parra.

37 Quarto † hinc eſt, iure defendi poſſe, validam eſſe conditionem fundatoris beneficij vel capellaniæ iuris patronatus, tempore eius creationis appoſitam, qua caueatur, ordinetur ac ſtabiliatur, vt patroni ſemper nominent ac præſentent clericum ex ſuo genere ac parentela ad præd. beneficium ſeu capellaniam: quod etiam comprobatur ex his, quæ latius nos adduximus *conſil. 1. n. 1. & conſ. 2. n. 3.* vbi citauimus ad hoc Concil. Trident. *ſeſſ. 25. in decreto de reformatione, c. 5. incip. Ratio poſtulat.* vbi omnes qualitates in fundatione appoſitæ iubentur ad vnguem obſeruari, adeo vt aliter facta prouiſio, nulla ac ſubreptitia ſit, & in terminis poſt nos idem probauit conciuis noſter *in d. l. 14 n. 13.* vbi etiam allegans Cæſar. Lambert. quem & alios nos *vbi ſupr.* citauimus: ſed & eandem ſententiam ſenſit prius Ioan. Maior *vbi ſupr. in 4. diſtinct. 15. d. quæſt. 9.* aſſeuerans, Eccleſia ab aliquo conſtructa, doteque congrua eius miniſtris conſtituta, ea lege & conditione, vt ad Eccleſiæ miniſterium electio, nominatio & præſentatio fiat ex certo genere, vel inſtituentis familia; ſemper digniorem præſentandum fore Epiſcopo, vt eum inſtituat; & clauſulam à primo inſtitutore additam tunc obſeruandam eſſe, cum plures ſint dignitate æquales. Quo quidem caſu locus erit gratiæ & liberæ nominationi. Bene igitur ſentit ac præſupponit Maior his verbis; *præſentandum debere eſſe ex illo genere & familia à fundatore præceptis:* dum tamen exprimit, eſſe digniorem ex illo genere præſentandum, eius ſententia vera eſt, ac proinde patronus inſpecta materia ſubiecta ſub pœna peccati mortalis, tenebitur digniorem ex illis Epiſcopo præſentare, vt probant Federicus de Senis *dict. conſil. 95.* & Mercad. *vbi ſupr.* nec non, & Salon *in loco infra num. 40. citando.* Quod ſi maior voluit digniorem eſſe nominandum, etiamſi non ſit ex illis, quos fundator Eccleſiæ nominari & præfici mandauit, eius opinio admittenda non eſt, vt in ſpecie probauit Dominic. à Soto, quem refert ac ſequitur D. Couarr. *vbi ſupr. dict. §. 7. num. 5. verſicul. quinto*, potuit enim, qui Eccleſiam inſtituit iuſte legem hanc inſtitutioni addere, idcirco ſeruanda erit, modo ſatis dignus poſſit ex eo perſonarum genere Ec-
38 cleſiæ præfici, ſecundum † Couarr. *vbi ſupr.* Prædict. tamen ſententiam Maioris, dum habet; in hac ſpecie digniorem ex genere & familia à fundatore explicitis præſentandum eſſe, veram eſſe inſuper intelligo, ex illis, qui in qualitatibus à teſtatore requiſitis, nempe in gradu conſanguinitatis & ordine & cæteris ſunt pares, tunc enim merito, vt dignior præſentandus ſit, ſub pœna peccati mortalis, quamuis præſentatio de digno, omiſſo digniore, ſit in vtroque foro valida & ſeruanda, vt prædiximus, præterquam in beneficiis curatis, in quibus à digniore contempto poteſt appellari iuxta latius ſupradicta: attamen ſi dignior ſit re-
39 motior, cum fundator † proximiorem præferendum eſſe decreuerit, vel etiam ſacris non initiatus, cum presbyteros vel ſaltem in ſacris conſtitutos præferri voluerit, aut præterea aliis qualitatibus requiſitis ab eodem fundatore defecerit, quamuis ſit conſanguineus eiuſdem, dignus autem reperiatur ex eodem genere & familia propinquior & ordinatus, vel cum aliis qualitatibus requiſitis tunc eadem ratione exiſtimo hunc eſſe præſumendum ac præferendum, non vero digniorem, iuxta voluntatem fundatoris omnino ſeruandam, vt prædiximus, cum ea in ſpecie perinde iudicandum eſſe videatur, ac ſi dignior non eſſet de præd. genere & familia, Quandoquidem paria ſunt, eſſe cæteris qualitatibus requiſitis deficientibus, & non eſſe, cum in idoneo eædem reperiantur, & in terminis in legato relicto conſanguineis pauperibus quod præferatur propinquior pauper remotiori, pauperiori tamen aut maioris ætatis, tenet Corduba *in ſua ſumma de caſos de conſciencia quæſt. 72. in princ.* allegans Cæſar Lambertinum vbi limitat in caſu particulari, de quo ibi per eum.

Cæterum † nihilominus conditio illa fundatorum, 40
qua facultatem & poteſtatem concedunt Epiſcopis & patronis ſucceſſoribus, vt conferant, cui digno voluerint Sacerdotia vel præbendas ab illis inſtitutas ac dotatas, relicto digniore, vel eſto, quod ſit dignior, non ſint aſtricti ad eligendum eum in conſcientia, non eſt valida nec ſufficiens, cum ſit contra legem diuinam & humanam, & contra rationem iuſtitiæ diſtributiuæ, quæ habet, vt beneficia Eccleſiaſtica prouidenda ſint dignioribus, & licet fundatores poſſent non inſtituere iam quod inſtituunt, id debent facere conformiter ad leges, vt *in l. nemo poteſt, ff. de legat. 1.* & in terminis ita cum Ioann. Maior. *vbi ſupr. in 4. diſtinct. 24. quæſt. 3.* tenet Ledeſmius *in 2. 4. quæſt. 18. artic. 2. fol. 156. in verſic. ſed quia diximus, &c.* quod probo: contrariam tamen omnino ſententiam fundat & late probat Salon *vbi ſupr. in c. ſequ. an ad beneficia ſit eligendus dignior, col.* 1010. *cum ſeqq.* eſtque probabilis ac proinde excuſabit in conſcientia. Ex ſupradictis inſurgit dubitatio, duæ vacant Eccleſiæ vel beneficia, quorum vnum vberius eſt altero: pinguius vero nullam habet animarum curam, alterum autem, quod fructibus eſt ſterile, eandem habet annexam, vel plures habet ſub ſe parœcianos, plus quam doctrina indigentes: verbi gratia; Eccleſia Toletana & Granatenſi ſimul vacantibus, illa locupletiſſima eſt, hæc autem pauperior, habet tamen multos ex Mahometis Neophytos: itidem & ſunt duo Sacerdotes, dignus & dignior, quomodo ſunt hæ duæ Eccleſiæ, vel præbendæ, ſiue beneficia prouidenda: Et in hoc Ledeſmius *vbi ſupra*, aſſerit, probabilius eſſe, quod digniori detur pinguius beneficium, ex illo Pauli priori *ad Thimoteum 5. Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur*: Ergo maior honor dandus eſt
digniori. Nec obſtat, quod † ſecundum hoc male pro- 41
uidetur Eccleſiæ, fieretque iniuria ſi vbi magis indiget, vt eſt in cura animarum, præficitur minus dignus, & vbi minus indiget, præficitur dignior; Nam negatur antecedens, quia ille dignior, qui præficitur beneficio ſimplici vel minus indigenti, eſt etiam miniſter Eccleſiæ vniuerſalis, eique adminiſtrat, ad quod habenda eſt ratio, & ideo magis præmiandus, quia laborat in vniuerſali Eccleſia, verbo & doctrina & vitæ ſanctimonia. Domic. autẽm à Sot. *libr. 3. de iuſtitia & iure, quæſt. 6. artic. 2. verſic. hinc exſurgit*, in hac eadem ſpecie reſpondet contrarium, nempe ſemper habendam rationem publicæ neceſſitatis, ad quam nos Chriſtiana charitas aſtringit, ideoque animarum curam digniori eſſe commendandam, ibique reſpondet auctoritati diui Pauli ſuperius in contrarium adductæ. Quid tenendum.

Ego profecto † huic opinioni Dominic. à Soto, potius accedo, quam cõtrariæ Ledeſmij, tum ex eo quod publica vtilitas præferenda ſit priuatæ, vt ſunt iura vulgaria, tum etiam quia vt ipſemet Ledeſm. *ſupr.* non ſemel probauit, prouentus Eccleſiarum ſunt Eccleſiarum & non miniſtrorum digniorum, licet ſint ad illum finem conducendi: id quod etiam prius reſoluerat idem Sot. *vbi ſupra d. artic. 2.* & late Nauar. *in manuali Latino cap. 17. num. 72. & 73.* Ergo dato hoc concurſu, potius prouidendum eſt Eccleſiæ egentiori,





& ſic curatæ, & magis curatæ de digniori miniſtro, quam huic pinguiori non ita digniore indigenti. Ex hac igitur maxima Ledeſmij, quæ vera quidem eſt conuincitur, veram minime eſſe eiuſdem auctoris præfatam ſentẽtiam, quam in præſenti dubio pronuntiauimus, quaſi hæc duo inter ſe repugnantiam quandam habere videantur: Nec reſponſio Ledeſmij ad difficultatem contra ſuam ſententiam obiectam, mihi ſatisfacit nec concludens eſt, quoniam etſi dignior, qui iuxta ſuam opinionem præfici debet beneficio ſeu Eccleſiæ pinguiori, minus in indigenti dicatur ac cenſeatur per hoc inſeruire Eccleſiæ vniuerſali: hoc tamen verum eſt, non quidem præcipuè de per ſe, ſed per quandam conſequentiam, quatenus hæc Eccleſia particularis eſt membrum Eccleſiæ vniuerſalis, & ſic, quod principaliter ſit, attendendum eſt, & ita merito hanc noſtram ſententiam poſt hæc ſcripta probauit indubiè Salon *vbi ſupr. in d. 3. controu. colum. 1003. in princip.*

42 Superiora † omnia de digniore eligendo ad Eccleſias & beneficia Eccleſiaſtica, procedunt etiam eiſdem rationibus in electione & prouiſione munerum publicorum ſæcularium atque Reipublicæ magiſtratuum, officiorumque gubernationis & adminiſtrationis iuſtitiæ, ex quibus totius Regni regimen, Eccleſiaſticique ac ſæcularis ſtatus moderatio plerunque pendet: & probatur præterea ex text. *in authent. vt iudic. ſine quoquo ſuffragio, §. eos autem, collat. 2.* ibi, *Honeſtiorum quoſdam ad adminiſtrationes dirigere*: & iterum ibi: *Teſtimonium habens quidem, quia ſit optimus*, text. *in auth. de defenſor. ciuit. in princip. verſ. interim*, ibi, *Sed inuicem vniuerſi nobiliores*, vbi gloſſ. *verb. nobiliores*, inquit, notabiliores eſſe eligendos, quam ibidem ſcribentes ſequuntur, *l. ad ſubeunda, C. de decurion. lib. 10.* ibi, *Digniſſimi meritis & facultatibus*, Thomas Grammat. *conſ. 6. num. 11. l. 1. tit. 4. lib. 2. Noua Collect. Regia, per totum*: ſiue etenim hæc publica munera conferantur, vt onera Reipublicæ, quæ priuati ad eius miniſterium ſubire tenentur, vel vt bona & honores ipſius communitatis, vtroque caſu peccatur digno conferendo omiſſo digniore: Priori quidem, quia conferens non ſeruat illam iuſtitiæ & rectitudinis rationem in regimine communitatis, qua vti debet erga ipſam rempublicam, cum teneatur digniorem muneribus publicis præficere, vt *in d. cap. licet ergo, & in cap. vnico, vt Eccleſiaſ. benef. & in cap. viliſſimus, 1. q. 1.* poſteriori autem caſu peccat Princeps communitatis aduerſus iuſtitiam diſtributiuam, iuxta quam tenetur Reipublicæ honores & bona ſubditis diſtribuere, ſecundum cuiuſque dignitatem, vt dignior digno, melior bono in his aſſequendis præferatur, vt ex Ariſtot. *lib. 5. ethic. cap. 3.* probauit in noſtris terminis D. Couar. *vbi ſuprà*, per totum illum, §. 7. & præcipuè *num. 3.* & ante eum idem tenuit D. à Soto *lib. 4. de iuſtitia & iure, quæſt. 6. art. 3. pag. 338. colum. 1. ad finem, in verſ. idem affirmatiuè*, & D. Molin. *de Hiſpan. primogen. lib. 2. cap. 5. num. 66.* & Didacus Perez *vbi ſuprà, colum. 257. verſic. hinc infertur*, vbi quod ſi aliter ſiat, non eſt reſtitutio facienda prætermiſſis: ſequitur etiam Mercad. *vbi ſupra, fol. 209. ibi: Y por que caſi*, vbi optimè declarat, Principem teneri prouidere optimos ac rectos iudices, alias peccare, ac ad reſtitutionem damni illati teneri, ſi ſciens defectum vel inhabilitatem iudicis, cum præfecit officio, vel ſi non adhibuit debitam diligentiam ac informationem ad id neceſſariam, non fecit vt ſciret, alias ſecus, ibique ſigillatim enumerat conditiones & partes, quibus bonus iudex conſtare debet: Eandem ſententiam latè probat nouiſſime Salon *de iuſtitia & iure fol. 63. art. 2. controu. 9.* & ita eſt tenendum, tametſi Caiet. *in ſumma verb. electio, verſicul. electio ſæcularis*, atque Armilla aurea *verb. electio, num. 5.* teneant in ſæcularibus officiis ſufficere dignum eligere, etſi dignior prætermittatur, eorum tamen opinio in hoc non videtur vera nec tuta ex ſupradictis, & in ſpecie id teſtatur D. Molin. *d. num. 66. in princip.*

Circa ſupradicta † omnia obſeruandum erit, dignum 43
& idoneum, cui beneficium Eccleſiaſticum vel munus publicum collatum fuerit, prætermiſſo digniori, in animæ iudicio tutum eſſe ac poſſe, iuſtiſſime id poſſidere, tametſi, qui eum illi præfecerit, peccauerit mortaliter, omittendo digniorem, vt reſoluunt ſcribentes *in 4. diſtinctione 15.* præcipue Scotus & Ricard. & Ioannes Maior, *ibi quæſt. 8. & 9.* Diuus Thom. & Caietan. *2. 2. quæſt. 185. articul. 3.* Dn. Couarru. *in regul. peccatum, 2. part. §. 7. num. 4. in verſicul. ex his autem*, & ante eum Dominic. à Soto *libr. 3. de iuſtitia & iure, quæſt. 6. artic. 2. verſicul. contra hæc tamen*, & Didac. Perez *vbi ſupr. col. 255 verſiculo dignus autem*: dicunt enim Diuus Thom. & cæteri, quod ex parte eius, qui aſſumitur, non requiritur, quod reputet ſe aliis meliorem (hoc enim eſſet ſuperbum & præſumptuoſum) ſed ſufficit, quod nihil in ſe inueniat, per quod illicitum ei reddatur aſſumere prælationis officium.

Eligens † autem indignum ad Eccleſiam, præben- 44
dam, dignitatem vel aliud Eccleſiaſticum beneficium vel publicum officium, omiſſo digno, tenetur ad reſtitutionem, non quidem digno prætermiſſo, cum nullum ius conſiderabile ad beneficium illud, ſeu munus publicum prætendere poſſet, ſed Eccleſiæ vel Reipublicæ, cui ex electione indigni ipſum damnum vere & proprie illatum eſt. Prouiſor enim tenetur per iuſtitiam commutatiuam dignum Eccleſiæ vel Reipublicæ miniſtrum prouidere, contrarium igitur prouidens, hoc eſt, indignum, tenetur Eccleſiæ vel Reipublicæ reſtituere, quod prædiximus. Secundo, quia vt non ſemel diximus, redditur Eccleſiaſtici atque officia publica ſunt quidem principaliter inſtituta in vtilitatem & ſeruitium ipſarum Eccleſiarum & Reipublicæ reſpectiue, atque ſunt ipſarum, non vero ſolum ſtipendia miniſtrorum, quamuis in eum finem, vt digniores miniſtri eligantur conſtituta ſint: Damnum
igitur † obueniens ex electione mali miniſtri ac indi- 45
gni, ipſis Eccleſiis ac Reipublicæ contingit, non vero miniſtris dignis omiſſis, qui magis dicuntur certare de lucro omiſſo, quam de damno emergenti: at vero Eccleſiæ & Reipublicæ, quibus indignis miniſtris prouiſum extat, proprie agunt de damno ſibi contingente euitando in reſtitutione hac obtinenda: Igitur ipſis reſtitutio facienda erit, non vero dignis omiſſis, qui nullum ius conſiderabile prætendere poſſunt: quod* ſi adhuc aliquod poſſent ratione impedimenti conſequutionis beneficij vel officij ſibi facti, ab electore vel prouiſore, adhuc Eccleſiæ vel Reipublicæ, cui damnum præcipuè illatum eſt, eſt fortius, maius ac conſiderabilius, quare id præferendum, quia duobus in ſolidum idem damnum reſtituere non tenetur. Tertio, hæc ſententia optimo ſimili confirmari poteſt; Nam ſi paterfamilias œconomum ſuum ad conducendum operarios mitteret, ille autem illos ſtudio conduceret, qui non eſſent ad operas idonei, omiſſis idoneis, reſtituere profecto damnum teneretur, non illis idoneis, quos omiſit, ſed domino, cui damnum dedit: Ergo ita Epiſcopus vel alius prouiſor conferens Eccleſiam, beneficium vel officium indigno, relicto digno, ei non tenebitur ad reſtitutionem ſed Eccleſiæ vel Reipublicæ, quam læſit, idcirco deberet indigno alium coadiutorem ſuis expenſis dare vel alia ratione proſpicere, vt damnum illi in detrimentum animarum datum alleuiaret. Similiter ſi Reſpublica

dat Regi aut Duci pinguem pecuniam, vt conducat milites ad bellum, Dux autem conducit ignauos, prætermiſſis fortibus, clarum eſt, Regem vel Ducem illum iniuriam facere & ad reſtitutionem teneri, vt omnes fatentur, non quidem ſtrenuis militibus, ſed Rei-
46 publicæ: Ergo idem † eſt dicendum in Republica Eccleſiaſtica. Accedit vlterius. Papa conſtituit Epiſcopos Duces Eccleſiæ: Epiſcopi autem eligunt miniſtros indignos, tenebuntur quidem ad reſtitutionem Epiſcopi, non quidem dignis miniſtris, ſed Eccleſiæ. Quarto, bona Eccleſiaſtica, hoc eſt, ipſius redditus, non ſunt niſi ſtipendium pro illis, qui conuenienter ei ſeruierunt: at hi miniſtri omiſſi, quantumcunque digni, non adminiſtrauerunt, nec Eccleſiæ ſeruierunt: Ergo nihil eis debetur, ſed Eccleſiæ pro miniſtro digno conducendo, vel pro damno ſibi euidenter dato aliter ſatisfaciendo. Et in terminis hanc ſententiam in eo, qui ex craſſa ignorantia, vel ſcienter Eccleſiam, vel beneficium munuſue publicum indigno contulerit tenet Adrianus *in 4. in tractatu de reſtitutione, capit. quia iam determinatum eſt, verſiculo ſecunda concluſio*, Dominicus à Soto *libr. 4. de iuſtitia & iure, quæſt. 6. articulo 3. ad ſextum; verſiculo ex his ergo*, vbi quod huic ſententiæ cõmunis animorum conceptio applaudit & eam latiſſime probat aduerſus Caietan. Palud. & Syluestrum tenentes, digno prætermiſſo hac in ſpecie faciendam eſſe reſtitutionem, Ledeſmius *in ſecundam quarti, quæſtion. 18 articul. 2. fol. 253. verſicul. nihilominus alia eſt opinio*, & Mercad. *libr. 6. de contract. c. 17. fol. 208. colum. 2. verſicul. lo ſegundo*, vbi quod omnes concordant, ex indigni præſentatione peccatur mortaliter, & ad reſtitutionem tenetur eum præſentans omnium prope vel quaſi redditunm beneficij vel officij, & tandem ſequitur communem opinionem contra alios in eo, quod reſtitutio hoc caſu fieri debeat Eccleſiæ, non vero digno prætermiſſo; ſequitur etiam Ioſeph. Angles *in ſuis floribus Theologicar. quæſt. in 2. part. titulo de clerica reſtit. obnox. pagin. 209. colum. 1.* & Petrus à Nauar. *lib. 2. de reſtitutione, cap. 2. n. 120. & 132.* & ex noſtris eandem ſententiam tenent Anch. *in Clem. 1. in fine de ætate & qualitate*, Felinus *in cap. ſi quando, n. 7. de reſcript.* Ioan. Lupius de Palat. Rub. *in repetitione cap. per veſtras, notab. 3. §. 26. num. 11. de donat. inter vir. & vxor.* & eos referens D. Couarr. *d. §. 7. num. 2.* Nauarr. *in Man. Latin. cap. 17. num. 72. & 73.* D. Molin. *de Hiſpan. primog. cap. 5. n. 57. verſ. quod quando, &c.* imo ſecund. ipſum Petrum à Nauar. *vbi ſupr.*
47 *n. 154. & 155. & 164.* collatio facta † indigno eſt nulla in vtroque foro, & quod appellatione in foro exteriori priuabitur beneficio, qui probatur indignus, imo damna alia ex tali electione ſequuta tenetur reſarcire, & idem cum Mercad. probat in officio publico iuſtitiæ, vt in auditoribus Regiis, perquiſitoribus, iudicibus, & rectoribus, &c. vt ſi eligatur indignus, peccet mortaliter eligens & ad damni reſtitutionem teneatur, & quod conferens indigno, vel procurans vt indignus promoueatur ad beneficium Eccleſiaſt. abſque dubio peccet mortaliter, tradit cum aliis Flamin. Pariſ. *vbi ſupra, dict. lib. 4. de reſig. ben. quæſt. 11. num. 37.* Sic etiam reſignans in fauorem indigni peccat, & hæc eſt verior & communis opinio, vt pluribus allegatis reſoluit & late eam probat, reſpondens contrariis fundamentis Flamin. *vbi ſupra, num. 34. cum ſeqq.* Si tamen fortaſſis ex indigni nominatione & prælatione nullum damnum Eccleſiæ aut Reipublicæ poſtea immineat, quippe qui variis ex cauſſis commode & prouide officium geſſerit, adhuc peccabit elector mortaliter, vt *in capit. ſi quoſcunque, 1. quæſtione 1.* & probat latius Dn. Couarru. *vbi ſupra, num. 2. paulo ante fin.*

Supereſt modo hic examinare illam egregiam ac difficilem quæſtionem; *An eligens dignum, prætermiſſo digniore, teneatur ad reſtitutionem & damni ſatisfactionem ipſi digniori faciendam, necne?* Eccleſiæ namque indubium eſt, quod non ſit facienda, cum eidem dignum præpoſuerit miniſtrum, nec aliquod damnum, ſaltem conſiderabile, eidem intulerit: ſed quod digniori omiſſo teneatur ad reſtitutionem, probarunt Caietan. 2. 2. *quæſt. 62. art. 2. ad quartum, verſiculo ad confirmationem, & in ſumma in verb acceptio*, Palud. *in 4. diſtinct. 15. quæſt. 2. art. 2. concluſ. 4.* & Syluester *verb. reſtitutio, 3. quæſt. vltima*, & nouiſſimè Petr. à Nauar. *lib. 2. de reſtitutione, cap. 2. num. 140. cum ſequentibus:* quæ opinio 1. fundatur, quia elector vel Epiſcopus tenetur hoc Sacerdotium vel officium publicum digniori dare: Ergo non ſatisfacit, niſi id vel ſaltem æquiualens dederit, vt patet. Secundò comprobatur præfata opinio, ex eo, quod Epiſcopus tenetur ex iuſtitia diſtributiua facere, quod commune bonum, id eſt, dignitas Eccleſiaſtica aut beneficium ſit proprium dignioris: ergo ad id tenetur, vel æquale, & ſic ad reſtitutionem. Præterea, qui obligatur ex bonis communitatis mihi dare centum, nec dat, cum ea dare poſſit, infert mihi damnum in centum, & per hoc iuſtitia commutatiua violatur; Siquidem ſuppoſita diſtributionis lege, ex qua mihi centum debentur, qui hæc mihi cum poſſit & teneatur, non dederit, iuſtitiæ commutatiuæ refragatur, auctore D. Thom. 2. 2. *quæſtione 62. art. 1. ad 3.* Igitur ad reſtitutionem tenetur ratione violatæ iuſtitiæ commutatiuæ, ſicut omnes fatentur. Tertiò, quia paria eſſe videntur, ab aliquo auferre quod ſuum eſt, vel ipſi non dare, quod ei debetur. Sed qui digniori non dat Eccleſiam, dignitatem, Sacerdotium aut munus, & res communitatis, quæ ei debentur, negat rem debitam ei ſoluere: Ergo tenetur ad reſtitutionem, ac ſi ab eo abſtuliſſet, quod proprium erat. Quartò, & † fortaſſis peremptorie, 48
quoniam, vt ſcribunt Sanct. Thom. 2. 2. *quæſt. 61. art. 2. ad quartum*, & Syluest. *verb reſtitutio, 3. quæſt. vltima*, & communiter alij Theologi, vt fatetur Ledeſmius *in 2. 4. quæſtione 18. articulo 2. folio 253. verſicul. ſed contra*, impediens, ne detur beneficium digniori, tenetur ei ad reſtitutionem: Ergo ad eandem quoque tenebitur, quia potuit & tenebatur ei conferre, & non contulit, ſed digno. Quintò addit Nauar. *vbi ſuprà, num.* 144. aliam rationem, quæ ſibi valida videtur, nempe, iuſtitia omnis eſt, dare vnicuique, quod ſuum eſt: Ergo, qui quamcunque iuſtitiam lædit, aufert à proximo, quod ſuum eſt? ſed quicunque abſtulit à proximo, quod ſuum eſt, in conſcientia reſtituere tenetur: Ergo non conferens digniori beneficium, eidem ad reſtitutionem tenetur. Quinimo quod non ſolum digniori omiſſo, ſed etiam Eccleſiæ ſit in hac ſpecie facienda reſtitutio, probat latiſſime Salon *de iuſtitia & iure in 2. 2. D. Thomæ quæſtione 63. articulo quarto, controuerſ. 3. in 4. concluſione, column.* 1115. *cum ſeqq.*

His tamen non obſtantibus, contrariam † ſenten- 49
tiam defendo ac probo, tanquam veriorem & in praxi conuenientiorem, quæ eligentibus dignum prætermiſſo digniore reſpectu reſtitutionis non faciendæ fauorabilis eſt ac potior, nempe, vt quamuis hi peccent quidem mortaliter ita eligendo, cum teneantur ipſi beneficium conferre, ſi ad id aduerterunt, vel ſua negligentia vel culpa, diligentiam conuenientem ac neceſſariam ad id ſciendum facere omiſerunt, vt eſt prædictum: Nihilominus tamen ad nullam reſtitutionem faciendam teneantur digniori prætermiſſo. Primo quia ſi reſtitutio in hac ſpecie facienda eſſet, non alia contingeret ratione, quam quod digniori damnum illatum



illatum fuerit in re ſibi debita: Hæc tamen ratio in propoſito non concurrit, quia ipſa tantum obtinet, quando damnum alicui fit in re propria, vel ſibi debita vt propria, non autem ei debita vt communi: Res
50 autem † debita vt communis, non eſt propriè nec verè debita, præcipuè cum debeatur ad vtilitatem communitatis, vt contingit in beneficiis & publicis muneribus; Nam vt inquit Sanctus Thom. 2. 2. *quæſt. 16. art. 1. ad tertium*, alio modo debetur alicui quod eſt commune, alio vero quod eſt proprium: at verò Princeps vel alius prouiſor conferens digno, prætermiſſo digniore, Eccleſiam vel publicum munus, ſeu Sacerdotium, quod ei debitum erat, ſolum peccat reſpectu dignioris aduerſus iuſtitiam diſtributiuam, quia eſt acceptor perſonarum, digniori non concedens ex bonis communitatis, quod iuxta eius dignitatem ei potius, quam digno debitum erat, at obligatio reſtituendi non procedit à iuſtitia diſtributiua, ſed à commutatiua, ſecundum D. Thom. 2. 2. *quæſt. 62. art. 1. in corpore quæſtionis:* Igitur in noſtra ſpecie prouiſor
51 non † tenetur ad reſtitutionem. Ex qua deducitur optima doctrina in propoſito, nempe, eam eſſe differentiam inter iuſtitiam diſtributiuam & iuſtitiam
52 commutatiuam, quia † illa agit de diſtribuendis bonis communibus alicuius nempe communitatis, inter eos, qui eiuſdem ſunt communitatis: Hæc autem, id eſt, iuſtitia commutatiua, agit de bonis priuatis vnicuique cuius ea propria ſunt, dandis ſicque eo tendit, vt vnuſquiſque habeat à priuatis & particularibus, quod ſuum eſt, vnde prior iuſtitia, id eſt, diſtributiua, conſtituitur reſpectu communitatis ad priuatos, poſterior vero, id eſt, commutatiua, reſpectu priuati ad priuatum, ſicut prius docuit Ariſtot. *lib. 5. ethicorum, cap. 5.* & poſt eum Sanct. Thom. 2. 2. *quæſt. 61. art. 1. Florent. in 4. parte ſuæ ſummæ tit. 5. cap. 2. & 3.* in quo cæteri Theologi communiter conſentiunt, & ſequitur & Couar. *in d. regula peccatum, 2. part. §. 7 num. 1.*

Et in terminis hanc ſecundam partem principaliter probat & tenet Adrianus *in 4. ſententiarum, in tractatu de reſtitutione, cap. quia iam determinatum eſt*, & Dominic. à Soto *lib. 4. de iuſtitia & iure, quæſt. 6. art. 3. ad ſextum, verſicul. poſterior concluſio, &c. & lib. 10. quæſt. 2. art. 3.* ibi: *Reliqua loco citato*, & hanc dicit proculdubio benigniorem & fortaſſis veriorem & potiorem apparere in re adeo controuerſa & dubia, & in praxi conuenientiorem D. Couar. *vbi ſuprà, num. 6.* ſequitur Nauar. *in manual. cap. 17. num. 69.* Merca. *d. lib. 6. de tract. & contract. cap. 17. fol. 208. colum. 2. in verſic. tambien ay opinion, &c.* eandem ſententiam latè probat Ledeſmius *vbi ſupr. fol. 252. in fine, verſicul. 2. concluſio*, vbi *fol. ſequent.* latè eandem defendit ac reſpondet fundamentis Caiet. in contrarium adductis & aliis, quæ pro ſua opinione etiam adduci poterant, ſequitur etiam Ioſeph. Angles *in ſuis floribus Theologic. quæſt. 2. part. tit. de cleric. reſtit. obnox. fol. 209. col. 1.* eundem ſequitur Anton. de Padilla *in l. cum quidam, n. 18. ff. de legat. 2.* & probabilis videtur ſecund. D. Molinam *lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 5. n. 57. in princip.* & D. Spino *in ſuo Specul. teſtam. gloſſ. 18. princip. num. 9. & 10.* & Nauar. *in conſ. 1. num. 2. de ſymonia*, & nouiſſimè Ludou. Carb. *de reſtit. quæſt. 30. concluſ. 4.* & pleri que ex ſupradictis ſatisfaciunt, vt prædiximus, fundamentis contrariæ partis, quibus ferè ex adductis pro hac ſecunda reſpondetur. Sed quod magis vrget pro contraria, eſt doctrina Sancti Thom. *ſuprà* adducta *in reſponſione ad tertium*, & tamen ei ſufficienter ſatisfieri videtur, dicendo, quod procedit & loquitur, quoties præcipuè agitur de bonis communibus diſtribuendis in eos, qui communitati ſubſunt & eius membra ſunt, iuxta cuiuſque dignitatem & portionem, tunc enim fortaſſis iam ad iuſtitiam commutatiuam pertinent, ſi detur alicui minus, quam debitum ſit, idcirco locus erit obligationi reſtituendi, vt explicat Caiet. 2. 2. *d. quæſt. 62. art. 1.* ſed in noſtra ſpecie non agitur de bonis Eccleſiæ vel communitatis diſtribuendis, ſaltem principaliter, ſed de Sacerdotiis & Magiſtratibus ac muneribus Eccleſiæ vel Reipublicæ, ad eius regimen & vtilitatem conferendis, vbi ex praua munerum collatione, præcipuè Eccleſia vel Reſpublica læditur eique damnum infertur. Quod non contingit, vbi digno magiſtratus vel beneficium confertur, atque ideo nulla obligatio reſtitutionis in in hac ſpecie dari poteſt. Sed quod magis me diu anxium habuit hac in re, eſt quartum fundamentum contrariæ partis, nempe alia doctrina eiuſdem Sancti Thomæ & communis, quæ habet, quod impediens, ne detur beneficium vel officium digniori, tenetur ad reſtitutionem illi faciendam: Ergo & prouiſor, cui reſpondet Soto & Ledeſmius *vbi ſuprà*, negando conſequentiam: Quia etſi qui male eligit, violet commutatiuam iuſtitiam aduerſus Eccleſiam, nihilominus qui capax eſt Sacerdotij vel officij, & ad illud idoneus, habet ius peculiare petendi & procurandi, quinimo & poſſidendi, ſi ei conferatur, & ob id, qui contra hoc ius illum obtinere conantem impedit, iniuſtitiam ei facit & tenetur ei ad reſtitutionem: ſed meo iudicio melius dicerent, quod elector conferendo digno, prætermiſſo digniore, ſolum peccare videtur contra iuſtitiam diſtributiuam, ſed quia malè non diſtribuit, quia digno contulit, quamuis poſſet, vt tenebatur melius diſtribuere conferendo digniori, licet peccauerit ex hoc mortaliter, non tamen tenetur ad reſtitutionem; Quamuis ſi propriè peccaret contra eandem iuſtitiam diſtributiuam malè diſtribuendo, hoc eſt, conferendo indigno, teneretur ad reſtitutionem, vt eſt prædictum: & ita ſunt intelligenda quæ *ſuprà* diximus, aſſerentes, ſimpliciter ad reſtitutionem teneri, qui peccat contra iuſtitiam diſtributiuam: at verò qui impedit digniorem à conſequutione beneficij, peccat quidem contra iuſtitiam commutatiuam quoad impeditum. Ergo merito quod ad reſtitutionem ei teneatur per ſupradicta: ſed de his *infra* latius agemus.

Non † obſtat quinta ratio Petri à Nauarra, quia ipſe 53
confundit iuſtitiam diſtributiuam cum commutatiua, intelligens, vtriuſque tranſgreſſionem obligare ad reſtitutionem, quod eſt contra doctrinam Sancti Thomæ, & communem Theologorum, vt vidimus. Præterea veriſſima eſt doctrina, quod beneficia Eccleſiaſtica ſunt inſtituta principaliter in vtilitatem & ſeruitium Eccleſiarum, licet ſecundario in præmium & ſtipendium bene meritorum, vt etiam prædiximus, & probat ibi Nauar. *vbi ſupra, num.* 126. dicens *num.* 133. Præcipua inſtitutio eſt, vt Eccleſia haberet idoneos miniſtros, minus tamen principaliter ſunt etiam vt præmia propoſita: ſed eligens dignum, prætermiſſo digniore, non tenetur Eccleſiæ, cuius ſunt redditus Eccleſiaſtici, & in cuius fauorem ſunt principaliter à populo inſtituti ſecundum omnes: Ergo nec digniori prætermiſſo: Si enim alicui eſſet reſtitutio facienda, id eſſet Eccleſiæ. Huic non, quia ei fuit prouiſum de miniſtro digno. Ergo nec illi, cui nihil ſublatum fuit: & inquit Magiſter Petrus de Aragon *in 2. 2. D. Thom. quæſt. 62. art. 2. verſ. ſed dubium eſt, pag.* 202. *cum ſeqq.* quod præd. 2. opinio Soti & ſequacium ſit probabilis, quantum ad illa beneficia atque officia quæ ſine oppoſitione diſtribuuntur, opinio verò contraria longè probabilius & ſibi certiſſima de cathedris & beneficiis, quæ oppoſitione obtinentur.

Sed quamuis hæc rectè ſe habeant, conſiderent ſummopere electores in quam manifeſto ſe conſtituant

tuant periculo, eligendo dignos, omiſſis dignioribus. Quandoquidem adhuc ſub iudice lis ſit, an ob id teneantur ad reſtitutionem: pars ſiquidem negatiua quæ eis fauet, non eſt conſtituta nec adeo certa, quin bonæ mentis hominibus maximè timendum ſit, ne forſan ad reſtitutionem teneantur: Caueant igitur ne ſe huic periculo exponant ac iniiciant, ſed omnia rectè ſecundum Deum & proprias conſcientias gerant, inquirendo prout melius potuerint, quis ſit dignior, eique prælaturas, Sacerdotia ac muneta publica incunctanter atque ſeuere conferant, omni alio humano reſpectu poſtpoſito: Hæc namque, prout tenentur, faciendo, ſecurè ſe habebunt ac apud Deum & homines merebuntur.

Sed † quamuis eligens dignum, omiſſo digniore, non teneatur ad reſtitutionem iuxta *ſupra* proximè dicta, prælatus ſiue alius prouiſor ob violatam diſtributiuam iuſtitiam, vbi alia electio occurrerit, accuratiorem rationem habebit illius dignioris prætermiſſi: quod maximè præſtabit pro ſecuritate conſcientiæ prælati huiuſmodi, ſiue alterius electoris, vt aduertit Soto *lib. 4 de iuſtit. & iure, quæſt. 6. art. 3 verſ. aut tamen, &c.* quam opinionem, eo tacito, ſequitur Ledeſmius *vbi ſupra, fol. 153 column. 1. circa finem*, ibi, *Verum eſt tamen*, & Sotum citans D. Molin. *vbi ſupr. d. num. 57. in verſ. ſed quamuis.*

54 Supradicta tamen ſententia, quæ habet, vt eligens dignum, omiſſo digniore, non teneatur eidem ad reſtitutionem, limitanda forſan erit, niſi edictum propoſitum fuerit, quo promittatur beneficij collatio illi, quem digniorem eſſe conſtiterit, prout in electione canonicatuum Magiſtralium ac Doctoralium, vel etiam Cathedratum ſeu præbendatum collegij effici ſolet, tunc enim videtur, eum, qui digniorem neglexerit, ad damni reſtitutionem eidem teneri: Hic namque non ſolum iuſtitia diſtributiua, ſed etiam commutatiua violatur ob non adimpletam promiſſionem: quia ex huiuſmodi edicti propoſitione quidam côtractus vltro citroque obligatorius inter digniorē & electores reſultat, quem electores tenentur præciſè obſeruare, prout in ſimili ſubhaſtatione, in qua promittitur, quod res dabitur plus offerenti, concludit Bartol. communiter receptus *in l. licitatio, in princip. num. 4. ff. de public. & vectig.* Nam quando iuſtitia commutatiua violatur, abſolutum eſt, illam violantem teneri ad reſtitutionem, vt prædiximus, eſtque communis Theologorum ſententia, vt reſoluimus: & in terminis hanc limitationem probauit D. Molina *vbi ſupr. n. 57. in verſic. hæc autem limitanda ſunt*, dicens, perpetuo menti tenendum, vidit namque viros doctiſſimos hoc non rectè percepiſſe, quod & nos iam itidem vidimus Nihilominus tamen vera mihi videtur & tenenda præfata, de qua agimus, limitatio, tum ex ſuprad. ratione, quæ profectò ſufficiens videtur: tum etiam, 55 quia † contrahentes tenentur adimplere in foro conſcientiæ, licitum contractum, ſicut & in contentioſo, prout eſt ille, quod digniori conferatur præbenda, quinimo & iuſtiſſimus: & in obligationibus facti, ſuccedit obligatio ad intereſſe, vt *in l. ſtipulationes non diuiduntur, verſ. Celſus, cum materia, ff. de verborum oblig.* ac proinde idem dicendum erit in animæ iudicio, vt contrahens non adimplens promiſſum, teneatur ſecum contrahenti ad reſtitutionem eius, quod ſua intereſt ob non impletam fidem promiſſam & ad damni illati ob id reſarcionem: Si enim qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur, vt *in cap. final. de iniur.* quod late exornat Petrus Surdus, *conſilio 12. numero* 40. & ob id eligens indignum, ad reſtitutionem damni illati Eccleſiæ tenetur, vt *ſupra* reſoluimus; ita qui promiſit digniori conferre præbendam, ſi id non adimpleat cum poſſet, tenebitur ad reſtitutionem. Præterea hæc eadem limitatio probatur ex doctrina Sancti Thom. 2. 2. *quæſtion. 62. articulo 1. ad 3.* quam *ſupra* adduximus pro corroboratione ſententiæ Caietani tenentis, eligentem dignum, prætermiſſo digniore, teneri eidem ad reſtitutionem. Fauetur etiam eadem pars ex traditis per Nauar. *in ſimili quæſtione in manual. Latin. capitul. decimo ſexto, numer. 69. in princip. ibi: Itaque habebat acquiſitum aliquod ius imperfectum, quod appellant ad rem, per iuſtam promiſſionem, &c.* vbi hoc caſu impedientem alterum à conſequutione beneficij, ad reſtitutionem eidem teneri reſoluit: Quinimo eandem limitationem probauit generaliter in quocunque beneficio, quod per concurſum ſiue examen prouidetur, ſtante lege vel ſtatuto, vt digniori detur, Bartholom. à Medina *in ſua inſtruction. confeſſ. in 7. præcepto, §. 52 fol. 167. cuius opinio* ſequitur Aragon. *vbi ſupr.* & nouiſſime Ludouic. Carb. *de reſtitutione, quæſt. 30. in 4. concluſ. in fine, & concluſ. 12.* & rurſus *poſt 13. concluſ. verſic. ex quibus, nec non* & Salon *de iuſtit. & iure, vbi ſupra.* Sed tamen † obſtare videtur, quia ſequeretur inde, quod cum omni iure teneatur elector eligere digniorem, & 56 cum præcipue id caueatur in Bulla Pij V. *ſup.* citata in prouiſione Eccleſiarum parochialium per concurſum facienda, adeo, vt omiſſus dignior poſſit à prouiſione digno facta appellare, & conſtito de maiore idoneitate prætermiſſi, ſit reuocanda prouiſio & electio de digno facta ab ordinario, vt ibi expreſſe cauetur, ordinarius eligens dignum, prætermiſſo digniore, ad reſtitutionem, præter peccatum mortale ab eo ob id admiſſum, teneretur, cum id non exprimatur in dict. Bulla, & Summum Pontificem non lateret eſſe in hoc opiniones, & tamen in eo nihil diſpoſuit: remanere igitur videtur res in diſpoſitione iuris communis, & ſic ſub prædicta opinionum controuerſia, in qua, vt vidimus, negatiua verior videtur & tenenda. Reſpondemus tamen, opinionem Bartholom. à Medina, & ſequacium reſtringendam eſſe ad legem edicti, quo cauetur, digniori ſeu magis idoneo conferendum eſſe beneficium, & ſic in beneficiis, quæ per concurſum & examen prouidentur, quo ſenſu ſuſtineri poterit, quia concurrit cum ſententia D. Molin. rectè *ſupra* probata: quam etiam probauit nouiſſime Petrus à Nauar. *lib. 2. de reſtitutione c. 2. n. 178. & 179.* dicens, quoduis beneficium, Cathedram, Collegiaturam, Canonicatum & præbendam, quæ confertur concurſu & edicto, omnes venire volentes, vocante, ſine dubio bonum eſſe commune venientium, & digniori ex iuſtitia propriè & ſtrictè reddendum. Sed contra illam iam ſe offert difficultas, quod taciti & expreſſi idem eſt iudicium, *l. cum quidam, cum ſimilib. ff. ſi certum pet.* item alia iuris regula obeſt, quæ habet; Quod expreſſio eius, quod tacite † ineſt, nihil operatur, vt *in l. 5. cum ſimilibus, ff. de legatis*, 1. Sed ſic 57 eſt, quod ſecundum iuris diuini ac humani diſpoſitionem electores tenentur Eccleſiis & reb. publicis digniores miniſtros eligere, vt ſatis ſuperque oſtendimus, & nihilominus concluſimus ob omiſſionem dignioris, admiſſo digno, ad reſtitutionem eos non teneri. Ergo nec etiam, ſi in edicto id exprimatur: quid enim obſecro operatur hæc expreſſio; Quandoquidem idem ſubintelligebatur etiamſi ipſa non fieret? Adhuc tamen vera videtur & rectè procedit præcedens limitatio probata, *vbi ſupr.* Non obſtat difficultas obiecta, quoniam regula illa, *taciti & expreſſi, &c.* procedit in his, quæ tacite veniunt ex natura contractus, non vero extra iſtos terminos, ſecund. Iaſ. *in l. ſi cum quid, n. 5. ff. ſi certum pet.* Secundo reſpondeo, quod licet illud, quod tacite ineſt, ſi exprimatur



primatur per modum diſpoſitionis non poſſit operari damnum & grauamen; bene tamen poteſt commodum & fauorem operari: ita Iaſ. *in l. 3. n. 44. ff. de legat. 1.* Præterea regula illa procedere poteſt, vbi aliter quam ineſt, non ſit expreſſum, & vbi expreſſum alio reſpectu, quam tacitum ad plus obligat. At verò in ſpecie noſtra illa expreſſio eius, quod tacitè iure inerat, ſit per contractum vltro citroque obligatorium inter electores & digniorem oppoſitorum vt prædiximus, ſicque aliter vel alio modo exprimitur, quam inerat: Qua ratione tranſgreſſio, cum iam ſit iuſtitiæ commutatiuæ, obligat ad reſtitutionem, quam non inducebat iuſtitia diſtributiua, quæ violabatur ex ſola iuris tranſgreſſione: Itaque expreſſio in propoſito, alio reſpectu, quam inerat, in tacito plus operatur.

Illud tamen pro conſolatione animarum fidelium 58 timoratæ † conſcientiæ atque pro auferendis ſcrupulis addere libuit, nempe non eſſe ſtatim peccatum timendum ab eo, qui dignum eligit, omiſſo eo, qui aliquo modo dignior videbatur, quando meritorum exceſſus non eſt tantus, vt videatur ad multum referre; Nec enim Deus cogit nos tam anxie perſonas explorare, ſed ſecundum prouidentiam pro rei qualitate & conditione, vt probat Dominicus à Soto *lib. 3. de iuſtitia & iur. quæſt. 6. art. 2. verſ. at vero*, ibi, *Mox neque, &c.* quod ſequitur ac probat D. Molin. *de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 5. num.* 74. addens hoc verum ſibi videri, dummodo id bona fide & abſque dolo factum fuerit: aduerto ego, hoc cum rectitudine obſeruandum eſſe; Nec enim huius prætextu quiſquam arbitretur, ſtatim ob id à peccato liberum ac immunem eſſe, meritis oppoſitorum non penſatis, prout debet, ſi reuera exceſſus notabilis in omiſſo ſit, ſed tunc demum cum prudenter ac boni viri arbitrio id ſit, ſeruatis ſeruandis, licet in altera parte omiſſa aliquis, minimus tamen exceſſus adeſſe videatur: Non enim ſemper ad oculum patet exceſſus punctualis, nec 59 facilè dignoſci poteſt. Habeat † igitur vnuſquiſque ſuam conſcientiam in iudicem, cui relinquendum eſt, an notabilis vel minimus exceſſus adſit in vno plus quam in altero, & videat ne eum amor aut odium aliter iudicare faciat, quam rectos & timoratos viros ſentire fas eſt: quod ſi munus, ad quod perſona eligitur, exigui momenti ſit, non cenſebitur peccatum mortale digniorem prætermittere, ſecundum Dominic. à Soto *vbi ſuprà* proximè eum citauimus *d. verſ. at verò.*

Vno tamen caſu licet abſque peccato eligere dignum, omiſſo digniſſimo, nempe cum hic digniſſimus eligi non poteſt, ſunt enim tres, in quos ſuffragia ferri debent, digniſſimus, medius, & infimus. Si ego eligerem digniſſimum, nec ipſe, nec medius eligetur, ſed infimus, me autem accedente ad medium, ipſe vincet, tunc enim eidem conſentire poſſum, licet ac decet, ne infimus eligatur, etiamſi iureiurando me aſtrinxerim eligere digniorem: Intelligitur enim huiuſmodi iuramentum inter poſſibiles: & in electione opus vanum, non eſt opus charitatis: omneſque ideo leges ad mores prudentiæ iudicio ſunt applicandæ: ceſſante autem hoc vel ſimili caſu, ſemper eligendus eſt dignior, & nunquam indignus, etiamſi conſtiterit, illum à reliquis omnibus optari, quoniam talis non niſi per nequitiam, obtruditur, cui nullo colore fauendum eſt neque aſſentiendum, vt omnia hæc probat ac ſequitur Dominic. à Soto *d. lib. 3. de iuſtitia & iure, quæſt. 6. art. 2. in 9. concluſione, in verſ. ſequitur poſt hæc*, vbi exemplificat in electionibus Religioſorum & Canonicorum de prælato faciendis, vel Eccle- 60 ſiarum † de publico cathedræ prælectore, ſequitur Petrus à Nauarra *lib. 2. de reſtitutione cap. 2. num.* 159. & eſt commun. Theologorum ſententia, ſecund. Salon. *de iuſtitia & iure in 2. 2. S. Thom. q. 63. art. 2. controu. 4. col. 1022. & in col. ſeq.* refert alium caſum, nempe in electione prælati vel gubernatoris, à pluribus facienda inter duos oppoſitores, vnum dignum & alterum digniorem. Nam ſi videam plures electores inclinare in dignum, prætermiſſo digniore, nullum peccatum eſt in iſto caſu eligere dignum: ſecus ſi electio fiat de aliqua cathedra vel Canonicatu, vt *ibi* bene probat. Sed quia ſæpiſſimè meminimus de digno, digniore & indigno, vt dignior digno præferendus ſit in electione & prouiſione, tam Eccleſiarum, quam præbendarum, aut Sacerdotiorum & munerum Reipublicæ, & indignus nullo modo prouideatur, neceſſarium & opportunum duximus hic videre, quis dicatur & ſit di- 61 gnus, dignior, & indignus. Qua in re † obſeruandum erit, quod idoneus ſiue dignus in propoſito dicitur & eſt ille, qui habet qualitates ad beneficium vacans neceſſarias, videlicet, ætatem legitimam, literarum ſcientiam, morum honeſtatem, & ordinem neceſſarium: text. *in cap. cum in cunctis, in princ. & in §. inferiora, de electione, in cap. eam te, & in cap. præterea, de ætate & qualitate, cap. ſi pro clericis pauperibus, de præbend. lib. 6.* Conc. Trid *ſeſſ. 7. cap. 1. & ſeſſ. 22. c. 2. &* 4. docet Lambert. *de iure patronat. 1. part. lib. 2. art. 1. quæſt. 10. princip.* Selua *in tract. de benef. in 3. p. q. 5. n. 1. vol. 15. tract. diuerſ. Doct.* nos quoque *conſ. 2. n. 22.* vbi hæc adduximus, & tenet Ledeſmius *in 2. 4. quæſt. 18. art 2. verſic. tertio eſt conſiderandum*, & Mercad. *d. lib. 6. de tratos y contrat. cap. 18. fol. 205. & ſeqq.* vbi refert qualitates requiſitas in Epiſcopo eligendo, & ad Sacerdotia curata, item & præbendas & cætera beneficia ſimplicia, & Dominic. à Soto *lib. 10. de iuſtitia & iure q. 2. art. 3. verſ. quæ autem*, & requiſita in Epiſcopo, præter charitatem, ad tria quæ S. Thom. refert, reducit, quæ † ſunt, inſtitue- 62 re plebem fide & moribus, & ab hæreticorum aliorumque periculis, qui mores peruertunt, defendere, ac demum pacificè gubernare; Nam ſcopus gubernationis eſt, pax mentium & corporum: Hac enim ratione Dei filij ſuum retinent nomen; *Beati enim*, inquit, *pacifici quoniam filij Dei vocabuntur.* Sed & ſupradict. concluſionem ad literam probauit in prouiſione Eccleſiarum parochialium per concurſum facienda, idem Concil. Trid. *ſeſſ. 24 in decreto de reformatione cap.* 18. illis verbis: *Peracto deinde examine, renuntientur quicunque ab his idonei iudicati fuerint, ætate, moribus & doctrina, prudentia & aliis rebus ad vacantem Eccleſiam gubernandam opportunis.*

Dignior autem † ſiue idoneior eſt ille, qui cæteris 63 aptior & magis vtilis eſt ad beneficium, cui præficitur, vt probatur *in d. ſeſſ. 24. cap 18. ſacri Concilij Trident.* ibi: *Ex hiſque Epiſcopus eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit*, docet D. Thom. 2. 2. *quæſt. 63. art. 2.* Dominic. à Soto *lib. 5. de iuſtit. & iure, quæſt. 6. art. 2.* D. Couar. *in reg. peccatum 2. part. §. 7. n. 4. verſ. dignior vero*, Ledeſmius *vbi ſuprà*, ibi, *ſecundo eſt magnopere, fol. 151.* vbi reſoluit, omnia hæc eſſe æſtimanda arbitrio prudentis viri: nos quoque diximus *dict. conſil. 2. num. 22.* & quod qui expedientior † & aptior 64 ad munus paſtorale fuerit, eligendus ſit neceſſario ad Epiſcopatum & præſtantior Eccleſiæ tribuendus, probat Dominicus à Soto *d. lib. 10. de iuſtitia & iure, quæſt. 2. art. 3. per totum.*

Indignus autem eſt ille, qui † non habet qualitates 65 prædictas ad beneficium neceſſarias, vt conſtat ex prædictis ſupra dictorum.

Illud tamen menti ſemper eſt tenendum, in propoſito digniorem vel idoneiorem non ſimpliciter dici illum, qui doctior ſit vel qui ſanctior, ſed eum, qui iuxta munus, cui præficiendus eſt, aptior eius miniſterio

apparet;

apparet; Quandoque enim qui ſanctus vir & bonus eſt, aptior & diligentior eſt ad Eccleſiam vacantem gubernandam viro ſanctiori, qui non ita diligens eſt, nec aptior ad regimen illius Eccleſiæ, quare huic præferendus ille erit, vt S. Thom. præcipuè *in dictis quodlibet.* & cæteri Theologi paſſim docent, quos ſequitur Couarruuias *vbi ſuprà*, dicens idem ſeruandum eſſe circa doctrinam & eruditionem; Nam frequentiſſimè, qui doctior eſt, non ita conuenit muneri publico, ſicut alter, qui doctus eſt & doctrinam habet ſatis ſufficientem ad munus, quod ei confertur: Enimuero licet occurrat vir literis clariſſimus & prudentia conſpicuus, eſt tamen vecors vel aliis implicitus negotiis, de quo non eſt tanta ſpes, quod prædicabit aut gubernabit ſecundum ſuas dotes, vel fortè etſi ſit optimè moratus, publicis tamen eſt negotiis ineptus, huiuſmodi profectò hominibus ille præferendus eſt, qui licet huiuſmodi dotibus non ſit tam potens, ſperatur tamen curam ſolicitudinis habiturum diligentiamque ad ſuum munus exequendum habiturum: ſi autem euentus rei præter eligentium ſpem aliter ſubſequantur, nihil electionem vitiant, vt ſi negligens poſtmodum reperiatur, qui dignus prius credebatur, ſecundum Dominic. à Soto *d. lib. 3. de iuſtitia & iure, quæſt. 6. artic. 2. verſicul. præterea*, ſequitur D. Molina, *lib. 2. de Hiſpanorum primogeniis, cap. 5. num. 73.* & Didac. Perez *vbi ſuprà, columm. 253. in verſic. quæro quis.*

66 Quo fit, quod † ſi vnus doctior ſit & ſanctior, ſed non miniſtrabit Eccleſiæ, quia non reſidebit, & alius non ita doctus, & minus ſanctus reſidebit & ſeruiet Eccleſiæ ſedulo, hic indoctior, dummodo bonus & dignus ſit, erit dignior ac conuenientior miniſter, & non alius, qui abſolutè doctior & ſanctior eſt, quia tunc illa doctrina & ſanctior vita nihil proderit huic Eccleſiæ, poſtquam ille non eſt ea vſurus: ita colligitur ex Thom. & Ledeſm. *vbi ſuprà, in d. verſic. 2. eſt magnopere, &c.* & iterum *fol. 256. columm. 2. in verſic. quid autem fiet ſi vacat, &c.* In ſumma itaque ille, qui bonus & dignus eſt, præficiendus erit Eccleſiæ vel beneficio aut muneri publico, qui ad prædictam Eccleſiam vel munus gubernandum aptior & conuenientior omnibus perpenſis & conſideratis eſt, non verò ſanctior vel doctior, qui tamen in cæteris non ita aptus eſt illi miniſterio, ſicut primus non ita doctus nec ſanctus, quia ad maiores qualitates morum & literarum abſolutè attendendum non eſt in hac materia, ſed ad illas ſolas quæ rei, de qua agitur, melius expediendæ & inſeruiendum, magis proficuæ ac vtiliores erunt, dummodo præficiendus ſiue eligendus ſit alias bonus ac idoneus vita, moribus & doctrina: quod etiam fuit de mente Felin. *in cap. cum adeo, num. 6. de reſcriptis*, dum dicens, quod melioribus conferri debent beneficia, declarat, quod Epiſcopus non tenetur conferre meliori ſimpliciter ſed meliori quoad prouiſionem talis beneficij, quem refert & ſequitur Quintil. Mandoſ. *in regula 21. de impet. benef. viuent. quæſtion. 3. num. 2.* Vnde Petrus à Nauarr. *lib. 2. de reſtitutione cap. 2. num. 149.* dum dicit, quod ad vitandum peccatum non videtur neceſſarium, aut quod ſit eminentior, aut quod ſit literatus, ſed ſatis eſt, quod ſuum munus exequi ſciat & ſoleat, vel intelligi debet iuxta proximè dicta, vel non rectè ſic ſimpliciter loquitur, anſam forſan præbens prælatis aliiſque electoribus minus circumſpectis eligendi in poſterum aptum ad officium vel beneficium, omiſſo aptiore: Non enim ſufficit, quod eligendus ſuum munus exequi ſciat & ſoleat, ſi prætermittatur alius, qui melius id faciet; tunc autem procedere poteſt eius dictum, quando ille eminentior aut literatus, non ita æquè exequetur illud munus ſicut electus, vt conſtat ex ſupradictis, & ex eodem auctore, *dict. cap. 2. n. 160. verſic. quia vt bene*, dum ſequutus Soto & Couarr. inquit, quod ille dicitur idoneus, qui ad officium, ad quod eligitur aptior eſt.

67 Sed quia *ſuprà* egimus † incidenter aliquantulum de impediente digniorem à conſequutione beneficij, & ad hunc locum remiſi lectorem, nunc pleniori manu rem agens, eam per aliquot concluſiones propoſitas perſtringam.

Prima concluſio: Impediens dolo, fraude vel vi, quod beneficium detur digniori, vt idoneo conferatur, tenetur ad reſtitutionem, eo modo, quo Sanctus Thom. diſtinguit, vt dicitur *infra in 6. concluſione*: hæc eſt communis ſententia Theologorum, vt prædiximus, eamque ſequitur Petr. à Nauarr. *lib. 3. de reſtitutione cap. 5. num. 12.* & nouiſſime Ludouic. Carb. *de reſtitut. quæſt. 30. in 6. concluſion.* & rurſus *in 8. concluſion.* vbi quod in hac ſpecie reſtitutio non eſt facienda Eccleſiæ, ſed digniori vel digno impedito: & procedit, etiamſi abſque vi & fraude impedierit beneficij collationem digniori fieri, nempe precibus & ſolicitudine, aduertens ſciens ex his digniorem impediri, quoniam legem infringit iuſtitiæ diſtributiuæ, & præterea damnum alteri aduerſus iuſtitiam commutatiuam infert, in re propè iam ei quæſita: ita Dn. Couar. *vbi ſupra, num. 8. verſic. tertia concluſio*, ſequitur Petrus à Nauar. *vbi ſupra, num. 10.* quæ ſententia mihi placet, tametſi Ioſeph. Angles *vbi ſupra, pag. 111. in fine*, contrarium expreſſe teneat, qui in principio *pag. ſequ. ſupra* dictam primam concluſionem expreſſe probauit abſque præd. ampliat. Cou. ſed eam probat poſt hæc ſcripta Magiſter Aragon. *in 2. 2. quæſt. 62. pag. 111. verſ. ſexta concluſ.*

68 Secunda † concluſio: Impediens ne detur beneficium digno vel digniori, etiam ſine dolo, vi & fraude, precibus tamen, aduertens id fieri, vt immerito & indigno detur, tenetur ad reſtitutionem digno vel digniori faciendam, in quo omnes concordant, ſecundum Couar. *vbi ſupra, dict. n. 8. verſic. 4. concluſio*, Aragon. *vbi ſupra*, & in hac ſpecie etiam Eccleſiæ aliquid reſtituendum, vt probat Ludouic. Carb. *vbi ſupra in 9. concluſione.*

69 Tertia concluſio: Impediens † vtcunque & quomodocunque, ne beneficium detur alicui etiam digno, vt digniori conferatur, non tenetur ad reſtitutionem, vt deducitur ex D. Thom. *2. 2. quæſt. 62. articul. 2. ad 4.* & Paludan. *in 4. ſententiarum diſt. 15. quæſt. 2. art. 2.* Sylueſtro *verb. reſtitut. 3. quæſt. vlt.* ſequitur D. Couar. *vbi ſupr. verſ. 1. concl.* Petrus à Nauar. *vbi ſupr. n. 4.* vbi idem ſi aliquis impediat legatum diuiti, vt pauperiori vel hoſpitali relinquatur: eandem concluſ. ſequitur Ludou. Carb. *vbi ſupr. d. quæſt. 30. concl. 4. la. 1.*

70 Quarta † concluſio: Impediens beneficij, aut publici muneris collationem, ne ea fiat digno, vt detur & fiat æquali digno, non tenetur ad reſtitutionem, quia hic nec iuſtitiæ diſtributiuæ ius infringitur, ita tenet Caietan. *d. art. 2. verſic. ad Primum*, Palud. & Sylu. ac Couarr. *vbi ſupra verſ. 2. concluſ.* Ledeſmius *vbi ſupra fol. 254. columm. 3. in princip.* & Mercad. ſtatim citandus, & procedit, etiamſi impediat digniorem ſine vi & fraude, vt detur digno, ſecundum Lud. Carb. *vbi ſupr. in 4. concluſ. la 2.*

71 Hinc explicanda † venit ſententia quædam Scoti, *q. 2.* & Richard. *in 4. diſt. 15. art. 5. q. 4.* & aliorum Theologorum, quod ſi quis ſibi vel alteri præbendam procurans, ſit alij obſtaculo, ne eam obtineat, idque faciat, non vt alteri noceat, ſed vt ſibi vel amico proſit, ad nullam tenetur reſtitutionem: ſi vero id faciat ex odio & malo animo, alterius procurans nocumentum,



tunc ad reſtitutionem tenetur, ex text. *in l. 2. §. idem Labeo, 2. ff. de aqua pluu. arcend.* vbi habetur, quod qui non animo nocendi aquæ ductum, qui per ſuum fundum ad vicini poſſeſſionem deriuatur, rumpit, non facit ei iniuriam: ſecus verò ſi id faciat, non vt ſibi proſit, ſed vt obſit vicino: ad idem etiam allegatur *lex. 1. §. denique 1. ff. de aqua pluuia arcend. & l. Proculus, & l. fluminum, §. fin. ff. de damno infect.* quam ſententiam Scoti & cæterorum teſtatur communem Nauarr. *in manu. Latin. cap. 17. n. 70.* in primis enim ſententia ſupradictorum intelligenda eſt in ſpecie noſtræ 4. concluſionis, nempe, quando æquè digno impedimentum præſtatur: Nam etſi regulariter ad reſtitutionem hoc caſu impediens non teneatur, vt habet hæc noſtra quarta concluſio, id tamen ſecundum mentem Scoti, & Ricardi procedit, quando id fit vt ſibi vel amico æque digno proſit, non vt alteri noceat, ſecus ſi fiat ex odio & malo animo, vt alteri digno noceat, quia tunc ſecundum ipſos huiuſmodi impediens tenebitur eidem ad reſtitutionem. Secundo obſeruandum erit, quod in præfata ſpecie, ſiue impedimentum fiat ex bono, ſiue ex malo animo, ad reſtitutionem impediens non tenetur, & ſic reſpectu huius membri ſententia præfata Scoti, Ricardi & ſequacium vera non eſt: Nam qui ſuo vtens iure præbendam abſque vi & fraude ſibi vel amico procurat, etiamſi ex alterius odio id faciat, & contra charitatem delinquat, ad nullam tenetur reſtitutionem: Quantum namque ad reſtitutionem attinet, non eſt inſpiciendum, quo animo id fiat, ſed quo iure: Si igitur recto iure fit, quia eſt æque dignus, non habet locum reſtitutio, quandoquidem damnum iniuſte non fit impedito, cum impediens vtatur iure ſuo, atque ex odio & malo animo id faciat, ad charitatem violandam potius attinet, quam ad iuſtitiam diſtributiuam vel commutatiuam; ac proinde quamuis ex hoc peccet, non tamen tenetur ad reſtitutionem, quia intentio mala ſine opere iniurioſo, non obligat ad reſtitutionem damni ſecund. communem, quam refert & ſequitur & probat Nauarr. *vbi ſuprà, numer. 70.*

72 Nec obſtat † *dict. leg. 2. §. idem Labeo*, quia animus nocendi poteſt quidem eſſe peccatum contra charitatem, non tamen poteſt obligare ad reſtitutionem, niſi vbi fieret contra iuſtitiam, vt eſt prædictum, qui enim non vt ſibi proſit, aquam vicini arcet, videtur non facere iure proprio, & ideo poteſt in iudicio exteriori prohiberi: ſi autem velit fundamentum muri ducere per aquæ ductum, qui per ſuum tranſit fundum, ob idque venas aquæ rumpit, licet ex odio faciat inimici & charitatem violet, non tamen tenetur ei ad reſtitutionem: at qui ſibi vel amico procurat præbendam iure proprio vtens id facit, quamuis alteri æque digno impediat conſequutionem eius præbendæ, quare ad reſtitutionem non tenetur, quamuis peccet contra charitatem ex odio & malo animo id faciens: & ita merito contra opinionem Scoti & ſequacium in hoc libenter tenet ac probat Dominic. à Soto *libr. 4. de iuſtit. & iure, dict. q. 6. articul. 3. verſicul. illa tamen ſententia*, & Ledeſmius *in 2. 4. quæſt. 18. artic. 2. fol. 255. colum. 1. verſic. ſi quis ſibi*, & Ioſeph. Angles *in ſuis floribus Theolog. quæſt. in 2. part. in quæſt. de cleric. reſtit. obnoxiis, pag. 212. in 7. difficultat. in princip. & fol. ſeq. in verſ. hinc ſi impedimentum, &c.* & Nauarr. *vbi ſuprà, num. 70.* & Petrus à Nauarr. *vbi ſuprà, num. 7. cum ſequentibus*, vbi refert eandem ſententiam tenere Mercad. & Bartholom. Medin. *num. 5.* poſt Nauarr. *vbi ſupra, num. 71.* ibi, *Reſponderi enim poteſt.* reſpondet, *ad d. § denique cum ſimilib.* ſequitur nouiſſimè Aragon. *vbi ſuprà, in 5. concluſ. pag. 210. cum ſeq.* & poſt hæc ſcripta hunc articulum latè examinat Ludouic. Carb. *de reſtit. q. 29. per totam*, vbi nititur defendere atque probare ſententiam priorem Scoti & ſequacium dicens eſſe probabilem, quamuis teneat, adhuc non eſſe reſtitutionem totius boni faciendam in præd. ſpecie, diſtinguens tres caſus. Tandem inquit ſecund. præfatam ſententiam Soti & ſequacium, quam nos *ſuprà* defendimus, ſua probabilitate non carere, & quod eam recentiores libenter defendunt, & ſuas habet rationes probabiles, eſtque ad praxin magis accommodata agitque etiam de intellectu *d. l. 2. §. idem Labeo*, & iterum idem *auth. quæſt. 30. in 7.* addenda eſt prædictis *l. 19. tit. 9. part. 7.* vbi non tenetur actione iniuriarum, qui impedit officium prouidendum alicui, vt detur alteri, quem affirmat digniorem, quia non eſt præſumendum, hoc feciſſe animo iniuriandi illum, ſed vt prouiſo vel amico, pro quo intercedit, proſit.

73 Ex quibus conſtat † ratio ſecundum D. Sanct. Thom. nempe, quod qui impedit eum, qui erat in via ad obtinendam præbendam, ſi iniuſte id faciat, tenetur ad reſtitutionem, nempe, quia intendit eius nocumentum propter odium aut vindictam: facere enim ex odio aut vindicta ſolum, neminem ad reſtitutionem aſtringit, ſed facere iniuſte, hoc eſt, nullo iure, ſed alienum violando: facere tamen ex odio, eſt ſignum aliquod te nullo iure vti: ita Dominic. à Soto & Ledeſm. *vbi ſupra*, & Nauar. *d. num. 70. verſ. qua ſolutio.*

74 Supra dicta † quarta concluſio limitatur, vt non procedat, ſi in ſpecie ipſius impedimentum contigerit per vim, fraudem, aut dolum, vel mendacium: hæc enim reddunt conferentem inuoluntarium, ac proinde mutatio voluntatis conferentis in hunc modum, obligat mutantem ad reſtitutionem faciendam, etiamſi eam mutationem fieri curauerit in fauorem æqui digni, cum iniurioſa ſit, ac per iniuriam damnum alteri intulerit, ſecundum Couarr. *vbi ſuprà, dict. num. 2. in 2. concluſione, in verſic. fortaſſis tamen*: ſequitur Ledeſmius *vbi ſuprà, fol. 254. colum. 4. verſic. ſi enim*, vbi explicat in eo, qui dignum impediuit à conſequutione præbendæ, cum detinendo vel decipiendo, ne petat, vel malum de eo prouiſori dicendo, vt oſtenderet illum non eſſe dignum, vt ſi dixiſſet, *Eſt idiota, eſt concubinarius, & ſimilia*, cum tamen non ſit, niſi doctus & ſtudioſus; ſed & alia exempla in praxi contingibilia refert idem auctor *eod. fol. 254. col. 2. per totam*, quæ apud ipſum ſunt videnda: conſentit Mercad. *libr. 6. de contract. dict. cap. 17. fol. 214. colum. 2.* ibi, *Si ſe lo quito*, & Petrus à Nauarr. *vbi ſupra, num. 12.*

75 Secundò † limitatur eadem quarta concluſio, quando impeditur conſequutio beneficij benemerito abſque prætenſione, quod alteri conferatur digno, quia tunc iuxta certitudinem electionis vel confirmationis impediens tenetur ad ſatisfactionem, vt per Mercad. *vbi ſuprà, fol. 215. in princip. in verſic. Mas impedir.*

76 Quinta † concluſio: Impediens indignum à conſequutione beneficij, ad nullam reſtitutionem tenetur, quia indignus non habet ius ad petendum beneficium, nec illud retinere poteſt, & iure eſt priuandus: & in hoc omnes conſentiunt. Quod procedit, etiamſi id fiat dolo, fraude & animo nocendi, & non vt proſit Eccleſiæ, quia licèt ob id peccet impediens, adhuc ad reſtitutionem indigno huiuſmodi non tenetur, vt tenet Adrianus *in 4. quæſt. 10. de reſtitutione, ad 4.* quem ſequitur latè id probans & defendens Ledeſm. *vbi ſupra, fol. 255. col. 2. verſ. ſed adhuc poteſt dubitari*, & Lud. Carb. *vbi ſuprà, concluſ. 2. & 3.*

77 Sexta † concluſio: Vbicunque in præcedentibus aſſertionibus docuimus eſſe obligationem reſtituendi,

Gg obſeruan

obſeruandum erit, non ſemper eam eſſe ad æquale præciſe, ſed arbitrio boni viri, qui damnum æſtimabit, ex varijs circunſtantiis diſtinguens negotium iſtud, cum non ita damnum æquale inferatur ab eo, qui impedit Sacerdotij collationem digniori dignoue fieri, eo tempore, quo ea nondum erat facta, ſed tantum erat ius quoddam imperfectum ad eam, quia non erat firmatum quod ei daretur, ac ſi impedierit collationem iam factam, eius reuocationem precibus & ſolicitudine procurans: tunc enim ius in re acquiſitum aufertur, ac proinde plenaria reſtitutio damni illati, hoc eſt, in totum erit facienda, vt conſtat ex ſanct. Thom. & Caiet. *d. q. 62. art. 2. ad 4.* Syluest. Adrian. & Palud *ſuprà* citatis ac Florent. *2. part. tit. 2. cap. 1. §. 16.* & Couar. *d. num. 8. in 4. concluſione, in verſ. hec verò, &c.* & Mercad. *vbi ſuprà* modo eum citauimus: & ante hos optimè Soto *d. lib. 4. de iuſtit. & iure, quæſt. 6. art. 3. verſ. at verò quoniam,* vbi ſecundum D. Thom. diſcernit tres caſus.

78 Primus eſt, quando † elector nondum animo conſtituerat huic dare, ſed erat in via, & tunc reſtitutio eſt facienda ad arbitrium prudentis viri, ſecund. D. Thomam.

79 Secundus caſus eſt, quando † prælatus conſtituerat illi dare, quo caſu ex D. Thom. deducit Caietan. *ibi, in 4. dubio*, teneri impedientem in totum, quia iam elector decreuerat dare illi; quod Sanct. Thom. expreſſe non dicit, nihilominus tamen deduci poteſt ex eius litera, dum dicit, *Firmatum eſt*, idque ſequitur Ledeſm. *vbi ſuprà, fol. 254. colum. 3. verſic. ſed quid intelligit*, ſequitur Didac. Perez *vbi ſuprà, colum. 256. verſic. ſi verò*, & Aragon. *vbi ſuprà, in d. 6. concluſione*: ſed improbat latè Nauarr. *d. cap. 7. num. 71.* ipſe tamen Sot. in hac ſpecie diſtinguit in hunc ſanè modum, nempe, vt ſi impediens per vim vel fraudem mutauit animum collatoris, teneatur digniori, & etiam digno impedito in totum ad reſtitutionem, quia ei per fraudem abſtulit, quod iam pene habebat: & hoc ſignificat S. Thom. quando dicit, *iniuſte*, & propter indebitam cauſam, quamuis tenera non videtur hac in ſpecie totum damnum eſſe reſtituendum etiam data vi vel fraude, quia non rectè fit æquiparatio huius caſus cum 3. ſequentib. quando aufertur beneficium iam collatum, vt patet ex traditis per Nauarr. *dict. cap. 17. numer. 71* & Mercad. *vbi ſuprà* & ante eos tenuit Syluest. *in ſumma verb. reſtitutio 3. quæſt. vltim.* ſequitur Ledeſmius *vbi ſuprà, fol. 254. colum. 3. in verſ. ſed quid intelligit*, & hoc ſequor: ſi verò, inquit Soto, non per vim aut fraudem id impediens faceret, ſed precibus patefaciendo veritatem, licet mutauerit eius voluntatem in fauorem alterius digni, non teneretur ad reſtitutionem: quod ſequitur Ioſeph. Angles *in ſuis floribus Theolog. q. quæſt 2. de clericis reſtitut. ob nox.*
80 *pag. 213. verſic. ſi collator.* Tertius caſus † eſt, quando iam contulit beneficium, & de hoc nihil meminit D. Thomas, quia hoc non eſſet impedire, ſed tollere, ſecundum Caietan. *diſt. quæſt. 62. articul. 2.* Quare ſi quis collatione facta poſſeſſionem iniuſte impediret, tenebitur in totum impedito ad reſtitutionem, ſecundum eundem Soto *ibidem* dicentem hoc eſſe manifeſtum: ſic etiam ipſe collator, ſi poſtquam vni contulit beneficium, mutata voluntate alteri idem beneficium conferret, peccaret & non valeret collatio & teneretur reſtituere, etiamſi ſecundus eſſet longe dignior, ſecundum Nauarr. *vbi ſuprà, dict. num. 71.*
81 *in verſic. atqui iam contulit.* Illud † autem quod dicit, non valere ſecundam collationem, intelligendum eſt, quando prima facta per ipſum non fuit ſecundum iuris ordinem reprobata ſiue caſſata, quia tunc beneficium non vacans non poteſt nec debet in alium rite transferri, vt eſt text. in hoc expreſſus *in cap. conſiderauimus, 10. in ordine, de electione, & in capit. poſt electionem, verſicul. quoniam, de conceſſione præb.* ſi autem rite & rectè fuit prima collatio vel electio caſſata, & ſic beneficio iure vacante, alteri de eo iuſte prouiſio fieri poterit, nec reſtitutio priori facienda eſt, ſiquidem ab eo iuridice ablatum eſt beneficium.

Addit † tamen Caietan. *vbi ſuprà, dict. q. 62. ad 3.* 82
*dubium*, quod ad hoc vt impediens dignus, teneatur vinculo reſtitutionis, requiritur, quod impediens violet iuſtitiam diſtributiuam & propoſitum prouiſoris, quo volebat conferre præbendam digniori: alias, his duobus ſimul non concurrentibus, ſed de vno eorum tantum, impediens non teneatur ad reſtitutionem: quia ſi non eſt propoſitum prouiſoris ſiue collatoris, non eſt beneficium proprium dignioris, ſed commune, & ille impediens non tenebatur applicare, ſed prouiſior: Ergo tunc impediens non tenetur ad reſtitutionem, Quando autem incipit fieri dignioris propter propoſitum collatoris, tunc impediens illud propoſitum diſtributoris, tenetur reſtituere digniori vel digno impedito: ſed nihilominus contrarium videbatur verius, imò quod quomodocunque impediatur dignus iniuſte, ſiue quando iam eſt firmum propoſitum collatoris, ſiue ante illud: Imò licet Epiſcopus nondum de illo cogitauerit, ſi tamen moraliter ſciebatur, quod ſi iret & peteret, obtineret beneficium, tenetur illum impediens eidem ad reſtitutionem, vt probat Ledeſmius *vbi ſuprà, fol. 254. colum. 2. verſicul. ſed haſitabit, & folio ſequent. in princip.* Verum tamen eſt, quod quando adeſt propoſitum collatoris, digno vel digniori conferendi, facilius ac certius ſcitur, quod ille impeditus habiturus eſſet beneficium, ac proinde diſtinguendum erit in hac ſpecie, an illud propoſitum eſſet firmatum, necne, *prout ſuprà*, ac iuxta *ibi* dicta reſtitutio erit facienda.

Quando verò illud propoſitum non erat in collatore, quia nunquam de illo digno vel digniore cogitauerat, difficilius dignoſci poteſt, vtrum ille eſſet habiturus, ſi peteret, nec ne, quare etiamſi moraliter intelligeretur, quod ſi iret ad collatorem & peteret, obtineret, adhuc tamen ratione nonnullæ incertitudinis, cum illud ſit quid contingens, & nonnunquam fallax, non verò omnino certum, non in totum omne damnum reſtituendum eſſet, ſed aliquid arbitrio recti & prudentis viri, & forſan nihil, cum auctoritas Caiet. aſſerentis, quod nihil hoc caſu reſtituetur, maxima ſit, & fortaſſis in actu practico ſequenda, quam probat Nauarr. *in manual. Latin. capit. 17. num. 74. ad finem, & circa ſupra dicta in hac ſexta concluſione plura differit* Petrus à Nauarr. *vbi ſupra, num. decimo ſeptimo, cum ſequentibus.*

Septima concluſio: Impediens † alterum à conſe- 83
quutione legati, hæreditatis, vel gratuitæ donationis, dolo, vi vel fraude, tenetur eidem ad reſtitutionem arbitrio boni viri ſecus ſi abſque vi aut dolo, & fraude, etiam odio, vel vt ſibi conſulat, alterum ad mutationem voluntatis induxerit: ita D. Couarruuias *vbi ſuprà. numer. 8. concluſione 5.* hoc modo temperans ſententiam Paludani, Caietani & Sylueſtri, tenentium, generaliter & indiſtincte non eſſe hoc caſu inducendam obligationem reſtitutionis, etiamſi adſit ſuggeſtio ſecundum Syluestrum: Eius namque opinio intelligenda eſt, cum ſuggeſtio fit abſque dolo: ſecus alias: Quam ſententiam Couarru. ad literam, eo tacito, ſequitur & omnino probat exempla fingens Ledeſmius *vbi ſuprà, fol. 256 in verſicul. ego autem*, & Nauarr. *dict. capit. 17. numer. 73.* & Ioſeph. Angles *vbi ſuprà,*





*in verſ. idem cenſeo, & in verſic. ſeqq.* & Soto *dict. lib. 4. de iuſtitia & iure, quæſt. 6. articul. 3. in verſ. atque inde ſecundo, & nos quoque de hoc diximus libr. 1. Canonic. quæſt. cap. 37. num. 20.* & Petrus Nauarra *vbi ſuprà, num. 11. nempe lib. de reſtitutione, capit. 5.* vbi cum Mercad. aduertit ſic impedientes, vt videant, quemadmodum id efficiant, ne nimis contradicant, infirmum terrendo voce, vultu, contriſtatione vel lacrymis, &c. ita vt ſæpiſſimè contingat id concedere, quod nollet, quia importunæ preces metui æquiparantur, & allegat alios idem tenentes: eandem ſeptimam concluſionem ſequitur Aragon. *vbi ſuprà, in 1. concluſ. pag. 210.*

84 De ſcholaribus † ſuffragia præſtantibus in prouiſione cathredarum idem omnino dicendum eſt in omnibus, quod in electore, prouiſore, collatore & cæteris diſtributoribus Eccleſiarum, præbendarum ac Sacerdotiorum, necnon & munerum publicorum, *ſuprà* ratiocinatum atque diſſertum eſt, vt in terminis latius extendentes, ſed idem quod *ſupra* in his docuimus, tenent ac probant Dominic. à Soto *d. lib. 4. de iuſtitia & iure, art. 6. quæſtion. 3. artic. 3. colum. penult. & fin.* & Ledeſmius *in ſecundam 4. quæſtion. 18. artic. 2. fol. 256. column. 3. verſ. 2. concluſio.* quicquid contrarium teneat Petrus à Nauar. *lib. 2. de reſtitutione, cap. 2. num. 160.*

85 De impedientibus † autem per vim vel fraudem aliquem, ne obtineret cathedram aliter, quam ſuffragia ferendo, nempe arcendo eum ne cathedram peteret, quam certum erat moraliter ſeu alioqui obtenturum, aut ſi deciperet electores, ne illum eligerent, quia exſpoliant eum eo iure, quod ad petendum habet: idem Soto, & Ledeſmius *vbi ſuprà*, vbi quod teneantur ei, vel in partem, vel in totum pro ratione fraudis aut vis. Tandem agunt ibi præfati auctores de iniuſtitia commiſſa bifariam ab ſcholaribus ſuffragando,
86 de quo ibi per eos. Denique addit † vnum notabile Soto, ſcholares ſuffragia præſtantes, non teſtes, vt aliqui opinantur, ſed veros electores eſſe, vt bene ibi hoc probat, inferens ex eo, quod compelli, vt teſtes, non poſſint ad ſuffragandum, ſed quod poſſunt renuntiare iuri eligendi, niſi quando Rectori, & qui ei ſunt à conſiliis, vel propter paucitatem vel ad reſcindendas alias fraudes, ratio appareret; vt compellerentur.

87 Hinc † decidendum iuſte venit dubium, quod ſæpe contingere ſolet in capitulis Eccleſiaſticis; *An canonicus vel alius de capitulo poſſit in electione fienda, vel aliis prouiſionibus renuntiare iure eligendi illa vice, hoc eſt, quod vulgo dicitur, caſſar ſu voto?* Et videtur id licere, præcipue cum hoc fit iuſta cauſa, nempe, quia eſt dubius de maiori idoneitate eligendi, quia ſunt plures oppoſitores, & neſcit, quem eligere debeat, vel quia omnes ſibi minus idonei videntur, ne Eccleſiæ damnum inferat, vel alias iuſta de cauſa, quod comprobatur ex ſupradicta doctrina Dominic. à Soto, idem decidentis in electoribus cathedrarum: Quare ita videtur tenendum etiam in canonicis, niſi vel propter paucitatem eligentium, vel alias fraudes euitandas ratio dictaret, vt compellerentur à capitulo ſuffragia ferre, iuxta limitationem Dominic. à Soto, *vbi ſuprà.*

88 Poſtremo † ex omnibus ſupradictis infertur, parentem, qui ex Regiæ facultatis virtute primogenium inſtituit, vel ex legum Regiarum auctoritate meliorationem ex tertia vel quinta bonorum ſuorum parte, vel maioratum inter liberos fecit, teneri in foro conſcientiæ ſub reatu peccati mortalis, non ſolum dignum, ſed etiam digniorem ex eis eligere: quod etiam comprobatur *ex l. fœmina. Codic. de ſecund. nupt.* vbi diſponitur, quod mater, quæ tenetur filiis prioris matrimonij lucra eiuſdem reſeruare: poteſt vni eorundem illa prælegare, dummodo in illum, non ex ſola voluntate, ſed ex contemplatione meritorum iudicium ſuum dixerit. Accedit quod in Teſtamento veteri legitur, *plures minores natu prælatos fuiſſe primogenitis*, & in terminis noſtris, ex his hanc ſententiam probauit Palat. Rube. *in repet. capit. per veſtras, in 3. notabil. §. 26. num. 1. cum pluribus ſequentibus, de donat. inter vir. & vxor.* & Archiepiſcopus Florentin. *in tertia parte ſuæ ſummæ, titul. 10. capit. 1. § ſed ſi fundum, num. 7. ff. de leg. 2.* Lud. Gomez *in capit. 2. num. 23. de conſtitut. libr. 6.* Antonius Gomez *in leg. 17. Taur. num. 18.* D. Simanc. *de inſtitut. Catholic. capit. 9. num. 12. & de primogenit. Hiſpan. lib. 3. capit. 5.*

Sed † quamuis hæc opinio tutior atque bonis mo- 89
ribus conuenientior ſit, in rigore tamen iuſtitiæ contraria verior videtur & tenenda, imò quod poſſit pater in perſona filij maioris natu, dummodo indignus non ſit vel incapax, prætermiſſis dignioribus maioratum inſtituere, vel meliorationem tertij & quinti facere abſq; peccato. Primò ex text. *in l. 18. Taur.* quæ permittit parentibus, beneficium hoc meliorationis in quemlibet ex filiis aut nepotibus, quem voluerit, conferre: idemque concedere ſolent ampliſſimæ facultates Regiæ ad maioratum conficiendum conceſſæ. Ergo liberum erit eiſdem parentibus, quemlibet filiorum eligere atque præferre, abſque vlla conſideratione maioris vel minoris meriti: Nam vt inquit D. Thom. 2. 2.
*quæſt. 63. art. 1. ad 1.* in datione † pertinente ad libera- 90
litatem nulla contingit perſonarum acceptio, nec iuſtitia aliqua infringitur: quod etiam ex pluribus probat C. à Soto *lib. 3. de iuſtit. & iur. quæſt. 6. art. 2.* Ergo cum hæc melioratio vel primogenij inſtitutio ſit omnino patris liberalitas, nullo iure debita, poterit fieri ad libitum in perſona illius filij vel nepotis, vnius vel plurium, prout ſibi magis placuerit, abſque vlla obligatione ad id eligendi meliorem ac magis benemeritum. Secundò & præcipuè, quia pater meliorando minus dignum, omiſſo digniore, nec peccat contra iuſtitiam commutatiuam nec diſtributiuam; Ergo nullam culpam contrahit. Antecedens probatur, quia iuſtitia commutatiua tunc infringitur, cum ab aliquo aufertur, aut ei non redditur quod ſuum eſt vel ei neceſſario debetur, vt proprium & priuatum, ac particulare bonum: at verò iuſtitia diſtributiua violatur, quando bona communia vnius vniuerſitatis vel familiæ diſtribuenda ſunt inter eos, qui ſunt eiuſdem vniuerſitatis vel familiæ, alicuius priuati auctoritate, iuxta cuiuſque dignitatem & merita, ex his: quæ docet Sanct. Thom. *2. 2. quæſt. 61. art. 1. ad 3. & quæſt. 62. art. 1.* & diximus *ſuprà*, ſed in noſtra ſpecie hæc bona, quæ per meliorationem vel maioratum pater in filium transfert, nec ſunt propria dignioris, nec ei, vt propria debentur neceſſario, vt patet: Quandoquidem ea poſſidens, verè & iniuſte ea poſſidet auctoritate Principis vel legis, nec ab eo reuocari poſſunt à digniore omiſſo, nec eidem in conſcientia melioratus ea reſtituere tenetur, qui tamen cogendus ad id eſſet, melioratio facta foret aduerſus iuſtitiam commutatiuam. Præterea nec eadem bona ſunt alicuius vniuerſitatis, nec communia familiæ, ſed propria patris, qui ſane dominus eſt verus & ſolus eorum, ad ipſiuſque patrimonium pertinent, & de his libere diſponere valet, dummodo legibus humanis vtatur: Ergo non peccat aduerſus iuſtitiam diſtributiuam. Tertiò, quia
† quamuis ad honeſtatem & moralem filium obli- 91
gationem pertineat, quod pater digniorem cæteris præferat in remunerationem & præmium virtutis: hæc tamen moralis obligatio non imponit

tranſgreſſori culpam, ſiquidem culpæ reatus ad lega-
26 lem obligationem attinet ſecundum D. Thom. 1. 2 *quæſt.71. artic. vltimo.* Et ita merito hanc ſecundam ſententiam, priorem Palat. Rub. improbans probauit D. Couarr. *d. reg. peccatum, 2. p. §.7. num.7.* & Nauarr. *in manuali Lat. cap.26. num.37.* & veram eſſe hanc ſecundam conſtanter etiam profeſſus eſt D. Petr. Peralt. *in l. cum quidam, num.2. ff. de leg.2.* vbi D. Anton. de Padil. *num.20.* cum eadem videtur tranſire, quandoquidem eam non approbat, nec reprobat, ſed eam expreſſe probat, ſic intelligendus D. Spin. *in ſuo ſpecul. teſtam. gloſſ.18. prin. num.6. cum ſeqq.*

Non obſtant modo adducta in contrarium: & primo ea, quæ de digniore præferendo prædiximus: Illa namque procedunt in electione ad beneficia, & munera Reipublicæ, nec ad diſtributionem bonorum patrimonialium extendi poſſunt: In hac enim, ſi ea à verò domino fiat, non poteſt acceptio perſonarum cadere, nec iuſtitia commutatiua, nec etiam diſtributiua violatur, vt diximus. Non etiam obeſt *dict. l. fœminæ*, quia caſus illius legis diuerſus omnino eſt à caſu legum huius Regni, de quibus agimus, & facultatum Regiarum ad maioratus conficiendos; Hæ ſiquidem liberam parentib. facultatem tribuunt atque concedunt, vt in quemcunque ex filiis, quem voluerint, primogenium inſtituant ſeu meliorationem faciant, *d. autem l. fœminæ*, non ſibi liberam facultatem, ſed reſtrictam ad qualitatem meritorum concedit, ideoque de vno caſu ad alium argui non poteſt: cum facultas, ſiue à lege ſit, ſiue ab homine conceſſa, in ſpecifica forma ſeruanda ſit, *l. diligenter, ff. mandati, cum ſimil.* Ratio autem diuerſitatis inter prædicta in eo conſiſtit. quoniam in caſu *d. l. fœminæ*, mater diſponit de bonis mariti, quæ hac lege acquiſiuit, vt liberis primi matrimonij reſtituere teneatur, & in quibus liberum dominium non habet, ſed ad id ſubordinatum, nec etiam alienandi facultatem: in noſtra autem ſpecie pater diſponit de bonis propriis liberis, in quib. liberum habet dominium atque alienandi facultatem, & quorum ipſe eſt moderator & arbiter, quamuis neque in vita nec in morte diſponere poſſit titulo lucratiuo vltra quintum inter extraneos, & tertium inter liberos: Ergo nil mirum, ſi in primo caſu reſtricta facultas ſit, in ſecundo verò ampliſſima. Non etiam obſtat, quod in Teſtamento veteri plus fratres minores prælati fuerint maiorib. natu, Illud namque diuina permiſſione, myſtice atque ex aliis cauſis factum fuit, atque ideo in conſequentiam trahendum non eſt: Imò in veteri Teſtamento ſtatutum ſeu præceptum non inuenitur, vt primogenituræ ius non filio maiori natu, ſed meliori relinquendum ſit: nec ſi id ſtatutum fuiſſet, præ-
92 cepta † legalia ſeu iudicialia legis veteris nos aſtringunt, niſi quatenus nouo Teſtamento approbata fuerint, ſecund. S. Thom. 2. 2. *quæſt.87. artic.1.* latiſſimè D. à Sot. *lib. 2. de iuſt. & iur. quæſt. 5. art. 4.* Tiraq. *de retract. lineag. in præfat. num.8. cum ſeqq.* quos in propoſito noſtro ſic reſpondens adducit D. Mol. *lib. 2. de Hiſpan. primog. c.5. n.62. & 63.* qui *n. 67. cum ſeqq. in quæſt. principali ſup. examinata* latiſſimè diſtinguit, ideo videndus, cum caſus occurrerit: & *n.70.* in melioratione quinti abſque dubio probat hanc ſecundam partem: in tertij autem melioratione & in maioratu facultate Regia inſtituendo diſtinguitur, vt prædiximus: mihi autem nunc ſatis placet in omnibus opinio ſecunda ſuprad. quam probaui cum Couarr. Nauarr. & Peralta.

## SVMMARIVM.

1 *Vxor iure canonico propter adulterium à viro ſeparata iudicio Eccleſiæ, vel voluntariè ab eo recedens, perdit dotem, niſi reconcilietur viro?*

2 *Vidua, durante viduitate videtur adhuc eſſe in primo matrimonio quoad priuilegia.*

3 *Hæres concubans cum vxore teſtatoris defuncti, efficitur indignus, & aufertur ab eo hæreditas, fiſcoque defertur.*

4 *Vaſallus feudum amittit, ſi concubuerit cum vxore domini viui, vel mortui.*

5 *Viduæ luxuriantes damnantur, quia primam fidem irritam fecerunt: non luxuriantes vero in fide prioris matrimonij perſiſtunt.*

6 *Dotes amittuntur propter adulterium commiſſum in matrimonio putatiuo, quod verius dicitur ſtuprum: ſed contra num.22. vbi ponitur concordia.*

7 *Offendi quis poteſt poſt mortem.*

8 *Vidua luxurioſe viuens videtur marito atque eius animæ maximam triſtitiam atque iniuriam irrogare.*

9 *Vidua luxurioſe viuens, priuatur tutela & teſtamentaria, legitima & datiua.*

10 *Vidua propter ſtuprum poſt mortem viri commiſſum, amittit medietatem lucrorum conſtante matrimonio acquiſitorum.*

11 *Vidua luxurioſe viuens, amittit donationem, quam habuit à marito.*

12 *Vidua luxurioſe viuens amittit facultatem teſtandi ſibi à marito conceſſam.*

13 *Vidua luxurioſe viuens amittit hæreditatem, vel legatum ſibi à marito relictum, & officium exſequutoris, vt in num.14.*

15 *Vidua propter ſtuprum amittit dotem: ſed contra n.19. cum ſimilibus.*

16 *Auctoritas B. Pauli ad Roman.7. declaratur.*

17 Alius, alia, aliud, *eſt dictio repetitiua ſimilium.*

18 *Damnata eſt hæreſis condemnantium ſecundas nuptias.*

20 *Priuatio locum non habet, niſi in caſibus à iure expreſſis.*

21 *Vidua luxurioſe viuens eaſdem patitur pœnas, quas mulier ſecundo nubens.*

25 *Impedimentum inter eum, qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium, & ipſam adulteram, non ſolum impedit, ſed etiam dirimit tribus in caſibus, de quibus hic, & num.24. ponitur quoddam requiſitum.*

24 *Vidua propter ſtuprum, etiam intra annum luctus commiſſum, non amittit dotem nec etiam actionem ad eam repetendam.*

## CAPVT XII.

### *De vidua ſtuprum committente.*

CVm iure canonico † vxor propter adulterium à vi- 1
ro ſeparata iudicio Eccleſiæ, vel voluntarie ab eo recedens, perdat dotem vel dotalitium, niſi reconcilietur viro, *vt in cap. plerunque, de donat. inter vir. & vxor.* & *ibi* communiter DD. text. etiam *in leg. conſenſu, §. vir, C. de repud. & in l. fin. C. ad l. Iul. de adul. & in l. miles, §. ſocer, ff. eod. tit. c. 1. vt lite non conteſt. l.15. tit.17. part.7. & in l.1. tit.7. lib.4. for. leg. l.5. tit.10. leg.8. Noua coll. Reg.* vbi quod ſi maritus iudicis auctoritate occiderit vxorem adulteram, lucratur dotem, ſecus ſi propria auctoritate, etiamſi in fragranti delicto ac iuſte ſecundum leges id faciat: & de materia agunt gl. & communiter ſcribentes *in d. c. plerunque, & in cap. ex parte, de conſuet. & in auth. ſed hodie, C. de adult.* Paul. Caſtr. vbi notabiliter loquitur, *in l. rei iudicatæ, §.1. num.2. ff. ſolut. matrim.* Rebuff. *in tractatu de ſentent. prouiſion art.3. gloſſ.1.* Ripa *in rubr. de iudic. in decretal.* Hippol. *in l. vnic. n.48. cum ſeqq. C. de raptu virg.* D. Couar. *in 4. de ſponſal. 2. par. c.7. §.6. per totum.*



*totum.* D. Anton. Gom. *in l.82. Taur. per totam,* Auend. *reſponſ.24. per totum,* Soto *in 4. diſt.37. q. vnic. artic.3. per totum,* & alij infiniti auctores.

Opportunum nobis viſum fuit, hic illam ſolemnem, difficilem ac ſatis controuerſam, nec minus vtilem in praxi quæſtionem canonicam diſſerere; *An ita etiam vidua propter ſtuprum dotem amittat?* In qua quæſtione primo videtur dicendum, huiuſmodi viduam ſtuprum committentem, dotem amittere, & ſic opinionem
2 affirmatiuam eſſe veram: Quoniam † vidua, durante viduitate, videtur adhuc eſſe in primo matrimonio quoad priuilegia, *l. fin. C. de bon. matern.* & ibi DD. *text. in l. filij, §. vidua, ff. ad municip. l. quoties, C. de priuileg. ſchol. libr.12. & in l. fi. C. de verb. ſignif.* Marſil. *vbi ſupra, num.49. cum ſeqq.* latè Ignat. *in annot. ad reg.786.* Bernard. Diaz *in princ.* Sed ſi fornicaretur, matrimonio durante, dotem amitteret, vt in dictis iuribus: Ergo idem ſi ſtuprum committat, cum dicatur in eodem matrimonio perſeuerare, vt ſentiat etiam in commodum pœnæ amiſſionis dotis, ſicut gaudet priuilegiis matrimonij. Secundò, quia ita etiam hæres
3 concubans cum vxore † teſtatoris defuncti, efficitur indignus & aufertur ab eo hæreditas, fiſcoque defertur, quia dicitur teſtatorem offendiſſe, iuxta gl. *fi. in l. ſororem, de his quibus vt indig.* communiter approbatam, ſecundum Corneum ibi, ſequitur Bar. *in l. 1, n.3. ff. de his quib. vt indig.* prout eos & alios refert deciſio Pedemont. *77. n.15. & 16.* eſt communis, vt plures allegans eos ſequutus aduerſus Mench. teſtatur D. Mol. *lib. 1. de Hiſp. primog. c.9. n.47.* Tertio quia
4 † vaſallus feudum amittit, ſi concubuerit cum vxore domini, ſiue eo viuo, ſiue mortuo, iuxta commun. opin. DD. contra Bald. *in c.1. quid mod. feud. amitt.* quam adducunt Curt. *in tract. de feud. in 4. part. col.6. verſ.2. principalis cauſa priuationis, & col. ſeq.* & plures alios allegans diuiſio Pedemont. *77. n.17.* poſt Tiraq. ſtatim citandum. Quartò ex dicto B. Pauli Apoſtoli *ad Timot.*
5 *5.* dicentis, *viduas † luxuriantes damnationem habere, quia primam fidem irritam fecerunt.* Et hinc eſt, vt non luxuriantes dicantur in fide prioris matrimonij perſiſtere, vt latè comprobat Tiraq. *de nobilit. cap.18. n.9.* vidua enim eſt vera viuáque viri mortui imago, ſecundum Bald. *in l. pignoris, C. de pigneratit. actione,* quem refert & ſequitur *vbi ſupra,* Tiraq. *n.10.* Quintò, quia
6 propter † adulterium ſeu verius ſtuprum commiſſum in matrimonio putatiuo, amittuntur dotes, vt expreſſe tenet gloſſ. magna & final. *circa fin. in d. cap. plerumque,* quam ibi ſequuntur & commendant Innocent. Hoſtienſ. Ioan. Andr. Ant. de Butrio, Cardin. Anchar. Abb. & communiter DD. ſecund. Anton. Gom. *in l.80. Taur. n.48.* & vltra eum Paul. Caſtr. *conſ.147. n.1. vol.2. & in aliis locis ſtatim citandis,* & Iacob. de S. Georg. *in l. ſororem, C. de his quib. vt indig.* Ergo idem videtur dicendum in matrimonio ficto, quod conſideratur in
7 viduitate. Sextò, quia † ex huiuſmodi ſtupro iniuria fit defuncto marito, cui ita poteſt offenſa fieri, ſicut & viuo, *arg. l.1. §. & ſi forte, ff. de iniur.* vbi Bart. notat, quod poſt mortem poteſt quis offendi, idem probatur *in l. ſed & quis, §. iudex, ff. de religioſ. & ſumpt. funer. & in l.1. ff. de his quib. vt indign. & in l. fideicommiſſum, C. de fideicommiſſ. & in terminis* Bart. *in l. penult. C. de*
8 *adult.* Vidua namque luxurioſe viuens, videtur † marito atque eius animæ maximam triſtitiam atque iniuriam irrogare, *vt in auth. de nupt. §. quæ vero, col.4.* Palat. Rube. plura in propoſito adducens *in repetit. rub. de donat. inter vir. & vxor. §.28. n.3.* Hinc eſt, vt
9 vidua luxurioſe † viuens, priuetur tutela teſtamentaria, legitima & datiua; Paria enim ſunt, vxorem tranſire ad ſecunda vota, & incontinenter viuere, eo caſu, quo tranſitus ad ſecunda vota non eſt licitus: Si enim actus legitimus tranſitus ad ſecunda vota priuat mulierem tutela, *vt in auth. Sacramentum,* & ibi DD. *Cod. quand. mul. tut. offic. fung. poſſ. & in l.4. titul.16 part.6.* Anton. Gom. *in l.14. Taur. n.10.* & cæteri omnes: Ergo multo fortius luxuria, quam caſtitas, ſecundum Abb. *in c. vxoratus, num.2. de conuerſ. coniug.* & ſecund. Ioan. de Anan. *in c. qualiter & quando, el.2. §. licet, n.12. de accuſat.* Ioan. Garro. *in rub. de ſecund. nupt. n.57.* Greg. Lop. *in l.3. tit.12. part.4. in gloſſ. muldad. de ſo cuerpo,* Ant. de Padilla *in d. l. fideicommiſſ. n.8. C. de fideicommiſſ.* Pinellus plura adducens, *in l. fi. n.18. C. de bonis maternis*
D. Molin. *vbi ſuprà, n.49.* Similiter etiam † propter 10
ſtuprum poſt mortem viri commiſſum amittit medietatem lucrorum, conſtante matrimonio acquiſitorum, *l. fin. tit.4. lib.5. ordinam.* Palat. Rub. & eum referens Ant. Gom. *in l.14. & 15. Taur. n.17. & in l.53. num.80.* Auiles *in proœmio, cap. prætorum, gloſſ.1. n.39.* Ciſuent. *in d. l.15. Taur.* Tellus Fernand. *in l.6. Taur. n.6.* Ant. de Padil. *in d. l. fideic. num.9* D. Molin. *vbi ſuprà, n.50.* Amittit etiam vidua luxurioſe viuens donationem,
quàm † habuit à marito; ita diſponit *l.9. tit.12. lib.3.* 11
*fori,* & quamuis *l.3. tit.12. part.4.* hoc videatur probare tantum, quando *infra* annum luctus viuit luxurioſe; attamen cùm lex fori indiſtincte loquatur, & eadem ratio militet in vtroque caſu, indiſtincte procedit in vtroque tempore, ſecund. Ant. Gomez *in d. l.15. Tauri, num.17.* & ante eum Montal. & Palat. Rub. quos refert & ſequitur Auiles *in proœm. c. prætor. gl.1. n.37.*
*& 38.* Amittit etiam † facultatem teſtandi ſibi à ma- 12
rito conceſſam, ſecundum Ciſuent. *in l.31. Taur. n.4.* Palat. Rub. *in repet. rubr. de donation. inter vir. & vxor. §.67. n.7.* Ant. Gom. & Auiles *vbi ſuprà, in n.44.* Ant. de Padil. *in d. l. fideicommiſſum, n.10.* D. Molin. *vbi ſuprà, n.*
*52.* & hæreditatem vel legatum † à marito ſibi relictũ, 13
licet ipſe clauſulam non adiecerit, ſi caſte vel quamdiu caſte vixerit, ſecundum Salyc. *in d. l. fideicommiſſum, n.4.* & Ant. Gom. *vbi ſup.* poſt Palat. Rub. quem refert, idq;
probatur *in d. l.3. tit.12. part.4.* Et officium † exſequuto- 14
ris teſtamenti ſibi à marito relictum ſimiliter amittit, ſecund. Boër. *deciſ.338. n.12.* & Mol. *vbi ſuprà, n.53.*
Cum igitur † hæc omnia ita ſe habeant, merito, vt 15
eadem ratione idem ſit dicendum in ſpecie noſtra, nempe, vt vidua per ſtuprum amittat dotem, ac ſi viuente viro adulterium commiſiſſet, & in terminis ex prædict. fundamentis hanc partem probauit Paul. Caſtr. *in d. l. ſororem, n.4. & in d. l. fideicommiſſum, n.4. & conſ.147. lib.2.* Præpoſ. *in d. c. plerumque, col.2. n.3.* Iaſ. *in l.2. n.6. ff. ſolut. matrim.* Fel. *in cap. paſtoralis, de indic. n.5. in verſ. item adde,* Ripa *in rub. de iudiciis, in decret. n.21.* Gerard. *ſingul. 48.* Hippol. *ſing.234 & 416. & in l.1. § item Diuus, n.4. ff. ad l. Cornel. de ſicar. & conſ.13. n.19.* Sylua *nupt. lib.2. n.44.* Ciſuent. *in l.14. Taur. n.4.* Ioan. Crotus *in l.4. §. Cato, in 1. lectura, num.139. ff. de verborum oblig.* Hippol. de Marſil. *vbi ſuprà,* teſtatur communem Bellonus *in rub. C. de edendo, num.83.* Purpur. *in l. ex conuentione, Codic. de pact.* Boër. *deciſ.338. num.11.* Palat. Rub. *in repet. rubrica de donationibus inter virum & vxor. §.67. num.6.* ſequitur etiam Ant. Gom. *in l.53. Taur. in fin.* eamque eſſe communem opinionem, & in practica obſeruandam teſtatur D. Peralta *in l. cum quidam, num.8. ff. de leg.2.* & eam nouiſſimè probat Modernus Coſta *in tract. de doct. cap.6. num.30. cum ſeqq.* plurimos eam ſequentes allegans, & Arias Pinel. *in d. l. fin. n.9. C. de bonis matr.* & D. Mol. *vbi ſuprà. n.55.* dicens communem: qui duo vltimi eam non probant, ſed contrariam, vt ſtatim videbimus. Idem facit Ignatius Salzed. *in annot. ad d. reg.786.* Bernard. Diaz *in verſ. tertio, ex hoc deducitur.* Denique hanc primam partem latiſſimè probat plures allegans & dicens ex eis apparere opin. Pauli, hoc eſt, hanc, de qua agimus, eſſe communem Octau.

*in d. deciſ. Pedemont.77.num.15.cum ſeqq.* vbi ſatisfacit
16 fundamentis contrariæ partis. Nec huic † priori parti quicquam obſtat auctoritas B. Pauli epiſtol. Roman. *c.7.* aſſerentis: Nam quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro alligata eſt legi: ſi autem mortuus fuerit vir eius, ſoluta eſt à lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro; ſi autem mortuus fuerit vir eius, liberata eſt à lege viri, vt non ſit adultera, ſi fuerit cum alio viro: Hæc namque auctoritas Pauli hoc modo interpretanda eſt ſecundum D. Chryſoſt. *ibidem*, quem refert & ſequitur Octauian. *vbi ſuprà, n.35.* nempe, quod vxor, mortuo viro, ſoluta ſit à lege viri, ita vt non ſit adultera, ſi fuerit cum alio viro, id eſt, marito: Nam vir pro marito accipitur in ſacris literis, vt in Euangelio *Ioan. c.4. Quinque viros habuiſti, & hunc, quem habes, non eſt tuus vir:* Eundem intellectum probauit Titelman. *ibid.* eſtque planus & iure probatur,
17 quia dictio, *Alius, alia, aliud*, eſt repetitiua † ſimilium, iuxta gloſſ. *in l. ſi fugitiui verb. alia pœna, C. de ſeruis fugit.* communiter approbatam ſecundum Anton. Gom. *in l. 29. Taur. n. 12. & 26. ſimilis in auth. ex teſtam. gl. mag. in princ. de collat.* & ibi DD. & alibi ſæpiſſimè, nec obſtat, quod ſecundum hunc intellectum indubium videatur dictum Pauli; Nam reſpondeo, hoc
18 dixiſſe D. Paul. ad confundendam † illam hæreſin quorundam damnantium ſecundas nuptias: quam hæreſin optimè confutat Alfonſ. à Caſtro aduerſus hæreſes *lib. 11. in princ. verb. nuptiæ, in verſ. 2. hæreſis*, vbi eundem intellectum ſuprad. verba D. Pauli ſentit: & comprobatur hic intellectus ex eodem Paulo *1. ad Corinth. 7.* ibi: *Mulier alligata eſt legi, quanto tempore vir eius viuit: quod ſi dormierit vir eius, liberata eſt à lege: cui vult nubat in Domino, &c.*

19 Nihilominus † tamen in articulo principali contraria ſententia, imò quod vidua committens ſtuprum, dotem non amittat, eſt verior & tenenda in iudicando & conſulendo. Primò, quia hæc eſt pœna, & ideo odioſa, ſicque debet reſtringi, non verò ampliari, *vt in reg. in pœnis, & in reg. odia, de reg. iur. in 6.* Cum ergo nec canon, nec lex priuet expreſſe viduam dote propter ſtuprum, nec nos priuare debemus: text. *in authen. de non eligend. ſecundò nub. §. cum igitur.* Priua-
20 tio † enim locum non habet, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt tenet gloſſ. *in cap. fin. de iur. patron.* & ibi communis, Dec. *in rubric. de iudic.* Iaſ. *in l. 1. n. 12. C. de tranſact.* Tiraquell. latè plures citans *in l. ſi vnquam, verb. reuertatur, n. 249. cum ſeqq. C. de reuoc. don.* Roland. à Valle, *conſ. 27. n. 14. lib. 3. deciſ. Pedemont. 77. n. 3.* vbi bona iura allegat. & Franciſ. Beccius *conſ. 35. n. 5. lib. 1.* Aym. Crau. alios allegans *conſ. 205. n. 3.* vbi *& in n. præcedentibus & ſeqq.* benè probat, extenſionem non eſſe faciendam hoc caſu de adulterio ad ſtuprum, minor enim eſt iniuria, quæ fit defuncto, quàm illa, quæ fit viuenti, vt per Batt. *in d. l. fideicommiſſum*, & ideo non debet æqualis eſſe pœna, quæ ſemper eſt commenſuranda delicto, *vt in l. reſpiciendum, cum ſimil. ff. de pœn.* Nec ſatisfaciunt reſponſiones huic fundamento aſſignatæ per Octauian. *d. deciſ. 77. n. 20.* quia illæ ſunt extra rem, non verò in indiuiduo: & ſufficit pro præciſa probatione huius ſecundæ ſententiæ, nullo iure caueri, viduam propter ſtuprum amittere dotem ſed eſt inuentum Pauli de Caſtro & ſequacium, quorum ſententia nullo fulcitur ſolido fundamento, cum ius canonicum & ciuile ſolum infligant hanc pœnam amiſſionis dotis pro vero & proprio adulterio commiſſo ab vxore viuente viro, non vero eo mortuo: Nam quod vidua lucris ab ipſo marito, & cauſa eiuſdem ſibi obuenientibus, priuetur propter vitam luxurioſam, tanquam ingrata & indigna, iure cautum eſt, vt vidimus: at verò quod propria dote ac patrimonio, quod nec à marito, nec eius occaſione acquiſiuit, priuetur, nullo iure cautum inuenitur; Non enim aliqua lex inquit, quod ex cauſa ingratitudinis quis priuetur proprio patrimonio, ſed ſolum his bonis, quæ acquiſiuit ab illo aduerſus quem ingratus exſtitit, *vt in l. fin. cum ſimil. C. de reuoc. donat.* In ſumma, iura pœnam amiſſionis dotis conſtituunt atque imponunt pro adulterio commiſſo durante vero matrimonio: Quamuis igitur, viduitate durante, adhuc remaneant veſtigia matrimonij quoad fauorabilia, honores & priuilegia viduæ, ipſum tamen matrimonium iam morte viri ſolutum eſt vt prædiximus, & *infra* quoque dicemus: vnde quoad pœnalia non eſt idem cenſendum,
ac ſi matrimonium vere duraret. Secundò † eadem 21
ſententia negatiua hoc irrefragabili fundamento fulcitur; Nam vidua luxurioſe viuens, eaſdem patitur pœnas, quas mulier ſecundo nubens infra annum luctus de iure ciuili, & ſic priuatur lucro à marito ſibi relicto, *vt in authen. de reſtit. & ea quæ parit, &c. §. fin. verſ. inferimus*, Abb. *in c. vxoratus, num. 2. de conuerſ. coniug.* & cæteri DD. quæ pœnæ enumerantur *in l. 1. C. de ſecund. nuptiis*, & ibi DD. ſed inter illa non numeratur amiſſio dotis: Ergo non amittit dotem. Ita Crau. *vbi ſuprà, num. 27.* dicens, hoc eſſe indicio ſuo efficaciſſimum fundamentum, dos enim eſt proprium patrimonium mulieris, non verò lucrum ſibi à marito proueniens, *vt in l. Pompon. ff. famil. herciſ. & in l. 3. §. ſed vtrum, ff. de minorib.* Nec obſtat reſponſio Octau. *vbi ſuprà*, quod præfatum argumen. procedat affirmatiue, nempe nubens intra annum luctus, punitur talibus pœnis; Ergo eiſdem punitur vidua impudica, non autem negatiue, puta; *Nubens intra annum luctus, non punitur tali pœna:* Ergo nec vidua luxurioſe viuens, quia hæc aliis pœnis ſubiicitur, *vt in d. §. fin. verſ. inferimus, in auth. de reſtit. & ea quæ parit*, quoniam *in d. §. fin. verſ. inferimus*, non imponitur pœna amiſſionis dotis, de qua agimus. Et in terminis hanc ſecundam partem principalem tenet Alex. *in d. l. ſororem, col. 1. Cod. de his quib. vt indignis*, Iaſ. ſibi contrarius *in d. l. fideicommiſſum, n. 3.* Dec. *in cap. paſtoralis, n. 8. de iudic. & in l. cum quadam puella. n. 12. ff. de iuriſdict. omnium iudic.* Maynerius *in l. in ambiguis pro dote, num. 208. ff. de reg. iur.* Aymon Crauet. *dict. conſil. 205. num. 24. cum ſeqq.* & inquit Socin. Iun. *conſil. 111. num. 7. in fin. libr. 3.* quod forte hodie contra Paul. Caſtren. eſt magis commun. opin. ſequitur Chaſſanæus *in conſuet. Burgund. rub. 4. §. 6. verb. Et ſcia tenuen. 24.* vbi inquit, ſe ita vidiſſe in practica ſeruari; & hanc opinionem eſſe veriorem & benigniorem affirmat D. Couarr. *in 4. de ſponſal. 2. part. c. 7. §. 6. n. 11.* dicens, ſecundum eam pluries iudicatum fuiſſe, & Ant. Gom. ſibi contrarius *in l. 80.* Tau. *n. 70.* & Pinel. *in l. fi. n. 9. C. de bonis mater.* Petrus Duen. *in reg. 12. limit. 3.* & Emanuel Coſta *in repet. c. ſi pater, 1. p. verb. legauit, n. 41. cum ſeqq. de teſt. in 6.* dicens, quod in puncto iuris, tum maximè in iudicando & conſulendo, non auderet recedere ab hac opinione, D. Ant. de Padilla *in d. l. fideicommiſſum, n. 4.* Quinimo Guiller. Bened. *in repet. c. Raynutius in 3. part. n. 202. de teſt.* clare affirmat, quod concluſio contraria, nempe, quod vidua ſtuprum committens amittat dotem, communiter reprobatur: & inquit Iulius Clarus *lib. 5. recept. ſentent. §. ſtuprum, in verſ. ſed nunquid*, ſe credere hodiernis temporibus opinionem contra Paul. de Caſtr. eſſe magis communem, vt dicit Socin. *vbi ſuprà*, & Roland. à Valle *conſil. 87. circa finem, lib. 2.* & quod iuxta illam in facti contingentia iudicauit Curia Burdeg. vt refert Boër. *in præcitata deciſ. 338. in fine*, & ideo ab ea, tanquam etiam benigniore, non eſſe recedendum in iudicando. Eandem ſententiam veriorem & in practica aſſidue receptam vidiſſe teſtatur



teſtatur plures allegans Dn. Molin. *vbi ſuprà, dict. c. 9. n. 55.* eandem plurimos referens ſequitur & veriorem eſſe exiſtimat Ignatius Salzed. *vbi ſuprà.* Nec obſtant fundamenta contrariæ partis, quibus vt plurimum ſatisfactum *ſuprà* exſiſtit in his, quæ pro hac ſecunda iecimus, & præterea leuia ſunt & locum non habent in pœnalib. Mulier enim impropriè dicitur durare in matrimonio viri, eo iam mortuo, vt conſtat *ex d. l. fin. Cod. de bonis maternis*, quæ loquitur per verbum, *Videtur.* Secundum fundamentum non obeſt, quoniam loquitur in lucro hæreditatis relicto hæredi à defuncto: nos vero in proprio patrimonio dotali viduæ, quod ſibi nullo iure aufertur per ſtuprum. Eodem modo reſpondetur ad tertium. Ad quartum reſpondeo quod quamuis viduæ luxuriantes primam fidem irritam faciant atque proinde peccent mortaliter, non tamen ideo ſequitur durare matrimonium, nec adulterium proprie committi, cum imo idem Paulus docuerit morte viri ſolutum eſſe matrimonium, vt prædiximus, ac proinde non
22 committi adulterium. Quintum † etiam, quod habet, propter adulterium ſeu potius ſtuprum commiſſum in matrimonio putatiuo amitti dotes, iuxta gl. mag. *in fi. in d. c. plerumque* communiter approbatam: Ergo etiam in matrimonio ficto, de quo agimus, non obeſt, contrarium namque in terminis d. gl. *c. plerumque* tenuit altera gl. iuris ciuilis, *in l. conſenſu, §. vir quoque verbo ſibi habere*, ibi: *Item quid dices, C. de repud.* quam ibi ſequuntur communiter ſcribentes, *& in l. ſi cum dotem, §. fin. ff. ſolut. matrim.* ſecundum eundem Ant. Gom. *in d. l. 80. Taur. n. 48.* & Bald. Nouel. *in tract. de dote, part. 11. verſ. decima tertia differentia*, & alij plures relati per Crau. *d. conſ. 205. n. 39.* inter quas opin. & gl. contrarias aſſignat concordiam Ant. Gom. nempe, vt prior procedat, quando maritus exit contra vxorem ad ſeparationem thori & dotem lucrandam propter adulterium, & lata ſit ſententia in fauorem mariti, vnde licet poſtea velit vxor dotem repetere, dicẽs matrimonium fuiſſe nullum ob aliquod impedimentum, non ſibi proderit propter auctoritatem rei iudicatæ & alias rationes, de quibus per gl. *in d. c. plerumque*, & DD. ibidem, quæ gl. in hac ſpecie loquitur Gloſ. verò ſecunda *in d. l. conſenſu, §. vir quoque* loquatur & procedat quando vxor principaliter egit ad ſeperationem matrimonij propter affinitatem & conſanguinitatem vel aliud canonicum impedimentum, & fertur ſententia, in qua declaratur matrimonium eſſe nullum, & maritus vult retinere dotem propter adulterium, tunc enim non poterit id facere, quia verè non fuit inter eos matrimonium ſecund. Io. Andr. Ant. de Butr. Anch. Cardin. alioſque DD. *in d. cap. plerumque.* Aliam etiam concordiam inter eaſdem gloſſ. aſſignauit Octau. *d. deciſione 77. n. 29. & 30.* quam apud ipſum videre poteris, nempe, vt ſi mulier in hac ſpecie commiſit adulterium principaliter explendæ libidinis cauſa, amittat dotem, ſecus verò ſi principaliter id egerit, non explendæ libidinis gratia, ſed vendicandæ iniuriæ ſibi illatæ, ob mariti cum impudicis mulieribus concubitum: Quæ concordia mihi non placet: ſed hodie in noſtro Regno, etiamſi matrimonium ex aliqua cauſa ſit nullum, maritus poterit accuſare vxorem putatiuam & ipſum adulterum de adulterio: & omnes pœnæ, quæ habent locum contra adulterium, quando matrimonium valet & tenet, habent locum, quando matrimonium ex aliqua cauſa legitima eſt nullum, vt cauetur expreſſe *in leg. 81. Taur.* quæ hodie eſt *l. titul. 20. libro 8. Nouæ Collect. Regiæ*, & ita per eam tenet Anton. Gomez *ibidem num. 48.* & ſic hodie gloſſ. *in dict. cap. plerumque*, in noſtris Regnis approbata eſt. Supereſt igitur, vt eidem reſpondeamus, ne obſit ſecundæ noſtræ veriori ac tenendæ ſententiæ, quam defendimus, & ideo Aymon. Crauett. *vbi ſuprà dict. conſil. 205. num. 36.* reſpondet, dicens, maximam rationem diuerſitatis eſſe inter hos duos caſus, adulterium namque commiſſum in matrimonio putatiuo ideo puniatur eo modo, quia aliàs ſequeretur abſurdum, quod melior eſſet conditio contrahentium matrimonium prohibitum & minus legitimum, contra *l. quod Seruius, ff. quod vi aut clam.* Et præterea, quamuis hi duo caſus eſſent æquiparati, adhuc tamen fieri non debet extenſio de vno ad alium, niſi æquiparatio ſit ſimplex aut vniuerſalis quoad omnia, vt latè ibi probat *numer. 14. poſt alios:* ſed matrimonium verum, & matrimonium fictum non reperiuntur parificata ſimpliciter & vniuerſaliter quoad omnia, ſed tantum quoad fauores: Igitur quoad pœnam extenſio locum minimè habet, cum id eſſet contra iuris canonici regulas vulgares prædictas: & quamuis præd. rationem diuerſitatis ab Aym. aſſignatam pluribus improbat Octauian. *vbi ſuprà numer. 23.* negari tamen non poteſt, maxime differre inter matrimonium putatiuum & fictum, Prius etenim verum putatur, ac pro tali habetur, quouſque Eccleſia illud annullauerit, ac pro tali nullo declarauerit: Adulterium igitur interim commiſſum ita punibile eſſe merito debet, ac ſi verum matrimonium præceſſiſſet, quamdiu ab Eccleſia tunc temporis toleratum fuerit: At vero in matrimonio ficto, hoc eſt, poſt mortem viri, durante viduitate, ſolutum eſt verè auctoritate diui Pauli & Eccleſiæ, quamuis adhuc veſtigia eiuſdem matrimonij durent in fauorem ipſius viduæ, non tamen in ipſius odium ac pœnam, & ſic in pœnalibus, *argum. l. quod fauore, de legibus, cum ſimilibus*, & in terminis ita tenet Felinus *in cap. ex parte B. col. 1. de foro compet.* quem refert & ſequitur Ignatius Salzed.
*vbi ſuprà, in verſic. nec his aduerſatur.* Quamuis † au- 23
tem adulterium ab vxore putatiua commiſſum ita puniatur, ſicut commiſſum à vera vxore, vt prædiximus, impedimentum tamen, quod iure canonico oritur inter eum, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium, & ipſam adulteram, ad contrahendum matrimonium non ſolum eſt impediens, ſed etiam dirimens tribus caſibus, nempe, quando adulterium fit cum machinatione in mortem alterius coniugis, vel cum fide quam adulter dat adulteræ, quod eam poſt mortem alterius coniugis ducet in vxorem, vel quando is, qui vxorem habet, cum altera de facto contrahit, ſi tamen adulterium interueniat, *vt in capit. 1. & in capit propoſuit, de eo qui duxit, &c. & in l. fin. titul. 2. part. 4.* declarat optimè Dominicus à Soto *in 4. diſtinctione 37. articul. 4.* & Speculat. *de coniug. in 1. part. articulo 34. de impedimento adulterij, per to-*
*tum*, vbi procedit per concluſiones, & † ad hoc, vt 24
huiuſmodi impedimentum incurratur, non ſufficit promiſſio ſeu fides de contrahendo poſt mortem vxoris, ſimul & copula carnalis, ſed requiritur quod talis adulter verè habeat legitimam vxorem, vel quod ipſa habeat legitimum virum, & ſic requiritur, quod matrimonium primum ſit validum: quia ſi prima vxor non erat legitima ex aliqua cauſa iuridica, non erit impedimentum, licet dederit fidem adultero: Ita probat expreſſe text. *in capit. ſignificauit nobis, de eo qui duxit in matrimon. &c.* & ibi notant DD. præcipue Abb. & Præpoſit. & in terminis tenet Angel. de Clauaſ. *in ſua ſumma verb. matrimonium, 3. impedimento, 9. §. 1. verſicul. 4. requiritur*, quem refert & ſequitur Specul. coniug. *vbi ſuprà in 6. concluſione*, eſtque veriſſimum, quia probatur *in dict. cap. ſignificauit.* Ad 6. fundamentum, cum cæteris eidem adiunctis, iam *ſuprà* ſatisfactum exſiſtit. Remanet igitur ſatis probata ac elucidata noſtra verior & receptior ſententia aduerſus Paul. Caſtrenſ. & ſequaces,

 nempe,

nempe, quod vidua propter ſtuprum non amittat
25 dotem. Quæ † recepta ſententia nedum procedit, ſi mulier luxurietur poſt annum luctus, ſed etiamſi intra annum luctus ſtuprum committat: vtroque enim caſu tenenda eſt præfata opinio ſecunda indiſtincte, vt optime aduertit Ioan. Crotus *in dict. §. Cato, 2. lectura, num.78.* & Petrus Duennas *vbi ſuprà*, Arias Pinel. *in dict. l. fin. num. 11. C. de bonis matern.* Coſta *in d. c. ſi pater, verb. legauit, 1. part. num. 41. ad fin.* quos refert & ſequitur D. Molin. *vbi ſuprà, num. 55. verſ. hæc autem*, tametſi Ioan. à Garro *in auth. eiſdem pœnis, n.21. C. de ſecund. nupt.* & Alciat. *in reg. 2. præſumptione 9. num.5.* & Couarr. *vbi ſuprà, num. 11.* aliud exiſtimauerint, nempè, opinionem primam Pauli & ſequacium procedere in vidua intra annum luctus luxurioſe viuente, vt ipſa tunc temporis dotem amittat; ſecus ſi poſt annum luctus id faciat: ſecundum quam opinion. in vidua intra annum luctus fornicante cenſuit Senatus Pedem. vt per Octau. *vbi ſuprà in fine deciſ.*

Hæc tamen diſtinctio non eſt tenenda, ſed potius indiſtincte pars negatiua, ſecundum quam non ſemel iudicatum fuit, teſte D. Cou. *vbi ſuprà, num. 12.* vbi quod eam proprio ſuffragio probauit, eamque probat aduerſus præfatos Ignatius Salzed. *vbi ſuprà, in verſic. nec recipienda eſt.*

26 Hinc etiam † reiicienda erit altera diſtinctio, quam in propoſito probauit Petrus Peral. *in d. l. cum quidam, num.2.* dicens, quod ſi dos non eſt exacta per viduam ab hæredibus mariti, perdit actionem, aliàs habebat ad eam repetendam: ſi verò illam iam exegit, eam non perdit propter adulterium poſt mortem viri commiſſum, ſecundum Hippol. *conſil. 13. per totum*, hæc namque diſtinctio ſuſtineri non poteſt, ſiue enim dos exacta ſit, ſiue exigenda, non amittitur propter huiuſmodi ſtuprum vel adulterium poſt mortem viri commiſſum; Nulla namque ſufficiens ratio differentiæ aſſignari poteſt inter dotem exactam & exigendam, vt in hac ſpecie de vno caſu ad alterum iuris diſpoſitio adeo varianda ſit, vt rectè deduxit ac tenuit Dn. Molin. *vbi ſuprà, dict. num. 55. in verſic. ſimiliter etiam.* Præterea aut crimen huiuſmodi eſt dignum amiſſione dotis, aut non. Si eſt huiuſmodi, quid præſtat, quod dos ſit exacta? ſi verò non eſt huiuſmodi, cur dotem non exactam ſiue actionem ad eam exigendam amittere habet huiuſmodi vidua? punctus enim ſine rei ſubſtantia non conſiſtit in eo, an dos ſit exacta, nec ne, ſed in eo tantum, an iure vidua propter ſtuprum amiſerit dotem aut actionem ad eam exigendam, nec ne: Hoc autem iure non probatur: Igitur &c. Nihil enim commune habet, aut annexum, ſiue dependens neceſſarium exactio ipſa dotis, vel amiſſio exactionis cum ſtupro: Non igitur in conſequentiam trahendum eſt.

27 Tertio ex ſupradict. † deducitur, procedere noſtram & veriorem ſententiam præfatam, etiam in vidua multis ſtupris aſſuefacta & proſtituta, adhuc enim ea propria dote ob id non erit priuanda, ſecundum Coſtam *vbi ſuprà, num. 44.* quem refert & ſequitur Ignatius Salzedus *vbi ſuprà, in verſ. nec equidem.*

## SVMMARIVM.

1 *Locatio vel conceſſio in emphyteuſin rerum Eccleſiæ vltra tempus permiſſum facta, an in aliquo teneat? & per totum caput, num. 5. refertur pars negatiua, num. 6. affirmatiua, num. 7. concordia aſſignatur, num. 8. limitatur, & num. 10. & 11. aliæ limitationes referuntur.*

2 *Partis appellatione ſimpliciter licet in dubio veniat dimidia: dictio tamen, Aliqua vel aliquid, verificatur in minima parte.*

3 *Vbi agitur de obligatione contrahenda in his, quæ dependent à voluntate duorum, ſi actus non valet vt fit, nec valebit vt fieri poteſt.*

4 *Stante ſtatuto, vt electio fiat ad annum, & non vltra, ſi fiat ad tres, non valet, etiam ad annum.*

6 *Text. in authent. de non alien. aut permut. reb. Eccleſ. §. emphyteoſin, & in Clem. 1. de rebus Eccleſ. non alien. intellectus.*

## CAPVT XIII.

### *De alienatione per conceſſionem emphytheoſin rerum Eccleſiæ vltra tempus permiſſum facta, an in aliquo teneat.*

SVmma controuerſia † haberi ſolet circa illam quæ- 1
ſtionem; *An locatio vel conceſſio in emphyteoſin rerum Eccleſiæ vltra tempus permiſſum facta, in aliquo teneat?* Et in primis eam omnino nullam eſſe, probari videtur ex text. *in extrau. ambitioſæ, inter communes, de rebus Eccleſiæ non alien.* dum ſubdit, locationem aliter factam nullius omnino eſſe roboris. Idem probat text. *in auth. de non alienand. aut permutand. rebus Eccleſiæ, §. emphyteuſ.* ibi: *Neque quod ſit, habere aliquod*
*penitus robur ſinimus.* text. † *in Clem. 1. de rebus Eccle-* 2
*ſiæ non alien.* vbi dicitur, *nec recipienti ius aliquod acquiri*; licet enim appellatione *partis* ſimpliciter veniat *dimidia, vt in l. nomen filiarum, §. portionis, ff. de verbor. ſignific. & in cap. 2. §. 1. de decim. lib. 6. cum ſimilibus*, dictio tamen, *Aliqua*, vel *aliquid*, etiam in qualibet minima parte verificatur, iuxta gloſſ. iunctam text. *in Clem. 1. de foro comp. verb. aut earum parte*, vbi Card. *in 9. q. eam ſequitur*: ſimiliter etiam Panor. & Fel. *in c. paſtoralis, de offic. deleg. in princ. num. 8.* & *ibi* additio Bald. & Dec. *in c. quoniam*, per text. *ibi, de teſtib. num. 2.* vbi limitat, niſi materia ſubiecta aliud ſuadeat, Iaſ. *in l. Gallus, §. in omnibus, num. 4. ff. de de liberis & poſth.* idem Iaſ. *in l. cætera, §. ſed ſi quis ad opus, num. 17. ff. de leg. 1. & in auth. ex cauſa, col. 4. num. 3. C. de liberis præteritis vel exheredat.* latè Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. vel partem aliquam, num. 5. & 14. C. de reuocand. donat.* Rebuff. *in compendio alienationis rerum Eccleſiarum, num. 58.* Greg. Lupus *in l. 22. in gloſſ. alguna partida, tit. 8. part. 5.* D. Cou. *lib. 2. var. reſol. c. 16. num. 5.*

Secundò, hoc † idem probatur, quia vbi agitur de 3
obligatione contrahenda in his quæ pendent à voluntate duorum, ſi factus non valet vt ſit, nec valebit vt fieri poteſt: *arg. text. in l. 1. §. ſi quis ita ff. de verb. oblig.* vbi Bart. *n. 5.* ibi: *Aut in his quæ dependent*, hanc doctrinam expreſſe conſtituit, in quo eſt communiter approbatus per DD. ibi.

Tertiò facit † determinatio Romani *conſ. 66.* dicen- 4
tis, quod ſtante ſtatuto, vt electio conſiliariorum fiat ad annum, & non vltra, & ſi contra fiat, ſit nulla, ſi, hoc non obſtante, electio fiat ad tres annos, non valet, etiam ad annum duntaxat.

Quare † in terminis in locatione rerum Eccleſiæ 5
facta ad longum tempus, vel vltra tempus à iure permiſſum, quod in totum ſit nulla nec ſuſtineatur quoad tempus permiſſum, ſenſit Bart. *in auth. qui rem, n. 7. de ſacroſanct. Eccleſiis*, vbi Iaſ. *n. 21.* idem probat Lapus *allegatione 80.* Imol. *in l. quod dicitur, in fin. ff. de verb. oblig.* Bald. *in l. quæcunque, n. 1. C. de bonis quæ liberis*, idem Bart. *conſil. 159. n. 8.* Angel. *in d. §. emphyteuſin*, Alex. *conſil. 17. n. 10. lib. 4.* Iaſ. *in l. 1. §. ſi quis ita, num. 23. ff. de verb. oblig.* Matth. de Afflict. *deciſ. Neapolitana 107. n. 2. cum ſeqq.* vbi loquens in emphyteuſi in perpetuum conceſſa, inquit,



pars dominorum de Conſilio tenuit hanc opinio. Eandem in eiſdem terminis, ſaltem quando eſt vnica conceſſio, teſtatur magis communem eſſe ſententiam Alexand. *conſil. 193. num. 4. lib. 7.* & hanc latè probat Dn. Couar. *lib. 2. variarum reſolut. cap. 16. num. 5. verſic. tandem, &c. qui in verſ. præcedenti* reprobauerat diſtinctionem Caroli Molinæi *in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 41. quæſt. 10.* exiſtimantis, hanc opinionem procedere ſolum in locatione rerum Eccleſiæ vltra tempus debitum facta, ſecus verò in conceſſione in emphyteuſin ad generationes, in vtroque enim caſu exiſtimat D. Couar. veriorem eſſe opinionem Bart. *vbi ſuprà, & ſequacium*, ex text. *in authent. de non alien. aut permutand. rebus Eccleſiæ, in §. ſi verò etiam, perpetuam col. 2.* hanc etiam ſententiam ſequitur & dicit veriorem & crebriorem, plures auctores allegans Franciſcus Beccius, *conſ. 92. num. 22. libr. 1.*

6 Rurſus contraria † ſententia, imò quod locatio rerum Eccleſiæ vltra triennium, ſi tamen facta ſit ad octo annos, valida ſit quoad tres primos, nec in totum reſcindatur; & idem ſit in emphyteuſi conceſſa vltra tempus à iure permiſſum ex eo probatur; quod in ſeparabilib. vtile non vitiatur per inutile, *l. 1. §. ſed ſi mihi, ff. de verb. obligat. & in reg. vtile, de regul. iuris in 6.* ſed in his contractibus tempus permiſſum à tempore prohibito ſeparari poteſt: Ergo in eis vtile per inutile non vitiatur. Secundò eadem ſententia probatur *ex auth. de non alienand. §. quod autem, in fin. verbis*, ibi: *Duobus hæredibus ceſſantibus, cæteris tradere, &c.* Tertiò, quia idem videmus in donatione vltra quantitatem permiſſam facta ſine inſinuatione, vitiatur namque ſolum in quantitate prohibita in ea autem quæ permiſſa eſt, firma manet, *vt in l. ſancimus, & in l. 1. Cod. de donatio.* ex quibus hanc ſecundam ſententiam in terminis tenent Bald. *in auth. ſi quas ruinas, C. de ſacroſanct. Eccleſiis*, Paul. Caſtr. *in auth. qui rem, Cod. eod. tit.* vbi Iaſ. *num. 21.* & Dec. *num. 22. & 23.* dicit hanc eſſe commun. opin. & non eſſe ab ea recedendum, & eſſe tenendam in praxi ſecund. Aret. *in l. 1. §. ſed ſi mihi, col. 6. ff. de verb. oblig.* ſequitur idem Imola *in c. ex parte de feud. col. penult.* Alex. *conſ. 38. num. 5. libr. 2.* Curt. *in tract. feudorum, 2. part. quæſt. 6.* Tiraq. *lib. 2. de retract. §. vlt. num. 144.* & hanc teſtatur magis communem ac veriorem opin. Carol. Molin. *vbi ſuprà, n. 43.* communem & frequentiori calculo receptam affirmat Couar. *vbi ſuprà d. n. 5. in princ. & in verſ. ſed præmiſſa Bald. ſententia*, & eſſe veriorem & magis communem teſtatur Iul. Clar. *lib. 4. receptarum ſent. §. emphyteuſ. q. 6.* vbi alios refert: idem loquens in re feudali probat *eod. libr. §. feudum, q. 13. ad finem.*

7 Quid † tenendum? Ergo profectò in re hac breuiter diſtinguendum cenſeo, vt ſi in contractu huiuſmodi tempus permiſſum à prohibito ſeparari non poſſit, procedat & tenenda ſit prima ſententia: ſi verò tempus permiſſum à prohibito ſeparari poſſit, communior & magis recepta ſententia tenenda ſit, nempe, vt tempore permiſſo valeat locatio vel conceſſio in emphyteuſin, pro prohibito verò nulla ſit: & hoc veriſſimum & tenendum cenſeo, *per ſuprà dict.*

8 Addit † tamen D. Molin. *lib. 1. de Hiſp. primog. c. 21. num. 28. verſ. ſed quamuis*, eam reſolutionem veram eſſe & procedere proculdubio in locatione rerum Eccleſiæ facta vltra triennium, dummodo ad longum tempus non aſcendat, atque in emphyteuſi de re Eccleſiæ vltra generationes conſuetas conceſſa, & ſimilibus contractibus, in quibus frequentius DD. loquuntur; ſecus in locatione ad longum tempus de re Eccleſiæ vel maioratus facta, quam omnino vitiari, nec per aliquod tempus ſuſtineri poſſe probat noua ratione, quam ibi pro ſolidiſſima tradit, dicens, eidem non poſſe congruum reſponſum aſſignari, nempe quia conducens ad longum tempus non conſequitur id quod ex longi temporis locatione conſequi voluit ex minoris temporis locatione, ſi pro eo valeret, ſc. vtile dominium, cuius tranſlatio ad plures effectus vtiliſſima; quod tamen ex hac non transfertur, imò variato tempore, variatur etiam contractus ſpecies: Ergo conductor non tenetur ſtare contractui ab illo, quem vere fecit tam diuerſo, non enim poteſt contractus ſimpliciter geſtus de vna ſpecie in aliam tranſire, *l. vbi ita donatur, & ibi DD. ff. de donat. cauſ. mortis, & in l. cum precario. ff. de precario.* Idemque probat in emphyteuſi & in locatione ad vitam. Quæ declaratio mihi placet, maximéque coadiuuatur ex mente conductoris, cum ob hoc conducere alias non conducturum ad minus tempus præſumendum ſit: quod attendendum eſt, vt ex *infrà* dicendis clarius apparebit: quod ſi hoc in fauorem conductoris ſtatuitur, idem credo obſeruandum fore in fauorem locatoris rei Eccleſiæ vel poſſeſſoris maioratus, quando ipſi nolint in aliquo ſtare contractui locationis ad longum tempus factæ, vel ad vitam, ſed omnino in totum ipſum vitiari velint inuito conductore, vt æqualitas inter ipſos ſeruetur: argumen. eorum quæ tradidimus *ſuprà lib. 1 cap. 36. num. 12.* Quod ſi vterque contrahens conſenſerit, vt locationi ſtetur pro tempore permiſſo, proculdubio ea in ſpecie pro illo tempore ſuſtinebitur contractus.

Non obſtat modo text. *in d. §. emphyteuſin, & in* 9
*Clem. 1. de rebus Eccleſiæ non alienand. & in d. extrauag. ambitioſæ*, dum probant, contractus aliter factos eſſe nullos, nec recipientibus ex eis aliquod ius acquiri, quia debent intelligi quoad tempus prohibitum; ſecus quoad reliquum tempus aliis legibus permiſſum, ſicque magis communiter intelligi atque declarari ſolent ſecund. D. Mol. *vbi ſuprà in verſ. cui opin.* Supradicta tamen magis commun. ſententia
† moderata, prout in diſtinctione præcedenti, vera eſt 10
& procedit, niſi ex aliquibus coniecturis appareat, contrahentes non aliter id acturos, quam ſi contractus duraſſet per omne illud tempus, quod conuentum fuit, quia tunc contractus indiuiduus atque inſeparabilis iudicandus eſſet, quamuis quoad tempus ac pretium alias ſeparationem & diuiſionem recipere poſſet, vt tenet Bart. *in conſ. 159. num. 8.* Alex. Socin. & Alciat. *in l. 1. § quod ſi mihi, ff. de verbor. oblig.* Dec. *in d. authent. qui rem, num. 23.* Fel. *in c. cum ſuper, colum. 2. de offic. deleg.* Carol. Molin. *d. q. 10. n. 46.* Tiraq. *de retractu lignag. §. 23. gloſſ. 1. num. 18.* & id fatentur omnes ſecund. D. Cou. *vbi ſuprà, n. 5. in verſ. ſed præmiſſa*, idem profitentem, & bene in locatione ad vitam, quod etiam ſequitur ac probat D. Mol. *d. c. 21. num. 28. in verſ. quod intelligendum eſt*, non enim contrahentes id eſſe videntur, vt ad minus tempus locatio pro rata valere debeat, quamuis pretium in ſingulos annos diſtribui poſſit, quia longè minori pretio res ad vitam quam ad ſingulos annos reſpectu cuiuſlibet anni locari ſolet, vt experientia docet. Quinimo † etiamſi id ex aliis coniecturis conſtare non poſſit, nempe contrahentes non aliter, quam pro omni tempore contractus, hoc præſumendum erit, ſi alicuius ex contrahentibus interſit, contractum pro omni tempore, non pro minori durare, intereſſeque ipſius ſit conſiderabile, prout dicebamus *ſuprà* in locatione ad longum tempus facta, ratione tranſlationis dominij vtilis: tunc enim contractus in totum vitiabitur & pro tempore permiſſo non ſuſtinebitur, *ex l. fundius, vbi gl. & DD. ff. de contrahenda empt. & in l. eiuſdem, §. interdum, ff. de ædilitio edicto*, vt reſoluit Alex *in d. §. ſed ſi mihi, n. 5.* & latè Tiraq. *d. §. 22. gl. 1. n. 20. cum ſeqq.* quos ſequitur

D. Mol.

D. Mol. *vbi ſuprà in verſ. illud tamen*, dicens quod ſi nullum intereſſe prætendi poſſit ex eo, quod contractus pro tempore permiſſo valeat, nec ex coniecturis contrarium colligi poſſit, ſemper contractus pro tempore permiſſo valebit, & pro tempore prohibito vitiabitur, iuxta ſupradicta: quod verum puto.

12 Vltimò † ſupereſt, vt examinemus; *An contractus locationis de re Eccleſiæ factus vltra tempus permiſſum, vnico tamen pretio pro omnibus annis ſimul conſtituto, an in totum vitietur, necne?* In qua quæſtione communis ſententia DD. habet, in ea ſpecie contractum in totum vitiari, quia ex vnius pretij aſſignatione contrahentes id ſenſiſſe videntur, vt non, niſi pro toto tempore contractus alere debeat; vnica enim pactio eſt, quæ commodam temporis diuiſionem non patitur: quod expreſſiſſime decidit Bald. *conſ. 475. lib. 1.* quem ſequitur Tiraquel. *lib. 1. de retractu, §. 25. gloſſ. 1. n. 10.* quam ſententiam dixit veriorem & magis communem Alexand. *d. conſ. 143. num. 4. & 7.* eamque expreſſe probat D. Couar. *vbi ſuprà, d. num 5. verſ. ex his etiam*, vbi quod eadem ratione idem dicendum erit in locatione de re Eccleſiæ facta, erit namque nulla omnino, neque pro tribus annis aut eius temporis, pro quo iure fieri poterat, ſuſtinebitur, quia eſt vnica ex mente contrahentium & indiuidua locatio, in qua non poteſt ſeparatio congrua fieri eius temporis quod permiſſum eſt ab eo, in quo exceſſus adeſt: quod veriſſimum puto, vt prædixi, & placet quoque Mol. *vbi ſuprà, d. num. 28. in fin.* non ea ratione ſolum, ſed ex eo etiam, quod diuerſa contractus ſpecies à locatione ad modicum tempus ſit.

Sed aduerſus prædictam ſententiam, quæ habet, quod locatio de re Eccleſiæ facta vltra tempus permiſſum, vnico pretio pro omnibus annis ſimul conſtituto, vitietur omnino in totum, tenet Iul. Clar. *vbi ſuprà verb. emphyteuſis, q. 6.* ea nempe ratione, quod poſſit pretium pro rata in ſingulos annos diſtribui, ſicque commodam diuiſionem in hunc ſenſum huiuſmodi locatio patiatur: cuius ſententia contra communem placet D. Molin. *vbi ſuprà, d. n. 28. verſ. & quamuis*, niſi ex his, quæ dicta ſunt ſeu ſimilibus conſtaret, locantem, non niſi pro omni tempore locationis, rem locaſſe ſeu maiores fructus rem ipſam quibuſdam annis, quam aliis ſolitam eſſe producere: vel aliter contrahentium interſit, non niſi pro omni tempore, non autem pro minori contractum valere; quo caſu, inquit ille, contractus in totum vitiabitur, non tamen ex eo, quod vnico pretio facta fuerit locatio, ſed quia ex rationibus prædictis contrahentes videntur locationem, habito reſpectu ad omne tempus, per quod fuit facta, non autem ad ſingulos annos, eam feciſſe. Sed quamuis hæc opinio probabilis videatur, mihi magis placet communis prædicta limitatio, eamque in praxi ſequendam eſſe exiſtimo, eritque indubia, ſi ex prædictis conſtiterit, contrahentes non aliter contracturos; tametſi adhuc exiſtimem ex prædicta pactione vnius pretij, ſiue vnicæ penſionis conſtitutione pro toto tempore locationis, ſatis oſtendi, mentem contrahentium abſque aliis coniecturis eam eſſe, vt contractus indiuiduus ſit ac proinde in totum vitietur.

## SVMMARIVM.

1 *Primogenia in Hiſpania an iuſte inſtitui poſſint in conſcientia, tam facultate Regia, quam legis Regia tertij & quinti bonorum? & numeris ſeqq. præcipue num. 8. vbi opinio affirmatiua probatur, dummodo cæteri filij alimentis ſaltem competentibus non defraudentur, vt in num. 29.*

2 *Prima ratio, quare primogenia licita ſunt & permiſſa eſt propter bonum publicum.*

3 *Intereſt Reipub. Illuſtres habere familias, earumque patrimonia conſeruari, &c.*

4 *Domus magnatum ſunt veluti oſſa firmiſſima totius corporis Reipub. vt hic latè oſtenditur.*

5 *Primogenia etſi iure naturæ repugnare videantur, cedunt tamen in decorem & emolumentum Reipublicæ, vt hic.*

6 *Secunda ratio, quare primogenia ſunt licita, eſt, quoniam bonorum diuiſione patrimonia maximè extenuantur.*

7 *Maioratus conſtitutio fit, vt bona vnita conſeruentur in perſonis primogenitorum.*

8 *Tertia ratio eſt, quoniam ex hac maioratuum inſtitutione nobilitas & familiarum dignitas ſuſtinetur, quod maxime intereſt Reipublicæ, & in num. 9.*

10 *Quarta ratio eſt, vt nomen & memoria nobilium, qui hos maioratus conſtituunt, conſeruetur, plerunque enim conditione ſiunt, vt ſucceſſores nomen & arma conditorum ferant.*

11 *Arma & inſignia, quæ in maioratuum creatione imponuntur, Reipublicæ vtilia ſunt, vt hic.*

12 *Conditio maioratus, vt poſſeſſor eiuſdem nomen & arma conditoris ferat & in tumulo fundatoris ſepeliatur, ad vnguem obſeruanda eſt, alioquin maioratus erit priuandus.*

13 *Quinta ratio eſt, quando maioratus fit de oppidi, quorum iuriſdictio & gubernatio ad conſtituentem pertinet, quia per vnicum dominum caſtra & iuriſdictiones rectius & tutius gubernantur, & propter diſcordiam, quæ facile oritur inter plures.*

14 *Aliæ plures cauſæ inſtituendi primogenia reddi poſſunt, vt hic remiſſiue.*

15 *Vera rerum cognitio à cauſis prioribus deriuatur, & rectè eam rem ſcimus, quam ex prioribus cauſis cognoſcimus.*

16 *Maioratuum Hiſpanorum originem quodammodo deriuationem ab inſtituto diuino duxiſſe, vt hic latè probatur.*

17 *Maioratus Hiſpani non modicam habent ab inſtituto diuino deriuationem, & proceſſerunt à legibus & inſtitutis Hebræorum.*

18 *Primogenia noſtri temporis nihilominus à legis veteris primogeniis diſſimilia ſunt.*

19 *Iure etiam diuino fœminæ excludebantur admiſſis maſculis, pro conſeruatione familiarum.*

20 *Ius primogenituræ ſimpliciter ſumptum à iure naturali, quod natura omnia animantia docuit, etiam originem ducit.*

21 *Primogenia iure etiam gentium non modicum principium duxerunt.*

22 *Non eſt vera diſtinctio communis iuris gentium primæui & ſecundarij.*

23 *Primogenia à iure quoque ciuili originem ducunt: Nam etſi facultas teſtandi à iure gentium proceſſerit, id tamen verum eſt inuentione: forma autem & ſolemnitate atque approbatione à iure ciuili prouenit.*

24 *Primogenia originem etiam ducunt à lege Canonica, & etiam conſuetudinaria.*

25 *Primogenia Hiſpanorum ſecundario & certius ab ipſo Hiſpaniæ Regno, tanquam à capite, eiuſque ſuccedendi ordine deriuantur, propriamque ac veriſſimam oginem trahunt.*

26 *Quoties in maioratus ſucceſſione dubitatio inciderit, interpretatio accipienda eſt a Regni ſucceſſione.*

27 *Iura nullum inducunt, nec cogunt ad faciendum maioratum vel meliorationem, ſed tantum id permittunt, concedunt atque indulgent, ob bonum publicum.*





30 *Maioratus ac vinculum quinti bonorum, aut tertij, vel tertij & quinti, in vtroque foro liciti ſunt, etiamſi ſiant in fauorem conſanguineorum, vel aliorum deficientibus deſcendentibus & aſcendentibus, vt in num. 31. Idem in maioratu vel vinculo de 3. parte bonorum facto ab eo, qui aſcendentes, non verò deſcendentes legitimos habet vt in num. 32. Idem in maioratu facto de omnibus bonis in perſona filij naturalis, deficientibus deſcendentibus legitimis, quamuis, aſcendentes adſint, vt in num. 33.*

34 *Mater poteſt facere maioratum in filium ſpurium, deficientibus aliis legitimis & naturalibus.*

35 *Lex humana, tam ciuilis quam canonica, ob bonum commune lata, etiam in foro conſcientiæ ſeruanda erit.*

36 *Qui legis humanæ auctoritate aliquid facit, non peccat, niſi ea lex diuinæ contraria ſit.*

37 *Maioratus omnium bonorum abſque Regia facultate fieri non poteſt, niſi cæteri filij expreſſe cum iuramento eidem conſentiant.*

38 *Maioratus ex omnibus bonis cum licentia Regia à parentibus factus non relictis cæteris filiis alimentis competentibus, ſiue eadem facultas hoc præceperit, vel non, in neutro foro non eſt ſecurus: non tamen erit nullus, ſed potius ſuſtinebitur, aſſignatis cæteris filiis alimentis competentibus, vt in num. 39.*

40 *Facultas Regia ad faciendum maioratum, de omnibus bonis alicui conceſſa, conditione adiecta, vt cæteris filiis alimenta competentia relinquantur, eſt iuſtiſſima, & in foro conſcientiæ tuta reſpectu omnium ea forma ſeruata.*

41 *Facultas Regia ad faciendum maioratum de omnib. bonis conceſſa ei, qui quamuis non habeat deſcendentes legitimos, habet tamen aſcendentes huiuſmodi, an valeat? & num. ſeqq.*

42 *Legitima aſcendentium, lege, conſuetudine, reſcripto, ſeu etiam ſtatuto, non ſolum minui, ſed etiam omnino tolli poteſt.*

43 *Maioratus factus cum facultate Regia in fauorem deſcendentium, vel aſcendentium, in quo grauamen in legitima debita apponitur virtute eiuſdem facultatis, iuſtus & in foro conſcientiæ tutus eſt: ſi vero abſque facultate Regia id fiat, ſed cum permiſſione legis, valebit etiam cum prædicto grauamine, cum conſenſu legitimo eiuſdem meliorati & grauati: & numero 44. quid quando deficit prædictus conſenſus.*

45 *De natura primogeniorum eſt, vt ipſa de primogenito in primogenitum tranſeant.*

46 *In maioratus ſucceſſione linea recta debet ſemper ſuccedi, vt nec ſucceſſio retrocedat, nec de vna linea ad aliam tranſitus fiat.*

47 *Recta linea non ex omnibus qui ab inſtituente, ſeu potius maioratus poſſeſſore deſcendunt, ſed ex ipſis primogenitis, qui gradatim procreantur, tantummodo conſtituitur, vt inter filios, nepotes, & pronepotes, cæteroſque deſcendentes primogeniti tantum lineam rectam efficiant, & ſucceſſiue admittantur.*

48 *Linea vltimi poſſeſſoris conſideranda primum eſt, vt illi, qui ex ea procedunt, cæteris præferantur: nec tranſitus ad alias lineas, donec ex ea deſcendentes finiantur. Secundò conſiderandus eſt gradus. Tertiò ſexus. Quartò ætas, vt latius num. 49. declaratur, & etiam num 50.*

51 *Finita linea primogeniti maioris, ſtatim ſuccedit ſecundogenitus, eiuſque linea & deſcendentia, & poſtea ſimiliter tertiogenitus.*

52 *Filius primogenitus efficit primum caput in linea deſcendentium, & filius ſecundogenitus ſecundum, ac tertius tertium, vt hoc ordine ad maioratus ſucceſſionem admittantur.*

53 *Filius ſecundogenitus nunquam dicitur primogenitus, dum aliquis filius vel deſcendens à primogenito ſupereſt.*

54 *Extincta linea recta deſcendentium ad lineam primogeniti collateralium maioratus ſucceſſio pertinere debet: & quomodo primogenitura inter collaterales conſiderari debeat.*

55 *Quilibet fratrum conſtituit propriam lineam, & alter de alterius linea non dicitur.*

56 *Finita vna linea in ſucceſſione maioratus, non conſideramus perſonam proximiorem, ſed lineam proximiorem, & in dict. linea ſemper quærimus primogenitum.*

57 *Primogenitus dicitur, qui deſcendit per ipſam lineam rectam ex primogenito.*

58 *Lex 2. tit. 15. part. 2. quamuis loquatur in ſucceſſione Regni, ſeruanda quoque erit in ſucceſſione alterius cuiuſcunque maioratus particularis Hiſpaniæ, & num. 59. & 62.*

60 *Nepos ex filio maiori præmortuo præfertur filio ſecundogenito ſecundum communem obſeruantiam in Hiſpania: quod procedit etiam in maioratibus ante dict. l. Partitæ inſtitutis, vt in num. 61.*

*Sola conſuetudo ius ſuccedendi tribuit.*

## CAPVT XIV.

### *An iuſte inſtitui poſſint primogenia, deque eorum natura & ſucceſſione.*

FRequens † eſt illa quæſtio; *An primogenia in Hiſpania iuſte inſtitui poſſint, tam facultate ſpeciali Regia, quam ex illa generali legibus huius Regni parentibus reſpectu tertij, & quinti omnium bonorum ſuorum conceſſa, plurima enim ſunt, quæ animum inſtitutorum turbare poſſent, niſi hæc quæſtio a ſuis principiis traheretur?* 1

In primis enim videntur conſtitutiones & conſuetudines maioratuum veluti accuſatrices naturæ eſſe: textus vulgaris in *l. maximum vitium, Cod. de liberis præteritis vel exheredatis, & in l. lege duodecim tabularum, ff. de legitimis heredibus.*

Secundò, quod in conſcientia conſtitutiones maioratuum ſecuræ non ſint, vel ex eo ſuaderi poteſt, quod in eis inſtituendis violetur illa æqualitas, quam iura naturalia legeſque ciuiles inter fratres præcipue obſeruari voluerunt, vt filio quaſi totum patrimonium aſſignando, cæteris autem minimam eius portionem relinquendo: & quod ſit contra ius commune, latè probat Tiraquel. *de iure primog. quæſt. 4. art. 1. cum ſeqq. vſque ad 11.*

His accedit, quod fœminæ plerunque ab horum primogeniorum ſucceſſione aduerſus naturalem etiam æquitatem excluduntur: inuitæque ac renitentes in monaſteria detruduntur, pluraque alia in cæterorum filiorum præiudicium paſſim inueniuntur, quia in horum primogeniorum ſucceſſione non melior, ſed maior natu cæteris filiis præferri ſolet, & ad inſtituendos opulentiores maioratus homines per fas & nefas ad ampliſſima patrimonia acquirenda alliciuntur, in eiſque ſæpe plura diſponunt, quæ potius Gentilitatis, quam Chriſtianæ religionis ſpeciem præ ſe ferunt, memoriam ſuæ familiæ magna ſolicitudine perpetuam efficere deſiderantes, ad nominis inſigniorumque delationem ſucceſſores obligantes, bonorum aliena

D. Mol. *vbi ſuprà in verſ. illud tamen*, dicens quod ſi nullum intereſſe prætendi poſſit ex eo, quod contractus pro tempore permiſſo valeat, nec ex coniecturis contrarium colligi poſſit, ſemper contractus pro tempore permiſſo valebit, & pro tempore prohibito vitiabitur, iuxta ſupradicta: quod verum puto.

12 Vltimò † ſupereſt, vt examinemus; *An contractus locationis de re Eccleſiæ factus vltra tempus permiſſum, vnico tamen pretio pro omnibus annis ſimul conſtituto, an in totum vitietur, necne?* In qua quæſtione communis ſententia DD. habet, in ea ſpecie contractum in totum vitiari, quia ex vnius pretij aſſignatione contrahentes id ſenſiſſe videntur, vt non, niſi pro toto tempore contractus alere debeat; vnica enim pactio eſt, quæ commodam temporis diuiſionem non patitur: quod expreſſiſſime decidit Bald. *conſ.* 475. *lib.* 1. quem ſequitur Tiraquel. *lib.* 1. *de retractu*, §. 25. *gloſſ.* 1. *n.* 10. quam ſententiam dixit veriorem & magis communem Alexand. *d. conſ.* 143. *num.* 4. & 7. eamque expreſſe probat D. Couar. *vbi ſuprà*, *d. num* 5. *verſ. ex his etiam*, vbi quod eadem ratione idem dicendum erit in locatione de re Eccleſiæ facta, erit namque nulla omnino, neque pro tribus annis aut eius temporis, pro quo iure fieri poterat, ſuſtinebitur, quia eſt vnica ex mente contrahentium & indiuidua locatio, in qua non poteſt ſeparatio congrua fieri eius temporis quod permiſſum eſt ab eo, in quo exceſſus adeſt: quod veriſſimum puto, vt prædixi, & placet quoque Mol. *vbi ſuprà*, *d. num.* 28. *in fin.* non ea ratione ſolum, ſed ex eo etiam, quod diuerſa contractus ſpecies à locatione ad modicum tempus ſit.

Sed aduerſus prædictam ſententiam, quæ habet, quod locatio de re Eccleſiæ facta vltra tempus permiſſum, vnico pretio pro omnibus annis ſimul conſtituto, vitietur omnino in totum, tenet Iul. Clar. *vbi ſuprà verb. emphyteuſis*, *q.* 6. ea nempe ratione, quod poſſit pretium pro rata in ſingulos annos diſtribui, ſicque commodam diuiſionem in hunc ſenſum huiuſmodi locatio patiatur: cuius ſententia contra communem placet D. Molin. *vbi ſuprà*, *d. n.* 28. *verſ. & quamuis*, niſi ex his, quæ dicta ſunt ſeu ſimilibus conſtaret, locantem, non niſi pro omni tempore locationis, rem locaſſe ſeu maiores fructus rem ipſam quibuſdam annis, quam aliis ſolitam eſſe producere: vel aliter contrahentium interſit, non niſi pro omni tempore, non autem pro minori contractum valere; quo caſu, inquit ille; contractus in totum vitiabitur, non tamen ex eo, quod vnico pretio facta fuerit locatio, ſed quia ex rationibus prædictis contrahentes videntur locationem, habito reſpectu ad omne tempus, per quod fuit facta, non autem ad ſingulos annos, eam feciſſe. Sed quamuis hæc opinio probabilis videatur, mihi magis placet communis prædicta limitatio, eamque in praxi ſequendam eſſe exiſtimo, eritque indubia, ſi ex prædictis conſtiterit, contrahentes non aliter contracturos; tametſi adhuc exiſtimem ex prædicta pactione vnius pretij, ſiue vnicæ penſionis conſtitutione pro toto tempore locationis, ſatis oſtendi, mentem contrahentium abſque aliis coniecturis eam eſſe, vt contractus indiuiduus ſit ac proinde in totum vitietur.

## SVMMARIVM.

1 *Primogenia in Hiſpania an iuſte inſtitui poſſint in conſcientia, tam facultate Regia, quam legis Regiæ tertij & quinti bonorum? & numeris ſeqq. præcipue num. 8. vbi opinio affirmatiua probatur, dummodo cæteri filij alimentis ſaltem competentibus non defraudentur, vt in num. 29.*

2 *Prima ratio, quare primogenia licita ſunt & permiſſa eſt propter bonum publicum.*

3 *Intereſt Reipub. Illuſtres habere familias, earumque patrimonia conſeruari, &c.*

4 *Domus magnatum ſunt veluti oſſa firmiſſima totius corporis Reipub. vt hic latè oſtenditur.*

5 *Primogenia etſi iure naturæ repugnare videantur, cedunt tamen in decorem & emolumentum Reipublicæ, vt hic.*

6 *Secunda ratio, quare primogenia ſunt licita, eſt, quoniam bonorum diuiſione patrimonia maximè extenuantur.*

7 *Maioratus conſtitutio fit, vt bona vnita conſeruentur in perſonis primogenitorum.*

8 *Tertia ratio eſt, quoniam ex hac maioratuum inſtitutione nobilitas & familiarum dignitas ſuſtinetur, quod maxime intereſt Reipublicæ, & in num. 9.*

10 *Quarta ratio eſt, vt nomen & memoria nobilium, qui hos maioratus conſtituunt, conſeruetur, plerunque enim conditione ſiunt, vt ſucceſſores nomen & arma conditorum ferant.*

11 *Arma & inſignia, quæ in maioratuum creatione imponuntur, Reipublicæ vtilia ſunt, vt hic.*

12 *Conditio maioratus, vt poſſeſſor eiuſdem nomen & arma conditoris ferat & in tumulo fundatoris ſepeliatur, ad vnguem obſeruanda eſt, alioquin maioratus erit priuandus.*

13 *Quinta ratio eſt, quando maioratus fit de oppidi, quorum iuriſdictio & gubernatio ad conſtituentem pertinet, quia per vnicum dominum caſtra & iuriſdictiones rectius & tutius gubernantur, & propter diſcordiam, quæ facile oritur inter plures.*

14 *Aliæ plures cauſæ inſtituendi primogenia reddi poſſunt, vt hic remiſſiue.*

15 *Vera rerum cognitio à cauſis prioribus deriuatur, & rectè eam rem ſcimus, quam ex prioribus cauſis cognoſcimus.*

16 *Maioratuum Hiſpanorum originem quodammodo deriuationem ab inſtituto diuino duxiſſe, vt hic latè probatur.*

17 *Maioratus Hiſpani non modicam habens ab inſtituto diuino deriuationem, & proceſſerunt à legibus & inſtitutis Hebræorum.*

18 *Primogenia noſtri temporis nihilominus à legis veteris primogeniis diſſimilia ſunt.*

19 *Iure etiam diuino fœminæ excludebantur admiſſis maſculis, pro conſeruatione familiarum.*

20 *Ius primogenituræ ſimpliciter ſumptum à iure naturali, quod natura omnia animantia docuit, etiam originem ducit.*

21 *Primogenia iure etiam gentium non modicum principium duxerunt.*

22 *Non eſt vera diſtinctio communis iuris gentium primaui & ſecundarij.*

23 *Primogenia à iure quoque ciuili originem ducunt: Nam etſi facultas teſtandi à iure gentium proceſſerit, id tamen verum eſt inuentione: forma autem & ſolemnitate atque approbatione à iure ciuili prouenit.*

24 *Primogenia originem etiam ducunt à lege Canonica, & etiam conſuetudinaria.*

25 *Primogenia Hiſpanorum ſecundario & certius ab ipſo Hiſpaniæ Regno, tanquam à capite, eiuſque ſuccedendi ordine deriuantur, propriamque ac veriſſimam oginem trahunt.*

26 *Quoties in maioratus ſucceſſione dubitatio inciderit, interpretatio accipienda eſt à Regni ſucceſſione.*

27 *Iura nullum inducunt, nec cogunt ad faciendum maioratum vel meliorationem, ſed tantum id permittunt, concedunt atque indulgent, ob bonum publicum.*

30 *Maio*



30 *Maioratus ac vinculum quinti bonorum, aut tertij, vel tertij & quinti, in vtroque foro liciti ſunt, etiamſi fiant in fauorem conſanguineorum, vel aliorum deficientibus deſcendentibus & aſcendentibus, vt in num. 31. Idem in maioratu vel vinculo de 3. parte bonorum facto ab eo, qui aſcendentes, non verò deſcendentes legitimos habet vt in num. 32. Idem in maioratu facto de omnibus bonis in perſona filij naturalis, deficientibus deſcendentibus legitimis, quamuis, aſcendentes adſint, vt in num. 33.*

34 *Mater poteſt facere maioratum in filium ſpurium, deficientibus aliis legitimis & naturalibus.*

35 *Lex humana, tam ciuilis quam canonica, ob bonum commune lata, etiam in foro conſcientiæ ſeruanda erit.*

36 *Qui legis humanæ auctoritate aliquid facit, non peccat, niſi ea lex diuinæ contraria ſit.*

37 *Maioratus omnium bonorum abſque Regia facultate fieri non poteſt, niſi cæteri filij expreſſe cum iuramento eidem conſentiant.*

38 *Maioratus ex omnibus bonis cum licentia Regia à parentibus factus non relictis cæteris filiis alimentis competentibus, ſiue eadem facultas hoc præceperit, vel non, in neutro foro non eſt ſecurus: non tamen erit nullus, ſed potius ſuſtinebitur, aſſignatis cæteris filiis alimentis competentibus, vt in num. 39.*

40 *Facultas Regia ad faciendum maioratum, de omnibus bonis alicui conceſſa, conditione adiecta, vt cæteris filiis alimenta competentia relinquantur, eſt iuſtiſſima, & in foro conſcientiæ tuta reſpectu omnium ea forma ſeruata.*

41 *Facultas Regia ad faciendum maioratum de omnib. bonis conceſſa ei, qui quamuis non habeat deſcendentes legitimos, habet tamen aſcendentes huiuſmodi, an valeat? & num. ſeqq.*

42 *Legitima aſcendentium, lege, conſuetudine, reſcripto, ſeu etiam ſtatuto, non ſolum minui, ſed etiam omnino tolli poteſt.*

43 *Maioratus factus cum facultate Regia in fauorem deſcendentium, vel aſcendentium, in quo grauamen in legitima debita apponitur virtute eiuſdem facultatis, iuſtus & in foro conſcientiæ tutus eſt: ſi vero abſque facultate Regia id fiat, ſed cum permiſſione legis, valebit etiam cum prædicto grauamine, cum conſenſu legitimo eiuſdem meliorati & grauati: & numero 44. quid quando deficit prædictus conſenſus.*

45 *De natura primogeniorum eſt, vt ipſa de primogenito in primogenitum tranſeant.*

46 *In maioratus ſucceſſione linea recta debet ſemper ſuccedi, vt nec ſucceſſio retrocedat, nec de vna linea ad aliam tranſitus fiat.*

47 *Recta linea non ex omnibus qui ab inſtituente, ſeu potius maioratus poſſeſſore deſcendunt, ſed ex ipſis primogenitis, qui gradatim procreantur, tantummodo conſtituitur, vt inter filios, nepotes, & pronepotes, cæteroſque deſcendentes primogeniti tantum lineam rectam efficiant, & ſucceſſiue admittantur.*

48 *Linea vltimi poſſeſſoris conſideranda primum eſt, vt illi, qui ex ea procedunt, cæteris præferantur: nec tranſitus ad alias lineas, donec ex ea deſcendentes finiantur. Secundò conſiderandus eſt gradus. Tertiò ſexus. Quartò ætas, vt latius num. 49. declaratur, & etiam num 50.*

51 *Finita linea primogeniti maioris, ſtatim ſuccedit ſecundogenitus, eiuſque linea & deſcendentia, & poſtea ſimiliter tertiogenitus.*

52 *Filius primogenitus efficit primum caput in linea deſcendentium, & filius ſecundogenitus ſecundum, ac tertius tertium, vt hoc ordine ad maioratus ſucceſſionem admittantur.*

53 *Filius ſecundogenitus nunquam dicitur primogenitus, dum aliquis filius vel deſcendens à primogenito ſupereſt.*

54 *Extincta linea recta deſcendentium ad lineam primogeniti collateralium maioratus ſucceſſio pertinere debet: & quomodo primogenitura inter collaterales conſiderari debeat.*

55 *Quilibet fratrum conſtituit propriam lineam, & alter de alterius linea non dicitur.*

56 *Finita vna linea in ſucceſſione maioratus, non conſideramus perſonam proximiorem, ſed lineam proximiorem, & in dict. linea ſemper quærimus primogenitum.*

57 *Primogenitus dicitur, qui deſcendit per ipſam lineam rectam ex primogenito.*

58 *Lex 2. tit. 15. part. 2. quamuis loquatur in ſucceſſione Regni, ſeruanda quoque erit in ſucceſſione alterius cuiuſcunque maioratus particularis Hiſpaniæ, & num. 59. & 62.*

60 *Nepos ex filio maiori præmortuo præfertur filio ſecundogenito ſecundum communem obſeruantiam in Hiſpania: quod procedit etiam in maioratibus ante dict. l. Partitæ inſtitutis, vt in num. 61.*

*Sola conſuetudo ius ſuccedendi tribuit.*

## CAPVT XIV.

### *An iuſte inſtitui poßint primogenia, deque eorum natura & ſucceßione.*

FRequens † eſt illa quæſtio; *An primogenia in Hiſpania iuſte inſtitui poßint, tam facultate ſpeciali Regia, quam ex illa generali legibus huius Regni parentibus reſpectu tertij, & quinti omnium bonorum ſuorum conceſſa, plurima enim ſunt, quæ animum inſtituorum turbare poſſent, niſi hæc quæſtio à ſuis principiis traheretur?* 1

In primis enim videntur conſtitutiones & conſuetudines maioratuum veluti accuſatrices naturæ eſſe: textus vulgaris in l. *maximum vitium*, *Cod. de liberis præteritis vel exhæredatis*, & *in l. lege duodecim tabularum*, *ff. de legitimis hæredibus*.

Secundò, quod in conſcientia conſtitutiones maioratuum ſecuræ non ſint, vel ex eo ſuaderi poteſt, quod in eis inſtituendis violetur illa æqualitas, quam iura naturalia legeſque ciuiles inter fratres præcipue obſeruari voluerunt, vt filio quaſi totum patrimonium aſſignando, cæteris autem minimam eius portionem relinquendo: & quod ſit contra ius commune, latè probat Tiraquel. *de iure primog. quæſt.* 4. *art.* 1. *cum ſeqq. vſque ad* 11.

His accedit, quod fœminæ plerunque ab horum primogeniorum ſucceſſione aduerſus naturalem etiam æquitatem excluduntur: inuitæque ac renitentes in monaſteria detruduntur, pluraque alia in cæterorum filiorum præiudicium paſſim inueniuntur, quia in horum primogeniorum ſucceſſione non melior, ſed maior natu cæteris filiis præferri ſolet, & ad inſtituendos opulentiores maioratus homines per fas & nefas ad ampliſſima patrimonia acquirenda alliciuntur, in eiſque ſæpe plura diſponunt, quæ potius Gentilitatis, quam Chriſtianæ religionis ſpeciem præ ſe ferunt, memoriam ſuæ familiæ magna ſolicitudine perpetuam efficere deſiderantes, ad nominis inſigniorumque delationem ſucceſſores obligantes, bonorum alienā

alienationem plurib. vinculis prohibentes, pluraque alia à viris Chriſtianis aliena diſponentes,& vtinam in eis, quæ Dei ſunt, & ad propriam ſpiritualem ſalutem ſpectant, non minorem curam ac diligentiam adhiberent.

Tertiò, quia cum Paulus dicat: *Filius, ergo heres,* videtur profectò eius repugnare ſententiæ hæreditatem à cæteris filiis auferre abſque eorum culpa, vt vni ſoli relinquatur: Quid enim demeriti ſunt cæteri filij, quod primogeniti non ſunt? an non ſunt filij ſicut & maiores? vel forſan eos natura abhorret, quod parentes eos contemnunt? vel non ita agent, ſicut primi? Fœmina præterea maior cur maſculo præponitur? nonne ex hoc natura ipſa increpatur, quod prius fœminam quam maſculum generauerit atque in lucem proiecerit? Quare iam mirari deſine, quod cæteri filij Iacob ægre tulerint Ioſeph fratrem ſuum fuiſſe tunica à patre donatum *Gen.*17. Qua de re agens D. Ambroſ. *lib. de Ioſeph Patriarcha, c.* 2. inquit: *Iungat æqualis gratia, quos iungit æqualis natura: lucrum pietas neſcit pecunia, in quo pietatis diſpendium eſt.* Quid miraris, ſi propter fundum aut domum oriuntur inter fratres iurgia, quando propter tunicam inter Iacob ſancti filios exarſit inuidia?

Ex ſupradictis igitur probari videtur, huiuſmodi primogenia iuſte inſtitui non poſſe, vt tenuit Cynus *in leg. reſcripta, 3. quæſt. Cod. de precib. Imperat. offerend.* dicens, primogenitum, qui ſecundum conſuetudinem Angliæ præcipuum habet paternum patrimonium, non ſatis tutum eſſe in foro conſcientiæ niſi vtriſque fratrum partem æquo iure illi obtingentem reſtituat: idem Cynus *in l. Barbarius Philippus, col.* 1. *ff. de officio prætoris,* poſt Petrum de Bellaper. *in §. fin. Inſtit. de iure naturali, gent. & ciuil.* & Lucas de Penna *in l. quicunque, col.* 1. *Cod. de Principibus agent. in rebus, lib.* 12. dicens, huiuſmodi fideicommiſſa perpetua quæ iure primogenituræ deferuntur, odij pleniſſima eſſe, cum deprimant ſecundogenitos quos ſicut & primogenitum natura creauit, Iaſ. etiam *in §. ſed iſta quidem, numer.* 124. *Inſtit. de actio.* & Ioan. Lizerier. *de primog. lib.*1. *quæſt.* 15. vbi latiſſime de hac re agit: Eiuſdem ſententiæ fuit D. Simanc. qui hos pluresque alios primogenitorum abuſus recenſuit *de cathol. inſtit. cap.*9. *numer.*126. *cum ſeqq.* prout refertur ab aliis, ſecundum autem meam impreſſionem, quæ eſt nouiſſima, hoc ſentit *numer.* 269. *cum ſeqq.* vbi dicunt concludere, ead. primogenia non aliter ſibi iuſta videri, quam ſi ad aliquem honeſtum finem dirigantur, piiſque operibus temperentur, atque ſine alterius iniuria fiant, & ea principiis iure naturæ aduerſari, nimiſque Reipublicæ damnoſa eſſe, aſſerit Mench. *de ſucceſ. creat. in præf. lib.*1. *n.*24. *& in l. ſi quis in ſuo, C. de inoffic. teſtam. num* 16. *cum ſeqq.*

2 Rurſus, quod † huiuſmodi primogenia, ſiue à teſtatoribus inſtituta, ſiue conſuetudine recepta ſint, iure optimo in vtroque foro, tam exteriori, quam interiori animæ conſiſtant, plures ſunt rationes; Quarum prima & præcipua eſt propter bonum publicum, quia intereſt Reipubl. illuſtres habere familias, ea-
3 rumque † patrimonia conſeruari, vt viri optimates ac proceres Rempubl. ipſam tueantur, belloque ac pace Regib. deſeruiant & ideo oportet hos maioratus, veluti columnas quaſdam Reip. ſubſtitui, quo poſſint primates opibus potentes illam defendere ab infidelium manib. atque hæreticorum perfidia domus ma-
4 gnatum veluti oſſa firmiſſima totius † corporis Reip. quib. tempore belli ipſa maxime innititur, vt ſi primogenitus ipſe totius familiæ robur ac præſidium & refugium & fratres inopes alere, ſororeſque egentes dotare aſtrictus ſit tam in conſcientia, quam in iuſtitia vt ex aliis docet in propoſito D. Siman. *lib.* 1. *de primog. Hiſp. c.* 21. D. Ant. de Padill. *in rub. C. de fideic. n.* 4. *verſ. vlt.* & D. Mol. latè *libr.* 2. *de Hiſp. primog. c.* 15 *n.* 58. *&* 59. & iterum *in annotat. ad eum locum, annotatione* 14. & tandem, vt alia quam plura onera in propriæ familiæ decus ac honorem ſubire debeat: quod citra bonorum colligationem fieri non poſſet,& vt inquit Domin. à Sot. *lib.*4. *de iuſt. & iur. quæſt.* 15.
*art.*1. *ad* 2. etſi primogenia iuri naturæ repugnare † vi- 5
deantur propterea, quod omnes liberi eorundem parentum æqua ſorte naſcantur, ac perinde æquo iure nutriti atque educari debeant: attamen id non ſolum in decorem Reipublicæ verum & in eius emolumentum & firmamentum cedit: Non ergo arbitrentur magnates, ipſorum cauſa maioratus eſſe inſtitutos, ſcil. vt eorum proſapiæ perpetuo durent, ſed in bonum Reip. Expedit namque, vt eius commune corpus oſſa habeat & neruos, quib. fulciatur, ob idque decretum eſt, vt tanquam Reip. robora, aliquæ perſiſterent illuſtres domus, tum vt à conſiliis eſſent, tum etiam vt tempore belli eius eſſent ſuſtentacula, ſimilis namque eſt agricolarum prudentia, qui arbori & vti minores ramunculos circumquaque amputant, vt præcipuum germen in truncum exceſcat: & quamuis reuera hoc intereſſe Reipublicæ, quod verſatur ex inſtitutione maioratuum, ſit ſecundarium, non verò principaliter, ſiunt namque præcipue ad vtilitatem vocatorum, ſecundario vero in fauorem Reip. propter præd. vt bene probat Pelaez *de maiorat.* 3. *p. q.* 27. *n.* 4. attamen ille fauor Reipublicæ quamuis ſecundario proueniat, ſufficit ad iuſtificandos maioratus, vt licite permittantur, vt omnes hac de re agentes id probant.

Secunda ratio † eſt, quoniam bonorum diuiſione 6
patrimonia maximè extenuantur atque exinaniuntur: *argu. text. in cap. tua & in cap. maioribus, de præb. l. in plures, ff. de exercitor. act.* intereſt autem Reipublicæ, vel maximè habere ſubditos locupletes, *vt in auth. vt iudices ſine quoque ſuffragio, §.* 1. *verſ. conſiderauimus, collat.* 2. *text. in §. fin. Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.* ſic ac munera & honores eligi oportet viros rerum facultate præſtantes, *l. eos qui vtenſilia, ff. de decurionib. l. ad ſubeunda, Cod. de decurionibus, lib.* 10. & vt inquit D. Bernardus, quem refert Abb. *in cap. licet, de voto, col.*2. *verſ. in gloſſ.* 3. *prope finem,* melior eſt filiorum diſpoſitio, quam diuiſio hæreditatis: conſtituto
enim † maioratu fit, vt bona vnita conſeruentur in 7
perſonis primogenitorum, ſecund. Socin. *conſ.*47. *falli, num.* 6. *lib.* 3. latè tradit Tiraq. *in tract. de primog. q.* 4. *num.*13. Pelaez *de maiorat.* 1. *part. quæſt.* 1. *num.* 9. vbi refert *in hoc bonam leg.*10. *tit.*29. *p.* 2. ibi: *De los ſeñorios mayores, por que no menguaſſen, ni ſe deſfizieſſen del todo,* & inquit Guillerm. à Monſerrat. *in tractat. de ſucceſſ. Reg. Franc. vol.*13. *ſuper.*1. *dubio n.*25. *&* 26. quod talia iura primogenituræ acquiſita, ſunt indiuiſibilia: præmaximè, propter primogeniti honorem & eiuſdem domus conſeruandam prærogatiuam, quæ melius ampliori & pinguiore familia, & bonorum potentia, quam tenui & exili patrimonio conſeruantur, & per quæ viri nobiles inueniunt vxores nobiliores, per quas eorum generis nobilitas creſcit.

Tertia ratio † conſiderari poteſt; Quoniam ex hac 8
maioratuum inſtitutione nobilitas & familiarum dignitas ſuſtinetur: quod maximè intereſt Reipubl. *vt in l.* 1. *verſ. publice ff. de ventre inſpiciendo,* quam rationem locupletauit Siman. *lib.* 1. *de primog. Hiſpan. cap.* 17. & poſt eum D. Anton. de Padil. *in rub. num.*4. *C. de fideic.* vbi quod in hoc clariſſimo Caſtellæ principatu illuſtres familiæ penitus interierunt, vt nec veſtigium quidem earum appareat, propter maiorum paupertatem, quæ quidem indemnes in ſuo ſplendore ad præſentem



vſque diem perſeueraſſent, ſi eorum anteceſſorib. curæ fuiſſet, bona aliqua perpetuo fideicommiſſo colliga-
9 re, genus † namque & familia per maioratus conſeruantur, *vt in l.*1. *§. quamuis, ff. de ventre inſpiciendo* notant Cyn. & alij *in l.* 1. *C. de adult.* & plures allegans Pelaez *vbi ſup.* 1. *p. q.*1. *n.*9. eſt bona *l.* 44. *tit.*5 *p.*5. ibi: *Mas que ſin que ſiempre ami hijo y mi heredero, porque ſea ſiempre mas honrado, y mas tenido:* facit *l. cum filius, §. pater, ff. de leg.*2. ibi: *Diuitiæ enim agnationes tuentur, & ſine eis obnubilantur & diruuntur,* tradit Ioan. Andr. ad Speculatorem *in tit. de ſucceſſionibus ab inteſt. in rubric. columna* 2. *in princip.* & ſatis probatur *in l.* 3. *in princip. ff. de teſtibus,* & ideo B. Auguſt. *in lib. de Ciuitate Dei,* quem refert Alexand. *conſil.* 52. circa hanc dubitationem, *col.*1. *in fi. l.* 4. dicit; quod in familiis per diuitias conſeruatur honor, maioratus enim ſemper inſtituuntur ad honorem familiæ & memoriam defuncti, vt iure probat Arias Pinel. *in l.*1. *C. de bonis matern.* 3. *p. n.* 99. *verſ. ſed pro ſucceſſore,* & inquit Bologuinus *conſ.* 62. *cor mundum, colum.* 3. *verſ. ex quo infero,* quod in inſtitutione maioratus non ſolum verſatur vtilitas eorum, quibus fit conceſſio & ſuorum deſcendentium, ſed etiam publica vtilitas concedentis pro ipſius memoria perpetuo conſeruanda, & pro regimine eorum, qui in maioratu ſucceſſuri ſunt, de quorum intereſſe etiam non leuiter tractatur.

Quarta ratio ſuperioribus adiungi poteſt, quod nomen & memoria nobilium, qui hos maioratus conſtituunt, ex eorum conſtitutione conſeruatur: plerunque enim ea conditione ſucceſſores vocitant, vt con-
10 ſtituentium nomen † ferant & arma, quæ conditio honeſta quidem eſt, atque iure probata, ſi nomen illud honeſtum ſit, *l. ſed ſciendum, l. facta, ſi §. vero nominis, ff. ad Trebell. l. legatum,* ibi: *Memoria defuncti conſeruandæ gratia ff. de vſufr. leg. l. Titia, §. fin.* ibi: *Cum ſubſcriptione nominis mei, ff. de auro & argent. leg. l. cum filius, §. inter,* ibi: *In honorem nominis mei ff. de leg.*2. *l. hoc iure, §. fin. ff. de donat.* quæ iura in hoc præter ordinarios ſcribentes notarunt Alber. *in rub. n.* 1. *ff. de inſtit. & iur.* & Soc. *conſ.* 259. *per totum, volum.* 2. Dec. *conſ.* 279. *lib.*1. Guilliel. Bened. *in repetit. c. Raynutius, de teſt. verb. & vxorem Adelaſiam, n.* 22. Chaſſanæus *in catalago gloriæ mundi,* 1. *part. conſiderat.*38 *concluſ.*46. & alios referens D. Ant. de Padill. *vbi ſupra* vbi quod ſi nomen à teſtatore præceptum inhoneſtum ſit, aut turpia inſignia conditione reiecta, maioratus firmus manet: ſequitur D. Mol. *lib.*2. *de Hiſpan. primog. c.*14. *n.* 25. vbi plura in propoſito adducit, *& num.* 3. *cum ſeqq.* late probat, quod prædiximus de delatione nominis atque armorum & inſignium fundatoris maioratus, per ſucceſ-
11 ſores eiuſdem facienda: Arma † enim atque inſignia, quæ in maioratuum creatione imponuntur, ipſi Reipublicæ vtilia ſunt, vt liberi eius ad præclara facinora imitanda eorum contemplatione prouocentur: *arg. text. in l. ex liberalitate, verſ. neque eius nomine, ff. de operib. publ.* quem text. *ibi* in hoc expendit Bart. atque Rom. *ſing.*480. Tiraq. *de nobil. c.*6. *num* 15. Rip. *in c. cum Eccleſia Sutrina, de cauſ. poſſeſ. & prop. num.* 97. Lud. Gom. *in §. pœnales, num.*5. *Inſt. de actio* prout eos refert & ſequitur D. Ant. de Padil. *vbi ſup.* Præterea inſignibus & armis agnationes & familiæ conſeruantur, *l. lex quam tutores, C. de adminiſtr. tut.* ibi: *In qua maiorum imagines, aut non videre fixas, aut reuulſas videre, ſatis eſt lugubre, & in l. legata, §. ſi ff. de adminiſtrat. rerum ad ciuit. pertinent. l. Quintus, §. ad auctoritatem, ff de annuis legat. l. Baſilicam, C. de operib. publ. cum aliis,* & notant Anchar. *conſ.*113. *col.*2. *n.*3. *&* 4. Anania *conſ.*86. *col. pen. n.*1. Rip. *in l. Centurio, n.* 164. *ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* quod & probant Roman. *ſing.*474. Cæſar. Lamb. *de iurep. l.*35. *q. princ. art.*4. *n.*2. *&* 8. *cum præcedentib. & ſeqq.* Burgos de Paz *in proœmio legum Tauri, num.* 23. & D. Molin. *de Hiſp. primog. lib.*1. *cap.*14 *num.*6.

Ex quibus fit, vt ſi † quis ea conditione maiora- 12
tum inſtituat, vt poſſeſſor ferat ipſius nomen & arma, & vt in tumulo fundatoris ſepeliatur, hæc omnia ad vnguem ſunt implenda, vt ſi vel in vno deficiat, maioratu ſit ille priuandus: *arg. l. facta, circa fin. §. in danda, ff. ad Trebel.* vbi Bart. Paul. & communiter ſcribentes id notant, Soc. *in l. quibus diebus, §. Termilius, col.*5. *n.*10. *ff. de condit. & demonſt. & in conſ.* 259. *col.*2. *num.*2. *&* 3. *l.*1 Dec. *conſ.*273. *n.* 2. Guilliel. Bened. *in c. Raynutius, de Clera n.*44 *cum ſeqq. & verbo, ſi abſque liberis moreretur, in* 2. *num.*25. *de teſt.* Guid. Pap. *deciſ.*251. *&* 467. Boer. *deciſ.*146. *n.*6. Tiraq. *in legib. connubialibus, l.*5. *n.*14. Pariſius *conſ.* 15. *n.* 79. *cum ſeqq. lib.*2. *& conſ.*19. *n.*28. *vſque ad fin. eod. lib.*2. Greg. Lop. *in l.*3. *tit.*4. *p.*6. *in gl. contra boneſtidad.* D. Ant. de Padill. *in d. rub. C. de fideicommiſſ. n.*5. *verſ. quod ſi quis,* Burgos de Paz *in proœmio legum Tauri, num.*24. eſtque veriſſimum atque ſic obſeruari ſolitum, ſecundum D. Molin. *vbi ſupra num.* 10 *& num.*13. *cum ſeqq* late agit, quomodo procedendum ſit contra maioratus ſucceſſorem, nomen & arma teſtatoris non deferentem. Eandem ſententiam latiſſime probat & pluribus modis ampliat Anton. Teſſaurus *deciſ. Pedemont.* 270. *per totam.*

Quinta ratio aſſignari † poteſt, quando maioratus 13
fit de oppidis, quorum iuriſdictio & gubernatio ad conſtituentem maioratum pertinet, quia per vnicum dominum caſtra & iuriſdictiones rectius & tutius gubernantur: Expedit enim Reipublicæ per vnum gubernari, *l.*2. *§. nouiſſime, ff. de origin. iur.* tum etiam propter diſcordiam, quæ facile oritur plures, *vt in l. cum pater, §. dulciſſimus, ff. de leg.* 2. tum præterea, quia per plures ſegnius negotia expediuntur: His namque rationib. ius primogenituræ introductum eſt, ne dignitas minuatur & Reſpublica lædatur ob pluralitatem Principum: quia multitudo Principum noxia eſt, ſecundum Philoſoph. tradunt Dd. *in c. licet, de voto,* Oldrad. *conſ.*94. eleganter, *conl.*3. Dec. *conſ.* 389. viſa longa *num.*6. Natta *conſ.*505. *n.*33. Tiraq. *de iure primog. q.* 4. *num.* 13. 30. *&* 31. quos ſequitur Franciſcus Beccius *conſil.*56. *n.*34. *l.*1.

Sed & aliæ † plures cauſæ inſtituendi primogenia 14
reddi poſſent, vt colliguntur ex Siman. *d. lib.*1. *de Hiſp. primogen. cap.* 16. *& ſequentibus,* & Franciſco Piſcin. de ſtatuto excludente fœminas, *num.*6. *cum ſequentibus:* ſed & illa præcipua eſt vnitatis conſeruandæ, quæ eſt principium omnium rerum, vt pluribus comprobat atque curioſe, vt adſolet, exornat Tiraquel. *vbi ſuprà, d. quæſt.*4. *n.*16. *cum ſeqq.*

Sed vt res † iſta probabilior ac ſecurior in foro 15
conſcientiæ fiat, eam à ſuis principiis trahamus, vt vere cognoſcatur: Inquit namque Philoſoph. Vera rerum cognitio à cauſſis prioribus deriuatur, & recte eam rem ſcimus, quam ex prioribus cauſis cognoſci-
mus. Quare † obſeruandum primo erit, quod maiora- 16
tuum Hiſpanorum originem ab inſtituto diuino quodammodo deriuationem primæuam duxiſſe, conſtat ex eo, quod Geneſ. *cap.*25. mentio ſit de primogenitura, cuius primogenituræ ius Eſau vendidit fratri ſuo Iacob, & iterum, *c.*27. vbi Iſaac. dedit filio ſuo Iacob, benedictionem eique ius primogenituræ conceſſit, & ibi: *Et eſto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te,* & tranſumptiue *in l.*2. *tit.*15. *p.*6. *E que lo han de obedecer como a ſeñor, & cap.* 43. *Sederunt coram eo primogeniti, iuxta primogenita ſua, & minimus iuxta ætatem ſuam,* & Deut. *c.*21. Iſte eſt enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita, & alibi ſæpe:
Eodem † etiam iure diuino primogenito prærogati- 17
uæ quam plures præ cæteris aliis competebant, quia

nempe ad dexteram patris primogenitus ſedebat, ſacrificia offerebat, cuncta ex bonis parentis duplicata ſibi vendicabat, diebus feſtiuis veſtem pretioſam ferebat, benedictionem à parente in mortis articulo capiebat, cibariiſque duplicibus fruebatur: quæ iura antiqua primogenituræ in veteri Teſtamento fuiſſe meminit gloſ. *in c. quam periculoſum, 7. quæſt 1.* quam *ibi* ſequuntur communiter ſcribentes. Idem *in dict. c. licet, de voto, Alex. conſ. 261. circa fin. lib. 2.* Laudenſis *in tractat. de primogenitura, 1. & 2. quæſt.* Ioan. Lizerier *in eodem tract. lib. 1. 2. & 3. quæſtionibus, & lib. 2. q. 2. vbi 23.* primogenitorum prærogatiuas enumerat Tiraquel. *de iure primogenit. in præfatione, num. 12.* Anton. Gomez *in leg. 40. Taur. num. 1.* D. Molin. *lib. 1. de primogen. Hiſpanor. cap. 2. num. 3.* vbi hoc aperte oſtendi affirmat *in l. 2. tit. 15 part. 2.* ibi *Y ſegun ley ſe prueua por lo que Dios dixo a Abraham*, & ibi: *Ca ſegun el dixo a Moyſen en la vieia ley, todo maſculo que naciesſe primeramente, ſera llamado coſa ſanta de Dios*, & iterum ibi: *Se prueua por las palabras que dixo Iſaac a Iacob ſu hijo, quando la die la bendicion.* Quo fit, vt maioratus Hiſpani non modicam habeant ab inſtituto diuino deriuationem, prout tenuit Oldra. *conſ. 257.* latius Abb. *conſ. 3. n. 3. & 4. l. 2.* Ioan. Andr. & alij *in cap. licet, de voto,* Palat. Rub. *in l. 40. Taur. n. 1.* de quo late agit Tiraq. *in præfatione, vbi ſup. n. 18. & in q. 29 n. 11.* & Ant. Gomez *vbi ſup.* & proceſſerunt à legibus & inſtitutis Hebræorum ſecundum eundem Tiraquellum *q. 10. n. 17* Vnde Ant. Nebriſſenſis *in ſuo dictionario* exponens hoc verbum, *Mayorazgo*, dicit idem eſſe quod primogenit.
18 Quod prædiximus † veriſſimum eſt, ſi ad ipſum ius primogenituræ ſimpliciter ac de per ſe ſumptum referatur, tametſi primogenia noſtri temporis à legis veteris primogeniis diſſimilia ſint: vt ex pluribus probat Burgos de Paz *in proœmio legum Taur. n. 91. cum ſequentibus,* D. Simanc. *de Catholic. inſtitut. c. 9. n. 125. & in ſuo tractatu de primogen. Hiſpan. l. 1. c. 1.* & D. Mol. *eod. tractatu, l. 1. cap. 1.* & Palaez *in eodem tractatu in initio, 1. part. num. 2. cum ſeqq.* Iure etiam diuino fœmi-
19 næ excludebantur, admiſſis † maſculis pro conſeruatione familiarum, vt patet Numer. *c. 27. & in c. fi.* tradit Angel. *conſ. 299. ſtatuto ciuitatis,* & Tiberius Decianus *conſ. 1. n. 38. volum. 1.*

20 Similiter ius primogenituræ † ſimpliciter ſumptum à iure naturali, quod natura omnia animantia docuit, etiam originem ducere vel ex eo conſtat, quod omnia animalia, etiam ratione carentia, ipſa ſolum natura impellente, ardentius primogenitos ament, eiſque ius quoddam veluti primogenituræ tribuant, vt latiſſime ex pluribus probat Tiraquellus *de primogenit. in præfatione, num. 36. cum ſeqq.* & expreſſe probat *dict. lib. 2. part.* ibi: *La primera naturalmente*, quod aduertit Suarez *in repetitione, l. quoniam in prioribus, in 11. limitat. 2. dubio, num. 22. Cod. de inofficioſo teſtam.* quem refert & ſequitur D. Molin. *vbi ſupra, lib. 1. capit. 2. num. 4.* quidquid Pelaez *vbi ſupra* probare nitatur contrarium, nempe, ius primogenituræ non eſſe de iure naturali, ſed imo præter ius naturæ, ſecundum Alber. *in l. donationes quas diuus, num. 4. C. de donat. inter vir. & vxor.* hoc namque procedere poſſet quoad alia, ſecus vero quoad ordinem & ius quoddam primogenituræ, vt probat d. l. Regia, & recte conſiderant præfati priores auctores.

21 Tertio, & à † iure quidem gentium primogenia non modicum principium duxerunt, cum eo iure libera facultas vnicuique conceſſa ſit teſtandi, de reque ſua diſponendi, *vt in l. nec enim, §. deportati, ff. de milit. teſtament. l. milites, C. eodem tit.* Bart. *in l. interdum, num. 7. ff. de condictione indebiti*, quoad latiſſime probat D. Couarr. *lib. 3. variarum reſolut. cap. 6. num 7.* Ex qua diſponendi libertate iure gentium inuenta proceſſerunt conditiones, vincula, fideicommiſſa atque grauamina, quæ in Hiſpanorum maioratibus paſſim inueniuntur, vt recte aduertit in propoſito D. Molin. *vbi ſuprà, num. 5.* illud addens, non eſſe in hac parte diſtinguendum ius gentium primæuum à ſecundario, quia quamuis † ea diſtinctio communis ſit, non ta- 22
men eſt vera, cum vnicum ſit ius gentium, etſi proceſſu temporis variatum fuerit, vt late explicant Fortunius Garcia, Alciatus, Connanus, Corraſius & Pinellus ab eo *ibidem* in id citati: & quod maioratus à iure gentium ortum habuerint, probat etiam Ant. Gom. *in l. 40. Tauri n. 1. & 2.*

Quarto, & à iure † quoque ciuili ea omnia origi- 23
nem ducunt; Nam etſi facultas teſtandi, vt dicebamus, à iure gentium proceſſerit, id tamen verum eſt in inuentione, forma autem, ſolemnitate & approbatione à iure ciuili prouenit, ſecund. Iaſ. *in l. ſi teſtament. C. de teſtam.* probat Vigli. *in §. ſed prædicta, n. 4. Inſt. de teſt. Alex.* & Iaſ. *in rub. ff. de acquir. hæred.* Decius *conſ. 415. num 3.* D. Couar. *vbi ſup.* & D. Petrus Peralta *in rubric. ff. de hæred inſtit. n. 140. cum ſequentibus,* Iul. Clarus *lib. 3. recept. ſententiarum, §. teſtamentum, q. 1.* eſtque veriſſima & communis opinio, vt plures allegans teſtatur D. Mol. *vbi ſup. n. 6.* vbi quod ſic ius ciuile paſſim plurima de huiuſmodi fideicommiſſis, conditionibus, ſubſtitutionibus, vinculis, grauaminibuſq; in quib. præcipue conſiſtit maioratuum ratio, diſponit, ita vt certiſſimum ſit, præcipuam anſam ius ciuile noſtri temporis maioratibus dediſſe, idque ipſum feciſſe ius Regium Hiſpanorum proprium ac peculiare, ex quo præſertim intelligitur maioratuum ſubſtantia.

Sed & † quinto originem etiam ducunt à lege Ca- 24
nonica & etiam conſuetudinaria, vt docet Ioan. Andr. quem ſequuntur cæteri *in c. licet, de voto,* Ioan. Lizerier, Tiraq. Mol. & Pelaez *in locis ſupra citatis*: quod & probat *d. l. 2.* Regia, *ibi: La tercera por coſtumbre,* & ibi: *Y eſto vſaron ſiempre en todas las tierras del mundo.*

Sexto † & vltimo, Hiſpanorum primogenia ſecun- 25
dario & certius ab ipſo Hiſpaniæ Regno, tanquam à capite, eiuſque ſuccedendi ordine deriuatur, propriamque ac veriſſimam originem trahunt: Ipſum namque Hiſpaniarum Regnum veriſſimus maioratus eſt, in eiuſque ſucceſſione ſeruatur vetus ac præciſus ordo primogenituræ, vt aperte decidit *d. l. 2. tit. 15. part.* vbi Gregorius Lopez id notat, & profitentur cæteri omnes Hiſpani ac exteri, qui eius rei meminerunt: qui maioratuum inſtituendorum ordo à Regibus in ſubditos fuit tranſfuſus, & poſtea in Hiſpanorum conſuetudinem abiit, vt aſſerit D. Molin. *lib. 1. de Hiſpan. primogen. cap. 1. n. 26.*

Hinc eſt, ad Regni † exemplar hos Hiſpaniæ ma- 26
ioratus fuiſſe introductos, vt nec illud dubium ſit, quoties in maioratus ſucceſſione dubitatio inciderit, ſi ex ipſius conditoris verbis ac mente non ſatis concipi poſſit, quid ille ſenſerit, ea interpretatio ſit accipienda, vt eodem modo ſucceſſio ducatur, quo in Regni ſucceſſione receptum ſit: *arg. text. in c. cum non liceat, de præſcript. cum ſimil.* atque in ſpecie maioratuum Hiſpaniæ hoc reſpondet Paul. Caſt. *conſ. 164. in præſenti cauſa,* quæ vocatur maioria Hiſpalenſis, *lib. 2.* Peral. *in rub. n. 122. & in lib. 3. §. qui fideic. n. 120. ff. de hæred. inſtit.* D. Ant. de Padilla *in rubr. C. de fideicom. n. 6.* D. Mol. *d. lib 1. c 2. n. 16. & 27.* & alij plurimi, quos *infra* ad idem citabimus.

Obſeruandum tamen erit, quod licet primogenia à iure diuino, naturali, gentium, ciuili, Canonico & Regio, originem ac fundamentum ducant, ea tamen iura, nec vllum eorum parentes aut alios minime cogunt ad faciendum maioratum, vel meliorationem in



in filios alioſue, ſed tantum id permittunt, concedunt atque indulgent ob bonum publicum, publicamque
27 vtilitatem: vt patet *lib. 2. tit. 27. p. 2.* ibi: *Pero con † todo eſſo, &c.* & in terminis tenet Abb. *conſ. 3. num. 1. lib. 2.* & Tiraq. *in d. tract. de primogen. q 4. n. 13.* Guiller. Bened. *in d. c. Raynut. in verb. in eodem teſtamento relinquens, in 1. n. 159.* vbi quod conſuetudo, quod primogenitus ſuccedat, fundatur iure diuino, naturali, voluntario & poſitiuo, non autem neceſſario, prout refert & ſequitur Pelaez *vbi ſup. d. n. 2. in verſ. nec etiam, & in verſ. & ex hoc ſequitur.* Nihilominus tamen ex quo primogenia omni iure promiſſa & approbata ſunt, recte deducitur, licitum eſſe quoad vtrumque forum maioratum & meliorationes conficere. Remanet igitur ex ſuperioribus ſatis probata, tam quoad ius fori, quàm quoad ius poli, iuſtitia maioratuum Hiſpaniæ, cum ipſi plurimis ex cauſſis ac iuſtis reſpectibus Reipublicæ vtilibus, necnon & ipſis fundatoribus ac deſcendentib. eorundem, tam primogenitis, quam cæteris, ac perpetuitati & familiæ conſeruationi fuerint introducti, vt vidimus, ac præterea à iure diuino, naturali ac gentium originem trahere docuimus, ſed etiam quoad eorum formam ac propriam & veram inſtitutionem iure ciuili, Regio & conſuetudinario, vt deduximus: Ex quib. argumentis in contrarium adductis iam ſatisfit, vt noſtræ huic ſententiæ principali non obſint.

28 Quare hanc † ſecundam ſententiam, nempe, quod primogenia & maioratus Hiſpaniæ iure optimo, ac citra conſcientiæ diſcrimen fieri aut ſuſtineri valeant, verior ac magis communiter recepta eſt, quam ſequuntur Ioan. Andr. *in reg. ſine culpa, q. vlt. de reg. iur. in 6. in mercurial.* Oldrad. *conſ. 94. col. 2. & 3.* vbi eam iure diuino, ciuili & canonico corroborat, Bart. *in lib. 2. num. 18. C. quæ ſit long. conſuetud,* Martin. Laudenſ. *de primogen. q. 12.* eamque ſequuti ſunt etiam plurimi maximæ auctoritatis iuris interpretes, congeſti per Andr. Tiraquel. *de iure primogenit. quæſt. 4. n. 13. & 14.* & Pariſ. *conſil. 72. num. 12. lib. 4.* Paul. Caſtren. *conſ. 179. in cauſa,* qua magnificus Dominus, *n. 3. & 4. lib. 1.* cui & Iaſ. conſentit *conſ. 170. in præſenti conſultatione, col. 3. & 4. lib. 4.* & ſingulariter Præpoſit. *in cap. ius naturale, col. 4. in medio, 1. diſt.* Aym. Crau. *conſ. 135. n. 45.* Bolog. *conſ. 62.* Palat. Rub. *in repet. cap. per veſtras, poſt notabilia text. § 26. ante num. 1.* Carol. Mol. *in conſuet. Pariſ. tit. 1. de materia feud. § 8. gl. 3. n. 30. & gl. 4. num. 15.* Roder. Zuar. *in l. quoniam in prioribus, 2. limitat. ad l. ſcui, per totam, C. de inofficioſ. teſtam.* D. Couar. *in 4. de ſponſal. 2. p. c. 8. § 6. n. 5. verſ. quarto deducitur, idem in c. Raynutius, n. 24. de teſtam. & l. 3. var. reſol. c. 5. n. 5.* Greg. Lop. *in l. 32. tit. 9. part. 6. in princ. gloſſa magna,* D. Peral. *in l. 3. §. qui fideicommiſſam, num. 121 ff. de hæred. inſtituen.* Ant. Gom *in l. 40.* Taur, *n. 56.* eamque ſequitur profiteur eſſe veriorem & crebriorem, non ſolum in regni ſucceſſione, quod ſuapte natura eſt indiuiſibile, *vt in c. intellecto, de iureiurando, & in c. in apibus, 7. quæſt. 1.* ac etiam in Ducatu, Marchionatu & Comitatu *c. 1. § præterea Ducatus, de probib. alien. per Feder.* quoniam melius per vnum, quam per multos adminiſtratur, *l. 2. §. ſed quia difficile, ff. de origin. iur.* & *ſuprà* diximus *in 5. ration.* ſed etiam in cuiuſuis priuati hominis maioratu, D. Ant. de Padill *in rub. C de fideicommiſſ. num. 4. cum ſeqq.* Burgos de Paz, *conſ. 13. num. 43. cum ſeqq.* & eius filius *in quæſt. ciuil. 1. num. 71.* & hanc partem crebriori doctorum numero comprobatam eſſe affirmat D. Mol. *lib 2. de Hiſpan. primog. c. 1. num 3.* plurimos eiuſdem ſententiæ auctores citans, & Pelaez *de maiorat. in initio primæ partis, num. 2. per totum,* & D. Spino *in ſuo ſpeculo teſtament gloſſ 19. num. 15. cum ſequentibus,* & ex Theologis eandem ſententiam probauit Bernard. vt refert Abb. *in d. c. licet, n. 10. de voto,* & Scotus *in 4. ſent. diſtinct. 15. q. 2.* Ioan. Maior. *l. 2. ſententiarum diſtinct. 44. quæſt. 8.* Abulenſ. Numer. *cap. 16. & c. 27. & cap. 36.* Dominic. à Soto, *lib. 4. de iuſtit. & iur. quæſt. 5. artic. 1. ad 2.* Hæcque communis † ſententia proculdubio eſt
tenenda, dummodo cæteri filij ſua legitima vel ſal- 29
tem alimentis competentibus non defraudentur, nec in legitima meliorati grauamen imponatur citra ipſius conſenſum, vt ex inferioribus liquido apparebit, & modo ſint condita cum recta ratione & æquitate, ſecundum eundem Pelaez *de maiorat. 1. part. quæſtione 5. numero 1.*

Ex qua † receptiſſima & veriori ſententia primo 30
deducitur, primogenium illud ac vinculum, quod parentes vel alter eorum fecerint auctoritate legum huius Regni de quinta eorum bonorum parte, ſiue in liberos, vel in extraneos, iuſtiſſimum eſſe, quoad ius poli ac fori.

Secundo infertur, idem eſſe dicendum in eo maioratu, qui ex tertia bonorum parte à parente, factus fuerit, ſeu ſimul de tertia & quinta bonorum portione, ſeruato ordine, de quo *in l. 17. Taur.* quæ hodie eſt *l. 11 tit. 6. lib 5. Noua Collect. Regiæ.*

Tertio infertur, idem à † fortiori eſſe dicendum in 31
eo vinculo & maioratu, qui ab eo, qui deſcendentes non habet, nec etiam aſcendentes factus fuerit in fauorem fratris vel alterius conſanguinei, vel etiam extranei, cum enim in hac ſpecie de legitima deſcendentium nec aſcendentium agatur, iſque omni iure poſſit de bonis ſuis libere diſponere, vt probauimus, abſque vllo dubio poterit ſecure de eiſdem maioratum inſtituere.

Similiter & quarto idem † erit dicendum, in eo 32
maioratu, qui ex tertia bonorum portione ab eo, qui aſcendentes, non autem deſcendentes legitimos habet, factus fuerit, cum *l. Regis 6. Taur.* hodie *l. 1. tit. 8. lib. 5. Nouæ Collect. Reg.* poſſit ille, qui aſcendentes habet, libere diſponere de tertia bonorum ſuorum parte.

Quinto † idem erit obſeruandum in eo vinculo & 33
maioratu, quem pater aſcendentes habens, non vero legitimos deſcendentes, in perſona filij naturalis, etiam de omnib. ſuis bonis inſtituerit, cum hoc caſu pater poſſit in præiudicium aſcendentium filio ſuo naturali omnia bona ſua relinquere, *vt in lib. 10. Tauri,* quæ hodie eſt *lib. 8 titul. 8. lib. 5. Noua Collect. Reg.* nec filius naturalis legitimam prætendere poſſit, *vt in auth. licet, cum ſimilibus, Cod. de natural. lib.* vt in ſpecie notat D. Mol. *vbi infra ſtatim citabitur,* & Pelaez *de maiorat. 1. part. quæſt. 2. numero 13.* vbi *num. 19.*
etiam probat, quod mater poſſit facere maioratum † 34
in filium ſpurium, deficientibus aliis legitimis & naturalibus, cum iuxta *leg. 9. Taur.* eo caſu ſit ei legitimus ſucceſſor ex teſtamento & ab inteſtato, dummodo non ſit filius ex damnato coitu, clerici aut monachi, aut fratris ſancti Iacobi aut Hieroſolymæ, *vt in dict. l. cum enim duo,* ſcilicet, quod legitima minuatur ſeu in ea grauamen imponatur, maioratuum inſtitutiones dubias reddere ſoleant, vt docet Zuarez *in dict. leg. quoniam in prioribus 2. limitatione, n. 16.* & in ſupradictis ſpeciebus, nec in earum aliqua aliquid horum contingat, conſequitur, in eiſdem licitas in vtroque foro eſſe maioratuum inſtitutiones, legeſque ipſas Regias hoc permittentes iuſtiſſimas eſſe. Quo fit, vt is, qui earum auctoritate fretus primogenium inſtituerit, etiam quoad ius poli tutus ac ſecurus cen-
ſendus ſit: Lex namque humana, tam ciuilis, quam † 35
Canonica, condita ab eo, qui habet auctoritatem legis condendæ, ſi ea ob bonum commune lata ſit (prout ſunt noſtræ leges Regiæ de hac re agentes, vt vidimus) etiam in foro conſcientiæ ſeruanda erit,

iuxta gloſſ. 1. *in capit. quæ in Eccleſiarum, de conſtitut.* quam *ibi* Abba. & communiter ſcribentes ſequuntur, & late Felin. *in cap.* 1. *num.*44. *de conſt.* D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 96. *artic.* 4. *&* 6. Henric. *quodlib.* 8. *quæſt.* 22. Dominic. à Soto *de iuſtit. & iur. lib.* 1. *quæſt.* 6. *col.* 2. diximus *late lib.* 2. *practic. quæſt. q.* 180. *numero* 10. & in terminis primogeniorum id expreſſe tenet D. Anton. Gom. *in lib.* 40. *Taur. numero* 56. & optime D. Molin. *libr.* 1. *de Hiſpan. primog. cap.* 1. *num.* 6. *&* 7. qui prædict. etiam probat, & in terminis meliorationis tertij & quinti præd. ll. eſſe in foro animæ probatas, tenet Menchac. *de ſucceſ. creat.* §. 1. *num.* 16. *verſic. illud autem*, & Tellus Fern. *in l.*27. *Taur. num.*10. & Pelaez *de maiorat. in initio prima part. num.* 2. *circa fin.* quod probatur ex illo, quod habetur Geneſ. *cap.*48. vbi Patriarcha Iacob. in diuiſione bonorum, quam inter filios fecit, Ioſeph filium ſuum vndecimum meliorauit, dicens: *Do ibi partem vnam extra fratres tuos, quam*
36 *tuli de manu Amorrhæi in gladio & ſcuto.* Et † prætere a probatur ex eo, quia is, qui legis humanæ auctoritate aliquid fecit, non peccat, niſi ea lex diuinæ contraria ſit, vt in ſpecie dixit Bald. *in capit. in omni negotio n.* 1. *de teſt.* ſequitur plura adducens in eius comprobationem Iaſ. *in l. ſi pœnæ cauſa, in princip. num.* 2. *ff. de condict. indeb.* & Felin. *in d. c.* 1 *n.* 44. *de conſtit.* gloſſ. communiter approbata *in c. fin. præſcript.* ſecundum Molin. *vbi ſuprà n.*8.

37 Sexto † deducitur, maioratum fieri non poſſe abſque Regia facultate omnium bonorum, vel ex quo cæteri filij ſeu deſcendentes ſua legitima fraudentur, neque quoad ius fori nec poli poſſe ſuſtineri, niſi cæteri filij eidem expreſſe ſcienter conſenſerint, iuramentoque proprio cenſenſus præfatus, cæteriſque vinculis neceſſariis confirmatus fuerit, iuxta late tradita per D. Molin. *l.* 2. *de Hiſp. primog. c.* 3. *per totum.*

38 Septimo † infertur, maioratum virtute licentiæ ac facultatis Regiæ a parentibus ſimpliciter ex omnibus bonis inſtitutum, non relictis cæteris filiis alimentis competentibus, quia eadem facultas hoc non præceperit, non eſſe ſecurum in neutro foro; Quia quamuis facultas ſimpliciter ad id concedatur, intelligenda tamen erit, modo cæteris liberis alimenta competentia relinquantur, vt latiſſime poſt alios plures probat Molin. *lib.* 2. *cap.* 1 *n.*10. *cum ſeqq.* vbi *n.*14. *& ſequent.* idem à fortiori probat, ſi eadem facultas concedatur ea lege expreſſa, vt nulla obligatio alimenta cæteris filiis relinquendi patri ſuperſit, cum derogatione legum contrarium diſponentium, etiamſi ipſi filij habeant vnde ſe alere poſſint, nec vſquam viſa eſt facultas ſupradictis modis conceſſa: quod ſi concederetur, nec Princeps, qui huiuſmodi facultatem conceſſiſſet, nec eius conſiliarij, nec eiuſdem maioratus inſtitutor in foro conſcientiæ tuti in hac ſpecie eſſe poterunt, vt in ſimili aduertit Mench. *in repet. authen. nouiſſima, C. de inoffic. teſtam. num.* 308. quod veriſſimum eſt in noſtris terminis, ſicque obſeruari ac practicari ſolitum
39 eſſe, teſtatur D. Mol. *d. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 24. Non † tamen ex hoc primogenium ipſum annullabitur, ſed potius ſuſtinebitur, facta ex ipſis bonis cæteris filiis competenti alimentorum aſſignatione, ſecundum eundem D. Molin. *ibi num.*27. & latius *eodem lib.* 2. *c.* 15.

40 Octauo † ex ſupradictis fit, quod ſi facultas Regia ad inſtituendum maioratum concedatur, ea conditione adiecta, *vt cæteris filiis competentia alimenta relinquantur*, prout communiter in Hiſpania Reges noſtri Chriſtianiſſimi eas concedere ſolent, ea facultas erit iuſtiſſima, & in foro conſcientiæ tuta, reſpectu omnium, ea forma ſeruata: ita tenent communiter Hiſpani *ſupra* citati pro ſecunda receptiori ſententia; Cauſa namque publica, quæ in inſtituendis maioratibus verſatur, ſufficiens eſt ad iuſtificandas has facultates, nec alia cauſa extrinſeca requiritur, dummodo eadem facultas, conſiderata perſonarum ac patrimonij qualitate & quantitate, conceſſa fuerit, vt optime deduxit Greg. Lop. *in lib.* 32. *tit.* 9. *part.* 6. *in gloſ. magna, colum.* 1. aduerſus Roder. Suarez *in dict. l. quoniam in prioribus*, 2. *limitat. num.* 15. exiſtimantem, aliam cauſam ad harum facultatum iuſtificationem neceſſariam eſſe: quem in hoc etiam reprehendit Mench. *vbi ſupra, n.*308. & eis libenter aſſentit D. Molin. *dict. l.* 2. *c.* 1. *n.* 26. *circa fin.* Hæc de facultate conceſſa ad faciendum maioratum, ei qui legitimos deſcendentes habet: nunc vero de ea, quæ eos non habenti impartitur, agendum erit.

Nono ex † *ſuprà* dictis dicenda venit illa quæſtio, 41
*Quid dicendum ſit in facultate conceſſa ad faciendum maioratum de omnibus ſuis bonis ei, qui, quamuis non habeat deſcendentes legitimos, habet tamen aſcendentes huiuſmodi?* Nam etſi prima facie videatur dicendum, quod ſiue ad tollendum eis omnino legitimam, vel ad illam minuendum, eius conceſſio quoad vtrumque forum, & exterius, & interius, ſecura ſit, ex illa communi doctrina, quod habet; Quod legitima † aſcen- 42
dentium, lege, conſuetudine, reſcripto ſeu etiam ſtatuto non ſolum minui, ſed etiam omnino tolli poſſit, cum ea non tam ex iure naturali, quam ciuili ac poſitiuo procedat, vt cenſuit Bald. *in l.* 1. § *ius naturale, q.* 1. *circa fin. ff. de iuſtitia & iure, & in l. de emancipatis, n.*2. *C. de legitim. hæred* & alij plures, quorum opinio communis ac vera eſt, vt eos referens aduerſus Couar. *in* 4. 2. *part. c.*8. §. 6. *num.*5. teſtatur D. Molin. *dict. lib.* 2. *cap.* 1. *n.*28. Nihilominus tamen ſecundum eundem *ibid.* ac rectius meo iudicio, in ſpecie huius noſtræ illationis contrarium eſt tenendum, nempe, minime eſſe iuſtam prædictam facultatem, niſi parentibus ſaltem indigentibus, competentia alimenta miniſtrentur: Quamuis enim communis opinio præfata vera ſit, Princeps tamen non debet id abſque legitima cauſa efficere. Nec tamen adeò vrget in propoſito illa publica vtilitas, quam in maioratuum inſtitutionibus verſari prædiximus, in his, qui legitima deſcendentia carent, primogeniumque ipſum in tranſuerſalibus, agnatis vel cognatis, vel etiam in extraneis facere volunt, prout in his, qui in legitimis deſcendentibus nomen ac memoriam propriæ familiæ perpetuam efficere cupiunt, non enim cenſebitur iuſta cauſa priuandi aſcendentes legitima ſibi competenti, quod filius vel deſcendens velit omnia bona ſua tranſuerſalibus ſeu extraneis iure maioratus deferre, aſcendenteſque ſua legitima fraudare, niſi in perſonis alterius aſcendentis, cui æque legitima debetur, & à quo bona ipſa, ex quibus maioratus fit, procedunt, cum inſtituere velit filius vel deſcendens, vel in perſona alterius fratris vel cognati, qui ab ipſis aſcendentibus deſcendit, tunc enim ex hac vel ſimili cauſa ea facultas iuſta cenſenda erit, dummodo, vt prædiximus, parentibus alimenta competentia relinquantur, alias ſecus. Ex quibus in propoſito idem dicendum erit in ipſo inſtitutore & ſucceſſore maioratus virtute dictæ facultatis conditi, quod in concedente prædict. facultatem prædiximus, vt in eiſdem caſib. quibus & Princeps concedens, ſint tuti, vel non, iuxta prædicta.

Decimo † & vltimo obſeruandum erit, quod ma- 43
ioratus factus à parentibus in fauorem deſcendentium, vel à deſcendentibus in fauorem aſcendentium, in quo grauamen in legitima debita apponitur facultate Regia, iuſtus atque in foro conſcientiæ tutus procul dubio cenſendus erit: nec non & ipſamet facultas iuſta eſt; Quia cum primogeum in hac ſpecie



ſpecie fiat in perſona eius, cui apponitur grauamen in legitima, nimiſque ob hoc à parentibus vel deſcendentibus honoratus ſit, adeò vt competens patrimonium præ cæteris ſibi relinquatur, non poteſt de huiuſmodi facultatis vel maioratus iuſtitia dubitari: ſi vero abſque facultate Regia, ſed permiſſione legis, is maioratus fiat, cum appoſitione grauaminis in legitima, conſenſu legitimo deſcendentis vel aſcendentis, in eius legitima grauamen apponitur, tam in iuſtitia, quam in foro conſcientiæ iuſtus & validus erit maioratus, cum grauamine in legitima impoſito. Dif-
44 ficultas † ſtat hac in ſpecie, quando maioratus fit ſine facultate Regia, & grauamen in legitima imponitur abſque ipſius, cui imponitur, legitimo conſenſu, de quo videndus eſt latiſſime D. Molin. *dict. l.* 2. *c.* 1. *n.*29. *cum ſequentib. vſque in fin.* diſtinguens inter conditiones poteſtatiuas, caſuales & mixtas, atque inter filium emancipatum & in patria poteſtate conſtitutum: noluit enim hac in re immorari, ne ab inſtituto deuiare in aliquo videar, præcipue, cum exactiſſime articulus hic diſſeratur à prædicto auctore, ad cuius dicta occurrendum erit, quoties opus fuerit caſuſque contigerit, relicto cuilibet ſaluo ſuo meliori iudicio aliter diſcernendi atque iudicandi: Ego enim nunc nihil in hac vltima ſpecie decido.

Nunc autem expediti à præd. ardua quæſtione, operæ pretium duximus, nonnullas regulas communes in materia maioratuum Hiſpaniæ in medium proferre, vt eis iactis, tanquam rectis ſemitis, ad veram cognitionem ſucceſſionis eorundem, & ſic ad locum, ad quem vnuſquiſque iter fecerit, peruenire queat in quæſtionibus de facto contingentibus, tam in foro conſcientiæ, quam iuſtitiæ.

45 Prima † regula communis eſt, de natura primogeniorum eſſe; Quod de primogenito in primogenitum tranſeant, vt tenet Socin. *conſ.*47. *num.*7. *volum.*3. dicens quod inſtitutio maioratuum ideò fit, vt conſeruentur in perſona primogenitorum, Angel. *conſ.* 281. Aret. *conſ.* 162. Alex. *conſ.*4. *num.* 4. *cum ſequentib. lib.*4. Suarez *in l. quoniam in prioribus*, 10. *ampliation. n.* 26. *C. de inoffic. teſtamen.* Gregor. Lop. *in l.* 2. *tit.*15. *part.* 2. *in gloſſ. ſino el hijo mayor, in princ.* Tiraquel. *de iure primogen. quæſt.*4. *n.*33. Anton. Gomez *in l.* 40. Taur. *n.*7. *&* 59. quod optime declarat D. Couar. *in practic. quæſt. c.* 38. *n.*6. *verſic. etenim, & n.*12. *verſ. quod ſi dixeris, idem lib.*3. *variat. reſolut. c.*5. *num.*3. D. Molin. *l.* 1. *de Hiſpan. primog. c.*11. *n.*9. *& l.*3. *c.*1. *n.*1.

46 Secunda regula † communis eſt; Quod in maioratus ſucceſſione linea recta debet ſemper ſuccedi, vt nec ſucceſſio retrocedat, nec de vna linea ad aliam tranſitus fiat, vt probatur *ex lib.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. ibi: *Puſieron que el Señorio del Reyno heredaſſen ſiempre aquellos que finieſſen por linea derecha*, quæ lex licet loquatur in Regni ſucceſſione, idem in ſpecie ſeruandum eſt in omnibus maioratibus noſtræ Hiſpaniæ, ad Regni ſimilitudinem, vt in terminis noſtræ regulæ tenet D. Molin. *lib.* 1. *de Hiſpan. primog. cap.*3. *num.*12. idque in cæteris omnibus verum eſt, vt *infra reg.* 8. dicemus, debet enim linea recta conſiderari vt tradit Bald. *conſ.*321. *lib.*1. Socin. *conſ.*63. *lib.*1. *& conſ.* 33. *n.*8. *lib.*1. Cephal. *conſ.*5. *n.*36. *lib.*1. Pelaez *de maiorat.* 2. *p. q.* 6. *n.*18. *& q.*7. *n.*11.

47 Tertia regula † communis eſt; Recta linea non ex omnibus, qui ab inſtituente ſeu quouis maioratus poſſeſſore deſcendunt, ſed ex ipſis primogenitis, qui gradatim procreantur, tantummodo conſtituitur, vt inter filios, nepotes ac pronepotes, ceteroſque deſcendentes primogeniti tantum lineam rectam efficiant & ſucceſſiue admittantur, vt tradit Abb. *conſ.* 85. *num.* 3. *&* 5. *lib.* 1. Paul. Caſtren. *conſ.* 164. *num.*4. *cum ſequentib. lib.*2. Philippus Corneus *conſ.*190. *num.*3. *ad fin. volum.* 3. Socin. *conſ.* 51. *num.*5. *volum.*4. Afflict. *in cap.* 1. *de ſucceſſione feud. num.* 77. dicens, quod conſtitutio, quæ vocat primogenitos deſcendentes ex linea, hunc habet ſenſum, vt ex filiis ſuccedat primogenitus, & ex eo nepos primogenitus etiam admittatur, & ſic de cæteris, Palat. Rub. *in repet. rub. de donat. inter vir. & vxor.* §. 69. *numero* 21. Tiraquel. *de iure primog. quæſt.* 40. *numero* 156. Dec. *conſ.* 498. *numero* 19. Patil. *conſ.* 72. *num.* 102. *&* 103. *&* 107. *lib.* 4. D. Couarr. *in pract. quæſt. cap.*38. *n.*6. *&* 7. Alciat. *reſpon.*96. *n.*39. *& reſpon.* 184. Mench. *de ſucceſſionum creat.* §. 27. *num.*20. & alios plures referens D. Molin. *l.* 3. *c.*6. *n.*19. *idque etiam probat dict. l. Reg. in verbis ſupra relatis.*

Quarta regula † communis eſt: Linea vltimi poſ- 48
ſeſſoris conſideranda primum eſt, vt illi, qui ex ea procedunt, cæteris præferantur, nec tranſitus fiat ad alias lineas, donec ex ea deſcendentes finiantur: *argumen. tex. in cap.* 1. *de natura ſucceſſionis feudi*, ibi, *Ad ſolos & ad omnes, qui ex illa linea ſunt, ex qua iſte fuit*, & iterum ibi: *Sed omnibus ex hac linea deficientibus, omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur.* In maioratus autem ſucceſſione omnes non ſunt admittendi ſimul, ſed primogenitus, vt prædiximus: per quem textum hoc communiter ſcribentes annotare ſolent *ibidem* ſecundum Afflict. *ibi num.* 77. & tenet Paul. Caſtrenſ. *dict. conſ.*164. *num.* 11. *lib.* 2. Socin. *in l. ſi cognatis, num.* 14. *ff. de rebus dub.* refert plures, idipſum ſequutus D. Mo-
lin. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 14. vbi quod † ſecundo conſi- 49
derandus eſt gradus, vt qui ſunt poſſeſſori magis coniuncti, præferantur remotioribus. Tertio conſiderandus eſt ſexus, vt inter eos, qui ſunt eiuſdem lineæ & gradus, præferatur maſculus. Quarto conſideratur ætas, vt inter pares linea, gradu & ſexu, maior natu præferatur minori: quod & probauit And. de Iſern. *in c.* 1. *de eo qui ſibi & hæredibus ſuis. &c.* Afflict. *ibi n.* 10. idem Afflict. *in c.* 1. *de ſucceſ. feud. num.* 76. & ſecundum aliam impreſſionem, *num.* 49. *verſ. licet dominus Napodanus &c.* Supplendus igitur erit Corneus *conſ.* 199. *num.* 38. *lib.* 2. dicens, quod in feudo, in quo iure primogenituræ ſuccedituŕ, conſiderandus eſt primo loco gradus, ſecundo ſexus, tertio ætas. Omiſit namque lineam, quæ primo, vt prædiximus, conſideranda eſt: poteſt namque eſſe, quod quis ſit eiuſdem gradus, & maior natu, non tamen eiuſdem lineæ, ideoque ab eo, qui ex linea primogenitorum deſcendit, excluden-
dus erit, ſecundum D. Molin. *dict. c.* 4. *num.* 14. *in fin.* 50
Quod † autem tertio loco conſideretur ſexus, vt inter eos, qui ſunt eiuſdem lineæ & gradus præferatur maſculus fœminæ etiam maiori, dixit Bald. *in l. in multis, ff. de ſtatu hominum*, Petrus de Bellap. & Iacobus de Aren. *in l. pater pliuм, § quindecim ff. de leg.* 3. Romanus *conſ.*98. Palat Rub. *in repetitione rubric. de don. inter vir. & vxor.* §. 69 *num.* 24. *cum ſequentib.* Dec. *in l. fœminæ, num.* 212. *ff. de reg. iur.* Tiraquel. plures refens *de iure primog. quæſt.* 10. *num.* 20. quod latiſſime ſequitur & comprobat D. Couar. *l.* 3. *variar reſol. c.*5. *n.* 5. vbi quod apud Hiſpanos frequentiſſime obtentum eſt in maioratibus & primogeniis, expreſſe ita ſtatui: & Burgos de Paz *in proœm. legum Taur. num.*119. *cum ſequentib.* D. Molin. *lib.*3. *c.*4. *n.*4. 51

Quinta † regula communis eſt; Finita linea primogeniti maioris, ſtatim ſuccedit ſecundogenitus, eiuſque linea & deſcendentia, & poſtea tertiogenitus cum ſua linea, & ſic de cæteris, *vt in dict. c.* 1. §. *fin. de natura ſucceſſionis feudi*, vbi hoc declarat Afflict. *d. num.* 1. dicens, quod omnes aliæ lineæ æqualiter vocantur, id eſt, qui ſunt in proximiori linea: & ita decidit ſingulariter & expreſſe Paulus de Caſtr. *in dict. conſ.*164. *num.*4.

52 num. 4. & 5. volum. 1. vbi quod † ex filiis conditoris ſeu poſſeſſoris maioratus filius primogenitus efficit primum caput in linea deſcendentium, & filius ſecundogenitus ſecundum caput conſtituit, ac tertius tertium, vt hoc ordine ad inſtar edicti prætoris de bonorum poſſeſſione ſucceſſiue ad maioratus ſucceſſionem admittantur: quod ſequitur Præpoſit. in cap. 1. de feud. March. num. 10. & in cap. 1 de ſucceſſ. feud. num. 49. verſ. & per iſta, D. Molin. d. lib. 3. cap. 6. num. 30. & optime Guillerm. de Monſerr. in tractat. de ſucceſſione Regum Franc. ſuper 1. dubio, num. 8. vol. 13. tractatuum, vbi quod licet vna ſit linea deſcendentium ad ſucceſſionem Regni, talis linea deſcendentium diuiditur in plures, videlicet lineam primogenitorum, & lineam ſecundogenitorum & tertiogenitorum, & ſic de ſingulis, vt lineæ primogenitorum cæteris præferantur, & deficiente linea primogeniti, ſecundogenitus eiuſque linea ſtatim admittatur, prout idem ipſe tradit ibi num. 34. verſ. tamen ratione conſuetudinis Franciæ, & Pariſi. conſ. 72 num. 113. vol. 4. quod & comprobatur ex cap. licet de voto, vbi conſtat, quod filio primogenito abſque vlla ſobole decedente, filius ſecundogenitus eius frater, quamuis illi tranſuerſalis ſit, primogenitus dicitur, quia ius primogenituræ ad illum transfertur, & tanquam primogenitus ſuccedit, & ibi notant gl. & Abb. in 5. notab. & Bald. in l. ex hoc iure, quæſt. 6. ff. de iuſtitia & iure, Ripa in rubric. ff. de vulg. & pup. ſubſt. num. 3. Tiraquel de iure primog. quæſt. 3. & 40. num. 183. Carol. Molin. in conſuetud. Pariſ. lib. 1. §. 3. gloſſ. 1. quæſt. 3. num. 5. & §. 8. in gloſ. 1. quæſt. 5. num. 32.
53 Gregor. Lop. in l. 2. tit. 8 part. 5. in gloſ. ſegun ſe auiene, † filius namque ſecundogenitus nunquam dicitur primogenitus, dum aliquis filius ſeu deſcendens à primogenito ſupereſt, vt notat Oldrad. conſ. 224. num. 42. Præpoſit. per text. ibi in c. 1. de natura ſucceſſionis feudi, col. 2. & in cap. 1. de feud. March. num. 10. Bald. in l. cum antiquioribus, num. 11. verſ. nono, quia primogenitus, C. de iure deliber. Decius conſ. 390. Grat. conſ. 7. num. 11. & conſ. 8. num. 5. lib. 1. Tiraq. de iure primogen. quæſt. 40. num. 74. 156. & 157. D. Couarr. in pract. q. c. 38. n. 6.
54 Sexta † regula communis eſt; Extincta linea recta deſcendentium, ad lineam primogeniti collateralium maioratus ſucceſſio pertinere debet: ex quo enim Doctor. omnes in dict. capitul. licet, de voto, fatentur, quod in tranſuerſalibus conſiderari debet primogenitura, quorum citat multos Tiraquel. de iure primogen. quæſt. 41. num. 1. neceſſario etiam fateri debent, quod in ſucceſſione tranſuerſali non poteſt dari alia regula ad cognoſcendum, quis debet ſuccedere, niſi quod ſuccedat ille, qui inter tranſuerſales fuerit primogenitus, & ſic qui ex linea primogenitorum deſcendat: Neque enim vllo modo poteſt primogenitura conſiderari vnius tranſuerſalis ad alium, cum tranſuerſalis tranſuerſalem non generat. Vnde primogenitura inter ipſos tranſuerſales conſideranda erit, vt ſuccedere debeat, qui inter ipſos fuerit primogenitus: quemadmodum cum iudicio conſiderat Paul. Pariſ. conſil. 72. num. 109. cum ſequent. præcipue num. 113. lib. 4. & ſicut in deſcendentibus linea primogeniti prius conſideranda eſt, ita dum aliquis ex eo ſupereſt, tranſitus ad lineam ſecundogeniti non fiat, vt prædiximus: Idem obſeruandum cenſeo in linea tranſuerſalium, vt prius admittantur & vocentur ad maioratus ſucceſſionem inter tranſuerſales, qui ex linea primogeniti tranſuerſalis deſcendunt, eis autem omnib. finitis admittantur cæteri ex linea ſecundogeniti
55 tranſuerſalis, & ſic de cæteris, quia quilibet † fratrum conſtituit propriam lineam, & alter de alterius linea non dicitur, vt cum aliis probauimus conſ. 13. n. 12. & tradit Pelaez de maior. 2. p. q. 7. n. 13. & 14.

Septima † regula communis eſt; Quod finita vna 56
linea in ſucceſſione maioratus, non conſideramus perſonam proximiorem, ſed lineam proximiorem, vt conſtat ex ſupradictis: & in tali linea proximiori quærimus eum, qui deſcendit per ipſam lineam rectam ex filio maiori, vt primogenitus eius lineæ præferatur reliquis, & ſic patruo ſuo, vt concludit Guilliermia Monſer. in tract. de ſucceſſione Regum Franciæ, volum. 13. tractatuum ſuper 1. dubio, per totum, & hoc idem eſt quod voluit D. Couar. in pract. q. cap. 38. num. 6. verſ. etenim, & num. 12. verſ. quod ſi dixeris, & in dicta linea ſemper quærimus primogenitum. Primogenitus † ve- 57
ro dicitur, qui deſcendit per ipſam lineam rectam ex primogenito, vt per Tiraquel. de iure primog. quæſt. 40. ex num. 34. cum ſequent. vnde reliqui alij, vt fratres, & filij fratrum excluduntur omnino interim, dum reperitur aliquis in linea recta, vt probant ſupra citati Dd. & Anchar. conſ. 82. in fin. Corn. conſ. 22. num. 17. l. 2. Beroius in c. dilecti, n. 55. de arbitrariis.

Octaua † regula complectens cæteras ſumitur ex 58
lib. 2. tit. 15. p. 2. ibi, *Pero con todo eſſo*; vſque in finem vbi dicitur. *Que los ſabios antiguos tuuieron por derecho, que el ſeñorio del Reyno no lo ouieſſe ſino el hijo mayor deſpues de la muerte de ſu padre, y eſto vſaron ſiempre en todas las tierras del mundo, doquier que el ſeñorio touieron por linage, e mayor mente en Eſpaña, e por, eſcuſar muchos males que acaecieron, e podrian ſer fechos, puſieronque el ſeñorio del Reyno he redaſſen ſiempre aquellosque vinieſſen por la linea derecha. e por ende eſtablecioron, que ſi fuo varon y no ouieſſe, la ſua mayor heredaſſe el Reyno: e aun mandaron, que ſi el hijo, varon murieſſe anteque heredaſſe, ſi dexaſſe fijo, o fija que ouieſſe, e de ſu muger legitima, que aquel o aquella lo ouieſſe, no otro ninguno. Pero ſi todos eſtos falleſcieſſen, deue heredar el Reyno el mas propinquo pariente que ouieſſe, ſiendo home para ello, no auiendo fecho coſa porque lo deuieſſe perder: onde todas eſtas coſas es el pueblo tenudo de guardar, cade otra gui ſa no pogria el Reyſer cumplidamente guardado, ſi ellos aſſi no guardaſſen el Reyno.*

Quamuis † enim hæc lex loquitur in ſucceſſione 59
Regni, ipſius tamen diſpoſitio locum habet & ſeruanda erit in ſucceſſione alterius cuiuſcunque maioratus particularis Hiſpaniæ, quia non licet membra à capite diſcedere, vt in cap. cum non liceat, de præſcrip. & in propriis terminis ita tenent Abb. dict. conſil. 85. num. 5. & 6. lib. 1. Paul. Caſtrenſ. dict. conſ. 164. num. 1. & 2. lib. 2. Bolognin. conſil. 62. column. 2. & 5. verſic. ſecundo principaliter, Decius conſ. 389. viſa longa, num. 7. Menochius conſ. 104. propoſita, num. 9. in fin. lib. 1. Beccius conſ. 101. num. 9. lib. 1. Caſtellus & Cifuentes in leg. 40. Taur. vbi expreſſius Palat. Rubeus num. 3. & Anton. Gomez num. 11. & 12. & 69. in fin. Didac. Couarr. lib. 3. variar. reſolutionum, cap. 5. num. 5. Burgos do Paz in proœmio legum Taur. num. 69. Petrus Duennas in regul. 316. Gregor. Lopez in dict. lib. 2. titul. 15. part. 2. in gloſſ. ſe dez aſſe, & in lib. 3 tit. 13. part. 6. in gloſſ. mugeres, colum. 2. verſ. de more Hiſpaniæ, & Doct. Peralta in rubric. ff. de hered. inſtituend. num. 122. & in l. 3. §. qui fideicommiſſum, num. 120. eodem tit. Simanc. de primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 22. & 23. Anton. de Padill. in rubric. C. de fideicommiſſis, num. 6. D. Molin. plures alios allegans de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 3. num. 5. vbi quod eſt verum, atque in forenſibus controuerſiis communiter obſeruari ſolitum: & in num. ſequentib. ex hoc colligit duodecim æquiparationes & ſimilitudines in propoſito, quæ dantur inter Regnum & cæteros maioratus Hiſpaniæ: quod deducit ex dict. l. partitæ, dum dicit: *Y eſto vſaron ſiempre en todas las tierras del mundo, do quier que el ſeñorio ouieron por linage.*

Nona regula † eſt, Quod quidquid ſit de iure com- 60
muni,



muni, ſemper obſeruatum fuit in his Regnis Hiſpaniæ, vt in ſucceſſione maioratus nepos ex filio maiori præmortuo præferatur filio ſecundogenito, prout tradit Abb. d. conſ. 85. n. 5. lib. 1. Paul. Caſt. dict. conſ. 164. num. 10. lib. 2. Barb. conſ. 10. n. 1. & 2. lib. 2. Card. Alex. in cap. 1. num. 12. in fi. de feud. March. Socin. conſ. 252. n. 10. & 11. lib. 2. & in ſuo conſ. feudorum, poſt titul. quis & à quo appelletur, num. 30. Bolognin. d. conſ. 62. col. 7. Caſtel. in gl. 1. in prin. ſuper leg. 40. Tau. dicens, quod ante tempora Paul. de Caſt. conſuetudine antiqua introductum fuerat, quod in ſucceſſione maioratus nepos patruo præferendus eſſet, & ante conditas leges Tau. & ita affirmat obſeruatum fuiſſe de conſuetudine Hiſpan. Montal. in leg. 1. tit. 3. lib. 2. fori, in gl. ſuper verbo, ſu hijo, col. 8. in fin. verſ. ſed circa hanc materiam. Eandem conſuetudinem Hiſpaniæ retulit etiam Tiraq. de iure primog. quæſt. 40. num. 12. Dec. in conſ. 597. num. 6. in fin. Doct. Molin. lib. 3. cap. 6. num. 26 & 27. & probatur ex d. lib. 2. tit. 15. p. 2. ibi *E eſto vſarin ſiempre en todas las*
61 *tierras del mundo, e mayormente en Eſpaña*: ſecundum † quam conſuetudinem maioratus etiam ante leges Partit. inſtituti intelligendi ſunt, vt in ſpecie verum eſſe profitetur Aret. conſ. 162. num. 10. Socin. d. conſ. 252. n. 10. & alios plures referens eos ſequutus D. Mol. d.
62 num. 27. ſola † enim conſuetudo ius ſuccedendi tribuit, vt tradunt præcitati Dd. & notat Oldr. conſ. 44. col. 2. Ioan. Andr. in regul. ſine culpa, q. fin. lib. 6. Hoſtienſ. Card. & alij in cap. licet, de voto, Bald. conſ. 389. & 360. & 365. lib. 2. Alex. conſ. 87. num. 3. lib. 6. Rub. conſ. 132. col. 1. Roland. à Vall. conſ. 2. num. 15. & conſ. 42. num. 22. lib. 1. Suar. in l. quoniam in prioribus, 10 ampliat. num. 12. cum ſequent. C. de inoffic. teſtam. & in fortioribus terminis tradunt multi citati per Tiraquel. de primogen. q. 16. num. 4. cum ſeqq. probat lex 41. Taur. & quod dict. leg. 2. tit. 15. part. 2. procedat in ſpecie, de qua loquimur, non ſolum in Regni ſucceſſione, ſed etiam in omnibus bonis, quæ iure ſanguinis & primogenituræ deferuntur, & ſic in omnibus maioratibus particularibus Hiſpaniæ, conſtat ex eadem lege in pluribus eius partibus, prout eam optime & late in hoc expendit D. Molin. d. lib. 3. cap. 6. num. 4. cum ſequentibus, vbi n. 7. verſ. quod etiam, allegat plurimos auctores id ita tenentes in ſpecie aduerſus Emanu. Coſt. aliud exiſtimantem pluribus fundamentis, in quæſt. patrui & nepotis, pag. 165. & iterum pag. 178. quibus ipſe Molina ibidem, & num. ſeqq. optime ſatisfacit, idem prius vt breuius tamen probauerat, idem Molina lib. 1. cap. 3. num. 10. Tandem regula hæc noſtra 9. & ſupradicta omnia ad tollendum omne dubium expreſſe hodie approbantur in l. 40. Taur. quæ eſt l. 5. tit. 7. lib. 5. Nouæ Collect. Regiæ.

Sed & aliæ plures regulæ vtiles in materia ſucceſſionis maioratuum deſumi poſſunt ex noſtris ſcriptorib. quas hic omitto, ne totam materiam maioratuum vno capite comprehendam atque diſſeram, quæ vel vnum iuſtum librum facile complere poſſet, ſi cum ſuis deductionibus aliiſque ornamentis deſcribenda foret. Superiores tamen regulæ frequentiores atque vtiliores ſunt in praxi, quibus veluti ferro via aperitur, locuſque ſit cæteris ſtudioſis ad decidendas præcipuas quæſtiones atque dubia, quæ in maioratuum ſucceſſione in praxi contigerint, & ideò eas retuli, ne abſque aliquo fructu præſenti ſuperiora ſcripſerim.

## SVMMARIVM.

1 *Cauſa finalis, quæ ſit.*
2 *Cauſa impulſiua quæ ſit.*
3 *Conſequentia neceſſaria non eſt. Hoc non contingente, actus hic non fieret; Igitur hoc, quod modo contingit eſt cauſa finalis: ſicut nec illa; Hoc remoto, ipſe non agerem iſtum actum; Ergo hoc eſt cauſa finalis actus.*
4 *Symonia eſt, ſeruire principaliter prælato, ſpe conſequendi ab eo beneficium Eccleſiaſticum, deficiente etiam expreſſa pactione.*
5 *Conferens alicui beneficium Eccleſiaſticum, ea mente, vt per hoc liberetur ab obligatione, qua ad antydoram tenebatur, an ſymoniam committat.*
6 *Mutuans an poſſit deducere in pactum obligationem antydoralem, qua capiens mutuum tenetur ſimile beneficium exhibere.*
7 *Mutuans principaliter ob amicitiam, quamuis ſecundario ob ſpem aliquid vltra ſortem à debitore dandum accipiendi, non committit vſuram*
8 *Clericus, qui principaliter ob lucrandas diſtributiones quotidianas præſens eſt diuinis officiis, peccat & ſymoniam committit.*
9 *Diſtributiones quotidianæ, ad quæ propria natura in Eccleſiis inſtitutæ ſint.*
10 *Clericus volens potius diuinis officiis intereſſe in ſolemnibus diebus, propter maius lucrum quam in aliis, ſi hoc principaliter faciat ob cultum diuinum, non peccat.*
11 *Diſtributiones quotidianæ vbi non ſunt adeò tenues, vt veriſimiliter negligantur, non poteſt ordinarius eas augere.*
12 *Diſtributiones quotidianæ non dantur in abſentia, etiam ſtudentibus Theologiæ.*
13 *Priuilegiatus à Summo Pontifice vt fructus beneficij in abſentia recipiat, ac ſi præſens eſſet, non ideò poteſt diſtributiones quotidianas habere.*
14 *Falſitas aut defectus cauſæ an & quando vitiet reſcriptum ſeu gratiam & priuilegium Principis? & num. ſequent.*
15 *Cauſa ea proprie dicitur, quæ finalis eſt, impulſiua autem cauſa abuſiua & impropria eſt.*
16 *Cauſa finalis eſt fons cauſarum, & præſumitur finalis illa, quæ ſecundum iuris ordinem debet eſſe finalis,*
17 *Cauſa finalis ſubſtantia appellatur & forma.*
18 *Cauſa finalis eſt primum principium intentionis, licet ſit vltimum exſequutionis.*
19 *Cauſa finalis apud ſapientes optima habenda, & ea prima præcipuaque cauſarum atque potentiſſima eſt &c. vt hic.*
20 *Ex ratione finali tantum poteſt argumentum elici, vel extenſio, non tamen ex impulſiua.*
21 *Falſitas aut ſubreptio cauſæ impulſiuæ, quæ non leuiter Principem monuiſſet ad concedendum, ſed difficiliorem eum redderet, licet adhuc precib. annuiſſet, an vitiet conceſſionem Principis, necne? & n. ſeqq.*
22 *Tex. in c. poſtulaſti, de reſcriptis, procedit non ſolum in beneficialibus, ſed etiam in cæteris omnibus gratioſis & in priuilegiis.*
23 *Non ſufficit quod in genere ſiat expreſſio, vt impetratio ſaluetur à ſubreptione.*
24 *Non ſufficit generaliter exprimi factum, niſi exprimatur modus.*
26 *Taciturnitas eius, quo expreſſo adhuc gratia beneficij concederetur, gratiam vitiat.*
27 *Illa ſubreptionem inducunt, vel ratione iuris tertij, vel ob ius commune monere poſſent Principem ad non concedendum.*
28 *Mentione non facta omnium, quæ Principem retardare potuiſſent ad concedendum reſcriptum, nullum & inualidum redditur, & quomodo hic intelligatur, num. 29.*
30 *Gratia non vitiatur, ſi cauſa impulſiua à principio fuit vera, licet poſtea ceſſet.*
31 *Subreptio cauſæ impulſiuæ non vitiat gratiam.*

52 Impetrans aliquid à Principe, non tenetur facere mentionem eius, quod expreſſum impetrationem non impediret.

53 Impetrans beneficium curatum, illud habebit, licet in impetratione non ſignificauerit ſe ſacris ordinibus non eſſe inſignitum, ſed ſaltem de ſtylo curiæ narrare debet ſe clericum eſſe, vt in n.54.

55 Decij opinio aduerſus communem poſitam ſupra, n.21. cum ſequentib. ſed contra eum, n.48.

56 Nauarri opinio diſtinguentis concurrit cum communi, vt in num. 49.

57 Couarr. opinio contra eandem communem: ſed contra eum, n.42. & n.50.

58 Menochij opinio contra eandem communem diſſeritur de ea, n.51.

39 Qualitates, quæ eſt ſtylo curiæ vel Cancellariæ, vel conſuetudine Principis exprimi conſueuerunt, narrandæ neceſſario ſunt, alioqui reſcriptum vitiatur: quod ſi nec iure, nec ſtylo curiæ vel conſuetudine exprimi ſolent, vide n.40.

41 Auctor ſequitur & probat communem præfatam ſententiam.

43 Cap. ſuper literis, de reſcrip. intellect. & n.45. & 46.

44 Arbitrio iudicis Apoſtolici relinquitur, quæ cauſa vel qualitas falsò expreſſa, vel veritas occultata mouerit leuiter vel grauiter, aut notabiliter Principem ad concedendum in ſpecie præd. communis ſententia.

47 Cap. dudum, de election. intellectus.

52 Clauſula, Si preces veritate nitantur, ſemper intelligenda eſt appoſita in reſcriptis Papæ, etiamſi non apponatur.

53 Vbi plura copulantur in reſcripto circa vnum effectum quorum quolibet per ſe ſufficit, vnum probare ſat eſt: ampliatur n.6. & limitatur n.63.

54 Cum plura narrantur, quæ de iure minime neceſſaria ſunt, tunc copula in diſiunctiuam reſoluitur.

55 Si plura capitula ſint narrata in commiſſione quorum aliqua vera, & aliqua falſa ſunt, ſufficit probare veritatem vnius.

56 Vbi plures cauſæ narrantur in reſcripto, quarum aliquæ ſunt ſubreptitiæ, aliquæ vero non, procedendum eſt, vt latius hic.

57 Ordinario conferente beneficium vocans duplici cauſa, ſi vera vnna ſit, collatio ſuſtinetur, ſi habuit poteſtatem prouidendi vtroque caſu.

58 Imperatione facta vnius beneficij pluribus modis vacantie, ſufficit probare primum modum vocationis de expreſſis. & vide n.59.

60 Cum vnus vacationis modus exprimitur, alter non continetur, niſi aliud conſtet de intentione impetrantis vel concedentis.

61 Reſcriptum Papæ continent diuerſas gratias, non vitiatur per ſubreptionem in vna.

64 Vbi duo in reſcripto narrantur, quorum ex ſe neutrum ſufficeret, vtrumque probandum erit.

65 Diſpoſitio quæcunque habens duas aut plures cauſas, etiam vna ceſſante: ſuſtinetur, & n.66. & 67. quomodo intelligatur.

68 Gratia à Principe facta vitiatur ex falſitate vel ſubreptione vnius ex pluribus cauſſis narratis, vbi quomodo procedat.

69 Diſpenſatio, nulla cauſa expreſſa, præſumitur fieri ex pluribus cauſſis.

70 Dicenti plures rationes diſpoſitionis eſſe creditur, & qui dicit vnicam probare debet, & eam eſſe ſolam, vt in n.71.

72 A ratione non expreſſa non licere arguere.

73 Quoties in lege vel alia diſpoſitione non poteſt addi niſi vnica tantum cauſa vel ratio, illa habetur pro expreſſa.

74 Falſitas veri valoris beneficij expreſſa an vitiet gratiam, & num. ſequen. præcipue num.79. vbi ſententia auctoris, & n.78. quid in nominatione.

75 Verus valor beneficij de iure in impetratione exprimi non debet, ſecus de ſtylo Curiæ Romanæ, vt in numero 76.

77 Falſus valor beneficij expreſſus vitiat gratiam, etiam motu proprio conceſſam.

80 Regulæ Cancellariæ de exprimendo vero valore beneficij in impetratione rationes.

81 Gratia à Romano Pontifice impetrata ſimplicis beneficij, facta tamen falſo mentione abſque dolo, quod eſſet curatum, an ſit nulla, & numeris ſequentib. præcipue num. 83.

82 Cura animarum eſt neceſſario exprimenda in impetratione beneficij curati.

84 Gratia facta de ſacriſtia narratione facta per ignorantiam & ſimplicitatem, quod eſſet dignitas, cum tamen non ſit ita, ſed ſimplex officium, non eſt ſubreptitia.

85 Mandatum Apoſtolicum de recipiendo aliquem in canonicum cuiuſdam Eccleſiæ, non obſtante certo canonicorum numero ibi ſtatuto, valet ac debet exſequi, & ſi in illa Eccleſia nullus ſit numerus canonicorum ſtatutus.

86 Gratia ſeu remiſſio homicidij à Principe impetrata, mentione non facta prioris indulgentiæ, ſimile crimen eidem impetranti remittentis, vti ſubreptitia inualida eſt, & n.87. & 88 & 89.

87 Princeps tute abſque animæ periculo in vtroque foro poteſt remittere criminis pœnam, quæ in ſatisfactionem reipublicæ à legibus ſtatuta fuerit, vbi ex hoc reipublicæ damnum minime ſequitur, & abſque læſione priuati iniuriam paſſi: alias ſine partis remiſſione mortaliter peccaret.

88 Lex 2. titul.25. lib. 8. Nouæ Collectionis Regiæ, declaratur.

89 Dictio, alius, alia, aliud, eſt repetitiua ſimilium.

90 Diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum ab eo obtenta, cum quo prius per ſedem Apoſtolicam fuerat diſpenſatum ſuper defectu natalium ad ordines ſacros, & ad obtinendum beneficium curatum, hoc tacito erit nulla, veluti per ſubreptionem obtenta.

91 Diſpenſatio ſecunda alicuius vitij ad hoc, vt valeat, debet in ea fieri mentio primæ diſpenſationis circa eam conceſſæ.

92 Priuilegio impetrato cum limitatione & certa moderatione, non valet impetratio ſecundi priuilegij facta ſimpliciter.

93 Reſcriptum tendens ad augendam vel confirmandam conſeruandamque conceſſionem primam, debet mentionem prioris facere, alioquin erit ſubreptitium.

94 Facultas Regia ſecunda ad faciendum maioratum, debet mentionem prioris facere, alias non valebit.

95 Facultas ſecunda ad bona maioratus alienanda vel hypothecanda prioris debet meminiſſe vt valeat.

96 Facultas Regia ad primogenium inſtituendum, non facta mentione liberorum, quos habebat impetrans, eorum tamen in genere meminit, an valeat.

97 Et quid in legitimatione filij.

98 Diſpenſatio Papæ ſuper matrimonio inter conſanguineos contrahendo non valet, ſi ibi cauſa falſa ſit expreſſa, niſi eam poſtea Papa confirmaret, & n. 100. quomodo hoc ſit intelligendum.

99 Diſſimulatio Papæ habet vim & effectum diſpenſationis, quando ipſe hoc exprimit, nempe quod diſſimulat, alias ſecus.

101 Vbi aliquis bona fide eſt in eo ſtatu, vt tamen contra humanam ſine proximi iniuria vitam agat abſque tranſ-



greſſione legis naturalis ac diuinæ, in eo ſtatu demittendus eſt, ſi ex correctione ſcandalum graue immineret.

102 Conſilium pro confeſſariis, ne bona fide matrimonialiter contrahentes iam copulatos in mala conſtituant.

103 Diſpenſatio Apoſtolica ad matrimonium contrahendum vnica cauſa expreſſa, & ordinario loci commiſſa cum clauſula ordinaria, ſi preces veritate nitantur, &c. corruit ſi illa cauſa eſt falſa.

104 Cauſa expreſſa in diſpenſatione ſemper præſumitur eſſe finalis.

105 Impetrans diſpenſationem ad matrimonium contrahendum, cum pluribus cauſſis, tenetur eas prius verificare: & quid ſi vna earum falſa ſit, cæteræ autem veræ, n.106. cum ſeqq.

107 Cauſæ iuſtæ in curia ad diſpenſandum ad contrahendum matrimonium.

108 Relatum dicitur eſſe in referente, & cum omnibus ſuis qualitatibus, vere & proprie, ſpecialiter & expreſſe.

109 Diſpenſatio circa impedimenta matrimonij, cum dependeat à voluntate Principis, præſumitur difficilis & etiam impoſſibilis, licet ſit de ſolitis concedi, præterquam in tertio & quarto gradibus conſanguin. & affin.

110 Statutum vel conſtitutio, vel Princeps concedens, aliquid exprimens circa actum conficiendum, aliter quam à iure communi ſit diſpoſitum, an cenſeatur ex hoc formam inducere.

111 Lex vel ſtatutum introducens aliquid cum certis modificationibus, cenſetur in illis formam inducere.

112 Vbi in diſpoſitione legis vel hominis ponitur aliquid conditionaliter, illud dicitur eſſe de forma.

113 Dictio, ſi &c. inducit conditionem.

114 Forma eſt indiuidua, & diuiſio formam corrumpit.

115 Forma eſt de genere indiuiſibilium, & quando plures ſolemnitates requiruntur ad actum, omnes ſunt obſeruandæ, & ſi vna deficiat, omnes ſunt ex integro faciendæ.

116 Vbi plura ſunt requiſita de forma, omnia debent ſeruari, etiamſi aliquid ex eis videatur ſuperfluum.

117 Vtile per inutile non vitiatur in his, quæ ſunt de forma.

118 Forma à lege inducta vel ab ſtatuto, in dubio cenſetur ſubſtantialis & ſemper ad vnguem ſeruari debet.

119 Formæ omiſſio, etiam in qualitate minima vitiat.

120 Delegatus nullatenus egredi poteſt commiſſionis ſuæ fines.

121 Forma cenſetur dari & conſtitui à delegante, etiamſi ordo alioqui à iure requiſitus inibi exponatur.

122 Ea, quæ tacite à iure inſunt, ſi ab homine exprimantur, nihil operantur, & quomodo hoc intelligatur.

123 Diſpenſatio ad matrimonium contrahendum continens plures cauſas, quarum nulla eſt de per ſe ſufficiens, an & quando vitietur ob falſitatem vnius &, n.129. quod ſi cauſa minus principalis non ſit vera, non vitiatur diſpenſatio.

124 Diſpenſationes ſunt ſtricti iuris, ac proinde de vno caſu ad alium, etiam maiorem rationem habentem, extendi non valent.

125 Diſpenſandi aut legitimandi difficultas licet, vt fauorabilis, ſit extendenda ac benigne intelligenda, non vero ſtricte, ipſa tamen diſpenſatio odioſa eſt & ſtricte interpretanda, ita vt in ea non ſit locus argumento de maiori ad minus.

126 Argumentum de maiori ad minus locum non habet in diſpenſatione iam facta.

127 Diſpenſatio facta in materia matrimoniali debet intelligi large in fauorem matrimonij, niſi alias ſequeretur ſcandalum.

128 Conſanguinitas in gradu remotiori, in linea inæquali computanda eſt.

130 Teſtis, qui in vno eſt varius, contrarius vel falſum depoſuit, an & quando in cæteris fidem faciat vel non.

131 Veritas narratorum ad impetrandam diſpenſationem pro matrimonio contrahendo eſt conſideranda ſecundum tempus impetrationis, quando veritas cauſæ narratur de præſenti.

132 Cauſa diſpenſationis ceſſante, quando ceſſet vel non diſpenſatio.

133 Non ſufficit narrata ſcienter verificari poſt impetratam diſpenſationem, ſed tempore eius impetrationis veritas, prout narratur, debet ſe habere, vt hic.

134 Diſpenſatio pro matrimonio contrahendo ſcienter impetrata ex falſa cauſa per fraudem erit ſubreptitia.

135 Exprimendum eſt neceſſario matrimonium fuiſſe ſcienter contractum ante diſpenſationem, ad hoc, vt diſpenſatio poſtea impetrata teneat.

136 Difficilius hodie diſpenſatur quam olim cum impeditis, qui iam etiam ſcienter contraxerunt & conſummauerunt matrimonium.

## CAPVT XV.

### *De falſitate, ſubreptione & obreptione cauſæ finalis & impulſiuæ in precibus Principi factis commiſſa, deque veritate in eiſdem tacita.*

ACturi de veritate precum Principi effuſarum atque de cauſſis finali & impulſiua eum mouentibus in reſcriptis & gratiis ab eo impetratis; *An defectus vel taciturnitas veritatis vitiet reſcriptum, conceſſionem, priuilegium vel gratiam, neceſſarium duximus præmittere, quæ dicatur cauſa finalis, & quæ impulſiua.*

Et profecto res hæc adeò ſub opinione eſt, vt vix quid receptius, quidue verius tenendum ſit, agnoſci valeat; Variant namque plurimum in hoc ſcribentes noſtri, ita vt varietas ipſorum confuſionem pariat, præmaxime, cum Bald. *multis in locis* de ea re diuerſimode loquatur, quinimo & Accurſ. & cæteri poſt eum interpretes varia in hoc ſenſerunt, vt conſtat ex latiſſime congeſtis ab Andr. Tiraq. *in tractat. de cauſa ceſſante, limitat.1. n. 21. & ſeqq.* nos vero, omnibus his omiſſis, veritati ac reſolutioni, prout moris eſt, propius accedendo, ſic exiſtimamus obſeruandum.

Cauſa † finalis eſt ea, quæ principaliter in actu 1
agendo ab agente conſideratur, quæ ipſum præcipue mouit, & in quam ipſius mens finalis dirigitur, Hæc namque eſt vltima quoad exſequutionem, prima tamen quoad intentionem: ita Bart. *in l. ambitioſa, n.19. ff. de decret. ab ordin. faciend.* S. Thom. 1. 2. *quæſt.1. artic.1. ad 1. & art. 4. & q.18. art.6. ad 2. & q.20. art.1 ad 2.* Vnde prima omnium cauſarum eſt cauſa finalis, ſecundum D. Thom. *q.1. art.2.* & poſt eum docet optime Nauar. *in c. inter verba, 11. q.3. corollar. 4.*

Cauſa autem † impulſiua eſt, quæ præter finem vl- 2
timum mouet agentem, cauſam dat actui, & ſine qua non fieret actus: & vulgo dicitur impulſiua, quia impellit ad agendum: & hæc non recte ab aliis efficiens vocatur, licet cauſa efficiens à finali diſtinguatur, vt bene probat poſt Thom. & Rodolp. Agric. quos citat D. Cou. *lib. 1. variar. reſolut. c.20. n. 5.* vbi prædict. deſcriptionem ac differentiam cauſæ finalis & impulſiuæ ſequitur ac probat, illud addens ex Maiore *in 4. ſentent. diſtinct. 15. q.29. verſ. quinto arguit, & in diſt. 25. q.2. col.4.* non eſſe neceſſariam, ſolidamque conſequentiam; Hoc non contingente, actus hic non fieret; igitur hoc, quod modo contigit, eſt cauſa finalis aut principalis huius actus: Sicut nec illam; Hoc remoto, ipſe
non

non agerem iſtum actum; Ergo hoc eſt cauſa finalis actus: Eſt ſiquidem cauſa impulſiua, quæ præcurſionem quandam adhibet ad efficiendum: quod comprobat ex text. *in l. 2. § ſexum, ff. de poſtul.*

4 Ex quibus † deducitur primo; Symoniam eſſe ſeruire alicui prælato principaliter ſpe conſequendi ab eo beneficium aliquod Eccleſiaſticum, deficiente etiam expreſſa pactione, iuxta gloſ. *verb. promiſerat,* & Doctor. communiter *ibid. in c. cum eſſent, de ſymonia* eſſet tamen ſymonia mentalis, ſecundum Felinum, *ibi,* & Caiet. *in ſumma verb. ſymonia, in fin.* ſecus autem eſſet ſeruire principaliter Epiſcopo ob perſonæ dignitatem, ob ſtipendium, pro victu quotidiano conſequendo, quamuis minus principaliter ſpe conſequendi ab eo prædictum beneficium Eccleſiaſticum id fiat, ſecund. gloſſ. & Doctor. *vbi ſupra*, & declarat pulchre Adrian. *in quodlib. 9. art. 2. ſub literam n. 9.* & probat ex pluribus Nauar. *in manual. Latin. cap. 23. num.* 100. *verſ. 5.* & prius *cap. 17. num. 109. in princ.* quam reſolutionem ſequitur & probat Couar. *vbi ſup. num. 5.* vbi quod non ſtatim exiſtimandum eſt, ſpem habendi beneficium Eccleſiaſticum eſſe cauſam finalem aut principalem, ex eo, quod alioqui non eſſet quis prælato ſeruiturus, niſi ab eo beneficij collationem ſperaret, quia poteſt hoc ita eſſe, & ſimul ſpem iſtam cauſam impulſiuam, non finalem huius miniſterij fuiſſe.

5 Scribunt † autem Innoc. & Ant. *in c. tuam, de ætat. & qualitat.* conferentem beneficium alicui ea mente ac intentione, vt per huiuſmodi collationem liberetur ab obligatione, qua ad antydoram tenebatur, ſymoniam committere: quod ſequutus eſt Ang. *in l. ſed lege, § conſuluit, ff. de petit. hered.* Hoc tamen intelligendum eſt, verum eſſe ac procedere, vbi expreſſim collatio fieret in remunerationem & ad tollendum obligationem ad antydoram, qua prælatus tenebatur: ſecus autem: ſi ſimpliciter ea intentione fieret, vt aduertit Philip. Dec. *in c. ad noſtram, num. 3. de probat.* Contrarium tamen, & verius meo iudicio, probat D. Couar. *vbi ſup. n. 4. verſic. ſcribit tamen,* exiſtimans in hac eadem ſpecie nec mentalem ſymoniam committi, vbi collatio ſimpliciter ea intentione & animo facta fuerit, nec item exteriorem, etiamſi expreſſe actum ſit à collatore, vt in remunerationem prædictæ obligationis id faciat: Nihil namque efficit ad culpam criminis ſymoniæ, deducere in pactum ſolam obligationem moralem, ita vt ab honeſtate proceſſit, nullo ei addito robore, vel eam tantum à bonis moribus, & vt à grato animo oritur, remittere: Sic enim iure li-
6 cet mutuandi abſque † vitio vſuræ deducere in pactum obligationem illam antydoralem, qua capiens mutuum, tenetur mutuanti ſimile beneficium exhibere, modo hoc adiiciatur, quo promittens non plus obligetur, quam alias tenebatur ceſſante pacto, vel colligatur ex ipſo facto & paciſcentium mente, nihil per hanc conuentionem adiici antydorali obligationi, iuxta gloſ. penult. & final. *in cap. ſi fœneraueris, 14. quæſt. 3.* Card. Anan. & Abb. *in c. conſuluit, de vſuris,* & eundem Cardin. *Clement. 1 de vſuris, q.* 20. Felin. *cap. ad audientiam, 2. n.* 10. *de reſcrip.* S. Thom. 1. 2. *q. 78. artic. 2. ad 3.* Gabriel. *in 4. ſententiarum diſtinct. 15. quæſt. 11.* & *ibi* Ioann. Maior. *q. 29. verſ. 2. arguitur,* eſt communis ſecund. Couar. *vbi ſupra, n. 4. circa finem.*

7 Secundo † ex ſupradictis infertur, mutuantem pecuniam principali cauſa ob amicitiam alterius, & vt ei indigenti ſubueniret, quamuis ſecundario ob ſpem, quam concepit aliquid vltra ſortem à debitore ſponte dandum ſe accipiendi, non committere vllam vſuram neque etiam mentalem: ſecus vero ſi id principaliter fiat ob lucrum, *iuxta gloſſam in d. c. conſuluit, verbo ſperantes, de vſuris,* communiter *ibi* approbatam ab Innocent. & cæteris ſcribentibus, & eſt communis omnium Canoniſtarum & Theologorum contra Molinæum *in* 1. & contra Soto *in* 2. ſecundum Nauar. *in Manuali Latino, c. 17. n. 109. & c. 23. n. 100. verſic. 5.* vbi late probat, & communi omnium ſententia probatum eſt, ſecundum Couar. *d. c. 20. n. 4.* vbi quod procedit etiamſi alioqui non concepta illa ſpe, non eſſet pecuniam debitori mutuaturus, cum ſpes iſta recipiendi aliquid vltra ſortem à debitore ſponte & libere dante, non fuerit cauſa finalis mutui, ſed impulſiua, quamuis ea ſecluſa, actus hic non fieret, vt colligit ex Caietano & Ioanne à Medina *ibi* per eum citatis.

Tertio † oritur ex præcedentibus, peccare quidem 8
clericum atque ſymoniam mentalem committere, euntem in Eccleſiam, vt præſens ſit diuinis officiis, motus principali cauſa ob percipiendas quotidianas diſtributiones, iuxta gloſſam poſt Hoſtienſem *in cap. vnico, verbo receperit, in fine, de clericis non reſiden. in* 6. quam *ibi* ſequuntur Dd. & Abbas *in cap. ex parte* 1. *num. 4. de officio deleg.* & *ibi* Felin. *num.* 2. & alios referens Decius *num.* 6. dicit ſingularem idem Felin. *in cap. cauſam, de ſymonia,* vbi Abb. & Anania idem probant: ſequitur dicens eam gloſſam celeberrimam Nauarr. *in Manuali Latino, cap. 23. num.* 100. *verſic. 5.* Quod verum eſt & procedit, cum lucrum iſtud, non diuinum officium maxime æſtimatur, & præcipuus finis huius operis eſt, tunc enim ſymonia mentalis committitur, vt ex prædictis patet, & tradit Nauar. *in cap. vltim. de pœnitentia, diſt. 5. num. 56. & in relectione de dicendis horis canonicis, ſed de oratione notab. 6.* quem ſequitur & probat D. Couarr. *dict. cap. 20. n. 5.* ſi autem id fiat principaliter, vt Deo ſeruiat, & ſic ob diuinum cultum interſit diuinis officiis, quamuis minus principaliter & ſecundario, vt lucretur diſtributiones quotidianas, non peccabit, licitum namque eſt clericis, ſeruire Deo in Eccleſiis, ob ſpem aſcendendi ad dignitates illarum, vt probatur *in cap. ſi officia, 59. diſtinct. & in cap. quid proderit, 61. diſtinct.* Imò Gelaſius Papa *in cap. conſulere, 74. diſtinctio.* dixit, eos ad hunc aſcenſum ſpe maioris commodi compellendos, & gloſſa *in dict. cap. quid proderit,* recepta ſecundum Nauarr. *dict. capit. 23. num. 100. verſicul. 5.* expreſſe tenet per illum textum, licere clerico ſeruire in Eccleſia ad quærendam aliquam dignitatem, modo principaliter ob id non ſeruiat: gloſſa ſimilis *in c. hoc ad nos, 59. diſtinct.* Ergo neque etiam peccabit, ſi interſit diuinis officiis principaliter ob diuinum cultum, quamuis ſecundario, vt diſtributiones quotidianas lucretur. Quinimo obſeruandum eſt, non eſſe finem vltimum & principalem diſtributionum quotidianarum lucrum, vbi ſacerdos alioqui non eſſet in Eccleſiam iturus, niſi eas diſtributiones percepturus eſſet, hæc enim cauſa poteſt eſſe impulſiua & principalis: Impulſiua, cum ob diuinum obſequium præcipue intereſſe vult diuinis officiis, & tamen non intereſſet eiſdem, niſi illud lucrum ſibi immineret, & tunc non eſſet dicendus is ſacerdos nec mentalis ſymoniacus, ſecundum Couarr. *vbi ſupra*, quod patet
viua ratione. Diſtributiones † quotidianæ in Eccle- 9
ſiis propria natura pro præſentibus & intereſſentibus conſtitutæ ſunt, vt ſpe huius lucri, ſecundario tamen, clerici ad reſidentiam perſonalem quotidianam inuitentur atque prouocentur, ita vt reliqui non intereſſentes ſtatis horis diuinis, illis careant, non obſtante quacunque conſuetudine contraria, & quauis colluſione & remiſſione excluſa, *vt in d. cap. vnico de clericis non reſid. lib. 6. hodie innouato,* non obſtantib. quibuſcunque ſtatutis & conſuetudinibus per ſanctum Concil. Trident. *Seſſio. 24. in decreto de reformatione, cap. 12. verſic. diſtributiones vero,* late Couar. *lib. 3. variarum reſolut. cap. 15. num. 2. cum ſequentibus.* Hinc ſanctiſſime idem Concil. Triden. *Seſſio 21. in decreto etiam reformationis, cap. 3.* ſtatuit in hunc modum: *Cum beneficia ad diuinum cultum atque Eccleſiaſtica munia obeunda ſint conſtituta, ne qua parte minuatur diuinus cultus, ſed ei debitum omnibus in rebus obſequium præſtetur, ſtatuit ſancta ſynodus, in Eccleſiis, tam cathedralibus, quam collegiatis, in quibus nulla ſint diſtributiones quotidianæ, vel ita tenues, vt veriſimiliter negligantur, tertiam partem fructuum, & quorumcunque prouentuum & obuentionum, tam dignitatum, quam canonicatuum, portionum & officiorum ſeparari debere, & in diſtributiones quotidianas conuerti, quæ inter dignitates obtinentes, & cæteros diuinis intereſſentes proportionabiliter, iuxta diſpoſitionem ab Epiſcopo etiam tanquam Apoſtolicæ ſedis delegato, in ipſa prima fructuum deductione facienda diuidantur, ſaluis, &c.* Ecce igitur textum expreſſum, vbi probatur, diſtributiones quotidianas principaliter inſtitutas eſſe in Eccleſiis Cathedralibus & Collegiatis, atque ad tertiam partem fructuum præbendarum in prædicta ſpecie à ſacro Concilio augeri iuſſas, pro diuino cultu & Eccleſiaſticis muniis obeundis, vt patet *in princip. text.* & ſecundario vt canonici, cæterique præbendati diuinis officiis intereſſentes eas lucrentur: Licitum eſt ergo eas lucrari, cum principaliter ob diuinum cultum horis Canonicis interſint, quamuis ſecundario ob lucrum id faciant, cum in eum finem atque ordinem, qui prædictus eſt, inſtitutæ atque adauctæ fuerint: Cum enim ratione præbendarum, quas ipſi beneficiati obtinent, teneantur Eccleſiæ inſeruire, atque ad reſidentiam perſonalem, nihil alias lucratur: Conſequitur id impendentes, ad quod tenentur ratione cultus diuini, principaliter hoc facere debere ac teneri, quamuis ſecundario ob lucrum id etiam faciant, nec peccent, licet alias non eſſent facturi ſi non eſſent præbendati, vel horis Canonicis non intereſſent, niſi eas diſtributiones percepturi eſſent, dum tantum vt prædiximus, ob
10 diuinum cultum præcipue interſint; Quo fit † vt licet clericus præbendatus potius velit diuinis officiis intereſſe atque interſit tempore ſolemni, hoc eſt, in feſtiuitatibus præcipuis anni, quibus maiores diſtributiones quotidianæ præſentibus & intereſſentibus ſtatutæ ſunt, quamuis alio tempore, quo minutiores conſtituuntur, ſi principaliter interſit ob cultum diuinum, non peccet cum liberum ſit ei, illo tempore intereſſe, hoc vero, abeſſe, lucrando tantummodo pro tempore, quo interfuerit, quamuis melius faceret, vtroque tempore æqualiter, ceſſante iuſto impedimento, intereſſet: caueat tantum, ne principaliter id faciat cauſa queſtus, quia ſi hoc faceret, peccaret quidem mortaliter ob ſymoniam mentalem, vt prædiximus.

11 Circa tamen † intellectum d. *cap. 3. decreti* Concil. Trid. *ſup.* citati aduerto, quod vbi diſtributiones quotidianæ non ſunt adeò tenues, vt præbeant materiam & occaſionem eas negligendi, non poteſt ordinarius aliquam partem fructuum præbendarum aut dignitatum illis amplius attribuere, vt Illuſtriſſimi Cardinales interpretati ſunt *d. cap. declarat.* 75. prout ex quodam ſumptu declarationum eorundem deſumſi, id quod ex litera & ratione *d. Concilij* euidenter patet, *ibi, Vel ita tenues, vt vero ſimiliter negligantur, &c.*

12 Præterea & vltimo addo, † adeo requiri perſonalem intereſſentiam ad diſtributiones quotidianas lucrandas, vt non dentur etiam ſtudentibus Theolog. *vt in c. licet, de præb.* & *ibi* Dd. nec his, qui ſunt in ſeruitio Epiſcopi vel Papæ, *vt in c. de cæt. & c. cum dilect. de cler. non reſid. iuxta gl. in c. vlt. verb. exceptis, de reſcript. in 6. vbi gloſſ. & Dd.* & ita in praxi obſeruatum vidimus ex literis Apoſtolicis atque virtute ipſarum in contradictorio iudicio, tribus ſententiis conformibus,
obtentum. Quinimo † & habens à Romano Ponti- 13
fice priuilegium, vt fructus beneficij etiam abſens recipiat, ac ſi eſſet præſens, non poterit diſtributiones quotidianas ideò habere, iuxta gloſſam communi conſenſu approbatam *in d. c. vnico, verbo, adfuerint, de cleric. non reſident, lib.* 6. vt late poſt alios probat D. Couarr. *lib. 3. variarum reſolut. cap. 13. n. 12.*

His ſic præhabitis, † ſupereſt, vt videamus; *An fal-* 14
*ſitas ſeu defectus cauſæ vitiet reſcriptum ſeu gratiam aut priuilegium Principis*: Et quidem in falſitate & defectu cauſæ finalis conſtitutiſſimum ac receptiſſimum eſt inter omnes, eam vitiare inanemque reddere diſpoſitionem, ſecus in defectu cauſæ impulſiuæ, Is ſiquidem minime obſtat, quin actus ipſe validus omnino cenſeatur, per text. *in leg. 2. § vltim.* & ibi notant gloſſ. Bart. & alij, *ff. de donat. & in leg. 1. § ſexum, &* ibi etiam gloſſa, Bar. & cæteri, *ff. de poſtuland. & in l. ſed ſi mori, §. vltim. ff. de donat. inter vir. & vxorem, & in l. generali, §. Diuus, ff. de vſufructu legat. & in l. cum tale, ff. de condit. & demonſtrat. & in authentica de non elig. ſecund. nubent. §. 1. & in capit. ex parte, el. 1. &* ibi *gloſſa verb. cauſa*, & Abb. *colum. vltim. de conuerſ. coniugat. & in capit. magnæ,* & *ibi* Abb. *columm. 2. verſicul. vltim. nota, de voto, capit. neophitus, &* ibi *gloſſ. verb. cauſa, ad fin.* & Cardinal. Florent. 61. *diſtinction* gloſſ. etiam *in l.* 1. *verb. occupari,* & *ibi* Bald. *in vtraque lect. ff. de feriis,* & gloſſ. *in l. ſi pecuniam, in princ. gloſſ. magna, ff. de condict. ob cauſſ. & in l. ſi repetendi, C. eodem tit. & in l. ſi mulier,* & *ibi* Cyn. Baldus, *&c. C. de iur. dot. & gloſſ. fin in l. generaliter,* & *ibi* omnes, *C. de Epiſcopis & cleric. & in l.* 1. *verb. abſentium, ff. de negot. geſt. & in l. 1. gloſſ. magna, in quinta oppoſitione, C. de pact. & in §. iiis autem, verbo adiuuantur, Inſtit. de milit. teſtamen. & in capitul. & ſi Chriſtus, in verbo, ceſſat effectus,* & ibi omnes, *de iureiurand. & in capit. poſt tranſlationem, in verbo ceſſante,* & *ibi* Hoſtienſ. *in verbo, impedimento,* Ioann. Andr. *colum. 4. Collectar.* Bald. Cardinal. Florent. Anton. Panormitan. & cæteri, *de renuntiat.* Decius limitans *in cap. cum ceſſante, in princip. de appellat.* Quam reſolutionem probarunt & aliæ gloſſæ, complurimique auctores, eoſque referens Tiraquel. *de cauſſ. ceſſant. limitatione 1. num. 1. cum ſequentibus*, vbi etiam citat Adrian. Florent. *in 4. lib. ſenten. in materia reſtitutio in quæſt. incipient. conſequenter quæro, verum indiſtincte, in ſolutione quæſtionis:* & ita eſt frequentiſſime adnotatum ſecundum D. Couar. *lib. 1. variarum reſolut. cap. 10. n. 1. verſ. contrarium,* ibi, *& primo:* ex quo deducit Tiraquel. *vbi ſupra, numero 4.* & hoc procedere in foro conſcientiæ.

Quod ex † eo comprobatur; Quoniam cauſa ea 15
proprie dicitur, quæ finalis eſt: Impulſiua autem cauſa abuſiua & impropria eſt, ſecundum Cynum *in l. generaliter, in 1. oppoſit. C. de Epiſcop. & cleric.* & *ibi* Bald. *colum. 2. in 2. oppoſitione,* refert alios Tiraquellus *vbi ſup.*
*n. 5.* & inquit Ariſtotel. *lib. 2. Phyſic* quod † cauſa fina- 16
lis eſt cauſa aliarum cauſarum: & vt inquit Baldus *in l. eam, quam, colum. 1. verſicu.* venio ad notabilia, *num.* 1. *C. de fideicommiſſis*, cauſa finalis eſt fons cauſarum, & præſumitur finalis illa, quæ ſecundum iuris ordinem debet eſſe finalis, Barbatius *conſil. 30. columm. penultim. verſicul. præterea facit ad prædicta, lib.* 2. Matiene. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 66. titul. 14. num. 7.* & inquit idem Baldus & poſt eum Matthæus de Afflict. *in cap.* 1.
*ad fi. titul. an mutu vel imperfect.* quod † cauſa fina- 17
lis ſubſtantia appellatur & forma, vt *ibi* probat: ſed
& idem Baldus *in lib. 2. num. 2. C. locati,* dicit, † quod 18
cauſa finalis eſt primum principium intentionis, licet ſit

ſit vltimum exſequutionis, ſequitur alios citans D. Molin. lib. 1. de Hiſpanor. primogen. cap. 5. num. 15. & idem Baldus in conſil. 340. incip. & præmitto quod iſtud ius, colum. 1. num. 2. lib. 3. dicit, cauſam impulſiuam, non proprie cauſam eſſe, ſed quoddam motiuum ad diſponendum vel contrahendum: quæ Baldi loca congerit Tiraquellus vbi ſuprà num. 6. & num. 7. ex aliis refert, cauſam finalem apud ſapientes optimam ha-
19 bendam, & † eam primam præcipuamque cauſarum atque potiſſimam eſſe. Huius enim gratia & efficientes faciunt, & quæ fiunt, efficiuntur, ideoque ignorantiam cauſæ finalis circa rem quamlibet efficere, vt cæteræ cauſæ ad eandem pertinentes ſimiliter igno-
20 rentur. Hinc † eſt, quod ex ratione finali tantum poteſt argumentum elici vel extenſio, non tamen ex impulſiua, per text. in authent. hac conſtitutio, circa medium, & per notata per Ioan. Andr. & alios poſt gl. in cap. 1. in verbo Italiæ, de tempor. ordinan. lib. 6. ita Matthesilan. in ſuo tractat. extenſ. column. 2. Iaſ. in authentica quas actiones, colum. 4. verſicul. puto tamen diſputationis gratia, num. 17. & iterum colum. 7. verſic. 3. limita, num. 12. C. de ſacroſ. Eccleſ. quos refert & ſequitur Tiraquell. vbi ſupra, n. 8. vbi n. 9. poſt plurimos, quos citat, id nuncupatim probat in argumento à contrario ſenſu, vt ſcilicet ſumi non poſſit ex cauſa impulſiua, ſed finali tantum; & in num. 19. & ſequentibus limitat aliquibus modis, quod prædiximus de ceſſatione cauſæ impulſiuæ, vt non vitiet diſpoſitionem ſeu reſcriptum.

21 In eo † tamen conſtituo canonicam hanc noſtram quæſtionem, *An, quod prædiximus de falſitate aut ſubreptione cauſæ impulſiuæ, vt non vitiet conceſſionem Principis, procedat etiam in ea impulſiua cauſa, quæ licet talis ſit, non tamen leuiter Principem mouiſſet ad concedendum, ſed difficiliorem eum redderet, licet adhuc precibus annuiſſet, necne?* Et in hac profecto dubia & controuerſa quæſtione communis ſententia interpretum eſt, falſitatem ſeu ſubreptionem atque defectum huius cauſæ, quæ non leuiter mouit Principem, ſed ſi ea deficeret, difficiliorem eum redderet ad concedendum, gratiam ipſam atque diſpoſitionem nullam efficere: quod ex ſequentibus probatur.

Primo, ex text. in cap. poſtulaſti, de reſcript. qui eſt ſingularis & capitalis in materia, ibi: *Et pro habente ſufficientis beneficij ſubſidium ex certa ſcientia ſuper obtinendo alio beneficio, de leui non ſcribimus, quin faciamus de primo in noſtris literis mentionem:* Ex quibus verbis deducunt ibid. Panormit. Cardin. Felin. & alij, vitium commiſſum in exprimenda aut tacenda huiuſmodi cauſa impulſiua, quæ faciliorem aut difficiliorem reddit aut redderet Principem ad concedendum, nullam efficere conceſſionem ipſius, quoad effectum: & eſt caſus ibi notabilis & ſingularis, in quo ceſſante ſeu falſa exiſtente cauſa impulſiua, corruit diſpoſitio ſecundum Abb. ibi, num. 1. & cæteros ſcribentes, quod & probarunt idem Abb. in c. ſuper literis, n. 7. in verſ. in gl. in verbo literas, eod. tit. de reſcript. vbi Dec. num. 9. inquit, quod alij omnes ſequuntur. Idem Dec. in c. cum ceſſante, col. 2. num. 2. de appell. & Iaſ. conſil. 105. lib. 1. & Corneus eleganter conſ. 34. lib. 1. col. 1. & eſt communis ſententia ſecundum D. Couar. d. lib. 1. variar. reſolut. cap. 10. n. 1. & n. 5. in verſ. falſitas vero, & eſt magis recepta opinio ſecundum Menoch. de arbit. iud. lib. 2. centur. 3. caſu 201. n. 22. eamque ſequitur in ſpecie noſtræ quæſtionis plures allegans Mieres de maiorat. 1. part. quæſt. 3. num. 2. & Paul. Pariſ. conſil. 49. ad primum, n. 30. & ſequent. volum. 4. vbi quod impetrans probare tenetur omnia narrata in ſua gratia, quæ Papam faciliorem ad concedendum reddere potuerunt, per communem doctrinam Ioan. Andr. in cap. 1. de lit. conteſt. lib. 6. idem Pariſ. conſil. 138. poſt princ. eod. lib. Dec. conſil. 403. quamuis in caſu, num. 17. & conſil. 541. viſa, num. 16. & conſ. 695. viſa, n. 24. Quintilian. Mandoſ. in regul. 27. de non iudicando iuxta formam ſupplicationis, q. 8. n. 16. eſt communis ſecundum eundem Mandoſ. reg. 32. de impetratis. benef. vac. per obitum famil. Cardin. q. 11. n. 2. & iterum ibi, q. 25. n. 7. ſequitur etiam Euerard. in cent. legali, in loco à ration. legis ampla ſeu gener. ad extenſionem ipſius l. col. 10. verſic. hoc tamen limito, qui poſt ordinarios in d. c. poſtulaſti, id procedere dicunt in odium materiæ beneficialis, ad reſtrænandum ſcilicet ambitionem, argum. c. quamuis, de præben. lib. 6.

Sed verius eſt, † cum text. ad præd. communem 22
per eum ſententiam generaliter intelligendum eſſe, non ſolum in beneficialibus, ſed etiam in cæteris omnibus gratioſis & in priuilegiis, prout illum text. intelligit Panor. in c. conſtitutus, col. 2. verſ. item nota quod monia, num. 5. de religioſ. dom. Barb. conſ. 49. clementiſſimum Deum & Petrum, col. 2. verſ. rurſus opportune, l. 4. vbi ad hoc illum text. dicit ſingularem & meliorem de iure, & iterum conſil. 55. clementiſſimum, & omnipotentem, col. 1. eod. l. 4. vbi & illum dicit ſingularem & expreſſiorem quamuis ſi talibi, ſequitur alios plures allegans & bene probans, Tiraquel in tract. de cauſſ. ceſſant. limitatio 1. num. 12. 13. & 14. quia in materia ſubreptionis æquiparantur literæ beneficiales & priuilegia, & aliæ literæ gratioſæ, vt ibi probat: tametſi alij Dd. quos refert n. 15. cum tex. in d. c. poſtulaſti, ſimpliciter ad reſcripta trahant: Nihilominus tamen generaliter in cæteris omnibus gratioſis & priuilegiis intelligendus eſt, vt prædiximus: Quod etiam tenet alios allegans Pelaez vbi ſuprà vbi, † quod non ſufficit quod 23
in genere fiat expreſſi, vt impetratio ſaluetur à ſubreptione, ſecundum Rom. conſ. 326. & Thom. Grammat. deciſ. 59. n. 58. & deciſ. 66. n. 19. vbi etiam † quod non 24
ſufficit generaliter exprimi factum, niſi exprimatur modus facti. Quo fit, † vt gratia à Principe conceſſa 25
alicui, viribus non ſubſiſtat, ſi cauſa in precibus expreſſa, fuerit falſa, quo comperto, Princeps non ita leuiter precibus annuiſſet, tametſi nihilominus à ſe petitum conceſſiſſet, Idemque erit, vbi aliquid in precib. obtiectur, quo expreſſo, Princeps maturius cogitaſſet, deliberaſſetue ſuper gratia concedenda, licet tandem poſtremo eam conceſſiſſet; Vtroque namque caſu, deficiente cauſa impulſiua, deficit & ipſius Principis gratioſa diſpoſitio: quod fortiori ratione probatur; Siquidem in impetratione Eccleſiaſtici beneficij, & in diſpenſatione ad plura beneficia, † etiam 26
modici taciturnitas, quo expreſſo, gratia ad hunc concederent gratiam ipſam vitia, iuxta text. in c. ſi proponente, de reſcr. & ibi gl. & Dd. in c. non poteſt in pr. & in c. ſi motu proprio, & vtrobique gl. & Dd. de præb. in 6. tradit Fel. in c. ad aures, verb. noua concluſio, & in c. ſuper literis, col. 2. de reſcript. D. Couar. d. c. 10. n. 1. verſ. quod fortiori: Igitur ſi tacetur id, cuius expreſſio difficiliorem reddidiſſet Principem, maiori ratione gratia deficiet.

Sed & eandem communem ac magis receptam ſententiam, quæ habet; Illa reſcriptum vitiare, quæ ſi expreſſa fuiſſent, Princeps vel non conceſſiſſet, vel difficilius ſaltem conceſſiſſet, ex d. c. dudum, de elect. & c. ſuper literis, & c. poſtulaſti, de reſcript. late probat Iaſ. in l. 1. n. 2. C. ſi contrarius vel vtilit. pub. Decius conſ. 541. n. 20. Goz. ad conſ. 6. num. 6. Curt. Iun. conſ. 27. in fi. & conſ. 32. in fi. idem Curt. cōſ. 83. præſupponitur in facto, n. 9. Crau. conſil. 296. c. 4. in fi. n. 2. verſ. &c. Card. conſ. 96. ad fin. & clarius idem Crauet. in reſponſ. pro republ. Sanilian. n. 114. vbi † quod illa ſubreptionem inducunt, quæ 27
vel ratione iuris tertij, vel ob ius commune mouere poſſunt Principem ad non concedendum: refert Menoch. vbi ſuprà num. 24. & eſt communis concluſio;

Quod



28 Quod † mentione non facta omnium, quæ Principem retardare potuiſſent ad concedendum, reſcriptum nullum & inualidum redditur, ſecundum Quintil. Mandoſ. in reg. 32. de impetr. benef. vacant. per obitum famil. Card. quæſt. 9. num. 9. vbi alleg. Dd. in d. c. poſtulaſti, & alibi, & Curt. Iun. d. conſ. 83. dicentem communem, & ibi num. 10. eam limitat proce-
29 dere ſolum, quando † difficultas retardandi ſeu remouendi Principem à conceſſione, eſt conformis iuri communi, vel ex cauſa iuſta & debita: ſecus autem de difficultate, quæ proueniret ex affectu, vel ex alia cauſa exorbitanti odioſa & minime conſiderabili, vt ibi per eum: idem Mandoſ. in ead. reg. 32. q. 11. n. 2. & ſub n. 4. verſ. ad quartum.

30 Supradicta † tamen magis communis ſententia intelligenda eſt, vt procedat, ſi cauſa impulſiua, de qua agimus, in noſtra ſpecie iam à principio non fuit reperta eſſe vera, prout ipſa & nos loquimur & text. in d. c. poſtulaſti, ſecus tamen erit, ſi à principio ſuberat veraque fuit, ſed poſtea ceſſauit, tunc enim non vitiabitur gratia, vt nuncupatim voluit Rip. in l. ex facto, col. 3. num. 15. de vulg. & pupilla. ſubſt. ſequitur Tiraq. vbi ſuprà, in d. 1. limitatio n. 18. & probat latè limitatio. 4. & 12. idem tenet Couar. d. c. 20. n. 5. verſ. his ita. Quamuis in diſpenſatione, vt prædiximus lib. 1. Canon. q. 15. n. 22. ceſſante cauſa diſpenſationis, cum adhuc diſpenſatio eſt in fieri, ceſſet diſpenſatio: ſecus ſi ius eſt perfecte quæſitum, & eſt cauſa generalis.

31 Sed contra præd. † magis communem ſententiam plura obſtant, ex quibus potius probari videtur contrarium, nempe in reſcriptis à Principe obtinendis vel obtentis, ac præterea in quibuſcunque gratiis defectum cauſæ impulſiuæ, quæ maximè mouit Principem ad concedendum & cuius omiſſione difficilior redderetur ad concedendum, nequaquam nocere, vt ipſa reſcripta vitientur. Et primo facit regula generalis, atque communis ſuprà poſita, quæ habet; Vt quamuis defectus atque ſubreptio cauſæ finalis vitiet diſpoſitionem, reſcriptum & gratiam, ſecus tamen eſt in ſubreptione cauſæ impulſiuæ, illa namque non facit, vt reſcripta & gratiæ propriis viribus deſtruantur.

32 Secundo obſtat alia regula, quæ habet: Impetrantem aliquid à Principe, non teneri facere mentionem eius, quod etſi expreſſum eſſet, non impediret impetrationem, iuxta regulam text. in c. ſuper literis, de reſcrips. vbi deciditur, quod impetratio literarum facta a Papa tacita veritate vel ſuggeſta falſitate per fraudem vel malitiam, eſt nulla; Si vero fiat per ſimplicitatem vel ignorantiam, quoties nihilominus Papa erat conceſſurus, ſaltem in forma communi, literæ non vitiantur, ſed delegatus non ſequens formam in literis appoſitam, ſecundum ordinem iuris in cauſa procedit, ſecus ſi alias nullas literas prius dediſſet, & ibi Abb. num. 5. Imol. & Fel. num. 2. & alij hanc regulam veram eſſe cenſent, etiam in literis gratioſis & beneficialibus, quæ fiunt à Romano Pontifice, quos ſequitur D. Couar. d. cap. 20. num. 1. verſ. 2. quicquid Dec. ibi, num. 6. contrarium velit aduerſus Abb. in ſpecie, de qua agimus, nempe, quando ſubreptio non fuit doloſa, ſed per ignorantiam & ſimplicitatem vt ille text. locum habeat in beneficialibus, quia non ſufficit quod Papa veriſimiliter conceſſiſſet, ſed requiritur, quod facta ſit prouiſio, & facta in vno caſu, non porrigitur ad alium; ſed quod prædiximus cum Abb. & cæteris ſuprà citatis eſt verius, receptius & tenendum.

Tertio contra præfatam receptam ſententiam facit text. in d. c. dudum, verſ. conſiderantes, de præb. in 6. ibi: *Nihilominus literas gratioſas daremus*, & in cap. ſi
33 pro clericis pauperibus eod. tit. ſicque fit, † vt quamuis defectus ſacri ordinis in poſtulatione beneficij animarum curam habentis, alicuius momenti ſit, tamen etiamſi impetrans Principi non ſignificauerit, ſe nondum ſacris Ordinibus inſignitum eſſe, beneficium ex literis Papæ obtinebit, vt in d. c. ſi pro clericis, quia tandem hoc expreſſo beneficium conceſſiſſet, vt conſtat ex ſtylo curiæ Romanæ atque conſuetudine, qua in his gratiis expediendis vtitur ipſe Princeps, ſecund. Lap. allegat. 89. in 2. ratione, Barb. conſ. 46. colum. 2. lib. 2. Fel. in d. c. ſuper literis, n. 8. quos ſequitur D. Cou. d. cap. 20. num. 2. verſ. 3.
Licet † ſaltem de ſtylo curiæ narrare debeat hac in 34
ſpecie impetrans ſe clericum eſſe, vt docet Decius in cap. cum adeo, num. 3. de reſcript. & Bero. in d. cap. ſuper literis, n. 71. verſic. 22. quos refert & ſequitur Menoch. vbi ſuprà, d. caſu 201. n. 35. Igitur ſi cauſa impulſiua eius conditionis ſit, vt ea omiſſa non leuiter Princeps conceſſiſſet petita, quamuis nihilominus adhuc concederet, cum tamen id Principi principaliter non perſuaſerit nec fuerit præcipua conceſſionis ratio, vitium obreptionis & ſubreptionis, vel in ea exprimenda vel tacenda contingens non vitiabit Principis conceſſionem, cum tandem etiam hoc Principi patefacto, eandem gratiam petenti feciſſet. Quibus fundamentis contra communem videntur tenere Philip. Dec. in d. c. poſtulaſti, n. 4. & iterum in d. c. ſuper literis, n. 9. verſ. contrariam ſententiam: & D. Couar. vbi ſuprà, n. 1. & n. 6. verſic. falſitas vero, & Menoch. vbi ſupr. n. 22. in fine.

Quare ipſe † Dec. ibidem aduerſus communem, 35
ſuam exponit ſententiam, dicens nempe, illud eſſe conſiderandum, quod ſi ſublata cauſa impulſiua trahitur gratia ad alium caſum non expreſſum, verum eſt; quod ceſſante cauſa impulſiua quæ limitat gratiam in vno caſu, non haberet locum in alio caſu, vt in cap. ſuſceptum de reſcript. in 6. & in c. cui de non, de præben. in 6. ſed ſi ceſſante cauſa impulſiua, remaneret gratia in eod. ſtatu non videtur quod gratia vitietur propter defectum cauſæ impulſiuæ, quia ſufficit, quod Papa omnino fuiſſet conceſſurus, vt dicit probari in d. c. dudum, de præb. in 6. ibi: *Nihilominus literas gratioſas daremus*, ideo ſatis eſt, quod gratia non retraxiſſet Papam à conceſſione. Hanc opinionem Decij ſequitur Paul. Pariſ. conſ. 4. n. 35. lib. 4. Non obſtat text. in d. c. poſtulaſti, quia erat ibi defectus in cauſa finali & Papa ibi veriſimiliter nullo modo literas dediſſet per ſecundo beneficio, ex quo primum erat ſufficiens, vt colligitur ex text. ibi. *Pro habente beneficij competentis ſubſidium de leui non ſcribimus*, id eſt, non ſolemus ſcribere, quin faciamus de primo mentionem, & ſic non probatur ibi illud ad quod ſolet à noſtris Doctoribus allegari: Ita reſpondet Dec. ibid. & in d. c. ſuper literis, n. 9. addens, quod licet quandoque Papa concederet, eſſet de gratia, & de leui hoc non facit, vt in d. c. poſtulaſti.

Tertia opinio † eſt in propoſito Nauar. in c. ſi quan- 36
do, de reſcript. in 3. exceptione, quam aduerſus communem probat D. Couar. vbi ſuprà, d. n. 5. verſic. falſitas vero, dicentis, quod vbi cauſa impulſiua notabiliter Principem moueret admitti poteſt ac iure defendi communis opinio præfata ſecus erit, ſi cauſa impulſiua eius ſit conditionis, vt boni viri arbitrio Principem non mouiſſet notabiliter, quia tunc eius falſitas vel ſubreptio non officiet gratiæ vt probatur in d. c. dudum atque ita conciliant diſcrimen hoc, & quod in his terminis ſit ſemper locus arbitrio iudicis, tenet etiam Tiraq. de cauſſ. ceſſant. limit. 1. n. 15. & 18. poſt Abb. in c. ex conqueſtione, n. 4. de reſt. ſpol. Fel. in c. cæterum, n. 4. in 4. extenſione de reſcript. Dec. in c. ſuper literis, num. 9. eod. tit. tametſi de hac opinione dubitauerit Menoch. d. caſu 20. num. 26.

Ii Quinimo

57 Quinimo † arbitratur Didac. *vbi ſuprà*, quod etiamſi cauſa impulſiua notabiliter moueret Principem eumque difficiliorem redderet ad gratiæ conceſſionem, eam tamen nihilominus abſque vllo moderamine, prout conceſſa fuit, tandem conceſſiſſet, non eſſe locum in hac ſpecie communi opinioni, ſed potius cenſet, gratiam validam eſſe, ex his, quæ *ſuprà* contra communem adduximus: & tunc prorſus exiſtimat, cauſam impulſiuam notabiliter Principem mouere eiuſque rationem habendam fore, cum ea Principi vere ſignificata, Princeps non ita conceſſiſſet, ſed eidem conceſſioni moderamina quædam adhibuiſſet, ex quibus cautis petitis prouiſum eſſet, ſicque interpretandum eſſe opinatur, quod ex *d. c. poſtulaſti*, communi omnium iudicio deducitur.

38 Quarta fuit † in hoc opinio Menoch. *d. caſu 210. n. 27. cum ſequentibus*, diſtinguentis trium qualitatum genera: Quædam enim ſunt clare & expreſſe in iure determinatæ qualitates, & hæ dubio procul exprimendæ & narrandæ ſunt in precibus, alioqui vitiatur reſcriptum nec adhibetur in his differentia, quod vel per ignorantiam & ſimplicitatem vel per dolum narratæ non fuerint, quoniam ſemper reſcriptum annullant: Expreſſio namque harum qualitatum pro forma, quæ ad vnguem obſeruanda eſt, à legibus data videtur, ſecundum plures, quos ibi refert: quod etiam probauit Couarru. *vbi ſuprà, d. num. 5. in verſ. verum, ibi, quod ſi:* vbi ampliat etiamſi ea qualitate expreſſa nihilominus Princeps idem conceſſiſſet, vt ibi probant.

39 Aliæ ſunt † qualitates, quæ quamuis iure expreſſæ non ſint ex ſtylo tamen curiæ vel Cancellariæ, vel ex conſuetudine Principis exprimi conſueuerunt, & iſtæ pariter narrandæ ſunt, alioqui reſcriptum vitiatur, quoniam ſtylus & conſuetudo pro lege obſeruantur: ita ſenſit Lapus *alleg.* 89. quem ſequitur Dec. *in d. c. ſuper literis, n.* 9. & Menoch. *vbi ſuprà d. n.* 27. exiſtimans, nullum in his qualitatibus verſari arbitrium iudicis; Quandoquidem arbitrarium non eſſe dicitur, quod ſtylo & conſuetudine terminatum eſt, quemadmodum & lege ipſa, vt idem Menoch. explicauit *lib. 1. de arbit. iud. quæſt.* 4. tametſi aliud velit Couar. *vbi ſupr. num.* 7. in ſpecie, de qua infra, *num. 74. cum ſeqq.* diſſeremus.

40 Aliæ ſunt † & tertiæ qualitates, quæ nec ſecundum ius, ſtylum, nec conſuetudinem curiæ vel Cancellariæ exprimendæ ſunt, & tunc ſi taceatur ea quam ſi nouiſſet Princeps, non conceſſiſſet reſcriptum nulla ſubreptio vere dici poteſt ex parte impetrantis, inſpecta vero perſona concedentis ſubreptio dici poteſt, quia ſi forte omnia illa, quæ nunc cognoſcit, tempore dati reſcripti cognouiſſet illud non conceſſiſſet: quo caſu vitiatur conceſſio, vt *in d. c. ſuper literis*, & ibi omnes ſecund. Couar. *vbi ſuprà, d. n. 5. verſ. verum in princ.* & in hoc, ſecund. Menoch. *vbi ſuprà, n.* 30. verſabitur iudicis arbitrium; Is namque iudicabit, an talis ſit qualitas quæ potuiſſet mouere Principem ad non concedendum: & quod ita procedit Abb. Dec. & aliorum ſententia, & quod in ſpecie ita videtur ſentire Rota *deciſ. 21. ſuppoſito facto, num. 5. de præb. in nouis*, & tandem Menoch. ponit praxin, circa hoc in iudicio obſeruandam.

Hæc ſunt, quæ in ſubſtantia pro vtraque parte in hac difficili & ſumme neceſſaria Canonica quæſtione ſcripta inuenio. Quid tenendum?

41 Ego profecto † minimus ſcriptorum ſub cenſura melius ac rectius ſentientium, cum videam difficillimum eſſe iudicare, qualis fuerit intentio Principis in gratia ab eo conceſſa, an cauſa impulſiua ſibi narrata cum leuiter vel notabiliter mouit, & an alias eſſet conceſſurus necne, vel an cauſa vera tacita & ſuppreſſa cum non leuiter moueret ad concedendum, ſi exprimeretur, licet adhuc conceſſiſſet, ac proinde vt plurimum errari poſſe in huius rei diiudicatione, exiſtimo communem ac magis receptam ſententiam, *ſuprà* primo loco adductam eſſe probabiliorem, tutiorem, ac proinde tenendam in iudicando & conſulendo, nempe falſitatem ſiue ſubreptionem cauſæ impulſiuæ, quæ non leuiter moueret Principem ad concedendum gratiam, reſcriptum aut priuilegium, licet adhuc ea non narrata, nihilominus conceſſiſſet, vitiare ipſam gratiam, reſcriptum vel priuilegium ita vt viribus non ſubſiſtat: ac idem eſſe in cauſa impulſiua vel qualitate tacita, quæ ſi exprimeretur, eum difficiliorem redderet ad concedendum, quamuis adhuc concederet, *ex text. in d. c. poſtulaſti, in verbis ſuprà relatis*, quæ profecto nullam cauillationem patiuntur: & procedit illius text. diſpoſitio non ſolum in beneficialibus in quibus loquitur, ſed etiam in cæteris omnibus gratioſis, & in priuilegiis, propter identitatem rationis, iuxta receptam etiam ſententiam quam *ſuprà* retulimus. Et cum hac opinione in effectu Nauar. concurrit *in d. c. quando, de reſcript. in 3. exceptione*, dum tenet, quod vbi cauſa impulſiua notabiliter Principem moueret, admitti poteſt, & iure defendi communis opinio prædicta; Nam non leuiter mouere, & notabiliter mouere, idem prope ſunt, quia *non leuiter*, ſignificat, id eſt, *grauiter*, quod opponitur *leuiter: Grauiter* igitur & *notabiliter* parum differunt; Si enim cauſa illa leuiter mouit Principem, communis ſententia fatetur à contrario ſenſu, falſitatem aut ſubreptionem ipſius reſcriptum aut gratiam non vitiare: id quod ſigillatim habet receptiſſima ſententia, quam prædiximus. Quo fit, † vt opinio Couar. contraria, quam *ſuprà* retulimus, 42
dum exiſtimat, quod etiamſi cauſa impulſiua notabiliter moueret Principem, eumque difficiliorem redderet ad gratiæ conceſſionem: ſi tamen nihilominus conceſſiſſet abſque vllo moderamine prout conceſſit, etſi probabilis videatur tenenda tamen in praxi non eſt, cum ſit contra communem ſententiam, prout ipſemet innuit atque euidenter patet: Quinimo in ea ſpecie obſeruanda erit communis ſententia recte probata *in d. c. poſtulaſti*, nec immerito, in odium falſitatis atque ſubreptionis circa cauſam non leuiter mouentem Principem ipſum, quod ſi cauſa impulſiua falſo Principi narrata, ita notabiliter eum moueret, vt ea ipſi vere ſignificata, Princeps non ita, vt conceſſit, conceſſiſſet, ſed eidem conceſſioni moderamina quædam adhibuiſſet, proculdubio falſitas & ſubreptio prædictæ cauſæ vitiaret gratiam, prout idem Didac. reſoluit, & nos quoque probauimus *d. lib. 1. c. 15. n.* 23. non tamen inde conſequitur, ſecus eſſe dicendum ſi quamuis cauſa prædicta notabiliter mouit Principem ad concedendum, adhuc nihilominus ea non expreſſa, fuiſſet cōceſſurus, vt conceſſit, quia iuxta receptiorem ac probabiliorem necnon & tutiorem ſententiam ſufficit, quod cauſa impulſiua falſa, non leuiter, ſed notabiliter moueret Principem ad gratiam ipſam concedendam, ac veritate narrata difficiliorem eum redderet ad concedendum, quamuis nihilominus adhuc conceſſiſſet, abſque aliqua moderatione & adiectione vllius grauaminis: & ita reſoluo hanc materiam.

Supereſt modo vt ſatisfaciamus his, quæ *ſuprà* contra communem adducta fuere, & videamus, an cæteræ tres opiniones contra communem *ſuprà* relatæ ſint vllius momenti. Et primum fundamentum contrarium non obſtat quoniam loquitur & procedit in falſitate cauſæ impulſiuæ ſimpliciter quæ leuiter Principem mouit aut mouere potuit, quo caſu non loquitur communis noſtra & tenenda ſententia, ſed quoties non leuiter, ſed notabiliter Principem mouit aut mouere potuit vt prædiximus.



43 Secundum † fundamentum contra communem *ſup.* adductum *ex text. in d. c. ſuper literis*, non obeſt, quia ibi non conſtat, quod cauſa impulſiua falſo narrata vel vera tacita non leuiter Summum Pontificem mouit, ſed ſimpliciter refertur, quod erat talis, quæ quamuis tacita vel expreſſa, nihilominus ipſe literas conceſſiſſet: Quare intelligendus ſane erit text. ille iuxta regulam communem priorem generalem, quam notauimus, ceſſante cauſa impulſiua, quæ leuiter mouit Principem non ceſſare reſcriptum, gratiam vel priuilegium aliamue quamcunque diſpoſitionem: ſecus vero cum cauſa illa impulſiua falſo narrata, vel veritas tacita, non leuiter, ſed multum aut notabiliter Principem mouit, aut moueret ad concedendum vel denegandum, quamuis nihilominus adhuc conceſſiſſet, *ex text. in d. c. poſtulaſti*, qui in hoc eſt expreſſus: per quem intelligi, diſtingui, limitari ac interpretari debet *d. c. ſuper literis*, vt iura iuribus concordentur; Cum text. ille minime loquatur nuncupatim in hac ſpecie, ſed tantum, quando talis expreſſa ſit falſitas, vel veritas occultata, quæ quamuis fuiſſet tacita vel expreſſa, Papa nihilominus, ſaltem in forma communi literas dediſſet, quo caſu delegatus, non ſequens formam in literis appoſitam, ſecundum ordinem iuris in cauſa procedere debet, vnde text. ille intelligendus eſt, quando leuiter mouit Pontificem expreſſa falſitas vel veritas occultata: ſecus ſi non leuiter, ſed notabiliter eum moueret, iuxta deciſionem text. *in d. c. poſtulaſti*, iuncto eius communi intellectu ac communi prædicta ſententia *ſupr.* relata, quam defendimus, ſicque text. *in d. c. ſuper literis*, in hac parte ſupplendus & diſtinguendus eſt per ſupradicta: Quod ſi per huiuſmodi falſitatis expreſſionem vel ſuppreſſionem veritatis, literæ fuerint impetratæ, qua tacita, vel expreſſa Papa nullas prorſus literas dediſſet, ſic conceſſæ erunt ſubreptitiæ & nullæ: quapropter à delegato non erit aliquatenus procedendum, niſi eatenus, vt partibus ad ſuam præſentiam conuocatis, de precum qualitate cognoſcat, vt in ſecunda ſpecie *d. cap. ſuper literis in verſiculo ſi vero*, de qua nos nunc non agimus. In vtroque tamen caſu eadem ratio, quæ delegantem moueret, mouere etiam debet delegatum: & vbi delegans ſuas literas denegaret, delegatus etiam ſuæ cognitionis officium nullo modo interponet, vt *in d. cap. ſuper literis, circa fin.* ibi: *Vt ſic in vtroque caſu.*

44 Quo fit, vt cum *ſuprà* reſoluerimus cum Abb. ſententia *in d. c. ex conqueſtione n. 4. & ſequacium*, † relinquendum eſſe arbitrio iudicis, quæ cauſa vel qualitas falſo expreſſa, vel veritas occultata, mouerit leuiter vel grauiter, aut notabiliter Principem in ſpecie noſtræ communis ſententiæ, quam defendimus, etiamſi non ſit deciſa per *d. c. ſuper literis*, ſed per text. *in d. c. poſtulaſti*, iuxta præd. eius communem intellectum, arbitrio iudicis Apoſtolici delegati relinquendum erit, quæ cauſa falſa expreſſa in precibus, vel veritas occultata mouerit vel moueret Principem notabiliter, & cum difficiliorem redderet ad non concedendum, ſi veritas expreſſa fuiſſet, ad hoc, vt iudex huiuſmodi delegatus officium ſuæ cognitionis deneget, etiamſi nihilominus alias Princeps eſſet conceſſurus, pariter ac ſi ſuas literas Princeps delegans omnino eſſet denegaturus veritate comperta: Sicut enim in hac ſpecie reſcriptum eſt nullum, & exſequi non debet, ſimili modo nec etiam in caſu noſtræ communis ſententiæ, videlicet, quando cauſa illa falſa expreſſa notabiliter mouit: aut veritas omiſſa grauiter moueret & difficiliorem redderet ad non concedendum, quamuis nihilominus alias tandem fuiſſet conceſſurus: quia hi duo caſus æquiparantur in propoſito exiſtimante delegato huiuſmodi, difficilius Principem conceſſurum, iuxta communem ſupradictam ſententiam, per quam in hoc ampliatur text. *in d. c. ſuper literis, circa fin.* dum dicit, quod eadem ratio, quæ delegantem moueret, moueat etiam delegatum, & vbi delegans ſuas literas denegaret, delegatus etiam ſuæ cognitionis officium nullatenus interponat. Idem namque obſeruandum erit etiam vbi delegans (quamuis ſuas literas non denegaret) difficilius eas concederet, ſi falſitas ſuggeſta non fuiſſet vel veritas expreſſa eſſet, *per ſupra dicta*. Quod ſi Princeps non ſolum difficilius conceſſiſſet, ſed etiam grauamina aliqua ſuæ conceſſioni adieciſſet, veritate expreſſa, vel falſitate non ſuggeſta, proculdubio reſcriptum vel gratia huiuſmodi vitiatur, *vt prædiximus*.

Præterea & ſecundo † reſpondemus, text. *in d. c. ſuper literis*, loqui & procedere, vbi ſubreptio non doloſa eſſet cauſa vnius rei tantum, eam namque duntaxat debet vitiare, & non aliam, cuius non fuit cauſa, v. g. reſcriptum regulariter conſiſtit ex duobus, ſubſtantia & forma, ſubſtantia reſcripti eſt ipſa iuriſdictio, forma vero eſt ipſe modus prouidendi, quem Papa præfixit delegato: Si ſubreptio fuit cauſa illius formæ tantum, illam ſolum, non vero ſubſtantiam vitiabit, veluti ſi impetrans reſcriptum, narraſſet Papæ, quod de conſuetudine patriæ cauſæ tractantur ſimpliciter & de plano: vnde Papa commiſit cauſam ſimpliciter & de plano cognoſcendam, ſi enim hoc eſt falſum, quia non viget talis conſuetudo in patria, tunc non debet vitiari reſcriptum in totum, ſed tantum reſpectu illius formæ ac modi procedendi, quia Papa nihilominus abſque vlla difficultate dediſſet literas in forma communi, & ideo delegatus procedet ſecundum iuris ordinem, vt patet ex illo text. *in verſiculo, nam ſi talis, ibi: Nos nihilominus (ſaltem in forma communi) literas dediſſemus:* niſi malitioſe illud expreſſiſſet, quia tunc in pœnam carere debet impetrans mendax commodo totius reſcripti, vt *in d. cap. ſuper literis, in 1. part.* & in terminis ita text. illum interpretantur Abb. *ibi, n. 2. & 5.* Felin. *n.* 2. Dec. *n.* 2. & cæteri ſcribētes, & in eiſdem terminis procedit, quod prædiximus, regulam *d. cap. ſuper literis*, habere etiam locum in gratioſis & beneficialibus, nempe, vbi literæ gratioſæ continerent plura, & ſubreptio non doloſa fuiſſet cauſa vnius tantum, nempe formæ & modi procedendi; Nam tunc ſolum vitiabit illud, non vero reliquum, vt *in c. ſi eo tempore, de reſcript. in 6.* ita intelligunt Abb. & cæteri *vbi ſuprà*, & clauſula; *Si preces veritate nitantur*, vendicat ſibi locum, quando Princeps non eſſet alias conceſſurus, iuxta caſum *d. c. ſuper literis, in verſic. ſi vero*, ſecundum Salyc. *in l. præſcriptione, C. ſi contra ius vel vtilit. pub. n.* 11. quem refert & ſequitur Fel. *in c. 1. n. 6. de reſcript.* At vero in noſtra ſpecie caſus non eſt huiuſmodi, ſed ſubreptio contingit ſuper cauſa impulſiua grauiter mouente Principem ad totalem conceſſionem, licet adhuc eſſet conceſſurus, in caſu vero *d. c. ſuper literis*, ſubreptio tantum fuit in vno, vnde in eo tantum vitiat: ſecus vero in reliquis, in quibus nulla ſubreptio fuit, ac proinde in eis valet reſcriptum, quia facillime, erat conceſſurus in forma communi, vt diximus. 45

Quinimo † text. *in d. c. ſuper literis*, in *ſuprà* proxime dictis procedit, niſi obtentum per ſubreptionem haberet connexitatem cum reliquis, quia tunc ratione connexitatis ſubreptio vitiat omnia, iuxta text. *in c. conſtitutus, eod. tit. de reſcript.* vbi probatur, quod non valet impetratio canonicatus & præbendæ in Eccleſia numerata ſtatuto eiuſdem Eccleſiæ iuramento confirmato, mentione non facta de numero, ſi per eam frangatur numerus canonicorum, licet non 46

ſrangatur numerus præbendarum, & proceſſus ſuperinde factus eſt nullus, ſecundum Abb. ibi, quia licet ſubreptio non contigiſſet ibi reſpectu præbendæ (non enim mandabatur vt præbenda ſimpliciter conferretur de præſenti, ſed tunc demum, cum vacaret, vel eſſet proximo vacatura) ſed tantum reſpectu canonicatus, quia impetrans ille mandabatur recipi de præſenti in canonicum, quod fieri minime poterat abſque fractione numeri iurati, nihilominus tamen, quia ſubreptio commiſſa fuit in altero annexorum, vitiat gratiam in totum, vt in ſpecie ex hoc notat bonam regulam Abb. *ibi*, *num.* 6. cuius additio, idem obſeruat pro limitatione text. *in d.c. ſi eo tempore*, *de reſcr. in 6.* ſequitur idem Abb. *in d.c. ſuper literis*, *n.* 5. *verſ. hoc verum*, & Fel. *num.* 2. *in fine*, vbi ex Abb. *ibid.* deducit, hoc procedere, etiamſi illa connexa ſint talia, quibus expreſſis omnino Papa literas conceſſiſſet, adhuc enim in illis literæ non valerent, propter connexitatem quam habent cum partibus literarum ſubreptitie obtentis: & Abb. ſequitur etiam Philipp. Dec. *in d. c. conſtitutus*, *num.* 3. vbi aliam vrgentem rationem pro eo adducit.

47 Tertium etiam † fundamentum contra communem *ſupra* adductum ex text. *in d. c. dudum*, *verſ. conſiderantes*, ibi, *nihilominus literas gratioſas daremus*, *&c.* non obſtat, Ibi namque ideò non vitiatur gratia, prouiſio & collatio canonicatus & præbendæ, ſi qua tamen vacabat in Eccleſia Legion. aut proxime vacaturæ facta à Papa, mentione non facta conceſſionis generalis prius factæ Epiſcopo Præneſtino recipiendi reſignationes beneficiorum Eccleſiaſticorum ab eis, qui eas vellent libere in eius manibus reſignare ad beneficia, ipſa perſonis idoneis conferendum; Quoniam etſi Papa Epiſcopo prædicto præfatam generalem conceſſiſſet facultatem, penes ipſum tamen Summum Pontificem remanſit maior præoccupandi, prout in caſu illius text. præoccupauit eandem, conferendo prædict. canonicatum dicto Nicolao, antequam reſignatio in manibus dicti Epiſcopi eſſet facta. Eo præſertim, quod generi per ſpeciem potuit derogari, prout fuit derogatum: & tum præterea, quia abſurdum foret profectò, ſi tam lata Summi Pontificis poteſtas impediretur, ſi in omnibus prouiſionum Apoſtolicarum literis oporteret de ſæpe dicta poteſtate Epiſcopo præfato conceſſa mentionem facere, vt ad literam ibi late expreſſit Summus Pontifex, motus prædictis & aliis rationibus ad decernendum collationem & prouiſionem prædictam, in qua mentio prioris poteſtatis generalis facta non fuit, validam eſſe ac proinde exſequendam, alterique poſtea eiuſdem canonicatus & præbendæ in fauorem alterius à prædicto Epiſcopo factæ præferendam eſſe: Text. igitur ibi nihil obeſt noſtræ, de qua agimus, communi ſententiæ; Caſus ſiquidem ille diuerſus eſt ab ea, vt ex prædictis patet; Agitur enim ibi de duabus gratiis conceſſis à Summo Pontifice, vna quidem generali facta cuidam Epiſcopo conferendi omnia beneficia Eccleſiaſtica in ſuis manibus libere reſignanda: altera vero ſpeciali, qua collatus fuit quidam canonicatus cum ſua præbenda cuidam Nicolao ex beneficiis contentis in priori gratia generali: Dubitabatur; *An valeret ſecunda*, *non facta mentione de prima.* Decidit Summus Pontifex, valere & præferendam eſſe ſecundam reſpectu ipſius, remanente tamen in cæteris ſalua & intacta priori ex prædictis rationibus, & quia ex ſecunda gratia ſpeciali non agitur de præiudicio D. Epiſcopi, ſed de lucro ab eo prouiſi, at vero nos non agimus de concurrentia gratiarum: Quia hæc eſt alia diuerſa materia, ſed tantum de vna gratia impetrata ex cauſa impulſiua, quæ non leuiter Principem mouit falſa narrata, vel ea veritate ſuppreſſa, quæ, ſi exprimeretur, grauiter Principem moueret ad non concedendum, licet tandem conceſſiſſet, an valeat, necne: Et reſoluimus, non valere ex ſupradictis, quibus nihil obſtat *d. c. dudum* quia, vt prædiximus, loquitur in diuerſo caſu & materia.

48 Non etiam † obeſt; Quod defectus ſacri ordinis non expreſſi in beneficij impetratione non reddit gratiam nullam, vt in tertio fundamento contrario dicebamus; Id enim ideo verum eſt & procedit, quoniam defectus hic, licet expreſſus, nullo modo difficilem redderet Summum Pontificem ad concedendum, ſed ita facilem, ac ſi ſacris ordinibus impetrans fuiſſet inſignitus, cum ſacer ordo non ſit neceſſario requiſitus à principio, ſicut eſt ſimplex clericatus, nempe, vt beneficiandus ſit primæ tonſuræ, dum tamen impetrans ad ordines, quos requirunt collata eis beneficia, ſe faciant in proximis ſtatutis à iure temporibus promoueri, vt *in d. c. ſi pro clericis*, *verſ. fin.* non igitur inde conſequitur aliquid, quod noſtræ communi ſententiæ obſit, ſed ſit, vt tenentes contrarium, fundamentis iuridicis deſtituantur, ac potius contra ea inſiſtant.

49 Deueniamus igitur iam ad opinionem Decij *in d. c. poſtulaſti*, contra communem: & quidem quantum ad primum caſum ipſius, nempe, quando ſublata cauſa impulſiua trahitur gratia ad alium caſum non expreſſum, vt ceſſante cauſa impulſiua, quæ limitat gratiam in vno caſu, non habeat locum in alio caſu, verum dicit, & noſtræ communi ſententiæ potius hoc fauet, quam obeſt, quoad vero ſecundum caſum Decij, nempe, quando ceſſante cauſa impulſiua remanet gratia in eodem ſtatu, vt tunc non videatur, quod gratia vitietur propter defectum cauſæ impulſiuæ, quia ſufficit quod Papa fuiſſet omnino conceſſurus, vt probari dicit *in d. c. dudum*, *in verbis ſuprà relatis*, & quod ideo ſufficit quod gratia non retraxiſſet Papam à conceſſione, loquitur contra text. *in d. c. poſtulaſti*, ibi; *Non de leui ſcribimus*, vbi etiamſi eſſet conceſſurus non tamen leuiter ad id concedendum moueretur facta mentione veritatis, hoc eſt, vicariæ, quam obtinebat impetrans, vitiatur gratia ob tacitam veritatem. Neque obſtat reſponſio aſſignata illi text. per Decium, nempe, quod ibi erat defectus in cauſa finali, & quod Papa ibi vero ſimiliter nullo modo literas dediſſet pro ſecundo beneficio, ex quo primum erat ſufficiens, vt colligitur ex text. ibi: *Pro habente beneficij competentis ſubſidium de leui non ſcribimus*, id eſt, non ſolemus ſcribere, quin faciamus de primo mentionem: Hæc namque ſolutio, præterquam quod eſt contra communem omnium ſententiam aſſerentium, text. illum loqui in omiſſione expreſſionis cauſæ impulſiuæ, repugnat illis verbis Papæ; *De leui non ſcribimus*, quæ nullo modo ſenſum Decij patiuntur, nempe, *non ſolemus ſcribere*, quia hoc eſſet deſtruere literam text. & contra mentem Summi Pontificis, ſed potius hunc, id eſt, non paſſim, quaſi expreſſe innuat à contrario ſenſu, quod licet non de leui hoc fiat, quandoque tamen, ſe bene penſata id facit. Vnde idem Dec. *in d. cap. ſuper literis*, *num.* 9. rectius intelligens, fatetur, quod licet quandoque Papa concederet, eſſet de gratia, & de leui hoc non facit: quod ſit gratia, non negamus, cum ipſamet conceſſio vtcunque fiat, ſit gratia: At quod aliquando Papa ita concedat, pro nobis facit & contra Decium, qui in hoc videtur ſuo dicto præcedenti atque intellectui à ſe aſſignato verbis *dict. c. poſtulaſti*, contrarius, ac proinde non rectè ſubſiſtit. Non etiam obeſt text. *in d. c. dudum*, *de praben. in* 6. quem Decius pro ſe allegat, quia ei ſufficienter eſt *ſuprà* reſponſum.





49 Tertia opinio † Nauar. quoad ſuum primum membrum, nempe, quando cauſa impulſiua notabiliter Principem moueret, vt tunc admittatur communis noſtra ſententia, pro nobis facit, vt prædiximus: ſed neque quatenus habet hæc tertia opinio, quod ſi cauſa impulſiua eius ſit conditionis, vt boni viri arbitrio Principem non mouiſſet notabiliter, tunc eius falſitas & ſubreptio non officiat gratiæ, nobis contradicit; Quandoquidem & nos cum communi fatemur, quod ſubreptio cauſæ impulſiuæ, quæ de leui mouit vel moueret Principem gratiam non vitiet: Quod autem relinquatur arbitrio boni viri, quando cauſa impulſiua notabiliter non mouiſſet Principem, hoc non contradicit præfatæ communi ſententiæ, ſed eſt præter eam, quandoquidem ipſa huius ſpeciei non meminit, ſed tantum habet, quod ſæpè diximus: At verò quod arbitrio boni viri relinquatur, quando notabiliter cauſa Principem non mouiſſet, non eſt minus rectè dictum, ne alias putemus ad libitum adiudicari poſſe, ſed debet tunc iudex ſe conformare cum voluntate concedentis, vt eadem ratio, quæ moueret delegantem, debeat mouere delegatum, iuxta text. *in dict. cap. ſuper literis circa fin.* vnde potuit non dubitare de hac declaratione Doctorum, de qua modo agimus, quamuis iniuſtè dubitauerit de ea Menoch. *vbi ſuprà*, *d. caſu* 201. *num.* 26.

50 Quod verò † contra communem arbitratur D. Couarr. *vbi ſuprà*, nempe, quod etiamſi cauſa impulſiua notabiliter moueret Principem, eumque difficiliorem redderet ad gratiæ conceſſionem, eam tamen nihilominus abſque vllo grauamine, prout conceſſit, tandem conceſſiſſet, gratiam validam eſſe, ex adductis per ſe contra communem, hoc verum non videtur, ſed potius eſt contra ipſam communem ſupradictam ſententiam probabiliorem, vt diximus; Ex quibus patet, prædictam opinionem Couar. non eſſe in hoc tenendam: Cæterum quatenus ipſe præfatur, tunc cauſam impulſiuam notabiliter Principem mouere, eiuſque rationem habendam eſſe, cum ea Principi verè ſignificata, non ita conceſſiſſet vt conceſſit, ſed eidem conceſſioni moderamina quædam adhibuiſſet, ex quibus cautius petitis prouiſum eſſet, id probo, vt *ſuprà* fecimus, in eum tantum ſenſum, vt tunc res planior ſit, non tamen vt præcisè hoc requiratur, ad hoc, vt gratia vitietur, prout requiri ſenſit Did. ſic interpretans & limitans præfatam communem ſententiam, eam namque tenendam eſſe exiſtimo etiamſi prædicta moderamina non ſint adiecta; ſi tamen notabiliter vel grauiter cauſa impulſiua falſo narrata Principi, eum mouiſſet, aut difficiliorem eum redderet ad concedendum, ſi falſitas non fuiſſet narrata, aut veritas non taceretur, licet tandem eſſet alias conceſſurus.

Circa quartam opinionem Menoch diſtinguentis tria genera qualitatum, quoad duas priores, nempe, quæ expreſsè & clarè in iure exprimendæ ſunt determinatæ & quæ ex ſtylo curiæ vel Cancellariæ, vel ex conſuetudine Principis exprimi conſueuerunt, licet expreſſæ non ſint, vt hæ narrandæ ſint neceſſariò in precibus, alias reſcriptum vel gratia vitietur, rectè dicit nobiſque nihil aduerſatur; Quoad tertium vero genus qualitatum, nempe illarum, quæ nec ſecundum ius, nec ſtylum aut conſuetudinem vel curiæ Principis exprimendæ ſunt, vt tunc ſi taceatur ea, quam ſi nouiſſet Princeps, non conceſſiſſet reſcriptum, ex parte impetrantis nulla ſubreptio dici poteſt; Secus in perſona concedentis, quia ſi fortè omnia illa, quæ nunc cognoſcit, tempore dati reſcripti cognouiſſet, illud non conceſſiſſet: & quod tunc verſetur arbitrium iudicis, an talis ſit qualitas, quæ mouere potuiſſet Principem ad non concedendum, & quod ita procedit Abb. Decij & aliorum ſententia, ſimiliter bene dicit, non tamen nobis obeſt, quia omittit caſum noſtræ quæſtionis, nempe, quando cauſa impulſiua falſo Principi narrata, vel veritas occultata, non leuiter mouiſſet, vel mouere potuiſſet Principem ad concedendum, vel non concedendum, reſpectiue & licet tandem conceſſiſſet, difficiliorem eum redderet ad concedendum, falſitate non narrata, vel veritate expreſſa: Hæc autem eſt diuerſa facti ſpecies à Menoch. intacta in prædicta ſua diſtinctione trimembri: Debuit igitur hoc quartum genus qualitatum conſtituere, & in eo, cum communi præfata noſtra ſententia ſe conformare; Quandoquidem licet ipſe de ea dubitet *n.* 22. non tamen eam comprobat, quinimo in prædicto tertio genere qualitatum à ſe conſiderato, dum dicit, ita procedere Decij ſententiam, nempe, cum Princeps de veritate edoctus illud non conceſſiſſet, inſinuat, Decij opinioni contra communem ſententiam non eſſe locum, quando nihilominus Princeps adhuc eſſet conceſſurus, licet non leuiter moueretur ad concedendum, quo caſu propriè loquitur communis ſententia, ſicque videtur ex his eam defenſatam à contradictione Decij relinquere per diuerſitatem qualitatum à ſe conſideratam, licet hoc Menoch. non ita expreſſerit, non tamen cautè itidem dixit ſic procedere Abbatis & aliorum ſententiam; Abb. ſiquidem ſequitur commun. ſentent. cuius caſum non diſtinxit Menoch. *ibidem in prædicta ſua qualitatum diſtinctione*; niſi intelligimus eum, dum dixit ſic procedere Abbatis & aliorum ſententiam, intellexiſſe de Abbatis ſententia *in d. cap. ex conqueſtione*, *num.* 4. *de reſtit. ſpol. & ſequacium*, quorum *ſuprà* meminimus, tenentium relinqui arbitrio iudicis, quæ cauſa falſa narrata mouerit vel mouere potuiſſet Principem ad concedendum: vel non concedendum; & cum his remaneat noſtra magis communis & tenenda ſententia ſatis dilucidata & ab ſpinis difficultatum, quas patiebatur, quæ eam ſuffire videbantur, erepta.

Quare pro vera & communi reſolutione concludo, quod falſitas ſiue ſubreptio cauſæ impulſiuæ, quæ Principem non de leui nec facilè, ſed grauiter ſeu notabiliter mouiſſet, vel veritas occultata, ſiue tacita, quæ patefacta eum difficiliorem redderet ad concedendum quamuis adhuc in vtroque caſu comperta veritate fuiſſet nihilominus conceſſurus, vitiat in totum reſcriptum, gratiam vel aliam conceſſionem: quod præmaximè procedit, ſi † Princeps, falſitate 51 non expreſſa, vel narrata ſine veritate, quamuis idem adhuc conceſſiſſet, moderamina quædam eidem adiecisset, ſequendo opinionem Didaci: Quamuis hoc de moderaminum adiectione, vt dicebamus, neceſſarium non ſit ad annullationem gratiæ, quod ſi qualitates neceſſariò à iure exprimendæ vel ab ſtylo curiæ vel conſuetudine Principis ſolitæ & conſuetæ exprimi, taceantur, reſcriptum & gratia atque conceſſio vitiabitur, viribuſque non ſubſiſtet *per ſupra dicta.*

52 Nunc autem † in materia falſitatis & ſubreptionis reſcriptorum declarandus nobis opportunè ſe offert text. *in cap.* 2. *de reſcript.* ſupra dictis nimis concinnus: Ibi namque conceſſum fuit reſcriptum cuidam clerico, in quo commiſſa fuit cauſa inter ipſum & alium clericum Epiſcopo Conuentien. ſuper quadam præbenda, ſub tenore videlicet, *vt ſi conſtaret reum de periurio eſſe conuictum, & perpetuo illi renuntiaſſe præbendæ, amoueretur ab ea*; Quarum virtute literarum Apoſtolicarum Epiſcopus ille eo cognito & probato, ipſum reum eadem præbenda priuauit, à quo ſententia pro parte rei condemnati fuit appellatum, aliudque reſcriptum commiſſionis impetratum Cantuarienſi

Archiepiſcepo, ſub ea forma, vt *eidem prebendam præciſè & abſque cauſa cognitione reſtitueret*: De qua re Summus Pontifex informatus reſcripſit iterum præfato Archiepiſcopo Cantuarien dicens: *Verum, quoniam non credimus ita præciſè ſcripſiſſe, & in huiuſmodi literis intelligenda eſt hæc conditio etiamſi non apponatur (ſi preces veritate nitantur:) mandamus, quatenus inſpectis literis, quas Epiſcopo prædicto direximus, ſi inueneris, quod ſecundum prædictum modum ei ſcripſerimus, & in literis, quas præfatus F. (hoc eſt reus) reportauit, non fuit habita mentio priorum literarum, ſententiam præfati Epiſcopi confirmes, & ſæpe dictum F. cum literis noſtris, quas tibi detulit, ad præſentiam noſtram venire compellas*: & quod in reſcriptis & mandato intelligatur illa clauſula; *Si preces veritate nitantur*, & quod expreſſa in precibus, debeant probari ab exprimente, ſi de eis controuerſia ipſi cum aliquo fuerit, probat late amplians & limitans Maſcard. *de prob. in 3. tom. concluſ. 1211. per totam.*

53 Sed inſuper quærit gloſſ. prima ibi circa intellectum prioris reſcripti, nunquid in caſu ipſius (quo præceptum fuit, quod ſi conſtaret ipſum F. de periurio eſſe conuictum, & perpetuo illi renuntiaſſe præbendæ, amoueretur ab ea, eo cognito & probato) iſtorum altero probato, poſſit Epiſcopus ipſum F. remouere, cum alterutrum ſufficiat de per ſe, nempe periurium, vt *in cap. querelam, de iureiur. cum ſimil.* & ſpontanea renuntiatio, vt *in cap accepta, cum ſimil. de reſt. ſpol.* & arguens ad partes tandem concludit *in verſ. ſed ſi alterum*, quod ſi alterum per ſe ſufficit ad remotionem alicuius (prout in propoſita ſpecie ſufficiebat, alterum probari ſat eſt) licet copulatiue illa duo mandentur, niſi Papa aliud expreſſe cauerit, vt ibi ex pluribus probat, & præcipue ex eod. text. ibi, *Eo cognito & probato*; Nam cum duo præceſſiſſent, non dixit his cognitis & probatis; Ecce ibi text. iuncta gloſſ. probantem, quod vbi plura copulantur in reſcripto circa vnum effectum, quorum quodlibet per ſe ſolum eſt ſufficiens ad eundem, ſufficit probare vnum, licet alterum verum non ſit, ad hoc, vt reſcriptum valeat, & iuxta id ſententia virtute reſcripti proferenda ſit, quam gloſſ. ſequuntur omnes ordinarij *ibidem*, præcipue Felin *num. 23.* plures referens, cæterique & Lapus *allegatione 24 incipient. limitat. decretalis, in fine, & allegatione 54. incipienti, quidam quorum, col. 3. verſic. de hoc patet, poſt num. 5. & in verſic. item non expedit, colum. 4.* Tiraquel. plures referens de ceſſante cauſa, *limitatione 22. num. 14.* Et probat nouiſſime Ioſephus Maſcard. *de probat. volum. 1. concl. 325. num. 1.* ea ratione, quam exprimit *ibidem num. 3.* poſt
54 Felin. *vbi ſupra*: Nam † cum plura narrantur quæ de iure minime neceſſaria ſunt, capitula ipſa in disiunctiuam reſoluuntur, vt *in c. cum iam dudum, de præbend. & in c. ſignificante*, & *ibi* notat Dec. *in vlt. notab. per illum text. num. 9. de appellat. poſt* Abb. *ibi n. 5. & in c. licet cauſam, num. 31. verſ. reddo rationem, de probat.* & alios quos refert.

55 Hinc † ſi plura capitula ſint narrata copulatiue in commiſſione, quorum aliqua vera, & aliqua falſa ſint, ſufficit probare, quod vnum ſit verum, vt commiſſio valeat, vt exſtat de hoc deciſio Rotæ 58. *alias 7. incipit, licèt capitula, de reſcriptis, in nouis, & deciſ. 175. alias 7. nota quod licet plura capitula. de reſcript. in antiquis*, decidit etiam Bellamer. *in deciſ. 280. incipit, licet plura, tit. de reſcrip.* ſequitur Maſcard. *vbi ſupra, n. 1.* & ante eum Fel. *vbi ſupra, d. n. 23*

56 Hinc † etiam ſimiliter dixit Lapus *allegat. 24. in fine*, quod vbi plures cauſſæ narrantur in reſcripto, quarum aliquæ ſunt ſubreptitie narratæ, aliquæ vero non: procedendum eſt ſuper illis, ſuper quibus Papa ſe fundat; & ſi illæ ſunt veræ, non attenduntur aliæ falſæ: Vnde licet duæ cauſæ ſint expreſſæ, quarum vna eſt ex ſe potens ad mouendum Principem, ſatis eſt illam probare vt deciderunt etiam Domini de Rota apud Puteum *lib. 1. deciſione 70.* item fuit reſolutum ex dictis per Franciſcum *in cap cum ceſſante, in princ. de appellat.* ſequitur Maſcard *vbi ſupra, num. 8.*

Sic etiam, † ſi Ordinarius beneficium vacans confe- 57
rat, declarata duplici cauſa, ſi vera vna ſit, collatio ſuſtinetur, cum habeat Ordinarius vtroque caſu poteſtatem: ita conſultus reſpondit Geminian. *conſ. 52. vacante canonicatu, poſt num. tertium, verſic. in contrarium videtur*, ſequitur Abb. *in cap licet cauſam, num. 30. in verſic. ſe aſtrinxit*, & *ibi* Felin. *num. 40. verſiculo primo limit. de probatio.* id comprobat: ſequitur etiam Maſcard. *vbi ſupra, n. 2.*

Huc tendit, † quod domini etiam de Rota obſer- 58
uauerunt *deciſio. 83. alias 14.* ſi impetrans aliquam Eccleſiam, *de reſcript. in nouis*, nempe, impetranti beneficium, & narranti illud pluribus modis vacare, vt *per conſtitutio. execrabilis, per cap. de multa, de præben.* & per non promotionem intra annum, *in cap. licet canon, de elect. lib. 6.* ſufficit vnum modum probare, *per dict. cap 2. de reſcript.* ſequitur Bellamer. *deciſio. 735. ſi impetrans*, Felin. *in dict. c. 2. num. 23.* Pauinus *in tractat. de officio & pot. capitul ſede vacant. in vltimo prælud. num. 18. in final. verſicul. quod ſufficit*, Cardinal. *in Clementina conſtitutum, 15. quæſtio. de elect.* Nicol. Milles *in ſuo repertorio, in verſicul. gratiam beneficij vacantis, el 1.* Maſcard *vbi ſupr num. 6.* Oportet tamen probare primum modum vacationis expreſſum, & non ſufficeret, eo omiſſo, probare alium, quia ſtatim quod firmauit vnum modum vacandi, eſt impoſſibile, quod vacet alio modo, argum. *cap. ſuſceptum, de reſcript. lib. 6.* ita Rota *vbi ſupra*, & plenius Bellam. *vbi ſupra*: quod ſequitur Felin. *d. num. 23.* aduerſus Anton. de Butr. *in cap. exhibita, prope fin. de iud.* aliud ſentientem: quod ipſe ſublimitarem, niſi prouiſio fieret, quocunque modo vacaſſet beneficium, prout communiter dici ſolet in literis Apoſtolicis prouiſionum, nempe, ſiue prædicto ſiue alio quouis modo vacauerit, tunc enim quocunque modo ex ſupradictis vacet, valida erit prouiſio ex voluntate clara prouidentis, cum omnes præd. modi vacationis ſint expreſſi: & præterea, quia licet iure ſtatutum ſit, vt cum vnus vacandi modus exprimitur, alter non contineatur, vt *in cap. ſuſceptum, de reſcr. in 6.* vnde ſi narratum eſt, vacare per obitum, non valet conceſſio ſi reperiatur vacare per reſignationem, iuxta communem ſententiam, quam refert Menoch. *de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 3. caſu 201. num. 103.* hoc non procedit, quando aliud conſtat de intentione impetrantis, quia tunc vterque vacationis modus pro expreſſo habetur, *ibidem n. 105.* poſt alios probat Menoch. Ergo idem à fortiori eſt dicendum, quando id conſtat ex mente concedentis: Sed in terminis, quando exprimitur vnus vacationis modus, adiecta dicta clauſula; *Et quouis alio modo vacet*, hoc tenet Rota *deciſ. 14 de reſcript. in nouis*, ſequitur Felin. *in cap. in noſtra, n. 38 verſ. fallit 4. de reſcr.* Rebuff. *in praxi*, & alij, quos refert & ſequitur Menoch. *vbi ſupra n. 107.*

Similiter etiam † reſcriptum Papæ, continens di- 61
uerſas gratias ſubreptio in vna non vitiabit illud in alia, *arg. cap. ſi eo tempore de reſcr. lib. 6.* conducunt *ſupra* tradita circa intellectum *dict. cap ſuper literis, de reſcript.* & in terminis probat Iaſ. *in l. 1. §. ſed & ſi mihi, num. 15. verſic. ſexto adde, ff. de verb. obligat.* & Ant. de Bot. *per text. ibi, in d. cap. exhibita, in fin.* Roman. *conſ 369 circa primum, num. 37. verſic. vnde ſuccedit*, Bellam. *deciſ. 415. ſi impetraui*, refert & ſequitur Maſcard.



Maſcard. *vbi ſupra, num. 5.* Quod limitarem, niſi ambæ gratiæ eſſent connexæ, *per c. conſtitutus, de reſcript. & ea, quæ ſupra in propoſito diximus, num. 46.*

62 † Superiora procedunt, etiamſi narrans iuraſſet omnia narrata, ſe credere eſſe vera, iuxta gloſſ. *verb. probare, in cap. vt circa, de elect. in 6. in §. edicto perpetuo*, ſequitur Felin. *in d. cap. 2. de reſcr. num 23. verſ. item ampliatur*, idem Fel. *in d. cap. licet cauſam, n. 4. verſ. 1. limita*, Maſcard. *vbi ſupr. n. 9.*

63 Supradicta † tamen de pluribus copulatis, tam in reſcriptis, quam in libello vel articulis, quod ſufficiat probare vnum de per ſe ſufficiens, limitat quinque modis Felin. *in d. cap. 2. num. 27. cum ſeqq.* & ſeptem limitationes ad idem cum ſuis ſublimitationibus late proſequitur Maſcard. *d. conclu. 325. num. 10. cum ſequentibus.*

64 Ex ſuperioribus † tamen infertur, quod quando duo coniunctim narrantur, quorum ex ſe neutrum ſufficeret, ſed vtrumque, tunc vtrumque probandum erit, vt *in cap. olim, & in c. inter cæteras, de reſcript.* id quod expreſſe fatetur gloſſ. *1. d. c. 2. de reſcript. circa medium, verſ. ſi coniunctim duo mandantur*, & præſupponunt cæteri & tenent Maſcard. *vbi ſuprà, n. 21.* refert plures vltra eum Tiraq. *d. cauſſ. ceſſant. limit. 12. num. 15.*

65 Sed † & quod in reſcriptis diximus *ſupr.* idem procedit in legibus & alijs diſpoſitionibus, habentibus duas aut plures cauſas, ſiue rationes; Nam vna ceſſante, ſuſtinentur ex alia vera, vt *in §. affinitatis, Inſtit. de nupt.* & latiſſime pluribus iuribus & auctoritatibus vſque ad nauſeam amplians & limitans, comprobat Tiraquel. *de cauſſ. ceſſant. limit. 22 per totam*, & Ludou. Mexia, à prædicto auctore plura deſumens *in l. Regia Toleti de los terminos, in 12. fundamento 1. partis, n. 19. cum ſeqq.*

66 Hoc tamen † intelligendum eſt, quando quælibet cauſa influit per ſe in effectum, & ſic quando quælibet ſola ſatis eſt ad producendum illum effectum, ſecus vero, ſi omnes ſimul conſiderentur; Hoc namque caſu ceſſatio vnius facit, ceſſare effectum vt *in c. quoniam frequenter, §. porro*, & *ibi* Panorm. *in fin. iuncto §. ſin autem, vt lite non conteſt.* Batt. *in extrauag. ad reprimendum, in verb. ne eorum abſentia*, Bald. *in l. generaliter, la 2. col. 2. verſ. ſecundo oppono, C. de Epiſc. & cleric.* comprobat & refert plures ita tenentes Tiraquel. *vbi ſuprà, num. 12. cum ſequentibus, & deciſ. Pedem. 118. num. 6.* Cæſar Lambert. *de iure patron. lib. 1.*
67 *art. 4. 6. quæſt. princ. 1. part. 1. num. 4. fol. 57.* Item † non procedit quando cauſæ ſint connexæ, vt ex aliis probat Gomez. *in regul. de impetratio. benef. vac. per obit. fam.* Cardin. *quæſt. 17. pag. 463. in verſ. tenendo tamen.*

68 Superiora tamen † intelligenda ſunt ſecundum Maſcardum ſtatim citandum, in reſcriptis ad lites, & aliis diſpoſitionibus: ſecus vero in gratioſis; Ita concluſerunt domini Rotæ in vna Hiſpalenſ. patrimonij portionis, vt habetur in recollectis à Corambon. *deciſione 17. de reſcript.* prout refert Maſcard. *vbi ſuprà, num. 24.* vbi quod ex hoc limitauerunt, *dict. allegationem 14. Lapi*, & voluerunt falſam expreſſionem ætatis vitiare gratiam, licet alia narrata vera extiterint, & ſuper ætate Papa non ſe fundaſſet, vt refert Mandoſ. *in dict. allegatio. 23. Lapi, in verſicul. narrantur*, conducunt tradita in propoſita per Rebuff. *in praxi benefic. in differentiis inter reſcripta gratiæ & iuſtitiæ, num. 1. cum ſequentibus.* Quod tamen verum intelligit Maſcard. ſolum in mendacio non doloſo, ſecus tamen, vbi præſumi deberet eſſe doloſum, vt ſi quid in facto proprio narraretur, in quo tolerabilis ignorantia non datur, vt *in l. quanquam, ff. ad Velleian. & in capit. ab excommunicato, de reſcriptis*, & conſuluit Decius *conſilio 474. viſo in fine, numero 14.* & aſſeruit Mandoſ. *vbi ſuprà.* Sed videtur à fortiori procedere, quod ex Maſcardo modo retulimus in mendacio doloſo, quod totum reſcriptum indiſtincte vitiat, vt *in dict. capit. ſuper literis, in prima parte, de reſcript.* quod in gratioſis procedit, vt Abbas & cæteri, communiter *ibidem* abſque dubio fatentur, & idem in præſumpto dolo, cum in facto proprio non ſit probabilis ignorantia, vt idemmet Maſcardus dicit. Quare, aut ego mentem Maſcardi non percipio, aut ipſe ſe non intelligit, nec recte explicauit: ſed quia hæc limitatio Maſcardi in reſcriptis gratioſis, & ante eum Rebuffus, *vbi ſuprà*, nimis generalis eſt, non diſtinguens ſpecies, quia tantum vnam expreſſit Maſcardus, vt vidimus, nec ipſi procedunt in hoc magiſtraliter, vnde eſt, vt ſic ſimpliciter & indigeſte tradita prædict. limitatio aberrare facere facilliter poſſet, ideo circa intellectum huius limitationis, quid exprimendum ſit in literis gratiæ ad beneficia, & quando dicatur beneficium huiuſmodi ſubreptitium, & quando non, videndi ſunt latiſſime Felin. *in cap. in noſtra, de reſcript.* & Selua *de benefic. in tertia parte, quæſt. 11.* & Menoch. *d. caſu 201. num. 32. cum ſequentibus, vſque ad fin. caſus.*

In dubio tamen, inquit idem Maſcard. *in eodem* 69
*tractat. de probat. in verb. diſpenſationem, concluſ. 523. num. 5.* quod diſpenſatio (intellige, vbi nulla cauſa expreſſa eſt in ea) præſumitur fieri ex pluribus cauſſis, & non ex tantum, per ea, quæ tradunt gloſſ. & Doctor. *in l. quamuis, C. de fideicommiſſ.* & *ibi* Iaſ. *num. 8.* & Alban. *conſil. 79. num. 11.* nempe, quod in dubio, vbi nulla ratio expreſſa eſt, non præſumitur, quod vna ratio tantum poſſit aſſignari legi vel ſtatuto, ſed plures; id quod inquit Salycet. *in l. ſerui, num. 31. C. de noxalibus*, Iaſon. *in authen. quas actiones, n. 22. verſicul. & quid erit tunc*, Tiraquell. alios allegans *in tract. de ceſſant. cauſa limitat. 21 num. 11.* Ant. de Padill. *in d. l. quamuis, num. 18. C. de fideicommiſſ.* vbi † quod 70
dicenti plures eſſe rationes, creditur, niſi contrarium probetur; & qui dicit vnicam eſſe rationem, probare debet, Corneus *conſil. 253. col. 2. poſt medium, lib. 4.* Pariſ. *conſil. 41 in fin. lib. 3.* Crauetta *conſil. 73* Cephalus *conſ. 210. n. 61. lib. 2.* & † non ſufficit probare rationem 71
eſſe vnicam, ſed eſſe vnicam, & eam ſolá eſſe finalem, vt notat Crottus *in repetitione, l. omnes populi, 8. concluſione, de iuſt. & iur.* Marian Socin. Iun. *conſil. 30. n. 38. lib. 1.* & † ideo à ratione non expreſſa, non licet ar- 72
guere, per Bartol. *in l. liberorum, num. 12. ff. de verb. ſignif.* Imol. *in l ſi vero, §. de viro, ff. ſolut. matrimonio*, Aret. *conſ. 27. colum. 3.* Alex. *conſ. 80. num 13. libr. 1.* Pariſ. *conſ 41. num. 73. lib. 3.* Dec. *conſ. 553. num. 6.* Bald. *in l. maximum vitium, col. 3. verſic. ſed quod* Bartolus dicit, *C. de lib. præt. vel exhæred.* latè Cephal. *conſ. 252. n. 13. libr. 2. & conſil. 210. num. 48. eod lib. 2.* Roland. à Valle *conſil. 53. num. 22. lib. 1.* Si tamen in lege vel alia diſpoſitione non poteſt reddi, niſi vna tantum cauſa, ea debet haberi pro expreſſa, operaturque omnes illos effectus, quos ratio expreſſa in quacunque diſpoſitione operari ſolet, iuxta gloſſ. vbi per ſcribentes *in d. l. quamuis*, quam maxime commendant atque ſequuntur, & multi præterea, quos allegat Tiraquel. *vbi ſuprà, limit 21 num. 8.* eſt communiter approbata gloſſ. illa ſecund. Marian. Socin. *conſ 1. num. 12. vol. 1.* ſequitur plures referens D. Molin. *lib. 1. de Hiſp. primogen. c. 5 n. 9.*

Hæc omnia circa intellectum text. *in d. cap. 2. de reſcript.* recte perpenſa nullam contradictionem faciunt communi & magis receptæ ſententiæ, quam prius *ſuprà* defendimus circa falſitatem vel ſubreptionem

cauſſæ impulſiuæ, quæ non leuiter, ſed notabiliter
mouiſſet Principem ad concedendum, vel de veritate
tacita, quæ eum difficiliorem redderet, &c. Quan-
73 doquidem † in his, quæ poſtmodum adduximus, quæ
videbantur prima facie contraria, vnaquæque cauſa
ex narratis erat de per ſe ſufficiens abſque alia, ad eun-
dem effectum, quem Princeps in conceſſione inten-
debat, & ambæ adiectæ fuerunt in precibus pro facti
contingentia maiorique cautela, quare nil mirum ſi
vna probata, quæ ſola ſufficiebat, cuius falſitas ni-
hil mouit Principem, ſuſtineatur & non vitietur re-
ſcriptum. At vero in ſpecie præfatæ communis ſen-
tentiæ diuerſum contingit, vt non ſemel admo-
nuimus.

74 Ex ſuperioribus † diſcutienda venit opinio quæ-
dam Petri de Anchar. *conſ. 295. pro clariori, num.* 13.
tenentis, literas obtentas ad beneficia Eccleſiaſtica
validas ac efficaces eſſe, quamuis falſa fuerit facta
mentio valoris eius beneficij, quod petitur, modo
appareat nihilominus vero valore expreſſo, eaſdem
Principem conceſſurum fuiſſe: contra hanc namque
75 opinionem Ancharani obſtat Primo, † quia licet de
iure verus valor beneficij in eius impetratione expri-
mi non debeat, nec ſit neceſſarium; iuxta gloſſ. *in
Clement.* 1. *de praben.* & *ibi* Dd. *& in cap. ad aures, de
reſcrip.* vbi Decius, *num.* 10. & Mant. *num.* 18. *&* 19.
plures referunt ſequitur Gomez *in reg. Cancell. de
valore exprimendo in impetratione beneficij, quæſt.* 11.
*verſ. præterea quia ex quo, pag.* 949. Et id vno ore affir-
mant noſtri iuris interpretes, ſecundum Menoch. qui
plures refert *d. caſu* 201. *n.* 77. & alios Quintil. Mandoſ.
*in reg.* 22. *de vnio. & confirm. quæſt.* 1. *num.* 12. Attamen
76 † de ſtylo curiæ Romanæ & ex regulis Cancellariæ
Apoſtolicæ, exprimendus eſt neceſſario verus bene-
ficij valor, alias impetratio & prouiſio erit nulla, vt
*in regul. ſupradicta de valore exprimendo*, quæ eſt Vr-
bani IV. vbi gloſſ. & Gomez & Quintil. Mandoſ. &
iterum idem Mandoſ. *in d. regul.* 22. *de vnione & con-
firm. quæſt.* 5. *num.* 2. *& quæſt.* 6. *num.* 4. Felin. *in d. c. ad au-
res, num.* 10. Rota *deciſ.* 19. *de reſcript. in nouis*, quam
refert vna cum aliis per multis Decius *in dict. cap. ad
aures, num.* 10. *verſic. ſecunda concluſio*, & alios plures
Pontifices ita ordinaſſe refert Gom. *vbi ſuprà*, ſequi-
tur idem Dec. *in conſil.* 159. Rebuff. *in tractat. de no-
minat. quæſt.* 9. *num.* 29. D. Couar. *lib.* 1. *variarum reſol.
cap.* 20. *num.* 7. Menoch. *d. caſu* 201. *num.* 77. vbi aſſignat
rationem, quia per valorem poteſt Pontifex reddi
difficilis in concedendo vni, quod alteri concederet,
iuxta dict. *cap. poſtulaſti de reſcript.* iuncta noſtra com-
muni & recepta ſententia, quam *ſuprà* late defendi-
mus, & hic ſtylus ſeruandus omnino eſt in curia, ſe-
cundum Dec. *conſil.* 11. *num.* 16. Iaſ. *in l. cunctos popu-
los*, 1. *lectura, num.* 53. *C. de ſumma Trinit. & fide Ca-
thlo.* vbi idem dicit de regulis Cancellariæ, ideo cum
falſitas contigerit in ea qualitate, quæ neceſſario eſt
Principi exprimenda, conſequitur gratiam ipſam vi-
tiari, ex *ſuprà* latè adductis, & præterea in terminis,
quod ſi falſus valor beneficij exprimatur, vitietur re-
ſcriptum, decidit Rota *deciſione* 47. *de reſcript. in
antiqu.* quam refert & ſequitur Menoch. *vbi ſuprà,
numero* 83. quoniam multa expreſſa nocent, quæ tacita
nocere non poſſunt, Rota *deciſ.* 10. *num.* 2. *de reſcript.
in nouis, ſeu verius ibi apoſtillantes*, & in terminis opi-
nionem *ſuprà* dictam Anchar. *in d. conſil.* 295. probat
Felin. *in d. c. ad aures, num.* 12. tum ex ſupradictis, tum
& præſertim ex text. *in cap. cui de non Sacerdotali,
verſ. idem de præb. in* 6. Quod adeo verum eſt vt, pro-
cedat etiamſi reſcriptum conceſſum ſit ex motu pro-
prio, quia licet tunc non ſit mentio valoris beneficij
facienda, vt per Menoch. *vbi ſuprà, num.* 97. Atta-
men ſi falſus valor exprimatur, clauſula Motus pro-
prij nihil operabitur ad tollendum vitium hoc falſæ
narrationis; Facilius etenim adduci potuit Papa ad
concedendum, quam quando valor ſubricetur; Illa
namque falſa narratio eum impuliſſe videtur ad con-
cedendum, vt affirmant Anchar. *conſil.* 137. Abb. *in c.
quia circa, verſ. ſed quæro, de conſang. & affinit.* Cardi-
nal. *conſil.* 66. Papa *vniuit. colum.* 1. quos refert & ſe-
quitur Menoch. *vbi ſupra n.* 83.

Sed nihilominus † Couar. *vbi ſuprà, d. n.* 7. præfa- 77
tam opinionem Anchar. *d. conſ.* 295. defendit, inquiens,
ſibi potius placere, ſiquidem de iure verus valor non
ſit exprimendus? Et quamuis ex regula Cancellariæ
contrarium appareat, ea regula eſt ſtricte interpretan-
da, cum verus valor beneficiorum difficilem habeat
certitudinem, quo fit, vt error in valore exprimendo,
non ſit conſiderandus, vbi Principis voluntas conſtat.
Et præterea pro Ancharano adducit, quod in ſimili-
bus terminis nominationis ſcribit Rebuff. *in tract. de
nominat. quæſtione* 9. *num.* 44. aſſeuerans, † nominatio- 78
nem obtentam apud Gallos, facta mentione benefi-
cij obtenti eiuſque valoris, maiori tamen quantitate
expreſſa, quam vere valuerit, admittendam eſſe; Quia
etiamſi nominationem concedentes cognitionem ha-
buiſſent veri valoris, nequaquam eam negarent, imo
facilius eam conceſſiſſent; Nec Anch. ſententiæ ad-
uerſatur text. *in d. c. cui de non Sacerdotali*. Nam, quan-
do verus valor exprimitur in literis gratia taxationis,
tunc non poteſt obtineri vigore dictarum literarum
aliud beneficium minoris valoris, cum id repugnet
voluntati Principis, vt *in dict. cap. cui de non Sacer-
dotali.* Si vero exprimitur verus valor cauſa demon-
ſtrationis, & conſtat de corpore, admittendum eſt,
quod Ancharan. cenſuit, nec gratia propriam virtu-
tem amittit ex errore valoris expreſſi; Si vel propter
minorem valorem alias apertum ſit, Principem etiam
certum de vero valore, idem conceſſurum, vt in ſpe-
cie ſequutus Anch. tradit Ripa *in d. cap. ad aures, n.* 78.
quorum ſententiam probat Couarru. *vbi ſupra, dicta
num.* 7. & opinionem Ancharan. ſimpliciter ſequitur
alios referens Aymon. Crauet. *conſilio* 2. *n.* 14.

Quid † tenendum? Ego profecto omnia iſthæc cir- 79
cumſpicens, etſi videam adducta de vero valore expri-
mendo contra Anch. loqui ſimpliciter, ac proinde poſ-
ſe intelligi vbi non conſtat, quod vero valore expreſſo
nihilominus Princeps eaſdem literas conceſſiſſet,
ideoque videatur eo conſtito contrarium tentari poſ-
ſe cum opinione Ancharan. & ſequacium; Nihilo-
minus in rigore iuris adhuc verius eſſe exiſtimo con-
trarium, ac proinde tenendum contra opinionem
Anch. & ſequacium cum Felino & cæteris, quos *ſu-
prà* citauimus. Regula enim Cancellariæ indiſtin-
ctè præcipit, verum valorem beneficij impetrandi
eſſe exprimendum, ad hoc, vt gratia valeat, & quod
alias ipſa vitiatur ac nulla ſit: Idem habet ſtylus
curiæ Romanæ. Si igitur iuxta regulam Cancellariæ,
ſtylum & conſuetudinem curiæ exprimendus eſt ve-
rus valor beneficij, ſi is non exprimatur, ſed potius
falſus, gratia erit ſubreptitia & nulla, ac ſi de iure
exprimendus eſſet, vt *ſuprà* reſoluimus. Nihil igi-
tur intereſt, quod Papa alias eſſet conceſſurus,
quod in dubio non eſt præſumendum. Præterea,
ſi exprimitur minor valor, quam reuera ſit, quod
ſolet communius fieri quam in contrarium, etiamſi
conſtaret, Papam adhuc vero valore expreſſo, nihilo-
minus conceſſurum, non ideo conſequitur validari
gratiam, (etiamſi neceſſario non fuiſſet exprimendus
verus valor, prout exprimi debet) quoniam per maio-
rem valorem Pontifex redderetur difficilior ad con-
cedendum, licet tandem eſſet conceſſurus: quo caſu
iuxta



iuxta magis communē ſententiam, quam *ſuprà* defen-
dimus, gratia eſt nulla, quanto magis, cum falſitas ver-
ſatur circa id, quod neceſſario vere erat exprimendum
Pontifici, vt probauimus: hocque præcipue procedit,
ſi doloſe aut per fraudem minor valor expreſſus ſit: *ar-
gumen. capit. ſuper literis*, 1. *part. de reſcriptis.* Si vero
exprimatur maior valor (quod raro aut nunquam
contingit) adhuc idem exiſtimo eſſe dicendum con-
tra Anchar. quia licet hac in ſpecie propter minorem
valorem appareat, Principem etiam certum de vero
valore; idem conceſſurum, ac ideo Didacus conten-
dat non vitiari gratiam, quod expreſſio maioris va-
loris fuerat facta cauſa demonſtrationis, qua de cor-
pore beneficij conſtat, *regul. l. demonſtratio falſa. ff. de
cond. & demonſtrat.* attamen quia verus valor erat ex-
primendus neceſſario, vt vidimus, & quia tunc hæc
quantitas & valor expreſſus eſt pars gratiæ, vt in de-
ciſione Rotæ, 6. *de prabend. in antiquioribus, num.* 4. *&* 8.
non vero cauſa demonſtrationis adiectus: quod patet,
quia ſi cauſa demonſtrationis adiiciatur, etiamſi verus
valor non exprimeretur, ſed falſus, cum conſtaret de
corpore beneficij, non vitiaretur gratia, vt *in dict. l.
falſa demonſtratio*, ſed ipſa vitiatur, vt *in dict. regul.
Vrban. Quarti & aliorum Pontificum de exprimendo
valore beneficiorum, &c.* ibi *Alioqui præfatæ gratiæ ſint
nullæ*, & fatentur Doctores *ſuprà* ad hoc citati, & con-
ſtat præterea ex rationibus *dictæ regulæ*, quas ibi aſſi-
gnat Gom. *in præfatione, verſic. & eſt aduertendum,
pag.* 917. etiamſi conſtet, ob minorem verum valo-
rem Principem à fortiori idem conceſſurum, adhuc
vitiabitur gratia, ob prædictam falſitatem ac ſubre-
ptionem minoris valoris expreſſi, quæ verſatur cir-
ca partem ſubſtantialem gratiæ, ſicque ceſſat funda-
mentum præcipuum D. Couarru. quod valor ſignifi-
cetur hoc caſu cauſa demonſtrationis. Nec obſtat,
quod in hac ſpecie vltima, de qua agimus ceſſant ra-
tiones dictæ regulæ aſſignatæ per Gom. *vbi ſup.* 1. *part.*
80 nempe † cauſa tollendæ auaritiæ, ne ſcilicet per taci-
turnitatem valoris aliquis vltra merita, & plus quam
oporteat de beneficiis Eccleſiaſticis caperet, & ita
per falſam valoris expreſſionem debitus diſpenſatio-
nis modus Papæ (cui eſt hæc cura à Deo demandata)
tolleretur, *capit. quia nonnulli, de cler. non reſid.* ſecun-
dum Abb. & Felin. *in dict. cap. ad aures, de reſcriptis*,
Quæ prima ratio plurimum iuris fomentum habet,
ſecundum Gom. *vbi ſupra*, & tamen ceſſat in propo-
ſito ex expreſſione maioris valoris, ſicut ceſſat etiam
ſecunda eorum, qui hoc totum ad commodum burſa-
le officialium retulerunt. Præterea & tertia & magis
recepta, vt hoc nomine eam appellat Gom. vt propter
annatas, ne defraudetur regula, facta fuerit, & ſic re-
gula iſta adhæret taxis annatarum: Sic enim videmus,
quod in beneficiis, in quibus non ſoluitur annata, non
exprimitur valor: etiam ceſſat in propoſito; Quan-
doquidem expreſſo maiori valore, quam reuera ſit,
non defraudatur annata, ſed potius augetur. Qua ra-
tione etſi prima & hæc tertia ſimul iungantur, vt ob
eas dicatur fuiſſe factam regulam, adhuc habemus in-
tentum, quia vtraque ratio ceſſat, vt prædiximus:
quoniam etſi in noſtra ſpecie, quæ raro contingit,
ceſſent rationes regulæ, leges tamen ad ea potius quæ
frequenter & facile, quam quæ perraro eueniunt, ada-
ptari debent, vt *in l. nam ad ea, cum ſim. ff. de leg.* ideo-
que nil mirum, ſi in caſu raro contingenti ratio legis
deficiat, ſi in communi, & in his, quæ frequentius
accidunt, concurrat. Præterea & ſecundo, quia ter-
tia ratio prædicta communis regulæ, non vere ceſſat in
propoſito, cum intentio ſummorum Pontificum in
prædicta regula iuxta præfatam tertiam rationem
fuerit, quod vero annata ſoluatur, non vero minor
aut maior, quam reuera debeatur. Sed in hoc caſu
ſolueretur maior; Ergo ratio regulæ adhuc exſtat &
militat: quare & regulæ diſpoſitio locum habet. Fa-
teor tamen opinionem Anch. defenſatam atque expo-
ſitam vt per Couarr. *vbi ſupra*, probabilem videri, &
fortaſſe aliis probabiliorem, mihi vero contraria pro-
babilior videtur, vt prædiximus.

Et proxime † dictis deducitur, quid dicendum ſit 81
illa quæſtione; *An gratia à Romano Pontifice impe-
trata ad beneficium curam animarum habens, facta ta-
men falſo mentione, ſed abſque dolo, quod eidem cura
animarum ineſſet, nulla ſit, vtpote ſubreptitia, necne?*
Primo † namque videtur nullam eſſe; Nam etſi faci- 82
lius Papa conceſſiſſet huiuſmodi beneficium, ſciens
eſſe non curatum, adhuc expreſſio curæ prætextu fal-
ſitatis nocebit gratiæ, quia contingit in his, quæ de
iure neceſſario ſunt exprimenda, vt eſt cura animarum
vbi beneficium curatum impetratur, vt *in c. cum in
illis, de præbend. lib.* 6. *& in Clem.* 1. *eodem tit. & in re-
gul. Cancel.* 63. Rota *in nouiſ.* 292. atque ita ſcribunt
omnes *in cap. in noſtra, de reſcrip.* vbi Felin *corollar.* 10.
Ioann. de Selua *in tract. de benefic.* 3. *part. quæſt.* 11. *n.* 11.
Decius *in d. cap. ad aures, num.* 4. Ripa 19. Mant. 17. *de
reſcript.* Rota *deciſ.* 1. *num.* 3. *de offic. Archiepresbyt. in
antiq.* Menoch. *dict. caſu* 201. *n.* 61. Ergo ſicut omiſſio
eius qualitatis, quæ de iure eſt neceſſario exprimenda,
officit gratiæ, quamuis eam nihilominus Princeps
conceſſiſſet, ita falſa mentio huius qualitatis nocebit,
etiamſi veritate comperta Princeps idem eſſet con-
ceſſurus, vt colligitur prima facie ex deciſ. Rotæ 73.
*de reſcript. in antiquis*, dum allegatur in cauda deciſio-
nis text. *in d. c. cui de non Sacerdotali, de præbend. lib.* 6.
& dicitur, poſſe hanc quæſtionem ſolui per illum text.
vbi expreſsè inquit text. in finali parte, quod cum in-
iungitur prouideri alicui de præbenda certi valoris, in
præbenda minoris valoris, etiam illo volente, man-
datum non poteſt adimpleri, quia huiuſmodi manda-
ta non debent ad alios caſus, quam expreſſos extendi;
Nam fines eorum diligenter ſeruari oportet: facit
text. *in cap. ſuſceptum, in prima parte, de reſcript. in* 6.
vbi mandatum de prouidendo alicui beneficium, quod
per reſignationem vacauerit, non poteſt adimpleri, ſi
ille, antequam reſignet, decidat, & ſic vacatio per mor-
tem, & vacatio per reſignationem ſunt diuerſa. Acce-
dit etiam pro hac parte, quod in modo proxima quæ-
ſtione reſoluimus.

His tamen † minimè refragantibus, contraria ſen- 83
tentia in ſpecie propoſita mihi magis placet, imo, quod
gratia hæc ex prædicta falſitate narrata non vitietur,
ſed valida quidem ſit, ſi impetrans idoneus ſit ad
vtrumque, & ad beneficium curatum, & ad non cu-
ratum, ex quo impetratur certum corpus beneficij va-
cantis, & conſtat de corpore beneficij impetrati, & ex
quo Summus Pontifex conceſſit beneficium magis
qualificatum, hoc eſt, curatum, multo fortius videtur
conceſſiſſe de minori, hoc eſt, de non curato, vt *in reg.
iuris, cui conceditur, &c.* Nec obſtat falſitas qualitatis
curæ adiecta in impetratione, quia illa in propoſito,
etſi neceſſario, ſi vera fuiſſet, exprimenda eſſet, atta-
men nunc cenſetur adiecta gratia demonſtrationis.
Ergo eius falſitas gratiam non vitiat, vt *in d. l. falſa de-
monſtratio, ff. de condit. & demonſtrat.* cum ex ea Prin-
ceps inductus non fuerit ad conceſſionem gratiæ, vt
ex illo text. probarunt Abb. *in cap. ſignificaſti, colum.
penult. & in cap. ſuper literis, num.* 6. *de reſcript.* & *ibi*
Felin. *num.* 3. *verſ. limita quarto*, Domin. *conſ.* 111. &
optime Staphil. *de literis gratiæ & iuſt. in tit. de modo
& forma impetr.* Et tenendo hanc partem non obeſt
d. deciſio Rotæ 37. *de reſcript. in antiquis*, quia ex eius
mente rectius perpenſa potius colligitur hæc pars,
quàm

quàm præcedens,quia dum ibi dicitur,poſſe ſolui hanc quæſtionem per *d.cap. cui de non Sacerdotali*, inſinuatur, illud procedere ac locum habere,vbi exprimitur falſitas taxationis vel limitationis gratiæ, vt patet *in d.c.ſuſceptum,& in dict. cap.cui de non Sacerdotali*,dum certa forma ibi præſcribitur prouidendi in modo vacationis vt *in d.c.ſuſceptum*,& in mandato prouidendi certum tale quid beneficium vel præbendam, vt expreſſe cauetur *in d. cap. cui de non Sacerdotali*, tunc enim merito,vt in prouidendi mãdato non veniat alius modus vacationis, nec aliud beneficium vel præbenda, ſiue dimidia præbenda in literis non expreſſa, etiamſi Princeps eſſet alias conceſſurus: ſecus autem vbi exprimitur falſitas gratia demonſtrationis abſque dolo, ſed per ſimplicitatem vel ignorantiam, nec ex hac falſitate Princeps inductus fuerit ad conceſſionem eius, quod alioqui ex certa ſcientia minime conceſſiſſet: Ita in ſimili quæſtione expreſſius & accuratius declaratur *in deciſio. 4. alias 582. de reſcript.in antiquis*, & in terminis ita tenet D. Couarr. *lib. 1. variar. re-*
84 *ſolut.20.num.6.* Non † obſtant text. *in d.c.ſuſceptum,& in d. c. cui de non Sacerdotali.* Nam eiſdem ſufficienter eſt iam reſponſum. Non etiam obeſt, quod reſoluimus in præcedenti quæſtione circa falſitatem maioris valoris beneficij expreſſi contra Petrum de Anchar.& eundem Couarru. quoniam, vt illic probauimus,expreſſio maioris valoris, & ſic falſitas; non fuit facta nec narrata cauſa demonſtrationis, ſed veræ & neceſſariæ formæ obſeruandæ, & qualitas non expreſſa induceret nullitatem gratiæ: At in propoſito noſtro, de quo agimus, licet qualitas illa curæ, ſi vera foret, neceſſario eſſet narranda: Attamen adiecta fuit falſo cauſa demonſtrationis, quia non erat neceſſarium, omnino exprimere eſſe beneficium non curatum ad obtinendam gratiam, ſicut fuit neceſſarium exprimi verum valorem beneficij, ac proinde in noſtra ſpecie non vitiatur gratia, in illa vero vitiatur, quia ſunt caſus diuerſi. Et retenta ſupradicta ſententia, idem dicendum erit in gratia obtenta de quadam ſacriſtia in aliqua Eccleſia, quãm impetrans per ignorantiam & ſimplicitatem aſſeruit eſſe dignitatem, cum reuera ſacriſtia in Eccleſia illa non ſit dignitas, ſed ſimplex officium, nempe vt gratia hæc non ſit ſubreptitia & ſic nulla, ſed valida ex prædictis rationibus, vt expreſſe deducitur *in d.deciſ. 4. alias 582. de reſcript. in antiquis*, quam refert Didacus *vbi ſuprà*, & ſequitur Felin.*in d.c.ſuper literis,n.5.de reſcript.*

85 Similiter † etiam ex ſupradictis infertur, veram eſſe opinionem Hoſtienſ. quam refert & probat gloſſ. *in cap.fin.de conceſſ.praben.in verb.diſtinctio ad medium*, ibi: *Hoſtienſis autem, &c.* quæ habet,quòd mandatum ſeu reſcriptum Apoſtolicum de recipiendo aliquem in canonicum cuiuſdam Eccleſiæ, non obſtante certo canonicorum numero ibi ſtatuto valet ac debet exſequi, licet in eadem Eccleſia nullus ſit numerus canonicorum ſtatutus: Quoniam cum Papa intendit eum prouidere in Eccleſia, in qua certus numerus eſt, quod eſt minus impetrabile, hoc eſt difficilius impetratur, multo fortius voluit eum prouidere in Eccleſia, in qua non eſt certus numerus canonicorum, quod eſt magis impetrabile, id eſt, facilius impetratur, ſicque conſtat,quod ſi hoc ſciuiſſet, facilius idem conceſſiſſet. Nec obſtat falſitas expreſſa, quoniam ea non minuit, ſed addit ad gratiam, & contingit circa ea, quæ non erant neceſſario exprimenda, nempe, Eccleſiam non eſſe numeratam, ac proinde illam gloſſ. vltra Ordinarios in proprio loco,à quibus recipitur, ſequuntur Bald. *in d.c.Cuman.de elect.col.1.* Felin.& Dec. *col.2.in c. conſtitutus, de reſcript.* eoſque referens D.Couar.*lib.1.variarum reſol.c.20.n.7.verſ.5.*

Hinc etiam † probanda venit opinio quædam Guil- 86
lerm. de Cung. quem ſequitur Bald. *ibi, numero 4. in l.3.C.de Epiſcopal. audient.* ſcribentis, gratiam ſeu remiſſionem homicidij, eiuſque abolitionem à Principe impetratam, non facta mentione prioris indulgentiæ ſimile crimen eidem impetranti remittentis vti ſubreptitiam, inualidam eſſe, quoniam Princeps ſi hoc ſciuiſſet, nempe impetrantem aliud homicidium perpetraſſe, quod ſibi etiam fuiſſet condonatum, retraheretur ab huiuſmodi veniæ, quæ modo petitur, conceſſione. Addo ego, vel ad minus difficilior redderetur ad concedendum ſecundam veniam ſimilis delicti ſecundo commiſſi propter conſuetudinem delinquendi, & ad eam arcendam, vt in terminis aſſerunt communiter Dd.*in l.3.C.de Epiſcopal.audient. ſecund.* D. Molin. *de Hiſpan.primogen. lib. 4. cap. 3. num. 43.*
Princeps † etenim etſi tute abſque animæ periculo in 87
foro conſcientiæ non ſolum in exteriori,valeat remittere criminis pœnam, quæ in ſatisfactionem Reipublicæ à legibus inſtituta fuerit,vbi ex hoc ipſi Reipublicæ damnum minime ſequitur, & abſque læſione priuati iniuriam paſſi, ſecundum D. Thom. 2. 2. *quæſtione 67. articul. 4.* & Maior. *in 4. diſt. 15. quæſt. 19.* bene Alfonſ. à Caſtro *lib. 2. de poteſt. legis pœn. c. 11. verſic. contra hanc ſecundam*, Felin. *in cap. qualiter, §. ad corrigendos,num.36.de accuſat.* D. Couar.*lib.1.variarum reſol.cap.20.num.8.verſic.& quamuis* Anton Gom. *3.tom.variarum c. de tortur. reor. num.38.* Princeps tamen huiuſmodi gratiam concedens ſine partis remiſſione,mortaliter peccat, vt teſtatur Thom.Grammat. *voto 35.num.8. in fin.*quem refert & ſequitur Iul.Clar. *in pract.crim.§.fin.quæſt.59.in parte. Adde quod pro bono pacis, in verſic. cæterum ego.* Vbi in præcedentibus & ſequentibus late agit, an & quando de iure valeant & admittendæ ſint huiuſmodi gratiæ Principis ſine remiſſione partis: Attamen in præſenti ſpecie, de qua agimus,ob defectum voluntatis admittenda erit Guillerm. & Bald. opinio, quam ſequuntur Iaſ.*in l.2.in fin. C.ſi contra ius vel vtil. pub.* idem Iaſ. *in l. neque damnoſa,num.3.C.de precib.imperat offerend.* & Barbat.*in cap. dilectus,in 1.num. 20. de reſcript. & in cap.ſuper literis, eod.titul.* Alciat. *in cap. cum non ab homine,num.16.ſecundum nouam impreſſionem Lugduni factam ann.1560. de iud.* & Ioan. Crotus *in cap. fin. num. 6. de conſtitut. in 6.* Ioan. de Anania *in cap. ad abolendam, colum. 2. num.7.de heret.* Dec. *conſil.695.num.33.* Beroius *q.217. num.22,*Marſil.*ſingul.111.* Neuiz. *lib. 1. Sylua nuptial. num. 151.* Thom. Grammat. *voto. 10. num. 12.* Palat. Rub. *in repet.c.per veſtras,in 4 notab.num.11. de donat. inter vir. & vxor* Lozzes *in tractat. de matrimonio,dubio 16.num.6.*D.Couar.*lib.1.variar.reſol.cap.20.num 8.* Menoch.*de arbitr.iud.lib. 2. cent. 3. caſu 203. num.32.* vltra quos idem tenet Practica Iodoc. *cap. 147. n.12.* & Practic. Carrer. *fol.501.num. 375.* & Villalpand. *in rep.l.22.tit.1.part.7. cap. 8.num. 8.* & eos referens Iulius Clarus *in ſua pract. crim. §.fin. quæſt.59.verſ.debet autem aduertere*, & D. Molina *vbi ſuprà, num. 40.* & iterum *lib.2.c. 4.num. 51.* Quod hodie expreſſe approbatur *in l.2.titulo de los perdones,lib.1.ord.*hodie eſt *l 2, tit.25.lib.8. noua Coll. Reg.* ibi: *E ſi acaeciere que alguno que nos ayamos perdonado, y tornaſſe deſpues a hazer otro maleficio, porque nos deſpues le mandaſſemos dar otra carta de perdon, mandamos que la carta ſegunda no valga ſaluo ſi fiziere mencion de la primera, aunque en ella vayan declarados todos los maleficios que hizo.*

Quæ lex † ibi: *otro maleficio*, ſatis inſinuat hoc
procedere, vel ſaltem ita intelligendum eſſe, quando 88
in eodem genere delictum reperitur commiſſum, dictio enim *Alius, alia aliud*, eſt repetitiua ſimilium, iuxta gloſſ. *in l. ſi fugitiui, Cod.de ſeru.fugit.verb.alia pœna*



89 *pœna, & ibi* Doctores. Similis *in authent. ex teſtamento, gloſſ. magna in princip. Cod. de collat.* communiter ibi approbata per Dd.& eſt cõmuniter approbata illa gloſſ.1. ſecund. Alciat. *regul.3. præſumptione 45. n.13.* Montaluo *in l.6. tit.5. lib.4.* fori, *in gloſſ. el. punno*, & ſecundùm Anton. Gom. *in l.29. Taur. num.12. & 16.* ampliat & limitat Roland.à Val. *conſ.5 n.45.& 46. & conſ 61.n 39.cum ſequen. lib.1.*& ſequuntur alij conſulentes paſſim: in quibus etiam terminis loquuntur Guilliem. & Bald.*vbi ſuprà*, quaſi contrarium ſit obſeruandum: vbi diuerſum delictum is, qui veniam poſtulat, fecerit, vt in terminis probant Couar. *vbi ſuprà*, referens Alciat. *in dict. cap.cum non ab homine, num. 43.* conſulentem iudici, ne ſtatim propter Guillermi ſententiam delinquentem puniat, ſed Principem admoneat, vt ei reſcribat, quæ fuerit eius mens in præfati criminis remiſſione; Quod licet æquiſſimum videatur, non tamen opinatur neceſſarium eſſe ipſemet Couar. & pro doctrina Guillermi atque deciſione dictæ legis Regiæ adduco optimum text. *in c. 2. de filiis presbyt. lib. 1.* vbi ad literam probatur, quod
90 † ſi ipſe, cum quo per per ſedem Apoſtolicam fuit diſpenſatum,ſuper defectu natalium ad ordines ſacros & ad obtinendum beneficium curatum, eo tacito, aliam diſpenſationem ſuper pluralitate beneficiorum poſtea obtineat, talis diſpenſatio, veluti per ſubreptionem obtenta, eſt nullius momenti, cum non ſit veroſimile, ſedem ipſam cum illo prædictum patiente defectum voluiſſe, ſi hoc fuiſſet expreſſum, eidem in pluralitate beneficiorum huiuſmodi diſpenſare.

91 Ex qua ratione † deducunt ibi generaliter Ioan. And. & Dominicus *colum. 2.* neceſſarium fore, vt in ſecunda alicuius vitij diſpenſatione mentio primæ circa idem conceſſæ omnino fiat; id quod etiam tenuit Rot. *deciſ 280. in antiquis*, Innocent. Abb. & Paul. Pariſ. eoſque referens D. Couar. *vbi ſuprà, d. n. 8. ad fin.* ſequitur etiam Decius *conſ. 695. n.34.* & Menoch. *vbi ſuprà, num.33.* & D. Molin.*d.lib.2.de Hiſp.primog. cap. 4. num. 50.* vbi quod diſpenſatio addita primæ diſpenſationi, niſi in ſecunda fiat mentio de prima,
92 non valet. Sic † etiam, ſi quis impetrauerit priuilegium cum limitatione & certa moderatione,non valet impetratio ſecundi priuilegij facta ſimpliciter, atque ita non expreſſo priuilegio primo, ſecund. Innoc. & Felin. *num.2.in cap. veniens, de præſcrip.* quem refert & ſequitur Ruin. *conſ. 37. num.4.lib.1.* Couar. & Me-
93 noch. *vbi ſuprà.* Idem † eſt in reſcripto ſecundo impetrato,quod tendit ad augendam vel confirmandam, conſeruandamque conceſſionem primam; Nam in eo illius primi facienda eſt mentio; alioqui ſubreptitium erit,ſecund.Soc.Senior.*conſ.169.col.3.ver. circa ſecundam difficultatem,lib.2.* Gemin.*conſ.128. ſuper præmiſſo dubio, col.3.verſ ad vltimum reſpondetur*, & quamuis loquantur in reſcripto gratiæ, eorum tamen doctrina intelligi etiam poteſt in reſcripto ad lites, vt probat Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. centur. 3. caſu 202. numero 68.*

94 Sic etiam, † facultatem ad maioratum inſtituendum obtinuit atque illum fecit, ſi poſtea alium inſtituere voluerit, nouam facultatem impetrare debet, in qua mentio primæ fiat: ita Ruin. *dict. conſ.37. n.4. lib.1.* Menoch. *dict. caſu 203. num. 34.* D. Molin. *dict. lib.2.cap.4.num.50.*vbi quod alias ſecunda facultas non valebit, & ita in facti contingentia conſului & factum
95 fuit. Similiter † etiamſi is, cui facultas ad alienandum vel hypothecandum res maioratus ſemel conceſſa fuit, iterum velit nouam facultatem ad bona maioratus alienanda vel hypothecanda impetrare, tenetur facere mentionem de prima,alias ſecunda facultas, de prima mentione non facta, ex eadem cauſa obtenta; qua prima fuit conceſſa, nulla cenſenda erit: ſecus ſi ex alia cauſa conceſſa fuerit, vt cum iudicio reſoluit idem D. Molin. *d. lib.4. cap. 30. num. 40. cum ſeqq.* ad quem locum ſe remittit idem *d. lib. 2. c. 4. num. 53.*

Illud denique † hic non omittendum duxi, facul- 96
tatem Regiam conceſſam ad primogenium inſtituendum non facta Principi mentione numeri liberorum, quos habebat impetrans, tametſi eorum in genere meminerit, validam & non ſubreptitiam eſſe cenſendam, tum ex eo, quod Princeps has facultates conſtituẽdi primogenia facillime ſolitus eſt concedere in honorem nominis, gentis & familiæ, hac appoſita conditione, vt *in cæteris filiis, qui à primogenio excluduntur, eiuſque ratione legitima portione priuantur, congrua alimenta exhibeantur*; Nec quicquam ſolet mouere Principem maior vel minor filiorum numerus,vt frequenter obſeruatur. Tum etiam quia facilius Princeps permittet primogenium conſtitui ex eo patrimonio,quod alioqui in plures diſtinctum partes ob maiorem filiorum numerum facilius diſſipabitur, & ad extraneos per alienationem feudi auiti deueniet: Ita decidit rem hanc Couar. *vbi ſuprà, d.cap.20 num.9.* dicens, quod cum ſemel in litem hæc incidiſſet quæſtio & quibuſdam viſum fuiſſet contrarium, tandem in ſententiam quam prædiximus, itum eſt, nempe, quod ſit valida facultas prædicta, ex rationibus ſupradictis. Non obſtat,quod ex Præpoſit. *in cap.per venerabilem, §. quod autem, col.15. ver. aduerte nunc ad ſolemnitatem qui filij ſint legitim.*& Curt. Sen. *conſ.19 verſ.capio tertium,& conſ.35.colum.9.& conſ.37.verſic.nono impugnari poterit*,in contrarium adducebatur, aſſerentibus,
volentem † legitimare filium illegitimum, teneri ex- 97
primere Principi numerum certum filiorum legitimorum & naturalium, *argumen.l.nec ei, §. vltim.ff.de adopt.* Nam etſi paſſim apud iuris vtriuſque interpretes obſeruatum ſit, prædictam legitimationem inualidam eſſe, niſi mentio fiat filiorum legitimorum & naturalium,pauci tamen,præter Præpoſit,& Curt. exprimendum eſſe numerum filiorum adnotarunt, ſecund. Cou.*vbi ſuprà*, vbi quod etiamſi prædicta opinio Præpoſiti admittenda eſſet, vt fortaſſe eſt, venit intelligenda, vbi legitimatio ſit ad conſequenda iura omnia filij legitimi & naturalis, & vt ſimul legitimatus patri cum legitimis & naturalibus ſuccedat, quo caſu his ex ea legitimatione legitima portio diminuitur maiorque eis læſio contingit, vbi maior eſt eorum numerus: ideoque ratio dictat, hoc eſſe Principi ſignificandum: ſecus in ea, de qua præcipue agimus ſpecie, ratione, quam prædiximus.

Poſtremo, vt vltimam manum huic c.imponamus, illud ſupereſt agendum; *An in diſpenſationibus Apoſtolicis, de impedimentis, canonicis ad contrahenda matrimonia ſubreptio in expreſſione falſa cauſa vitiet diſpenſationem?* Et quamuis ex *ſuprà* dict. deſumere quis poſſet, quid in his dicendum foret, attamen in ſpecie aliqua docere conabor, quæ mentem ac viam quodammodo aperiant, vt inde diſcretus ac prudens lector,cætera,quæ in facti contingentia occurrerint,facile diſcernere queat, non enim poſſumus omnia dicere, nec vnicuique pro libito quærenti de aliqua facti ſpecie,nobis tamen ignota reſpondere, cum ſecundum rerum naturam plura ſint negotia quam vocabula,vt *in l.4.ff. de reſcrip. verb.*ſed ſufficere pro nunc ſolum exiſtimamus ſi, Deo duce, nonnullas regulas ac doctrinas in genere propoſuerimus in materia diſpenſationum ad matrimonia, ex quibus vnuſquiſque depromere poterit, quod ſuo caſui magis conducibile fuerit.

Et

98 Et in primis † ſit prima regula : Non valet diſpen-
ſatio obtenta à Papa ſuper matrimonio inter conſan-
guineos contrahendo , ſi ibi cauſa falſa ſit expreſſa,
niſi eam poſtea Papa confirmet , vt *in cap. quia circa,*
*de conſang. & affin.* vbi pro cauſa diſpenſationis fuit
Principi obiecta proles , cum tandem ea cauſa tunc
temporis falſa eſſet , quia nihilominus hoc poſtea Pa-
pæ ſignificato ab Epiſcopo loci , iubet cum eiſdem
ſic matrimonialiter coniunctis diſſimulandum , vt re-
maneant , in copula ſic contracta, quia ex ſeparatione
graue ſcandalum immineret : Ex quibus verbis colli-
gunt *ibi* Doctores communiter , ac ſi intelligant text.
illum , quod non valuiſſet illa diſpenſatio ſic obtenta
in caſu illius text, niſi hæc decretalis poſtea emanaſ-
ſet ; & ita ex iſta diſſimulatione ob cauſam ibi expreſ-
ſam licite poſſunt ſimul eſſe , alias non eſſent tuti , vt
tenuit gloſ. magna *ibi in fin.* eſtque communis & ve-
99 rus intellectus ſecund. Abb. *ibi in princ.* nempe,† quod
non valeret illa diſpenſatio , niſi Papa eam poſtea
confirmaret.

Vnde quod ibi traditur , diſſimulationem Romani
Pontificis habere vim & effectum diſpenſationis , &
præterea notat Syluest dicens eam gloſſ. in hoc ſingu-
larem , *in ſumma , verb. lex , quæſt.* 6. intelligendum
100 † eſt procedere , quando Romanus Pontifex dicit ,
quod diſſimulat aut ſcribit, alioqui diſpenſare non vi-
detur , quamuis conniueat vt *cap. cum iam dudum , de*
*præb.* vbi Abb. hoc notat : idem Abb. *in cap. niſi eſſent,*
*de præb.* Dec. *in cap. 1. colum. 1. de excep.* ſequitur & di-
cit communem Felin. *c. 1. n. 10. verſ. limita hoc triplici-*
*ter , &c. de treuga & pace* , ex quo idem profitetur D.
Cou. *in 4. 2. p. c. 6. §. 10. n. 15.* vbi agit de intellectu *d. c.*
*quia circa.*

Hæc tamen regula intelligenda eſt , vt procedat ita
demum , ſi falſitas contingat circa ea, quæ Principem
mouere poterant ad non concedendum , vel eum à
facili conceſſione auertere, *ex d. c. poſtulaſti, de reſcrip.*
iuxta magis communem ſententiam , quam *ſuprà* ex
eo text. defendimus : & præterea ex ratione *text. in d.*
*cap. 2. de filiis presbyt. lib. 6.* cuius *ſuprà* meminimus ; &
notat optime Felin. *in d. ad audientiam, col. 2. n. 14. de re-*
*ſcript.* & in terminis diſpenſationis circa matrimonia,
de quibus agimus, *& d. c. quia circa,* (quicquid alias in
terminis *d. c. propoſuiſti,* tenuerit *ſuprà* latius diximus)
probat D. Couar. *in 4. de ſponſal. 2. part. c. 6. §. 10. n. 14.*
*circa finem* , & frat. Ant. à Cordub. *in ſua ſumma de*
*caſos de conſciencia, q. 45. in 1. opin. in verſ. Y aſſi dize el*
*miſmo , & in 2. opin. in verſ. y el Papa* : quod ſi alias
conſtaret, falſitatem expreſſam in precibus ad diſpen-
ſationem obtinendam de leui mouiſſe Papam ad con-
cedendum , ita quod etiam veritate comperta , atque
ſibi narrata cum eadem falſitate concederet gratiam
diſpenſationis , tunc ipſa non erit ſubreptitia, ſed va-
lebit *argu. d. c. ſuper literis, in 2. part. de reſcript. & eorum*
*quæ ſuprà in materia reſcriptorum iuſtitiæ & gratiæ di-*
*cta ſunt,* & probat in terminis Maſcard. de probat *in 3.*
*tom. concl.* 1211.

101 Illud † tamen in propoſito obſeruandum erit, quod
vbi aliquis bona fide eſt in eo ſtatu , vt tantum contra
legem humanam ſine proximi iniuria vitam agat abſ-
que tranſgreſſione etiam legis naturalis ac diuinæ , in
eodem ſtatu dimittendus eſt ac tolerandus , ſi ex cor-
reptione ſcandalum graue immineret, ſecund. Adrian.
*in quodlibeto 5. artic.* 2. quem ſequitur D. Couar.
*vbi ſuprà , d. num. 15. verſ. ex quibus* , id intelligens,
dato errore iuris , qui attenta perſonarum conditione
& qualitate, bonam fidem minime excluderet : quo fit
ſecundum ipſos , vt in caſu *dict. c. quia circa* , ideo
Papa reſcribat diſſimulandum eſſe , quia illi matrimo-
nio iam copulati bona fide putabant ſe legitime con-
iunctos eſſe , atque ex diſſolutione graue immineret
ſcandalum: tenet idem Andr. *in 4. ſententiarum in tract.*
*de confeſſ. dub. 7. poſt quintam quæſtionem* , ſicque hic
intellectus *d. c. quia circa* , plus ei placet , quam com-
munis de confirmatione Papæ , quem prædiximus,
necnon & Didac. à Couarr. *vbi ſuprà*, qui & Goffred.
Nauarrum & Ludouicum Gozadin. refert hunc ſe-
cundum intellectum Adrian. ſequentes atque proban-
tes : Erit igitur optima doctrina hæc & conſilium pro
confeſſariis & conſulentibus in his facti ſpeciebus,
ne prædicta † bona fide contrahentes iam copula- 102
tos in mala fide conſtituant atque eos deſolatos
reddant , ſed potius cum eis diſſimulent , ſeruatis ſer-
uandis.

Secunda regula † & doctrina eſt : diſpenſatio Apo- 103
ſtolica ad matrimonium contrahendum , ſi vnica tan-
tum conſtat cauſa expreſſa , commixtione facta Ordi-
nario loci , nempe ; *Si preces veritate nitantur , ſuper*
*quo conſcientiam tuam oneramus , cum illis diſpenſes ,*
*non obſtante , &c.* prout communiter ſolet dici & ap-
poni huiuſmodi clauſula in diſpenſationibus ad ma-
trimonia , tunc abſque dubio exiſtimarem , quod ſi
clauſula illa narrata non ſit vera , ſed falſa , corruat
diſpenſatio & ſit nulla ; tum quia cauſa à lege vel
Principe poſita , cenſetur finalis , per text. quantum
ad primum *in l. adigere , §. quamuis , ff. de iur. patron.*
& quantum ad ſecundum per text. *in l. penultima , C.*
*de donatione inter virum & vxorem* , per quæ iura ita
tenet Oldrad. *conſil. 224. iſtæ ſunt allegationes, col. 5. verſ.*
*præterea , num.* 18. ibi , *ſi vero à lege* , quod poſt eum
reaſſumit Alberic. *in l. generaliter , colum. 2. C. de Epiſ-*
*cop. & cleric.* & refert Tiraquel. *de cauſſ. ceſſante li-*
*mit. 1. n. 30.* qui *n. 39.* alios plures refert tenentes primum
quod de cauſa à lege poſita diximus , vt præſumatur
eſſe finalis : & quod † quando cauſa expreſſa eſt in di- 104
ſpoſitione , ea ſemper præſumatur eſſe finalis , voluit
etiam Socin. *conſil. 83. pro certo textus eſt, col. 2. verſ. ſed*
*alia ſit difficultas, lib. 3 per l. 3. cum ibi notat. ff. de hæred.*
*inſtituend.* tum etiam , quia licet eſſet prædicta vnica
cauſa impulſiua , prout in dubio nonnulli voluerunt
relati per Tiraquellum *vbi ſuprà , n.* 47. cum hac ſola
cauſa Papa motus fuerit ad concedendum , & ita de-
mum præcipit Ordinario diſpenſandum , *ſi preces ve-*
*ritate nitantur,* ſuper quo ſe diligenter informari iubet,
atque conſcientiam ſuam onerat ; Conſequitur ma-
nifeſtiſſime , eius fuiſſe voluntatis ac mentis , vt non
aliter diſpenſet , quam ſi illa vera eſſe probetur : &
hoc procedit , ſiue ſcienter , ſiue ignoranter falſitas
narrata fuerit ; Quandoquidem in vtroque caſu con-
ſtat de voluntate Papæ contraria, vt probatur ex om-
nibus *ſuprà* dictis , & late rationibus : & in termi-
nis in falſitate ſcienter commiſſa , tenet per prædicta
Cordub. *vbi ſuprà , in dicta ſecund. opin.* cuius rationes
militant etiam , vbi falſitas ignoranter narrata fuerit
vt ex eiſdem conſtat : In diſpenſatione namque ſeu
alia gratia, ſemper præſumendum eſt, Principem fuiſſe
motum ex cauſa expreſſa, vt *in c. cum adeo , & c. poſtu-*
*laſti, de reſcript.* vbi Dd. & nuncupatim Abb. *in d. c.*
*quia circa , n. 6. in fin.*

Tertia † doctrina eſt : Impetrans diſpenſationem ad 105
contrahendum matrimonium, in qua plures narrantur
cauſæ , tenetur eas prius verificare , ſicque onus pro-
bandi non incumbit apponenti , vt *in dict. cap. quia*
*circa , de conſang. & affin.* vbi hoc notat Abb. *in ſecun-*
*do notab. n. 3.*

Quod ſi † vna earum ſit falſa , cæteræ vero veræ , 106
dubitari poterit ; *An propter ſubreptionem & falſita-*
*tem vnius , gratia nulla ſit , ita vt oporteat iterum ad*
*ſummum Pontificem accedere vel mittere pro remedio?*
Sed in hoc omiſſa diſputatione , quia iam *ſuprà* ſatis
diſputa-



diſputauimus circa idem generaliter in aliis reſcriptis,
ex quibus poterunt ſumi fundamenta & rationes pro
his, quæ modo dicemus, diſtinguendum videtur : Nam
ſi plures cauſæ Principi narratæ ad obtinendam di-
ſpenſationem pro matrimonio contrahendo , ſint eius
qualitatis , vt iuxta ſolitum ſtylum curiæ atque con-
ſuetudinem Principis , quælibet earum ſit iuſta ac ſuf-
ficiens de per ſe ad diſpenſandum , prout ex ea ſolet
diſpenſari in ſimili impedimento matrimonij , tunc
licèt vna ſit falſa, ſi tamen altera ſufficiens ſit , vel re-
liquæ veræ , ſi dolus in hac impetratione non contin-
gat , non videtur vitiari huiuſmodi diſpenſationem ,
iuxta communem reſolutionem gloſſ. *in cap. 2. de re-*
107 *ſcript.* quam *ſuprà* deduximus. Curia autem † Roma-
na ſolas tres cauſas habet pro iuſtis ad diſpenſandum
etiam in quarto gradu , ſecundum Nauarr. *in manual.*
*Latin. cap. 22. num.* 8. 7. quæ ſunt defectus dotis com-
petentis , exſtinctio magnæ litis , & quod maior pars
ſibi parium ſuæ ciuitatis , vel loci inſignis : quem in-
habitat , ſunt ei conſanguinei vel affines in quarto
gradu , vel ſi eſt alius locus minor , ſi ipſa non habet
ſufficientem dotem ad nubendum extra illum locum.
Ego vero frequentiores cauſæ , quas vidi in pluribus
diſpenſationibus huiuſmodi Apoſtolicis, ob quas con-
ceditur à ſummo Pontifice diſpenſatio ad matrimonia
contrahenda inter conſanguineos , vel affines intra
quartum gradum, ſunt, ob minus competentem dotem,
cum quà ſibi virum paris conditionis , cui nubere poſ-
ſit ipſa inuenire nequeat ; item & propter anguſtiam
loci, &c. Et præterea vidi nonnullas cum aliis diuer-
ſis cauſis animum Pontificis mouentibus: & inter etiam
in matrimonio de facto contracto , duæ cauſæ ſuffi-
cientes ad diſpenſandum reputantur. Prima , quando
ex tali matrimonio , proles ſupereſt bona fide ſuſcepta.
Secunda, propter bonum pacis futurum & ſcandalum,
quod ex diſſolutione iam contracti matrimonij ſeque-
retur , vitandum , *vt in dict. c. quia circa , de conſan-*
*guin. & affin.* & ibi Abb. *num.* 2. & D. Couar. *in 4. 2.*
*p. c. 6. §. 10. num.* 13.

108 Nihilominus † tamen in ſpecie , de qua agimus,
diſpenſationis pro matrimonio contrahendo , contra-
rium verius videtur, cum hæ cauſæ dependeant ab ar-
bitrio & voluntate ſolius Principis , & ſimus in gra-
tioſis , motuſque fuerit Summus Pontifex ex omnibus
cauſis expreſſis ſimul , quæ omnes ſunt æque princi-
pales , ita vt vna ab alia diſcerni non poſſit , & neutra
de per ſe ad diſpenſandum obliget , ſed gratuito ex
omnibus diſpenſetur , & quamuis alias diſpenſauerit
cum vna vel duabus ex prædictis cauſis , nunc vero
voluit cum omnibus eis ſimul diſpenſare, & non aliàs;
Quod etiam ex eo conuinci vrgenter videtur ; Nam
cum narrauerit plures cauſas , adiecit poſtea loquens
cum ordinario loci alione , cui verificationem narra-
torum & diſpenſationem faciendam committit ; *Te*
*ſuper his diligenter informes , & ſi repereris , quod preces*
*veritate nitantur , ſuper quo conſcientiam tuam oneramus,*
*&c.* ſicque neceſſario requiri videtur, quod omnia nar-
rata ſint vera , & non aliàs diſpenſandum iubet , quam
ſi ita fuerit verificatum , hoc eſt , quod preces ſint ve-
ræ. Si igitur aliqua cauſa precum principalis eſt falſa,
deficit poteſtas ad diſpenſandum , quia non ſtat , quod
preces in omnibus ſint veræ, prout requiritur ; Quan-
doquidem verbum, *Preces* , comprehendit omnia nar-
rata , ſicque videntur indiuiduæ : Quod etiam patet
ex relatiuo illo , *Super quo , &c.* quod eſt collectiuum
& comprehenſiuum omnium cauſarum præcedentium,
& per id ad vnum indiuiduum reducuntur: Relatiuum
enim dicitur eſſe in referente *l. aſſe toto , ff. de hæred.*
*inſtit.* Gozadin. *conſil. 31. in hac cauſa , num.* 2. Natta
*conſil. 402. viſis actis , num. 58.* Aymon *conſ. 45. quidam*
*homines , num. 4. & cum omnibus ſuis qualitatibus* , Bar-
tol. *in l. 1. ff. de receptat. & in l. 1. ff. ſi famil. furt. feciſ.*
*dicit. & in l. ſi quis ſeruum , § final. num. 5 ff. de leg. 2.*
Abb. *conſil. 28. num. 3. lib. 1. & conſil. 4. libr. 2.* Alexand.
*in l. hac conſultiſſima num. 8. in fin. & num.* 10. *Cod. qui*
*teſtam. fac. poſſunt* , Dec. *conſil. 292. & pro tenui , nu-*
*mer. 2. & 449. viſis duobus , num.* 3. Syluan. *conſil. 68.*
*numer. 5.* Decius *conſil. 41. num. 22. & conſ. 101. num. 11.*
vbi alios refert *lib.* 1. & dicitur ineſſe in referente vere
& proprie , ſpecialiter & expreſſe , vt poſt alios pro-
bauit Beccius *dict. conſil. 41. num. 22.* Ergo cum ſuper
omnibus cauſis narratis , & veritate ipſarum ſit onera-
ta conſcientia , ſi aliqua deficiat vel ſit falſa , non erit
tuta conſcientia , ſed læſa. Nec obſtat communis reſo-
lutio gloſſ. *in capitul. 2. de reſcript.* in contrarium *ſuprà*
adducta ; Ea enim procedit in reſcriptis iuſtitiæ ad li-
tes , in quibus iure determinatum eſt , quæ cauſæ ſint
ſufficientes & efficaces ad effectum prætenſum ; Nos
verò agimus in gratioſis , dependentibus à voluntate
Principis , & ideo reputantur impoſſibilia ; *argument.*
*l. idem Africanus , §. conſtat , ff. de legat.* 1. & ibi Do-
ctores , *& in l. continuus , §. cum quis , ff. de legat.* 1.
D. Couar. *in 4. de ſponſal. 2. part. cap. 3. in princ. n. 7.*
D. Molin. *lib. 2. de Hiſpan. primogen. cap. 13. num. 5*
*cum ſequent.*

Et in terminis † noſtris , quod diſpenſatio circa 109
impedimenta matrimonij cum dependeat à voluntate
Principis , præſumatur difficilis & etiam impoſſibilis,
licèt ſit de ſolitis concedi , tenet Ioann. Baptiſta Plo-
tus *inter conſil. matrimonial. conſil. 58. num.* 10. quem re-
fert & ſequitur Ioſeph. Maſcard. *de probat. conſ.* 1034.
*numer. 34. fol.* 289. Nec obſtat , quod in tertio &
quarto grado conſanguinitatis vel affinitatis Summus
Pontifex aſſidue ſoleat diſpenſare , ac proinde hoc
caſu fallit regula *dict. §. conſtat , cum ſimilib.* vt ex
ipſis patet , & ſic non reputetur impoſſibile neque dif-
ficile , vt cum communi reſoluunt Couarr. & D. Mo-
lin. *vbi ſuprà* , vterque *numer.* 8. quoniam hoc proce-
dit , ſuppoſita veritate precum , ſecus alias per prædi-
cta. Cum igitur hæc ita ſe habeant & in prædictis
diſpenſationibus ad matrimonia contrahenda forma
videatur data iudici delegato à Papa , illis nempe ver-
bis ; *Et ſi per informationem eandem repereris , quod pre-*
*ces veritate nitantur , ſuper quo conſcientiam tuam onera-*
*mus , &c.* conſequitur , quod † ſi vna ex prædictis 110
cauſis ſit falſa , corruat diſpenſatio : Quia quotieſcun-
que ſtatutum vel conſtitutio ( adde tu vel ipſe Prin-
ceps concedens ) aliquid exprimit circa actum confi-
ciendum , aliter quam à iure communi ſit diſpoſitum,
cenſetur inducta forma , ſecundum Petrum Anchar.
*conſ. 35. viſa quadam* , Aret. *in leg. 1. ff. de lib. & poſth.*
Felin. *in capit. cum dilecta , num. 6. verſ. nonum ſignum,*
*de reſcript.* ſequitur Dec. *conſil. 531. accurate , num.* 1.
*& conſ. 532. pro vera , numer.* 3. Iaſ. *conſil. 97. in præſen-*
*ti , num. 2. lib. 4.* Eſt communis concluſio, vt cum his
& aliis , quos refert , ſequitur & affirmat Franciſcus
Beccius *conſil. 12. num.* 23. & iterum *conſil. 62. nu-*
*mer. 43. lib.* 1. Sed in his diſpenſationibus exprimi-
tur cauſa verificanda , hoc eſt , preces narratæ circa
actum conficiendum diſpenſationis aliter , quam à iu-
re communi ſit diſpoſitum : Eo etenim iure hæ vel il-
læ cauſæ non erant expreſſæ , præter contentas *in*
*dict. capit. quia circa* , quinimo dependent ſolum à vo-
luntate Principis , vt prædiximus : Igitur vt dicitur,
*quod preces veritate nitantur* , quod per hoc induci
forma.

Præcipue † quia vbicunque lex vel ſtatutum intro- 111
ducit aliquid cum certis mortificationibus , quicquid
ibi exprimatur , cenſetur de forma ſecundum eundem
Ancharran. *conſ. 241. ex timore* ſequitur Felin. *vbi ſuprà*,

ibi dando iuriſdictionem modificatam , omnia cenſetur de
forma , & Decius conſil.262. in cauſa , num. quart.& in
aliis pluribus conſiliis relatis à Beccio dict. conſil. 12.
num 24. & dict. conſil.62. num.43. Sed Papa in propo-
ſito ex adiectione prædictæ clauſulæ modificat ſuam
gratiam , nempe , vt ita demum delegatus , cui nego-
tium expediendum committit, diſpenſet , ſi repererit,
quod preces veritate nitantur : Igitur per hoc forma in-
112 ducta videtur omnino ſeruanda.

Præterea , vbi † in diſpoſitione legis vel hominis
ponitur aliquid conditionaliter , illud dicitur eſſe de
forma, ſecundum Bald. in auth matri & auiæ , 2. colum.
ibi : Quidam tamen dicunt , C. quando mul. tutel. officio
fungi poſſ. quem ſequitur Felin. in dict. cap. cum dile-
cta , n 6. verſ.2. ſignum, probatur in l. Mæuius ff. de cond.
& demonſt. tenet Dec. conſ.466. n.18. & conſ. 531. pro
vera , n.4. Becc. conſ.39. n.19. ſed in diſpenſationibus
huiuſmodi ea conditio adiicitur ; Et ſi per informatio-
113 nem eandem repereris , quod preces veritate nitantur , &c.
Per † dictionem namque Si, &c. inducitur conditio,
vt in l.1. vbi gloſſ. & Bart. n.3. idem Bart. in l. demon-
ſtratio , § qui autem , n.6. ff. de cond. & demonſtrat. DD.
in rubric. ff. de cond. & demonſt. Anton. Gom.3 tom.c.12.
114 de legat. n 56. Beccius conſ.41. num.26.

Forma autem eſt indiuidua , & diuiſio formam cor-
rumpit ſecundum Bald. in l. ſi ſeruus , ff. ſi quis cautio.
Alex. in l. ſi is qui quadringenta, §. quadam, ff. ad l.Falc.
ſequitur plures in id citans Beccius dict. conſ.12. n. 30.
115 vbi etiam cum Iacob. Butricar. & Alberic. quod for-
ma eſt de genere indiuiſibilium : & rurſus † n.31. cum
aliis , quod quando plures ſolemnitates requiruntur
ad actum omnes ſunt obſeruandæ , & ſi vna deficiat,
116 omnes ſunt ex integro reficiendæ.

Imò † Secundum Riminald. conſil. 190. viſa facti,
num.13. vbi plura ſunt requiſita de forma , omnia de-
bent ſeruari, etiamſi aliquid ex eis videatur ſuperfluum
117 vel non præiudiciale : & inquit Angel. & alij in l. 1. §.
ſed ſi mihi, ff. de verbor. obligat. quod in his, quæ † ſunt
de forma , vtile per inutile vitiatur , ſequitur prædicta
Beccius dict. conſ. 12. num. 32. Accedit, quod forma
inducta à lege vel ſtatuto , in dubio cenſetur ſubſtan-
118 tialis , & ſemper ad vnguem & præciſe obſeruari de-
bet , nec † poteſt obſeruari per æquipollens , & non
obſeruata corruit actus, non ſolum ſi contra formam,
ſed etiam ſi præter formam fiat actus , vt ex commu-
nibus concluſionibus plures auctores vniuſcuiuſque
119 citans probat Beccius dict. conſ 12. num. 15. cum ſeq.
Tandem † formæ omiſſio etiam in qualitate vel mini-
ma vitiat , ſecund. Anton. de Butrio in cap. fin. 7. no-
tab. de reſtit. ſpol. Bald. Imol. & alios in l.1. ff. de lib.
& poſthum. Felin. in dict. cap. cum dilecta, n. 10 verſic.
ampliat.10. Iaſ. conſil. 165. viſo , ante fin. & conſil. 191.
placet mihi , colum. 1. lib. 2. & in conſ. 97. in præſenti te-
ſtamento , volum. 4. Decius in cap. prudentiam , in 4. no-
tab. de offic. deleg. Denique fines mandati diligenter ſunt
obſeruandi , vt in d. l. diligenter , in princip. cum ſimil.
ff. mandat. & iudex delegatus nullatenus egredi poteſt
120 commiſſionis ſuæ fines, iuxta illud Pauli ad Timotheum
cap.6. ad finem. Precipio † tibi coram Deo, vt ſerues
mandatum ſine macula : & quicquid vltra, aut ſecus agit,
nulliter agit , cap. cum olim, de priuileg. cap. cum dilecta,
121 de reſcript. vbi latè Felin. n. 7. cum ſequentibus ,omne
enim † quod fit non ſolum contra , ſed etiam præter
commiſſionis formam , eſt nullum ipſo iure , vt in l.
illud, §. ſed ſi ita, & ibi Bartol. ff. quod cuiuſque vniuer.
nom. probat latè Mexia in l. Regia Toleti de los terminos,
in 11. fundamento , 2. partis , n.2. vbi n. 3. quod non ſo-
lum mandatum eſt ſeruandum, ſed etiam qualitas man-
dati, vt in c. cum veniſſem, de eo qui mitt. in poſſeſſ. cauſ. rei
ſeruand. & ibi Bald. Nihilominus in quæſtione princi-
pali ſit deliberationi locus , vnaquæque enim opinio
ſupradicta ſuſtentabilis atque probabilis videtur , ſed
poſterior probabilior atque ſecurior, forma enim cen-
ſetur dari & conſtitui à delegante in mandato, etiamſi
ordo alioqui iure requiſitus inibi exponatur: iuxta text.
in dict. c. cum dilecta , de reſcript. iuxta primum intelle-
ctum gloſſ. ibi verb. iuris ordinem, quem ſequuntur ibi
Abb. & Felin. in verſ. primum, idem Abb. & Felin. n.8.
in cap. cauſam quæ, de re iudic. Didac. Couarr. alios alle-
gans, in cap. alma mater, 1. part. relect. §.9 n 8. verſ. quibus
ſuffragatur de ſentent. excommun. lib.6. Nec obſtat, non
† inducere formam nec conditionem ea quæ iure in- 122
ſunt , ſi ab homine exprimantur, vt in l. conditiones quæ
extrinſecus, ff. de cond. & demonſt. & in l.3. & ibi nota-
tur , ff. de leg. 1. vbi hæc eſt communis ſententia : ſed
clauſula, Si preces veritate nitantur, etiamſi non appo-
natur, cenſetur & intelligitur appoſita vt in dict. cap.2.
cum ſimil. de reſcript. Ergo, &c. Hoc namque verum eſt,
cum eo modo & in eum finem ab homine exprimuntur
quo & in quem iure tradita ſunt : ſecus ſi ea, quæ † iure 123
inſunt , ad inſtructionem cauſæ & ad iuſtitiam mini-
ſtrandam ab homine in mandatis tradantur , ex præ-
ſumpta hominis mente ad formam & ſolemnitatem
conſtituendam, veluti ſi ſpeciali quadam cautela ordo
iuris modum procedendi concernens fuerit traditus,
quia tunc formam conſtituit, vt tenet Abb. & cæteri
ſupra citati , & Albert. Brun. quos refert & ſequitur
Couar. vbi ſuprà, verſ. nec obſtat. Sed in prædict. diſpen-
ſationibus hoc contingit , quia in eis enixe mandatur
delegatis , vt diligenter ſuper cauſis narratis ſe infor-
ment. Et ſi per d. informationem repererint , quod
preces veritati nitantur , ſuper quo conſcientiam tuam
oneramus , Igitur , &c. Hæc circa primum diſtin-
ctionis caſum nempe quando quælibet ex cauſis nar-
ratis Sum. Pontifici erat de per ſe ſufficiens ad diſpen-
ſandum.

Si verò nulla † ex cauſis narratis Summo Pontifici 124
ad diſpenſationem ad matrimonium contrahendum
obtinendam eſt de per ſe ſufficiens , tunc ſi illa , quæ
falſo narrata eſt , eſt ita principalis , aut magis ſicut
cæteræ , quæ veræ exſiſtunt , ſicque videtur , Princi-
pem æque principaliter motum fuiſſe ex omnibus,
tunc defectus & falſitas vnius vitiabit procul dubio
gratiam à fortiori ex ſupradictis: & ex traditis per Na-
uar. vbi ſuprà , dict. cap.22. num 86. verſ. 1. dicentem,
quamcunque expreſſionem falſi mouentis Principem
ad gratiam concedendam , nocere : non autem quam-
libet taciturnitatem veri id facientis , ſed ſolum eam,
qua tacetur verum , quod iura iubent exprimi ſecund.
Rot. in nouis. deciſ. 32. num. 5. de reſcript. & Bellamer.
deciſ.698. & Felin. in cap. poſtulaſti , col.4. n. 1. in verſ.
declara etiam notabiliter , de reſcript. diximus ſuprà d.
lib.1. c.15. num.3. Accedit præterea , quod diſpenſa-
tiones ſunt ſtricti iuris , ac proinde de vno caſu ad
alium , etiam maiorem rationem habentem extendi
non valent , vt ex text. in c. cui de non ſacerdotali , de
preb. lib. 6. & aliis latè probat D. Molin. de Hiſp. pri-
mog. lib.2. c.4. num.48. & 49. & Quintil. Mandoſ. in
regul. de idiomate, 7. q. n. 5. quicquid contrarium co-
netur probare Dec. in l. non debet cui , n. 6. de reg. iur.
nempe , quod diſpenſatio de caſu ad caſum ex maiori-
tate rationis extendi valeat , quem reprobat Molin.
vbi ſuprà, & quamuis Villadieg. in tract. de legat. q.14.
n.20. vol.14. tract. diuerſ. doct. in antiquis teneat , quod
poteſtas diſpenſandi data Epiſcopo vel alij cuicunque,
ex iuris diſpoſitione extendatur ad caſum non expreſ-
ſum ex identitate rationis , non obſtat , quoniam lo-
quitur , quando ex diſpoſitione iuris id conceditur,
nos verò agimus , quando ex Principis gratia id per-
mittitur contra iuris diſpoſitionem.

Hinc



125 Hinc eſt , † vt quamuis poteſtas alicui à Principe
conceſſa legitimandi aut diſpenſandi contra ius, vt fa-
uorabilis ſit extendenda ac benigne intelligenda, non
verò ſtricte , iuxta text. ſic intelligendum in c. per ve-
nerabilem , qui filij ſint legit. eſtque communis opinio,
vt plures referens teſtatur eam ſequutus D. Couar. in
4. de ſponſ.2. p. c.8. §.8. num.6. ipſa tamen diſpenſatio
odioſa eſt ac ſtricte interpretanda , vt in c. 1. & 2. de
filiis presbyt. in 6. ita vt in ea non ſit locus argumen.
de maiori ad minus , vt in d. c. cui de non ſacerdotali,
de preb. lib. 6. & in c. fin. de tranſla. Epiſcop. id quod
latius probat D. Cou. vbi ſuprà , d. c. 8. §. 8. num. 11.
hoc eſt clarius dicere , quod ſi facultas diſpenſandi
conſideretur quoad ius concedentis, tunc, larga inter-
pretatio eſt facienda , vt in c. cum dilectus , de conſuet.
Si verò conſideretur ex parte eius , cum quo diſpenſa-
tur, tunc ſtricte eſt interpretanda , vt minus recedatur
à iure communi, quam fieri poſſit , in eo enim reperi-
tur odium, quia ius commune contradicit , & ideo ſa-
tis eſt ei, quod diſpenſatio aliquid operetur, arg. d.c.1.
& 2. de filiis presbyt lib.6. ita Ioan. And. in c. ſi. de ſymo-
nia, quem ſequitur Abb. Sic. in c. at ſi clerici, §. de adul-
teriis , de iudic. eoſque referens Villadieg. vbi ſuprà,
n.31. & inquit Gigas de penſione, q.18. n.8. vol.15. tract.
diuerſ. doct. in antiquis, quod argumentum de maiori ad
minus locum non habet in diſpenſatione iam facta,
per doctrinam Hoſtienſ. in c. poſtulaſti, de reſcrip. Qui-
126 nimo † nec etiam ex identitate vel maioritate rationis
valet argumentum de maiori ad minus in diſpenſatio-
nibus iam factis , tradit latè Felin. in c. poſtulaſti , n. 8.
prope fin. in verſ. regula eſt, de reſcrip. vbi n. ſeqq. octo
limitationes cumulat , quarum nulla obeſt huic tertio
fundamento , de quo nunc agimus : aliam limitatio-
nem ponit D. Sarmient. in tract. de redd. Eccleſ. 4. p.
c.4. n.5. quæ etiam non nocet in propoſito.

Quare cum cauſæ appoſitæ in diſpenſatione ad con-
trahendum matrimonium ſint à partibus narratæ , ad
quas ideo probandas ipſæ ſe aſtrinxiſſe tacite viſe fue-
rint , ac Papa his conſentiat , faciendo cum eis gra-
tiam præd. dummodo preces veritate nitantur, & one-
rando ſuper hoc conſcientiam iudicis ad hoc delega-
ti , ſicque videatur quodammodo contractus quidam
celebratus in hoc gratia conceſſa, ſi ita eſt, & non alias,
& cum agatur de gratia diſpenſationis iam facta ex
parte eorum , cum quibus diſpenſatur , ſtricte eſt in-
terpretanda , tanquam odium hac conſideratione con-
tinens , vt minus recedatur à iure communi quam
fieri poſſit. Quartò ead. doctrina probatur , ex ſæpe
relata magis communi principali ſententia , quam ſu-
prà probauimus ex d. c. poſtulaſti , quia non eſt dubi-
tandum , quin ſi cauſa falſo narrata Papæ ſit æque
principalis , aut magis ſicut cæteræ, cum non mouerit
leuiter ad concedendum , & quod ea deficiente diffi-
cilior redderetur ad concedendum : Ergo vitiat gra-
tiam per ſupradicta.

Quintò, quia hæ literæ Apoſtolicæ diſpenſationum
cum ſint ſtricte interpretandæ ex parte eorum , cum
quibus diſpenſatur , vt prædiximus , tantum valent,
quantum ſonant , ac proinde ſi cauſa expreſſa non re-
rificatur , ſed potius falſa reperitur , nec gratia locum
habebit argum. l.4. §. toties , cum ſimil. ff. de dam. infect.
vbi quod quando non conueniunt verba legis , nec ip-
ſius legis diſpoſitio locum habet , diximus latè conſ.1.
127 num.8. & conſ.2. num.18. Nec aduerſus † dicta in hac
tertia doctrina & regula obſtat , quod tradit Fel. in d.
c. poſtulaſti , num 13. in verſ. adde etiam ſeptimam limi-
tationem, de reſcrip. dicens , quod diſpenſatio facta in
materia matrimoniali , debet intelligi large in fauo-
rem matrimonij , niſi ex larga interpretatione ſeque-
retur ſcandalum , vt dicit latè probare Nicolaum Mi-
lis in ſuo reper. in vlt. diſpen. in §.1. & quod ad hoc in-
ducit cap. quod dilectio , de conſan. & affin. & extrauag.
Clem. VI. incip. nuper , nam in dict. extrauag. diſpenſa-
tio facta ſuper ſimplici trahitur ad mixtum, nempe di-
ſpenſatio facta ſimpliciter in quarto gradu, trahitur ad
caſum, vbi tertius gradus eſt cum tertio mixtus, quod
non fieret , d. diſpenſatio eſſet odioſa , quia tunc non
traheretur ad mixtum , iuxta doctrinam Bart. in l.1. in
princip. ff. de verb. obl. imò plus probat d. extrauagans,
nempe , quod trahitur ibi diſpenſatio ad caſum mix-
tum etiamſi id , quod miſcetur de pro ſe ſumptum , ſit
difficilioris diſpenſationis, vtpote tertij gradus , quam
ſuper quo expreſſe diſpenſatur, hoc eſt 4. gradus Hæc
Felin. vbi ſuprà , hoc namque non contradicit ſupe-
rioribus ; Nam cum conſanguinitas à gradu remotiori
in linea æquali copulanda ſit , vt quo gradu remotior
diſtat à communi ſtipite , eodem diſtet à cognato, qui
ſtipiti † propinquior eſt, vt in c. ſi. de conſan. & affin. ſatis 128
eſſe videtur remotioris tantum gradus mentionem fa-
cere, vt de iure reſpondendum eſſe exiſtimat D. Couar.
d.c.6. §.10. n.12. & hoc hodie approbatur per d. conſti-
tutionem Clem. Pap. nuper , nondum typis excuſam,
quam citat Cald. conſ.1. de conſ. & affin. Fel. & Cou. vbi
ſuprà. Nec obſtat ſecund. ipſum text. in d. c. quod dile-
ctio, de conſang. & affin. qui videbatur probare contra-
rium ; Nam ex eo procedit, quod in ea prouincia, con-
ſuetudine obtentum erat , diſpenſationes ad coniugia
ita eſſe intelligendas, vt ſublato remotioris gradus im-
pedimento , non ex hoc propinquioris eſſet ſublatum,
quamuis ille gradus ad computationem conſanguini-
tatis nihil ageret : ita gl. Abb. & alij ibid. & Felin. vbi
ſuprà , num. 9. & 13. & in cap. ſi. col. fin. de ſymon. &
inquit Philip. Prob. in rubr. de cognat. ſpiritual. in 6. ſo-
lere diſpenſationem in prædicta ſpecie concedi dupli-
cibus literis : Primæ enim dantur ſuper quarto grado,
& ſic remotiori : ſecundæ ſuper tertio declaratoriæ, vt
refert Couar. vbi ſuprà, in fin. dict num. 12. Hodie Pius
Quintus Pontifex Max. ſuo motu proprio edito anno
1566. conſtitutionem prædictam Clem. VI. nuper , &
aliam ſimilem Greg. XI. approbauit declarans , id eſſe
conforme diſpoſitioni iuris communis ac laudabili &
antiquo Romanæ Eccleſiæ ſtylo, vt cauetur in ſua de-
claratione ſuper hoc facta , vbi additur , quod debent
obtinere poſtea literæ declaratoriæ ſuper propinquiori
gradu , iuxta Gregor. & Clement. conſtitutiones : In
quo praxis communis ſtylus curiæ Romanæ obtinuit,
vt vidi in quamplurimis diſpenſationibus ad matri-
monia contrahenda , vt exprimantur prædicti tertius
& quartus gradus conſanguinitatis vel affinitatis , &
diſpenſandum committitur verificatis precibus impe-
dimentum quarti gradus , declarandumque non obſta-
re tertium.

Hic tamen particularis caſus deciſus à iure , & de-
claratus à Summis Pontificibus nobis non obeſt in
prædicta doctrina , quia eſt multum diuerſus ab ea, nec
inde ſumenda eſt limitatio generalis ad regulam quæ
habet ; Vt diſpoſitionibus contra ius non habeat lo-
cum argumentum de maiori ad minus ex identitate
vel maioritate rationis ; Ille ſiquidem caſus procedit
ex iuris communis diſpoſitione hodie à ſede Apoſtoli-
ca approbato: ad cætera ergo, quæ ſunt contra ius com-
mune , prout eſt diſpenſatio ad contrahendum matri-
monium in gradibus prohibitis, fieri non debet exten-
ſio , etiam ex identitate vel maioritate rationis in fa-
uorem impetrantis.

Quod † ſi cauſa falſo per ignorantiam & ſimpli- 129
citatem expreſſa Summo Pontifici ad impetrandam
diſpoſitionem ad matrimonium contrahendum , non
ſit æque principalis , ſicut cæteræ veræ , nec tangit
ſubſtantiam nec circumſtantias neceſſarias diſpen-

 ſationis,

ſationis, ſed potius ſit lenis & talis, quæ veriſimiliter ipſum Pontificem non mouit ad diſpenſandum, nec ea deficiente difficilior redderetur, ſed potius appareret idem eſſe conceſſurum, tunc ſalua correctione ſacroſanctæ matris Eccleſiæ, ac ſedis Apoſtolicæ declaratione, cui in omnib. me humiliter ſubiicio, ob huiuſmodi falſam cauſam non crederem vitiari gratiam diſpenſationis, dum tamen cætera in precibus contenta verificentur, *argum. d. c. ſuper literis, in 2. p. de reſcrip. cum reliquis ſupra in propoſito adductis*: Ex quibus hæc pars tertiæ regulæ ac doctrinæ comprobari poteſt: Quæ etiam fulcitur ex eo, quod licèt teſtis, qui in vno eſt varius, contrarius vel falſo deponens, nullam fidem faciat nec ei credendum ſit in reliquis,
130 quia qui † in vno eſt calumniatus, præſumendum non eſt, quod in alio verum dicat amplius, *vt in l. ſi cui, §. iiſdem, verſ. ſi tamen, ff. de accuſat. c. pura, 3. quæſt. 9.* per quæ iura hæc eſt communis ſententia, vt plures citans reſpondi *conſ. 36. num. 4.* hoc tamen non procedit, quoties falſitas non tangit ſubſtantiam vel circumſtantias negotij ſuper quos deponit, etiamſi id fiat ſcienter, vt ſi dicat, contrahentem eſſe aliunde, quam ſit, vel alterius affinem, vel ſimilia, vel ſi ſibi contradicat in modico, tunc enim non dicitur varius, vt cum aliis tradit Roland. à Valle *conſ. 33. num. 5. & 7. lib. 1.* & nos idem probauimus *conſ. 35. num. 37.* vel ſi eſſet falſitas circa aliqua acceſſoria, quia tunc in reliquis ſibi credendum eſt, vt teſtatur eſſe communem Iul. Clar. *in pract. crim. § fi. q. 53. verſ. ſcias tamen*, & nos meminimus *d. conſ. 35. num. 5.* quicquid contrarium velit Meno. *de arb. iud. lib. 2 cent. 2. caſ. 307. n. 6.* nec in hac ſpecie obſtabunt, quæ in præcedentibus in contrarium conſiderauimus ex præd. clauſula diſpenſationum; *Si preces veritate nitantur, ſuper quo conſcientiam tuam oneramus, &c.* quoniam illud procedit in cauſis principalibus & ſubſtantialibus diſpenſationis: at verò quando cum falſo expreſſa leuis eſt & huiuſmodi vt prædiximus, ex tacita ac veriſimili mente Summi Pontificis (niſi aliud appareat) videtur de ſimili cauſa non ſenſiſſe, ſed de ea, quæ præcipue & non leuiter eum monit.

131 Quarta regula † & doctrina eſt; Veritas narratorum ad impetrandam diſpenſationem pro matrimonio contrahendo eſt conſideranda ſecundum tempus impetrationis, quando veritas cauſæ narratur de præſenti, non enim ſufficit narrata fuiſſe vera, *vt in d. cap. quia circa, de conſang. & affin.* vbi impetrans habuerat filiam, non tamen eam habebat tempore impetrationis, licèt in ea eius meminerit, ita Abb. per text. ibi, *in d. c. quia circa, n. 4.* & cæteris ſcribentes: Quod adeo verum eſt, vt procedat non ſolum, quando cauſa diſpenſationis ceſſauit ante impetrationem ipſius, *vt in dict. c. quia circa*, & ibi expreſſe notant DD. præcipue Præpoſit. *n. 1. in 3. & 4. notabilib.* ſed etiamſi ceſſauerit poſt eius conceſſionem, cum adhuc diſpenſatio eſt in fieri, ita ſcilicet, vt ex ea non ſit ius in perfecto eſſe: ſecus ſi ius ſit iam perfecte quæſitum, vt colligitur ex traditis per Tiraquel. *de cauſ. ceſſan. limitation. 1. num. 92. diximus ſuprà libr. 1. cap. 15. num. 21.* Simi-
132 liter etiam non ſufficit † narrata verificari, eſſeque vera poſt impetratam diſpenſationem, non verò ante, nec tẽpore impetrationis, ſecund. Abb. *in d. c. quia circa, n. 4.* verbi gratia, ſi diſpenſatio inter conſanguineos impetrata eſt cum copula, quæ quidem minime inter eos interceſſerat, ſed poſt eam interpretatam ante verificationem precum coram ordinario, cui negotium commiſſum fuit, conſulto impetrantes coniecerunt, vt teſtes poſtea de copula deponerent; Hoc namque caſu diſpenſatio, tanquam ſubreptitia ex cauſa falſo narrata eo tempore, quo nondum contigerat, ſed poſtea, præcipuè, ſi ſcienter falſo narrata fuit vt facilius concederetur, erit nulla, nec contrahentes ſecure in conſcientia in matrimonio huiuſmodi permanere poſſunt, vt latè in terminis probat Ant. à Cord. *in ſua ſumma de caſos de conſciencia, q. 45. in 2. opin. princ.* cuius in
hoc ſententia veriſſima eſt: Quinimo † & procedit 133
etiam ceſſante dolo, cum per ignorantiam vel ſimplicitatem, vel errorem ita narratum ſit, cum reuera narratio copulæ induxerit Summum Pontificem ad præd. diſpenſationis gratiam concedendam, & alias fortè non fuiſſet conceſſurus, niſi alia adeſſet iuſta & ſufficiens cauſa, quia ſine cauſa non ſolet Sum. Pontif. huiuſmodi diſpenſationes concedere: cum non ſufficiat narrata contingere ac verificari poſt impetratam diſpenſationem, ſecund. Abb. *vbi ſuprà*, quem refert & ſequitur Anton. de Cord. *vbi ſuprà*, hodie tamen facilius diſpenſatur ſine copula, quam cum ea vt *infrà* etiam dicemus *num. 137.* Si verò in diſpenſatione non fiat mentio copulæ, ſed poſt ipſam impetratam ante expeditionem ab Ordinario factam, cui commiſſa res eſt, copula ipſa interueniat vitiabitur diſpenſatio, vt latè probauimus *d. lib. 1. c. 15. per totum*, præcipue *n. 12. cum ſeqq.*

Quinta † regula eſt; Diſpenſatio pro matrimonio 134
contrahendo ſcienter impetrata ex falſa cauſa, nempe, per fraudem & malitiam, erit ſubreptitia & nulla, etiamſi cauſa illa falſo narrata vel vera ſcienter tacita ſit minus principalis, & ſine qua Papa veritate narrata diſpenſaret, & in hoc pœnam ſuæ peruerſitatis, ne vllum ex illis literis commodum conſequatur: *arg. text. in d. c. ſuper literis, in 1. ſui parte, de reſcrip.* & ibi communiter DD. iunctis his, quæ *ſuprà* diximus iuxta illam partem text. & in terminis diſpenſationis ad matrimonium contrahendum per illum text. hoc probat Anton. de Cordub. *vbi ſuprà, in 1. opinion. in ſecunda ratione primi puncti, in verſ. porque quando ſe hizo ſcienter, &c.* idque eſt veriſſimum.

Sexta † & vltima regula ac doctrina eſt: Si ante di- 135
ſpenſationis impetrationem matrimonium fuit ſcienter contractum, vt diſpenſatio teneat, neceſſe eſt, hoc in ipſa ſupplicatione exprimere, *iuxta regul. Cancel. 47.* & ibi gloſſ. ex his, quæ *in d. cap. poſtulaſti notantur.* ſequitur Couar. *in 4. de ſponſal. 2. p. c. 6. §. 10. n. 13. in fin. vbi n. 14.* quod ſi matrimonium ſcienter à conſanguineis contractum fuerit, ea intentione & prauo conſilio, vt cum eis in diſpenſatione mitius agatur, huius conſilij & fraudis mentio exponenda eſt Romano Pontifici, alioqui diſpenſatio non tenebit, etiamſi mentio matrimonij contracti facta fuerit, ſecund. Nau. *in repet. c. ſi quando, col. 14. de reſcript.* Quod apertius procedit, ſi conſideremus, quod licèt olim facilius diſpenſabatur
cum impeditis, qui iam etiam ſcienter † contraxerunt 136
& conſummauerunt matrimonium, hodie tamen iure Conc. Trid. *ſeſſ. 24. c. 5. de reforma. matrim.* difficilius diſpenſatur. Hinc colligitur, quod conſummatio illius matrimonij, quæ olim inclinabat Papam ad diſpenſandum, hodie retrahit, vt ex ſuprad. conſtat & tenet expreſſe Nauar. *in manual. Latin. c. 22. n. 86.* & Ant. à Cord. *d. q. 45. in 1. ration. 1. opinion.* ſicque procul dubio præd. qualitas neceſſario exprimenda erit, alioqui diſpenſatio, ſi concedatur in præd. ſpecie tacita præd. veritate erit nulla, *vt in d. c. Conc. Trid.* & inſinuant præcitati auctores.

## SVMMARIVM.

1 *Sententia excommunicationis lata abſque vlla præuia citatione, an ſit valida, & num. ſeqq. per totam quæſtionem.*
3 *Citatio videtur à Deo omnipotenti originem duxiſſe.*





4 *Citatio quatenus continet defenſionem, eſt de iure naturali.*
5 *Iuſtitia ratione naturali miniſtranda eſt à quocunque Principe, alioqui tyrannidem exercebit Princeps, qui ius ſuum vnicuique non reddiderit.*
6 *Princeps non poteſt tollere primam citationem, cum ſit defenſio à iure naturali deſcendens.*
7 *Princeps non poteſt cognoſcere parte non citata.*
8 *Citatio etiam fomentum habet à iure canonico.*
9 *Abſentem non citatum diuinæ atque humanæ leges iudicare prohibent.*
10 *Sententia lata ſine citatione etiam in fauorem abſentis eſt ipſo iure nulla.*
11 *Citatio eſt de ſubſtantia ordinis iudicarij eiuſque defectus vitiat proceſſum.*
12 *Citatio requiritur etiam à partibus ſi data poteſtas arbitris ſententiandi etiam ipſis abſentibus, niſi adiiciatur etiam non citatis, alias ſententia erit nulla.*
13 *Prorogatio inſtantiæ facta ab arbitris etiam vigore facultatis à partibus ſibi conceſſa, debet eiſdem notificari, alias non valebit.*
14 *Citatio iure canonico requiritur, & trina monitio, vel ex cauſa, vna pro tribus cum diſtinctis dierum interuallis ad excommunicationem proferendam.*
15 *Citatio ſeu monitio, quæ requiritur ad excommunicationem proferendam, perſonalis eſſe debet.*
16 *Excommunicatio proferri non debet niſi pro peccato mortali aut inobedientia iuſti præcepti, &c.*
17 *Quotieſcunque quis certus eſt non peccaſſe mortaliter contra obedientiam Eccleſiæ tutam conſcientiam habere poteſt nullam excommunicationem incurriſſe apud Deum, nec eſſe priuatum Eccleſiæ ſuffragiis, licet quandoque poſſet eum propter falſam præſumptionem arcere ab externo fidelium cœtu.*
18 *Admonitio eſt de eſſentia excommunicationis, alias ea non præcedente, excommunicatio non teneret.*
19 *Excommunicatio iniuſta ratione notabilis ordinis iuris omiſſi, ligat in vtroque foro. Idem in excommunicatione iniuſta ratione cauſæ, hæc namque timenda & obſeruanda eſt, licet non priuet communibus & generalibus ſuffragiis Eccleſiæ.*
19 *Excommunicatio autem nulla, ſi id notorie conſtat, non eſt timenda quoad Deum, nec quoad Eccleſiam, vt latius eodem num. 19.*
20 *Excommunicationis nullæ plures caſus remiſſiue referuntur.*
21 *Excommunicatio lata poſt appellationem legitimam eſt nulla: quod procedit in extraiudicialibus, vt in n. 22. limitatur tamen hæc concluſio, quando prælatus procedit extraiudicialiter, vt pars ad conſeruationem iurium ſuorum, vt in num. 24. vbi quomodo hoc intelligatur.*
22 *Arreptio itineris ad Papam ſuper cauſa, quæ coram ordinario vertebatur, habetur pro appellatione ſi eam coram Papa grauatus proſequatur.*
23 *Appellatio poteſt excommunicationem prolatam interpoſita non ſuſpendit excommunicationis effectum, ſed appellatione non obſtante, ſententia excommunicationis operatur effectum ſuum exſequutionis, quem ſecum habet, & poteſt iudex à quo eum denuntiare & publicare excommunicatum, vt ab aliis euitetur.*
25 *Clericus ſi poſt legitimam appellationem à ſe interpoſitam, de qua confidit, de facto excommunicetur, cum de iure non ſit excommunicandus, ſi interim celebret, non erit irregularis, & num. vigeſim. ſext. an hoc etiam procedat, quando lapſo termino ad appellationem à iure vel à iudice ſtatuto proſequendam, eam proſequitur, & num ſequent & n. 28. & 29. quod ſi ſit in hac ſpecie poſtrema iam publice denuntiatus hoc celebrans: limitatur communis præd. n. 33.*
27 *Renuntiare non cenſetur quis regulariter iuri attentatorum ſibi quæſito contra attentata poſt appellationem per deſertionem eiuſdem.*
30 *Excommunicatio lata poſt appellationem legitimam, non habet effectum, nec vires aſſumit, licet poſtea appellatio fuerit deſerta, vel eidem denuntiatum tacite: ſecus ſi expreſſe.*
31 *In cenſuris admittenda non eſt iuris ciuilis fictio, vt retrotrahantur.*
32 *Excommunicatus poſt ſuam legitimam appellationem quare denuntiatur publice, & euitari præcipitur in omnibus, ſi vere non eſt excommunicatus.*
33 *Excommunicatio lata poſt legitimam appellationem, tunc non impedit celebrationem, quoties ſic excommunicatus iuſtam eſſe credebat ſuam appellationem, ſecus ſi iuſte crederet ſe eſſe excommunicatum: quia tunc celebrando efficitur.*

## CAPVT XVI.

### *An ſententia excommunicationis, lata abſque vlla citatione, ſit nulla vel valida, licet iniuſta? Item an & quando per appellationem ſuſpendatur excommunicatio, & quando non.*

QVæſtio hæc indubia videtur, quandoquidem omnia iura proclamant, citationem primam adeo eſſe neceſſariam, vt ſententia abſque ea lata ſit nullius momenti.

Nihilominus † tamen, quod ſit valida, probatur: 2
Nam licet trina monitio, vel vna pro tribus, videatur eſſe de eſſentia excommunicationis, quia eſt ordo correptionis fraternæ expreſſus in Euangelio Matth. c. 18. nihilominus non eſt ita; Summi namque Pontifices *in c. cum medicinalis, & in c. conſtitutionem, de ſent. excom. In 6.* non cenſent, huiuſmodi excommunicationem prætermiſſo illo ordine latam, eſſe iure irritam, ſed iubent recurrendum ad ſuperiorem, qui illam, ſi æquum iudicauerit, irritet. Idem in *c. de illicita, 24. q. 3.* Ergo eſt iniuſta, non verò nulla: & iudex, qui huiuſmodi monitione Canonica prætermiſſa, in aliquem ſententiam excommunicationis protulerit, punitur ipſo iure pœna interdictionis ingreſſus Eccleſiæ vnius menſis, & ſuſpenſione à diuinis officiis, inſuper & alia pœna condigna mulctabitur à ſuperiore, ſi ſibi viſum fuerit, præter ſolutionem expenſarum & intereſſe ſic iniuſte excommunicato ſoluendi: Qui quidem ſuperior ſententiam ipſam excommunicationis ſic iniuſtam ſine difficultate relaxabit, *vt in cap. ſacro, de ſentent. excommunicat. & in capit. 1. eod. titul. lib. 6. & in dict. cap. de illicita*, & DD. communiter vbique de hoc agunt. Nec obſtat, quod prædicta trina monitio ſit de ordine Euangelij, vt prædiximus, Quoniam non eo ipſo, quod prætermittitur prædictus ordo, irritatur excommunicatio, præterquam in caſu ſpeciali *c. ſtatuimus, & c. conſtitutionem, de ſentent excommun. lib. 6.* in excommunicatione maiore ferenda contra participantes cum excommunicato, quia tunc pro forma ſubſtantiali requiritur trina monitio, vel vna pro tribus, ita vt ſi aliter eo ordine omiſſo, in eos feratur, ſit nulla: quod expreſſe probatur in illis iuribus, & eſſe in eis caſum ſpecialem fatentur omnes vnanimiter, quia ſic extat expreſſe iure deciſum: Ergo extra illum caſum ſententia excommunicationis lata, non ſeruato præfato ordine Canonico trinæ monitionis, vel vnius pro tribus, quamuis ſit iniuſta & iudex eam ferens puniatur prædictis pœnis, attamen non erit nulla, ſed valida ipſo iure, vt probat text. vbi gloſſ. communiter recepta, *verb. iniuſtæ, in*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*c. Romana, de ſentent. excommun. lib. 6. gloſ. 2. in d. c. ſacro*, & ibi communiter DD. *gl. in ſum.* 2. *q.* 1. *gl. in cap.* 1. *de exceſ. prælat. gloſ. in cap.* 1. *de ſentent. excom. lib. 6. verb. cauſam, ad fin.* & ibi Ioan. Andr. Dominic. & Philip. Franc. Abb. *in c. quæ fronte, n. 7. & in c. reprehenſibilis, n.* 13. poſt gloſſ. ibi, *de appell.* idem Panormit. *in c. ad audientiam, eod. titul. in fin.* vbi Dec. Nicol. Plou. *de excommun. c. ſi. n. 1. vol. 16. tract. diuerſ. doct.* ſequitur Nauar. *in man. cap. 27. n. 5. &* 8. & hæc eſt communis opinio, ſecundum D. Couar. qui eam probat *in c. alma mater, 1. part. §. 9. n. 7. de ſentent. excommunicationis, lib. 6.* & ex Theologis eandem ſententiam probarunt Palud. *in 4. diſtinct.* 18. & Durand. *ibidem*, Archiepiſcopus Florentin. *de excommun. cap. 74. n. 5. vol. 16. tractat. diuerſ. doct.* Syluest. *in ſumma, verb. excommunicatio, 1. n.* 11. & Armill. aurea *verb. excommunicatio, 1. n. 12. Victor. in ſum. tit. de excommunic. num.* 6. Domin. à Sot. *in 4. diſtinct.* 22. *q. 1. art. 2. verſ. quod ſi ſciſciteris, &c.* & iterum *art.* 3. *verſ. ſententia vero*, Ioſeph. Angles *ſuis florib. Theolog. quæſt. in tit. de excommunic. pag. 47. in concluſ. quando excommunicationis ſententia eſt iniuſta, &c.* Itaque hæc eſt vera, communis & indubitata ſententia, vt aſſerit eam ſequutus aduerſus eundem Sot. *de ration. tegend. & detegend. ſecret. membr. 3. quæſt. 1. fol. 70. col.* 1. frater Anton. à Cordub. *in ſuo quæſtion. libr. 1. quæſt. 43. colum. 4. in verſic. ſi vero ſententia*, vbi quod ſecundum omnes doctor. ligat hæc ſententia excommunicationis lata contra formam *d. c. ſacro, & d. c. cum medicinalis*, & ſic iniuſta, ex defectu notabili ordinis iuris, ſecund. omnes doctor. ligat in vtroque foro; Nam licet verum ſit in aliis ſententiis condemnatiuis & definitiuis, quod ex ſolo notabili defectu ordinis iuris ſint inualidæ, nec tenent: ſecus eſt in ſententia excommunicationis, quæ ſi aliàs non eſt nulla, ſed ex ſolo defectu notabili ordinis iuris iniuſta, valida eſt & tenet in vtroque foro, & ſuum effectum habet, & in ſecreto ſeruanda eſt, quamuis iudex puniatur, quia ſic iura diſponunt. Nec tenendo hanc partem obſtat ſcrupulus, qui ſe ſtatim offert: Is nempe, quod prædict. communis ſententia, quam modo retulimus, loquitur in trina monitione Canonica à iure requiſita, vel vna pro tribus tres terminos diſtinctos complectens, & ſic quando omittitur hic ordo, quo caſu nil mirum, quod ſententia excommunicationis non ſit nulla, quamuis ſit iniuſtiſſima: Sacri enim canones conſiderantes graue pondus cenſuræ, merito tres monitiones requiſierunt præcedere debere ad ipſam incurrendam: tum vt cum maxima deliberatione, non verò leuiter ea ferretur, tum etiam, vt cum ſit maior pœna, quam eſt in Eccleſia Dei, excommunicandus nullo modo ignorantiam prætendere poſſet comminationis ipſius, ſed ad ipſum conuincendum omnino prius ne forſan conquereretur, primam & ſecundam monitionem ad ſuam notitiam minimè perueniſſe, tertiam quoque monitionem requiſierunt exemplo Euangelij. *Si peccauerit, &c.* Quare ſi ex his duæ omittantur, vna tamen interueniente, iniuſte ſit ob ordinem rectum omiſſum, ſed tamen non nulliter, quia ſaltem vna monitio præceſſit: ſicque non videtur præfata communis ſententia decidere noſtram quæſtionem, in qua nulla citatio vel monitio præceſſit vt prædiximus; Ideoque videtur in ea ſpecie nullam eſſe ſententiam excommunicationis ob defectum primæ citationis, per omnia *infrà* dicenda pro contraria parte: Non inquam hoc obeſt, quia licèt noſtra principalis quæſtio propoſita ſit, vbi nulla citatio vel monitio præceſſit, cum tamen communis præd. non ſolum loquatur quando prætermiſſus fuit ille ordo trinæ citationis, ſed etiam vnius pro tribus, conſequi ex hoc videtur, idem eſſe dicendum in defectu vnicæ citationis pro tribus, & ſic quando nulla monitio neque citatio proceſſit: quod ſi hoc ita eſt, habemus intentum. Quinimo & hoc in terminis voluiſſe videtur Caiet. *ſuper S. Thom. 2. 2. q. 69. art. 2. ad* 2. dum tenet, quod ſicut poteſt excommunicatione comminari, ne fiat peccatum futurum: ita & poſt factum poteſt excommunicari, qui fecit, non ſolùm ſub conditione ſi non reſtituerit, ſed abſolute: & in terminis, quod valeat excommunicatio non præmiſſa monitione, refert tenere gloſſ. & Abb. *in c. cum ſit Romana, de appellat.* alioſque plures Doctores Antonius Gabriel *libr. ſecund. de citation. concluſion. 1. n. 154. cum ſeqq.*

His tamen non refragantibus contrarium eſt verius & tenendum, imo quod ſententia excommunicationis lata abſque citatione ſit nulla, idque ſequentibus fundamentis aſtruitur. In primis, quia † citario 2
videtur ab ipſo Deo omnipotenti originem duxiſſe, dum conquirens Adamum poſt peccatum à ſe commiſſum veſcendo de ligno ſcientiæ boni & mali contra prohibitionem & præceptum Domini, dixit ei, *Adam vbi es?* Gen. 3. Similiter Sodoma voluit audita iudicare, priuſquam manifeſte cognoſceret: Vnde ipſe ait: *Deſcendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint, an non eſt ita vt ſciam*: Deus 3
namque omnipotens cui nihil eſt abſconditum, ſed ei omnia manifeſta ſunt antequam fiant: non ideo hæc & alia multa per ſe inquirere dignatus eſt, quod ea ignoraret, ſed vt nobis exemplum daret ne præcipites in diſcutiendis & iudicandis negotiis eſſemus, cuius exemplo mouemur, ne ad proferendam ſententiam vnquam præcipites ſimus, ac temere indiligenterque probata, indiſcuſſa quoquo modo iudicemus dicente veritate: *Nolite iudicare, & non iudicabimini*, & reliqua, *vt in c. Deus omnipotens*, 2. *q.* 1. vbi alia ſimilia in propoſito ſcribuntur, vt per Sebaſtian. Vant. & Maran. *n.* 10. in locis ſtatim citandis, & Menoch. *de arbit. iud. lib. 1. q. 17. num.* 5.

Similiter etiam † citatio, quatenus continet defen- 4
ſionem, eſt de iure naturali, text. ex formalis & expreſſus *in Clementina paſtoralis, §. verum, de re iudic.* ibi: *Defenſionis, quæ à iure prouenit naturali, facultas adimi valuiſſet, cum illa Imperatori tollere non licuerit, quæ iuris naturalis exſiſtunt, &c. text. in c. cum olim*, ibi: *Citatis ad cauſam, & facultate ſibi defenſionis indulta, &c. de dol. & contu.* vnde Bald. *in l. exſequutorem, n.* 34. *verſ. rurſus citatio, C. de exſequu. rei iudic.* dixit, ſolemnitatem citationis non per ſe, ſed propter defenſionem eſſe iuris naturalis, quem refert & ſequitur Felin. *in c. cum olim, colum. 8. in princip. num. 11. de re iudic.* & Sebaſtian. Vantius *de nullit. ex defect. citation. in princ. n.* 6. Marant. *de ord. iud. 4. part. diſt. 9. n. 9. & diſt. 16. n.* 10. & iterum *in 6. part. cap. de citat. n. 3. cum ſequentibus*, Menoch. *vbi ſuprà*, D. Couar. *in pract. quæſt. c. 33. n. 6. verſic. opinamur*, dicens, citationem iure naturali inductam eſſe, qua ex parte neceſſaria eſt ad defenſionem innocentis, & vt ius ſuum vnicuique reddatur: denique ad iuſtitiæ miniſterium: Iuſtitia † namque ra- 5
tione naturali miniſtranda eſt à quocunque Principe, alioqui tyrannidem exercebit Princeps, qui ius ſuum vnicuique non reddiderit, Did. Perez *in l. 2. tit. 4. lib. 3. ord. colum* 948. ibi, *Qui textus, &c.* & latius plures referens idem *in l. 2. tit. 2. lib. 3. ordin. col.* 814. *cum ſeqq.* & iterum *in l. 1. tit. 8. eod. lib. 3. colum. 997. in princ.* & Ant. Gom. *in l. 76. Tau. n.* 9. & Petr. Duen. *in reg.* 43. *col. penul. ad medium*, qui omnes ideo probant, Princi-
pem † non poſſe tollere hanc primam citationem, cum 6
ſit defenſio à iure naturali deſcendens: quod & tradit Roland. à Vall. *conſ. 19. n. 39. cum ſequent. lib.* 1. eſtque communis opinio probata *in d. §. verum*, vt plures allegans teſtatur Vantius *vbi ſuprà, n.* 8. & alias peccat, mortalique



moralique culpa irretitur, ſecund. Couarru. *vbi ſuprà*, qui nonnullas limitationes refert: ex cauſa tamen, quod poſſit Princeps tollere citationem & defenſionem, probat poſt alios, quos citat Loazes *in alleg. iuris in reſponſ. ad 5. & 6. fundamen. n. 65. & 66. pag.* 357.

7 Quinimo † nec ipſe Princeps poſſet cognoſcere & iudicare, parte non citata, vt aduerſus Bald. plurimos allegans bene probat Tiraq. *in tract. res inter alios acta, pag. 22. paulo poſt princip.*

8 Præterea citatio † fomentum habet à iure canonico, *c. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* ibi, *Nec nos contra inauditam partem aliquid poſſumus diffinire*: Iure etiam ciuili citatio neceſſaria eſt, *vt in l. de vnoquoque, cum ſimil. ff. de re iudic.* & quod citatio regulariter requiratur in quocunque actu, ponit regulam cum pluribus fallentiis Marant. *de ord. iud. 6. p. c. de citat. per totum, fol.* 353. & Duen. *in reg. 92. per tot.* & additio Bernard. Diaz *in reg.* 78.

9 Diuinæ igitur † atque humanæ leges abſentes iudicare prohibent, ſi modo contumacia non abſint, *c. abſens, cap. abſentia, cap. caueant, cap. omnia, 3. q. 9. l. ea quæ, C. quomod. & quand. & in l. de vnoquoque, ff. de re iudic.*

10 Quo fit, † vt ſolemnitas citationis adeo ſubſtantialis, cenſeatur, quod ſi abſque ea ſententia etiam in fauorem abſentis feratur, ſit ipſo iure nulla, vt voluit Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in verb. figura, in fin. & in d. l. ea quæ*, vbi Bald. *col. 1. in fin. C. quomo. & quan. iud. & in l. furioſo*, vbi Alex. & Iaſ. dicunt, hoc communiter teneri, *ff. de re iudic.* quod etiam ex eiſdem alioſque citans teſtatur Vant. *vbi ſuprà n.* 10. idem probat Did. Perez *in d. col. 948. verſ. citatio*, di-
11 cens † eſſe de ſubſtantia ordinis iudiciarij, & quod eius defectus annullat proceſſum, *vt in §. omnium, Inſtit. de pœn. temer. litigan. Clem. 1. de re iud. Clem. vnic. de foro comp. Clem. paſtoralis, §. cæterum, de re iud.* tenet etiam Marant. *vbi ſuprà, diſt. 16. n.* 10.

12 Quod adeo † procedit, vt licèt à partibus ſit data poteſtas pronuntiandi, etiam ipſis abſentibus, nihilominus citatio requiritur, niſi adiiciatur etiam non citatis, aliàs ſententia ſeu laudum abſentibus partibus, & non vocatis, latum eſſet nullum, *l. diem proferre, §. ſi quis litigatorum, ff. de arbit. ſecund.* Alex. *in l. ſi quis arbitratu, n. 14. verſ. 3. limit. ff. de verb. oblig.* Dec. *conſ.* 39. *n.* 2. Gozad. *conſ.* 10. Vant. *vbi ſuprà, n.* 10.
13 Nicol. Boër. *deciſ. 283. n.* 58. ſicut † nec prorogatio inſtantiæ facta ab arbitris vigore facultatis à partibus ſibi conceſſæ non valet, niſi eiſdem notificetur, ſecund. Bald. cõmuniter approbatum *in l. eos. §. Apoſtolos, col. 2. verſ. quæro nũquid n. 5. C. de appell.* provt teſtatur Dec. *conſ. 39. iuridicam, n. 1. &* 2. ſequitur idem Vant. *vbi ſup n.* 10.

Si igitur hoc ita verum eſt in omni negotio, à fortiori idem videtur dicendum quoad proferendam ſententiam excommunicationis, quæ eſt maior pœna quam ſit in Eccleſia, vt prædiximus, nempe, vt requiratur ad eam promulgandam præuia citatio vel monitio, alias ſi nulla per ſupradicta.

14 Secundò † eadem pars probatur, quia eodem Iure Canonico requiritur citatio & trina monitio, vel ex cauſa vna pro tribus, cum diſtinctis dierum interuallis, ad excommunicationem proferendam, vt probatur *in d. c. ſacro, & in c. contingit, cl. 2. de ſententia excom. & in c. de illicita, 24. quæſt. 3. cum aliis ſimil.* præcipue, *in c. conſtitutionem, de ſententia excommunicationis, lib. 6.* vbi gloſſ. communiter recepta tradit, D. Couar. *in d. c. alma mater, 1. p. §. 9. num.* 4. & latius ibidem, *num.* 5. & optimè Domin. à Sot. *in 4. ſenten. diſt. 22. quæſt. 1. art. 2. pag. 37. in 3. concluſ.* vbi latè id probat & præcipue dicit colligi ex Euangelio *Matth. c.* 18. ibi, *ſi peccauerit, &c.* Nec obſtat illud Paul. ad Titum 3. *Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita*: Nam licèt non numerauerit omnes tres Euangelicas correptiones, attamen ſecundum Eccleſiæ interpoſitionem, licèt per ſecundam admonitionem conſtet, hæreticum eſſe ſubuerſum, nihilominus adhibetur tertia, vt ad audiendam ſententiam comparèat, ſecund. Sot. *vbi ſuprà*. Hæc † autem monitio & 15
citatio, quæ requiritur ad ſententiam excommunicationis proferendam, perſonalis eſſe debet, quicquid aliud ſit in aliis citationib. vt latiſſimè probat Tiraq. *lib. 1. de retract. §. 9. gl. 2. n.* 4. ſequitur plures allegans & ab ea excipiens aliquos caſus Cou. *vbi ſuprà, n.* 4. Ergo ſi hæc monitio Canonica ſiue citatio prætermittatur, excommunicationis ſententia poſtea lata & fulminata abſque ea erit nulla; Agitur ſiquidem de grauiori præiudicio, hoc eſt, animæ, quæ cunctis aliis rebus præferenda eſt, *vt in l. ſancimus, circa fin. C. de ſacroſ. Eccleſ. cum ſimilib.*

Tertiò eadem † pars comprobatur, quia certiſſima 16
atque communis regula eſt in hac materia: Quod nemo debet excommunicari, niſi ob contumaciam mortalem qua perſiſtat in peccato mortali præterito aut futura inobedientia non comparendi, aut non parendi iuſto præcepto facto præcedente mora, culpa aut offenſa, iuxta text. *in c. nullus, & in c. nemo, 11. q. 3. & in c. 1. de iud. c. à nobis, cl. 1. c. ſacro, de ſententia excom. c. Rom. §. caueant, eod. tit. lib.* 6. quam concluſionem DD. omnes vno conſenſu ſuſcipiunt, ſecund. Domin. à Sot. *in 4. ſententiarum diſt. 22. q. 1. art. 2. in prin.* diximus latius *ſuprà lib. 1. c. 7. de agit. taur. n. 23. &* 24. Sed qui non citatur nec monetur prius, non poteſt dici contumax nec inobediens, contumacia enim & inobedientia non cadit in ignorantem, vt bene probat de Sot. *vbi ſupra, in 3. concluſione*, & poſtea *in verſ. quartus demum caſus*: & inquit Victoria *in ſua ſumma, tit. de excom. n. 5. ad fi.* quod excommunicationes non obligant, niſi præſumatur eſſe mortale id, pro quo feruntur, & quod de hoc non dubitat: Ergo erit nulla excommunicatio lata ſine præuia monitione.

Hinc eſt, † vt quotieſcunque homo certus eſt non 17
peccaſſe mortaliter contra obedientiam Eccleſiæ, tutam ſubinde habere poſſit conſcientiam nullam excommunicationem incurriſſe apud Deum, nec eſſe priuatum Eccleſiæ ſuffragiis, licèt quandoque propter falſam præſumptionem poſſit eum arcere ab externo fidelium cœtu, ſecund. Domin. à Sot. *vbi ſuprà, n.* 2. *col.* 2. quod probant & cæteri Theologi, vt deduximus *ſuprà d. l. lib. 1. c. 7. n.* 30. cuius rei tria exempla fingit Sot. *vbi ſuprà, in verſ. iam vidimus, &c.*

Quartò & denique naturalis ratio hoc dictat; Quis enim vnquam vidit aut audiuit, vt quis ab Eccleſia Dei eiiciatur ſine aliqua monitione præcedenti, ac denique abſque vlla culpa, contumacia aut inobedientia præterita vel futura? Vbi autem ratio naturalis adeſt, infirmitas intellectus eſt quærere legem, vt inquit Philoſophus: ſed nec deficiunt in propoſito auctoritas diuinæ & humanæ hoc idem præcipientes, vt vidimus. Si enim Princeps non poteſt tollere ea, quæ ſunt iuris naturalis, provt eſt defenſio ex prima citatione competens, *vt in d. Clemen. paſtoralis, §. verum, de re iud.* & eſt communis opinio, vt *ſuprà* vidimus, à fortiori nec iudices inferiores id poterunt. Accedit & vltimo, quia nulla ratio differentiæ iuridica aſſignari poteſt, quare defectus primæ citationis vitiet ſententiam in cæteris omnibus, vt vidimus, in excommunicatione vero non; & fateor, me ſuper hoc diu cogitaſſe, ac multos reuoluiſſe libros, ac alios Iuriſtas & Theologos conſuluiſſe, & nunquam inueni nec excogitare potui aliquam rationem differentiæ inter prædicta, nec vllus eam reddit non ſolum veram, ſed neque perſua-

ſiuam aut coloratam. Quinimo, fortior ratio militat ex grauitate pœnæ atque materiæ, vt excommunicationis ſententia, lata abſque vlla monitione aut citatione, ſit nulla, quam alia ſententia in reliquis: Quare qui veritatis ſemper fuimus ac ſumus amatores, huic ſecundæ ſententiæ adhæremus, nempe, vt excommunicatio lata abſque aliqua monitione vel citatione, ſit nulla: Quam in terminis, licet non ex prædictis, alia tamen ratione inueni cum maximo gaudio tenere Victoriam *in ſumma tit. de excommun. num. 6. in verſic. non dubito*, vbi concludit, admonitionem eſſe de eſ-
18 ſentia excommunicationis, † ita quod ſi quis excommunicetur antequam eſſet admonitus, excommunicatio non teneret: Idem expreſſe firmat Cardinal. de Aracœli *in compend. Theologica. inſtit. in tit. de Sacramento Ordin. fol.* 120. *in princ.* dicens, quod nullus excommunicatur à iudice, niſi prius peremptorie citatus & monitus, alioqui excommunicatio eſſet nulla, nihil tamen allegat: idem voluit Caſſiad. *deciſ.* 12. *de reſcrip. num.* 2. *fol.* 26. *verſic. quoniam abſque monitione perſonali non debet irretiri cenſuris, cum non eſſet in contumacia, ſine qua excommunicatio non infligitur ab homine.* Tandem hanc ſententiam in terminis & ex profeſſo tenet Domin. à Sot. *in 4. ſentent. diſtinct.* 22. *quæſt.* 1. *artic.* 2. *in verſic. dubium autem*, vbi poſtquam reſoluit cum communi, excommunicationem latam abſque ordine præd. trinæ citationis vel vnius pro tribus, non eſſe nullam, ſed potius validam, licèt iniuſtam: inquit ſtatim: *Dubium autem grauius eſt, vtrum ſaltem aliqua precedens admonitio ſit de eſſentia, licèt non trina nec bina, quod eſt quærere, vtrum pro peccato præterito, quod nulla, vel à iure, vel ab homine admonitio præceſſerit, poſſit quis excommunicari, ſicut pœna pecuniaria, aut alia quauis puniri*, & ibi refert Caiet. *vbi ſuprà*, ſentientem contrarium, & tandem ſtatuit concluſionem, quam ipſe quartam vocat in contrarium affirmans, quod pro nullo peccato præterito, quantumuis grauiſſimo & enormiſſimo, cuius nulla monitio præceſſit ſub excommunicationis nota: poteſt excommunicatio ferri, imò adeo de eſſentia eſt, monitionem aliquam præcedere, vt abſque illa excommunicatio non teneat: & ibi miratur doctiſſimum Caietan. contrarium ſenſiſſe, non modo, quia nemo vnquam dixit, verum, quia auctoritati in Euangelio conceſſæ aduerſari videtur: In Euangelio etenim non apparet alia facultas Eccleſiæ conceſſa, vt quempiam habeamus tanquam ethnicum & publicanum, quam ſi eam audierit: Nullus autem dicitur Eccleſiam non audire, niſi fuerit ab illa præmonitus, imò nec dicitur non audire, vt dignus ſit excommunicatione, niſi ſub eadem cenſura fuerit iuſſus; Nam tunc Eccleſia aperit ſuam mentem illud præcipere ſub reatu peccati mortalis: Profecto hæc ratio efficax eſt admodum ad hanc partem intrepide tenendam, ſed efficacior erit, ſi ei adiungantur cæteræ *ſupra* à nobis conſideratæ, ex quibus omnibus ſimul iunctis ea apertiſſima redditur, eamque in terminis tenet etiam F. Bart. à Ledeſma *in 4 ſententia, in tit. de Sacrament. Pœnitent. pag.* 990. *verſic. ſed iam quod*, voluit cum aliis Anton. Gabr. *vbi ſuprà, num.* 153. Ampliat etiam vbi contumacia eſt notoria & in actis verificata, quia adhuc quis excommunicari non poteſt, non præcedente citatione, *& in n.* 156. *cum ſequent.* limitat quatuor modis noſtram veriorem & tenendam ſententiam.

Qua retenta, non obſtat modo primum fundamentum contrariæ partis, hoc eſt, illa receptiſſima ſententia, qua omnes probant, tam Pontificij iuris interpretes, quam ſacræ Theologiæ profeſſores, nempe, quod excommunicatio trina monitione non præmiſſa, vel vna pro tribus omiſſa, lata quamuis ſit iniuſta, non tamen eſt nulla: Reſpondemus namque id quidem verum eſſe, ſed procedere ac loqui, quando licet ille ordo prætermittitur, quia nec trina nec bina præceſſit monitio illa tamen prima quæ neceſſaria omnino eſt præceſſit, quod ipſi non negant nec negare poterant: & quamuis hoc expreſſe non dicant, quia de eo non agunt, id tamen annuunt: tandem ſufficit, quod expreſſa non loquuntur in noſtro caſu, qui ex aliis iuris regulis decidendus venit prout eum decidimus ex ſupradictis: Ita intelligit ac interpretatur dictam communem Domin. à Sot. *vbi ſupra.*

Similiter non obſtat illud quod prædiximus, nempe, communem præfatam ſententiam loqui etiam in vna monitione ſiue citatione pro tribus: Nam fateor, ſed procedit, quando illa vna monitio non fuit ſolemnis ac prout debuit, ſcilicet pro tribus, ſed tantum pro vna, vel duabus ob errorem forſan, vel alias: tunc enim merito, vt quamuis ſententia excommunicationis iniuſta ſit, non tamen nulla, quia vna ſaltem monitio ſeu citatio, quamuis non ſolemnis, id eſt, pro tribus, præceſſit, eadem ratione, qua idem ſtatuitur, quando ordo trinæ citationis ſeparate non fuit ſeruatus: at verò nos hic agimus, quando nulla penitus monitio vel citatio præceſſit, quo caſu indubium eſt, excommunicationem poſtea prolatam abſolute abſque citatione vlla vel monitione ſolemni, vel non ſolemni, eſſe nullam per ſuprad. Nec Caiet. *vbi ſupra*, in contrarium citatus contrarium dicit aut ſentit dum aſſerit poſſe quem excommunicari abſolute poſt commiſſum peccatum, id namque intelligendum eſt ſeruatis ſeruandis, hoc eſt, præcedente aliqua citatione ad excommunicationem: quod ſi adhuc ſimpliciter intelligatur Caietan. prout iacet, eius litera loquitur contra ius, vt oſtendimus, & ita eum improbat Domin. à Sot. *vbi ſuprà*, ex præd. ſua ratione & aliis.

Quod ſi inſtes, Domin. à Sot. loquitur, quando fertur excommunicatio pro peccato præterito, commiſſo abſque vlla præuia monitione, non verò quoties fertur ſententia excommunicationis contra aliquem non citatum ob contumaciam non comparendo vel aliàs: Reſpondemus, idem eſſe in vtroque caſu; quandoquidem & in hoc militant eædem rationes, & contumax vel inobediens dici non valet, qui nunquam fuit citatus, & tunc præmaxime vrgent atque nullitatem ſententiæ excommunicationis inducunt rationes *ſuprà* à nobis conſideratæ.

Differentia † igitur eſt maxima inter excommuni- 19
cationem iniuſtam & nullam; Iniuſta ſiquidem excommunicatio ratione notabilis ordinis iuris omiſſi ligat in vtroque foro, ſecundum omnes, & timenda atque obſeruanda eſt, & idem in excommunicatione iniuſta ratione cauſæ; Hæc namque etiam timenda atque obſeruanda eſt licet non priuet communibus & generalibus ſuffragiis Eccleſiæ: Nulla vero ſententia excommunicationis, ſi id notorie conſtat, non eſt timenda quoad Deum, nec quoad Eccleſiam: imò excommunicatus nulliter denuntiatus publice, non tenetur ſe abſtinere à diuinis nec ab alia hominum communione legitima, modo nullitatis cauſa publicata fuerit per eum, vt latè cum aliis reſoluimus *ſuprà lib.* 1. *capit.* 4.
*numer.* 53. *cum ſequent.* Supradictus † autem noſtræ 20
quæſtionis caſus cum ſua deciſione erit vnus præcipuus, in quo ſententia excommunicationis erit nulla, addendus cæteris huiuſmodi, quorum quindecim refert ac longo ſermone proſequitur Angel. de Clauaſ. *in ſua ſumm. verb. excommunicatio*, 5. *per totum*, *itidemque* Syluest. *verb. excommunicatio*, 2. *per totum*, Armil. aurea *verb. excommunicatio*, 1. *numer.* 16. DD. *in*



*in cap. ſolet. & in cap. præſenti, de ſentent. excommunic. lib.* 6. Domin. à Sot. *in 4. diſtinct.* 22. *quæſt.* 1. *art.* 3. *nonnullæ*, Nauar. *in manual. Latin. cap.* 27. *num.* 4. & Cordub. *d. quæſt.* 43. *ſui quæſtionarij, lib.* 1. *col.* 2. Paul. Borgaſ. *de irregularitat.* 6. *p. q.* 1.

21 Sed inter † eos frequentius ſolet contingere ille, quando poſt appellationem legitimam fertur excommunicatio, tunc enim omnes fatentur excommunicationem eſſe nullam, per text. qui communiter in hoc ſolet allegari *in c. per tuas, verſ. nos igitur, de ſent. excom. vbi gl. verb. in aliis*, ad idem text. *in cap. dilecti, el.* 2. 52. *in ordine*, & ibi Abb. & Philip. Franc. *in* 1. *notab. de appell. text. in cap. ſolet, & in cap. licèt & in cap. venerabilibus §. ſed ex cauſa, de ſentent. excommunicationis, lib.* 6. tenet gloſſ. optima *in cap. paſtoralis, §. verum gloſſ. penult. de appellation.* & ibi Abb. & communiter doctor. intelligentes procedere, quando appellatio prædict. eſt probabilis, etiamſi quis dubitet an talis excommunicatio teneat, vel non, quia licèt ex futuro pendeat an teneat, interim tamen pro excommunicato non eſt habendus, & licite communicatur ei in omnibus Sacramentis: ſequitur Nicol. Plou. *in tract. de excommunicat. c. fin. n.* 3. Dec. *conſ.* 214. *n.* 5. *verſ. iiis enim non obſtantibus*, communem etiam tenet Angel. *conſ.* 188. & Paul. Pariſ. *conſ.* 28. *n* 16. *volum.* 4. *& in cap. Apoſtolicæ, n.* 30 *de except.* Petr. Duen. *regul.* 41. *n.* 8. Lancellot. *de attentatis*, 2 *p. c.* 12. *ampl.* 2. *n.* 9. & iterum ibi plures allegans *ampl.* 8. vbi ampliat, etiamſi ferantur cenſuræ poſt appellationē ab interloquutoria, & quod tanquam attentatæ ſunt reuocandæ, vt ſæpius tenuit ac iudicauit Rota: & iterum ibi ampliat. 17. *n* 5. *&* 15. *& limit.* 1. *n.* 47. *& n.* 90. *&* 91. vbi etiam illam ampliationem de appellatione ab interloquutoria tenet: Eandem communem ſententiam tenent ac profitentur omnes Summiſtæ Theologi *ſuprà* modo citati: ſicque hæc eſt communis & receptiſſima omnium ſententia, vt appellati legitima, interpoſita à comminatione cenſuræ excommunicationis futuræ & ſic à futuro grauamine, operetur nullitatem excommunicationis poſtea latæ: & ita in praxi ſemper vtimur, vt quoties iuſta grauamina obiicimus aduerſus præceptum iudicis Eccleſiaſtici, aliquid præcipientis ſub pœna excommunicationis &c. appellationem ſtatim interponimus in forma ab illo præcepto eiuſque pœnis tanquam ab illato, comminato, futuroque grauamine, &c. Quo facto, ſi poſtea huiuſmodi iudex, hoc nonobſtante, ſententiam excommunicationis proferat, & cauſa talis ſit, vt in ea habeat locum de iure appellatio, excommunicatio præd. poſt appellationem legitimam interpoſitam erit ac eſt nulla, iuxta omnia ſuprad. Conducit etiam text. *in c. præterea, de appel. iunctis his, quæ circa eius intellectum* tradidimus *ſuprà lib.* 1. *c.* 4. *n.* 19.
22 *cum ſeqq.* Quod procedit ſecund. Petr. Duen. *vbi ſuprà*, etiam in extraiudicialib. *vt in d. cap. dilecti, de appel.* vbi arreptio itineris ad Pap. ſuper cauſa, quæ coram ordinario vertebatur, habetur pro appellatione, ſi eam grauatus coram Papa proſequatur, quia plus eſt facto prouocare quam verbo: & operatur, quod excommunicatio poſtea lata ab illo ordinario non teneat nec valeat: ſequitur Dec. *in illo d. c. dilecti, num.* 10. & plures referens Lancel. 2. *p. de atten. cap.* 12.
23 *limit.* 13. *num.* 21. *&* 22. Secus tamen † erit ſi poſt latam excommunicationem appelletur, quia tunc appellatio non ſuſpendit excommunicationis effectum, ſed appellatione non obſtante, ſententia excommunicationis operatur effectum ſuum exſequutionis, quem ſecum habet, & poteſt iudex à quo, eum denuntiare & publicare excommunicatum, vt ab aliis euitetur, *c. paſtoralis, §. verum, de appel.* & ibi Abb. & communiter DD. Petrus Duen. alios allegans *vbi ſuprà*, & ponit regul. cum fallentiis Lancel. *de atten.* 2. *p. cap.* 12. *lim.* 21. *per tot.* Idem eſt in ſuſpenſione *vt in cap. si cui, de ſent. excomm. in* 16. Syluest. *in ſum. verb. ſuſpenſio, n.* 3. *& in verb. excommunicatio, num.* 2. & Armilla aurea, *verb. appellatio*, & hæc eſt prima limitatio. Limita-
tur † ſecundo communis ſupradicta ſententia, quan- 24
do prælatus procedit extraiudicialiter, vt pars ad conſeruationem iurium ſuorum, quia tunc ſententia excommunicationis lata etiam poſt appellationem tenet, ſecund. Abb. *in cap. venerabili, de cenſibus*, quem referunt & ſequuntur Angel. de Clau. *verb. excommunicatio*, 5. *num* 9. Quod procedit ſecund. ipſum, quando prælatus eſt in poſſeſſione, vel ſaltem non conſtat contrarium: ſecus quando conſtaret, eum non eſſe in poſſeſſione, nempe, quia conſtat monaſterium eſſe exemptum & Epiſcopum non eſſe in poſſeſſione ipſum viſitandi, tunc enim ſi excommunicaret poſt appellationem non teneret. Sequitur Marc. Ant. Cucc. *de inſtit. maior. lib.* 4. *tit.* 8. *de viſitat. n.* 23. *cum ſeqq.*

Ex † quibus primo infertur; Quod ſi clericus poſt 25
legitimam appellationem à ſe interpoſitam, de qua confidit, de facto excommunicetur, cum de iure non ſit excommunicatus, ſi interim celebret, non erit irregularis, text. expreſſus *in cap. ad præſentiam*, 16. *in ord. & in c. dilectis filiis* 55. *in fi. de appel.* vbi loquitur, facta etiam denuntiatione excommunicati poſt appellationem legitimam, quia nihilominus iudicantur inculpabiles canonici Senon. qui ſaniori ducti conſilio communicauerunt eidem, vt appellationi ad Papam interpoſitæ magis, quam denuntiationi ab Archiepiſcopo deferrent: idem probat text. *in c. ſolet: de ſentent. excom. lib.* 6. *in fin.* ibi. *Extra iudicium vero, in officiis, poſtulationibus, & electionibus ac aliis legitimis actibus nihilominus admittatur*, & ibi gl. *verb. in officiis*, inquit: *Vnde ex quo de appellatione confidit, ſecure celebrat vt prius, vt in d. cap. ad præſentiam, & in d. cap. dilectis filiis*, & ibi gl. communiter approbata per doctor. ſecund. Nauar. *in cap. cum contingat de reſcript pag.* 161. ſequitur hanc ſententiam Abb. *in cap. paſtoralis, §. verum, num.* 15. *de appel.* & ibi Philip. Franc. & Præpoſit. *ſuper gl. penul.* Pariſ. *conſ* 28 *n.* 30. *lib.* 4. & Lancel. *vbi ſupra, d. cap.* 12. *num* 88 Excommunicatus enim poſt legitimam appellationem non eſt excommunicatus, Franc. *in d. cap. paſtoralis, §. ve-*
*rum, num.* 6. Lancel. *d. cap* 12. *ampl.* 8. *num.* 7. Hoc 26
† tamen verum intelligit Syluest. *in ſua ſum. verb. excommunicatio*, 10. *num.* 3. vbi appellans legitime, qui poſt ſuam appellationem fuit excommunicatus, eam proſequitur intra tempus à iure vel à iudice ſtatutum, ſecus verò aliàs, hoc eſt, lapſo præd. termino, quia tunc iſte eſt verè excommunicatus, & celebrando efficitur irregularis ea ratione, quia lapſo iſto termino Eccleſia concedit illum poſſe denuntiari ac eſſe vitandum in omnibus, vt ex text. *in c. licet, de ſentent. excommun. lib.* 6. Ergo, &c. ita Syluest. *vbi ſuprà.* Et quidem quoad primum, hoc eſt, intra tempus ſtatutum, ad proſequendam ſuam appellationem, huiuſmodi excommunicatum poſt ſuam legitimam appellationem celebrare ſecure poſſe, indubium eſt per ſuprad. iura & communem omnium doctorum ſententiam. Quoad
† ſecundum autem, nempe, quando huiuſmodi ex- 27
communicatus poſt appellationem celebrat lapſo tempore dato ad proſequendam appellationem, quod ſit irregularis, opinio hæc Syluest. dubia eſt, & ita ipſemet loquitur per verb. *ſed forte dici poſſit. text namque in d. c. licet, de ſenten. excom. lib* 6. illud non videtur probare, inquit enim; *Licet excommunicationis ſententia poſt appellationem legitimam promulgata, per negligentiam appellantis appellationem ſuam minimè proſequentis non ratificetur, nec etiam conualeſcat: excommuni-*

*catus*

*catus tamen nominatim vel ſpecialiter & expreſſe. qui poſt appellationem legitimam excommunicationis ſententiam aſſerit in ſe latam, ſi appellationem eandem intra tempus ad ipſam proſequendam ab homine vel à iure ſtatutum non fuerit (vt debuit) proſequutus, lapſo eodem tempore excommunicatus publicè nunciari, & nedum in iudicialibus ſed etiam in extraiudicialibus euitari ac à legitimis actibus remoueri debebit, quouſque quod poſt appellationem legitimam excommunicatus fuerit, vel alias de ipſius ſententiæ docuerit iniquitate.* Qui text. minimè poſt lapſum tempus, datum ad proſequendam appellationem, prohibet excommunicato celebrare, ſed ſtatuit, quod poſſit denuntiari publicè, & quod poſt denuntiationem eſt euitandus in iudicialib. & extraiudicialibus, & ex legitimis actib. remouendus. Igitur ſi celebrat poſt lapſum d. tempus ante publicatam denuntiationem, non efficitur irregularis; Quandoquidem id text. non prohibet, quinimo eſt ſibi permiſſum ex aliis iurib. *ſupra* adductis, id indiſtinctè concedentib. Quandoquidem excommunicatio lata poſt appellationem legitimam fuit nulla, vt in propoſito, & illa per negligentiam appellantis appellationem ſuam minimè proſequentis non ratificatur nec conualeſcit, *vt in d.c. licet, in princ.* tradit Milis *in ſuo repert. verb. excommunicatio facta*, & Lanc. *de atten. 2. p. c. 12. ampl. 1. n. 6.* vbi per totam illam ampliationem idem probat regulariter in aliis extra excommunicationem, vt per deſertionem appellationis non cenſeatur quis renuntiare iuri attentatorum ſibi quæſito contra attentata poſt ipſam appellationem, idque ampliat & limitat pluribus modis. Vnde ſi in hac ſpecie præd. excommunicatio lata poſt legitimam appellationem per negligentiam appellantis ſuam appellationem non proſequentis non ratificatur nec conualeſcit, non eſt excommunicatus huiuſmodi appellans, quicquid dicat Syluеſt. *vbi ſupra* cuius in hoc opinio vera quidem minimè eſt, nec mens ipſius fuit loqui hoc in caſu, ſed quando lapſo dicto tempore proſequendi appellationem, & poſt denuntiationem celebrat: vt conſtat ex DD. quos in contrarium citat, quamuis litera Syluеſt. hunc quoque caſum comprehendat.

28 Quod † autem maiorem habet dubitationem, eſt *An eo caſu, quo excommunicatus nominatim poſt ſuam legitimam appellationem lapſo termino ad proſequendam eam ab homine vel à iure ſtatuto, & ob id publicè denuntiatus, celebrat, ſit irregularis cenſendus, nec ne?* in hac ſpecie quod ſit irregularis hic celebrans, patet ex eod. text. ibi; *Excommunicatus publicè nuntiari, & nedum in iudicialibus, ſed etiam in extraiudicialibus euitari, ac à legitimis actibus remoueri debebit, quouſque, &c.* Ergo debet reputari pro excommunicato poſt talem denunciationẽ, donec ſententialiter fuerit declaratum, appellationem ante excommunicationem fuiſſe interpoſitam, vel aliàs ſententiam eſſe nullam, vt dicunt ac eo text. deducunt Ang. de Clau. *in ſum. verb appellatio, n. 4.* & Armil. aur. *in eod. verb. n. 6.* Si ergo reputatur pro excommunicato, celebrando efficietur irregularis. Secundò, quoniam ſi hic excommunicatus vitandus eſt, vt præcipit text. *in d. c. licèt*, à fortiori ipſe ſe non debet ingerere diuinis; Denuntiatio etenim publica ideo fit, vt ab aliis videtur, qui ante excommunicatus eſt: Fortiori igitur ratione ipſe vitare ſe debet à communicatione, ſaltem in diuinis, argum. Conc. Conſtan. de quo latè egimus *ſuprà lib. 1. c. 1. per tot.* & ita hanc partem, quamuis ſub dubio, amplexus eſt Syluеſt. *vbi ſuprà, de verb. excommunicatio. 10. n. 3. verſ. ſed forte dici poſſit*, qui hoc caſu loqui intelligendus eſt ex cauſis, quas pro contraria parte retulerat, ipſi namque ab eo relati in eo manifeſto loquuntur.

Nihilominus contraria etiam in hac ſpecie ſententia verior eſt, imò quod huiuſmodi excommunicatus, celebrans poſt lapſum temporis dati à iudice, vel à iure ad proſequendam ſuam appellationem, & etiam iam ideo publicè denuntiatus, non ſit irregularis: quod probatur ex eodem text. *in d. c. licèt.* Quamuis enim iubeat eum propter alios euitari, non tamen iubetur per hoc, quod ipſe ſe gerat pro excommunicato. Idem videmus *in d. c. ad præſentiam, & in d. c. dilectis filiis, de appellat.* vbi excommunicatus † poſt legitimam appellationem, & publicè pro tali denuntiatus, non prohibetur ſe ingeri diuinis nec ab aliis vitari, imò conſultius ibi fecerunt canonici eidem communicando, & ſic appellationi deferendo, quam feciſſent, ſi denuntiationem obſeruaſſent: Igitur vbi excommunicatio nulla eſt, eſt denuntiatio ipſius nihil facit. 29 Quod ſi inſtes, in caſu *text. in c. ad præſentiam, & d. c. dilectis filiis*, non erat lapſum tempus proſequendi appellationem, quandoquidem de hoc ibi non fit mentio, nec dubitatur, vnde præſumere debemus, adhuc durare præd. tempus appellationem proſequendi, quia cum de vno quæritur, cætera præſupponuntur habilia. At verò in noſtra ſpecie, & in caſu *d. c. licèt*, erat elapſum tempus proſequendi appellationem, vt ex eo apertè conſtat: Reſpondebimus, hoc ipſum non ratificare excommunicationem præd. nullam, nec eam ob id conualeſcere, vt expreſſe docet text. ille in prin. & ſic excommunicatio † lata poſt appellationem legitimam, minimè habet effectum, nec vires aſſumit, licèt poſtea appellatio fuerit deſerta vel eidem fuerit renuntiatum, vt poſt alios per dict. text. probauit D. Conar. *in d. cap. alma mater, 1. part. §. 10. n. 6. verſ. in hac autem*, ibi, *ex quibus apparet*, inferens ex eo, nunquam in his cenſuris admittendam † fore iuris ciuilis fictionem, vt retrotrahantur, & nos *ſup. lib. 1. c. 4. n. 23. & 24* & probat plures allegans Lancel. *de attentat. 2. p. c. 12. limit. 21. n. 33.* Illud tamen de renuntiatione appellationis intelligendum eſt de tacita renuntiatione, quæ ob lapſum termini inducitur, vt prædiximus, vel etiam ex illa tacita renunciatione, quæ reſultat ex comparitione coram iudice à quo, quia non ex hoc cenſebitur appellationi renunciaſſe, ſed quicquid facit, puta ſi petat prorogari terminum, cenſetur facere metu cenſurarum, vt probat Lancellot. *de attent. 2. part. cap. 12. ampliation. 2. num. 11.* ſecus in expreſſa renunciatione, ſecundum eundem *ibi num. 9.* Si ergo ex deſertione appellationis non ratificatur nec conualeſcit excommunicatio nulla, quia lata fuit poſt legitimam appellationem: Ergo irregularitas non contrahitur ex celebratione poſt dictum tempus elapſum, & denuntiatione publicè facta, quia vbi excommunicatio non valet, non contrahitur irregularitas ex celebratione: Quod ſi iterum ſciſciteris, quorſum nuntiari publicè debet huiuſmodi excommunicatus, & euitari in iudicialibus & extraiudicialibus, ac à legitimis actibus remoueri, ſi non eſt excommunicatus: Reſpondeo, † hoc ideo, meo iudicio deciſum ac prouiſum fuiſſe ab illo textu propter honorem ſcilicet & auctoritatem Eccleſiæ ac iudicis, qui eius nomine prædictam excommunicationem, quamuis nulliter, protulit, ne ita omnino paruit pendatur, vt etiamſi appellatio maneat deſerta, de eius excommunicatione omnino non curetur: Quare iure optimo ſtatuitur *ibi*, vt poſt lapſum tempus ſtatutum ad appellationem proſequendam, publicè nuntietur huiuſmodi excommunicatus, atque ab omnibus euitetur, donec ſententialiter fuerit declaratum, appellationem ante excommunicationem legitimè fuiſſe interpoſitam, vel aliter de nullitate ſententiæ doceatur, vt quamuis ipſe non ſit ligatus excommunicatione prædicta, ex eo, quod fuerit prolata poſt ſuam legitimam appellationem, attamen tædio affe-



ctus, eo, quod videat ſe ab aliis in omnibus actibus euitari, adhuc proſequatur ſuam appellationem, vt ſententialiter declaretur, quod eſt prædictum, & ſic tollatur ſcandalum, quod oriri poterat ex non obſeruatione excommunicationis, quamuis nullæ, vel mandatis Eccleſiæ obediat, non tamen inde ſequitur, ipſum eſſe interim excommunicatum cum reuera excommunicatio non tenuerit, eo, quod fuerit lata poſt legitimã appellationem, nec ratificata fuerit aut conualuerit per negligentiam appellantis appellationem ſuam minimè proſeq; ntis, vt expreſſe cauetur *in d. c. licèt, in princ.* qui hoc modo intellectus, optimè conuenit cum ſecunda parte ipſius, vbi agitur de denuntiatione & euitatione. Nec obſtat illa ratio, quam de Concilio Conſtantienſi *ſuprà* adduximus in contrarium: loquitur namque Concilium Conſtantienſ. de excommunicatione valida, non vero de nulla, vt ex ipſo conſtat, & ita merito hanc ſententiam in terminis noſtræ quæſtionis, licèt non per prædicta, tenent Archidiaconus *num. 3.* & Dominic. *num. 6* loquentes per deſertionem appellationis, *in dict. capit. licet*, & Angel. *vbi ſuprà, dict. verb. appellatio, num. 5.* & Armilla aurea *eodem verb. num. 7.* & ſumma Roſella. Vltimo non oberit, quod cum huiuſmodi excommunicatus tandem vitandus ſit, non poterit nec permittetur celebrare, quinimo celebrans punietur, quia reſpondemus, hoc ad factum potius pertinere quam ad ius, poterit namque ſecreto celebrare, vel vbi non fuerit nuntiatus, ſedato prius ſcandalo, vbi illud fuerit, publicando cauſam nullitatis, vt prædiximus *dict. lib. 1. cap. 4. num. 31.*

33 Obſeruandum † tamen erit, ſupradicta omnia procedere, quoties ſic excommunicatus poſt appellationem ſuam, eam iuſtam eſſe credebat, vt tenuit gloſſ. præallegata *in dict. cap. ſolet*, communiter approbata, vt prædiximus: ſecus verò erit, ſi excommunicatus crederet, ſe eſſe iuſte excommunicatum, quia tunc celebrando efficietur irregularis, vt colligitur ex Abb. *in dict. cap. paſtoralis, §. verum num. 15. de appel.* & *ibidem* Philippus Franc. *ſup. gloſſ. penult.* ibi, *ſi fuit in probabili ignorantia*, & ibi etiam Præpoſit.

## SVMMARIVM.

1 *Literæ commendatitiæ ſeu dimiſſoriæ (quas reuerendas vocant ad ordines ſuſcipiendos) an morte concedentis re integra exſpirent? & num. ſeqq. & conſilium tunc temporis pro ordinatoribus, num. 12.*

2 *Mandatum ſeu voluntas alicuius morte mandantis finitur: & quomodo intelligatur, num. 11.*

3 *Exſequutor ſuper gratia datus à Papa, mortuo Papa etiam re integra gratiam exſequitur.*

4 *Gratia per verbum fiat conceſſa, morte concedentis non exſpirat, ſed Princeps eius ſucceſſor debet facere eam expedire: Gratiam verò, quæ ad aliquid faciendum conceditur, morte concedentis litteris non expeditis exſpirat.*

5 *Literæ priuationis in forma iuris cum prouiſione alteri facienda, & literæ in forma dignum & vnionem, & mandatum de prouidendo eſt gratia facta & non fienda, & ideo non expirat re integra morte concedentis: idem in litteris penſionis conſtituendæ in partibus.*

6 *Indulgentiæ & remiſſiones conceſſæ à Prælato, durant in perpetuum, dummodo habeant actum ſucceſſiuum.*

7 *Licentia ab Epiſcopi conceſſa eundi ad ſtudium, morte Epiſcopi re integra non exſpirat.*

8 *Diſpenſatio, quæ dicitur gratia, morte concedentis re integra non exſpirat.*

9 *Geſta à capitulo ſede vacante, ſi rectè geſta ſunt, valent & durant.*

10 *Poterit tamen Epiſcopus reuocare, quæ nondum ſortita fuerunt effectum.*

13 *Capitulum Eccleſiaſticum, ſede Epiſcopali vacante, an & quando has reuerendas dare poſſit.*

14 *Prouiſor, Vicarius & Officialis generalis Epiſcopi, an abſque ſpeciali eiuſdem mandato poſſit has reuerendas concedere? & num. ſequentibus. & num. 21. pars negatiua probatur, niſi habeat ad hoc ſpeciale mandatum: ſicut nec Vicarius capituli ſede vacante, nec Archidiaconus, vt in num. 22. & 23. limitatur, numeris ſequentibus.*

15 *Vicarius generalis alicuius, ſeu vices gerens omnia poteſt, quæ ipſe cuius vices, gerit.*

16 *Offendens Vicarium Epiſcopi, ipſum Epiſcopum offendere videtur.*

*Epiſcopi & eius Vicarij vnum & idem conſiſtorium & tribunal, num. 16.*

17 *Vicarius generalis Epiſcopi & Ordinarius.*

18 *Ad Ordinarium ſpectant omnia, quæ ſunt de lege diœceſana & iuriſdictionis.*

19 *Sub lege diœceſana, & iuriſdictionis conſiſtit totum ius & poteſtas Epiſcoporum.*

20 *Collatio ſacrorum ordinum & ſimilia, an ſint de lege diœceſana, vel iuriſdictionis.*

24 *Prouiſor, Vicarius & Officialis generalis Epiſcopi in remotis agentis, poteſt has reuerendas dare, & quando dicatur in remotis agere, & ſic quis locus dicatur remotus, relinquitur arbitrio iudicis, vt in num. 25.*

26 *Poteſt etiam eas concedere Vicarius generalis prædict. quando in mandato haberet ſpecificata aliqua maiora, quam ſit huiuſmodi licentiam concedere.*

27 *Poteſt etiam eas concedere, quando ſucceſſiſſet aliquib. Vicariis eam facultatem habere, & licentias huiuſmodi concedere ſolitis.*

28 *Vicarius Generalis Papæ eas concedere poteſt in exemplis, de quibus hic remiſſiue.*

29 *Viſitator, hoc eſt, adminiſtrator à Papa Eccleſiæ Cathedralii conſtitutus, poteſt has reuerendas concedere.*

30 *Credendum eſt literis Ordinum, in quibus aſſeritur de licentia ſui Ordinarij ordines collatos fuiſſe.*

31 *Delegato non creditur, niſi oſtendat mandatum & reſcriptum ſuæ commiſſionis, in his, quæ ſunt in præiudicium alterius, in his vero quæ in nullius præiudicium ſunt veluti in facultate conceſſa ad abſoluendum, diſpenſandum, concedendum indulgentias, & ſimil. benè creditur.*

## CAPVT XVII.

*De litteris commendatitiis (quas reuerendas vocant) an exſpirent re integra morte concedentis, an Vicarius generalis Epiſcopi eas concedere valeat?*

SÆpiſſimè dubitari † contingit; *An licentia ad ſacros vel minores ordines recipiendos, hoc eſt, literæ dimiſſoriæ ſeu commendatitiæ, quas reuerendas vocant, exſpirent re integra morte eas concedentis*, necne? 1

Et primo † videtur eas exſtingui: quia mandatum ſeu voluntas alicuius morte mandantis finitur, *l. mandatum, C. mandat. c. ſi gratioſe, de reſcript. lib. 6. cum ſimil. l. 4. ff. locat.* latè Couar. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 15. per totum*, & Menoch. *lib. 1. de arbitr. iudic. q. 69. num. 4. cum ſequentibus.* Sed iſtud eſt mandatum, facultas & voluntas concedentis: Ergo morte ipſius exſtinguitur, quia poſt mortem non dicitur quis voluntatem habere cum 2

ea

ea morte ſit finita mors enim omnia ſoluit, *vt in auth. de nuptiis, §. deinceps collat. 4. cum ſimilibus.*

Secundò, quod ſi prædictæ literæ poſt mortem concedentis valerent, & virtute earum quis poſſet ordinari, iniuria inferri videretur nouo Epiſcopo, ſi hoc fieret ſine voluntate eius, *vt in c. cum nullus, & in c. vltimo, de temporibus ordinand. lib. 6.* poſſet enim eas capitulum, ſede vacante, ex gratia omnib. concedere, etiam inhabilibus, quod eſſet graue Epiſcopo, hos inutiles poſtea permittere in ſuo Epiſcopatu celebrare.

His tamen non obſtantibus, tenenda eſt intrepide contraria ſententia, imò quod gratia iſta (hoc eſt, literæ commendatitiæ ad recipiendos ordines) poſt mortem Epiſcopi non exſpiret, quando ab eo eſt iure conceſſa, nec etiamſi conceſſa ſit à capitulo Eccleſiaſtico, ſede Epiſcopali vel Archiepiſcopali vacante (in caſibus in quibus id poteſt capitulum *infra* dicendis) exſpirauit finita capituli poteſtate: quod probatur, quia cum hæc ſit gratia, non exſpirat morte mandantis, etiam re integra. Quinimò † exſequutor ſuper gratia facta datus à Papa, mortuo Papa, etiam re integra gratiam exſequitur, *text. in cap. ſi ſuper gratia,* & ibi Doctor. *de officio delegat. in 6.*

4 Eſt tamen † differentia maxima in propoſito inter gratiam per verbum *fiat* conceſſam, & eam, quæ ad aliquid faciendum conceditur: illa enim non exſpirat morte concedentis, ſed Princeps eius ſucceſſor debet facere eam expedire, vt tenet Archidiac. *in proœm. libr. 6. decret. num. 2.* vbi Ioan. Andreas, Domin. Franc. & communiter ſcrib. adnotant, & Rip. alios referens *in rubric. num. 50. de conſtit.* inquiens, hinc ortam fuiſſe illam formam expediendi per ſucceſſores gratias à prædeceſſore conceſſas, ſcilicet, *rationi congruit &c.* hæc verò, id eſt, ad aliquid ſciendum conceſſa, morte concedentis, literis non expeditis, exſpirat, vt opinatur Baldus *in l. falſus, n. 21. C. de furt. & in l. fin. col. 1. ff. de conſtit. princip.* Archid. & Rip. *vbi ſupra* quos refert & ſequitur D. Molin. *de Hiſpan. primogen. lib. 2.*
5 *c. 7. num. 63. & 64.* Nihilominus tamen † in literis priuationis in forma iuris cum prouiſione alteri facienda, & in literis in forma dignum & vnionem, & in mandato de prouidendo, eſt gratia facta, & non fienda, cum ex ea ſit ius quæſitum alteri in re vel ad rem, vel ſaltem ius implorandi officium iudicis ſeu exſequutoris: ita Hieron. Paul. *in pract. Cancell. Apoſtolic. pag. 188. cum ſequent.* vbi idem reſoluit in gratiis per literas Apoſtolicas conceſſis, quibus committitur conſtitutio & aſſignatio penſionis in partibus, vt non exſpirent morte Papæ illas concedentis re integra, quia vbi alicui cuiuis tertio eſt ius quæſitum in re vel ad rem, aut ſaltem iudicis officiis imploratio per literas Apoſtolicas gratioſas ſiue gratiæ ſint puræ, ſiue conditionales, huiuſmodi gratiæ non exſtinguuntur per obitum concedentis; nec exſequutorum iuriſdictio ſeu poteſtas finitur per notat. *in c. ſicut nulla, de præb. & in d. c. ſuper gratia:* Ergo à fortiori, gratia Epiſcopi ad recipiendos ordines, cum ſit iam facta ſubdito, non exſpirabit morte Epiſcopi eam concedentis, re integra, per ſuprad.

6 Sic etiam † indulgentiæ & remiſſiones conceſſæ à Prælato, durant in perpetuum, dummodo habeant actum ſucceſſiuum iuxta gloſſ. *in c. fin. de officio legati gloſſ. 1. & ibi* item de remiſſionibus, & *ibi* Abb. *col. pen. verſ. nunc venio,* vbi dicit, gloſſ. illam communiter approbatam & multum notandam ad hoc: & Rol. à Valle alios allegans *conſ. 38. num. 1. & 2. lib. 3.*

7 Licentia † itidem data ab Epiſcopo veniendi, ſeu eundi ad ſtudium, per mortem ipſius non expirat, nec eam ſine cauſa reuocare poteſt, iuxta gl. *in c. cum ex eo, de electione in 6.* ſequitur plures allegans Roland. à Valle *vbi ſupra, n. 3.* vbi quod nec etiam ſucceſſor Epiſcopi poterit illam reuocare.

Sicut † etiam diſpenſatio, quæ dicitur gratia, non 8
expirat morte concedentis, ſecundum Archid. & Ioan. Andr. & Philipp. Franc. *in c. licèt canon, §. is etiam, col. 1. verſic. tertio nota, de electíon.* Geminian. *ibi,* idem *in §. ſuper reſidentia, verſicul. quæro, an ſi fiat,* Roland. à Valle *vbi ſupra, num 4.*

Idem † in ſimili gratia conceſſa à capitulo ſede va- 9
cante: quia geſta à capitulo, ſede vacante, valida ſunt & durant, ſi rectè geſta ſunt, ſecund. Federicum de Senis *conſ. 16. capitulum, &c.* Anch. *in c. 1. in fine, ne ſede vacante, &c.* Imol. *in c. 2. in fine, eod. tit.*

Et in terminis hanc ſecundam partem tenet Cardinal. *in Clementina final. n. 9 de elect.* receptus, ſecundum Nauarr. *in ſua apolog. de reddit Eccleſ. quæſt. 3. monito 8. num. 1. pag. 572.* & eundem *in cap. placuit, num. 163. de pœnitentia diſtin. 6.* ſequitur Petrus Rebuffus *in ſua praxi benef. in titul. de formul. dimiſſoriarum, num. 39. & 41.* & Didacus Perez *in l. 6. tit. 12. lib. 2. ordinam. colum. 1213. in verſic. item etiam,* vbi alios allegat, & nos quoque in noſtro *libro 2. pract. qq. q. 75. num. 5.* vbi per totam illam quæſtionem plura alia in fauorem huius opinionis retulimus, & Roland. à Valle *dict. conſil. 39. num. 5. lib. 3.*

Poterit tamen † Epiſcopus reuocare ea, quæ non- 10
dum ſortita fuerint effectum, *argum. text. in c. ſi qua de rebus, 12. q. 2.* Panorm. *in c. cum olim, verſic. 7. de maiorit. & obedient.* quod ſi non reuocauerit, poteſtas data remanebit ſecundum Rebuff. *vbi ſuprà, n. 44.* dicentem hoc eſſe valde notandum.

Non obſtat † primum fundamentum *ſuprà* in con- 11
trarium adductum, quia loquitur & procedit in mandato, ſeu gratia ad beneplacitum, vel voluntatem concedentis factis, vnde merito, quod forte mandantis ſeu concedentis re integra expiret; quod voluntas non durat poſt mortem, vt in dictis iuribus: An in noſtra quæſtione non ſumus in his terminis ſed in pura & mera gratia ſimpliciter, abſque mentione beplaciti ſeu voluntatis concedentis facta, & ideo non expiret morte concedentis re integra, vt probauimus.

Ad ſecundum † reſpondemus, non eſſe contrarium 12
noſtræ ſententiæ, licèt enim id contingere poſſit, ſibi imputet capitulum id perperam faciens: nihilominus valida eſt, nec reuocatur dicta gratia finita capituli poteſtate, niſi nouus Epiſcopus eam reuocauerit antequam exſequatur: quod ſi aliqui inhabiles ſint ordinati per literas huiuſmodi capituli, id per accidens erit, & Epiſcopus ſuperueniens poterit remedium huic rei conueniens adhibere, ſuſpendendo eos ad tempus, donec habiles fiant, ſi defectus ſcientiæ adſit, vel aliter opportune prouidendo pro rei exigentia. Conſulo tamen ordinatoribus, quibus præfatæ literæ dimiſſoriæ ad ordines diriguntur latæ ab Epiſcopo iam mortuo vel promoto, vel à capitulo, ſede vacante, vt ſi tempore præſentationis coram ſe earundem, ſciuerint nouum prælatum atque ſucceſſorem poſſeſſionem eiuſdem Epiſcopatus cepiſſe, illas non admittant, niſi reualidatæ fuerint, vel ſimiles nouæ literæ noui Epiſcopi eiuſque Officialis generalis ad id mandatum ſpeciale habentis, productæ fuerint, propter præſumptionem fraudis, quæ inde accipi poteſt, & quia faciliter contingere poteſt, quod priores ſint reuocatæ à nouo ſucceſſore, quod ſubticet ordinandus, vt iam ſemel ſcio contigiſſe: quod ſi Epiſcopus, cui directæ ſunt prædictæ literæ, neſciat nouum ſucceſſorem adeſſe in ſuo Epiſcopatu, per ſe vel ſuos officiales, tunc proculdubio eaſdem literas acceptare poterit,

ac



ac virtute ipſarum ordines in eiſdem contentos commendati conferre.

13 Capitulum † autem Eccleſiaſticum ſede vacante, quamuis iure communi attento ſeu is, ad quem tunc temporis adminiſtratio ſpiritualium noſcitur pertinere, dare poſſit licentiam ordinandi ſuis ſubditis, vt *in cap. cum nullus, verſic. Epiſcop.* ibi: *Vel ſede vacante capitulum, de tempor. ordin. lib. 6.* hodie tamen attento Concilio Trident. id facere minimè poteſt capitulum infra annum vacationis ſedis, niſi ei, qui beneficij Eccleſiaſtici recepti, ſiue recipiendi occaſione arctatus fuerit ſub certis quibuſdam pœnis: poſt annum vero prædict. licentiam impune concedere poteſt, ſeruatis ſeruandis, vt *in cap. 10. de reformat ſeſſ. 7. & in cap. 10. ſeſſ. 23. Concil. Trident.*

14 Supereſt † modo vt videamus; *An Vicarius & Officialis generalis, & ſic Prouiſor Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, poſſit has literas commendatitias & dimiſſorias ad ordines conferendos ſuis ſubditis concedere virtute generalis mandati, quod habet à ſuo Epiſcopo vel Archiepiſcopo, etiamſi eidem ſpecialis facultas ad id non ſit conceſſa*
15 *in eo?* Et videtur poſſe. Primo, nam † Vicarius Generalis, ſeu vices alicuius gerens omnia poteſt, quæ is, cuius vices gerit, text. *in l. 1. §. hi quibus, verſiculo à præfato vero prætorio, vel eo, qui vice præfecti eſt, &c. ff. de legatis 3. & in l. 2.* ibi: *Et omnia, quæ ad iuriſdictionem rectoris prouinciæ pertinent, &c. C. de offic. eius qui vic. alicuius iud. obtinet, & per gloſſ. in cap. ſua nobis, verſic. Vicarij, in princ. de offic. Vicarij,* Bertach. *in tract. de Epiſcopo, in 7. p. 4. lib. num. 3. verſ. 5. quæro an Vicarius Epiſcopi dicatur habere eandem iuriſdictionem, &c. volum. 2. in tractat.* diuerſorum Doctorum Corneus *conſil. 181. viſis nonnullis, num. 19. volum. 2.* Hieron. Gratus *reſponſ. 2. num. 88. lib. 1.* Quintilianus Mandoſius *in regul. Cancell. 24. de male pro-*
16 *mot. quæſt. 6. num. 5.* vbi *num. 4.* ex aliis refert, † quod offendens Vicarium Epiſcopi, ipſum Epiſcopum offendit. Secundò, quia Epiſcopi & Vicarij vnum & idem eſt conſiſtorium & tribunal, vt *in cap. Romana, in princip. de appellation. lib. 6. cap. 2. de conſuet. eod. lib.* Igitur ſicut Epiſcopus has literas concedere poteſt, vt *in d. cap. cum nullus, de tempor. ordin. lib. 6.* Ita & Vicarius generalis videtur quod eas concedere poſſit, cum habeat ſuas vices generaliter ad omnia, quæ ipſe Epiſcopus poteſt, eademque perſona cum ipſo cenſeatur.

17 Tertiò, † quia Vicarius generalis Epiſcopi eſt ordinarius, vt *in cap. Romana, in princip. cum gloſſ. 1. ibi:* Specul. *ſub tit. de offic. ordin. in §. 1. num. 2. verſ. item ordinarius eſt is, gloſſ. in cap. 2. verb. officialem, de officio Vicarij, lib. 6. gloſſ. in cap. perlectis, in verbo, & iurgia, 25. diſtinct.* Felin *in rubrica de officio delegati, colum. 3. verſic. Vicarius etiam,* dicit communem Abb. *in cap. quoniam Abbas, de offic. deleg. num. 10.* Quintil.
18 Mandoſ. *vbi ſuprà, num. 6.* ſed † ad ordinarium ſpectant omnia, quæ ſunt de lege diœceſana & iuriſdictionis, ſecundum Specul. *in tit. de officio ordin. §. offi-*
19 *cium ordinarij, in fin.* Sed † ſub lege diœceſana & iuriſdictionis conſiſtit totum ius & poteſtas Epiſcoporum, *cap. conquerente, & cap. cum gloſſ. magna, in princip. & per totum,* & *ibi* Abb. & alij, *de offic. ordin. cap. auditis, cum gloſſ. 1. de preſcript. & in cap. auditis,* & *ibi* Abb. *in 1. notabili, de reſtit. in integ.* Innoc. *in cap. 1. de ſtatu Monach.* Bald. *conſ. 478. præmittendum eſt, n. 4.*
20 *verſ. Epiſcopus autem, volum. 4.* Ergo † ſiue dicamus, collationem ſacrorum ordinum & alia ſimilia eſſe de lege iuriſdictionis, prout voluit Innoc. *in d. cap. 1. num. 3.* ſiue de lege diœceſana, iuxta ea, quæ adducit Abb. *in cap. dilectus, col. pen verſ. ad vnum tandem aduerte,* vtcumque ſit, ordinarius omnia iſta poterit, ſecundum Spec. & Mandoſ. *vbi ſuprà, num. 5.* Igitur & Vicarius generalis, cum ſit ordinarius poterit ea, quæ ſunt legis diœceſanæ & iuriſdictionis, & conſequenter concedere licentiam, de quibus agimus.

His tamen non obſtantibus, contraria ſententia 21
proculdubio eſt tenenda regulariter, imo quod prouiſor ſeu vicarius generalis Epiſcopi vel Archiepiſcopi, has literas dimiſſorias ſeu reuerendas concedere minimè poſſit, præterquam ſi ſpeciale mandatum ad hoc habeat, ex text. in hoc expreſſo *in d. cap. cum nullus, verſ. Epiſcopo, de temp. ord. in 6. per lacum ab ſpeciali,* & clarius *in §. inferiores,* ibi: *Vel officiales Epiſcopi* (cum ad hoc ſe ipſius officium non extendat) huiuſmodi nequeunt licentiam impartiri: & in terminis ita tenet gloſſ. *in cap. 2. in verb. officialem, ante finem, in verſ. nec etiam de ſpiritualib.* vnde literas commendatitias ad ordines dare non poſſunt, &c. *de officio Vicarij, lib. 6.* Domin. *in d. §. Epiſcopo, verſ. ſed hodie talibus Vicariis, &c.* & *ibi* Philip. Franc. *in 4. notab.* Hoſt. & Bellarm. *in c. ſignificaſti, de offic.* Archid. Rebuff. *in praxi benef. in form. Vicar. Archiep. & aliorum collator. n. 47.* & Quintil. Mandoſ. *vbi ſupra, n. 9. & 10.* qui *num. 15.* reſpondet fundamentis in contrarium adductis.

Sic etiam † nec Vicarius generalis capituli ſede va- 22
cante, poteſt tales literas concedere, niſi ei ſpecialiter concederetur, ſecundum Ioan. Pauin. *in tract. de offic. & poteſt. cap. ſede vacante, quæſt. 9. ſecunda partis princip. num. 17. verſicul. & adde,* ibi: *Et ideo non poſſet dare literas commendatitias ad ordines, niſi ſpecialiter concederetur, &c. volum. 15. tractatu diuerſorum DD.* quem refert & ſequitur Mandoſ. *vbi ſuprà, n. 10.* ſicut
nec † Archidiaconus, quia quamuis ſit Vicarius gene- 23
ralis Epiſcopi, vt *in cap. 1. & in cap. ad hæc, verſic. ſecundum verò, de officio Archidiac.* Decius *conſ. 420 verſic. quæritur an Archidiaconum, num. 1. & conſ. 664. viſo eleganti, num. 3.* Nihilominus has literas commendatitias ad ordines concedere non poteſt, vt *in cap. ſignificaſti, de offic. Archid.* & remota conſuetudine id probat gloſſ. *in cap. Epiſcopum, ante finem, 9. q. 2.* & Mandoſ. *vbi ſuprà, num. 9.*

Hæc tamen † tenenda ſententia limitatur. Primò, 24
vt non procedat Epiſcopo in remotis agente, tunc enim ipſius in ſpiritualibus Vicarius generalis dare poteſt licentiam ordinandi, vt decidit expreſsè text. *in d. cap. cum nullus, §. Epiſcopo,* & *ibi* notat Philip. Franc. *in 4. notabili,* tenet Rebuff. *vbi ſuprà, num. 48.* & Mandoſ. *d. quæſt. 6. n. 12.* idque eſt veriſſimum. Quis † au- 25
tem locus dicatur in propoſito remotus, relinquitur arbitrio iudicis, vt in ſpecie probauit gloſſ. *in d. §. Epiſcopo, verb. remotis,* ſequitur plures referens Menoch. *de arbitr. lib. 2. centur. 3. caſu 122. num. 26.*

Secundò † eadem communis ſententia limitatur, ni- 26
ſi Vicarius generalis in mandato haberet ſpecificata aliqua maiora, quam ſit huiuſmodi licentiam conferre atque impartiri, argum. text. *in cap. qui ad agendum, verſ. ſed ſi aliquid, de procur. in 6. l. ſed etſi, §. quæſitum,* cum gloſſ. *in verb. ſpecialiter, ff. ſi quis caut.* Hoſtienſ. *in cap. ſignificaſti, ante fin. verſic. ſi tamen aliquis vices Epiſcopi generaliter, &c. de officio Vicar. c. 2.* iuncta gloſſ. *fin. de offic. Vicar. lib. 6.* & *ibi* Gemin. *num. 8.* ſuper gloſſ. Lapus *allegatione 70. ſæpè vidi, num. 10 verſic. quid ergo ſi expreſſo aliquo, vſque ad fin.* Pariſ. *conſ. 41. ex his quæ in facto, n. 1. verſ. nec eſt dicendum, volum. 4.* & Quintil. Mandoſ. *d. quæſt. 6. num. 14.* vbi aduertit quod licet Franciſc. Pauin. *vbi ſuprà,* loquens de Vicario capituli ſede vacante, videatur ſentire huiuſmodi non poſſe has literas concedere, etiam aliquibus arduis ſpecificatis, in fine tamen videtur aliter reſidere, vbi ſubdit, *Contrarium videtur probare, &c.*

Tertiò, † præfata ſententia veriſſima & tenenda 27



poteſt

poteſt limitari, niſi iſte Vicarius generalis non habens
ſpecialem facultatem prædictas literas concedendi,
ſucceſſiſſet aliquibus prioribus Vicariis eam habere,
& licentias huiuſmodi concedere ſolitis: argumen.
text. & quæ ibi notantur *in l. cum de in rem verſo, ff. de*
*vſuris*, Bald. *etiam in l. ſi certis annis, num. 6 in 3. oppoſ.*
*C. de pact.* Dec. *conſ. 146 & pro tenui, colum. 2. poſt princ.*
& pulchre per Hieronym. Gratum, *reſponſ. 2. num. 90.*
*lib. 1.* vbi loquitur de poteſtate Vicarij generalis: & in
terminis per prædicta ita tenet Mandoſ. *vbi ſuprà*,
28 *n. 15.* qui *n. 13.* aſſignat aliam limitationem † in Vicario
à Papa conſtituto in exemplis, de quibus ibi per eum:
Adde tu aliam *in cap. fin. de ſupplend. negligentia prælat.*
29 † nempe in viſitatore à Papa Eccleſiæ Cathedrali va-
canti conſtituto; Hic enim cum ſpiritualium & tem-
poralium adminiſtrationem cenſeatur habere, vt *in*
*dict. c. fina §. fin.* has literas commendatitias concedere
poterit, argum. text. *in dict. cap. cum nullus, §. Epiſcopo,*
*ibi: Seu is, ad quem tunc temporis adminiſtratio ſpiritua-*
*lium noſcitur pertinere, dare poſſunt licentiam ordinandi,*
& ibi expreſſe tenet gloſſ. *verb. is*, cum qua tranſeunt
ibid. Dd.

30 Vltimo † in propoſito illud ſilentio prætereundum
non duxi quod ſi clericus ſit ab alieno Epiſcopo Or-
dinatus, & in literis Ordinationis dicitur, hoc eſſe fa-
ctum ex licentia Epiſcopi ipſius Ordinati, illi creden-
dum eſt, quia modici momenti & præiudicij eſt cauſa
hæc, vt in terminis probat Cardinal. *in cap. Albericus,*
*de teſtibus*, prout eum refert & ſequitur Menoch. *de*
*arbitrar. iudic. lib. 1. quæſt. 76. n. 10.* Addo ego aliam non
minimam rationem, quoniam in dubio non eſt præſu-
mendum delictum, vt *in l. merito ff. pro ſoc. cum ſimil.*
Quare non eſt præſumendum, quod Ordinans abſque
literis dimiſſoriis ſui Ordinarij eum ordinaſſet, cum
alias remaneret ſuſpenſus à collatione Ordinum per
annum, vt *in c. 8 de reformation. Seſſ. 23. Sacri Conc.*
31 *Trid.* Accedit, † quod hic non agitur de alterius præ-
iudicio, & ideo merito, vt prædict. literis Epiſcopi
Ordinatoris in hoc credendum atque ſtandum ſit, arg.
eorum, quæ poſt longam diſputationem reſoluit Iaſ. *in*
*repet. l. admonendi, n. 175 de iureiur.* vbi quod licet Car-
din. etiam legato à latere, vel alias viro nobiliſſimo,
non credatur, niſi oſtendat reſcriptum vel mandatum,
hoc procedit & locum habet in his, quæ ſunt in præ-
iudicium alterius, ſecus vero erit in his, quæ non ſunt
in præiudicium alterius, vt in facultate & poteſtate
conceſſa ad abſoluendum, diſpenſandum, conceden-
dum indulgentias, & ſimilia, de quo etiam per Fel. *in c.*
*cum in iure peritus, n. 6. de offic. deleg.* & quod in hoc, de
quo agimus, credatur Epiſcopo Ordinanti, nempe,
quod habuerit licentiam Prælati Ordinati, tenet
etiam vltra præcitatos Petrus Rebuff. *in ſua praxi be-*
*neſ. in tit. de formal. dimiſſor. n. 36.*

## SVMMARIVM.

1 *Vſura eſt prohibita & reprobata iure naturali.*

2 *Lege Euangelica nihil præcipitur, nec vt illicitum prohibetur, quod non ſit iuris naturalis legibus vel præceptum vel prohibitum, præter ea, quæ circa Sacramenta & Fidei Catholicæ articulos inſtituta ſunt.*

3 *Vſurarum crimen contra naturam vocant Ariſtot. & omnes Philoſophi, & diuus Thomas, ſicut nefandum, quia vis ſit pecuniæ.*

4 *Vſura eſt prohibita iure diuino veteris Teſtamenti & Noui.*

5 *Vſura eſt peccatum mortale, adeo, vt contrarium aſſerere ſit hæreſis.*

6 *Vſuræ ſunt omnino prohibitæ iure canonico.*

7 *Vſuræ iure ciuili Pandectarum, & iure Codicis intra certum modum erant permiſſæ.*

8 *Vſuræ an iure Authenticorum ſint prohibitæ?*

9 *Vſuræ omni iure, naturali, diuino, canonico & ciuili ſunt prohibitæ.*

10 *Vſuræ ſunt prohibitæ iure Regio, quo vſurarios ſeuere puniri præceptum eſt, hoc eſt indubium.*

11 *Clerici vſurarij pœna remiſſiue.*

12 *Vſura reputatur apud omnes res illicita, & ideo pro eius crimine poteſt quis criminaliter puniri pœna extraordinaria, & ſic arbitraria,*

13 *Iudex laicus & ſic ſæcularis, an poſſit de cauſa vſuraria cognoſcere criminaliter, pœnaque pecuniaria vſurarios punire, & numeris ſequentibus, n. enim 14. ponitur opinio negatiua, n. vero 15. affirmatiua, & hæc probatur.*

16 *Crimen vſurarum vltra modum à legibus antiquis permiſſum eſt mixti fori, intra vero Eccleſiaſtici fori tantum eſt, vt in n. 17.*

18 *Crimen vſurarum hodie mixti fori eſt, ita vt iudex ſæcularis contra laicos vſurarios cognoſcat: Eccleſiaſticus vero contra clericos huiuſmodi: ſed praxis accepit vt hic contra vtroſque cognoſcere poſſit, vt in n. 19.*

20 *Vſurarius non manifeſtus, an in foro canonico à iudice Eccleſiaſtico aliqua pœna puniri valeat.*

21 *Iudex ſæcularis de cauſa vſuraria cognoſcere poteſt tantum quando vertitur quæſtio facti, ſecus autem ſi ſit quæſtio iuris, quia tunc ſolus Eccleſiaſticus cognoſcit, non autem laicus.*

22 *L. 36. tit 6 lib. 3. Nou. Collect. Reg. intellectus.*

23 *L. 4. tit. 8 lib. 3. Ord. vet. hodie l. 1. tit. 21. lib. 4. Nou. Coll intellectus, & n. ſeqq.*

24 *Iudex ſæcularis non poteſt etiam incidenter cognoſcere ſuper vſura, nec parte excipiente contractum eſſe vſurarium, nec illi ſtatuere terminum, intra quem probet prædictam exceptionem, vt in n. 25. ſed contra n. 27.*

26 *Iudex ſæcularis, coram quo inſtrumentum guarentigium exſequitur, oppoſita contra id exceptione vſuræ, quod poſſit ac debeat eam admittere, ac cognoſcere de ea, cauſamque decidere, ſiue quæſtio ſit iuris, ſiue facti: quod procedit, etiamſi coram Eccleſiaſtico pendeat lis ſuper vſura dict. contractus, vt in n. 28. & etiam ſi iudex Eccleſiaſticus inhibeat ſuper hoc ſæcularem, vt in n. 29. & 30. & quid tunc temporis facere debeat iudex ſæcularis ad euadendam excommunicationem Eccleſiaſtici, n. 32.*

31 *Exequutio inſtrumenti annuas præſtationes continentis retardari non debet per exceptionem vſuræ, vel nullitatis contra id oppoſitam, ſi iterum atque iterum fuit iam exequutioni mandatum.*

33 *Dominum rei acquiſitæ per vſuram, an tranſeat in vſurarium, & n. 34. & 35. quod dominium aliarum rerum acquiſitarum ex pecunia vſuraria bene tranſit.*

36 *Res empta ab alio ex pecunia mea, non efficitur mea, ſed illius, qui eam ſibi emit.*

37 *Vſurarius non tenetur reſtituere debitori rem, ſeu lucrum ex pecunia vſuraria acquiſitum, quamuis pecuniam ipſam reſtituere teneatur.*

38 *Vſurarius tenetur reſtituere rem acquiſitam per vſuram cum fructibus: & præterea ad reſarciendum omne damnum ob exactam vſuram debito obuentum, & præterea de lucro ceſſante rei lucroſæ, quæ non tranſit in eius dominium, non autem rei non lucroſæ, quæ tranſit in eius dominium aliis commixta.*

39 *Tertius poſſidens rem per vſuram ab alio acquiſitam an & quando conueniri poſſit pro ea & an alienari*



*alienari potuit titulo oneroſo vel lucratiuo, & numer. 44.*

40 *Gener accipiens in dotem bona vſuraria, vel reſtitutioni obnoxia, an, & quando teneatur ad reſtitutionem & quid in filia eius vxore? num. 41.*

42 *Bona vſurarij an à iure ſint tacitè hypothecata pro vſurarum reſtitutione, & num. 43.*

45 *Text. in cap. cum tu, de vſuris, intellectus.*

46 *Hæredes vſurarij tenentur ad reſtitutionem vſurarum ſiue filij ſint, ſiue extranei.*

47 *Hæredes iure ciuili ex delicto defuncti non tenentur, niſi lite cum defuncto conteſtata, vel ex ea parte, quæ ad eum peruenit, & n. 55. & 56. Quod procedit etiam in actione pœnali pro ipſa, vel pro intereſſe, vel damno vt in n 48. Limitatur in condictione furtiua propter furti frequentiam, vt in n. 49. Item de iure canonico id regulare eſt, vt in num. 50. Itaque in hoc eſt diſcrimen inter ius canonicum & ciuile, vt in n. 51. quomodo procedat, quod de iure canonico diximus.*

53 *Hæredes ſtupratoris virginis decedentis ante litem conteſtatam, non poſſunt iure ciuili attento conueniri pro damno, intereſſe vel dote, ſecus iure canonico.*

54 *Vſurarius non tenetur ex delicto, ſed ex quaſi contractu, nempe condictione indebiti.*

56 *§. his autem verbis, Inſt. de l. Aquil. intellectus.*

57 *Propria natura inſpicienda eſt, & iuxta illam iudicandum, non vero ſecundum accidentalem.*

58 *Actio pœnalis oriens ex contractu tranſit ad hæredem, etiam iure ciuili attento, ſi dolus commiſſus in contractu, vel circa contractum purgatur per actionem orientem ex illo contractu, & non per actionem aliunde deſcendentem. Natura contractus eſt, vt actiones ab eo deſcendentes, tranſeant ad hæredes, & ideo merito ipſi tenentur, num. 59.*

60 *Modus adiectus in contractu ſi non adimpleatur, res condicitur & vendicatur.*

61 *Locator poteſt ob penſionem non ſolutam expellere conductorem, vel eius hæredes.*

62 *Ius canonicum præcipiens, vt actiones pœnales tranſeant in hæredes, licet nihil ex crimine ad eos peruenerit, nec lis fuerit cum defuncto conteſtata, ſeruandum eſt etiam in foro ciuili.*

63 *Hæredes vſurarij non in ſolidum, ſed pro portionibus hæreditariis tenentur ſicut pro aliis debitis, & quid ſi alter eorum fiat non ſoluendo, num. 64.*

65 *Hæredes vſurarij an teneantur in conſcientia vltra vires hæreditarias, ſi inuentarium non fecerint.*

66 *Lex ciuilis præcipiens, vt hæres non conficiens inuentarium, teneatur vltra vires hæreditarias, eſt fundata ſuper præſumptione, quod bona defuncti occultauerit hæres, qui inuentarium non fecit atque ea ſubtraxerit.*

67 *Hæres in foro animæ regulariter non tenetur ad debita defuncti vltra vires hæreditarias nõ confecto inuentario, ſi reuera nihil occultauit, & quantum habuit, ſoluit. Sunt qui hoc verum intelligant quoad legatarios, ſecus vero quoad creditores, vt in n. 69. ſed quoad vtroſque communis ſententia negatiua verior, & tenenda eſt, vt in num. 70. Limitatur, num. 71.*

68 *Lex humana, quæ iuſta eſt, etiam in foro animæ eſt ſeruanda.*

72 *Hæres non conficiens inuentarium, in foro contentioſo canonico tenetur vltra vires hæreditarias.*

73 *Eccleſia & clerici hæredes defuncti an teneantur vltra vires hæreditarias, ſi inuentarium non confecerint.*

## CAPVT XVIII.

### *De vſura, quod ſit omni iure prohibita, & an ſit crimen mere Eccleſiaſticum, vel mixti fori.*

IN primis † vſuram eſſe illicitam atque reprobatam 1
iure naturali, inter alias plures, illa ſatis inſinuat
communis noſtrorum ratio, quod mutuans, domi-
nium pecuniæ mutuatæ in mutuatarium transferat,
vnde tunc recipiens vſuram, recipit lucrum in re alie-
na in recompenſationem temporis, quo mutuum du-
rat, quorum vtrumque eſt irrationabile, & iuri na-
turali contrarium, cum & ipſum tempus ſit commune
omnibus animalibus, & ideo non eſt redimendum
ab aliquo ſimpliciter & per ſe ſumptum, nec eſt in
commercio, ſicut nec aër, nec mare, vt *in l. 2 ff de re-*
*rum diuiſione*, & nemo præterea iure naturæ debet lo-
cupletari cum iactura aliena, vt *in l. nam hoc natura ff.*
*de condict. indeb & in l. iure naturæ ff. de reg iur.* ita Ro-
man. poſt Innoc. & Bald. quos refert *conſ. 500. col. 2.*
quam rationem ſequuntur atque probant Laur. Ro-
dulf. *in c. conſuluit, in princ. n. 16. de vſur.* Phil. Franc. *in*
*c. 1. in princ de vſur. in 6.* Alex. *conſ. 49 n. 5. vol. 4* Bald.
*conſ. 443. vol. 3.* Natta *conſ. 569. n. 5.* Afflict. *in conſt. Re-*
*gni, de vſur. punit. § vſurariorum, n. 2.* D. Couar. *lib. 3 var.*
*reſolut. c. 1. n. 3, in princ.* ibi: *Nam domino inuito, &c.* vbi
aliis quampluribus rationibus id comprobat, & Octa-
uian Cacher. *deciſ. Pedem. 137. n. 7.* ibi, *quod ratio, qua*
*prohibitum eſt mutuantem, &c.* vbi etiam alia adducit:
ſed hoc manifeſtum fit, cum vſura iure diuino Euan-
gelico vetita ſit, vt *infra* ſtatim docebimus: Ergo iure
naturæ quoque prohibita, eſt: Nihil † ſiquidem lege 2
Euangelica præcipitur, neç vt illicitum prohibetur,
quod non ſit iuris naturalis legibus, vel præceptum,
vel prohibitum, præter ea, quæ circa Sacramenta &
Fidei Catholicæ articulos inſtituta ſunt, ſecund. Sanct.
Thom. 1. 2. *q. 108. art. 1. & 2. & quodlib. 4. art. 13.* D.
Couar. *in 4. de ſponſal. 2. p. c. 6. §. 10. n. 1. & d. lib. 3. var. re-*
*ſolut cap. 1. n. 5. verſ. ſiquidem lege Euangelica.* Quibus
& aliis rationibus, quod vſura iure naturæ ſit prohi-
bita, tenet S. Thom. 2. 2 *q. 78. art. 1.* Scotus & commu-
niter Theologi *in 4. diſt. 5. q. 2.* Dominic. à Sot. *lib. 6. de*
*iuſt. & iure, q. 1. art. 1.* Ioan. Andr. *in reg. peccatum, de re-*
*gul. iur. in 6. col. 4.* & Conradus latiſſimè *de contract.*
*q. 22. concl. 1.* eſt communis, ſecund. Couar. *d. lib. 3. var.*
*reſol. c. 1. n. 5. verſic. his tandem*, & aliis, vbi eam ſequi-
tur & affirmat, quod ita tenet Scotus & frequentiſſi-
mo omnium conſenſu Theologi *vbi ſuprà*, quem refert
& ſequitur Iul. Clar. *lib. 5. receptarum, ſent. §. vſura, in*
*verſ. ſciendum eſt autem*, & plures alios referens deciſ.
Pedemont. *vbi ſupr. num. 9.* & probat latè Mercad. *de*
*tratos y contratos, in opuſculo de vſura, cap. 6. per totum,*
vbi † quod Ariſtoteles & omnes Philoſophi & S. Th. 3
vocant hoc peccatum contra naturam ſicut nefan-
dum, quia vis ſit pecuniæ.

Iure † autem diuino veteris teſtamenti vſuram 4
eſſe prohibitam probatur ex illo Ezech. *c. 18.* vbi Do-
minus loquens de eo, qui ad vſuram dederit, ait, *quod*
*talis non viuet, ſed morietur:* Item Pſal. 14. loquens Pro-
pheta de habitaturo in tabernaculo Dei inquit: *Qui*
*pecuniam ſuam non dedit ad vſuram.* Ex nouo Teſta-
mento paſſim adducitur ille locus Lucæ 6. *Mutuum*
*date, nihil inde ſperantes*, quem in hunc ſenſum, vt cri-
men vſuræ ſub præcepto & mortalis culpæ reatu pro-
hibitu ſit, Eccleſia Catholica interpretatur *in d. c. con-*
*ſuluit, de vſur.* probatur etiam *in c. quia in omnibus, & in*
*c. ſuper eo, eod. tit. de vſur.* & quamuis quibuſdam viſum
fuerit, ibidem non probari, vſuram iure Euangelico
prohibitã eſſe, cum Chriſtus Ieſus potius illis verbis,

5 de quibus ibi, conſulat, quam præcipiat: Prior † tamen ſenſus ad vſuræ prohibitionem, vtpote ab Eccleſia, quæ Spiritu ſancto duce ſcripturam ſacram interpretatur, receptus omnino tenendus eſt, atque ita Theologi & Canoniſtæ frequentiſſimo conſenſu exiſtimant, vſuram iure diuino etiam Euangelico, vetitam eſſe: ad quam rem plurima adducit teſtimonia, Peraldus Epiſcop. Lugdunenſ. *in ſumma de vitiis & virtut. 2. tom in tract. de auaritia c. 1.* ſecund. D. Couar. *lib. 3. var. reſolut. cap. 1. num. 5. verſ. iure diuino*; ſequuntur etiam Didac. Perez *in rubr. tit. 2. lib. 8. ordin. pag. 14. col. 2.* & Mercad. *vbi ſupra, circa fin. d. cap. 6. in verſ. y lo miſmo*: idem fatentur Iulius Clar. & Octau. *vbi ſupra*, qui alios plures citant, & hoc expreſſim affirmat *l. 1. & 5. in princ. tit. 6. lib. 8. Noua Collect. Reg.* quod latè etiam probauit Nauar. *in Manual. Latin. cap. 17. n. 207. verſ. & quod vſura*, vbi quod eſt vſura illicitum lucrum, & velle vel accipere eam, ſit peccatum mortale, adeo, vt contrarium aſſerere ſit hæreſis, vt *in Clement. 1. de vſur.* & quod ſit peccatum mortale, tenet S. Thom. *2. 2. quæſt. 78. art. 1.* & *ibi* Caiet. & *in 4. diſt. 33. quæſt. 2. art. 2.* & in aliis locis relatis à Didac. Perez *vbi ſuprà, col. 2.* & accipiens vſuram, ad reſtitutionem tenetur cum fructibus & intereſſe, non verò tenetur lucrum vel rem ex pecunia vſuraria acquiſitam reſtituere, vt plures allegans probat Mercadus *vbi ſuprà, cap. 11.* & Couar. *d. lib. 3. cap. 3. num. 6. verſ. ſed ad huius.*

6 Iure † etiam canonico prohibitæ ſunt omnino vſuræ, vt *in toto tit. de vſur. in Decret. & in lib. 6. & in Clement. & in Decreto 14. quæſt. 3. & quæſt. 4.*

7 Iure autem † ciuili antiquo Pandectarum & Codicis quamuis intra certum modum permiſſæ eſſent, vt *in l. placuit, ff. de vſur. & in l. eos, C. eod. tit.* quam opinionem dicit eſſe communem Alciat. *in cap. 1. num. 78. de officio ordin.* & quod vſuras non omnino prohibeat lex ciuilis, dicit eſſe quaſi communem opinionem Chriſtoph. de Caſtel. *conſ. 38 poſt num. 8.* Carauita *ſuper 21. ritu magnæ Curiæ, num. 5.* prout eos refert Iul. Clar. vbi ſtatim citabitur, & inquit Couar. *d. cap. 1. n. 6. in princ.* quod eam defendit Carol. Molin. Theologis
8 & Canoniſtis refragantibus: Iure † tamen authenticorum, nempe *in auth. de Eccleſiaſt. tit. in princ.* à Iuſtiniano Cæſare prohibitæ ſunt, ſaltem implicite: Ibi namque præcipit diſpoſita in quatuor Conciliis Eccleſiæ Catholicæ, è quibus Nicæna ſynodus vſuras prohibuit, vicem legis obtinere, & ſicut leges obſeruari: & quod in Concilio Nicæno prohibeantur vſuræ, *cap. quoniam, 47. diſt.* Ergo & à Iuſtiniano prohibitæ cenſentur: ita tenet gloſſ. *auth. ad hæc, de vſuris, gl. etiam in d. cap. quia in omnibus, & in c. quid dicam, 14. quæſt. 4.* Salyc. *in d. auth. ad hæc, C. de vſuris, n. 3. & 5.* eſt communis ſecund. Abb. *in cap. cum ſit, n. 18. verſ. 1. tenendo, de for. compet.* & dicit, neminem de hoc dubitare, Alex. *conſil. 49. n. 1. lib. 4.* eſt communis ſecundum D. Couar. *vbi ſuprà, d. cap. 1. n. 6. & deciſ. Pedemont. ſuprà, d. n. 8. & 9.* vbi, plures allegat, ſequitur etiam & communem affirmat, dicens, ab ea, tanquam veriori & magis communi non eſſe aliquo modo in practica recedendum Iul. Clarus *vbi ſuprà, in verſic. difficultas eſt, & deciſ. Pedemont. vbi ſuprà, num. 13.* & Didac. Perez etiam *vbi ſuprà*, teſtatur communem Nauar. *vbi ſuprà, num. 208. ibi*, & quod nunc etiam, tametſi Couar. *vbi ſuprà, d. cap. 1. num. 6 verſic. ego ſanè*, cum Abb. *vbi ſupr.* & Conrado *de contractibus, quæſt. 22. concluſ. 10. & 12.* non ineleganter arbitretur, ac probet, Iuſtinianum nunquam propriis ſanctionibus vſuras reprobaſſe, ſed imo eas ſuis legibus permiſiſſe ac approbaſſe, & ideo improbatas eſſe cenſet, cum iuri naturali & diuino refragentur: quicquid minus rectè Iuſtinianum in hoc priuata quadam ratione excuſare nitantur Alciat. *lib. 6. parerg. iur. cap. 10.* Menoch. ipſum ſequutus *de arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. caſu 82. n. 9. & 10.* quamuis enim implicitè Iuſtinianus vſuras improbarit, vt conſtat *ex d. auth.* explicitè tamen eas ſuis legibus inique permiſit, vt Couar. cum iudicio perpendit, prædictaſque ideo leges Iuſtiniani rectè improbauit.

Fit igitur † ex ſupradictis, vſuras omni iure, natura- 9
li nempe, diuino, Pontificio, & ciuili eſſe prohibitas, vt reſoluit Couar. *vbi ſuprà, n. 5. in princ.* quod etiam firmat Carol. Ruin *conſ. 145. num. 9. lib. 4.* & probat latiſſimè ad partes agens Ioan. à Medina *de reb. per vſuram acquiſit. in cap. de vſura an ſit, vel vnquam fuerit licita, per totum*, & Mercadus *in tract. de Indais, cap. 11. num. 1. & 2.* Rolandus à Valle *conſ. 35. num. 26. lib. 1.* vbi in idem citat Alexandrum, Socinum, & Pariſ. idem probat Angel. *in ſumma, verb. vſur. §. 2. num. 1.* & alios referens Octau. Cacher. *vbi ſuprà, d. n. 9.* & Nauar. *vbi ſuprà, d. num. 207. & 208.* & Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3. caſu 388. num. 30.*

Imò † & iure noſtro Regio Hiſpaniæ ſeuere puni- 10
ri vſurarios cautum eſt, nempe in amiſſione principalis mutuo dati cum alio ſimplo, ſicque in pœna condemnantur in duplum certa forma applicanda, vt *in d. l. 4. & 5. tit. 6. lib. 8. Noua Collect. Reg.* ſtatuitur: Quas leges iuſtas eſſe defendit Couar. *in 4. 2. part. cap. 6. in princip. num. 19. in fin.* ex eo, quod lege ſæculari poſſit pœna aliqua vſurarius puniri, vt ibi probat, quod etiam tenet Auendan. *dict. cap. 28. prætor. num. 1. lib. 2.* & nos *in tractatu de iuram. confirmat. 1. parte, cap. 2. num. 36. & addit.* Bernard. Diaz *in regul. 698.* & Didac. Perez *vbi ſuprà, pag. 27. col. 2.* & circa pœnas dictarum legum, & modum probandi vſuras, plura tradunt Abb. *conſil. 2. per totum, lib. 2.* & Couarr. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 3. num. 5.* & Auendan. *vbi ſuprà, num. 2. & ſequentibus*, & addit Bernard. Diaz *in practic. crimin. cap. 88.* & Menoch. *de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 3. ca-*
*ſu 235.* vbi plura circa teſtes ſingulares, † an hoc caſu 11
probent, eſſe aliquem vſurarium: de pœna autem clerici vſurarij, videndi ſunt Bernard. Diaz *vbi ſuprà, d. cap. 88. per totum, & ibi* eius addit. & Couar. *d. cap. 3. num. 3.* & Didacus Perez *in rubr. tit. 2. lib. 8. ordinam. pag. 26. colum. 1. verſ. item etiam clericus, col. 2.* vbi latè proſequitur pœna vſurariorum.

Hinc ſit, † vſuram reputari apud omnes rem illici- 12
tam, & conſequenter propter vſuram poſſe quem etiam criminaliter puniri pœna extraordinaria, & ſic arbitraria, vt tenuit Iacobus Butric. *in l. improbum, C. ex quibus cauſis infam. irrogetur*, quoniam vſurarius committit dolum in exigendo vſuras contra iuris prohibitionem, & ideo tenetur crimine ſtellionatus: & hanc opinionem Iacobi Butricarij ſequutus eſt Caccialup. *in repet. l. cunctos populos, 10. carta, col. 2. n. 49. C. de ſumma Trinit. de fide Cathol.* eamque confirmat, quia crimen vſurarium eſt contra Deum & homines, vt *in d. cap. quia in omnibus, & in cap. ſuper eo, de vſur.* Eandem ſententiam ſequitur, dicens videri magis communem Corn. *conſil. 19. litera G. col. 2. volum. 3.* & iterum *conſil. 158. colum. 3. eodem volum. 3.* Afflict. *in conſtit. Reg. in conſtitutione, ſtatuimus & hanc*: & magis communem dixit Alciat. *in cap. pernicioſam, num. 80. de offic. ordin.* eſtque recepta opinio, vt ex eod. Alciat. alios allegans teſtatur D. Couar. *in 4. de ſponſ. 2. part. cap. 6. in princ. n. 19.* & magis communem eſſe ex Alc. *vbi ſuprà*, refert Roland. à Valle *conſil. 75. n. 6. 7. & 8.* Et quamuis contra hanc ſententiam Butric. teneat Bald. *in proprio loco*, Salyc. Cardinal. Iaſon. Bertach. Rip. Dec. Aymon. & Marant. eoſque referens & latè eorum opinionem probans contra Iacobum Butrium, Roland. à Valle *conſ. 75. à num. 13. cum ſequentibus*, dicens, quod etſi Alciat. *vbi ſuprà*, dicat, magis communem



nem eſſe ſententiam Iacob. Butr. *ſuprà* dictam in ſuo ſenſu, decipitur, quia ſi numerentur DD. apparebit clarè contra eum eſſe magis communem, ibique reſpondet fundamentis opinionis Iacobus Butr. nihilominus tamen ſi recenſeantur auctoritates, nulli dubium erit, quod comperietur, Alciatum verum dixiſſe, ſecundum Iul. Clar. *vbi ſuprà, in verſicul. ex hoc infertur*, qui hanc partem Iacob. Butr. probat & magis communem eſſe refert, affirmans, quod ita pluries fuit iudicatum per Senatum, puniendo tales vſurarios pœna extraordinaria, facta etiam ſpeciali delegatione. Eandem ſententiam aduerſus Bald. & ſequaces latè probat, reſpondens fundamentis contrariis deciſ. Pedemont. *ſupradicta, num. 6. cum ſequentibus, vſque in fin.* idem latiſſimè facit reſoluendo ſententiam Iacob. Butr. eſſe communiter receptam, Menoch. *vbi ſuprà, à num. 14. cum ſeqq.* id quod apud nos tam iure canonico, quam iure Regio veriſſimum obſeruantiſſimum in praxi eſt.

13 Exit † tamen ſe nobis obuiam in propoſito illa anceps quæſtio; *An iudex laicus, & ſic ſæcularis, poſſit de cauſa vſuraria cognoſcere criminaliter, pœnaque pecuniaria vſurarios punire?*

14 Et inprimis † videtur pars negatiua verior, quia iuxta communem ſententiam Doctorum vſurarum crimen mere Eccleſiaſticum eſt, vt opinatur gloſſ. 2. & omnes vt *in cap. cum ſit generale, de foro comp. & in cap. 1. de offic. ordin. & in Clem. diſpendioſam, de iud.* quam opinionem cõmunem eſſe teſtatur præter alios, Alber. *in rubric. num. 3. C. de vſur.* atque eam ſequuntur Alex. *conſ. 19. num. 6. lib. 4.* Dec. *conſil. 170.* Iaſ. *conſil. 153. lib. 4. colum. vltima.* Bald. *in l. quoties, col. 2. verſic. tu dic, C. de iudic.* idem Bald. *conſil. 443. in fine, volum. 3.* Lapus *allegatione 56. & 70.* ſequitur Roland. à Valle alios referens *d. conſ. 75. num. 14. & 16. lib. 1.* & communem eſſe ex Alber. alios referens affirmat D. Couar. *d. lib. 3. variar. reſol. cap. 3. in princ. & deciſ. Pedemont. vbi ſuprà, n. 3.* & Iulius Clarus *vbi ſuprà, verſic. hoc tamen*, & latius *in pract. crim. §. fin. q. 37. verſic. quæro igitur*, quamuis Couar. & *deciſ. Pedemont vbi ſuprà*, & Iul. Clarus eam non probent, vt *infra* dicemus, & in terminis, quod iudex ſæcularis non poſſit procedere criminaliter contra vſurarios, præſupponunt atque manifeſtè inſinuant Bald. *in l. improbum, verſ. credo, gloſſ. in verum dicere, n. 2. C. ex quibus cauſ. infam. irrog.* & Salycet *ibi n. 3.* & cæteri omnes, qui contra Iacobum Butr. *ibid.* tenuerunt, quorum *ſuprà* meminimus, quos nuncupatim citat & ſequitur Rolandus à Valle *conſil. 75. num. 13. cum ſequentibus*, & refert, licet eos non ſequatur deciſ. Pedemont. *vbi ſuprà, n. 5. verſic. ſeptimo hanc partem.*

15 Sed contrariam † ſententiam, imo quod crimen hoc vſurarum non ſit mere Eccleſiaſticum, ſed mixti fori, & ideo laicum iudicem poſſe inter laicos cognoſcere, Eccleſiaſticum vero inter clericos, tenuerunt Salyc. *in d. l. eos, §. vltim. num. 8. C. de vſur.* Archid. *in cap. quid dicam, 4. quæſt. 4.* Calder. inter conſ. Ancharan. *reſponſ. 236.* & Barbat. *in d. cap. cum ſit generale, n. 173.* refert alios D. Couar. *lib. 3. cap. 3. in princip. verſ. rurſus, & in verſic. ego, & in 4. de ſponſal. 2. part. cap. 6. in principio, num. 16.* & Octauian. *d. deciſ. 137. num. 10. & 11. verſic. quarto, & num. 13. verſ. hinc etiam*, vbi affirmat, hanc eſſe magis receptam ſententiam, & *n. 17.* quod eam communi voto ſequutus eſt ſenatus, præſertim contra vſurarios manifeſtos, ſtante maximè diſpoſitione decretorum expreſſè omnes vſuras prohibentium: Eandem ſequitur Rolandus à Valle ſibi contrarius *in conſil. 35. n. 19. lib. 1.* & Iul. Clar. *vbi ſuprà, §. vſura, verſic. ex hoc infertur*, & iterum *in practic. crim. §. fin. q. 37. verſic. quæro*, vbi, quod quando pro crimine vſurarum agitur criminaliter (quo caſu nos loquimur) nulla eſt difficultas, quin vterque iudex poſſit contra vſurarium pro crimine procedere ſequitur etiam Menochi. *d. caſu 398. num. 41.* & eſt verior & tenenda, declarata tamen vt *infra.*

Diſtinguendi † igitur ſunt nonnulli caſus in propo- 16
ſito, vt hæc ſecunda opinio magis communis rectè intelligatur. Primus eſt conſiderando vſuras, quando vltra modum à legibus antiquis permiſſum exactæ fuerint, & tunc erit crimen mixti fori, pœnaque extraordinaria arbitraria vſurarij laici à iudice laico puniri poterunt, clerici vero à ſuo iudice Eccleſiaſtico, quemadmodum de homicidio, adulterio, furto & ſimilibus quæ vtraque lege Pontificia & ſæculari prohibentur, nec Pontificia tantum ab initio prohibita fuerint, vt conſtat ex Abb. *in d. cap. cum ſit generale, num. 18. de foro compet.* quem alij ſequuntur, aſſerentes, crimen vtraque lege prohibitum mixti fori omnino eſſe & probat Couar. *d. lib. 3. var. reſolut. cap. 3. n. 1. verſic. his tandem prænotatis*, referens ſe à Nauar. *in relectione, cap. nouit, de iud. notabil. 6. corollar. 7.* latè de hoc agentem: Eandem ſententiam in terminis ſequitur latiùs Menoch. *vbi ſuprà, num. 14. cum ſeqq.*

Secundus † caſus eſt, quando fœnerator ſolum exe- 17
git vſuras intra modum à præd. ll. ciuilibus conſtitutum, & tunc crimen iſtud, quatenus ad vſuras ita promiſſas pertinebat mere Eccleſiaſticum erit, & in foro ſæculari puniri non poterat, eiuſque cognitio ſolius iudicis Eccleſiaſtici erat, quia crimen hoc tantum lege naturali diuina & Pontificia prohibebatur, & ad hoc tempus referri poſſunt canones, qui crimen iſtud (quorundam tamen iudicio) probant eſſe mere Eccleſiaſticum: ita Couar. *d. n. 1. verſ. 2.* ſequitur alios allegans & bene comprobans Menoch. *vbi ſupr. n. 8. cum ſeqq.*

Tertius † caſus eſt in vſuris hiſce temporibus exa- 18
ctis, quibus & laicis vſuræ indiſtinctè vetantur, quia hodie crimen iſtud eſt cenſendum ex rigore quodam, & iuxta veram iuris cognitionem mixti fori, vt inter laicos iudex ſæcularis tantum de eo cognoſcat, Eccleſiaſticus autem inter clericos, ſicut de homicidio, furto & ſimilibus, ſecundum Couar. *vbi ſuprà, verſic. 3. apparet*, & in hoc caſu loquitur ſupradicta magis recepta ſententia, habens, quod crimen iſtud vſurarum ſit mixti fori.

Quinimo & praxis † obſerua (id quod ex iuris ca- 19
nici deciſionibus poteſt optime deduci) etiam hodie iudices Eccleſiaſticos habere huius criminis aduerſus laicos cognitionem, quemadmodum & iudices ſæculares eam habent, vt paſſim vidimus obſeruari, & ante nos teſtatur de hac praxi Couar. *d. num. 1. verſ. quarto*, addens, non eſſe ab vtilitate Reipublicæ Chriſtianæ alienum, cum tot annos poſt religionis Chriſtianæ inſtitutionem leges ſæculares huius criminis coërcitionem neglexerint, imo partim eius vſum probauerint, vt oportuerit Rom. Pontifices pluribus canonibus aduerſus vſurarios & Principes ſæculares eos aliqua ex parte defendentes ſtatutis, curam hanc puniendi hoc ſcelus ſubire: & ab hoc initio tamdiu obtentum eſt, quod criminis huius punitio ad Eccleſiaſticos iudices ſimul, & ad ſæculares etiam contra laicos pertineat, quaſi crimen hoc licet mere Eccleſiaſticum non ſit, Eccleſiaſticum tamen verè dici poſſit, ex eo, quod ab initio renaſcentis Eccleſiæ iura Pontificia hoc prohibuerint legibus ſæcularibus id permittentibus, imo probantibus: & quod iudex Eccleſiaſticus poſſit procedere contra mercatores exercentes mohatras, tenet Ignat. Salzed. *in addit.* ad Bernard. Diaz de Lug. *in pract. crim cap. 88.*

Quinimo, † etſi maximè controuerſum ſit: *An fœ-* 20
*nerator non manifeſtus in foro canonico à iudice Eccle-*

cleſiaſtico aliqua pœna puniri valeat? exiſtimantibus, Philip. Dec. conſil. 170. Roland. à Valle vbi ſuprà, num. 20. cum ſeqq. vltra reſtitutionem malè ablatorum nulla alia pœna hunc puniri poſſe, idque ex pluribus comprobant: Nihilominus tamen contraria ſententia, imo quod iudex Eccleſiaſticus in ſuo foro canonico criminaliter extra ordinem, ſicque ſuo arbitrio hunc fœneratorem punire poſſit, eſt verior, communis & tenenda, quam probat Corn. d. conſil. 19. & 158. lib. 5. & Ioan. Baptiſt. Seuerin. in d. l. cunctos populos, num. 46. & Marant. de ord. iud. 6. part. in tit. de inquiſit. num. 111. & 125. & plures alios allegans, hanc ſequitur & teſtatur communem Menoch. vbi ſuprà, n. 40. vbi eam extendit etiam contra Iudæos, & iterum n. 41. vt procedat etiam quoad iudicem laicum, qui eo iure canonico poſſit fœneratorem in ſuo foro punire, ſequitur etiam Auend. cap. 28. prat. in 2. part. num. 1.

Supradicta tamen magis recepta ſententia, quæ habet; Quod crimen vſurarum ſit mixti fori, temperanda eſt, nempe, vt tunc demum iudex ſæcularis de cauſa vſuraria cognoſcere poſſit, quando vertitur quæſtio facti, de qua etiam Eccleſiaſticus cognoſcere poterit, ſecus autem erit, ſi ſit quæſtio iuris, quia tunc ſolus iudex Eccleſiaſticus de ea cognoſcet, non verò ſæcularis, ſecundum Paulum de Eleazar in clement. 1. de vſur. quem refert & ſequitur exempla vtriuſque fingens, Bart. in l. Titia, num. 7. ff. ſolut. matrim. vbi n. 6. idem dixerat generaliter in qualibet cauſa ſpirituali, ſcilicet matrimonij, exceptionis, excommunicationis & ſimilibus, cuius diſtinctio & doctrina eſt communiter approbata ſecundum Abb. qui eam probat in cap. cum ſit generale, num. 17 & 18. de foro compet. & Didac. Couar. qui plures refert eamque ſequitur, in 4. de ſponſal. 2. part. cap. 8. §. 12. num. 4. & 5. Eſt communis etiam ſecundum eundem D. Couar. qui tamen eidem non aſſentit (vt infra dicemus) lib. 3. var. reſol. cap. 3. n. 1. in princ. ibi, hanc tandem opinionem: & in verſ. ego, & Auil. cap. 50. prat. in gloſſ. vſuras, n. 1. fol. 250. teſtatur communem plures allegans Octau. vbi ſupra, num. 11. ſequitur Roland. à Valle d. conſil. 75. n. 36. lib. 1. & Didac. Perez plures referens in l. 5. tit. 19. lib. 8. ordinam. pag. 364. col. 1. verſic. dubitari etiam, & nos quoque plures in idem citantes communem eſſe eam ſequuti profeſſi ſumus in tract. de iurament. confirmator. 1. part. cap. 2. num. 35. & 37. aduerſus Aretin. dicentem contra prædictam
21 diſtinctionem eſſe communem opinionem, imo † quod indiſtinctè iudex ſæcularis non cognoſcat vllo caſu de cauſa ſpirituali: & quod, quando quæſtio eſt iuris, nempe, nunquid contractus ſit vſurarius, vel non, cognitio ſpectet ad iudicem Eccleſiaſticum, & ſæcularis nullo modo ſe tunc intromittere poſſit, concludunt communiter Doctores ſecundum Iaſ. conſil. 153. n. 3. lib. 4. Dec. conſil. 170. num. 3. ſequitur Roland. à Valle conſil. 95. num. 44. lib. 2. dicit communem Socin. conſil. 88. num. 23. lib. 4. & alios referens Iul. Clar. in pract. crimin. §. fin. quæſt. 37. verſic. quæro igitur, ibi, aut loquimur, vbi refert alios plures dicentes eſſe communem opinionem, quod ſi quæſtio facti vertitur ſuper vſura, quia non refricatur in dubium, an contractus ſit vſurarius, necne, ſed ſolummodo repetuntur vſuræ, iudex laicus eſt iudex competens: idem Iul. Clar. d. §. vſura, verſic. hoc crimen, eandem ſequitur & teſtatur communem plures referens Octauian. vbi ſuprà, num. 11. & 13. verſic. hinc etiam, dicens d. n. 11. duobus modis quæſtionem facti contingere poſſe, nempe, quod partes fateantur contractum, ex quo nulla iuris dubitatio oriri poſſit, quin ſit vſurarius: vel factum tantum proponant, videlicet tot eſſe ſoluta vel recepta, aut non, quibus probatis, in iure dubium non ſit, contractum eſſe vſurarium.

Hæc tamen communis diſtinctio Bart. ex pluribus vera non videtur, ſed imo potius ſupradicta magis recepta ſententia indiſtinctè, nempe, vt ſiue ſit quæſtio iuris ſiue facti, crimen vſurarum ſit mixti fori: ita vt iudex ſæcularis de hac cauſa rectè inter ſuos ſubditos poſſit cognoſcere. Primò, quia nullibi ius canonicum vetat, iudicem laicum hac de cauſa cognoſcere, imò permiſit iudicibus ſæcularibus ſuper vſuris ius dicere, vt in cap. poſt miſerabilem, de vſur. quod ſi hoc crimen mere Eccleſiaſticum foret, ius canonicum alicubi laicos iudices id tractare prohibuiſſet, iuxta text. in cap. tuam, de ordin. cognit. cap. 1. cap. lator, cap. cauſam, quæ el 2. qui filij ſint legitimi, cum ſimilib. Secundò, quia crimen illud nihil plus habet quam homicidium, furtum & ſimilia ſcelera, vt patet; Quandoquidem omnia ea prohibentur lege naturali, diuina Euangelica, & Pontificia & tamen prædicta crimina mere Eccleſiaſtica non ſunt: Ergo nec illud: quibus tandem & aliis rationibus D. Couar. d. lib. 3. var. reſol. cap. 3. n. 1. verſ. ego vt liberè, poſt Carol. Mol. quem refert (tametſi in 4. de ſponſal. 2. p. cap. 8. §. 12. n. 4. & 5. prædictam communem diſtinctionem Bart. probauerit) nunc verò d. verſic. ego vt liberè, contra eam tenet, exiſtimans erroneam eſſe, ſuamque veriſſimam, nempe, vt iudex ſæcularis poſſit cogoſcere de cauſa vſuraria contra laicos, ſiue quæſtio iuris ſit, ſiue facti. Quam diſtinctionem etiam aſſerit eſſe verbalem Iaſ. in l. quoties num. 7. C. de iudic. & refert Dec. in cap. decernimus, num. 24. verſic. quarto fallit, de iudic. vbi tamen arguit contra communem in alium ſenſum, nempe, vt nec de quæſtione facti iudex laicus cognoſcere valeat, quia ex facto ius oritur: adhuc autem videtur cum communi remanere.

Nihilominus tamen his non obſtantibus ſententia communis Bart. receptiſſima eſt, verior, communis & tenenda in iudicando & conſulendo, tametſi aliquando iudices ſæculares de facto, & contra ius de quæſtione iuris circa vſuras cognoſcant, vt deduximus lib. 1. de iur. confirm. d. cap. 3. num. 27. Non obſtant modo adducta contra præfatam communem ſententiam, quoniam diffiteri non oportet, differentiam eſſe maximam inter crimen vſurarum & homicidium, furtum & ſimilia, quandoquidem etſi omnia hæc ſint iure naturali, diuino Euangelico & Pontificio prohibita, nihilominus tamen vſurarum crimen, etſi mere Eccleſiaſticum non ſit, Eccleſiaſticum tamen verè dici poteſt, ex eo, quod ab initio renaſcentis Eccleſiæ iura Pontificia hoc prohibuerint legibus ſæcularibus id permittentibus, imò probantibus, vt latius prædiximus, quod ſic non eſt in cæteris relatis criminibus homicidij, furti & ſimilium. Quare cum quæſtio iuris vſurarij contractus orta fuerit, merito vt ad ius Pontificium atque Eccleſiaſticum, eiuſque iudices recurrendum ſit pro declaratione, tanquam ad originem & fontem deriuatam à iure naturali & diuino, non verò ad ius ciuile, nec eius iudices profanos ac laicos, quod ius ciuile intra certum modum ſolebat permittere vſuras, quamuis poſtea rectius adhærendo Conciliis Eccleſia Catholica eas implicitè prohibuerit: declaratio igitur contingentis dubij an ſit contractus vſurarius necne, ab ipſamet Eccleſia quærenda ac poſcenda eſt, non autem à iudicibus ſæcularibus: ſi vero quæſtio facti tantum ſit, poterit iudex ſæcularis de ea cognoſcere & pronuntiare, culpabileſque punire iuxta pœnas iuris Pontificij & legum huius Regni, cum hæc nihil ſpiritualitatis nec mere Eccleſiaſtici habeat.

Ex † quibus deducitur l. 36. tit. 6. lib. 3. Noua Collect. 22
Reg. vbi præcipitur iudicibus Regiis ſæcularibus, vt maxime curent punire ac puniant vſurarios, &c. debere



bere intelligi neceſſario, quod tunc demum iudex ſæcularis poſſit cognoſcere de cauſa vſuraria, idque crimen punire, quando quæſtio vertitur ſuper facto: ſecus ſi ſuper iure dubitari contingat, iuxta prædictam communem reſolutionem: id quod videtur conſtare ex eadem lege, dum dicit, quod iudices ſæculares puniant vſurarios, vt latius deduximus in d. noſtro tract. de iuram. confirm in 1. part. c. 3. n. 37.

23 Infertur † etiam intellectus ad text. in l. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. vet. hodie l. 1. tit. 21. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. diſponentem, quod exceptio vſuraria admittatur aduerſus exſequutionem contractus guarentigij vel ſententiæ, vt procedant & intelligantur iuxta ſupradicta, videlicet, vt ſi quæſtio vſuraria ſit iuris, iudex ſæcularis illam remittat ad iudicem Eccleſiaſticum, & interim ſuperſedeat in exſequutione, præcipue ſi ab ipſo
24 iudice Eccleſiaſtico inhibeatur: ſi † vero quæſtio ſit ſuper facto, poſſit ipſe iudex ſæcularis de ea cognoſcere: probari tamen debet hoc caſu exceptio vſuraria intra terminum decem dierum à dictis legibus Regiis aſſignatum, vt tenui cum Couar. & Auileſio, quos citaui d. cap. 2. num. 30. quod primum etiam tenet poſt alios, quos citat Rolan. à Valle conſil. 75. lib. 1. Et poteſt iſthæc opinio comprobari ex eo, quod ſecundum aliquos non poteſt iudex ſæcularis, nec etiam incidenter cognoſcere ſuper vſura: quam opinionem communem eſſe profitetur Alexand. in l. quoties, poſt n. 4.
25 verſic. extra gloſſ. C. de iudic. quinimo † ſecundum alios, parte excipiente contractum eſſe vſurarium, de eo non poteſt iudex ſæcularis cognoſcere, nec etiam ſtatuere terminum, intra quem debeat coram iudice Eccleſiaſtico probare exceptionem vſurariæ prauitatis, iuxta doctrinam Bart. in l. præſes, poſt num. 4. de appellat. quem omnes ſequuntur, vt dicit Ripa in l. qui pro tribunali, n. 7. ff. de re iudic. quos refert, licet non ſequatur Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. quæſt. 37. verſic. quæro igitur, ibi, adeo, & ibi, quinimo &c.

26 Sed † re maturius conſiderata, nunc mihi contrarium in omnium ſupradictis circa intellectum d. l. 4. tit. 8. dudas exceptiones. lib. 3. Ordin. vet. & l. 1. tit. 21. lib. 4. Nouæ Collect. Reg. dicendum ac tenendum videtur, imo quod ſi opponatur exceptio vſuraria aduerſus exſequutionem inſtrumenti guarentigij, vel ſententiæ tranſactæ in rem iudicatam coram iudice ſæculari, iudex ipſe laicus admittere eam debeat, iuxta eaſdem leges Regias, & ſuſpendere exſequutionem per terminum decem dierum oppoſitionis, ac ſuper ea cognoſcere poſſit, ſiue iuris ſiue facti, quæſtio, ſit ac tandem cauſam decidere, præcipiendo, nempe vt in exſequutione procedatur, vſque ad vltimam pignorum venditionem præſtita fideiuſſione legis Toleti, ſi prædicta exceptio in termino decem dierum prædicto probata non fuerit, quod ſi legitime probata fuerit, eam admitti annullando exſequutionem, vt cauetur in eis legibus, ibi, (O exceptione de vſura) vbi inter alias exceptiones, quas iudices admittere debent contra exſequutionem, vſuræ exceptio enumeratur: Ergo ſicut de cæteris iudices ſæculares cognoſcere poſſunt, ita & de hac: Si enim huius cognitio remittenda eſſet ad iudicem Eccleſiaſticum, & iudex interim, quod ipſe Eccleſiaſticus cauſam decideret, deberet ſuperſedere in exſequutione, leges eædem exprimerent, hoc tamen non dicunt, Quinimo l. 2. d. tit. 21. ſtatim ſequens præcipit, quod ſi intra decem dies legitimæ exceptiones (nempe de quibus in l. præced.) non probentur, ſolutio fiat creditori præſtita dicta fideiuſſione: Ergo ſi prædicta exceptio vſuræ intra decem dies prædict. non probetur amplius non eſt differenda exequutio: idque veriſſimum videtur; quia alias cauſæ exequutiuæ facillime ordinariæ per malitiam redderentur, oppoſita ſtatim exſequutione vſuræ aduerſus contractum, ſi ob id ſolum cauſæ cognitio ad iudicem Eccleſiaſticum deferenda eſſet ſuper quæſtione iuris vſurarij contractus: Cognoſcere † igi- 27
tur incidenter de hac exceptione poterit iudex ſæcularis coram quo inſtrumentum vel ſententia exſequitur, in eum finem, vt ſi intra prædictum terminum decem dierum oppoſitionis probetur, admittatur, ſin minus, procedatur in exſequutione præſtita de fideiuſſione, Quæ ſententia ex eo certa efficitur, quod ſuperiora omnia, quibus niſi tenuimus prius contrarium, nempe diſtinctio Bart. communiter approbata inter quæſtionem iuris & facti ſuper contractu vel cauſa vſuraria, vt de prima iudex ſæcularis cognoſcere non valeat, ſed tantum Eccleſiaſticus, de ſecunda vero vterque intelligi debent ac procedunt, quando principaliter in iudicio deducitur vſurarum quæſtio. Cæterum, quando incidenter opponitur per modum exceptionis, contractum nempe eſſe vſurarium, tunc bene poteſt iudex laicus cognoſcere etiam ſuper quæſtione iuris & contractum ipſum tanquam vſurarium annullare atque reſcindere, arg. l. quoties, cum ſimil. C. de iudic. hæc eſt communis opinio tam Legiſtarum, quam Canoniſtarum, vt dicit Guid. Pap. conſil. 180. num. 2. quem refert & ſequitur dicens, quandoque ita vidiſſe ſeruari Iul. Clar. d. §. fin. in verſ. hæc tamen omnia, aduerſus tenentes contrarium, quod ſupra retulerat, & nos quoque eorum meminimus. Quod ex eo etiam comprobari poteſt, quod cauſa hæc vſuraria nullibi legatur, quod ſit ſpiritualis, ſed Eccleſiaſtica vel mixti fori, vt prædiximus: Sicque non obſtat text. in cap. tuam, de ord. cogn. cum ſimil. ſuprà allegatis, de quibus nec incidenter iudex ſæcularis cognoſcere poteſt, vt in dictis iurib. quia illa ſunt ſpiritualia, nempe ma trim& ſimil.

Quinimo † idem ſeruandum erit, etiamſi reus, con- 28
tra quem petita fuit exſequutio coram iudice ſæculari, adeat Eccleſiaſticum, & coram eo petat declarari inſtrumentum vſurarium, nam adhuc illa petitio & litis pendentia, etiamſi ea ſciuerit iudex laicus, non impediet nec retardabit inſtrumenti exſequutionem coram iudice ſæculari petitam, ſecundum Angel. de Peruſ. in l. 4. §. condemnatum, ad fin. ff. de re iud. quem refert & ſequitur Roder. Suar. in l. poſt rem iudicatam, verſ. circa iudicem videndum, num. 15. in princ. & iterum num. 17. ff. de re iudic. dicens hoc in propoſito videri verius, cum fiat proceſſus infra decem dies ſuper omnibus legitimis exceptionibus, poſt illos tranſlatos eſſe dubium, & quod ad malitias obuiandas tunc obſeruaret dictum Angel. ex quo nihil probauit in terminis, & poſtquam ſoluerit, remanebit ſibi ius ſuum ſaluum ad omnes exceptiones probandas; Angel. etiam ſequitur Socin. conſil. 79. lib. 3. & Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 30. loquens in exceptione relaxationis iuramenti, ſuper qua lis pendet coram iudice Eccleſiaſtico, vt illa non impediat exſequutionem: quod ipſe quoque tenui alios allegans in d. cap. 2. n. 25. & in terminis Rebuff. de liter. oblig. art. 2. gl. 1. n. 22. dicens; quod hæc ſententia Ang. ſeruatur in praxi quia iudex condemnare ſolet per modum prouiſionis ad garniendum contempta in inſtrumento, niſi vſura appareret eo ipſo inſtrumento, quia tunc dicitur patens, teſte Panorm. in cap. cum olim, el 2. de cenſib. & manifeſta, teſte Barbat. in cap. ſi diligenti, col. 6. de foro compet. & ideo non obſtante allegatione vſuræ non notoriæ per modum prouiſionis condemnatio fiet, & ſuper vſuræ cognitione remittetur ad iudicem Eccleſiaſticum, vt Doctores ſcribunt in cap. cum ſit generale, de foro compet. & in clement. diſpendioſam, de iudic. quod vix ſi inter laicos agatur, Regales hoc

 faciunt,

faciunt, ſecundum ipſum Rebuff. *vbi ſuprà*, ſequitur etiam Laurent. Rodulf. *in tract. de vſur. quæſt.*131. *num.*129. tametſi Thom. Ferrat. *caut.*53.*num.*1. teneat contrarium: necnon & nouiſſime. Viuius *deciſ. Neapol.*304.*verſic. primo*, cum Bald. Specul. & Capic. quos pro ſua opinione citat.

29 Quos † autem magis torquet, eſt; *An idem ſeruandum ſit, ſi iudex Eccleſiaſticus ſæculari exſequenti inhibeat necne?* & Bald. quidem in *l. conſulta, num.*1.*C. de teſtament.* firmat, iudicem Eccleſiaſticum poſſe inhibere, ne lite pendente ſuper vſuris inſtrumentum exſequatur, & Angel. quoque *vbi ſuprà*, (prout refert Roder. Suarez *d. num.*15.) inquit, quod propterea inoleuit mos, quod Epiſcopi inhibent iudicibus ſæcularibus, & ſub excommunicationis pœna præcipiunt, vt ſuperſedeant in exſequutione, quamuis nihilominus adhuc teneat, quod iudex ſæcularis non tenetur ſuperſedere in exſequutione nec ſe inhibere, quia Eccleſiaſticus non rectè inhibet in hoc caſu: ſed in terminis contra Ang. quod iudex ſæcularis hoc caſu, conſtito ſibi de litis pendentia coram iudice Eccleſiaſtico ſuper cauſa vſuraria eiuſdem contractus, quem exſequitur, maxime, ſi à iudice Eccleſiaſtico inhibeatur, ne vltra procedat ſuper exſequutione ſub pœna excommunicationis, quouſque decidatur cauſa vſuraria, teneatur ei obedire & debeat ſuperſedere in exſequutione, tenet Alex. alios allegans *in l.*4.*§. condemnatum, num.*17.*ff. de re iudic.* cuius ſententiam nos quoque probauimus late contra Angel. *in d. cap.*2. *num.*11.*cum ſeqq.* ibique *num.*15. reſpondimus legibus Regiis ſupradictis probantibus, non admitti contra exſequutionem exceptionem altiorem indaginem requirentem, probandam vltra decem dies, nempe, vt procedant in exceptione, cuius cognitionis ſit capax iudex ſæcularis, qui inſtrumentum guarentigium exſequitur, vt conſtat ex prædictis legibus: at vero cognitione cauſæ vſurariæ ſuper quæſtione iuris pendente coram iudice Eccleſiaſtico, incapax eſt iudex ſæcularis, ſicut contingit *in d. c. tuam*, ad cuius terminos reduximus quæſtionem noſtram exceptionis vſuræ contra inſtrumenti guarentigij exſequutionem oppoſitæ, ac proinde reſoluimus, iudicem ſæcularem debere ſuperſedere in exſequutione, donec terminetur cauſa vſuraria, obediendo iudici Eccleſiaſtico id præcipienti, quia minus inconuenit, quod cauſa exſequutionis differatur prædictis rationibus, quam quod vſura exſequatur: præterquam ſi de fraude & calumnia introducentis cauſam vſurariam coram iudice Eccleſiaſtico poſt petitam aduerſus ſe exequutionem coram ſæculari conſtiterit, quo caſu ſaluari poteſt opinio Angel. contraria *vbi ſuprà*, vt *ibid.* diximus *num.*19.*in fin.* cum additione Roder. Suarez fateorque hanc partem ſuſtineri probabiliter poſſe ex prædictis rationibus.

Nihilominus tamen contrariam ſententiam Angel. (vt *ibid.* etiam aſſeruimus) ſequuti ſunt Imol. & Rip. *in d. §. condemnatum, num.* 29. qui addit, quod etiamſi iudex Eccleſiaſticus præuenerit in cognoſcendo, ſcilicet iudicem ſæcularem, non rectè faciet, ſi inhibeat: Eandem ſententiam videtur probare Rod, Suar. *vbi ſuprà* cuius rationes iam *ſuprà* relatæ in primo caſu quando non eſt inhibitum, in hac quoque ſpecie, de qua agimus, militare videntur, & expreſſim probat Rebuff. & cæteri quoque in primo caſu relati, idem profitentes etiam data præd. inhibitione, & Barbat. relatus per Tiraq. *de vtroque retract. tit.*2.*§.*1.*in gloſſ.*2. *num.* 56. quamuis ipſe Tiraq. *ibid.* dubiam reddi exiſtimet, eandem ſententiam cum ſupradictis ex profeſſo probauit Didac. Couarruu. *in* 4. *de ſponſal.* 2. *part. cap.*8. *§.* 12. *n.*5. niſi intra dictos decem dies prædicta exceptio vſuræ probetur, & magis idem affirmat ipſe Couar. *d. lib.*3.*var. reſol. cap.*3.*num.*1. *verſ. vtcunque ſit*, ibi: *imo exequutio inſtrumenti, &c.* Et tenendo hanc partem contra priorem, non obſtat reſponſio per nos tradita *vbi ſuprà*, ad leges Regias, quoniam per viam exceptionis, & ſic incidenter, capax eſt iudex ſæcularis cauſæ vſurariæ ſecundum communem ſententiam, quam *ſuprà* retulimus: quod non contingit in terminis *d. cap. tuam, de ord. cogn.* & ſic ſunt diuerſi caſus, vt *ſuprà* probauimus: Nec enim text. ille ad terminum noſtræ quæſtionis trahi poteſt, quia ibi agitur de cauſa mere ſpirituali, nempe natalium, & ſic matrimonij, cuius nec incidenter iudex ſæcularis capax eſt, nos vero loquimur de exceptione vſuraria oppoſita contra exſequutionem, quę minime ſpiritualis eſt, nec tantam incapacitatem cauſſat in iudice ſæculari, quantum illa. Quid tenendum?

Ego † profecto articulum hunc ac præſentem quæ- 30
ſtionem ſatis dubiam ac difficilem reputo, ac nunc omnibus ſupradictis rectè perpenſis in hanc ſecundam partem procliuior ſum ex rationibus proxime dictis, tum etiam ex adductis *ſuprà* in primo caſu, quando iudex Eccleſiaſticus non inhibuit; quæ omnes in hoc quoque vrgere videntur. Video præterea doctiſſimum ac maximum practicum D. Couar. hanc partem intrepide tenentem, ac itidem fauorem viæ exſequutiuæ concurrere, nec non rationem & mentem prædictarum legum Regiarum adhuc militare, quandoquidem cauſa vſuraria coram iudice Eccleſiaſtico pendens altiorem, indaginem requirit, nec reo, contra quem ſit exſequutio, ius ſuum aufertur, ſed illud ſaluum poſtea proſequendum reſeruatur cum cautione fideiuſſoria iuxta formam legis Toleti, nec interim, quo lis vertitur ac pendet indeciſa, coram iudice Eccleſiaſtico ſuper vſura, poteſt dici exſequi contractum vſurarium, quouſque id per literas exequutoriales appareat: Nihil igitur inconuenit, quod interim inſtrumentum exequutioni mandetur cum prædicta fideiuſſione: nec id mirum videri debet, cum inſtrumentum guarentigium ſeu ſententia tranſacta in rem iudicatam quæ exſequuntur, ſint res intra contrahentes placita & iudicata, ac proinde mereantur ſtatim exequutionem: cauſa vero pendens ſuper vſura coram iudice Eccleſiaſtico, non ſit res finita, liquida nec deciſa, vnde non debet impedire exequutionem eius, quod finitum ac liquidum eſt. Præſertim, quod hæc pars abſque dubio procedit, ſi de aliqua fraude opponentis conſtiterit, vt prædiximus, prout ſatis videtur conſtare eo ipſo, quod poſt exequutionem petitam, ſtatim coram iudice Eccleſiaſtico introducitur cauſa vſuraria eiuſdem contractus. Item † etiamſi inſtrumentum 31
forte, quod exſequitur, annuas præſtationes contineat, & pro aliis iam præteritis, iterum atque iterum ſit iam exequutioni mandatum, tunc enim non debet retardari exequutio per exceptionem vel actionem ſuper vſura eiuſdem contractus nunc oppoſitam, & coram iudice Eccleſiaſtico pendentem, arg. eorum quæ diximus *in d. cap.*2.*num.*23.*verſ.*5. & in exceptione nullitatis inſtrumenti. Idem eodem caſu probarunt Auguſt. Beroi. *conſil.*119.*lib.*3. Pulſat. *conſil.*74.*num.*25. *lib.*1. & Lancel. *de attent.*2. *part. cap.*17. *num.* 150. vbi prædicta refert & ſequitur: quod ſi hoc non contingat, nec de fraude conſtet, adhuc idem videtur dicendum eſſe, cum ſæpe rei conuenti, vel contra quos ſit exequutio, malitioſe cauſa differendi iudicium opponant exceptiones vſuræ, vel alias, quæ ſpectant ad cognitionem iudicis Eccleſiaſtici & petunt ad eum remiſſionem fieri & natura viæ exequtiuæ, non patitur, vt exceptio aliqua admittatur ad ipſam impediendam, quæ altiorem indaginem requirat, nempe, quæ
*infra*



infra dictos decem dies liquido non probetur: ſecus ſi in prædicto termino liquidari poſſet, veluti ſi vſura appareret ex ipſo inſtrumento, vel alias manifeſta eſſet, vt prædiximus ex Rebuff. probanda tamen infra dictos decem dies oppoſitionis.

32 Sed † ad euadendam ſententiam excommunicationis iudicis Eccleſiaſtici in prædicta ſpecie, in inhibitione communicatam, vel forte tunc vel poſtea prolatam, iudex ſæcularis nihilominus in exequutione procedens debet comparere per ſe vel per ſuum procuratorem coram prædicto iudice Eccleſiaſtico declinando ſuam iuriſdictionem, & appellando ex dictis cauſſis, atque ad ſuæ appellationis iuſtificationem producendo teſtimonium viæ exequutiuæ, &c. ſicque iuſte litigabit, quouſque declaretur per ſuperiores: quæ opinio ex ſupradictis verior ſit ac tenenda, quamuis, vt exiſtimo, hæc ſecunda in praxi obtinebit: ſi tamen, vt inquit Rebuf. *vbi ſuprà*, ex ipſo inſtrumento apparet de vſura, vel ſi intra dictos decem dies exceptio ipſa vſuræ probetur ac liquidetur, erit admittenda iure optimo contra prædictam exſequutionem ſecund. omnes & probatur *in d. ll.* ibi, *O exception de vſur.*

33 Modo † videamus; *An dominium rei acquiſitæ per vſuram, veluti equi, domus, agri, vel alterius tranſeat in vſurarium?* Et tranſire tenuit gloſſ. vnic. *in c. ſi quis vſura num.* 14. *quæſt.* 4. communiter recepta ſecundum Nauar. *in Manual. Latin. cap.*17.*n.* 265. quam etiam opinionem ſequitur Bald. *in l.* 1. *n.*3. *C. de pign. act.* Bero. *in c. quia in omnibus, num.* 28. *verſ.*2. *concluſ. de vſur.* & videntur tenere aliæ gloſſ. relatæ per Angel. de Clauaſ. vbi *infra* ſtatim citabitur, & Henric. Candau. *quodl.* 4. *quæſt.*27. Palud. *in* 4. *ſent. d.*15. *quæſt.*2. *art.*5. & Andrian. *in tract. de reſtit. §. ex his alia oritur quæſtio*, dicens eam eſſe communem Canoniſtarum & eam videtur probare S. Thom. *in* 4. *diſtinct.* 15. *quæſt.* 2. *art.* 4. & tenet Scot. *in* 4. *diſtinct.* 18. *quæſt.*2. *art.*3.

Sed contraria ſententia in hoc eſt verior & proculdubio tenenda, imo quod dominium rei per vſuram acquiſitæ minime tranſeat in creditorem. Primo, *ex d. cap. ſi quis vſuram accepit. rapinam facit, vita non viuit*, 14. *quæſt.* 4. Si ergo vſurarius eſt raptor, in eum non transfertur dominium, ſiquidem res furto ſubtracta poteſt à domino vindicari atque condici. Secundo, quia non contractus vſurarius omnino eſt nullus iure naturali, diuino, Pontificio ſaltem, ciuili ac Regio, vt prædiximus *in princ. huius cap.* Igitur ex eo dominium non transfertur, etiam ſpontanea domini traditione, præſertim, quod in vſura ea traditio, inuoluntaria eſt, *arg. l. non dubium, C. de legib. & in l.* 1. *§. ſi vir. vxori ff. de acq. poſſ.* vbi ſecundum Dd. commun. *ibidem* ex contractu nullo non tranfertur dominium nec poſſeſſio, & ideo merito hanc ſecundam partem tanquam veriorem probarunt communiter Theologi & Canoniſtæ, nempe D. Thom. 2.2. *quæſt* 78. *artic.*3. & ibi late Caiet. & latius Thom. *in* 3. *opuſc. tract. de vſur. q.*1. Alex. de Hales *in* 3. *part. q.*16. *memb.*4. Altiſiod. *in* 4. *diſt.*15. *q.*38. quos *ibi* refert & ſequitur Ioan. Maior. *q.*38. & S. Bonauent. *ibid. etiam art.*2. *q.* 1. & Ricard. *d. q.*4. *art.*5. & cæteri cõmuniter Theologi, & Caietan. *in opuſc. quæſt* 6. *de vſur. quæſt.*1. ſequitur Dominic. à Sot. *lib* 6. *de iuſtit. & iur. quæſt.* 1. *artic.*4. & eam late probat Ioan. à Medin. *in lib. de contract. cap. de vſur. §. in tertio argumento principali, per tot. fol.* 148. *cum ſeqq. & efficaciſſimis rationibus* Collect. 2. *tom tract.*8. *de vſur. quæſt.*1. Mercad. *de tratos y contratos, cap.*11. *de como ha de reſtituir el vſurero*, Frater Angles *in quæſt. de vſurario &c. pag.* 279. *verſic. vſurarius.* Ex Canoniſtis eandem ſententiam tenuerunt Ioan. Andr. Franc. & alij communiter *in cap. quanquam, de vſur. in* 6. dum poſt S. Thom. aſſeuerat, vſurarium teneri ad reſtitutionem fructuum, quos percepit ex domo, vel vinea per vſuram acquiſita, quia eos percepit ex re, quæ aliena eſt, cuiuſque alter eſt dominus: ſequitur dicens veriorem & communem D. Couar. *lib.*3. *var. reſol. cap.*3. *num.*6. ibi, *item & illud eſt notandum*, & hanc dicit eſſe apud Theologos & Canoniſtas communi omnium conſenſu receptam Sylueſt. *in ſum. verb. vſura*, 6. *quæſt.* 1. & ante eum *ibidem* teſtatur late probans Angel. de Clauaſ. *in ſum. verbo, vſura* 2. *num.*18. & quod eſt tenenda, præcipue in foro conſcientiæ, ſecundum eoſdem, quos referens & alios teſtatur eſſe communem Theologorum & Canoniſtarum Didac. Perez *in l.*5. *tit.*19. *lib.*8. *Ordin. pag.*363. *col.* 2. eadem ſequitur & lariſſime probat reſpondens fundamentis contrariis aduerſus Nauar. *vbi ſuprà*, Frater Lud. Lopez *in ſuo inſtructor. conſcientiæ in* 2 *part. c.* 79. *per tot pag.*624. *cum ſeqq.* allegatque Ioſeph. Angles pro hac opinione, & iterum eam ſequitur *cap.* 81. *in princ.* late etiam eam probat Pet. à Nauar. *lib.*3. *de reſtit. cap.*2. *num.*388. *cum ſeqq.* eſt cõmunis opinio ſecundum Theſaur. *relig. chriſt. c.*67. *n.*33. ſequitur etiam eam probans Magiſt. Arag. ſuper D. Thom. *vbi ſuprà*, *in* 2.2. *quæſt.* 78. *art.* 3. *pag.*702. & Lud. Carb. *de reſtit. quæſt.*57. *concluſ.*1. Gloſſa † con- 34
traria poteſt ſaluari in rebus conſumptibilibus vſu, acquiſitis per vſuram, vt quæ conſiſtunt pondere, numero vel menſura, vt puta pecunia, granum, vinum, & huiuſmodi, quia cum iſta recipiant functionem in genere ſuo, vt *in l.*2. *§.*1 *ff. ſi cert. petat.* abſque dubio in iſtis transfertur dominium, quando ſunt permixta vel conſumpta, *l. ſi alieni nummi, ff. de ſolut. & in l. nam etſi ur. ff. ſi cert. pet. & in l. ſi frumentum, de rei vend.* ita in terminis tenent Ang. de Clauaſ. & Syluest. *vbi ſup.* limitantes hoc modo proxime relatam communem ſententiam, vt procedat in aliis rebus mobilibus quæ ſeruando ſeruari poſſunt, vel in immobilibus: quod ſentiunt atque ſatis indicant omnes communem ſententiam probantes: ſecus in illis rebus, quæ conſiſtunt in pondere, numero vel menſura, permixtis vel conſumptis, vt prædiximus, & volunt ſupradicti tenentes communem ſententiam, niſi dum manent impermixta, ſecundum D. Thom. *vbi ſuprà*, & Syluest. & Sot. quos refert & ſequitur Lud. Lop. *vbi ſuprà, verſ.*2. *concluſio*, & ita eſt tenendum, quicquid Michael à Palat. *de contract. & reſtit. lib.*3. *c.*9. *per tot.* late agens de præcedenti quæſtione in his quoque rebus vſu cõſumptibilibus teneat dominium non transferri. Sed intelligendus eſt iuxta ſupradicta, vt hac cenſura adiecta eius opinio generalis ſuſtineri poſſit cum diſtinctione prædicta, alias ſecus, ſecundum.

Nec etiam obeſt doctrina S. Thom. *vbi ſuprà*, pro contraria parte relata, quia ibi potius refert aliorum opinionem, quam eam probet, dum ſcribit; *Sicut in vſura accidit, in qua, vt quidam dicunt, dominium transfertur*: His namque verbis omnino non admittit nec concedit veram eſſe illorum, quos citat, opinionem: quinimo idemmet S. Thom. *in d.*2.2. *quæſt.*78. ex profeſſo rem agens, hanc ſecundam opinionem probauit.

Secundo, † præfata magis recepta ſententia limita- 35
tur, vt procedat in ipſiſmet rebus per vſuram acquiſitis, harum eidem enim dominium, ſecundum diſtinctionem prædictam in vſurarium non tranſit: ſecus vero in aliis rebus acquiſitis emptiſque ex pecunia vſuraria, hæc enim ementis efficiuntur, *arg. text. in l. ſi ea, C. de rei vend.* vbi res empta ab alio ex pecunia mea non ideo efficitur mea; ſed illius, quæ † eam ſibi emit: 36
idem probat text. *in l.* 1. *C. ſi quis alt. vel ſib. l. quamuis ex ea, C. de pig.* ponit regulam & fallentias, *l.*49. *tit.* 5. *par.*5. late Ant. Gom. *in l.*53. *Tauri n.*36. ita in terminis tenent plerique ex ſupradictis, & præcipue Angles,
*in*

*in verſic. Scotus allegans Scotum* & alios Ludouic. Lo-
37 pez *vbi ſuprà,cap.*80 *in princ.* Imo † vſurarius non te-
netur debitori reſtituere rem ſeu lucrum ex pecunia
vſuraria acquiſitum , quamuis pecuniam ipſam reſti-
tuere teneatur , vt tenent S. Thom.2.2 *quæſt.*78.*art.*3.
Gabr. & alij *in* 4.*ſent. diſtinct.*15.*quæſt.*2.& *ibi* Maior.
*quæſt.*38.Syluest.*in ſum.verb.vſura,*6.*quæſt.*2. Medin. *de
rebus per vſur. acquiſit.* §. *in quarto arg. princ. per tot.
fol.*152.*cum ſeqq.* Anch. *in reg. peccatum col.* 2. *de reg.
iur. in* 6. Ioan. Andr. Domin. & Franc. *& in d.c. qua-
quam , col.*2.*de vſur in* 6. ſequitur Couar. plures refe-
rens *d.cap.*3.*num.*6.*verſic. ſed ad huius*, contra Bald. *in
l.*1.*C.pro ſoc.quæſt.*10.& Dec.*in l. certi conditio* , §. *vlt.
num.*3 *ff. ſi certum petat.* aliud tenentem : nam & Bald.
*vbi ſuprà* , reprobat Angel. *verbo vſura* , 1.*quæſt.*55.
38 Rem † autem acquiſitam per vſuram vſu non con-
ſumptibilem tenetur vſurarius reſtituere cũ fructibus,
& præterea ad reſarciendum omne damnum ob exa-
ctam vſuram debitori obuentum,& præterea de lucro
ceſſante rei lucroſæ,quæ non tranſit in eius dominium,
non autem rei non lucroſæ,quæ tranſit in eius domi-
nium aliis commixta,prout eſt de mente Thomæ Rai-
ner. & communiter Doctor. ſecundum Syluestr. *vbi
ſupr.quæſt.*2.ſe remittentem *ad verb reſtitutio*,3.*&* § 9.
& Ioan.à Medin.*vbi ſupr.d.* §.*in quarto*,& Mercad. *vbi
ſuprà,cap.*11.& Lud.Carb.*vbi ſuprà,concluſ* 4.*&* 5.
39 Quod † ſi vſurarius rem acquiſitam per vſuram
alienauerit , de æquitate canonica tertius poſſidens
conueniri poteſt,& ab eo dicta res iudicis officio auo-
cari , ſecundum Bald. *in l.rem quam* , *C. de iur. dot. in
fin.verbis*,quem ſequitur Palat. Rub.*in rub.de don.inter
vir. & vx.* §. 6.*n.* 24. qui eam alienare , diſtrahere aut
conſumere non poteſt vſurarius titulo oneroſo nec
gratioſo , ſine conſenſu vero aut rationabiliter præ-
ſumpto ipſius mutuatarij , cuius eſt,licet præd. diſtin-
ctio fiat in re empta ex pecunia vſuraria, nempe tituli
oneroſi & gratioſi , vt per gloſſ. & Dd. *in cap.cum tu,
in fin. de vſur.* ita tenet Angel. & Syluest. *vbi ſuprà*,
*quæſt.*2. & iterum *quæſt.* 5. Medin. *vbi ſuprà* , *in* §. *in* 3.
*arg. verſic. corollarie ſequitur* , tametſi Nauar. *in Ma-
nual.Latin,cap.*.17 *n.*165 *verſ.*3.*&* 4. id tantum videa-
tur pro vero probare , quando titulo lucratiuo aliena-
tur res vſuraria. Medin. tamen *vbi ſuprà* , tenet quod
prædiximus & tenuimus.Hoc tamen Medin.*vbi ſuprà*,
limitat in duobus caſibus.Primo,in extrema neceſſita-
te ſui vel aliorum , quibus non ſit , qui poſſit aut ve-
lit ſuccurere præter ipſum vſurarium ; tunc enim po-
terit res per vſuram acquiſitas,ad præfatum finem ne-
ceſſarias conſumere aut diſtrahere , prout neceſſitas
poſtulauerit , ſiue res præfatæ ſint vſu conſumptibiles
diſtrahere , tam titulo oneroſo , quam etiam gratio-
ſo , modo ipſe maneat potens ad integre ſuper acce-
pta reſtituendum,vt ſcilicet ſi habeat aliunde bona le-
gitime acquiſita , quæ ad integre ſatisfaciendum ſuffi-
ciant , & ita hoc in caſu poterunt vſurarij ſine pecca-
to huiuſmodi res , quæ functionem admittunt , ven-
dere & cum pecunia fœnebri ſimiliter emere , & ſi-
militer ea conſumere & donare , manente , vt dictum
eſt , in eiſdem potentia ad ſufficienter reſtituendum,
ſecus , ſi non remaneat potens ad ſoluendum vſuras,
quia tunc titulo gratioſo non licet ea alienare nec ac-
cipere , nec dotis titulo : Licitum eſt tamen illi ven-
dere & ab eo emere , quia per hæc non redderetur im-
potentior ad reſtituendum , quia tantundem recipit
ab alio quantum dat de ſuo , ſecundum Caiet. *in ſum.
in* §. *ad vſuram accipere , verſic. ſi vero efficeretur mi-
nor* , ſequitur Did Perez *vbi ſuprà,pag.*363.*in fin.linea,
verſ. ſit ergo reſolutio , pag. ſeq. in princ.* Inſuper ob-
ſeruandum erit quod gener vſurarij accipiens in dotem
bona vſuraria vel reſtitutioni obnoxia ſciens vel ſcire
debens per talem acceptionem dotis , ſe facere impo-
tentem ad reſtituendum ſuum ſocerum , tenetur ad
reſtitutionem ſic accepti in dotem:ſi autem neſciebat,
nec ſcire debebat ſe cauſare huiuſmodi reſtitutionis
impotentiam , non tenetur huiuſmodi bona in dotem
accepta reſtituere , arg. cor. quæ in ſimilibus terminis
reſoluit Nauar. *de reddit Eccleſ quæſt* 2 *num.*36. Quod
verum intelligit Frat. Lud. Lopez *in ſuo inſtructor.
conſcient.* 2. *part. cap.* 81. *pag.* 648. quando † illa bo- 40
na in dotem data , non erant in ſe vſuraria , ſed alias
licite acquiſita , licet obnoxia eſſent reſtitutioni:quia
ſi eſſent vſuraria , id eſt , vſurarie accepta , cum ſint
aliena , nec eorum dominium in vſurarium tranſmiſ-
ſum fuerit , & ſic etiam non tranſierit in generum,
quantum attinet ad forum conſcientiæ , ſi prædictam
impotentiam ad reſtituendum poſtea nouerit gener,
tenebitur ratione rei acceptæ ,etiamſi bona fide igno-
ranter acceperit , reſtituere dotem : addo ego , vel
quotieſcunque nouerit res ſibi in dotem datas eſſe
per vſuram immediate acquiſitas , tunc enim cum
ſint alienæ illicitequeacquiſitæ , neque in eum domi-
nium earum tranſierit , non videtur tuta conſcientia
illas retinere poſſe , etiamſi ſocer alias potens ſit ad
reſtituendum : ſi tamen non reſtituat , ſicut nec qui
poſſidet alias quaſcunque res alienas ſibi traditas,
quamuis iuſto titulo alias reſpectu ſui , ſciens tamen
illum ius tradendi nec poſſidendi habuiſſe , mala
enim fides auctoris nocet ſingulari ſucceſſori , vt *in
authen. malæ fidei , C. de præſcrip.longi temp. cum ſimil.
l.*19.*tit.*29.*part.*3 & ibi Greg. Lop. & omne quod non
eſt ex fide peccatum eſt , vt *in cap. fin. in princ.de præ-
ſcript. cum ſimil.* idem probat Michael à Palat. *lib.*4.*de
contract. & reſtit. cap.*10.*col.fin.*in † filia in dotem re- 41
cipientem rem per vſuram acquiſitam vel pignus vſu-
rarium pro dote , vt ſi hoc nouerit , & quod pater ſuus
non reſtituit , vſuram illam teneatur reſtituere niſi in
caſu , quod ipſe eſſet extreme indigens , quia tunc
tantum poterit ex vſura illa vſurpare , quantum ſibi
ſat eſt , vt extremam indigentiam ſuam ſuppleat,quia
hæc dos eſt aliena , & pater non potuit titulo lucra-
tiuo eam transferre in filiam , Quandoquidem , vt
ſupponimus , ex hac tranſlatione redditus eſt impo-
tens ad reſtituendum vſuram quam debet : fructus au-
tem bona fide perceptos à genero , quando probabili-
ter ignorauit rem in dotem datam , vel pignus pro
eo eſſe vſurarium , facit ſuos , & quamuis poſtea hoc
ſciat , non tenebitur eos reſtituere , quoniam ex eis
ſuſtinuit onera matrimonij:ſecus ſi gener ſciebat rem
in dotem datam , vel pignus pro ea eſſe vſurarium:
tunc enim non poteſt fructibus nec dote frui , niſi
conſentiente mutuatario quia hæc aliena ſunt,& mala
fide eis vtitur , ideo tenebitur ea reſtituere , etiamſi
conſumpſerit , non vxori , ſed mutuatario ſecundum
Palat. *vbi ſuprà.* Quid autem erit , ſi filia recipiat in
dotem pecuniam vſurariam , quam ſolum pater ha-
bebat videndus eſt Abb. *in cap.cum tu,num.*13.*de vſur.*
& ibi cæteri Dd. & de ſupradictis agit nouiſſime bre-
uiter Lud.Cab.*vbi ſupra,d.quæſt.*57.*in* 6.*concluſ.*
Ex † ſupradictis decidenda venit altera quæſtio; *An* 42
*bona vſurarij ſint à iure tacite hypothecata pro vſurarum
reſtitutione?* Gloſſ. etenim *in cap. quanquam , verb.fa-
cultates , de vſur.in* 6.& gloſſ.*in c.tua nos,de vſur.verb.
cogendi,verſ.ſatis poteſt dici*,ibi,*quia omnia bona defuncti
erant illi obligata* , tenent partem affirmatiuam per
text.*in c.cum tu, eod.tit.*ibi,*poſſeſſiones vero,quæ de vſu-
ris comparatæ ſunt,debent vendi,& ipſarum pretia his , à
quibus vſuræ ſunt extortæ , reſtitui* : & hanc opinionem
tenet quoad omnia bona ſimpliciter Bald. *in l.exequu-
torem , col.*1. *C.de exequutione rei iud. & in l. vlt. C. de
ſeru.pign. dat. manum.*Ripa *in l.SCto,n.*9.*ff. quibus caſ.
pig.*



*pig. tacit. contrah.* & ſpecialiter quoad bona empta
ex pecunia vſuraria , vt ſint hypothecæ ſubmiſſa à iu-
re,recenſet Lap. *alleg.* 74. & generaliter eandem ſen-
tentiam probauit Palat. Rub.*in repet.rubr.de donat in-
ter vir.& vxor.*§.65.*n.*23.*cum ſeq.* vbi ampliat etiam in
bonis in dotem datis ab vſurario filiæ ſuæ , præter-
quam ſi ſit in pecunia numerata, quia tunc nec mari-
tus , nec filia poterunt à creditoribus conueniri , ſe-
cundum plures auctores , quos *ibi* in id citat : quam
etiam generaliter , & præterea in bonis in dotem datis
tenet Angles *in quæſt.de vſurario , &c. pag.* 280. *verſ.
emens* , & hæc fuit communis opinio antiquorum,ſe-
cundum Abb.*in d.cap.tua nos,n.*7.
Sed nihilominus contrarium eſt tenendum , imo
quod nulla tacita hypotheca ſit à iure inducta in bo-
nis vſurarij pro reſtitutione vſurarum , & ideo eum,
qui oneroſo titulo bona vſurarij habuit , non poſſe
conueniri ,nec actione reali , nec perſonali ad vſura-
rum ſolutionem & reſtitutionem,etiamſi eo tempore,
quo illa bona acquiſiuit vſurarius alia non haberet,
ex quibus poſſet vſuras reddere : & ita hanc opinio-
nem tenet Ioan. And. *in d. cap. quanquam in nouell.* &
*ibi* Ioan. de Lignan. Anton. de Butr. *in d. cap. tua nos*,
vbi Abb. *d.n.*7. eam probat,dicens,quod moderniores
communiter eam tenuerunt : idem Abb. *n.*11.*in d.cap.
cum tu*,ſuper gloſſ. *fin.* Medin. *in ſuo C. de reſtit. &
vſura reſtituend.in reſponſ.ad* 5 *fundam.in verſic.in quin-
to & vltimo fundamento* , ibi , *nec obſtat* 143. & com-
muniter Dd. in locis Ordinariis hanc ſequuntur &
teſtantur communem , Ant, de Fano *de pignor. in* 4.
*memb.*1.*part.n.*155.Couar.*d lib.*3.*variar.reſol.cap.*3.*n.*6.
*verſic.his quidem prænotatis,& in Manual. Latin d.c.*27.
*n.*165.*in verſic.dico primum* , *ibi tertio* & Syluest. *verb.
vſura,*6.*n.*5.Theſaur.Chriſt.*relig.cap.*67. *n.*29 & Lu-
douic. Lopez *in ſuo inſtruct. conſcientiæ* , 1.*part.c.*111.
*col.*673.*verſic.nec ratio,& in* 2. *part.cap.*80.*pag.*635.*&
ſeq.* vbi allegat Sot *lib.*6.*de iuſtitia & iur.quæſt.*1.*art.*4.
hanc nouiſſime probat Petr. à Nauar. *lib.* 3. *de reſtit.
c.*2. *num.*394. vbi refert ſe latius id agentem *lib.*4. *c.*4.
& Ludouic. Carb.*d quæſt.*57.*in* 3.*concluſ.* & ita eſt te-
nendum , quamuis Caiet. *in opuſc. quæſt.*6 *de vſur.q.*1.
43 necnon & Aragon. *vbi ſuprà,pag.* 705.*col.*1 cenſeant,
priorem opinionem procedere , vbi † eo tempore,
quo bona vſurarij ad tertium deuenerunt , vſurarius
ipſe non habebat alias res , vnde poſſet debitoribus
reſtituere vſuras , ad quem ſe refert Theſaur.*vbi ſuprà
num.*34.hoc namque iure verum non eſt , quandoqui-
dem nulla ſit hoc caſu à iure conſtituta hypotheca,
iuxta ſupradictam communem ſententiam. Poſſet ta-
men ſaluari,vbi tertius hic tempore, quo eam rem ac-
quiſierit ab vſurario,titulo etiam oneroſo, ſciret tunc
vſurarium eſſe obnoxium vſurarum reſtitutioni , nec
aliunde eas poſſe reddere , quam ex illa re : tunc enim
admitti poterit , hunc tertium bonorum poſſeſſorem
vſurarij cogendum fore, vel vſuras reſtituere , vel bo-
na , quæ ab vſurario habuit , debitoribus , à quibus
vſuræ extortæ fuerunt, pro earum ſatisfactione trade-
re ſecundum Couar. *vbi ſuprà* , quod mihi placet , &
voluit gloſſ. *in d.cap. cum tu*, ibi : *ſi vero ex alia cauſa,
44 puta quia emit ignoranter.* Si † vero tertius hic poſſeſ-
ſor bona vſurarij titulo lucratiuo acquiſierit,de æqui-
tate canonica conueniri poterit , & ab eo pro reſtitu-
tione vſurarum officio iudicis res ſic acquiſita auoca-
ri:& hoc quando bona empta ex pecunia vſuraria ter-
tius acquiſiuit. Si vero rem ipſam per vſuram acqui-
ſitam quis poſſideat , ſiue titulo oneroſo , ſiue lucrati-
uo , ſiue ſcienter , ſiue ignoranter , indiſtincte poterit
ab eo rei vendicari vndecunque, cum nullum in vſu-
rarium rei tranſierit dominium, ac proinde non valeat
alienatio ipſius, tanquam de re aliena facta , vt prædi-
ximus,& in ſpecie hæc eſt communis ſententia Dd.ſe-
cundum Aragon. *vbi ſuprà , d.quæſt.* 78.*pag.*701.*col.*1.
vbi etiam,quod prædicta res in ſpecie exſtans primum
omnium eſt reſtituenda ei, à quo extorta eſt,cum fru-
ctibus in ſpecie ſtantibus , etiamſi alij ſint creditores
priuilegiati,& mulier pro dote,& hoc in vtroque foro.
Non † obſtat modo text.*in d.cap.cum tu,de vſur.* pro 45
priori parte contra communem *ſuprà* allegatus , quia
text. ille nihil probat contra communem,quia tantum
dicit , quod poſſeſſiones emptæ pecunia fœnebri , de-
bent vendi , & pretium ſolui illis , à quibus extortæ
fuerunt vſuræ,iſtud namque idem fieret,ſi poſſeſſiones
emptæ fuiſſent de pecunia licite acquiſita : Nec text.
ille dicit , quod poſſeſſiones, quæ de vſuris comparata-
tæ ſunt,eſſent apud tertium titulo lucratiuo:& quam-
uis gloſſ. fin. *ibi* hoc dicat , illud tamen non ideo eſt,
quod bona illa ſint hypothecata:nam ſi ita eſſet , ven-
denda forent, etiam quando tertius ea poſſideret titulo
oneroſo, aliis bonis vſurarij deficientibus , quod ſatis
euidenter conſtat, ſed venduntur ex quadam æquitate
deducta à ICto *in l. ſi me & Titium , ff. ſi cert. petat.*
& profecto benigna quadam interpretatione , ſecun-
dum Couar. *vbi ſuprà . d.num.* 6. *in princ.* ibi : *hoc ta-
men non ideo fit,vt ſic non ſolum à pœna,ſed etiam à pec-
cato poſſint* ( quod per vſurariam extorſionem incurre-
rant ) *liberari , vt in d.c. cum tu in fin verb nec prædi-
cto tertio* , à quo præfatæ poſſeſſiones auferuntur , pro
ſolutione vſurarum, aliis bonis deficientibus conſide-
rabilis iniuria ſit , cum ipſe titulo lucratiuo,vel ſi one-
roſo,ſcienter in eis ſucceſſerit,quare ſibi imputet.
Hæredes † tamen vſurarij tenentur ad vſurarum re- 46
ſtitutionem,ſiue filij ſint,ſiue extranei;text.eſt expreſ-
ſus *in cap.tua nos,de vſur.*& ibi communiter Dd. Con-
ducit text.*in c.in literis , de raptor.& in c. vlt. de ſepul.
gloſſ.in cap.quanquam,verb.facultates,de vſur. in* 6.eſt-
que communi omnium conſenſu receptum, ſecundum
Couar.*d.lib.*3.*var.reſol.c.*3.*n.*7.*in princ.*& ſecund. Ant.
Gom.3.*tom.c.*1.*de delict.n.*85.*verſ. aduertendum tamen:*
& procedit non ſolum in foro exteriori, ſed etiam in
conſcientia,ſecund.Mercad.*de contract c.*11.*de como ha
de reſtituir el vſurero, fol.*116. *col.*2. *verſ. lo primero* , &
Aragon. *vbi ſuprà ,pag.*705. vbi hoc temperat , dum-
modo defunctus bona reliquerit : quod ſi non tanta
reliquerit , quanta ſunt debita , hæres in conſcientia
non tenetur vltra vires hæreditarias , quicquid ſit in
foro exteriori , de quo agemus latius *infra n.* 65. Ean-
dem communem ſequitur loquens in foro conſcien-
tiæ Lud.Carb.*vbi ſuprà,concl.*8.
Quod † comprobari poteſt ex eo quod licet iure 47
ciuili ex delicto defuncti hæres non teneatur,niſi lici-
te cum defuncto conteſtata , vel ex ea parte , quæ ad
eum peruenit , vt *l.* 1. *C.ex delict.defunct.* text.*in* §. *non
autem omnes,Inſtit.de perpetuis & tempor.act l. ex iudi-
ciorum , verſ.fin.ff.de accuſ.l.*25.*tit.*1.*part.* 7. *late tradit
deciſ. Pedemon.*151.*in prin.*& Franc.Bec.*conſ.*9.*n.*4. *cum
ſeqq. lib.*1. Quod † procedat, etiam in actione pœnali 48
pro ipſa,vel pro intereſſe vel damno,quia non compe-
tit de iure ciuili contra hæredes delinquentis,niſi ipſe
decedat poſt litem conteſtatam , vel aliquid ad hære-
des perueniat,vel ſaltem facti ſunt ex eo locupletiores,
vt ex pluribus iuribus *& ex l.*3.*tit.*15 *part.*7. *& ex l.*3.
*tit.*16.*part.*7.probat Ant. Gom. *vbi ſuprà* , limitans in
condictione furtiua, quia † propter furti frequentiam 49
tranſit contra hæredes pro æſtimatione , licet nihil ad
eos perueniat,vt *in l.ſi pro fure,*§ *fin.ff. de condict. furti-
ua* , & *ibi* communiter Dd. De † iure tamen canonico 50
& eius æquitate hæres tenetur ex delicto defuncti ad
rei reſtitutionem , & damni ſatisfactionem , etiamſi
ex eo crimine nihil ad eum peruenerit , vel lis conte-
ſtata non fuerit : Ita decreuit Summus Pontifex ex-
preſſe

preſſe *in d.cap. fin. de ſepult.* vbi loquens in homicida,
incendiario, violatore Eccleſiarum, inceſtuoſo, &
in eo, qui violentas manus iniecit in Eccleſiaſticas
perſonas, inquit text. *quod hæredes eius & propinqui,
ad quos bona ipſius peruenerunt, ſunt compellendi cenſu-
ra Eccleſiaſtica, vt pro eodem ſatisfaciant.* Idem in hæ-
redibus incendiarij Eccleſiarum probat text *in cap. in
literis, de raptor.* ibi: *& hæredes eius moneas, & com-
pellas, vt iis, quibus ille per incendium, vel alio modo
damna contra iuſtitiam irrogauerit, iuxta facultates
ſuas condigne ſatisfaciant, vt ſic à peccato valeant libe-
rari*: idem probat text. *in cap. à nobis, 28. in fin. de
ſent. excom.* & *ibi* notat gloſſ. *fin.* & alia plura iura cu-
mulat Panorm *in d. cap fin. n. 5.* & vbique gloſſ. & com-
muniter Canoniſtæ citati à Couar. *d. lib. 3. var. reſol.
cap. 3. num. 7.* & Iul. Clar. *in ſua pract. crim. §. fin quæſt. 51.
verſic. vlterius quæro nunquid hæres, & deciſ. Pedem. 151.
num. 5.*

51 Itaque † hoc diſcrimen reperitur expreſſum inte-
rius canonicum & ciuile, vt illo iure hæres teneatur
ex delicto defuncti ad prædicta, etiamſi ex eo crimine
nihil ad eum peruenerit vel lis non fuerit conteſtata
cum defuncto: non ſic iure ciuili: ita gloſſ. nuncupa-
tim *in d. c vlt. de ſepul.* communiter recepta, vt conſtat
ex Henr. *ibi* & Abb. *poſt n. 6. & in d. c. in literis, n. 3. de
raptorib,* & teſtantur Anton. de Butr. Ruin. & Roder.
Suar. eoſque referens D. Couar. *vbi ſup. d. n. 7. verſ. &
ideo,* eſt communis ſecund. Angel. *in ſumma verb. hæres,
verſ. vtrum hæres teneatur ex delicto,* & Ant. Gom. *vbi
ſup. d. n. 85. verſ. ex quibus infertur.* Et hanc eſſe com-
mun. Legiſtarum & Canoniſt. dicunt Petr. Duen.
*reg. 13. n. 12.* Suar. *alleg. 26. n. 4.* & Mench. *controuerſiar.
illuſtr. c. 96. num. 17. verſ. ſexta limitatio,* & Iul. Clar. *in
pract. crim. d. §. fin quæſt. 51. verſ. vlterius.* Intelligit ta-
men hoc verum Abb. *in d. c. fin. de ſepult. col. penult.* poſt
Bart. *in l. 1. ff. de priuat. delict.* quando actiones deſcen-
52 dentes ex delicto † defuncti, ex parte hæredis ſunt
pœnales, ex parte vero actoris ſunt rei perſequutoriæ:
ſecus vero ſi ex vtraque parte ſint pœnales, vt *ibi* per
eos, quos refert & ſequitur deciſ. Pedem. 151. *n. 8.* quod
quidem probati videtur ex dd. cc. iuris canonici.

53 Hinc eſt, vt licet † iure ciuili attento, decedente ſtu-
pratore virginis ante litem conteſtatam, non poſſint
eius hæredes conueniri pro damno, intereſſe vel dote,
de iure tamen canonico per ſuprad. contrarium erit di-
cendum, quia tenentur hæredes exonerare conſcien-
tiam ipſius defuncti, ſecund. Collectar. *in c. 1. colum 2. de
adult.* quem refert & ſequitur. Ant. Gom. *vbi ſup. n. 8.
verſ. ex quo ego.*

Sed contra ſuprad. communem differentiam inter ius
canon. & ciuile tenet Abb. *in d. c ſepult.* exiſtimans, ius
Pontificium minime à ciuili diſſentire in hoc: ſed ideo
iure canon. teneri hæredem ad ſatisfactionem damni
& læſionis illatæ per defunctum, quia tacite ſaltem, ip-
ſi defunctus decedens ſignis contritionis promiſit, &
iniunxit hæredibus illius damni compenſationem, ſic-
que hæres ratione huius tacitæ permiſſionis vel præ-
cepti, potius quam ex delicto teneatur, idem Abb. *in
d. cap in literis,* pro cuius opinione facit gloſſ. vlt. *in d.
c. à nobis 28. de ſent. excommunic.* dicens in propoſito *d.
c. in literis, de rapt & d. c. vltimi, de ſepult.* quod cum il-
le defunctus pœnituerit & contritus fuerit, quantum
in ſe fuit, ſatisfacit & per eum non ſtetit, vnde hęredes,
ad quos bona peruenerint ipſius compellendi ſunt ſa-
tisfacere pro ipſo, & ſic gloſſ. illa intelligit præd. iura:
quam gloſſ. probarunt ibi Abb. & Felin. & dixit ſingu-
gularem Ang. de Clauaſ. *in ſumma verb. hæres, §. 4.* &
alij plures relati per deciſ. Pedemont. *vbi ſup. n. 4.*

Nihilominus tamen communis ſuprad. differentia
eſt tenenda, quia ex *d. c. ſua nos, de vſuris,* deduci poteſt,
hæredes vſurarij teneri ad reſtitutionem, etſi is impœ-
nitens deceſſerit, ſecund. Bald. *in l. 1. n. 13. C. ex delict.
defunct.* Nec obeſt quod ſecund. Abb. *vbi ſupra,* illa de-
ciſio ſpecialis eſt in vſurariis, quia † vſurarius non te- 54
netur ex delicto, ſed ex quaſi contractu, nempe condi-
ctione indebiti, iuxta gloſſ. communiter approbatam
*in c. Mich. de vſuris, verbo Pater,* ibi: *Quia hæres, & in c.
Epiſcopum, 16. quæſt. 6.* Qua ratione Abb. & Anania *in
d. c. tua nos* Bart. *in l 1. n. 8. ff. de priuat. delict.* & Aret. *in
rubr. ff. de acquir. hæred. col. 3.* cenſent, hæredes vſurarij
teneri omnino ad vſurarum reſtitutionem, non ex de-
licto defuncti, ſed ex contractu: Hoc namque aperte
falſum eſt quandoquidem non ſolum hæredes vſura-
rij, ſed etiam furis, incendiarij & raptoris, aliorumque
delinquentium, tenentur ad damni illati per ſuos de-
functos ſatisfactionem, etiamſi defunctus impœnitens
deceſſerit, in foro ſaltem exteriori Eccleſiaſt. & in fo-
ro conſcientiæ, vt tenet Faber. *in §. pœnales, Inſtitut. de
action,* & Aret. *vbi ſup.* atque Adrian. *quod lib. 11. art. 1.*
quos refert & ſequitur Cou. *d. n. 7.* latè id comprobans,
& opinionem Abb. ſuprad. contrariam ex profeſſo im-
probans. Præterea iura canonica *ſupra* citata obligan-
tia hæredes præd. omnium delinquentium ad reſtitu-
tionem & ſatisfact. læſionis atque damni illati per
ſuos defunctos, id ſtatuerunt atque ſanxerunt pro exo-
neratione conſcientiarum eorundem, & vt peccato li-
berentur, vt ipſa proclamant, ad quam ſatisfactionem
omnes naturali iure tenentur, non ex contractu nec
quaſi contractu, ſed ex cauſa illatæ læſionis proximo,
quia ſecund. Diuum Auguſt. non dimittitur pecca-
tum, niſi reſtituatur ablatum, *vt in reg. peccatum, de
reg. iuris, in 6.* hæredes igitur vſurarij non ex contractu,
vel quaſi, ſui defuncti ad reſtitutionem vſurarum te-
nentur, cum ſi ad contractum defuncti reſpiciamus, po-
tius tendit ad habendas vſuras, quam ad eas redden-
das, ſed ex delicto commiſſo in eas recipiendo atque
exigendo, ex prædicto contractu pro exoneratione
conſcientiæ eiuſdem defuncti, vt à peccato liberetur.

Secundo, contra communem ſuprad. differentiam,
cum additione Decij *in d. leg. pupillum, §. in hæredes ff. de
reg. iur.* alia ratione nititur irruere Couar. *vbi ſupr. n. 7.
verſic. vel quod forſan. verius eſt,* exiſtimans, etiam † iure 55
ciuili hæredem teneri ad ſatisfactionem damni illati
ex delicto defuncti actione rei perſequutoria, quamuis
nihil ex eo crimine ad hæredem peruenerit, nec fuerit
lis à defuncto conteſtata, quemadmodum & iure cano-
nico, & in interiori animæ iudicio ad id hæres tene-
tur: Iura namque ciuilia, quibus deciditur hæredem
non poſſe ex delicto defuncti conueniri, intelligen-
da ſunt, inquiunt illi, quoad actionem pœnalem,
vt pœnam criminis ſoluat, non autem quoad damni
illati perſequutionem, quia actione perſequutoria rei
& damni illati conueniri hæres propter crimen de-
functi poterit adhuc in foro ciuili & ſæculari: pro
quo nouiter Couar. expendit text. *in §. his autem verbis,
inſt. de leg. Aquil.* quem ſingularem appellat ipſe, dum
text. inquit, actionem legis Aquiliæ pœnalem eſſe,
quia non ſolum tanti quis obligatur, quantum dam-
num dederit, ſed aliquando longe pluris: ideoque
conſtat, in hæredem actionem non tranſire, quæ
tranſitura fuiſſet, ſi vltra damnum nunquam lis æſti-
maretur: in idem citat *l. pro fure, ff. de condict. furt &
§. vlt. Inſtit. de obligat. quæ ex quaſi delict. naſcuntur,*
qui text. loquuntur in condictione furtiua, prædicens
Couar. quod licet omnium conſenſu (vt vidimus)
aſſeueretur eſſe ſpeciale ibi condictione furtiua, vt
contra hæredem furis detur, ipſe vero non videt
congruam rationem differentiæ inter damnum illa-
tum furti crimine, & illatum incendio, rapina ſimi-
liue ſcelere, quantum ad ipſius damni reparationem,
&



& proinde idem exiſtimat dicendum in omnibus
ſupradictis, quod in condictione furtiua ſtatutum eſt:
Quam opinionem aduerſus communem tenuit prius
Abb. *in d. c. fin. col. penult. de ſepult.* poſt Bartol. *in l. 1. ff.
de priuat. delict.* quos ſequitur alios allegans deciſ. Pe-
demontan. 151. *n.* 8.

56 Hæc tamen † opinio etſi ſubtilis ſit ac in ſcholis
ſuſtentabilis, nihilominus tenenda non eſt, ſed com-
munis, quæ bene probatur in iurib. *ſupra* pro eo alle-
gatis. Nec obſtat text. *in d. §. his autem verbis, inſtit. de
l. Aquil. in verbis ſupra relatis,* ibi; *Quæ tranſitura fuiſ-
ſet, ſi vltra damnum nunquam lis æſtimaretur*: quia hæc
verba huc tendunt, vt probent actionem ſui natura
non pœnalem tranſire ad hæredem, vt ipſamet ex-
preſſe ſonant, ibi; *Si vltra damnum nunquam lis æſti-
maretur*: quo caſu nos non loquimur, ſed quando
actio de ſui natura eſt pœnalis, vt contingit in actio-
ne legis Aquiliæ, quæ ob ib nullo modo tranſit in hæ-
redem de iure ciuili, vt idemmet text. probat, ibi,
*Pœnalem eſſe huius l. actionem*, iunctis verbis ſtatim
ſeqq. *ideoque conſtat in hæredem eam actionem non tran-
ſire*: Itaque ſenſus clarus, planus & verior illius text. is
eſt, nempe, quod actio legis Aquiliæ eſt pœnalis, &
ideo ad hæredem non tranſit, quæ tranſitura fuiſſet, ſi
ſui natura pœnalis non eſſet, hoc eſt, ſi vltra damnum
nunquam æſtimaretur; tunc namque dicitur non eſſe
pœnalis, quia ſi aliquando vltra damnum æſtimaretur,
licet in aliquo caſu id ceſſaret, adhuc non tranſiret
etiam eodem caſu ad hæredem, eo, quod ſui natura
57 alias vltra damnum æſtimatur: Propria namque † na-
tura inſpicienda eſt, & iuxta illam iudicandum, non
vero ſecund. accidentalem, iuxta gloſſ. ibi: *verb. æſtima-
retur*, & communiter Doct. ſicque potius ille text. eſt
expreſſus pro communi *ſupra* dicta ſententia recte in-
tellectus, quam contra eam, dum in eo probatur, actio-
nem pœnalem non tranſire ad hæredem, ſecus in
actione ſui natura non pœnali. In condictione autem
furtiua, vt prædiximus, ideo iura aliud voluerunt,
nempe, quod tranſeat ad hæred. m, quamuis pœnalis
ſit, propter frequentiam nempe criminis furti in eiuſ-
que odium, quæ ratio ſatis vrgens eſt. Secundo com-
58 munis † ſententia prædicta, quæ habet, quod iure ci-
uili attento actio pœnalis non tranſit regulariter ad
hæredem, quando ad eum nihil peruenit ex eo crimi-
ne, nec fuit lis conteſtata cum defuncto; limitatur in
actione pœnali oriente ex contractu, hæc namque
tranſit ad hæredem, ſi dolus commiſſus in contractu,
vel circa contractum, purgatur per actionem orien-
tem ex illo contractu, & non per actionem aliunde
deſcendentem: ita notabiliter diſtinguit Bart. *in l. 1. ff.
de priuat. delict.* quem ſequuntur Bald. *in l. 1. ſub n. 13.*
& Salycet. *ad fin. C. ex delict. defunct.* quos refert & ſe-
quitur Angel. *in §. non autem, num. 6. Inſtitut. de perpet.
& temporal. action.* & omnes *ſupra* dictos referens
59 Franciſc. Bec. *conſil. 9. num. 11. lib. 1.* natura † enim
contractus eſt, vt actiones ex eo deſcendentes tran-
ſeant ad hæredes, & ideo merito hæredes tenentur, *l.
quæſitum, §. fin. iunct. l. cum precario, ff. de precariis,* Saly-
cet. Angel. & Bec. *vbi ſupra.* Quo fit, vt ſi ſit adiectus
60 modus in contractu, non impleto modo, res † condi-
catur & vendicetur, & condictio & vendicatio actio-
nes ciuiles ſunt, & ad rem dantur, non ad vindictam
defuncti, & ex contractu naſcuntur, quia ſic fuit con-
uentum: & licet res reſtituatur, quia delictum com-
miſſum fuit, & pacta non ſeruata, actio tamen iudi-
cabitur ſecundum propriam naturam & aptitudinem,
quæ originaliter eſt ciuilis & perſequutoria, nec in-
tuebimur, quod ſuperuenit & accidit, ſcilicet deli-
ctum, ob quod perdit contrahens, ſecund. Andream de
Iſernia *in c. 1. §. porro, ſub n. 28. quæſit. 1. cauſa beneficij
amittend.* quem refert & ſequitur ſic declarans hanc
materiam Bec. *vbi ſup.* ſic † etiam locator poteſt ob 61
penſionem non ſolutam expellere conductorem vel
eius hæredes, ſecund. Alex. *conſ. 131. in cauſa, n. 6. lib. 4.*
quem ſequitur Bec. *vbi ſupra.*

Verum iure † canonico, vt prædiximus, communis 62
prædict. ſententia non procedit; Hoc ſiquidem iure
actio etiam pœnalis, licet nihil ex eo crimine ad hæ-
redem peruenerit, nec lis fuerit cum defuncto con-
teſtata, in hæredem tranſit: quod etiam ſeruandum
eſſe exiſtimo in foro ciuili, cum concernat peccatum,
puta, quia id ideo diſpoſitum eſt iure canonico, vt
defunctus à peccato liberetur, & pro exoneratione
conſcientiæ eiuſdem, vt diximus: ſed in concernen-
tibus peccatum ſtandum eſt etiam in foro ciuili iuri
canonico, iuxta text cum gloſſ. & *ibi* communiter Dd.
*in c. fin de præſcript.* tametſi deciſ. Pedemont. poſt Ruin.
& Franc. Tigrin. atque Vgolinum, quos refert & ſe-
quitur *d. deciſ. n. 6. & 7.* teneat contrarium, nempe,
quod in terris non ſubiectis ratione temporalitatis
Eccleſiæ, ſeruetur ius ciuile, in locis vero ſuppoſitis
Eccleſiæ ius canonicum, vbi duobus modis, non ta-
men concludentibus meo iudicio, reſpondet noſtro
fundam. præd. nempe quod in concernentib. pecca-
tum ſtandum ſit iuri canonic. etiam in foro ciuili, præ-
terquam quod illæ euaſiones ſunt contra communem
ſententiam, qua probatur d. fundamentum.

Hæredes autem † vſurarij non in ſolidum, ſed pro 63
portionibus hæreditariis tenentur: ſicut pro aliis debi-
tis, vt nuncupatim probat Sylueſt. *in ſumma verb. vſu-
ra 6. n 10. verſ ſecund* & Nauar *in man. Latin c. 17. n. 278.*
quidquid aliud ſenſerit Angles *vbi ſup. in q de vſurar,
pag. 281. in princ.* & Syluest. *vbi ſup. in verſ. quod limita,*
& Mercado *vbi ſup. d. c. 11. fol. 117 in princ.* limitant,
quando in hæreditate eſſet aliqua res per vſuram ac-
quiſita, vel ex pecunia fœnebri titulo lucratiuo, quia
eam habens tenetur in ſolidum ad reſtitutionem eius;
quod comprobari poteſt ex ſupradictis: ſequitur Petr.
à Nauar. *l. 3. de reſtit. c. 2. num. 4 3.* vbi etiam loquitur,
quando hæres ſucceſſit in crimine vſurarum, & addit,
quod alias tenentur pro viribus hæreditariis: & quod
hæredes vſurarij obligentur tantum reſtituere pro ra-
tione tantum hæreditatis acceptæ, etiamſi non confe-
cerint inuentarium, eſt communis ſecund. Lud. Carb.
*vbi ſupra d. q. 57. in 8. concluſ. verſ obligatur.*

Si tamen † hæredum aliquis vſurarij fiat non ſol- 64
uendo, licet reſpectu aliorum debitorum ex cauſa li-
cita, alter pro illo non teneatur iure ciuili, *vt in l. lega-
torum. ff. de legat. 2.* in foro tamen canonico tenentur
cæteri hæredes vſurarij in ſolidum fauore animæ de-
functi, vt citius liberetur ex integra ſatisfactione, *per
d. cap. tua nos,* & *ibi* gl. & ita communiter tenetur &
practicatur ſecund. Syluest. *vbi ſupra verſ. tertium,* &
ante eum tenuit Hoſtienſ. *in dict. c. tua, de vſur.* & eſt
communis opinio, vt atteſtatur Alciat. *in l. 2. §. & ha-
rum n. 31. in fin. ff. de verborum oblig.* quem refert idem
ſequutus Iul. Clar. *in practic. crimin. §. fin. q. 51. verſ.
ſed pone,* ſequitur Nau. *vbi ſupra.* Quod eſt intelligen-
dum, ſecund. ipſos, iuxta vires hæreditarias, & hæc
communis ſententia omnino in praxi ſequenda eſt
fauore animæ defuncti, vt prædiximus: tametſi Anton.
de But. quem refert Syluest. *vbi ſupra* in puncto iuris
teneat contrarium, nempe, nihil in hac ſpecie eſſe
ſpeciale, ſed ſicut in cæteris debitis defuncti hæredes
tenentur pro portione hæreditaria confecto inuenta-
rio, & vnus pro altero non tenetur, ita & in hac ſpe-
cie idem dicendum ſit: quam opinionem æquiorem
& veriorem eſſe putat eam probans Medina *de reſtit. c.
de vſur. reſtit. in reſponſ. ad 5. in verſ. in quinto & vlt. arg.*
vbi tamen priorem opin. fatetur fuiſſe communem

antiquiorum Canoniſtarum, & opin. Medin. referens
alios eam tenentes, ſequitur Petr. à Nauar. *lib.3.de re-
ſtit.c. 2. n.412. cum ſeqq. præcipue n. n.414.* hanc etiam
ſequitur Palat. *lib 4 de contract & reſtit. c.9.pag.342.in
fin.* nihilominus tenendum eſt quod prædixi.

65 Dubitari tamen ſolet in propoſito; *An hæredes, qui
ex delicto defuncti tenentur iuxta proxime dicta, teneantur
etiam vltra vires hæreditarias, ſi inuentarium non confece-
rint?* Et pars affirmatiua videtur prima facie tenenda,
ex eo, quod hæredes tenentur in ſolidum ad ſoluenda
debita defuncti non confecto inuentario, *vt in l. ſi §.
ſin vero poſtquam, C. de iur. de lib. & in l. 10. tit. 6.p.6.*
ſed damni illati proximo à defuncto reſtitutio inter
vere debita computari debet, imo à fortiori in hoc
idem videtur dicendum, quod in aliis debitis, nempe
vt citius anima defuncti à peccato liberetur, *vt in d.c.
in literis, cum ſimil. de raptor.* Secundo quia hæres non
tenetur ex delicto defuncti aliqua diſpoſitione iuris
ſpeciali, ſed ex tacito præcepto teſtantis, qui pœni-
tens deceſſerit: & in terminis ex hoc 2. fundamento
ita tenet Abb. *in d.c. in literis,* vbi gloſſ. idem Abb. *in
d. c. tua,* & ſequitur Paul. Caſt. *in rubric. ff. de acquir.
hæred.* vbi Aret. *col. 3.* eam defendit in vſuris, licet in
reliquis aliud teneat.

Sed contrarium ſimpliciter in omnibus ex delicto
prouenientibus, nempe hæredes, qui non confece-
runt inuentarium, vltra vires hæreditarias minime te-
neri, probari poteſt atque tenendum videtur primo
ex eo, quod præter (ne dicam contra) iuris regulas
ex delicto defuncti conueniantur. Præterea & ſecun-
do per textum *in cap. quanquam, de vſur. in 6. & in
dict. c. tua nos, & d. c. in literis,* quibus hæc ſatisfactio
iniungitur hæredibus, iuxta facultates defunctorum.
Tertio, *in c. cum tu, de vſurar. in fin.* vbi vſurarius
propter paupertatem excuſatur à pœna & reſtitutio-
ne: Ergo idem dicendum eſt in ipſius hæredibus.
Quarto, quia in his caſibus hæredes ex delicto de-
functi, potius quam ex contractu conueniuntur, vn-
de oportet rigorem hunc aliqua æquitate temperari:
& ita hanc opinionem tenent atque probarunt Fede-
ric. de Senis *conſil.12.* Ioan. And. Dominicus & Franc.
*in d. cap. quanquam,* ſuper gloſſ. mandauerint, Henric.
*in d. cap. vlt. de ſepult.* Aret. *conſ. 148. col. vlt.* Anania
*in d. c. tua nos,* & latius *in d.c in literis,* vbi *num. 7.* eam
dicit eſſe communem: quod etiam teſtantur Ruin.
*conſil. 20. circa finem, l. 4.* & Couar. eam ſequutus ex-
preſſe *d.c. 3. n. 8.* & Boſſius *in ſua pract. crimin. in tit. de
pœnis, num. 34.* Denique & Iul. Clar. *vbi ſuprà in ver-
ſic. ſcias tamen,* & eſt crebrior ſentent. ſecund. deciſ.
Pedemon. *151. n.9.* qui eam ſequitur, allegans ad idem
Benedict. Cap. *in ſuo lib. commun. opin concl. & reg. x.67.*
& Villalobos *verb. hæres, n. 2.* eſt etiam communis ſe-
cund. Ant. de Fano *de pign. 4 membro. 2. p. num. 124.* vbi
quod pro ſatisfactione delicti per defunctum com-
miſſi omnia bona delinquentis ſunt tacite hypotheca-
ta damnificato, ſiue peruenerint ad hæredes delin-
quentis ſiue ad alios tertios poſſeſſores, de quo tenen-
dum quid ſit, *ſuprà* reſoluimus. Et tenendo hanc ſen-
tentiam, quæ vere communis eſt, non obſtant duo
fundamenta *ſupra* pro opinione contraria adducta, &
non quidem primum, quia ceſſat ex fundamantis
communis, quibus illud deſtruitur: non ſecundum,
quia contrarium probauimus *ſuprà n.62.*

Nihilominus tamen in puncto iuris opinio præfa-
ta Abb. contra receptam ſententiam iuſtius defendi
poteſt, ſecundum D. Couar. *vbi ſupra,* & in foro con-
ſcientiæ eam probat Syluest. *vbi ſupra, d. num. 10. verſ.
quartum:* Fundamenta enim communis ſententiæ non
vrgent, quia priora tria procedere videntur aut ſal-
tem intelligenda iuxta iuris diſpoſitionem, nempe
confecto inuentario, alias ſecus, cum hæredes ſint in
culpa ipſum non conficiendo, ſicque ex propria cul-
pa tenentur in ſolidum, cum poſſent id damnum præ-
cauere adeundo hæreditatem cum beneficio inuenta-
rij, illudque conficiendo intra tempora ad id iure ſta-
tuta. Quartum denique communis ſententiæ funda-
mentum non aſtringit, ſed de æquitate non ſcripta
procedit: nihilo ſecius tamen in iudicando & con-
ſulendo tenenda eſt præfata & communis ſententia,
cum ſit probata auctoritate tantorum Patrum, pro-
babilibusque fundamentis fulcita, quæ etſi dubia fo-
ret in foro exteriori, in interiori tamen animæ omni-
no ſecura & tenenda eſt, quia † lex ciuilis aliud præ- 66
cipiens eſt fundata ſuper præſumptione, quod bona
defuncti occultauerit hæres, qui inuentarium non fe-
cerit atque ea ſubtraxerit, *vt in auth. de hæred.* & Falc.
*§. ſi vero expreſſim:* quibus in foro animæ ſtandum
non eſt, ſed veritati ſecund. Bald. *in l. cum quis, n. 14.
verſ. item poſuit, C. de iur. & facti ign.* ſequitur plures
referens Franciſc. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt.
lib. 2. tit. 14. num. 14.* Ita in terminis tenet Angel. *in
ſumma verb. hæres, in q. vtrum hæres teneatur ex delicto,
verſ. intellige in quantum,* ibi & placet in conſcientia,
Syluest. *d. verb. vſura 6. num. 10. verſ. quartum,* ibi, *in
foro tamen animæ,* & Mercad. *d. cap. 11. de como ha de re-
ſtituir el vſurero, fol. 116. col. 2. verſ. que en conciencia, &*
Ludou. Lopez *vbi ſuprà, in 2. p. c. 80. pag. 687. verſ. 2. di-
cimus,* vbi ſecus dicit eſſe in foro exteriori, niſi cum
beneficio inuentarij hæreditatem adirent; & *ibi* late
agit, vtrum hæredum ſinguli in ſolidum teneantur, an
duntaxat pro rata.

Imo vt † conſtat ex eiſdem, regulare eſt; vt hæres 67
in foro animæ ad debita vltra vires hæreditarias mini-
me teneatur, non confecto inuentario, ſi reuera ni-
hil occultauit, & quantum habuit, ſoluit, ex præd.
ratione, & quia confitenti creditur in omnibus; quod
etiam tenuit Hoſt. *in ſua ſumma tit. de teſtam. §. penult.
verſ. quid ſi bona,* & Ioan Andr. *in d. c. quanquam, de
vſur. lib. 6. in nouellis,* Batt. *in rubr. num. 3. ff. de acquir.
hæred.* dicens, quod ita tenent Theologi, vt vidi in ſen-
tentiis eor. & *ibi* Alex. *n.7.* idem Batt. *in l.1. n.45. C. de
ſacroſanct. Eccleſiis,* Felin. *in c.1. num.44. de conſtit.* dicit
magis communem Iaſ. *in rubr ff. de acquir. hæred. num 23.
& 24* & communem profitetur Carol. Ruin. *conſ. 20.
l. 4. col. penul.* Anch. *conſ. 402 & 411.* Gratus *conſ. 91.
n.41. l.1.* Alciat. *in c. nouit, n.11 de iudic. & in reſponſ. 502.
n.5. verſ. adduco,* Boër. *q.53. num 4.* Decian. *conſ. 49. n.60.
lib.2.* Phanuc. *in tract. de inuent. p.7. n.274.* vbi alios re-
fert, qui prope omnes loquuntur reſpectu creditorum,
& D. Couar. *in c.1. n. 16. de teſt.* Segura *in l. 1. § ſi vir.
vxori, n. 125. ff. de acquir. poſſ.* & *ibi* addit. Did. Perez,
idem Perez *in q. 10. proœm. ordinamen. Regal. verſ. lex
iridem, col. 18.* & eſt communis ſecund. Ioan. Oroſc. *in
l.2. n.5 & 4 ff. de offic. procur. Caſ.* & ſecund. Mench. *de
ſucceſſ. creat. §.1. n.26. & §. 2. n.12. eand. ſequitur* & dicit
communem Abb. *conſil. 74. num. 9 in 2. p. conſ.* & Ant.
Gom. plures referens *in l. 3. Taur. n. 121.* Palud. *in 4. d. 15.
q. 2. art. 5.* Syluest. *in ſumma verb. hæreditas 3. q. 5.* & no-
uiſſime referens Petr. a Nauar. *d. l. 3. de reſtit. c. 4. n. 172.*

Contra hanc tamen receptiſſimam ſententiam auſi
ſunt tenere Federic. de Senis *conſil. 21.* & nonnulli alij,
opinantes nullum in hoc eſſe diſcrimen inter conſci-
entiæ forum & iudiciale, eo moti fundamento, quod † 68
lex humana, quæ iuſta eſt, etiam in foro animæ eſt
ſeruanda, iuxta gloſſ. communiter receptam *in cap.
quæ in Eccleſiarum, de conſt.* tenent D. Thom. & commu-
niter Theologi, *1.2. q.96. art.4.* Batt. & cõmuniter Dd.
*in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſ.* diximus late *lib. 2. pract.
qq. q.179. n.9. & 10.* & nouiſſime bene probans, alios al-
legans Menoch. *l.1. præſumpt. q.88. n.8. & 9.* Sed illa lex,
quæ



quæ non confecto inuentario cogit hæreditaria one-
ra ſubire in ſolidum, eſt iuſta: Ergo in iudicio inte-
riori etiam ſeruanda erit: & ita hanc opinionem ex
aliis etiam fundamentis, inefficacibus tamen, ſequi-
tur Mench. *dict. §. 1. numero 26.* Imol. tamen *in rubr.
ff. de acquir. hæred.* diſtinguit hoc inter hæredem ſcien-
tem non ſufficere vires hæreditarias, & adhuc adeun-
tem, vt hic in conſcientia teneatur vltra vires hæ-
reditarias, inuentarium non conficiens, quia viſus
fuit quaſi contrahere cum creditoribus, & velle
ſeipſis obligare, & hæredem ignorantem, vt hic
minime in conſcientia vltra vires hæreditarias tenea-
tur: & idem ſi dubitetur, an ſciuerit, vel ignorauerit.

69 Sunt tamen † qui *ſuprà* d. communem ſententiam,
quoad legatarios tantum locum ſibi vendicare te-
neant, opinionem vero Federic. & ſequacium quoad
creditores: ita Aret. *in d. rubr. ff. de acquirend. hæred.*
quam concordiam probauit etiam D. Couar. *vbi ſu-
prà, d. n.16. ad fin.* & Mench. *d. §.2. n. 12.* & Mol. etiam
aduerſus communem *de iuſtitia & iur. tract. 2. diſputa-
tione 217. col. 1331. cum ſeq.*

70 Quid † tenendum? Ego profecto communem ſen-
tentiam probo, tam quoad creditores, cum quibus
ipſa nuncupatim loquitur, & ſe habet, quam quoad
legatarios à fortiori, vtroque enim caſu exiſtimo ve-
rius & receptius eſſe hæredem in foro animæ non te-
neri vltra vires hæreditarias, quando quidem hæc eſt
in eo veriſſima maxima, non eſſe ſtandum præſum-
ptioni, ſed veritati; ſed in noſtra ſpecie lex ciuilis, vt
diximus, fundatur in ea præſumptione, nempe, quod
hæres non conficiens inuentarium, occultauerit vel
ſubtraxerit bona defuncti, & ideo quod teneatur cre-
ditoribus & legatariis in ſolidum vltra vires hæredi-
tarias, vt prædiximus: Ergo in conſcientia huic præ-
ſumptioni ſtandum non eſt, quoties certum fuerit, alia
bona defuncti non ſupereſſe, & nouiſſime poſt hæc
ſcripta vidi Menoch. *vbi ſuprà, d. quæſt. 88. num. 3.* di-
centem, quod hanc ſententiam reſpectu legatario-
rum tenent omnes, & à fortiori de creditoribus hoc
affirmant, & quoad creditores eſt magis recepta opi-
nio, eamque in vtroq; probat. Non obſtat, quod præd.
l. ciuilis ſit iuſta, ac proinde eam eſſe in foro con-
ſcientiæ quoque ſeruandam, quia fatemur iuſtam eſſe,
ſed tamen fundatam eſſe in præſumptione, quo caſu
lex, licet alias iuſta, in foro conſcientiæ non eſt
ſeruanda, quando conſtat manifeſte de veritate con-
traria, vt communiter omnes Theologi fatentur, eſt-
que veriſſimum. Comprobatur etiam, quia prædi-
cta l. ciuilis diſponens contrarium, eſt pœnalis, ob
non confectionem inuentarij: Ergo non obligat in
conſcientia ante condemnationem, iuxta receptiſſi-
mam prope omnium ſententiam, de qua *alibi* dixi-
71 mus latius. Poteſt † tamen opinio Federic. de Senis,
& cæterorum contrarium tenentium intelligi, quan-
do creditores in iudicio & foro exteriori experiun-
tur, in quo hæres ille condemnatur, nam tunc pa-
rere tenetur ſententiæ iudicis, etiam in foro conſci-
entiæ, vt probat Menoch. *d. num. 3.* ibi, *verum tamen,
& num. 7.*

72 Illud tamen † quod Bald. voluit *in rubr. ff. de acquir.
hæred.* indubitanter verum non eſt, nempe, hæredem
non conficientem inuentarium, in foro contentioſo
canonico non teneri vltra vires hæreditarias, ex text.
*in c. Raynaldus in fin. de teſtam.* ibi: *Cumque inuentarium
fecerit,* & ita Baldus in hoc communiter reprobatur
per Dd. ſecundum Menoch. eos allegantem *d. §.1. n.27.*
& addit. Batt. *d. rubr. ff de acquir. hæred. ſum n.3.* vbi ſal-
uat opinionem Bald. in duobus caſibus, de quibus *ibi*
per eum.

73 Eccleſia † autem & clerici hæredes defuncti, an te-
neantur vltra vires hæreditarias, ſi inuentarium non
confecerint, videndus eſt late de hoc agens Couarr. *d.
c.1. n.14. de teſtam.* & nouiſſime Aluarus Valaſc. *conſul-
tat. 52. num.47.* & Molina *d. diſput. 217.*

## SVMMARIVM.

1 *Manifeſtus vſurarius teſtari non poteſt, etiamſi pœni-
tuerit atque vſuras reſtitui mandauerit, nec tra-
dendus eſt Eccleſiaſticæ ſepulturæ, nec admitten-
dus ad Sacramenta Eccleſiæ, niſi de vſuris plena-
rie ſatisfecerit iuxta eius facultates, vel de ſatisfa-
ciendo idonee cauerit iis, qui eas habere debuerint,
vel aliis eorum nomine expreſſa quantitate, ſi ma-
nifeſta ſit, alioquin arbitrio eius, qui cautionem re-
ceperit moderanda, &c. vt hic, nec oblationes eius
quiſquam accipiat, vt in n.2. ſub pœnis contentis n.1.
& 2. aduerſus recipientes eum ad Eccleſiaſticam ſe-
pulturam, vel eius oblationes contra formam præ-
dictam.*

3 *Differentia inter deciſionem text. in c quanquam, de
vſur. in 6 & c. quia in omnib. de vſur. vbi prædicta
continentur.*

4 *Cautio idonea in propoſito intelligitur fideiuſſoria, vel
pignoratitia, non autem ſimplex cautio, niſi iuret fi-
deiuſſorem vel pignora dare non poſſe, idque ſit ve-
riſimile.*

5 *Manifeſtus vſurarius in periculo mortis conſtitutus,
ſi velit. præd. cautionem præſtare, & non poſſit, à
quolibet Sacerdote eius confeſſio audiri poteſt &
abſolui, & obtenta ab eo facultate, Epiſcopo eius
confeſſionem declarabit ad effectum de quo hic.*

6 *Manifeſtus vſurarius eſt ille, qui palam & publice fœ-
neratitiam artem ita exercet, vt ipſa operis euiden-
tia nullam excuſationem habeat, vt quia tenet altare
ſuum paratum, & n.15.*

7 *Non ſatis eſt probare aliquem eſſe vſurarium, niſi illa
qualitas manifeſti quoque probetur, & n. 22.*

8 *Manifeſtus vſurarius non eſt, qui ſemel aut bis ſub
vſuris mutuo dedit pecunias, licet hoc probetur.*

9 *Manifeſtus vſurarius non ſolum dicitur ille, qui in foro
omnibus videntibus ſub vſuris mutuat, ſed etiam is,
qui domi vſuras aſſidue frequenterque exercet.*

10 *Pronuntiatio iudicis an ſit neceſſaria ſuper hoc mani-
feſto, euidenti & notorio crimine?*

11 *Ordo iuris an ſit ſeruandus in notoriis.*

12 *Manifeſtus vſurarius dicitur, qui crimen ipſum confeſ-
ſus eſt in iudicio, vel etiam extra publice coram Sa-
cerdote & teſtibus, ita vt id in plurium notitiam
deuenerit & aliis modis, de quibus hic: ſed contra
n.16. & 23. quod debet confiteri ſub vſuris publice
ſæpius, vel domi frequenter mutuaſſe, & num. 24. an
idem ſit ſeruandum ſi tractetur de pœnis dict. cap.
quia in omnibus.*

13 *Manifeſtus vſurarius dicitur etiam qui ob hoc crimen
iam à iudice per ſententiam damnatus eſt.*

14 *A communi opinione recedendum non eſt in iudicando
& conſulendo, etiamſi contra eam videretur caſus
legis.*

17 *Nomina verbalia requirunt frequentiam & in vno
actu non verificantur.*

18 *Confeſſio iudicialis & ſententia inducunt notorium iu-
ris, non vero notorium facti, vt hic declaratur.*

19 *Argumenta in caſu c. cum in diœceſi, de vſur. appellan-
tur indicia, vel alia apertiſſima & vrgentiſſima
probationes.*

20 *Qualitas, in qua lex ſeu diſpoſitio ſe fundat, debet ante
omnia conſtare.*

21 *Lex in quibus caſibus deficit, non eſt nec actio vtilis
danda.*

## CAPVT XIX.

### *De manifeſtis vſurariis.*

1 GRegorius † X. in Concil. Lugdunenſi ſtatuit, vt vſurarij manifeſti, etiamſi iuſſerint vſuras reſtitui, & criminis commiſſi pœnituerint, minime Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradantur, nec ad Sacramenta Eccleſiæ admittantur, & quod teſtamentis ipſorum aliquis non interſit tanquam teſtis, imo & quod eorum teſtamenta ſint nulla ipſo iure, niſi de vſuris ipſis fuerit iuxta eorum facultates, vel poſt obitum plenarie ſatisfactum, aut illis, quibus facienda eſt reſtitutio, ſi præſto ſint, vel aliis eorum nomine idonee de reſtitutione facienda ſit cautum, expreſſa quantitate, ſi ipſa manifeſta fuerit, alioqui arbitrio recipientis cautionem moderandam: & quod ſi ſcienter minorem quam veriſimiliter credatur moderauerit, ad ſatisfactionem reſidui teneatur. Religioſi autem & alij, qui manifeſtos vſurarios contra præd. ſanctionis formam ad Eccleſiaſticam auſi fuerint admittere ſepulturam, pœnæ Lateran. Concil. contr. vſurarios promulgatæ ſubiaceant: Ita habetur *in c. quamquam, de vſur. in* 6 imo excommunicantur ipſo facto, ſi hoc ſci-
2 enter fecerint, *vt in Clem. 1. de ſepult.* Sed & † Alex. III. in Concil. Lateran. præceperat, vt vſurarij manifeſti nec ad communionem admittantur altaris, nec Chriſtianam (ſi in hoc peccato deceſſerint) accipiant ſepulturam, ſed neque oblationes eorum quiſquam accipiat ſub pœna reſtitutionis accepti, & ſuſpenſionis officij arbitrio ſui Epiſcopi, vt cauetur *in c. quia in om-*
3 *nibus de vſur.* Ea tamen eſt † differentia inter caſum *d. c. quia in omnibus*, & caſum *d. c. quanquam*, quod in caſu *d. c. quia in omnibus*, agitur de pœnis ſtatutis contra manifeſtos vſurarios, qui in peccato & crimine deceſſerint, vt hi in loco ſacro minime ſepeliantur, nec admittantur ad communionem Eucharistiæ, nec recipiantur eorum oblationes, ſi prædicti criminis nõ pœnituerint: at in caſu *dict. c. quanquam*, agitur de pœnis ſtatutis, quæ prope ſunt eædem contra manifeſtos vſurarios, etiamſi hi criminis & peccati pœnituerint ac iuſſerint vſuras creditoribus reſtitui, niſi plenarie ſatisfecerint, aut idonee cauerint cum fideiuſſoribus vel pignoribus, vt latius continetur *ibidem*: ſicque prouiſum fuit in d. Concil. Lugdunenſ. *circa formam ſatisfactionis, & cautionis præſtandæ* ad hoc, vt hi manifeſti vſurarij pœnitentes ad Sacramenta Eccleſiæ atque Eccleſiaſticam ſepulturam admittantur. Nomine autem cautionis idoneæ, de qua *in d. cap. quanquam*, intelligitur fideiuſſoria vel pignoratitia, ideoque non
4 ſufficeret ſimplex cautio, niſi † non poſſet dare fideiuſſorem nec pignora, idque iuret, maxime, ſi hoc ſit veriſimile, nempe cum aliam cautionem dare non poſſe, quia tunc ſimplex cautio admittenda erit, ita gloſſ. *in d. c. quanquam, verbo, idonee*, communiter *ibi* recepta, *& in c. ad noſtram, de iureiur.* gloſſ. & late Iaſ. *in l. ſancimus, C. de verb. ſignif.* eſt communis ſecundum Couar. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 3. num. 6. in princ.* ſequitur Nauar. *in man. Latin. c. 17. n. 279.* Vnde non ſufficiet hypotheca bonorum generalis, nec etiam ſpecialis ſecundum Dd. communit. *in d. c. quanquam*, quos ſequitur Socin. *conſ. 127. col. 4. l. 3.* & Ant. *in d. c. cum tu, n. 6. de vſuris*, & Couar. *vbi ſupra.*

5 Quod ſi † vſurarius manifeſtus in periculo mortis ſit, velitque præd. præſtare, non tamen poſſit, à quolibet ſacerdote eius confeſſio audiri poteſt & abſolui, & obtenta ab eo facultate, Epiſc. eius promiſſionem declarabit, vt ſi conualuerit, ipſum compellat ad reſtitutionem: ſin autem moriatur, eius hæredes: *arg. c. ſi quis ſuadente, 17. q. 4.* ita tenet Sylueſt. *verbo reſtitutio, 6. q. 1.* quem refert & ſequitur Nauar. *in man. Latin. c. 17. n. 280.* Intelligo autem de quolibet ſacerdote approbato, hoc eſt, expoſito ab Epiſcopo ad audiendas confeſſiones, vel eo deficiente, in artic. mortis ab alio ſacerdote, etiam non expoſito, iuxta tradita per nos latius *ſuprà, lib. 1. Canon. q. c. 1. n. 56. cum ſeqq.*

Summopere tamen oportet ſcire in hac materia, quis dicatur vſurarius manifeſtus, vt comprehendatur in prohibitione illorum iurium: hoc autem diuerſimode exemplificant Dd.

Et † primo, dubio procul manifeſtus vſurarius eſt 6
ille, qui palam & publice fœneratitiam artem ita exercet, vt ipſa operis & patrati ſceleris euidentia nullam excuſationem habeat, vt quia tenet altare ſuum paratum: *arg. text. in c. euidentia, de accuſat.* ita gl. *in c. 1. verb. manifeſtos, de vſur. in* 6. & *ibi* Dd. Abb. *conſ. 2. n. 1. lib. 2.* poſt Feder. de Senis *conſ.* 8. & Bart. *in lib. 2. n. 3. ff. de furtis*, Bald. *conſ. 17.* factum ſuper quo, *in fi. lib. 1.* & Calder. *inter conſilia Bald. conſ. 162. caſus ſuper quo, num. 2.* Iaſ. *conſ. 78. num. 3. lib. 3.* Angel. *in ſua diſputat. quæ incipit Aſtenſis miles, col. 2.* Fulgoſ. *conſ. 138. viſis precepto, &c. col. 2.* & in hoc conueniunt omnes ſecund. Couar. *d. c. 3. n. 4. in princ. & in num. 5. verſ. at ſi tractetur*, ſequitur Nauar. *d. c. 17. n. 280.* loquens in eo, qui palam & notorie ad vſuram mutuat, aut ſuas res ob dilatam ſolutionem carius iuſto pretio rigido manifeſte vendit: addens, non eſſe neceſſe, vt quibuſuis petentib. tribuat, ſicut aliqui dicunt, ſed quod etiam mutuatio, quando fit, ſit manifeſta, ſecund. Panorm. & Ant. de Burg. *in cap. ad noſtram, de empt. & vendit.* eandem principalem ſententiam ſequitur Menoch. *de arbitrar. iudic. l. 2. centur. 3. caſu 235. n. 3. & 11.* & ante eum Iulius Clarus *lib. 5. recept. ſent. §. vſura, verſic. ſed hic quæro*, & poſt hæc ſcripta plures referens Ioſeph. Maſcard. *de probatio. 3. tom. concluſ. 1420. n. 3.*

Quamobrem ſatis † non erit, alias probare aliquem 7
eſſe vſurarium ſimpliciter, niſi illa qualitas manifeſti probetur quoque, nempe illum eſſe manifeſtum vſurarium: ita Bald. *d. conſil. 17.* & clarius *conſil. 144.* ad euidentiam permittendum eſt, *col. 1. lib. 5.* & Ioan. de Anan. *in d. c. quia in omnibus n. 3.* & alios referens Menoch. *d. n. 4.* & Maſcard. *vbi ſuprà n. 2.*

Hinc † eſt, vt ille, qui ſemel aut bis ſub vſuris mu- 8
tuo dedit pecunias, etſi id probetur, non ex hoc dicitur ſatis probatum, illum eſſe manifeſtum vſurarium: probandum eſt enim, paratum eſſe omnibus mutuo ſub fœnore dare, & ſic tabulam & menſuram paratam habere ad mutuandum ſub vſuris, quia requiritur frequentia delicti: ita Bart. *in d. lib. 2. num. 3. ff. de furt.* Ioan. de Anania *in d. cap. quia in omnibus col. 2. num. 2.* Menoch. *vbi ſuprà, num. 6.* Vnde non recte exiſtimat contrarium Mercad. *de tratos y contratos, lib. 5. col. final. fol. 119.* vbi inquit Dd. tenere, quod ad incurrendas pœnas publicorum vſurariorum, non eſt opus eas exercere manifeſtas mutuando cum intereſſe, ſed ſufficere realiter & patenter hoc crimen committere bis aut plus: quod ſi velimus temperare, ſit vltra quatuor aut ſex vices: hoc enim verum non eſt, ſed quod prædiximus.

Manifeſtus † autem vſurarius præd. modo non ſo- 9
lum dicitur ille, qui in foro omnibus videntibus ſub vſuris mutuat, ſed etiam is, qui domi has vſuras aſſidue frequenterque exercet: ita Bart. & Angel. *in d. l. 2. de furt.* Angel. *in d. ſua diſputatione col. 2.* Abb. & alij relati & ſequuti à Menoch. *vbi ſupra, n. 16.* & plures citans Maſcar. *vbi ſupra, n. 4.* vbi bene declarat: inquit tamen Menoch. *vbi ſupra, n. 12. & 13.* quod ſuper † hoc 10
euidenti & notorio crimine requiritur ſaltem quædam iudicis pronuntiatio, quæ non ſentẽtia, ſed pœna exſequenda potius appellatur, ob idque credit ante pronuntiationem vſurarium manifeſtum dici non poſſe, vt pœnis ſupradictis affici poſſit, alias fruſtra ſuper notorio ius requireret pronuntiationem: & tandem *n. 32.* allegat Abb. *d. conſil. 2. num. 1.* & Federic. & Couar. *vbi ſuprà, num. 4. verſic. quarto etiam*, ita tenentes: hoc tamen dictum Menochij dubium eſt, atque non verum exiſtimo in terminis, de quibus agimus, nempe, quoties vſurarius ita palam & publice fœneratitiam artem exercet, vt ipſa operis & patrati ſceleris euidentia nullam excuſationem habeat: quod ſi res eſt ita notoria, quod nullam excuſationem habeat, ad quid quæſo eſt neceſſaria iudicis declaratio? Præterea Dd. quos in contrarium citat, hoc caſu minime loquuntur, ſed quoties quis ſimpliciter pro vſurario condemnatur, non vero pro manifeſto vſurario, vt ex ipſis euidenter patet, de qua ſpecie *infra* agemus, an is condemnatus dicatur manifeſtus vſurarius, necne? Accedit præterea, quod in ſpecie *ſuprà* propoſita manifeſti vſurarij, de qua agit Menoch. Couar. *vbi ſuprà, num. 4. in princ.* & cæteri Dd. non requirunt declarationem iudicis, vnde noua ac proinde ſuſpecta, præter ſupradicta, eſt opinio hæc Menochij: quæ tamen poſſet ſuſtineri, vbi ille manifeſtus præd. modo aliquam excuſationem haberet vel ha-
11 bere poſſet, ex eo, quod & ſi quando † exſtat notorium permanens, non ſit ſeruandus ordo iudiciarius ſecund. Aretin. *conſil. 163 num. 6. ex cap. quanto, de tranſlat. Epiſcop. &c. & in c. qua Lotharius, 2. quæſt. 1.* & late Grammat. *deciſ. 56. num. 45.* attamen vbi notorium aliquam excuſationem habere poteſt, ordo iuris ſeruandus eſt ſecund. Aretin. *vbi ſuprà, n. 6.* Curt. Sen. *conſ. 21.* quem ſequitur Iul. Clarus *lib. 5. recept. ſenten. §. fin. q. 9. verſ. quæro nunquid in notoriis*, eoſque refert ac probat Menoch. *vbi ſup. n. 14. 15. & 16.* & ita eſt tenendum, tametſi Maſcard. *vbi ſup. n. 7.* opinionem priorem Menochij cum aliis, quos refert, videatur probare: citat tamen *num. præced.* pro noſtra ſententia Iaſ. *conſil. 78. n. 3. verſic. facit, vol. 3.*

Secundo ille dicitur vſurarius manifeſtus, qui crimen ipſum confeſſus eſt in iudicio, iure namque ea confeſſio manifeſtum facit, *vt in cap. veſtra, & in c. vlt. de cohabitatione cleric. & mulier. c. cum olim, de verb. ſignificat.* & in terminis ita tenet in noſtra ſpecie gloſſ. *in cap. 1. verb. manifeſtos, in principio de vſuris, in 6.* quam *ibi* doctores ſequuntur, & præterea *in c. quia omnibus, eodem titul. in decretal.* vt teſtatur Couarr. *d. lib. 3. variarum reſolut. cap. 3. n. 4. verſic. eſt enim*, vbi quod dicitur frequentiſſime id notorium iuris, quod appareat per confeſſionem in iudicio emiſſam: & teſtatur communem eſſe traditionem *in num. 5. circa fin, verſic. ex quib.* quod etiam vltra ipſum ſequitur Abb. *in d. conſ. 2. num. 1. lib. 2.* & Iulius Clar. *in d. §. vſura, verſic item ille*, & alij plures relati à Menoch. *vbi ſupra, num. 20.* Itaque iuxta modo proxime relatam ſententiam, manifeſtus vſurarius dicetur, qui apud iudicem confitetur ſe eſſe vſurarium, etiamſi ſimplex confeſſio ſit, nec profeſſus fuerit ſe manifeſtum vſurarium eſſe, vt explicat in terminis Philiph. Franc. *in d. c. 1. ſuper gl. manifeſtos*, & eſt de mente doctorum *ibi, & in d. c. quia in omnib.* eſt communis traditio ſecund. D. Couarr. *vbi ſupra, d. n. 5. verſic. ex quibus, &c.*

12 Quinimo non † tantum confeſſio iudicialis, ſed etiam extraiudicialis facta coram ſacerdote & teſtib. publice, ita quidem, vt in plurium notitiam deuenerit, facit quem vſurarium manifeſtum, vt ſub diſpoſitione *d. c. quamquam*, comprehendatur: ita gl. *ibi* addens, quod mandat reſtitui vſuras, & forte libros rationum tradens, quam ita intelligunt & ſequuntur Archid. Dominic. & Franc. *ibi*, Abb. *d. conſ. 2. n. 1.* Abb. & Anan. *in d. cap. quia in omnib. col. 5. num. 5.* & alij plures relati per Couarr. *vbi ſuprà, d. num. 4. verſ. tertio*, ſequitur alios allegans Menoch. *vbi ſuprà, num. 21.* eſt communis ſecund. Soc. *conſil. 127. num. 3. lib. 3.* & Iul. Clar. *vbi ſupra, verſ. item ſi quis coram ſacerdote*: imò idem erit, eorum rationib. conſideratis, etiamſi hæc confeſſio extraiudicialis fieret coram ſacerdote vel notorio, modo facta fuerit coram teſtibus ita palam & publice, quod in plurium aures, cognitionem & ſcientiam peruenerit, vt ex eiſdem deducit Couar. *vbi ſuprà*, poſt Anan. *vbi ſuprà*, qui idem eſſe profitetur in eo, qui fatetur & vſuras mandat reſtitui in publico inſtrumento, vel ſcriptura priuata proprio ſigillo ſigillata, vel forte ſi publica fama contra eum laboret, & ſimul aliqua argumenta appareant, ob quæ Epiſcopus illum publicet & ſic efficiatur manifeſtus: *& n. 3.* idem dixerat, quando communis opinio eſt, quod ipſe ſit vſurarius, nempe, vt tunc intelligatur illum eſſe manifeſtum: quod verum minime videtur, niſi qualitas manifeſti probetur, vt ex *infrà* dicendis patebit: & quod prædiximus de confeſſione extraiudiciali publice facta coram ſacerdote, vel notario, & teſtibus, &c. ſequitur etiam plures citans Maſcard. *vbi ſuprà, n. 11.*

Dicitur & quarto † vſurarius manifeſtus ſecundum 13
communem traditionem, qui ob hoc crimen iam à iudice per ſententiam damnatus fuerit, quia iudicis pronuntiatio notorium inducit, *vt in d. c. vlt. de cohabit. cleric. & mulier.* & in terminis ita tenet gloſſ. communiter approbata *in d. c. 1. verb. manifeſtos, de vſur. in 6.* vt ex omnibus *ſuprà* citatis apparet, præcipue Couar. *d. num. 4. in verſ. quarto etiam*, & Iulio Claro *vbi ſupra in verſ. eſt item præterea ille*, ſequitur dicens iuſtius videri Nauarr. *in manual. c. 17. n. 28. verſ. nec hoc requiritur.* Verum vſurarius hic hoc caſu non prius manifeſtus dicetur, etiamſi teſtibus vel aliis probationibus fuerit conuictus, quam à iudice ſit per ſententiam damnatus, vt explicant Hoſtienſ. Abb. & alij *in c. cum in diœceſi, de vſur.* Fed. *conſ. 64.* Abb. *d. conſ. 2. n. 2. lib. 1.* & alios referens Couar. *vbi ſupra verſ. quarto*, vbi ita eſſe intelligendam gloſſ. *d. c. 1. verb. manifeſtos*, & alios, qui eius meminere, affirmat: ſequitur Menoch. *d. caſu 235. n. 32.* dicens vſurarium manifeſtum ſecundum noſtros Dd. illum dici non poſſe, præcipue ante ſententiam & declarationem prolatam: ſequitur plures referens Maſcard. *vbi ſuprà, n. 17.*

Hi ſunt modi præcipui communiter à noſtris doctoribus traditi ad probandum, quem eſſe manifeſtum vſurarium, vt comprehendatur ſub prohibitione & pœnis *d. c. quamquam, de vſur. lib. 6.* supereſt vt noſtrum hac de re iudicium interponamus: & licet re vera ego vt plurimum communium traditionum ſectator ſim, quando euidenter à veritate non deuiant. A com- 14
muni † enim opinione recedendum non eſt in iudicando & conſulendo, vt ex pluribus reſoluit nouiſſime Beccius *conſil. 80. num. 8. lib. 1.* Addit. Alexand. *in l. ſi conuenerit, col. fi. ſub num. 13. ff. de re iud.* quem refert & ſequitur Beccius *conſ. 8. num. 24. lib. 1.* temerarium eſſe à communi opinione recedere, etiam quando contra eam videretur caſus legis: nihilominus illas, quas conſtat erroneas eſſe, ac contra ius, minime ſequor: ac proinde in propoſito exiſtimo.

Imprimis, manifeſtum † vſurarium, de quo *in d. c.* 15
*quia in omnibus, & in d. cap. quamquam*, vere dici illum, quem primo modo ex ſupradictis conſiderauimus, cum communi, quæ veriſſima eſt in hoc caſu, nempe, qui ita palam & publice vſuras exercuit, tabulam & menſam publice paratam habens ad mutuandum ſub vſuris, vt euidentia ipſius patrati ſceleris vlla tergiuerſatione celari nequeat, arg. text. *in l. palam, ff. de ritu nupt.* prout tenent omnes *ſupra* citati, nec hoc caſu, vt

vt prædiximus, exiſtimo eſſe neceſſariam ſententiam declaratoriam.

Secus vero exiſtimo eſſe de illo vſurario, qui hoc crimen ſimpliciter abſque qualitate manifeſti confeſſus in iudicio, vel extra coram parocho vel nota-
16 rio, & plurib. teſtibus, vel inſtrumento, aut † alias ad effectum reſtitutionis, vel ſi ſuper eo per iudicem fuerit condemnatus abſque prædicta qualitate manifeſti. Hos enim aut eorum aliquem manifeſtum vſurarium minime probo, nec cenſeo, ad hoc, vt pœnis d. iurium puniantur, ex ſequentibus fundamentis, intelligendo tamen, vt *infra* ſtatim dicemus.

Primo, quia cum prædicta iura loquantur in manifeſtis vſurariis, exercitium ac conſuetudinem vſurarum manifeſtum requirunt, vt conſtat *ex cap. 1. de vſur. in 6.* & probatur etiam, quia nomina verbalia (prout
17 eſt nomen manifeſtus, ſcilicet vſurarius) † requirunt frequentiam, & in vno actu non verificantur, vt tenent omnes *in cap. 1. & ibi* Ripa *num. 96. de iudic.* vbi poſt Pariſ. de Puteo, quem citat, hac in ſpecie de fœneratore ſcribit, & aliis ſimilibus comprobat, vt in meretrice, mercatore, calumniatore & his ſimilibus, de quibus late agit Tiraq. *de pœnis temperand. cauſſ. 51. ad fi.* Bart. & doctores *in proœm ff. veter.* Ergo de manifeſto vſurario facti, non vero iuris intelligenda ſunt illa iura. Nec obſtat, quod confeſſio & ſententia inducunt notorium, *vt in c. veſtra, & in c. vltim. de cohabit. cleric. & mulier* quia illud verum eſt in notorio iuris, non vero in notorio facti, hoc enim non inducitur, niſi ex actuum frequentia, vt apparet ex illis iuribus, & notat gloſſ. *in d. cap. veſtra, verb. condemnatur, & doctores vtrobique.* Secundo idem probatur, quia non eſt veriſimile, Romanum Pontificem tam graues pœnas ſtatuiſſe aduerſus eum, qui ſemel mutuum dederit ſub vſuris, licet id confeſſus fuerit publice in iudicio vel extra, vel à iudice ex ea cauſa fuerit condemnatus, nec item in eum, qui ſecreto & occulte vſurarios contractus pactus fuerit, quamuis demum huius criminis accuſatus, vel confeſſione vel probationib. aliis fuerit condemnatus: his namque caſib. non poſſet iudex hunc reum pronuntiare eſſe manifeſtum vſurarium, cum reuera huiuſmodi non ſit, niſi frequentia actuum cum publicitate interueniat, idque ſit probatum vel ab eo confeſſum, tunc enim merito iudex poſſet eum pronuntiare manifeſtum vſurarium, ac pro tali condemnare eum ſiue declarare, alias ſecus. Nec quod confeſſio aut ſententia quid notorium efficiat, quicquam præſtat, id enim verum eſt de notorio iuris, non vero de notorio facti & exercitij, vt
18 modo dicebamus: hoc † eſt, vt ſtante prædicta ſimplici confeſſione, vel iudicis condemnatione, omnibus fiat notorium illum vſurarium, talemque contractum vel crimen admiſiſſe, non vero quod habuerit vſum, exercitium vel conſuetudinem fœnerandi, quod ad factum potius & frequentiam quam ad ius refertur, quæ inter ſe maxime diſtant, ac diſſimilia ſunt: itaque licet poſt ſimplicem hac de re confeſſionem, vel condemnationem cenſeatur quis vſurarius manifeſtus, intelligitur tamen in hunc ſenſum, id eſt, manifeſtus & publicatus, non autem manifeſtus ratione manifeſti exercitij & negotij: quod vltimum requiritur quoad pœnas dictorum iurium incurrendas.

Tertio idem conuincitur, quia ſi aliud diceremus, ſequeretur inde, eiſdem pœnis aſſici eum, qui ſemel & occulte mutuum dederit ſub vſuris, ſi vocatus ad iudicium, id confeſſus fuerit, quib. qui publice & manifeſte in conſpectu omnium officium fœneratoris exercuiſſet, quod prorſus alienum videtur à mente & intentione Romani Pontificis.

Quarto idem comprobatur ex textu *in cap. cum in diœceſi, de vſur.* vbi ſi agatur de pœnis ſtatutis *in dict. cap. quia in omnibus*, requirit textus ille, quod probetur accuſatos ſeu delatos vſurarios eſſe manifeſtos: Ergo non ſatis eſt, conſtare eos eſſe vſurarios, niſi etiam conſtaret eſſe vſurarios manifeſtos, ſicque exigitur huius qualitatis probatio. Quod ſi replices, non poſſe contingere hanc qualitatem manifeſti vſurarij probari per argumenta, ſicuti permittit textus *in dict. cap. cum in diœceſi*, reſpondebo argumenta *ibi* appella-
ri indubitata indicia aliaſque † apertiſſimas probatio- 19
nes, de quib. *in l. vltim. C. de probat.* ita in terminis interpretatur eum text. Couarr. *d. lib. 3. variar. reſolut. cap. 3. num. 5. ad finem, verſicul. quod ſi dixeris*, & ante eum Burgund. *in dicto cap. ad noſtram, num. 28.* dicens, hæc indicia debere eſſe clara & aperta, quem refert Menochius *vbi ſuprà, numero 29.* & iuxta hæc intelligendus eſt etiam Theſaurus Chriſtian. *religio. cap. 67. num. 32.* dicens, quod vſurarij manifeſti dicuntur illi, qui licet non poſſint conuinci teſtibus, conuincuntur aliis præſumptionibus, *vt in c. cum in diœceſi, de vſur.* nempe, quando præſumptiones huiuſmodi ſunt vrgentiſſimæ & apertiſſimæ, & indicia clara, alias ſecus.

Quinto eadem † ſententia comprobatur, quia vbi- 20
cunque lex ſeu diſpoſitio ſe fundat in aliqua qualitate, ante omnia oportet de ea conſtare, *vt in l. eius, qui in prouincia, verſicul. quoniam, ff. ſi cert. petat. & in leg. non ignorat, Codic. qui accuſare non poſſ.* & in aliis pluribus iuribus, quæ citat, ex eis ita deducens & loquens in qualitate delicti notorij Anton. Gomez *in tert. tom. cap. primo, de delict. n. 44.* ſed iura loquuntur in vſurariis manifeſtis, & ſic hac qualitate notatis: Ergo id ante omnia debet conſtare in confeſſione vel ſententia, ad hoc, vt manifeſtus vſurarius in propoſito dicatur, alias ſecus.

Sexto facit etiam, quia cum prædicta iura loquantur in manifeſtis vſurariis, ſi prædicta qualitas non ſit probata nec expreſſa in confeſſione vel ſententia, deficeret iam lex, hoc eſt, conſtitutio dictorum iu-
rium: ſed in caſibus, in quibus † lex deficit, non eſt 21
hæc vtilis actio danda, *vt in leg. ſi vero, §. de viro, & ibi doctores, ff. ſolut. matrimon.* & vbi deficiunt verba legis, deficit eius diſpoſitio, *leg. 4. §. toties, ff. de damno infecto, leg. 1. §. loquitur, ff. de aqua quotid. & æſti.* & hæc eſt communis regula *dict. §. toties*, & alia iura idem probantia, vt affirmat Decius *conſil. 591. num. 2.* & nos quoque deduximus latius comprobantes *conſilio 21. num. 2. cum ſequentibus*, hocque præcipue procedit in pœnalibus, de quibus agimus, *argument. cap. odia, cum ſimil. de regul. iuris in 6.* & in terminis vſurarij manifeſti probat Baldus *conſilio 447. incip. ad euidentiam præmittendum eſt, num. 2. volum. 5.* dicens, quod ſi lex requirat aliquem eſſe vſurarium manifeſtum, non ſufficit probare alterutrum, ſed hoc caſu de
probationibus erit ſubſtantia, † qualitas & factum, 22
quod exercuit: Ergo vſura, & quod manifeſte eam exercuit, quem ſequuntur Catellian. Cotta *in memor. incip. lex*, quæ loquitur, & Ludou. Mexia *in l. Regia Toleti de los terminos, in 4. part. fundamento 2. n. 11.*

Septimo & vltimo † in noſtra ſpecie, quod confeſ- 23
ſio vſurarij non debeat eſſe ſimplex, vt ſi diceret, ſe ſub vſuris mutuo dediſſe, ſed quod ſub vſuris publice ſæpius vel domi frequenter mutuaſſet, tenet Baldus *in cap. in præſentia, num. 8. de probat.* quem refert & ſequitur Felinus *ibi num. 13.* & alios referens Menoch. *vbi ſupra, num. 5. & num. 20.* qui prædict. modo declarant communem ſupradictam concluſionem de confeſſione vſurarij agentem, vt tunc demum inducat notorium in propoſito noſtro, quando non ſimpliciter facta fuerit, ſed vt modo dicebamus: & hanc dicit videri



veriorem Maſcard. *vbi ſuprà, num. 10.* Sic etiam & merito Antoninus de Burgos *in dict. cap. cum cauſam, num. 28.* improbauit ſecundam & quartam communes ſupradictas traditiones in hac materia de vſurario manifeſto quoad pœnas *dict. cap. quamquam*, caſdem etiam & tertiam expreſſim reprobauit quoad eiuſdem text. pœnas Domin. Couarruu. *vbi ſupra, n. 5. verſicul. ac ſi tractetur*, quorum opinionem, vtpote veriſſimam atque humaniorem, libentiſſime probo: tametſi communis ſententia forte ob ipſius auctoritatem in praxi obtineret, poſſet tamen ipſa moderari, vt non omnino reiiciatur, vbi vſurarius ſimul fateretur qualitatem exercitij, ac vſum notorium ipſius vel iudex pro tali notorio vſurario eum condemnaret, quo caſu proculdubio communis procederet, imo requiri neceſſario hoc videtur, ad hoc, vt notorius vſurarius dicatur ad incurrendas pœnas dictorum iurium vt patet ex omnibus *ſupra* adductis, & in hoc capite
24 ratiocinatis: Inquit † tamen Couarruuias *dict. num. 5. verſicul. tandem*, ſecus eſſe ſi tractetur de pœnis *in dicto capit. quia in omnibus*, ſtatutis, nempe, vbi actum fuerit de non ſepeliendis in loco ſacro vſurariis manifeſtis, qui in eo peccato & crimine deceſſerunt, & de non recipiendis eorum oblationibus, deque non admittendis vſurariis, qui non pœnituerint eius criminis, ad communionem Euchariſtiæ, quia in his caſibus ſat erit, eſſe quem vſurarium manifeſtum operis euidentia, confeſſione iudiciali, vel extraiudiciali, vel iudicis condemnatione iuxta communes traditiones: atque in hunc modum accipiendum eſſe text. *in dict. c. cum in diœceſi*, dum ſecund. Abb. communem probat, eum dici manifeſtum vſurarium, qui argumentis aliiſve probationibus à iudice huius criminis reus fuerit pronunciatus, cum ad hos effectus, ad haſque iuris pœnas vſurarias dicatur is, qui de eo crimine conuictus fuerit, aut ſaltem valeat ſtatim facillime conuinci: itaque doctiſſimus vir ille differentiam hanc conſtituit inter caſus *dict. cap. quia in omnibus, & textus in dict. c. quamquam*, vt cum agitur de pœnis imponendis, de quibus *in dict. cap. quia in omnibus*, ſufficiat confeſſio ſimplex, vel condemnatio vſurarij, ad eum inducendum notorium vſurarium, ſecundum communem, quam in hac ſpecie probat: ſi vero tractetur de pœnis ſtatutis *in d. capit. quamquam* hoc non ſufficiat, ſed omnino requiratur operis euidentia, de qua *ſupra* in primo membro, & ſic contra communem.

Quæ differentia coadiuuari & verificari poteſt ex altera, quæ ex litera amborum textuum conſtat eſſe inter vtrumque caſum eorundem: In primo enim, hoc eſt, *in d. c. quia in omnibus*, vſurarij manifeſti in peccato & crimine decedunt abſque pœnitentia, ideoque nil mirum, ſi confeſſio ſimplex vel condemnatio huiuſmodi ipſorum ſufficiat ad efficiendos eos notorios vſurarios: at vero in caſu *dict. cap. quamquam*, vſurarij manifeſti pœnitentia ducti vſuras iuſſerunt reſtitui, & nihilominus niſi plenarie ſatisfecerint, &c. adhuc carere debent Eccleſiaſtica ſepultura, nec ad confeſſionem admittendi ſunt, nec etiam abſoluendi, nec teſtamenta eorum valent, niſi de vſuris ſatisfecerint, vel de ſatisfaciendo pro ſuarum virium facultate præſtiterint, vt præmittitur, in eodem textu, ibi *idoneam cautionem*: vnde ſimplices vſurarij, ſi ſaltem pœnituerint, iuſſerintque vſuras reddi, licet cætera de ſatisfactione aut idoneæ cautionis præſtatione non adimpleuerint, videtur quod prædictis non careant, nec in illas pœnas incidant, niſi tantum hi vſurarij, qui primo modo ſupradicto manifeſti fuerint, nempe operis euidentia, vt prædiximus. Nihilominus præfata caſuum differentia ad rem, de qua agimus, nihil pertinere videtur, cum in vtroque caſu eædem pœnæ prope ſint impoſitæ, ſcilicet denegationis ſepulturæ, & Sacramentorum Eccleſiæ: Ergo ad tot tamque graues pœnas incurrendas, præſumendum non eſt, Romanum Pontificem velle eum eſſe vſurarium manifeſtum, qui ſemel mutuum dederit ſub vſuris, licet hoc confeſſus fuerit publice in iudicio vel extra, aut à iudice ex cauſa fuerit damnatus, niſi qualitas illa exercitij manifeſti in confeſſione vel ſententia adſit. Militantque præterea in caſu *dict. cap. quia in omnibus*, omnia fundamenta prædicta, quæ circa pœnas *dict. cap. quamquam*, vtroque enim caſu Summus Pontifex de manifeſtis vſurariis loquitur, eoſque eiſdem prope pœnis puniendos eſſe præcipit: Quamuis enim magis delinquat vſurarius manifeſtus, qui impœnitens deceſſit, quam ille, qui licet pœnituerit eius criminis, vſuraſque reſtitui mandauit, non tamen ſatisfecit, cum poſſet, nec idoneam cautionem de reſtituendo præſtitit: nihilominus tamen vterque ad incurrendas pœnas eorundem iurium debet eſſe manifeſtus vſurarius, vt eadem iura proclamant. At hæc manifeſtationis qualitas, cum ſimus in maxime pœnalibus, eadem eſſe debet, quia reſpicit vſum & exercitium notorium: cur igitur dicendum eſt, in vno caſu ſufficere confeſſionem ſimplicem vſurarij, vel condemnationem huiuſmodi, in altero vero minime, ſed requiri eam operis euidentiam ac frequentiam, quæ nulla valeat excuſatione celari? aut enim in vtroque caſu eadem requirenda eſt, aut ſufficit ſimplex confeſſio, vel ſententia: hoc autem procedere iuxta mentem Pontificum & iuris rationem non poteſt: Ergo illa in vtroque caſu requiritur, præcipue cum vſurarius, qui impœnitens deceſſerit, non ſolum delinquat contra deciſionem *dict. cap. quia in omnibus*, ſed etiam & à fortiori, contra *dict. capit. quamquam*, quandoquidem vſuras non reſtituit, nec idonee cauit de reſtituendo præter ſuam impœnitentiam: & ita merito Menochius *vbi ſuprà*, quem contra communiter allegauimus, non diſtinguit inter ſupradictos caſus, quamuis vidiſſet Couarruuiam *vbi ſuprà*, vt conſtat ex eo, ſed in vtroque tenuit, non ſufficere ſimplicem confeſſionem vſurarij ad iudicandum eum notorium vſurarium, vt vidimus: Loquitur enim in terminis *dict. cap. quia in omnibus & dict. cap. quamquam*, vt ex principio caſus illius, 235. *n. 1.* patet, cui ſubordinantur ea, quæ ſequuntur. Sed & alios plures modos probandi manifeſtum aliquem eſſe vſurarium proſequuntur doctores *vbi ſuprà*, præcipue Abb. *dict. conſil. 2. per totum lib. 2.* & Menochius *dict. caſu 231. per totum*, vltra Couarru. *vbi ſuprà*, qui tamen ad pœnas *dict. cap. quamquam*, quod expoſuimus, non ſpectant: ideo eos omitto.

## SVMMARIVM.

1 *Pœna adiecta dationi quantitatis præſumitur in fraudem vſurarum, quando excedit legitimum modum earum.*

2 *Pœna conuentionalis etiam vltra quadruplum exigi poteſt ſecundum opinionem Innocentij & magis communem.*

3 *Iure Regio pœna adiecta dationi quantitatis in fauorem hominis ſoliti fœnerari, exigi non poteſt, ſed ſi non ſit ſolitus fœnerari, exigi poteſt. Idem in conſcientia, vt in num. 17.*

4 *Pœna conuentionalis adiecta obligationi faciendi, vel non faciendi, etiam vltra quadruplum exigit poteſt.*

5 *De ſtylo curiarum non fit condemnatio pœna conuentionalis, niſi quatenus intereſt, & non vltra.*

6 *Pœna conuentionalis de rigore iuris ſi exceſſiua non*

*ſit, ſed moderata, exigi poteſt, ſiue interſit, ſiue non.*

7 *Pœna conuentionalis in contractibus cenſualibus redimibilibus contra moroſum cenſus debitorem conuenta hodie non valet per motum proprium Pij V. poterit tamen conuenire, vt ſoluatur quod in exactione conſtiterit expendendum, vt in n.8.*

9 *Pœna commiſſi in eiſdem contractibus cenſualibus adiecta quando valeat, & quando non.*

10 *Pœna conuentionalis in curia mercatorum, vbi proceditur de bono & æquo, an exigi poſſit, quando nihil intereſt, & num. ſeqq.*

11 *Pœna conuentionalis in conſcientia exigi poteſt, etſi nihil interſit vel etiam vltra id quod intereſt, concurrentibus de quibus hic, & in n.13. & 14.*

12 *Pœnam conuentionalem non tenetur quis ſoluere, niſi ab eo petatur: ſecus tamen erit, ſi ab eo petatur.*

15 *Clerici an pœnam conuentionalem poſſint exigere vltra quam interſit, & quid in Eccleſia, n.16.*

18 *Pœna conuentionalis iure Canonico non committitur, niſi pro parte non ſoluta tantum, ſecus pro parte ſoluta & adimpleta, & in n.19.*

## CAPVT XX.

### *De pœna conuentionali, an iure & in conſcientia ſecure exigi poſſit.*

MAxime concertatum eſt inter noſtros doctores; *An iure communi pœna conuentionalis adiecta dationi quantitatis, exigi poſſit.* Duodecim enim opiniones ſunt, quas refert in hoc Petrus Rebuf. *in repetit. l. vnic. in gloſſ. proferuntur, num. 9. cum ſeqq. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt, proferuntur,* è quibus vnam vel duas tantum referam; Gloſſa namque *in l. Iulianus, lib. 15. §. ibidem Papinianus, verb. excedit,* ibi, *Vnde*
1 *dic æquius, ff. de action. empt.* tenet, quod † ſemper præſumatur fraus ex quantitate pecuniæ, quæ excedit legitimum modum vſurarum: eſt communis, vt plurimos allegans reſolui *in meo tractatu de iuramení. confirmat. 1. part. cap. 36. n.* 10. Vnde cum hodie vſuræ ſint omnino & omni iure prohibitæ atque in nulla quantitate permiſſæ, vt *ſupra* late probauimus *cap. 18. in princ.* quælibet pœna conuentionalis adiecta dationi quantitatis, cenſebitur adiecta in fraudem vſurarum,
2 ac proinde iure exigi non poterit. Rurſus † Innoc. *in c. ſacro, de ſent. excommunic.* tenet, quod pœna conuentionalis etiam vltra quadruplum poteſt exigi: quam opinionem teſtatur magis communem eſſe Petrus Rebuff. *vbi ſupra num. 32.* vbi *in numeris ſequentibus* pluribus modis ampliat & limitat. Iure tamen noſtro Regio ſedata eſt hæc controuerſia per *leg. final.*
3 *titul. 11. part. 5. in verſic. mas ſi la pena,* vbi expreſſe † deciditur, quod pœna adiecta dationi quantitatis in fauorem hominis ſoliti fœnerari, exigi non poteſt: ſi vero ſit adiecta in fauorem illius, qui non ſit ſolitus fœnerari, poſſit exigi: Quam legem pro expreſſa ad hoc ipſum notat Gregor. Lopez *ibidem*, dicens approbare opinionem Innoc. *in c. ſuam, de pœnis, & gl. in l. ſi pœnam ff. de vſuris, cum ſimil.* & tandem limitat illam legem aliquibus modis, prout etiam retulimus, *vbi ſuprà*, & hoc modo debet intelligi Angelus vbi ſtatim citabitur ſimpliciter & indiſtincte tenens, & cum eo cæteri Summiſtæ, quod pœna conuentionalis, quando ſimpliciter eſt appoſita dationi quantitatis, cenſetur appoſita in fraudem vſurarum.

4 Ex quibus † proculdubio infertur, pœnam conuentionalem adiectam obligationi faciendi vel non faciendi, etiam vltra quadruplum recte exigi poſſe, vt late probat Rebuff. *vbi ſupra, num. 35. cum ſeqq. & ante* eum Angel. de Clauaſ. *in ſumma verb. pœna, num. 12.*
De ſtylo tamen curiarum † non ſit condemnatio pœ- 5
næ conuentionalis, niſi quatenus intereſt, & non vltra, vt refert Matthæus de Afflict. *deciſ. Neapol. 135.* & probat Auendan. *in ſuo diction. verb. pœna conuentionalis,* & mihi placuit hæc opinio, *d. cap. 36. n. 10. el 2.* vbi nonnullos caſus ita practicatos retuli, vbi fuit exacta, quia intererat, veluti in obligationibus ſoluendi aliquam pecuniæ quantitatem, adiecto ſalario pro perſona, quæ ad eam exigendum debeat ire ad locum rei obligati, moderato tamen arbitrio boni viri iuxta expenſas faciendas ea in re, & alios caſus, in quibus non fuit datus locus exactioni pœnæ conuentionalis, quia nihil intererat petentis, eam conuentionem fuiſſe ſeruatam, & conſuetudo erat non exigendi ſimiles pœnas, niſi quatenus intereſſet: & nunc quoque mihi placet eadem praxis, ac iuſtiſſima videtur, tametſi de rigore iuris pœna conuentionalis ſi exceſ-
ſiua non ſit, ſed moderata, exigi poſſit, ſiue † interſit, 6
ſiue non, *vt in l. cum pœna,* vbi gloſſ. & Bartol. *ff. de arbitr.* & plerique alij *in leg. 2. §. item ſi in facto, ff. de verborum obligation.* & hoc eſt receptum ſecundum Benuenut. Anconit. *in tractatu de mercat. titul. de contractibus mercat. num. 21. pag. 141.*

In contractibus autem cenſualibus redimibilibus 7
hodie iuſtis rationibus motus proprius Pij V. Pontificis Maximi præcipit pacta continentia, moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria, aut ad ſalaria ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem cenſui ſubiectam, ſiue aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, ſiue aliunde acquiſitam perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita eſſe & nulla, imo & cenſum augeri, & nouum creari ſuper eadem vel alia re in fauorem eiuſdem aut alterius perſonæ per eum ſuppoſitæ, pro cenſibus præteriti vel futuri temporis omnino prohibetur: quod ſpeciale eſt in prædictis cenſualibus contractibus, in cæteris vero, de quibus motus proprius non loquitur, ius commune
& Regium erit ſeruandum. Quinimo etſi in † contra- 8
ctibus cenſualibus certa pœna conuentionalis appoſita pro ſalariis & expenſis, aut quæ iuramento creditoris liquidetur, non valeat: attamen quod ſoluatur, quod vere ac legitime conſtiterit in exactione cenſuum moderate expendendum, non cenſeo eſſe prohibitum illo motu proprio, deduci in pactum, tunc quia motus proprius à contrario ſenſu hoc inſinuat, tum etiam, quia in hac ſpecie ceſſat ratio prohibitionis, quia eſt damnum emergens, & ita teneo & ſæpe conſului, ſalua cenſura & correctione ſacroſanctæ matris Eccleſiæ: & poſtea nouiſſime ſuper declaratione d. motus proprij ita expreſſe inueni tenere Nauar. *in comment. de vſuris, n. 89.*

Pœna autem † commiſſi in eiſdem contractibus 9
cenſualibus, quoties cenſus conſtituitur ſuper bonis conſtituentis ipſum in fauorem alterius, qui eum pecunia emit, non eſt licita in conſcientia, ſed tantum debitor tenebitur ad ſolutionem reddituum decurſorum, non vero ad amplius: ſecus tamen erit in pœna commiſſi appoſita in emphyteoſi perpetua, quæ conſtituitur ſuper re creditoris, eo caſu, quo ſecundum praxin hodiernam poteſt exigi pœna commiſſi in iudicio, alias ſecus prout de vtroque late egimus *in d. noſtro tractat. de iuram. confirm. 1 p. c. 31. n. 10. & 11.*

Sed an † pœna conuentionalis in curia mercato- 10
rum, vbi proceditur de bono & æquo, poſſit exigi, quando nihil intereſt, valde controuertitur. Angel. enim *conſil. 219. arbitror dictam pœnam, &c.* tenet, nihil præter id, quod mercatoris interſit, peti poſſit, cuius ſententiam probauit Franſc. Aretin. *in leg. 4. §. Cato, col. 1.*



*col. 1 ff. de verb. oblig.* eſſet enim præter æquum & bonum: & æquitas præcipue inter mercatores ſeruanda eſt, *l. Quintus,* vbi Bart. *ff. mandati,* & prætor debet habere ante oculos æquitatem, *l. quod ſi Epheſi, ff. de eo, quod cert. loc.* & in ſtipulatione prætoria non exigitur pœna, ſi non intereſt; *l. & ſi poſt tres, ff. ſi quis caut. l. 2. in fin. ff. ſi quis voc. non ier.* vbi Bart. Alex. Iaſ. & Socin. notarunt, & cum hac opinione, quamuis confuſe, videtur remanere Lancellot. *in l. 2. §. item & ſi in facto, num. 7. ff. de verb. obligatio.* & eam deliberate ſequitur Ioan. Crotus *in d. §. Cato, ſub num. 8. & ſeqq. in primis commentariis.*

Nihilominus tamen contraria ſententia in propoſito placuit Iaſon. *in d. §. item & ſi in facto, n. 16. & 17.* dicens minime admittendum, quod pœna, quæ ex partium conuentione proficiſcitur, iuxta *l. final ff. de præt. ſtipul.* contra æquitatem cenſeatur, cum nihil ſit, quod magis fidei humanæ congruat, quam pacta & conuentiones obſeruare, præcipue inter mercatores, *vt in lib. 1. ff. de conſtit. pecun.* & hanc ſententiam ſequitur & late comprobat reſpondens fundamentis contrariæ, & dicens probabilem & rationabilem Benuenu. *vbi ſupra, in n. 23. verſ. his igitur relatis,* quæ etiam mihi placet propter exuberantiam bonæ fidei, quæ inter mercatores verſatur, apud quos vt ſuſtineatur ipſa bona fides, & creditum (vt ita dicam) punctualiter omnia pacta licita ſunt ſeruanda, prout regulariter eſt pœna conuentionalis. Accedit præterea non infima ratio, quia plerunque atque vt plurimum inter eos intereſt pacta ſeruari, cum negotiandi arti ſint dicati, & in eo eorum verſetur proprium officium: Quamobrem, etſi aliquando eis non multum interſit, conuentionem pœnalem ſeruari, adhuc exigi poterit præd. pœna, vt pacta licita inter ipſos omnino & ſemper ſeruentur, tam ex iuris diſpoſitione, quam æquitate attenta, vt mercatura conſeruetur, quæ admodum vtilis eſt Reipublicæ.

11 Quinimo & extra † cauſam mercatorum doctores Pontificij ac Theologi exiſtimant & probant, licitum eſſe exigere pœnam conuentionalem, etſi nihil exigentis interſit, vel etiamſi excedat intereſſe ex fide & pactione non ſeruata: ita Innoc. *in c. ſuam, de pœnis,* quem ſequitur Abb. *in c. dilecti, col. 3. verſic. ſexta & vltima pœna, de arbitr.* quos refert, cum eis tranſiens & loquens in conſcientia, Benuen. *vbi ſuprà d. num. 23. in princip.* & late probat Conrad. *de contract. quæſt. 51. concluſ. 3.* & Rebuff. *in d. l. vnic. ſuper verb. proferuntur, num. 38. iuncto n. 43.* vbi id Iure Canonico probat, per *d. c. ſuam, de pœnis,* ſecundum vnum intellectum, gloſſa & *ibi* Dd. *in d. c. quanquam 23. diſt.* Iaſon & alij *in d. §. Cato,* & Corneus *conſ. 220. miror ſatis, col. vlt. lib. 1.* & hanc ſententiam Innoc. & Abbas *vbi ſupra,* probauit etiam in conſcientia Angel. *in ſumma verb. pœna, num. 12.* præterquam ſi ſit in fraudem, veluti ſi apponatur ſimpliciter dationi quantitatis, quia tunc præſumitur appoſita in fraudem vſurarum. Hæc tamen Angeli limitatio intelligi debet eo caſu, quo pœna ſit appoſita ſolito fœnerari, alias ſecus iuxta ſuprad. & per Rebuff. *vbi ſup. n. 47.* Eandem ſententiam probauit, alios allegans Sylueſter *in ſumma verb. pœna, n. 25. verſic. ſeptimum,* & Armilla aurea *in eodem verbo, n. 5.* dicens, hoc etiam procedere in foro pœnitentiali, etiamſi intereſſe excedat, niſi quando contractus eſt contrarius (licet ſit præter ius) & nullus, *vt in d. c. dilecti, de arbitr.* & bene, quia quando contractus eſt nullus, pœna etiam in eo contenta non debetur, iuxta gloſſam communiter approbatam atque ab omnibus receptiſſimam *in l. ſi patronus, verbo, Fabiana ff. ſi quid in fraudem patronorum,* vt reſoluimus plures citando *d. c. 36. num. 6.* & quod pœna conuentionalis de partium conſenſu ſine duplo iuſte ſtatui poſſit, probat late Medina *de reſtit. tit. de rebus per vſuram acquiſit. §. quarta cauſa,* vbi quod oportet aliquas conditiones ſeruari, vt huiuſmodi conuentionalis pœna licite imponatur, & vna eſt, quod mutuator mallet in conſcientia ſortem, quam mutuauit, in termino nudam habere, quam mutuatario in mora exſiſtente, ſortem ſimul habere cum pœna. Tandem *in princip. col. fin. illius, §.* inquit, quod quando huiuſmodi pœna non pro intereſſe, ſed pro culpa & mora debitoris imponitur, non opus eſt, ſit ipſi intereſſe proportionata, quia etiam omni intereſſe ſecluſo locum habet præfata pœna, & eſſe licitam pœnam conuentionalem, quando eſt appoſita, vt timore eam incurrendi debitor ſoluat, præſertim optando potius ſolutionem, quam pœnæ incurſionem, tenet Nauar. *in man. Latin. cap. 17. num. 215.* ibi, *ſed non niſi,* tametſi in hoc contra Medin. & Nauar. teneat Petrus à Nauar. ſtatim citandus *num. 333.* nempe, quod etiamſi non mallet ſolutionem ſine pœna, nec etiam indifferens ſit, non peccet peccato vſuræ exigendo pœnam, etiamſi lucrum prætendat, licet ad aliud peccati genus reducatur huiuſmodi praua intentio, & forte hoc verius *& litera M. in verſic. tamen dicendum, lib. 2.* & quod pœna conuentionalis in mutuo ſecure apponi & exigi poſſit, quando ſimpliciter & plane moderata nimis, & cum charitate apponitur, etiamſi ex dilatione nullum damnum ſequatur, dummodo cum humanitate & lenitate exigatur, & ex magna dilatione in reddendo mutuo, ſecus ſtatim ab impleto termino ſolutionis, probat & tenet Merca. *de tratos y contratos, in materia, de vſur. cap. 7. in verſic. lo que ſe permite, el 2. fol. mihi* 100. *col. 1.* & latius Petrus à Nauar. *lib. 3. de reſtit. cap. 3. n. 331. cum plurib. ſeqq.* vbi n. 338. reſoluit cum Mercado *vbi ſupra,* quod mora debet eſſe notabilis, non vnius horæ vel diei, vel etiam hebdomadæ, ſed arbitrio prudentium: Eandem principalem ſententiam in conſcientia videtur probare frater Angles *in ſuis Floribus Theolog. quæſt. in quæſt. de contract. mutui, in concluſione ad euitandam, pag. 162.* & quod in foro conſcientiæ pœna conuentionalis exigi poſſit, tenent plures citati per Rebuff. *vbi ſuprà, num. 40.* non tamen declarat, ſicut cæteri ſupradicti, etiamſi excedat intereſſe: verum paulo inferius *num. 43.* ampliat concluſionem principalem, quam *ſuprà* diximus, ipſum aſſerere, eſſe magis communem *in n. 32.* etiamſi non interſit: quod etiam ſequitur & probat dicens eſſe magis communem opinionem Corneus *conſil. 69. circa fin. litera L. verſic. & licet ſint opiniones,* & iterum *conſ. 2. liter. L. & conſil. 55. literà N. vol. 3.* cum Innoc. & Abb. *vbi ſupra,* probare videtur in terminis Benuen. *vbi ſup. n. 23.* & inquit D. Couar. *in 4. de ſponſ. 2. part. c. 6. §. 8. n. 11.* quod is qui ex conuentione vel lege pœnam exigit & extorquet, nullum peccatum committit, quando lex eſt iuſta, vel pœna conuentionalis licite in contractu deducitur, dicens cum aliis, quos citat, eſſe apud omnes probatiſſimam opinionem, quam etiam nos ſequuti fuimus *in d. noſtro tractatu de iuram. confirm. 1. part. cap. 36. n. 11 verſ. & licet,* & nouiſſime eam probat ac defendit inſtructorium negotiantium *lib. 1. cap. 30. pag. 98. verſic. porro de hoc dubio,* & ita exiſtimo tenendum, quamuis D. Franc. Sarmient. *lib. 3. ſelect. interpret. cap. 6. num. 10. in verſic. de aliis,* teneat Iure Canonico inſpecto, per text. *in d. cap. ſuam, de pœnis* (quod tamen alio diuerſo caſu loquitur, *vt infra* dicemus) ſi appareat manifeſte nihil intereſſe parti, nullo modo pœnam conuentionalem eſſe exigendam niſi vbicunque ſi pœna exigeretur, nullum damnum pateretur ille, contra quem agitur ad pœnam toto negotio inſpecto, *argum. l. bona fides, ff. depoſit.* in exemplo *ibi* per eum poſito: tandem *n. 11.* reſoluit,

reſoluit, quod in aliis conuentionalibus pœnis,ne facile conuentiones eludantur, neue locus calumniis hominum detur, ſi hæc via contemnendi conuentiones aperiatur, fruſta pœnæ imponerentur, ſi opus eſſet, quatenus interſit probare, quod non ita facile fieri poteſt, ideoque exiſtimat, quod ſi ex natura rei veriſimile ſit, damnum ſtipulatorem paſſum eſſe,licet non ita exacte probetur, pœnam conuentionalem etiam Iure Canonico exigi poſſe, ſi aliquam cum veriſimili damno habeat proportionem, nec poterit hac facilitate probationis grauari reus, cum in poteſtate ſua ſit oſtendere veris probationibus aduerſarium ſuum damnum paſſum non eſſe, vel nihil ſua intereſſe, alioqui potior eſſet cauſa doloſi, & fruſtratorium eſſet conſilium Iuriſconſulti *in leg. fin. ff. de prat. ſtipul.* quæ ita ſe habet: *In eiuſmodi ſtipulationibus, quæ, quanti res eſt promiſſionem habent, commodius eſt, certam ſummam comprehendere: quoniam plerumque difficilis probatio eſt, quanti cuiuſque interſit, & ad exiguam ſummam deducitur.* Hæc tamen ſententia & reſolutio D. Sarmien. vtilis profecto eſt, rationabilis & non parui habenda in praxi in iudicio exteriori pro declaratione praxis, quam *ſupra* retulimus, nempe quæ habet, pœnam conuentionem non exigi, niſi quatenus interſit, & non vltra: in foro autem interiori tenendum eſt, quod prædiximus cum communi: de qua re latiſſime agit Anton. Gabriel *lib. 7. comm. opin. concl. 34. per totam*, loquens in pœna legali & in conuentionali,& communem præd. reſolutionem ſequitur & probat dicens etiam communem Molin. *de inſtit. & iur. diſput.* 97. vbi quid ſi pro parte adimpleuit, & pro parte non.

12 Non tamen † tenetur quis pœnam, etiam conuentionalem, ſoluere, niſi ab alio petatur: ſi autem petatur, tenetur, vt ſentit Corneus *conſil. 69. de duobus, in fin. vol. 2. & conſil. 2. litera L. vol.* 3. dicens, quod in conſcientia ex parte debitoris pœna non eſt debita, nec debet ſibi per confeſſorem iniungi quod pœnam ſoluat: ex parte vero creditoris eſt debita, etiam in foro conſcientiæ, poteſt exigi & exacta retineri, nec debet ſibi per confeſſorem iniungi, quod eam ſoluat, hoc eſt,reddat. Sentit ergo manifeſte his verbis, quod prædiximus, & expreſſe probat & ſequitur bene probans Rebuff. *vbi ſup. num.* 41. & Couar. alios allegans *etiam vbi ſupra* ſic dicens eſſe intelligendum Anchar. *in regul. poſſeſſor, de reg. iuris in* 6. dicentem. ſimpliciter pœnam conuentionalem in foro conſcientiæ deberi: ſcilicet ſi petatur: ſequitur D. Anton. de Padilla *in l. ſi quis maior, n. 59. C. de tranſact.* & ita ampliatur gl. communiter approbata *in cap. fraternitas, 12. quæſt. 2.* idem probans in pœna legali, & nos quoque idem probauimus *vbi ſup.* & inquit Petrus à Nauar. *vbi ſup. n.* 356. hanc eſſe differentiam inter has pœnas, quod licet pœna legalis ac iudicialis incurri non debeat ipſo facto, ſed poſt iudicis declarationem & ſententiam, conuentionalis tamen in conſcientia poſt moram ante ſententiam vel declarationem debetur ex natura contractus,& communi mutuaque intelligentia contrahentium, ſed ſupplendus eſt per præd. ſi petatur:& in terminis hanc etiam declarationem ſequitur & ponit Molin. *vbi ſuprà, in fin. d. diſp.* 97.

13 Imo quando † pœna conuentionalis, prout pœna culpæ moræ eſt impoſita, & non vt ſatisfactio pro intereſſe, non ſtatim vt incurritur exſoluenda eſt ante mandatum iudicis: ſecus in pœna, quæ in ſatisfactione intereſſe debetur, vt pluribus rationibus probat Nauar. *in man. Latin. cap. 23. num. 67. & 68. & nouiſſime inſtructorium negotiantium l. 1. cap. 31. verſ. 2. dicimus*,& tenuit prius Nauar. *in man. Latin. c. 23. n.* 68. vbi *n.* 67. quod alia pœna conuentionalis non debetur in conſcientia, niſi ad eam ſoluendam quis cogatur, & ſic ſi petatur, vt prædiximus: ſequitur vtrunque alios allegans D. Azeuedo *in rubric. titul. 1. lib. 2. noua Collect. Reg. num. 28. & 29.* Ex dictis igitur *ſuprà* reſoluo, pœnam conuentionalem licitam in contractu valido appoſitam vtroque Iure ciuili & Canonico exigi poſſe, etiamſi nihil interſit: & quamuis in praxi ipſa non exſequatur, niſi quatenus interſit, vt prædiximus, in conſcientia tamen licite exigi & haberi poteſt, ſi ſoluatur, quamuis excedat id, quod intereſt, iuxta communem & magis receptam ſententiam ſupradictam: ſi tamen pœna præfata non excedat probabile intereſſe, vel damni emergentis,vel lucri ceſſantis,tunc proculdubio omni iure, & in foro exteriori, & in interiori animæ iudicio exigi ac retineri poteſt: quod tanquam indubium probat frater Angles *vbi ſup. in concluſ. incip.*
*ſi pœna*, præterquam † ſi pœna conuentionalis eſſet 14
multum exceſſiua, vel ſi debitor erat impotens ad ſoluendum ſine ſua culpa & fraude, quia tunc non debetur, alioqui ſecus, vt tenent præcitati auctores præcipue Lauren. de Rodul. *in c. conſuluit, q. 65. de vſur.* Medin. & Nauar. *vbi ſuprà* (addens idem eſſe cum obligatione reſtituendi ſecundum Scotum, & communem *in 4. diſtinct.* 15. in mutuante appoſita pœna ei,quem iam à principio credebat ad eam diem ſoluere non poſſe, ſequitur cum Mercad. Petrus à Nauar. *vbi ſup. n.* 332.) & Couar. *vbi ſuprà, quæſt.* 31. vbi latius id agit,quos refert & ſequitur Rebuff. *vbi ſuprà, n.* 49. dicens, ſe vidiſſe in ſenatu iſtam pœnam conuentionalem coarctari, quando ſapit iniuſtitiam, auſteritatem & iniquitatem, & merito meo iudicio: quod etiam tenet Petrus à Nauar. *vbi ſuprà*, 337. vbi *n.* 339. inquit, tunc demum impotentiam ſoluendi culpa debitoris cauſatam non excuſare à pœna conuentionali, cum fraudulenter ſe impotentem fecit, diſſipando bona, vt tempore ſolutionis non eſſet potens, & ſic pœnam euaderet, ac creditorem eluderet: ſecus ſi ob alias cauſas, licet culpabiles venit in inopiam, vt in exemplis de quibus *ibi* per eum. Limitant præ-
terea Dd. hanc communem † ſententiam in clericis, 15
qui vltra, quam interſit, non poſſunt petere: ita *in cap. cum dilecti, de arbit. & in d. cap. ſuam, de pœnis Anania in conſil. 31. præſuppoſito*, & Angel. de Clauaſ. *vbi ſupra*, hoc tamen verum eſſet, ſi ſcandalum ex ſimili exactione abſque intereſſe oriretur,alias exigere hanc pœnam etiam clerici poterunt, quandoquidem ab hoc non reperiuntur à iure prohibiti, & maxime iudice eam ſuo officio applicante, ſecundum Syluestrum *d. verb. pœna, num. 15. verſ. ſeptimum* vbi etiam refert ex Hoſtienſi & ſumma Roſela, quod etiam religioſi poſſunt repetere pœnam conuentionalem ab eo, qui non ſeruat arbitrium, etiamſi nullum prætenderet intereſſe, vel damnum: & Syluestrum in clericis ſequitur Petr. Rebuff. *vbi ſuprà, num.* 50. & mihi placet: Illa tamen additio Syluestri, maxime iudice eam ſuo arbitrio applicante,gratis videtur facta,quandoquidem iuxta iuris regulam vulgatam iudex non petitus minime poſſit officium ſuum impartiri ad vtilitatem priuatam, *vt in l. 4. §. Prætor ait, cum ſimil. ff. de damno infect.* maxime ad applicandam pœnam non petitam, quæ niſi petatur,minime etiam in conſcientia debetur, vt modo dicebamus, & inquit nouiſſime Nauar. *commentar. c. fraternitas, 12. quæſt. 2. num. 4. & 5.* quod non ſolum licet, ſed etiam decet Eccleſiæ petere rem ſuam cum pœna legali vel conuentionali, licet decentius eſſet id non facere: non tamen penitus dedecet.

Similiter eodem † modo intelligerem aliam limi- 16
tationem, quam communi ſupradictæ ſententiæ accommodat Angel. *conſil. 43. fratris, in fin.* Conrad. *de contract.*



*contract. quæſt.* 31. Florentin. *in 2. part. ſuæ ſummæ, tit. 1. cap. 7. §. 12.* nempe in Eccleſia, de æquitate, vt ipſa pœnam conuentionalem petere non poſſit, niſi ſolum quatenus intereſt, ſecus de rigore, *vt ibi*, & Ioann. Baptiſta *in addit. ad Mathesilan. notabil.* 47. tradit Rebuff. *vbi ſuprà, num.* 39. nempe, vt hæc quoque limitatio de Eccleſia, vt illa de clericis, eadem ratione procedat, vbi ſcandalum ex prædicta exactione vltra id, quod intereſt, oriretur, alias ſecus.

17 Semper tamen † menti tenendum eſt, quod ſi conſtiterit, pœnam conuentionalem adiectam fuiſſe in fraudem vſurarum, prout præſumitur, quando appoſita fuit dationi quantitatis ab homine ſolito fœnerari, vt prædiximus, non poſſe iuſte nec in conſcientia exigi, vt plerique ex ſupradictis tamen.

18 Vltimo aduertendum † duxi, quod licet iure ciuili attento, qui certam pecuniæ quantitatem ad diem ſub pœna dare promiſit, etiamſi partem ſoluat, debeat vniuerſam pœnam pendere propter ſortem non ſolutam, *vt in l. pœnam, §. ſi forte, ff. de verborum ſignific. l. heredes, §. in illa, ff. famil. erciſcund.* iure tamen Canonico in præfata ſpecie non niſi pro parte non ſoluta reſpectiue committitur pœna promiſſa: hoc eſt, quod vere decidit *dict. capit. ſuam, de pœnis*, vt ex ipſius litera manifeſte patet, cuius hic eſt communis intellectus ſecund. D. Anton. de Padilla *in l. ſi quis maior, num. 26. C. de tranſact.* & in terminis conſcientiæ tenet Nauar. *vbi ſuprà d. num.* 215. ibi, *idem ſi ſoluta parte*, & ita eſt tenendum de æquitate Canonica, vt pœna non committatur, niſi pro parte non ſoluta tantum, quidquid alij teneant, vt reſoluimus *in noſtro tractat. de iuram. confirm. in 3. part. cap. 17. num.* 6. ex hoc tamen minime infertur quod D. Sarmien. *vbi ſuprà* aſſerebat, nempe in illo text. eſſe expreſſum Iure Canonico pœnam conuentionalem, ſi appareat, nihil intereſſe non eſſe exigendam: Ibi namque ideo pœna tantum pro parte adimpleta, & ſoluta reſpectiue non committitur, ſed tantum pro non ſoluta, quia adimpleta fuit conuentio in parte, quamuis pro altera parte non,vnde æquum ac iuſtum eſt, vt pro parte adimpleta pœna non committatur, nec exigi poſſit: at vero quando nihil fuit obſeruatum nec adimpletum, nec d. text. probat, quod pœna conuentionalis, ſi nihil interſit, non exigatur: nec mirum contrarium videri debet, quandoquidem in totum conuentio non fuit obſeruata, ſed defraudata ac fides fracta, cum æquitati conueniat, ac fidei humanæ nihil ſit tam naturale,quam vt pacta ſeruentur, vt probauimus.

## SVMMARIVM.

1 *Decimæ Iure diuino & naturali inſtitutæ ſunt, & numero* 3.

2 *Decimæ multiplici ratione præcipiuntur à Deo.*

4 *Omnes decimæ perſonales & reales ſunt integre perſoluendæ.*

5 *Decimæ perſonales an à iure diuino ſint inductæ ſiue præceptæ, & num.* 33.

6 *Primitiæ eiuſdem iuris diuini, cuius ſunt decimæ, eſſe videntur, & num.* 11.

7 *Decimæ tam prædiales quàm perſonales, licet in genere iure diuino ac naturali debeantur, iuxta tamen veram ac præciſam decimæ partis aſſignationem, iure tantum humano ſtatutæ ſunt, & in num.* 9.

8 *Nullum præceptum continetur in lege Euangelica, quod non ſit naturalis iuris, exceptis de Sacramentis atque fidei præceptis.*

10 *Clerici decimam decimarum ſoluere tenentur Romano Pontifici, & quo iure.*

11 *Primitiæ ſecundum conſuetudinem patriæ ſoluendæ ſunt, etſi de iure naturali procedant.*

12 *Præcepta Veteris Teſtamenti quædam ſunt iudicialia, quædam vero moralia, quædam autem ceremonialia: iudicialia, quæ nonnulli legalia appellant, pertinent ad iuſtitiam hominibus exhibendam, iuſque vnicuique tribuendum, ex quibus leges Veteris Teſtamenti cenſentur: & horum obſeruatio iudicibus ipſis incumbebat, moralia ad dictamen legis naturalis ſpectant: ceremonialia autem de his agebant, quæ ad cultum diuinum, ad reuerentiam, honorem & obſequium Deo exhibendum ſtatuebantur.*

13 *Præcepta iudicialia, & ceremonialia Euangelica lege lata omnino ceſſauerunt.*

14 *Hæreticum eſſet, exiſtimare legem veterem ſeruandam eſſe cum lege noua.*

15 *Præcepta moralia legis Veteris adhuc vim habent, & perpetuo habebunt, non auctoritate legis Veteris, ſed ex eo quod ſint à natura ipſa inſtituta, & à Chriſto Ieſu in Euangelio eadem ratione, qua & naturalia debuerunt, & ſunt præcepta.*

16 *Præcepta iudicialia, etſi poſſint poſt Euangelicæ legis prædicationem, lege lata à Principe iterum ſtatui, non tamen ſeruabuntur tanquam ex Veteri lege, ſed quia nouiter lege humana conſtituta ſunt, & n.* 17.

18 *Præcepta ceremonialia Veteris Teſtamenti minime poſſunt à Principibus Chriſtianis noua lege lata inſtitui.*

19 *Præcepta ceremonialia mortua ſunt, & mortifera obſeruantibus ea poſt Euangelicæ legis edictum, iudicialia vero mortua ſunt, non tamen ſunt mortifera, quia poſſunt iterum à Principe ſtatui ſine peccato, ad eius principatus regimen: illud autem de ceremonialibus dictum limitatur, vt in n.* 20.

21 *Legis Veteris tria tempora in hoc ſunt conſideranda, vt hic latius docetur.*

22 *Lex de decimis ſoluendis ex ea parte qua ceremonialis fuit, vel etiam iudicialis ſecundum magis communem amiſit vim, & obligationis ius per Euangelicæ legis promulgationem.*

23 *Illud Matth.* 23. Væ vobis ſcribæ, & Phariſæi hypocritæ, qui decimatis mentham, &c. *ad tempus præteritæ legis magis referendum cenſetur.*

24 *Ius poſitiuum quoad quotam decimarum imitatur legem à Deo Iſraelitis datam, & ſic ad exemplum legis Veteris id ſtatuit, non vero l vetus præd. vim obligationis nunc habet, quia ipſa ceſſauit per aduentum Chriſti, & promulgationem nouæ legis.*

25 *Papa poteſt decimam in octauam, duodecimam aliamue partem reducere.*

26 *Papa poteſt ex iuſta cauſa aliquos eximere à ſolutione decimarum, illiquæ decimas in aliquibus remittere, vt conceſſit Ciſtercienſibus, & multis aliis religioſis, vt in num. ſeqq.*

29 *Papa licet poſſit reducere decimam in aliam partem, & aliquos ex cauſa eximere à ſolutione decimarum, intelligitur, dum tamen id quod iuris naturalis eſt, ſit ſemper ſaluum, nempe congrua ſuſtentatio miniſtrorum Eccleſiæ: & ſi non poterit omnino & vniuerſaliter tollere præceptum de ſoluendis decimis, & num. ſequenti.*

31 *Conſuetudo legitime præſcripta an ſufficiens ſit ad eximendos laicos à ſolutione decimarum? & n. ſeqq. & reſoluitur num.* 35. *in partem negatiuam quoad congruam & neceſſariam ſubſtentationem miniſtrorum, ſecus quoad reliquum.*

32 *Conſuetudo eſt attendenda in ſolutione decimarum.*

34 *Conſuetudo vel vſus non eſt in Hiſpania ſoluendi decimas ex opificum, negociatorumque lucris.*

36 *Conſuetudo legitime præſcripta minorem partem decimarum*

*marum ſoluendi pro ea tunc valet, cum illa pars quæ ſoluitur, ſufficiens eſt ad congruam ſuſtentationem clericorum ſpiritualia miniſtrantium, alias ſecus.*

37 *Conſuetudo rationabilis, & legitime præſcripta non ſoluendi decimas perſonales quando excuſet.*

38 *Conſuetudo quantumcunque longa nullas ſoluendi decimas perſonales, nec prædiales, non valet.*

39 *Lex 6. tit. 5. lib. 1. nouæ Collect. Reg. qua cauetur, vt non fiat nouitas exigendo decimas de illis rebus, de quibus non conſueuerunt ſolui, defenditur ac intelligitur, & num. 40.*

40 *Conſuetudo vt ex certis fructibus nulla ſoluatur decima, nec eius aliqua portio, vtpote de fœno, herbis, vel oleo, & ſimilib. valet, ſi ex aliis redditibus ſuperſit iuſta ſacerdotum ſuſtentatio.*

41 *Conſuetudo immemorialis Epiſcopatus Placentini non ſoluendi decimam ex herbis pecoribus propriis domini fundi depaſtis, valet.*

42 *Conſuetudo immemorialis Ciuitaten. exſiſtens nullam ſoluendi decimam herbarum indiſtincte, valet.*

43 *Decimæ an ſint petendæ à ſacerdotibus, vel deferendæ vltro ad eorum horrea, etiamſi non petantur, & numeris ſeqq. vbi reſoluitur ſtandum eſſe conſuetudini in hoc.*

44 *Paulus Pariſ. conſ. 15. n. 26. lib. 1. dicens, quod ſi decimæ tempore collectionis fructuum à ſacerdotibus non petantur, poſtea peti non poſſint, improbatur.*

46 *Decimare debentes tenentur certiorare clericos, vt mittant pro decimis, vbi eas ad eorum horrea non tenentur deferre.*

47 *Decimare debentes an, & quando teneantur deferre decimas etiam clericis non petentibus ad horrea publica ad hoc deputata.*

48 *Decimare debentes tenentur tradere decimas clericis & ſcientibus, quantum iure decimarum ſibi pertineat, modo leui ſumptu & labore id fieri poſſit, ſecus alias, præcipue ſtante de hoc conſuetudine: vel nulla in contrarium exſiſtente.*

49 *Decimare debentes, ceſſantibus conſuetudinibus non poſſunt frumentum, alioſue fructus in propria horrea condere, niſi prius clerici certiores fiant, &c. & refertur litera L. Regiæ ſuper hoc ſancita.*

50 *Conſuetudine induci poteſt contrarium, nempe vt laici libere colligant frumentum ceteroſque fructus, & eos in propria horrea ſine teſtibus condant, & poſtea decimas miniſtris ſpiritualium reddant.*

51 *Conſuetudine ſtante non ſoluendi decimas, quia non fuerunt petitæ, an poſſint peti, vbi timeretur ſcandalum? & an ſic non ſoluentes ſint in ſtatu damnationis, & num. 56.*

52 *Clerici etiam Eccleſiarum rectores decimas tenentur ſoluere.*

53 *Clerici à ſolutione decimarum poſſunt eximi conſuetudine vel præſcriptione.*

54 *Decimæ debentur Eccleſiæ ex prædiis intra eius limites exſiſtentibus, quæ tamen ſunt alterius Eccleſiæ.*

55 *Conſuetudine tamen legitime præſcripta obtineri poterit libertas ab harum decimarum ſolutione.*

57 *Decimæ de terris Eccleſiæ quando ſunt ſoluendæ, & quando non.*

58 *Conſuetudo quod decima vni Eccleſiæ debita de iure communi alteri ſoluantur, valida erit.*

59 *Clerici poſſunt præſcriptione legitima ſe à ſolutione decimarum liberare, & quomodo hoc intelligatur.*

60 *Clerici an poſſint ſibi præſcribere decimas ab aliis ſoluendas.*

61 *Laici veluti incapaces decimarum quaſi poſſeſſionis, præſcribere non poſſunt earum immunitatem, ſed contra num. 64.*

62 *Laici contra laicum, cui eſſent priuilegio conceſſæ ante Concilium Lateranenſe, bene poſſunt eas præſcribere.*

63 *Laicus poteſt præſcribere quotam decimæ, nempe vt non ſoluat niſi duodecimã, vigeſimam vel aliam partem.*

65 *Conſuetudo legitima non ſoluendi decimas ſufficiens cenſetur per curſum atque vſum 40. annor. & in ea non requiritur titulus nec bona fides, vt in n. 66.*

67 *Præſcriptio non ſoluendi decimas vt ſufficiens ſit, requirit curſum 40. annorum cum titulo, vel tempus immemoriale.*

68 *Conſuetudo & præſcriptio qualiter diſtincte cognoſcantur, vbi plures differentiæ inter eas remiſſiue referuntur.*

69 *Ex præſcriptione acquiritur ius priuato, ſiue illud trahatur ex publico, ſiue ex priuato: per conſuetudinem vero non acquiritur ius alicui priuato, ſed in publico vndecunque cauſſetur, & etiamſi ius trahatur ex priuato, acquiritur tamen in publico & communi.*

70 *Quandoque vnum & idem poteſt eſſe præſcriptio reſpectu certorum, & conſuetudo reſpectu aliorum.*

71 *Laici præſcribere non poſſunt ius percipiendi decimas ab aliis, quia ſunt huius iuris omnino incapaces.*

72 *Laici iure percipiendi decimas ſpoliati, & agentes interdicto recuperandæ, an ſint ante omnia reſtituendi, & num. ſeqq.*

73 *Spoliatus non eſt reſtituendus ante omnia quoties ei obiicitur atque obſtat exceptio, quod neque poſſidet, nec poſſidere poteſt.*

75 *Cap. ad decimas, de reſtit. ſpoliat. in 6. tunc obtinet, cum aduerſus agentem eſt iuris præſumptio, & ea palam reo ſuffragatur: ſecus vero ſi pro reo illa iuris præſumptio non adſit, licet ipſa exſiſtat contra agentem.*

76 *Ad petendam reſtitutionem ex interdicto vnde vi, ſatis eſt præſumptionem iuris non adeſſe reo ſpolianti, licet actori contraria ſit.*

77 *Laicus ſpoliatus ab alio laico iure percipiendi decimas, eſt ante omnia reſtituendus, ſecus ſi ab Eccleſia vel clericis, pro quibus ſit iuris præſumptio, vt hic.*

78 *Præſcriptio percipiendi decimas inter alienam parochiam, ad noualia minime extenditur, niſi rationabilis cauſa oſtendatur.*

79 *Præſcriptio decimarum inducta in omnibus, vno excepto, ad illud non extenditur.*

80 *Præſcribente aliquo decimas in vna villa, in qua ſunt agri diuerſi habentes diuerſos terminos, ſi aliqui agri einſdem villæ penitus inculti de nouo redigantur ad culturam, decima inde proueniens debebitur non præſcribentis ſed tanquam de noualibus, illi ad quem illius villæ ſpectant decimæ de iure communi vel antiqua conſuetudine.*

81 *Si quis ex conſuetudine antiquas percipiet decimas, noualia tamen eius territorij non habebit: ſi vero de noualibus habeat titulum coloratum, tunc quadraginta anni ſufficiunt ad præſcribendum decimas noualium, ſicut in aliis decimis, vt in n. 82.*

83 *Tantum præſcriptum quantum poſſeſſum, & num. 113. Declaratur num. 114.*

84 *Præſcriptio ad futura non extenditur.*

85 *Præſcriptio eſt ſtricti iuris, & non extenditur ad non poſſeſſa, nec ad ſimilia.*

86 *Teſtes ſi deponant aliquem percepiſſe decimas frumenti, & alij teſtes vini, non ſufficient ad aſſignandum totum genus decimarum, ſed tantum in his in quibus probant: minutæ namque, & mixtæ ſaltem curato manebunt, cum de his probatum non ſit.*

87 *Qui præſcripſit decimas maiores in vna parochia, minutas etiam videtur præſcripſiſſe, & num. ſeqq. quomodo intelligatur. Limitatur n. 90. quando alius eſt in poſſeſſione percipiendi minutas.*





88 *Præſcriptio facta de principali, ad acceſſoria & connexa inſeparabiliter trahitur, & quomodo hoc intelligatur.*

*Stricta diſpoſitio relata ad ius decimarũm, extenditur ad ſpeciem ſub eodem genere comprehenſam, & ad rem, & ad materiam eandem, num. 88.*

89 *Præſcribens decimas maiores in vno loco per tempus immemoriale, ſi nullus alius percepit ibi decimas minutas, poterit eas exigere.*

91 *Si vnus recipiebat decimam vini, & alter frumenti, ſi in vno fundo ſit frumentum & vinum, is qui percipiebat decimam vini, eam habebit ex vino, alter verò decimam frumenti.*

92 *Præſcribens decimas vnius agri, nempe redditus ſyluæ caduæ, glandium, fœni, aut herbæ, & ſimil. ſi poſtea ille ager nouiter vracidatur, habere debet decimam frumenti, vel alterius fructus nunc primum eò agro collecti.*

93 *Præſcribens decimam aliquorum fructuum in vno agro, nemine præſcribente aliorum fructuum decimam, videtur ius decimandi in totum acquiſiſſe.*

94 *Præſcribens decimas frumenti in tali parochia, ſi ſeminetur ibi milium, vel crocus, vel herba ad tingendum commoda, quam vulgus* paſtel *vocat, vel aliud, habebit decimam eorum.*

95 *Præſcribens decimam vnius prædij, ſi de nouo ibi plantentur nuces, vel vites, habebit decimam ex fructibus illarum arborum, & de lapidibus, ſi de nouo ibi lapides extrahantur, vt in num. 96.*

97 *Solitus habere decimam frumenti ſi terra frumenti mutetur in vineam, eam habebit de vino.*

98 *Decimis olim conſuetis perſolui de paſcuis, de eiſdem ac fragum fertilitatem tranſlatis decima ſoluendæ nunc ſunt.*

99 *Si Eccleſiæ vni decima vini alicuius vineæ ſoluebatur, & in ea poſtea fiat caſtanetum, vel aliæ arbores fructiferæ plantentur aut naſcantur, ex quibus alias regulariter de conſuetudine vel præſcriptione deberetur decima alteri Eccleſiæ vel Epiſcopo, nihilominus ipſa priori Eccleſiæ debetur.*

100 *Poteſt dominus fundi, etiam cum contradictione curati, vineam in agrum arabilem mutare, vel è contra, nec curatus poterit ſe opponere; Quandoquidem decima fructuum nouorum eidem ſoluendæ eſt, cui & antiquorum einſdem fundi.*

101 *Præſcribens decimas vnius partis fundi, ſi poſtea fiat noualis alia pars einſdem fundi, an, & quando præſcripſiſſe cenſeatur decimas huius partis noualis, & num 102.*

103 *Præſcribens quaſdam decimas in nemoribus vel paſcuis, ſi illa redigantur ad culturam, habebit & nouales; idem eſt in conſuetudine, vt in num. 104. niſi decima aliorum fructuum Eccleſiæ parochiali ſolui conſueuerat, vt in num. 105.*

104 *Conſuetudo ex ſui natura in vniuerſo quæritur, hoc eſt, in omni fructu.*

106 *Vnum prædium poteſt eſſe partim decimale vni Eccleſiæ, & partim alteri.*

107 *Si vna Eccleſia vel parochia recipiat ex conſuetudine decimam de blado, alia de vino, & terra bladum reddens mutetur, & vinum reddat, & è conuerſo, quæ percipiebat de blado, percipiet de vino, & è conuerſo.*

108 *Exercens vnum actum iuriſdictionis animo acquirendi vniuerſalem in loco, videtur in totum iuriſdictionem acquirere, dummodo alius non ſit in poſſeſſione generali.*

109 *Qui præſcripſit iuriſdictionem in vno territorio, poterit illã exercere aduerſus aduenas & forenſes, quamuis aduerſus illam nuncupatim non præſcripſerit.*

110 *Effectus iuriſdictionis cauſatæ à iure reali, extenditur ad omnes illos, aduerſus quos præſcriptũ non fuit.*

111 *Qui præſcripſit ius eligendi in certa Eccleſia, cenſetur & præſcripſiſſe ius poſtulandi, alio non exſiſtente in poſſeſſione poſtulandi.*

112 *Qui præſcripſit decimas perſonales habitantium in tali loco, ſi quis de nouo venerit, & ibidem habitauerit, ab eo quoque decimas habebit, contra Rebuff.*

115 *Præſcribens omnes decimas talis villæ, vt de vniuerſo, noualia quoque habebit.*

119 *Priuilegium Eccleſiaſticæ perſonæ conceſſum de decimis percipiendis, noualia comprehendit: ſed contra n. 120. cum ſeqq. Secus ſi laicis concedatur, vt in n. 117. Limitatur n. 118. ſi ius decimandi in vniuerſo aliquo territorio, vel in aliqua villa concedatur. Item num. 119 limitatur, quando præter decimam, etiam ius decimandi conceſſum reperitur, vel quando ex longa obſeruantia inueſtitura ita interpretata fuit per longa tempora, vt hic.*

121 *Priuilegium eſt reſtringendum, quatenus concernit ius tertij, licet quando agitur de ſolo priuilegio Principis concedentis, latiſſimè ſit interpretandum, vt in num. 122. & 123.*

124 *Cap. ex parte tua, 27. in ord. de decimis, intellectus.*

125 *Priuilegium Papæ concedentis omnes & quaſcunque decimas, vel omnem decimationem talis territorij, comprehendit noualia.*

126 *Priuilegium alicui conceſſum, quo is eximitur à ſolutione decimarum ex fructibus noualium, intelligendum eſt de his noualibus, in quibus alter non habet tempore dati priuilegij quaſi poſſeſſionem iuris percipiendi decimas, ne illi fiat præiudicium præter concedentis intentionem, & num. 127. ampliatur in noualibus tempore datæ immunitatis proceſſis, ex quibus decimæ debitæ fuiſſent alteri, & quomodo hoc intelligatur.*

128 *Priuilegium conceſſum alicui de non ſoluendis decimis de noualibus, quomodo intelligatur.*

129 *Priuilegium immunitatis conceſſum, alicui à ſolutione decimarum ex agris antiquitus cultis, an intelligatur in præiudicium eorum, qui ſunt in quaſi poſſione percipiendi decimas ibidem.*

130 *Priuilegium non ſoluendi decimas ſimpliciter conceſſum, ad noualia non extenditur, & n. 131. Limitatur, ſi priuilegium concedatur de non ſoluendis decimis de laboribus propriis, quia extenditur ad noualia, quæ propriis ſiunt manibus, & de his noualibus ſemel factis nunquam decima ſoluetur, vt in num. 132.*

133 *Religioſi omnes, tam exempti, quam non exempti, de poſſeſſionibus ſuis, tam acquiſitis, quam acquirendis, decimas integras ſoluere debent illis Eccleſiis, quibus eædem poſſeſſiones & terræ ſunt decimabiles, niſi ſpeciali iure vel priuilegio ſunt muniti.*

134 *Ciſtercienſes, Templarij & Hoſpitalarij, decimas laborum ſuorum, quos propriis manibus vel ſumptibus impendunt, ſoluere non tenentur: cæteri vero religioſi de noualibus ſuis, quæ propriis manibus & ſumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium ſuorũ, & de hortis ſuis decimas ſoluere non tenẽtur?*

135 *Priuilegium de non ſoluendis decimis religioſis conceſſum, reuocatur, ſi ex poſtfacto incipit nociuum eſſe. Religioſi priuilegiati de non ſoluendis decimis eas tenentur ſoluere de poſſeſſionibus acquiſitis poſt Concilium Lateran. etiamſi eas propriis manibus & ſumptibus excolant.*

137 *Hæreticum & impium eſſet aſſerere, poſſe laicos denegare Sacerdotibus decimarum ſolutionem iuſtiſſima lege debitam, etiamſi diuites ſint.*

138 *Decimæ debitæ non ſunt negandæ Sacerdotibus, etiam-*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*ſi ipſi cum ſint diuites pauperibus eas non diſtribuant, nec rectè officium commiſſum exequantur, nec ſint quales oporteat.*

139 *Parochiani iure naturali & diuino tenentur exhibere oblationes Preſbyteris miniſtrantibus ſpiritualia, ſi non habent, vnde poſſint neceſſaria miniſtrare: alias ſecus, niſi ſtante conſuetudine, vt in num. 140. & ita eſt intelligenda gloſſ. in cap. ſanctorum, 10. quæſt. 1. vt in num. 153.*

140 *Conſuetudo offerendi clericis, vel aliquid eis dandi tempore quo mortuos ſepeliunt, vel tempore velationum, vel conſecrationis Epiſcoporum, valida eſt, & laici ab Epiſcopo compellendi ſunt eam obſeruare, & n. 141.*

141 *Oblationes, quæ fiunt ex conſuetudine, etiam diuitibus & habentibus decimas fieri poſſunt.*

143 *Conſuetudo decem annorum ſufficit ad prædicta, diutinave præſtatio.*

144 *Conſuetudo ex actibus voluntariis inducitur in fauorem Eccleſiæ.*

145 *Sub legato alicui facto eius, quod viuus teſtator præſtabat, ea videntur relicta, quæ certam formam erogationis animæ, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt.*

146 *Oblationes debitæ Parochis occaſione paupertatis ſeu conſuetudinis, ſunt voluntariæ quoad quantitatem & ſpeciem rei oblatæ.*

147 *Interdicta poſſeſſoria an competant & dentur pro iuribus annuis merè perſonalibus?*

148 *Conſuetudo offerendi in Eccleſia clericis ad hoc, vt laicos obliget, & poſſint compelli ad obſeruantiam ipſius, primò requiratur, quod gratis, purè & ſimpliciter, nulla neceſſitate cogente vel pactione obtulerint: ſecundò, quod oblatum ſit certum, taxatum tamen arbitrio offerentium, non verò Rectoris Eccleſiæ, vt in n. 149. tertiò, quod totus populus, vel maior pars perſiſtat in ſeruando prædictam laudabilem conſuetudinem, vt in num. 150. & num. 151. refertur caſus practicatus circa prædict. contingens.*

152 *Spiritualia non ſunt deneganda laicis propria auctoritate ſub prætextu ceſſationis ab oblationibus, ſed miniſtranda priùs ſunt liberè, & poſtea compellendi ad præſtandas oblationes.*

154 *Oblationes an neceſſariò ſint faciendæ nec ne miniſtro ſpiritualium, qui ex aliquo artificio particulari poſſit victum quærere, n. 155. Quid in vicario abſentis, qui pingues redditus ab Eccleſia percipit.*

156 *Conſuetudo quod clerici laicis candelas ceræ offerant Eccleſiæ in die Purificationis, an ſit valida? & n. ſeqq.*

157 *Conſuetudo, vt ruſtici non teneantur ſoluere decimas, niſi curatus eis præſtet aliquid, non valet.*

158 *Conſuetudo, quod Preſbyteri teneantur dare in Paſchate ſuis parochianis agnum Paſchalem, vel aliud, an valeat.*

160 *Conſuetudo luctuoſa danda Epiſcopo vel Parocho, an ſit valida. Et quid in veſte ſciſſa exiſtente penes ſartorem, nondum ſuta nec completa, ibid. n. 161.*

162 *Oblationes factæ imagini pictæ in muro Eccleſiæ Parochialis ad quem pertineant. Reſoluitur cum communi ad Rectorem pertinere, non verò ad Epiſcopum loci.*

## CAPVT XXI.

### *De decimis, quo iure debitæ ſint, & aliis in materia & praxi frequentibus.*

1 DEcimas † iure diuino & naturali inſtitutas eſſe, auctoritatibus vtriuſque paginæ, ratione naturali & aſſertione præterea Sanctorum virorum comprobari poteſt. In primis lege veteri probatur Gen. 14. & 28. ibi: *Cunctorum, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.* Et Exod. 22. ibi: *Decimas & primitias tuas non tardabis offerre.* Et cap. 23. *primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Dei tui.* Et Leuit. 27. ibi: *Omnes decimæ terræ, ſiue de pomis arborum, ſiue de frugibus, Domini ſunt, & illi ſanctificantur:* & ibi: *Omnium decimarum, bouis & ouis, & capræ, quæ ſub paſtoris virga tranſeunt, quicquid decimum venerit, ſanctificabitur Domino.* Et Num. 18 *Filiis Leui dedi omnes decimas Iſraël in poſſeſſionem pro miniſterio, quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis: Primitias autem quas vouerint & obtulerint filij Iſraël tibi dedi, & filiis tuis iure perpetuo.* Et Deut. 12. *Illuc omnia, quæ præcipio, conferetis holocauſta & hoſtias ac decimas & primitias manuum veſtrarum.* Et Tob. 1. *Omnia primitiua ſua & decimas ſuas fideliter offerens.* Et Eccleſ. *Non minuas primitias manuum tuarum: In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exſultatione ſanctifica decimas tuas.* Et Malach. 3. *In decimis & primitiis, &c.* idem probatur *in cap. parochianos, de decim.* ibi: *Quod decimæ non ab homine, ſed ab ipſo Deo inſtitutæ fuerunt, & in cap. cum non ſit, & in cap. tuanos,* ibi: *Si decimæ, quas Deus in ſignum vniuerſalis dominij ſibi reddi præcipit. & in c. quibuſdam, §. ille quippe,* ibi: *Ex lege diuina, & in c. in aliquib. §. vlt. eod. tit. de decim. & in c. omnes decimæ, 16. q. 7. & in c. 1. de decim. lib. 6.* vbi Roman. Pontifex admonet, ac maximè prohibet, ne concionatores in publicis ſermonibus quicquam populo prædicent, quo eum à decimarum ſolutione auertant: & excommunicationis pœna adiecta conſtitutio illa confirmatur *in clem. 2. vlt. de pœnis.* Idem comprobatur auctoritate D. Hieron. *in cap. 1. de decimis, in decret.* id quod & alij quam plures viri ſanctitate illuſtres conati ſunt probare, vt Gratian. refert 16. *quæſt.* 7. & 16. *quæſt. 1. in cap. reuertimini.* Sed & lege gratiæ idem ſuaderi poteſt approbatione Chriſti apud Matth. cap. 23. *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui decimatis mentham & anethum & cyminum, & reliquiſtis, quæ grauiora ſunt legis, iudicium & miſericordiam & fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere.* Et Luc. 18. *Decimas do omnium, quæ poſſideo.*

Iuris naturalis præterea ratio dictat, decimas Eccleſiarum miniſtris eſſe ſoluendas, cum hi laborent iuxta ſpiritualium adminiſtrationem, animarumque fidelium curam exerceant, ac pro plebe ipſa Chriſtiana ſacrificia offerentes, ſummoperè preces quotidie effundant. Digni igitur ſunt mercede ſua, veluti legitimè operantes in vinea Domini, Matth. cap. 10. Luc. 10. 1. ad Timoth. 5. 1. ad Corinth. 9. *cap. cum ſecundum, de præbend. cap. 1. §. his itaque, 13. quæſt. 1. cap. ex his, 12. q. 11.* quod latius probat ac curiosè proſequitur Didac. Couar. *lib. 1. var. reſol. cap. 17. in princ. verſic. conſequitur,* ibi: *Quarto iuris naturalis ratio.*

Hæ † autem decimæ multiplici ratione præcipiuntur à Deo, vt commemorat Alfonſus à Caſtr. *lib. 5. aduerſus hæreſes, in princ. verbo, decima,* & latè Petr. Rebuff. *in tract. de decimis, quæſt. 2.* & ante eum Domin. à Soto *lib. 9. de iuſt. & iur. q. 4. art. 1. per tot.* Prima, vt ſit cibus in domo Domini ad ſuſtentationem eorum, qui in eius domo ſunt, vt Malach. 3. Dictum enim fuerat in lege: *Nihil aliud poſſidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in vſus & eorum neceſſaria ſeparaui,* Numer. 18. Secunda cauſa eſt, vt ſeruiant in templo & orent Deum pro populo, vt *ibidem* probatur. Tertia cauſa eſt, vt vacent legi Dei, & populum doceant, 2. Paralip. 31. Vnde Apoſtolus 1. Corinth. 9. *Si ſeminamus vobis ſpiritualia, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus?* Quarta cauſa eſt, propter pauperum egeſtatem; Non enim propter ſolos ipſos Sacerdotes decimæ 2



mæ illis redduntur, ſed etiam propter pauperum neceſſitatem: vnde Auguſtinus ait: *Decimæ ex debito requiruntur: qui eas dare noluerit, res alienas inuadit: & quam pauperes in locis ſuis, vbi ipſe habitat, ille decimas non dante, mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus ante æterni iudicis tribunal apparebit, quia rem à Deo pauperibus delegatam, ſuis vſibus reſeruat.* Hinc forſan *l. 2. in princ. tit. 5. lib. 1. Nouæ Collect. Reg* inquit, quod decimæ ſunt ad ſuſtentationem Eccleſiarum, Prælatorum, ac miniſtrorum earundem, & pro ornamentis & eleemoſyna pauperum tempore egeſtatis, &c.

3 Tandem † quod decimæ etiam hodie iure diuino & naturali debeantur, tenent communiter Canoniſtæ ex ſupradictis fundamentis, & præcipuè gloſſ. Archidiac. Anchar. & alij *in d. cap. 1. de decimis, in 6.* Innoc. *cap. vlt. de paroch.* Cardin. & Ioan. Andr. *in rubr. de decim.* Hoſtienſ. *in ſum. eod. tit. §. & vtrum, verſic. ſeptimo quæritur,* idem Ioan. Andr. *in cap. à nobis, de decimis,* Anton. de Butr *in d. cap. parochianos, col. 2.* Abb. *in cap. in aliquibus, col. vlt. eodem tit. de decimis,* Alexand. *conſil. 60. lib. 4.* Andr. Hiſpan. *de reg. decim. quæſt. 8. num. 5.* eſt communis ſecundum Philip. Franc. *in d. cap. 1. n. 1. de decimis, in 6.* dicit communem plures allegans Menchaca *lib. 2. controuerſiar. illuſtrium, cap. 89. num. 1.* Eandem opinionem latiſſimè probat Rebuff. *in tract. de decimis, q. 1. n. 2. cum ſeqq.* præcipuè *n. 10. & 14.* vbi exiſtimat, decimam eſſe de iure diuino inſtitutam, dictante ratione naturali, & populum teneri de nouo iure Euangelij ad ſoluendum decimam, ex Matth. 23. & Luc. 11. *ſuprà,* relatis, & Matth. 22. *Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo:* & quia decimæ erant Dei; Igitur renouatæ: Quare ſecundum ipſum de iure diuino, dictante ratione naturali, decimæ inuentæ ſunt: à iure verò Canonico forma & declaratio eſt facta, & quod omnes decimæ, & perſonales, & reales, ſint integræ perſoluendæ, probat latè pluribus auctoritatibus veteris & noui Teſtamenti, Innoc. *in*
4 *cap. fin. n. 2. de paroch.* vbi *n. 3.* inquit, † eſſe quaſi inſanos & hæreticos eos, qui aſſerunt, decimas perſonales non eſſe dandas, qui quidem auctores non tantum de-
5 cimas prædiales, ſed † etiam perſonales iure diuino & naturali deberi abſque vlla diſtinctione probarunt, & præcipuè Innoc. *vbi ſuprà, q. 7.* dicens, verum & Catholicum eſſe, aſſerere, tam prædialem, quam perſonalem decimam à Deo commendatam fuiſſe: idem probauerat ipſe *ibid. q. 5.* ex illo Matth. 22. *Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo;* Nam Deus id intellexit, ſecundum ipſum, de prædictis decimis perſonalibus & prædialibus Eccleſiæ debitis. Idem conſtat ex latè adductis in propoſito per Rebuff. *vbi ſupr. n. 11. & ſeqq.* & per D. Didac. Perez *in l. 1. tit. 5. lib. 5. ordinament. colum. 194.* tametſi Hoſtienſis *vbi ſuprà,* & Henric. *in cap. peruenit, colum. 5. de decimis.* Abb. *in cap. de cætero, n. 8. eodem tit.* Archidiac. *in cap. quicunque, colum. 1. num. 8. 16. quæſt. 7.* & Felin. *in cap. cauſam quæ, colum. 1. num. 1. de præſcript.* diuerſum exiſtiment in iſtis decimis perſonalibus, nempe, iure tantum humano eas debitas eſſe, non verò diuino: & hoc communi vſu receptum eſſe aſſerit Cardin. *in d. cap. 1.* vt refert Didac. Couar. *dict. cap. 17. in princip. verſiculo, & præter has rationes,* ibi: *Si tamen qui hac, &c.*

6 De † primitiis eiuſdem iuris diuini eſſe videtur dicendum, cuius ſunt decimæ, vt ex ſupradictis patet, *in cap. reuertimini, in princip.* ibi: *In decimis & primitiis, 16. quæſt. 1.* & probat gloſſ. *in cap. Eccleſias, verb. & primitias, 13. quæſt. 1.* Didac. Perez *vbi ſuprà, col. 195. in verſic. pro prædictorum, &c.*

7 His † tamen omnibus non obſtantibus, Theologi communiter tenent, decimas etiam prædiales, licet in genere iure diuino ac naturali debeantur, iuxta tamen veram & præciſam decimæ partis aſſignationem iure tantum humano & Pontificio ſtatutas eſſe, non verò diuino Euangelico, nec naturali. Primò, quia ratio naturalis non magis dictat, miniſtrantibus ſpiritualia dandam eſſe decimam partem, quam nonam, octauam, vel aliam minorem. Secundò, quia ſub lege Euangelica, ea ſolum lege diuina tenemur ſeruare, quæ à Chriſto Ieſu etiam per eius Apoſtolos nobis præcepta ſunt, iuxta illud Matth. vlt. *Docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui vobis,* & Paulus Actorum 12. *Non ſubterfugi, quo minus annunciarem vobis omne conſilium Dei.* Sed de ſoluendis decimis, nec in Euangeliis, nec apud Apoſtolos vllum eſt præceptum: Igitur lege diuina gratiæ non tenemur decimas quoad quotam ſoluere. Tertiò, quia ſecundum Sanctum Thom. à cæteris receptum 1. 2. q. 108. *art. 1. & 2. & quodlib. 4. art. 3.* nullum † præceptum continetur in lege Euangelica, quod
non ſit naturalis iuris, exceptis de Sacramentis atque 8
fidei præceptis, iuxta illud, *Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue.* Præceptum verò de ſolutione decimarum, nec ad Sacramenta, nec ad fidei articulos attinet: Ergo colligitur id in Euangelica lege non contineri. Quartò, quia ſi decimæ eſſent iure naturali aut diuino Euangelico inductæ, minimè poſſent conſuetudine diminui, vt patet; & nihilominus conſuetudine eas poſſe minui, probat text. planè intellectus *in cap. aliquibus, §. vlt. de decim.* & infra latius dicemus: Ergo, &c. Quintò, quia eodem iure, quo decima fuit inducta atque præcepta plebi Iſraëliticæ ad alimēta Leuitarum, fuit idem eidem præceptum, vt decimam decimarum Summo Sacerdoti ſolueret, vt canetur Num. cap. 18. Hæc tamen decima decimarum ſub lege Euangelica non debetur iure diuino Summo Pontifici, nec ei ſoluitur: Igitur nec decima à laicis clericis ſoluenda, hodie præcepto legis gratiæ Euangelicæ, debetur. Quibus rationibus hanc ſecundam ſententiam in ſpecie probarunt Hugo de Sancto Victore *lib. 1. de Sacrament. part. 11. cap. 4. & 11.* & S. Thom. 2. 2. *quæſt. 87. art. 1. per totum, & quodlibet. 2. art. 8.* Adrian. *quodlibet. 5. art. 1.* Florentin. *in ſua ſumma, 2. part tit. 4. cap. 3. §. 5.* Angel. *in ſua ſumma, verbo, decima, quæſt. 2.* Syluest. *eodem verbo, decima, quæſt. 3. & 4.* & Toſtatus ſuper Matthæum, *cap. 23. quæſt. 63.* & alij communiter, quos refert Didacus Couarruuias *vbi ſuprà, in verſic. præterea decimas,* & eſſe hoc receptum à Theologis aduerſus Canoniſtas, teſtatur Caſtro *vbi ſuprà, verſic. verum hæc, &c.* & iterum *de poteſtat. leg. pœnal. lib. 1. cap. 10. circa finem, verſic. ſed quia præceptum illud, colum. mihi 1645. in magnis,* & Martin. Nauar. *in apolog. de reddit. Eccleſiaſt. q. 1. monit. 69. in princip. ex n. 1. & ſpecul. coniug. 2. part. art. 21. pag. 435.* & Magiſter Aragon. ſuper Thom. *vbi ſuprà, dict. quæſt. 87. art. 1. pag. 948. cum ſeqq.*

Quid † tenendum in re ſummè difficili ac con- 9
trouerſa? Ego profectò exiſtimo, pro vera reſolutione tenendum eſſe cum Theologis ſupradictis, declarando, vt ex ipſis conſtat atque colligitur, iure naturali & diuino legis Euangelicæ clericis ſpiritualia miniſtrantibus debitam eſſe à laicis eam partem fructuum, quæ ad eorum alimenta, congruamque ſuſtentationem neceſſaria ſit in laboris impenſi iuſtam mercedem, iuxta illud Lucæ 10. *Dignus eſt operarius mercede ſua,* & 1. ad Corinthios 9. *Nemo ſuis ſtipendiis militat vnquam,* quod Innocentius Tertius in eandem ſententiam citat *in cap. cum ſecundum Apoſtolum, de præbend. Et qui altario ſeruit, de altario viuere debet;* vt hæc & alia plura in propoſito congerit deciſio Pedemontana 99. *numero* 22. Et ex hac parte præceptum hoc naturale & diuinum in lege veteri moralium numero comprehenſum fuit, non verò quota ipſa decimæ, ſed ſpecificatio

& determinatio ipſius quotæ ; Et ſic quota decimæ
hodie non eſt in obligatione iuris diuini Euangelici,
ſed potius humani Pontificij , Quia etſi in lege veteri
prædicta taxatio, decimæ eſſet facta,vt vidimus id per
mortem Chriſti abrogatum fuit, tanquam ceremonia-
le , ſicut & cæteræ legis veteris ceremoniæ , vt *infra*
latius dicemus : & ita euidenter tenent Theologi om-
nes , vt patet ex ſupradictis,& probat latiſſime Domi-
nicus à Soto *lib.9. de iuſtitia & iure , quaſt. 4 artic. 1.*
*per totum* , & teſtatur receptum Caſtro , *vbi ſuprà , in*
*primo loco* , libenter ſequitur atque probat Didacus
Couarruuias *vbi ſupr.*& alios allegans Didacus Perez
*vbi ſuprà , column. 169. verſic. vel etiam , & in verſic. ſit*
*igitur , & in verſic. ex quibus* : & dilucide Menchaca
*lib.2. controuerſiarum illuſtrium , cap. 89. num.1.* dicens,
quod ita tenent plerique Theologorum , & ibi pluri-
10 mos citat. Hinc † fit , vt quamuis Diuus Thomas *d.*
*quaſt.87. artic.4. ad 3.* ſcripſerit ſub lege gratiæ clericos
iure naturali teneri decimam decimarum ſoluere Ro-
mano Pontifici,id intelligendum eſt potius de con-
grua portione ad Summi Pontificis alimenta , hone-
ſtamque eius ſuſtentationem, quam de vera & propria
decimarum decima parte, vt ex ſupradictis patet:& in
ſpecie ſic intelligit & probat Didacus Couarruuias
*vbi ſuprà , in verſic. prætereà,* ibi , *nam licet,&c.*
11 De primitiis autem pertinet ad ius naturale , vt ho-
mo ex rebus ſibi datis à Deo aliquid exhibeat ad eius
honorem : ſed quod exhibeatur à talibus perſonis, aut
de primis fructibus,aut tali quantitate,id in lege vete-
ri iure fuit diuino determinatum , in noua autem le-
ge definitur per determinationem Eccleſiæ,ex qua ho-
mines obligantur, vt primitias ſoluant ſecundum pa-
triæ conſuetudinem : ita Diuus Thomas 2.2. *quaſt.* 86.
*artic.4. in verſic. reſpondeo* , & Archiepiſcop. Florentin.
*in ſecunda parte ſumma, tit.4.§ 3. cap.3.* quos refert &
ſequitur Didacus Perez *vbi ſuprà, colum. 195. verſic. pro*
*prædictorum,* ibi: *quod autem, &c.* & iterum *colum.* 210.
*verſic. primitiæ etiam , in verſic. eſt tamen quaſtio* , vbi
probat,primitias,ſicut & decimas parocho de iure de-
beri,iuxta textum *in c. decimas, & in cap. moderamine* , 16.
*quaſt.1.* & probatur *in l.4. tit.19 part.1.* vbi quod ſecun-
dum conſuetudinem patriæ deitur , & *in l. 5. eiuſdem*
*tit.* quod debitores primitiarum,ſicut & decimarum,
poſſunt per cenſuram Eccleſiaſticam compelli ad ſo-
lutionem,ſi eam facere recuſent:& quod ſtetur in hoc
de quantitate conſuetudini loci ,probant Innocentius,
Panormitanus & alij ſecundum Rebuff *in tract. de de-*
*cimis, quaſt. 1 num.17. cum ſequentibus* vbi de inuentione
primitiarum agit : ſequitur prædicta Dominicus à So-
to *lib.9. de iuſtitia & iure , quaſt.3. artic.4.* dicens , quod
primitiæ præcepto legis naturæ & ſcriptæ Deo de-
bentur eiuſque miniſtris , atque adeo de iure Pontifi-
cio ex eadem priſca lege diuina deriuato:Vnde etſi ius
naturæ antiquitus diuina lege expreſſum nos huiuſ-
modi primitiarum oblationis admoneat , qualitates
tamen & circumſtantiæ, nempe perſonæ , quibus tra-
dendæ ſunt,& materia,videlicet an de primis omnino
fructibus atque quantitas legibus humanis patriæ,quæ
vſu & more nobis compertæ & legitimæ ſunt , vt ibi
late probat:tandem concludit,quod in noua lege nulla
ſignata eſt quota primitiarum , ſed in Hiſpania , ſi qui
prouentus vltra decem modios obuenerit , vnum ſol-
uit , etiamſi vſque ad mille aut decem millia aſcende-
rint ; & in aliis locis magis eſt tenuis ſolutio ? In ſum-
ma,conſuetudini in hoc ſtandum ac deferendum erit,
vt ex prædictis patet.

Non obſtant modo fundamenta *ſuprà* adducta pro
communi opinione Canoniſtarum, & primo auctori-
tates & loca legis veteris , quibus expreſſe probatur,
decimas fuiſſe inſtitutas ac præceptas illo iure diuino.

Obſeruandum † eſt namque , præceptorum veteris 12
Teſtamenti , quædam eſſe iudicialia , quædam vero
moralia , quædam autem ceremonialia; Iudicialia(quæ
& nonnulli legalia non inſcite appellant , ſecundum
Tiraquel. *in præfat. de vtroque retract. num.* 8. ) perti-
nent ad iuſtitiam hominibus exhibendam , iuſque
vnicuique tribuendum , ex quibus leges veteris Te-
ſtamenti cenſentur , & horum obſeruatio iudicibus
ipſis incumbebat : Moralia ad dictamen legis natura-
lis ſpectant , vt quilibet virtutes ipſas exerceat nihil-
que agat ab ipſo naturali iure alienum. Ceremonialia
vero de his agebant , quæ ad cultum diuinum , ad re-
uerentiam , honorem & obſequium Deo exhibendum
ſtatuebantur , quæ omnia mandata nominatim tan-
guntur Deuteron. *cap.5.* his verbis : *Loquar tibi om-*
*nia mandata mea , & ceremonias atque iudicia , & in c.*
*ſeq.* cum ſcribitur : *Hæc ſunt præcepta , ceremoniæ at-*
*que iudicia,&c. & cap.8. Caue ne negligas mandata , at-*
*que iudicia , & ceremonias, & 3. Reg.2. Vt cuſtodias ce-*
*remonias eius , & iudicia. & 2. Paralip.33. Si cuſtodie-*
*rint facere , quæ præcepi eis , cunctamque legem , & cere-*
*monias atque iudicia, quæ mandaui per manum Moyſi. &*
*Eſdiæ 2. lib. c.1. Et non cuſtodiuimus mandatum tuum,&*
*ceremonias & iudicia , quæ præcepiſti Moyſi.* Id quod
etiam deduci videtur ex Diuo Paulo *ad Rom. c.7.* dum
ſcribit dicens : *Itaque lex quidem ſancta, & mandatum*
*ſanctum,& iuſtum,& bonum* : His namque verbis Paul.
mandatum ſanctum ad ceremonialia , iuſtum ad iudi-
cialia , & bonum ad moralia retulit , ſecundum S.
Thom. *1.2. quaſt. 99. artic.4.* vbi prædicta tria præcepta
commemorat , & eſt receptus à cæteris Theologis in
hoc, ſecundum Couar. qui eum quoque ſequitur *d.*
*c.17 ſtatim in princ.* exploſa alia diſtinctione,tanquam
imperfecta *gloſſ.1. in c.1. de decim. in 6. & in c. vlt. 6. di-*
*ſtinct.* cuius meminere Iaſ. *in l.1. n.35. ff. ſi cert. pet.* & Fe-
lin. *in cap. tranſlato, de conſtit.* Sed eam improbant Dd. *in*
*d. c.1. & in d. c. vlt.* & Cardin. à Turrecremat.& Florent.
ab eodem Couar. *ibid.* relati:necnon eo tacito ,cum ta-
men ab ipſo deſumpſerit , nouiſſime poſt hæc ſcripta
Magiſter Aragon. *de iuſtitia & iure , quaſt. 87. art. 1.*
*pag. 947. col.1.*

Præcepta † autem iudicialia,& ceremonialia Euan- 13
gelica lege lata omnino ceſſauerunt vimque obligato-
riam præceptorum amiſerunt , vt conſtat ex Paulo
Apoſtolo *ad Galatas 3.* ait enim: *Prius autē, quam veniret*
*fides , ſub lege cuſtodiebamur concluſi in eam fidem , quæ*
*erat reuelanda :* itaque lex pædadogus noſter fuit in
Chriſto,vt ex fide iuſtificemur. At vbi venit fides iam
non ſumus ſub pædagogo. Et iterum *cap.4.* Sed quid
Scriptura dicit : *Eiice ancillam & filium eius , non enim*
*erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ: Itaque fratres non*
*ſumus ancillæ filij , ſed liberæ , qua libertate Chriſtus nos*
*liberauit.* His etenim verbis Paulus manifeſte inſinuat,
eiiciendam eſſe legem veterem , quæ tanquam ancilla
fuit legis Euangelicæ. Prætereà idem Paulus *ad He-*
*bræos 7. Tranſlato* , inquit , *Sacerdotio , neceſſe eſt , vt le-*
*gis tranſlatio fiat , & cap. 8.* ibi , *Dicendo autem nouum,*
*veterauit prius :* Quod autem antiquatur & ſeneſcit
ſtrope interitum eſt,& *ad Epheſ.2. Legem mandatorum*
*decretis euacuans :* & Chriſtus Saluator noſter ſimpli-
citer dixit ; *Conſummatum eſt :* & in terminis ex ſu-
prædictis ita tenuit Alexand. de Hales *in 2. part. ſum-*
*mæ , quaſt.3. memb.1. & in 3. part. quaſt.59. memb. 1.* &
Diuus Thomas *1.2. quaſt.104. artic.3.* rurſumque *in 2.2.*
*quaſt 86. artic.4. & q.87. artic.1. & quodlibet. 2. artic. 8.*
Algian. *quodlibet.5.* Bonauentur. *in 4 diſtinct.37. artic.2.*
*quaſt.1.* & probat latè Alfonſus à Caſtro *lib.9. aduerſus*
*hæreſes , verbo , lex* , & Domin. à Soto *lib.2. de iuſtitia*
*& iure , quaſt. 5. artic. 4. per totum , & lib. 9. quaſt. 4.*
*artic. 1. per totum :* & in reſponſione ad primum , ibi:
*Ceſſauit*



*Ceſſauit enim omnino lex illa* , & Tiraquellus plures
alios Theologos & Iuriſtas citans *in præfat. de vtroque*
*retract. num.8. cum ſequentibus* & Didac. Couarruuias
*d. cap. 17. paulo poſt princip.* & Didacus Perez *vbi ſu-*
*prà , colum.195. verſic. videtur tamen,* vbi allegat gloſſ.
*in cap. non eſt peccatum 6. diſtinct. & in d. cap.1. de deci-*
*mis , in 6.* D. Molin. *de Hiſpan. primogen. lib. 2. cap.5.*
14 *num* 63. Quod † adeo procedit , lege nempe à Chri-
ſto Ieſu lata, veterem legem ceſſaſſe atque antiquatam
fuiſſe , vt plane hæreticum ſit exiſtimare legem vete-
rem ſeruandam eſſe cum lege noua , vt bene probant
Caſtro & Couar. *vbi ſupr.* necnon & Aragon. *vbi ſupr.*
15 Moralia † vero præcepta legis veteris adhuc vim
habent & perpetuo habebunt , non ex auctoritate
legis veteris , ſed ex eo , quod ſint à natura ipſa inſti-
tuta , & à Chriſto Ieſu in lege Euangelica eadem ra-
tione , qua & naturalia debuerunt & ſunt præcepta,
vt explicat Dominic. à Soto *d. lib.2. de iuſtitia & iure,*
*quaſt.5. art. 4. concluſ.2* quem refert & ſequitur Couarr.
16 *vbi ſuprà.* Inſuper † ſciendum eſt , quod etſi iudicialia
præcepta poſſint poſt Euangelicæ legis prædicatio-
nem lege lata à Principe iterum ſtatui,vt apparet fuiſ-
ſe factum *in tit. de iniuriis & in c.1. & per totum, de de-*
17 *cimis, & in c.1. de homicid. & in c.1. de adult.* & † hæ le-
ges non ſeruantur tanquam ex veteri lege,ſed quia no-
uiter lege humana conſtitutæ ſunt , vt colligitur ex
Sancto Thoma *1.2. quaſt.104. artic.3.* Florent. *in 2. part.*
*tit.2. c.3. §.5.* Cardin. de Turrecrem. *in cap. reuertimini,*
*n.9. 16. quaſt. 1.* & notat ex eis Didac. Perez *vbi ſuprà,*
*col.196. in princ.* & tenent omnes Theologi,ſecundum
Syluest *verb. decima, n. 10. verſ. ſciendum. el* 2.
18 Attamen † præcepta ceremonialia veteris Teſta-
menti minime poſſunt à Principibus Chriſtianis noua
lege lata ab eiſdem inſtitui , ſecundum S. Thom. 2. 2.
*q.87. art.1. in ſolutione quaſt.* & eundem *quaſt.104. art.3.*
Dom. à Sot. *d. lib 9. de iuſtit. & iur. q. 4. art 1. verſ. tertia*
19 *concluſio :* In † hoc enim, ſecundum ipſum D. Thom.
differunt ceremonialia à iudicialibus, quod illa non
tantum mortua ſunt,ſed & mortifera obſeruantibus ea
poſt Euangelicæ legis edictum,hæc vero mortua qui-
dem ſunt, quia vim obligationis non habent , non ta-
men ſunt mortifera , quia poſſunt iterum à Principe
ſtatui abſque peccato,ad eius principatus regimen. Hoc
20 † tamen,quod modo prædiximus ex S. Thom. de præ-
ceptis ceremonialibus,quod non poſſint iterum inſti-
tui à Principe Chriſtiano, intelligendum eſt ex verbis
eiuſdem Thomæ in his ceremonialibus,quæ præcipuè
ſignificabant Chriſti & futuræ legis Euangelicæ ad-
uentum, veluti immolatio agni , circumciſio , non ta-
men in his,quæ licet ceremonialia eſſent, magis perti-
nebant ad deuotionem quandam ac ritum ſacrificio-
rum eorumque ornatum,quam ad futuræ legis, Chri-
ſtique naſcituri præfigurationem , cuiuſmodi ſunt ve-
ſtes Sacerdotum , altaris thurificatio , decimarum &
primitiarum ſolutio , oblationes & his ſimilia , quæ
etiam poſt legem Euangelicam à Rectoribus Eccleſiæ
Catholicæ ſtatuta ſunt, vt conſtat *ex c. 1. de conſecrat.*
*diſtinct. 1. & in c.1. de purific. poſt part. & in 5. diſtinct.* vt
ex verbis D. Thomæ cum aliis latè probat Couar. *vbi*
*ſuprà , verſ. hinc non immerito,* ibi: *quo fit, &c.* & Sot. *vbi*
*ſuprà.*
21 Legis † autem veteris,ſecundum D. Aug. *in epiſt.19.*
tria tempora ſunt conſideranda. Primum ante paſſio-
nem Chriſti. Ante eam enim legalia viuentia fuerunt,
ac proinde obligantia. Secundum à paſſione Chriſti,
vſque ad diuulgationem Euangelij,tunc enim vt om-
ni erant vi ac virtute deſtituta , non tamen erant ſer-
uatu illicita , non quod in eis ſpem liceret ſalutis ſta-
tuere , ſed quod mortuam iam tunc Synagogam ho-
nore illo humari deceret. Tertium tempus eſt poſt ſuf-
ficientem Euangelij promulgationem, vſque ad finem
mundi : poſt quod tempus mortua ſunt & lethifera:
& hæc Auguſtini ſententia non ſolum in Scholis plu-
rimum obtinuit , verum & à Florentino Concilio ad
literam videtur recepta, Vbi poſtquam ſancitur,lega-
lia ceſſaſſe in aduentu Chriſti ſubditur : *Non tamen*
*negat ſancta Synodus à Chriſti paſſione,vſque ad promul-*
*gatum Euangelium illa potuiſſe ſeruari , dum tamen mi-*
*nime ad ſalutem neceſſaria crederentur,* vti refert Domin.
à Sot. *lib.2. de iuſt. & iur. quaſt.5. art.4. in verſic. verſatur*
*enim in lite* ,vbi miratur Adrian. *in 4 ſent. quaſt.1.* quod
hoc non inſpexerit antequam ab Auguſtino diſcede-
ret , & Hieronymus pro virili defendat , qui duo tan-
tum tempora dignouit antiquæ legis , vnum ſcilicet,
quod vſque ad paſſionis articulum defluxit, quo lega-
lia cuncta vitam habuere , vigoremque ſuum ligandi
retinebant : alterum vero ab eodem paſſionis momen-
to , vſque ad finem ſæculi decurrens , quo & mortua
ſunt,& mortifera , ideoque negauit vllum Apoſtolo-
rum poſt Chriſti aſcenſum ſeruaſſe legalia, ſed id tan-
tum aſſerit ſimulaſſe & contrarium probat Soto *vbi*
*ſuprà, in princ. d. artic. 4. verſic. ſecundo arguitur.*

His † igitur ſic iactis veriſſimis fundamentis patet 22
ac manifeſte conſequitur,legem de decimis ſoluendis,
ex ea parte , qua ceremonialis fuit , vel etiamſi ſecun-
dum Thomam & veriorem opinionem iudicialis fuiſ-
ſet,vt refert ſumma Aſtenſis *in 2. part lib.6. num.35. in*
*rubr. de decimis,* eſtque communis , vt teſtatur additio
marginaria *in d. c.1. de decimis, in 6.* & probat Domin. à
Soto *d. quaſt. 4. art. 1. verſ. ex quo fit præceptum , & in*
*verſ. circa corollarium,* vim & obligationis ius per legis
Euangelicæ promulgationem amiſiſſe, ac proinde au-
ctoritates legis veteris *ſuprà* primo adductæ ad pro-
bandum decimas fuiſſe inſtitutas ac præceptas à iure
diuino iuxta Canoniſtarum ſententiam,minime obeſ-
ſe noſtræ & communi Theologorum ac veriori , quæ
habet;Decimas,quatenus ad veram & præciſam deci-
mæ partis aſſignationem minime eſſe de iure diuino
obligatorio,ſed poſitiuo tantum,hoc eſt humano Pon-
tificio : tametſi quoad eam partem,quæ ad congruam
& honeſtam ſuſtentationem clericorum ſpiritualia mi-
niſtrantium neceſſaria ſit,iure naturali ac diuino legis
Euangelicæ debita ſit , cum illa legis veteris teſtimo-
nia,tanquam ceremonialia,vel iudicialia,iam per nouę
legis Euangelicæ promulgationem , ceſſauerint , vt ex
prædictis latè probat Couar. *vbi ſupr. in princ. in d. verſ.*
*conſequitur, poſt* Domin. à Sot. *etiam vbi ſup.* & ita cēſeo
tenendum,ſalua correctione ſacroſanctæ matris Eccle-
ſiæ Romanæ : tametſi Rebuff. *vbi ſuprà , de decimis,*
*d. quaſt. 1. num.* 13. & 14. exiſtimet , illud præceptum
vetus non eſſe extinctum nec reuocatum : quod ſi
hoc ita eſſet , neceſſario fateri deberet , quotam de-
cimæ etiam hodie eſſe de iure diuino , Quandoqui-
dem in lege veteri , quam ipſe inſinuat non eſſe reuo-
catam , hoc de quota cauetur , vt in auctoritatibus *in*
*princ. huius cap.* allegatis : Hoc autem ipſe ne-
gare videtur,dum dicit , quod à iure Canonico forma
& declaratio eſt facta : Ergo ſibimet videtur contra-
rius ac repugnans ; præterquam quod loquitur con-
tra communem Theologorum ſententiam circa ceſ-
ſationem præceptorum ceremonialium & iudicia-
lium per legis nouæ Euangelicæ promulgationem,
quibus magis credendum eſt in ſua profeſſione ,
quam Iuriſtis. Aliis etiam viſum fuit , præceptum
de decimis Leuitis ſoluendis , non omnino ceremo-
niale aut iudiciale , ſed morale fuiſſe , atque ſub
lege etiam Euangelica omnino vigere nec antiqua-
tum eſſe , vt tenet Hoſtien *in ſum tit. de decim. §. 7.*
& refert. D. Couar *in fin. d. verſ. conſequitur* , ipſe
tamen *ſuprà , in princ. d. verſ. & in verſ. ſeq.* ibi :

*Quarum rationes fragiles ſunt, & in verſ. præterea, &
n.2.in verſ.cæterum,*latè vt prædiximus,probat contra-
rium: Eo enim hoc præceptum inter moralia referri
nequit, quod moralia natura iubet, quæ tamen non
decimam potius,quam vndecimam vel nonam partem
præcipit.

Non obſtant modo auctoritates legis gratiæ *ſuprà*
adductæ pro comprobatione opinionis Canoniſta-
rum, Matth. nempe 23. & Lucæ 18.ibi namque Do-
minus ac Redemptor noſter non definiuit quotam
decimæ,nec eam præcepit, ſed tantum decimas in ge-
nere approbauit, quod non negamus, de iure nempe
Euangelico eas eſſe quoad eam partem, quæ ad con-
gruam & honeſtam ſuſtentationem miniſtrorum
Eccleſiaſticorum neceſſaria ſit, vt prædiximus atque
probauimus.

23 Præterea † illud Matth. *ſuprà* relatum, *Væ vobis
Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui decimatis mentham
& anethum, &c.* ad tempus præteritæ legis magis re-
ferendum cenſetur, ſecundum illud Hilarij ſuper
Matth. *Decimatio illa olerum, quæ in præfiguratione
erat vtilis, non debeat omitti:* Ergo tempore gratiæ diſ-
ſolutum eſt nobis decimarum iugum,ita Domin. à Sot.
*lib.9.de iuſtit.& iur.quæſt.4.art.1. verſ. quod enim Do-
minus.*

24 Non † etiam obeſt, quod Romanus Pontifex in
iuribus pro priori parte allegatis, item & Hierony-
mus, Auguſtinus, Ambroſius & cæteri viri doctrina
& ſanctitate illuſtres teſtimoniis veteris Teſtamenti
in hac controuerſia vtantur, quibus probent,decimas
ab ipſo Deo inſtitutas ac præceptas fuiſſe: id ſiquidem
ideo faciunt, vt oſtendant, Eccleſiam eiuſque Princi-
pem legem à Deo Iſraëlitis datam imitatos fuiſſe;
quod facere potuerunt, iuxta à nobis tradita *ſuprà in
verſicul.inſuper ſciendum eſt*: ita Sot. *vbi ſuprà, in verſ.
tertia concluſio*, & Couar. *vbi ſuprà, ante num.2.verſ.
quamobrem*: ſicque quoad quotam exemplariter, id
eſt, ad exemplum legis veteris id ſtatuerunt, non ta-
men quoad vim obligatiuam legis veteris, quæ vt
prædiximus, ceſſauit per aduentum Chriſti, & pro-
mulgationem nouæ legis, ſecundum Caiet. *ſuper
Thom 2.2.quæſt.87.art.1.* & Andrian. *d.quodlib.5.* &
nuncupatim. Sot. *vbi ſuprà, in verſ.aliud autem, &
in reſponſ. ad primum, in verſic. ſed ſi quæ*, ibi, *vel ſi
de quota*, & Didac. Perez *vbi ſuprà, column. 195. in
verſ. his tamen,& in verſic. poteſtatem*, & quod Eccle-
ſia eandem debuerit imperare quotam, probat
Sot. *vbi ſuprà, in 3. concluſ. in verſ. ſed quod eandem,
&c.*

25 Ex † ſupradictis omnibus plura in praxi ſatis vtilia
deducenda erunt: & primo, Papam poſſe decimam
in octauam, duodecimam, aliamve partem reducere:
Cum enim quoad quotam decima ſit iuris poſitiui, vt
probauimus, poterit à Summo Eccleſiaſtico paſtore
minui & ampliari, iuxta doctrinam Innocent. *in cap.
cum ad monaſterium, de ſtatu Monach.* gloſſ. & Dd.
*in cap. propoſuit, de conceſſ. præbend.* quia eius eſt tol-
lere, cuius eſt condere, *l.3.ff. de re iud. l.eius eſt nolle,
ff.de reg.iur.*ita tenent S. Thom. *quodlib.2.artic.8* &
D. Couar. *d.lib.1.var.reſol.cap.17.num 8.verſic ſcribit
Eccleſiam*, & Did. Perez *in d.l.1. column. 196. verſ.
hinc eſt.*

26 Imo † & Papa ex iuſta cauſa aliquos eximere po-
teſt à ſolutione decimarum, illiſque decimas in ali-
quibus remittere, vt *in cap. à nobis, de decim.* vt con-
ceſſit Ciſtercienſibus & multis aliis religioſis, pro-
pter eorum inſignem vitam, vt non ſoluant decimas
laborum ſuorum de tertis, quas propriis manibus vel
ſumptibus colerent: Imo etiam aliquas poſſeſſiones;
vt videmus in hortis religioſorum, quos à ſolutione
decimarum exemit, *cap. ex parte, el 1. de decim.* &
idem in hortis leproſorum, *cap. nuper, de Eccleſ. ædi-
ficand.* Interdum etiam priuilegium concedit mona-
ſterio & ſuis membris, de quo *in cap. fin. vt lite pen-
dent.* ſicut † conceſſit fratribus mendicantibus, & 27
Societati Ieſu, vt deduximus *in noſtro conſil. 5.* quod
facere poteſt, ſecundum Henric. & Dec. eoſque re-
fert Petr. Rebuff. *de decim. quæſt. 13 num.103.cum ſeqq.*
Didac. Perez *vbi ſuprà, col. 196.* ibi: *Ex quibus de-
ducitur, & col.206.* Et † quod poſſit Romanus Pon- 28
tifex ex iuſta cauſa quibuſdam hanc obligationem ſol-
uendi decimas remittere; tenet gloſſ. *in d. cap. à nobis,
verbo, exemptus, de decim.* vbi omnes concordi iudicio
hoc receperunt, & eos ſequutus eſt Dec. *conſil. 113.
n.2.& 3.* Socin. *conſil.297.num.4.vol.2.*vbi dicit, illam
gloſſ. communiter approbari: & D.Couar. id probans
pluribus iuribus, *& l.23.tit.11. part. 1. d.lib.1. variar.
reſolut.cap.17.n. 9.* Dicit etiam communem Menchac.
*lib.2.controuerſ.illuſtr.cap.89.num.11.*& nos *d.conſil. 5.
num. 8.*

Hæc † tamen prima deductio cum ei adiectis intel- 29
ligenda eſt, dum tamen id, quod iuris naturalis eſt,
ſit ſemper ſuperſtes & ſaluum, nempe, vt aliunde
Eccleſiarum miniſtris pro ſua dignitate & munere ali-
menta ſuppetant, reliquaque vitæ ſubſidia; Hoc enim
nulla deſuetudo vel diſpenſatio violare poteſt: Quam-
uis enim ea, ex parte, qua decimæ iure humano de-
bitæ ſint, per priuilegium ſedis Apoſtolicæ ex iuſta
cauſa remitti aut moderari poſſint, ex qua tamen
parte iure naturali vel diuino Euangelico ipſæ deci-
mæ Sacerdotibus debentur, iuxta communem reſo-
lutionem Theologorum prædictam, quam ſequimur,
non poſſunt à Summo Pontifice tolli: ideoque † pote- 30
rit aliquibus remittere obligationem ſoluẽdi decimas,
non autem tollere omnino & vniuerſaliter præceptum
de decimis ſoluendis, vt bene probat D. Cou. *d.
cap.17.num.9.* & ante eum breuius idem tenuit Domi-
nic. à Sot. *d. lib. 9. de iuſtit. & iur. quæſt. 4. art. 1. in
verſ. ex his ſubinfertur.* Secundo † ex ſupradictis de- 31
ducitur deciſio ad illam difficillimam quæſtionem, in
qua plures diuerſæ opiniones Doctorum reperiuntur;
*An conſuetudo legitime præſcripta ſufficiens ſit ac valida
ad eximendos laicos à ſolutione decimarum, necne?* In-
primis enim gloſ. *verb.conſuetudine, in c.in quibuſdam
de decim.*cenſet, nullam conſuetudinem eximere poſſe
laicos à ſolutione decimarum prædialium nec perſo-
nalium; niſi ea ſit à Romano Pontifice ab aliqua
parte earum comprobata: quod latiſſime ex pluribus
comprobat ac tenet Didac. Perez *in d. l. 1. tit.5 lib.1.
Ordinam.colum.198.verſicul.eſt tamen circa hæc dubium
cum pluribus ſequentibus*, & iterum *col. 204. verſ. nec
opinio, & in verſ. probatur*: hæc tamen opinio ſic indi-
ſtincte intellecta dura eſt.

Alij autem cenſent, decimas conſuetudine ad vi-
ceſimam, trigeſimamue partem reduci poſſe, tolli
autem nequaquam poſſe; quaſi ius naturale & diui-
num diminui, non vero omnino tolli poſſit, vt te-
nent Vincent & Panormit. *num.7. in d. c.in quibuſdam
de decim.* & Bald. *in l.competit, C.de præſcrip. 30. ann.*
Fulgoſ. *conſ.166.colum.2.*Socin.*conſ.297. col.3.lib.4.* &
eam, tam in prædialibus, quam in perſonalibus de-
cimis probat Franciſc. Balb. *in tract. de præſcript. in 1.
part.5 partis princip quæſt 7.*& teſtatur communem eſſe
ex teſtimonio Boetij D.Couarr. *d.cap.17. num. 8.verſ.
quidam vero cenſent*, & receptiorem ex eodem Boer.
plures alios ſequaces eiuſdem opinionis citans Mench.
*lib.2.controuerſ.illuſtr.c.89.num.7.verſ.altera fuit opinio.*
Quæ ſententia ſuſtineri merito poteſt, tum ex eo, quod
modo dicebamus in Papa dum reſoluimus, id face-
re ipſum poſſe, quaſi conſuetudo legitime præſcripta
idem



idem valeat hac in ſpecie: tum etiam, quia † in de-
cimarum ſolutione conſuetudo ſit attendenda, vt *in
d.c. in quibuſdam, §. vlt. & in cap. commiſſum, & in
cap. cum ſint homines, & cap. delicti, & in cap. Apo-
ſtolicæ, de decim. & in l. 17. titulo 20. part. 1.* ibi: *Se-
29 gun que es coſtumbre de cada tierra*, Henricus vero
*in cap. peruenit, columna 5. de decim.* tenet, laicos
poſſe conſuetudine eximi partim à ſolutione de-
cimarum perſonalium, prædialium vero nulla ex
parte: hæc tamen opinio vera non eſt, vt *infra* di-
cemus.

Quarta fuit opinio magis communis, quæ habet,
Conſuetudinem poſſe eximere laicos à ſolutione de-
cimarum perſonalium, non tamen ab obligatione
ſoluendi decimas prædiales: ita tenent Hoſtienſ. &
alij *in d. c. in aliquibus, de decim.* per text: ibi, dum
dicit: *Cum integritate.* Idem *in ſua ſumma de decim.
quæſt. 7. §. fin.* & hanc opinionem expreſſe probant,
qui tenuerunt decimas prædiales iure diuino & natu-
rali inſtitutas fuiſſe, perſonales vero humano tantum,
quos *ſuprà* retulimus. Eandem opinionem ſequitur
Rochus de Curt. *in cap fin.num.22.de conſuetud. ſol.18.
in paruis*, Paulus Pariſ. & Franc. Balb. *vbi ſuprà*, eſt
communis ſecundum Gregor. Lopez *in l.1. gloſſ. mag.
verſ. Prima, tit.20 part. tit.1.* & eſt communis ſenten-
tia, ſecundum Couar. *vbi ſuprà, num. 8. in princ.* qui
alios refert, & plures Menchac. *d. lib.2. controu.illuſtr.
c.89.n.8. in princ.*

Contra hanc communem ſententiam in vtroque
membro tenet Petrus Rebuf. *in tract. de decim. q. 13.
num. 43. cum ſequentibus.* In primis enim cum ipſe
tenuiſſet, vt vidimus, decimas, non ſolum prædia-
les, ſed etiam perſonales, eodem iure diuino & natu-
rali inuentas fuiſſe, inde etiam probat, huiuſmodi
conſuetudinem non ſoluendi decimas perſonales non
excuſare à peccato, niſi conſuetudo haberet, vt ali-
quid pro his, etiam modicum ſolueretur, quia tunc
valida eſſet præfata conſuetudo, vt ibi late probat
*num. 44.* Hæc autem ipſius opinio contra frequentio-
ri calculo receptam eſt, ac proinde non tenenda, ſed
magis communis affirmatiua indiſtincte in his deci-
mis perſonalibus, cum non ſint debitæ † de iure diui-
33 no, ſed poſitiuo, ſecundum communem Theologo-
rum ſententiam, vt per Greg. Lop. *vbi ſuprà*, ſequitur
etiam Cou. *vbi ſuprà, dict.num.8 in verſic.eas vero de-
cimas, & in verſ. quinto.* vbi hoc intelligit, ſaluis præ-
dialibus decimis, quæ ſufficere videntur congruis Sa-
cerdotum alimentis: Eandem communem in perſo-
nalibus decimis refert & probat Abulenſ. ſuper Mat-
thæum *cap. 23. quæſtione 78.* relatus à Gregor. Lopez
*vbi ſuprà, verſ.* Abulenſ. ſequitur idem Gregor. Lopez
*in d.l.17.in gloſſ.coſtumbre de cada tierra*, vbi hoc ve-
rum intelligit, vbi eſſent prædiales decimæ ſufficien-
tes pro ſuſtentatione miniſtrorum, quia vbi prædiales
decimæ non ſufficerent, vt Genuæ & Venetiis, & in
multis aliis locis, perſonales ſunt de iure naturali, ſe-
cundum Hoſtienſ & Syluest. quos refert, Eandem de-
clarationem ſequitur idem Gregor. *ibidem in gloſſ.ſequ.
in verb. que no es coſtumbre*, ſic intelligens & limitans
illam legem, dum dicit: *E non ſe pue de ninguno eſcuſar,
que non de alguna coſa por diezmo de aquello que ganare,
maguer diga que no es coſtumbre de lo dar, &c.* nempe
vt hoc intelligatur in caſu, quo decimæ perſonales
eſſent de iure naturali, vt prædixerat in gloſſ. præce-
denti, nempe, quia prædiales non ſufficiant; Ean-
dem ſententiam ſequitur nouiſſime D. Azeued. *in l. 1.
num.12.titul.5.lib.1.Nouæ Collect. Reg.* & Soto *lib.9.de
iuſtitia & iur. quæſt. 4. art. 2.* dicens, quod ſi prædia-
les ſufficiunt ad ſuſtentationem, præſcribi perſonales
poſſunt: Imo dignum non eſſe exiſtimat, vt illæ exi-
gantur, niſi conſuetudo illas ſoluendi vigeat imme-
morialis: & quod in † Hiſpania ex opificum, nego- 34
ciatorumque lucris nullus eſt vſus ſoluendi decimas,
memor ſum in Epiſcopatu Placentino extra ciuita-
tem conſuetudinem eſſe immemorialem exigendi deci-
mam à ſeruitoribus, hoc eſt, famulis de ſua mercede,
materna lingua, *de las ſoldadas de los moços.*

Secundo contra eandem magis receptam ſenten-
tiam, dum habet; Non valere conſuetudinem libe-
rantem laicos à ſolutione decimarum prædialium, te-
net Rebuf. *vbi ſuprà, num. 46.* late probans valere
huiuſmodi conſuetudinem, etiam in prædialibus, vt
aliquid pro decima ſoluatur, licet non integra, quia
non eſt contra ius naturale nec diuinum, ſoluendo
enim quidquam pro decima, impletur præceptum de
ſoluendo, & recognoſcitur atque honoratur Deus ex
ſubſtantia. Et præterea idem probat ex text. *in d. c.in
quibuſdam*, vbi dicitur, quod illæ decimæ ſoluendæ
ſunt, quæ debentur ex lege diuina vel loci conſuetu-
dine approbata, *& in cap. cum ſint homines, de decim.*
vbi loquitur de prædiis, & tamen decidit valere con-
ſuetudinem. Tandem allegat pro hac ſua opinione
Abb. & alios *in d. c. in quibuſdam*, & inquit, quod
contra Hoſt. in hoc tenent communiter Dd. & quod
hæc eſt communis conſuetudo mundi, & ſic hæc eſt
eadem communis opinio contra Hoſt. quam *ſuprà* ſe-
cundo loco retulimus *in verſ. alij autem*, & hæc verior
ſententia videtur & tenenda, modo eam intelligamus
iuxta ſextam ſtatim referendam.

Quintam opinionem & ſingularem tenet in hac
ſpecie Menchaca *vbi ſuprà verſ.quid dicendum*: nempe
vt tam prædiales, quam perſonales decimæ poſſint in
totum tolli, non ſolum minui, ex pluribus iuribus,
quæ ibi congerit, probantibus, in materia decima-
rum ſtandum eſſe conſuetudini: Hæc tamen ſenten-
tia vera non eſt nec tenenda, & conuincitur ex opi-
nione veriori, quam idem auctor *eodem cap.89.num.1.*
rectius probauerat cum communi Theologorum, vt
prædiximus, nempe decimas eſſe iuris naturalis &
diuini, quoad congruam & ſufficientem, &c. Si hoc
ita eſt, quomodo poſſint in totum tolli per conſue-
tudinem. Si poſſunt: Ergo non ſunt vlla ex parte iu-
ris naturalis aut diuini, quia iura naturalia firma ſunt
& immutabilia, vt *in §. ſed naturalia quidem iura,
Inſtit. de iure naturali, gentium & ciuili, cum ſimi-
libus.*

Sexto † loco & vltimo hæc quæſtio neceſſario re- 35
ſoluenda venit ex *ſuprà* prius dictis in principali
quæſt. *Quo iure inuentæ ſint decimæ?* nempe quod de-
cimæ ex ea parte, qua iuris naturalis & diuini in-
ſtituto proceſſerunt, & ſic quoad congruam & neceſſa-
riam ſuſtentationem clericorum ſpiritualia miniſtran-
tium, nulla conſuetudine tolli nec diminui poſſunt:
ſecus vero quoad id, quod decimæ habent à iure Pon-
tificio, nempe quoad quotam, & ſic quoad partem
non neceſſariam ad congruam ſuſtentationem cleri-
corum; In ea namque parte conſuetudo rationabilis
& legitime præſcripta non ſoluendi decimam valida
erit, vt optime probat ſic reſoluens quæſtionem hanc
D. Couar *vbi ſuprà, d.n.8.in verſ.quibus me hercle, per
totum, vſque ad verſ. primum*, hinc dicens ſic ſe certo
certius opinari, idque eſt veriſſimum ac tenendum,
vt ex *ſuprà* adductis patet & voluit nouiſſime Magi-
ſter Aragon *vbi ſup.pag.951.*Et ſecundum hanc diſtin-
ctionem oportet intelligere Abulenſ. *ſuper Matth.23.
quæſtion.63.*dicentem, *quod cum decimæ prædiales nunc
in noua lege non ſint de iure diuino, ſed poſitiuo canonico,
conſuetudo poſſit tollere obligationem ſoluendi eas, &c.* vt
per Gregor. Lopez *vbi ſuprà*: Nam cum prædict. de-
cimæ quoad congruam à iure naturali & diuino pro-
ceſſerint,

ceſſerint, non poterunt hac ex parte tolli aut minui per conſuetudinem, vt prædiximus: ſecus vero quoad quotam, & ſic quoad partem, quæ non eſt neceſſaria ad congruam ſuſtentationem miniſtrorum, quæ à iure Pontificio proceſſit.

36 Quo fit vt † iuxta hanc ſententiam ſextam, veram & tenendam, ſit moderanda, ſupplenda atque intelligenda communis ſecundo loco *ſupr.* adducta opinio, vt procedat, nempe, quoties illa pars minor decima, quæ conſuetudine rationabili legitime præſcripta tantum ſoluitur pro decima, ſufficiens ſit pro congrua & neceſſaria ſuſtentatione clericorum ſpiritualia miniſtrantium, alias ſecus, vt tenet Guid. Papæ *deciſione* 284. dicens, ita ſeruari Gratianopoli, quem refert & ſequitur Couar. *vbi ſuprà, n.* 8. *verſ. ſexto*, & ſimpliciter Rebuff. *de decim quæſt.* 13. *n.* 54. & Didac. Perez *qui ſuprà col.* 179. ibi: *Idem dicendum*, ſecus ſi non ſufficeret per præd.

37 In decimis † vero perſonalibus ſoluendis omnino excuſabit conſuetudo rationabilis & legitime præſcripta, quando ſolui conſuetum de prædialibus ſufficeret, prout videtur ſufficere in his partibus regulariter, ad congrua alimenta eorundem Eccleſiaſticorum miniſtrorum, vt prædiximus.

38 Conſuetudo autem, quantumcunque † longa, nullas ſoluendi decimas perſonales nec prædiales non valeret nec à peccato excuſaret; quia eſſet irrationabilis & contra ius naturale, diuinum & humanum, vt in terminis tenet Petrus Anchar. *conſ.* 196. *magnifice, quæſt.* 1. & Ioan. de Turrecremat. *in cap. reuertimini, num.* 12. *verſ. ad ſeptimum*, 16. *quæſt.* 1. Panorm. & Curt. *in cap. fin. de conſuet.* & Bernhard. *conſ.* 14. *viſo proceſſu, column.* 1. *volum.* 1. *& conſ.* 116. *illud eſt, ibidem in* 1. *editione*, quos refert & ſequitur Petrus Rebuff. *dict. quæſt.* 13. *num.* 40. & Dn. Couar. *vbi ſuprà, d cap.* 17. *num.* 8. *in verſic. vndecimo*, amplians, etiamſi Sacerdotes *ibidem* ſpirituali miniſtrantes aliunde, quam à decimis congrue poſſint alimenta percipere: quod veriſſimum puto, & ſequitur nouiſſime Aragon. *vbi ſuprà, pag.* 952. *colum.* 1. *circa fin.* quamuis ſuſpectam apparere eſſe dicat, & ideo improbet Menchac. *lib.* 2. *controuerſ. illuſtr. cap* 89. quia hic auctor parum ſibi conſtans eſt: Inquit enim quod prædicta conſuetudo tolerabitur, cum non ſit contra ius diuinum, ſed tantum poſitiuum, vt *ſuprà* docuit: & tamen *ſuprà num.* 1. idem auctor late & optime probauit cum cõmuni & veriori ſententia Theologorum eſſe iuris naturalis & diuini quoad congruam, &c. Inſuper addit, non eſſe irrationabile &c. cum clericis aliunde poſſit prouideri de congrua ſuſtentatione & alimentis: hoc profecto ridiculum eſt ac gratis dictum, cum clericis ratione adminiſtrationis Sacramentorum iure naturali & diuino debeantur, alimenta, vt *ſuprà* ſatis probatum exſiſtit. Loquitur igitur minus recte.

39 Hinc etiam venit iure optimo † defendenda *l.* 6. *tit* 5. *lib.* 1. *Noua Collect. Reg.* vetans in his Regnis decimas à laicis exigi, quæ per conſuetudinem contrariam non conſueuerunt ſolui, his verbis: *Por que en algunas villas y lugares deſtos Reynos nõ ſe paga diezmo de la renta de las yernas: y pan y otras coſas, y ſomos informados que aora nueuamente algunos Obiſpos y Cabyldos lo piden, y fatigan ſobre ello a los pueblos ante iuezes Eccleſiaſticos, Mandamos a los del nueſtro Conſejo, que llamadas las perſonas que vieren que cumple, platiquen ſobre ello, y lo proueean como conuenga: y entretanto no conſientan ni den lugar que ſe haga nouedad, &c.* ibi namque non omnino approbatur huiuſmodi conſuetudo non ſoluendi decimam ex herbis, frumento & aliis, ſed præcipitur conſiliariis Supremi Caſtellæ Senatus, vt vocatis his, quos expedire iudicauerint, prouideant, prout, decuerit, interim tamen caueant, ne fiat nouitas: In primis namque cum hæc res perſpicienda ac conſideranda ſit, illud præcipue obſeruandum erit à dominis Conſiliariis; *An ex prædicta conſuetudine auferatur clericis ſpiritualia miniſtrantibus congrua ac neceſſaria ſuſtentatio, necne?* Vt primo caſu eam conſuetudinem improbent, vel ſaltem moderando prouideant, quomodo eiſdem alimenta congrua ſubminiſtrentur: In ſecundo vero prædictam conſuetudinem, ſi legitime præſcripta fuerit ac rationabilis, omnino continuari ac obſeruari præcipiant, vt ex ſupradictis omnibus deducitur ac vere comprobatur: Interim vero quod negotium diſcutitur iuſte ac ſancte cauetur illa lege Regia, ne in exigendis dictis nouis decimis nouitas fiat. Secundo, ex † eo etiam iuſtifi- 40
cari, poteſt *eiuſdem legis deciſio*, cum iure defendi poſſit ac valeat conſuetudo, vt ex certis fructibus nulla ſoluatur decima, nec eius aliqua portio, vtpote de fœno, herbis, vel oleo & ſimilibus ſi modo ex aliis redditibus ſuperſit iuſta Sacerdotum ſuſtentatio, vt ſcribit Paulus Caſtrenſ. *conſ.* 17. *lib.* 2. quem refert & ſequitur, dicens hanc conſuetudinem paſſim in orbe terrarum vigere, Dn. Couarr. *vbi ſuprà, d. libr.* 1. *variar. reſolut. cap.* 17. *num.* 8. *verſicul. ſeptimo*, & Didac. Perez *etiam vbi ſuprà, columna* 205. *in fin. verſic. eſt & aliud.* Idem in conſuetudine non ſoluendi decimas minutas, nempe caſeorum, ouorum, lanæ, vel etiam animalium & fructuum minutorum, quod valeat probat Rebuff. *de decim quæſt.* 15. *num.* 51. Dum igitur inquiritur, an ex cæteris rebus decimari ſolitis competens alimonia clericis tribuatur ac ſuperſit, necne? merito vt interim nouitas fieri non debeat, cum in dubio hac in ſpecie prædictæ conſuetudini ſtandum ſit, cum non appareat eſſe contra ius naturale nec diuinum; præſertim, cum potius præſumenda ſit iuſta, quam iniuſta, cum clerici ſemper vſque ad illud tempus alimenta habuerint ex cæteris decimis: quibus rationibus ac iuſtis conſiderationibus *eam l.* merito defendit Couarr. *vbi ſuprà, dict. numero octauo verſic. nono*, & Aragon. *vbi ſuprà. pag.* 952. *in* 5. *corollario.*

Hinc conſuetudo † immemorialis, quæ in Epiſco- 41
patu Placentino viget, vt ex herbis propriarum defenſarum, quas domini earum propriis pecoribus paſcunt, nulla ſoluatur decima; ſecus ſi herbas locent, iuſta ſit ac ſeruanda; Quandoquidem ex aliis fructibus clericis ſufficiens alimonia ſupereſt. Similiter † etiam conſuetudo immemorialis Ciuitatenſ. exiſtens nullam ſoluendi decimam indiſtincte earundem herbarum, ſuſtinenda erit eadem ratione, nec vllus vnquam de ipſius valore dubitauit. Idem erit dicendum in cæteris ciuitatibus & locis, vbi eadem vel ſimilis conſuetudo verſetur, dummodo ſemper obſeruetur, congruam ſuſtentationem remanere debere clericis ex decimis cæterorum fructuum, quicquid contradicat in hoc vltimo Menchac. *vbi ſuprà, dict. n.* 8. *verſ. iſthac autem iura*, loquens in terminis dictarum legum Regiarum.

Sed; *An † decimæ, ad hoc, vt eas non ſoluentes pec-* 42
*cent, debeant peti à Sacerdotibus, vel etiam ſolui & in horrea clericorum deferri, etiamſi ab eiſdem non petantur*: ſatis controuerſum eſt: gloſſa enim *in cap. reuertimini, verbo in horrea*, 16. *quæſt.* 1. quam dixit notabilem Iaſ. *in l.* 2. *quæſt* 37. *num.* 92. *C. de iure emphyt.* & ſequuntur Dd. *in cap. cum homines, de decimis*, exiſtimauit, ruſticos teneri decimas deferre in horrea clericorum. Similis gloſſ. *in d. c. decimæ, el.* 1. *verb. in horreum*, 16. *quæſt.* 7. & *ibi* DD. Gregor. Lopez *in l.* 2. *titul.* 20. *partita* 1. in gloſſ. de las tierras, Dd. *in cap. ex parte, de decim. el* 2. præcipuè Vincent. *ibi column.* 2. Ant.



Ant. de Butr. *num.* 2. Abb. 5. & teſtatus, hanc eſſe communem cum gloſſ. *d. cap. reuertimini*, ex quo & alios plures allegans hanc ſententiam communem eſſe profitetur eam ſequutus Didac. Perez *vbi ſupra, col.* 100. *in verſic. decima præterea*, ibi: *tempore*, & D. Ant. de Padilla *in l. poſt mortem, n.* 8 *&* 9. *C. de fideicommiſſ.* D. Azeued. *in l.* 4. *tit.* 5. *n.* 2. *lib.* 1. *Noua Collect. Reg.* Quod procedit, etiamſi decimæ à clericis non fuerint petitæ, vt traditum eſt à ſupradict. ſecundum Cou. *vbi ſupr. n.* 8. *verſ. octauo ex his.* Sunt tamen nonnulli alij, qui contrarium potius cenſent, decimas nempe non deberi, niſi petantur à Sacerdotibus, è quibus ſunt Archid. *in c.* 1. *num.* 2. *de decimis, in* 6. Rota *in antiquis* 15. Guid. Pap. *deciſ.* 183. *num.* 2. Balb. *de præſcript.* 1. *part.* 5. *partis princip. quæſt.* 7. *n.* 12. Adrian. *quodlibet* 5. *art.* 1. §. 2. *videndum eſt*, quos refert & ſequitur Didac. Perez *vbi ſuprà, col.* 102. *verſ. eſſe tamen.*

44 Quinimo † ſecundum Paulum Pariſ. *conſ.* 15. *n.* 26. *lib.* 1. ſi decimæ tempore collectionis fructuum à Sacerdotibus non peterentur, poſtea peti non poſſent: idque deducit ex Archid. & ſequacibus *vbi ſupra*, quod tamen verum minime eſt, nec id ſenſerunt Archidiac. & cæteri, quinimo contrarium deducitur ex text. *in c. cum ſint homines*, iuncta gloſ. *ibi verb. fructibus collectis, de decim. in verſ. ſed qui*, vbi text. probat, quod homines ſunt cogendi, vt ſtatim fructibus collectis decimam perſoluant, atque de fructibus & retentis dignam ſatiſfactionem exhibere procurent, & inquit gloſſ. ibi: *fructibus collectis*, id eſt, quanto citius & competentius ſolui poſſunt, quia tardius dare peccatum eſt, vt *in cap. decimæ*, 16. *q.* 1. & qui non facit ſtatim, in mora eſſe intelligitur, vt periculum decimæ ad eum ſpectet. Et inſuper addit; *Quod ſi ſacerdos, cum ſibi offeruntur decimæ, eas recipere noluerit, ſi tamen poſtea voluerit recipere, tunc ruſticus eas non ſoluens incipit eſſe in mora, quia vltima mora nocet*: Ergo à fortiori, etiamſi decimæ tempore collectionis fructuum non petãtur à clericis, poſtea peti poterunt: Quinimo text. ille recte inſpectus, iuncta ſua gloſſ. videtur probare ſuprad. commun. ſententiam, quæ habet; *Decimas etiamſi non petantur, ſolui debere, atque ad horrea clericorum deferendas eſſe*: & ita merito opinionem illam Pauli Pariſij falſam eſſet exiſtimat Dn. Couart. *verſicul. octauo.*

45 Sed in articulo † principali; *An decimæ etiam non petitæ, deferri debeant ad horrea clericorum, necne?* reſoluo. Primo ſeruandam eſſe conſuetudinem ſi ea alicubi vigeat, quod laici teneantur decimas deferre ad horrea clericorum, eaſque clericis non petentibus tradere: quod probat nuncupatim Couar. *vbi ſupr.* & probat *d. l.* 4. *tit.* 5. *lib.* 1. *Noua Collect. Reg.* dum decidit, decimas ſoluendas eſſe loco & tempore conſuetis, Secundo idem eſſe dicendum exiſtimo, ſi conſuetudo alibi adſit contraria, nempe, vt clerici mittant pro decimis ad agros fundoſque tempore collectionis fructuũ, alioſue commodiori ita vt laici decimare debentes non teneantur eas in horrea & domos clericorum deferre, vt hic Ciuitatenſ. obſeruatur: tunc enim ſufficit, quod ipſi decimare debentes parati ſint eas ibi, vel quoties ſibi petitæ fuerint, ſoluere, atque cum effectu id faciant; In his etenim caſibus plurimum valet conſuetudo, atque ea ſpectanda erit, vt patet ex ſupradictis, præcipuè ex d. l. Regia: & in terminis, quod valeat conſuetudo, quod clerici mittant ad laicos pro decimis conſequendis, licet aliud ſit de iure, præſupponit Abb. *in cap.* 2. *column.* 3. *de iudic.* quem refert & ſequitur Rochus de Curt. *in c. fin. de conſuetud. cap.* 11. *num.* 22. *in fin.* & quod valeat conſuetudo non portandi decimas in horrea, tenet alios allegans Rebuff. *de decimis, d. q.* 13. *n.* 49. 64 Quod ſi in hac ſecunda † ſpecie clerici pro decimis non mittant nec eas petant, adhuc decimare debentes tenentur eos certiorare, vt probat Rebuff. *d. q.* 13. *n.* 50. & infra dicetur, atque decimas offerre, etiamſi eas domi condiderint, ſolutis tamen expenſis portationis & in domum recollectionis.

Tertiò † obſeruandum erit; Quod ſi horrea ſint pu- 47
blice deputata, ad quæ decimæ omnium Sacerdotum deferantur, laici tenebuntur, etiam clericis non petentibus, decimas in ea horrea adducere, ſatis enim fit tunc decimarum petitio, ſecundum Cou. *vbi ſuprà*, ibi, *Secundum ſi horrea*: hoc tamen ipſe verum intelligo, ſtante conſuetudine, vt illuc decimæ à laicis deferantur, vtpura quia in id prædicta horrea publica inſtituta ſunt, tuncque conſuetudini etiam erit ſtandum circa expenſas portationis in ea loca, ad quæ ſolutio ipſarum ſpectat: Quarto, laicos teneri tradere decimas clericis, etiam ſcientibus † quantum iure decimarum ſibi 48
pertineat, modo leui ſumptu & labore poſſint iſtæ decimæ ad horrea clericorum, eorumque domos adduci; ſecus alias: ita Couarr. *vbi ſuprà, d. n.* 8. *verſic. octauo*, ibi, *tertium, opinor, &c.* ita intelligens contrarias opiniones *ſuprà* relatas: Hoc tamen verum eſſe exiſtimo, præſertim ſtante conſuetudine huic dicto conformi, vel ſaltem nulla in contrarium exſiſtenti: Nam ſi penitus contraria adeſſet, ipſa proculdubio ſeruanda foret: *argu. omnium ſuradictorum.*

Illud denique & quinto in † propoſito erit ſummo- 49
pere aduertendum, etiam ceſſantibus conſuetudinibus, decimare debentes non poſſe frumentum, alioſue fructus in propria horrea condere, niſi prius clerici certiores fiant, vt vel ipſi vel eorum procuratores aſſiſtant, & præſentes ſint fructuum collectioni atque aceruí diuiſioni, vt decimas percipiant, ne vlla fraus à laicis fieri poſſit in ſolutione decimarum: vt in ſpecie tenet Speculator *in titulo de decimis, ad finem*, quem ſequuntur Abbas & communiter Doctores *in capit ex parte, el* 2. *de decimis*, ſecundum Couarruuiam *vbi ſupr. dict. num.* 8. *verſicul. octauo*, ibi, *Quartum*, vbi alios citat & præſertim *l.* 2. *titulo* 1. *lib.* 5. *Ordinamenti veteris, & in pragmatica* 17. hodie eſt *l.* 2. *titul.* 5. *lib.* 1. *Nouæ Collectionis Regiæ*, & idem iure & praxi probauit Guido Papæ *deciſione* 283. *num.* 1. & Rebuffus *vbi ſuprà, dict. num.* 50. *& in dicta leg. Regia* ita dicitur: *Y por eſcuſar los engannos que podria auer en el dezmar, defendemos firmemente que de aqui adelante ninguno ſea oſado de medir ni coger ſu monton de pan que tenuiere en limpio en la era, ſin que primero ſea tannida la campana tres vezes, para que vengan los terceros, o aquel que deue recaudar los diezmos, y que eſtos terceros, o los que lo deuan de recaudar, defendemos que no ſean amenazados, ni corridos de ninguno, ni heridos por demandar ſu derecho: y mandamos, que los dichos dezmeros no lo midam ni coian de noche, ni a hurto, mas publicamente, a viſta de todos: y qualquier que contra eſtas dichas coſas fuere, peche el diezmo doblado: la mitad para el Rey, y la otra mitad para el Obiſpo, ſaluas las ſentencias de excomunion que dieren los perlados contra todes aquellos que no dieren diezmo derechamente, o fuer en alguna coſa contra eſta ley. Y queremos que las tales ſentencias de excomunion ſean bien guardadas por nos y por ellas de manera que el poder temporal y eſpiritual, que vienne todo de Dios, ſe guarden y acudan en vno, y las ſentencias que los perlados puſieren ſobre eſtas coſas, ſean bien temidas, haſta que la emienda ſea hecha. Y por que algunos lugares donde ſe haz en las labrancas, ſon tan lexos de las ciudades, villas y lugares, y de ſu termino, que no ſe podria oyr la dicha campana, mandamos y defendemos, que ninguno ni alguno ſean oſados de coger, ni de medir, ni lleuar de las eras ſus montones de pan que tuuieren en limpio, ni alguna parte dellos, haſta que primeramente en los dichos, lugares donde huuiere la dicha campana, que no ſe puede oyr,*

oyr, requiera el labrador o la perſona que huuiere de dezmar, al arrendader de la colacion, o limitacion, o donadios, con el pan que huuiere de dezmar, o al Vicario del lugar: y ſi el dicho diezmo perteneſce a algunas de las dichas colaciones, o limitaciones, o donadios de la ciudad, que lo digan al Vicario del Arcobiſtado, o Obiſpado: y que eſte requerimiento le hagan a coſta del que ha de auer el diezmo, o arrendador: y no lo coian de noche, ni a hurto, ſino publicamente, y a viſta del dezmero: y ſi el dicho dezmero, o arrendador fuere requerido por el dicho labrador, o Vicario, y no fuere a ver medir el dicho pan, que el dicho labrador mida ſu pan delante de tales perſonas que ſean de creer, y por ſu iuramento hagan verdad al dicho arrendador del pan que ſe mediere de aquel monton de que el dicho arrendador o dezmero fuere requerido, que fueſſe a ver medir el dicho pan: y en los lugares donde ſe oyere la campana, ſeguarde lo ſobre dicho de iuſo en eſta ley.

50 Conſuetudine tamen poteſt † induci contrarium, nempe, vt laici liberè colligant frumentum, cæteroſque fructus, & eos in propria horrea ſine teſtibus condant, & poſtea decimas miniſtris ſpiritualium reddant, vt in ſpecie latè probat Aym. Crauett. conſ. 21. quem refert & ſequitur Couar. vbi ſupr. adducens, l. 3. d. lib. 5. ordin. quæ hodie eſt l. 4. tit. 5. lib. 1. Noua Collect. Reg. quæ ita ſe habet: Mandamos que aquellos que han de recebir los diezmos del vino y del pan, que los reciban en el tiempo y en los lugares donde fue ſiempre a coſtumbrado, y ſi es coſtumbre que vayen por el diezmo de vino a las viñas, la dicha coſtumbre ſea guardada: ex qua lege omnia per nos ſuprà reſoluta in verſ. ſed in articulo principali, comprobantur, quatenus in ſumma voluimus, ſemper ſtandum eſſe in ſpecie conſuetudinis.

51 Vltimò in † prædicto articulo conſuetudinis non ſoluendi decimas prædiales ſilentio prætereunda non erit doctrina S. Thom. 2. 2. quæſt. 87. art. 1. ad 5. & quodlibet. 6. art. 10. dicentis, quod laudabiliter miniſtri Eccleſiæ decimas Eccleſiæ non requirunt, vbi ſine ſcandalo requiri non poſſent, propter deſuetudinem, vel propter aliquam aliam cauſam: nec tamen ſunt in ſtatu damnationis, qui non ſoluunt in locis illis in quibus Eccleſia non petit: niſi fortè propter obſtinationem animi habentes voluntatem non ſoluendi, etiamſi ab eis peterentur: & addit idem Thom. quodlib. 2. art. 8. malefacere Eccleſiarum Rectores, ſi decimas exigant à laicis in ea prouincia, vbi non conſuetudine obtentum eſt, decimas miniſtris Eccleſiarum non ſolui, cum ea petitio maximam præberet ſcandalis & tumultibus occaſionem fatetur igitur D. Thom. ſacerdotes nec poſſe nec debere decimas exigere, vbi vel præſcriptione, vel conſuetudine earum ſolutio & exactio ceſſauerit, & ſic intelligendus eſt S. Thom. præmiſſa conſuetudine, quæ iure potuit obligationi decimarum derogare, tunc enim laici minimè tenentur decimas ſoluere ſacerdotibus etiam petentibus: & quod Thom. ſentit, hanc conſuetudinem nequaquam eximere laicos à decimarum ſolutione, vbi Eccleſia eas petat, accipiendum eſt de petitione, quæ fiat à Romano Pontifice, vel à Concilio, ſublata hac ipſa conſuetudine aliqua iuſta ratione per ſententiam, decretum aut conſtitutionem Eccleſiæ, ſicuti intellexerunt eadem verba Florent. in 2. part. ſua ſumma c. 2. §. 6. & Sylueſter in ſumma, verbo, decima, quæſt. 4. & Honcal. de decim propoſ. 5. Greg. Lop. in l. 1. gloſſ. magna, in verſ. ſecundam, ibi: Subdit tamen, el 1. y el 2. alios allegans, & optimè D. Couar. d. cap. 17. n. 12. & Rochus de Curt. in cap. cum tanto, de conſuetud. cap. 11. num. 22. ſic declarans & limitans magis communem ſententiam à nobis ſuprà relatam, quæ habet; Non valere conſuetudinem eximentem laicos omnino à ſolutione decimarum prædialium: & Didacus Perez vbi ſuprà col. 202. verſic. ſed tamen iſtam ſententiam, &c. & inquit Conar. ibi: hanc conſuetudinis derogationem omittendam eſſe ab Eccleſia, ob ſcandalum euitandum. Hocque præſertim procederet, ſi clerici non indigerent, & laici non haberent redditus vltra neceſſaria, ſecundum Rochum vbi ſuprà. Quinimo, ſi clerici alias non haberent ſufficientem & neceſſariam ſuſtentationem abſque prædictis decimis prædialibus, idque pateret atque euidens eſſet, vt ex omnibus in hoc capite reſolutis, & præcipuè in hac ſecunda deductione patet, & populus abundaret, non procederent profectò dicta in hoc verſiculo vltimo, &c. cum prædicta conſuetudo hac in ſpecie iure non potuerit obligationi decimarum derogare, etiamſi non petantur; nempe, quoad eam partem, quæ neceſſaria eſt ad congruam ſuſtentationem miniſtrorum ſpiritualium, quæ cum iuris naturalis & diuini ſit, vt reſoluimus, conſuetudine tolli non poteſt: & in terminis ita tenet Florentin. & Sylueſt. vbi ſuprà, eoſque referens Gregorius Lopez in d. gloſſ. magna, verſic. ſubdit tamen, ibi: Tertio, &c. & cum obligatio iſta ſoluendi decimas conſuetudine aut præſcriptione tolli non potuit, vt in ſpecie præmiſſa, ob particulare ſcandalum decimarum exactio omittenda non eſt, tametſi ob generale periculum, vt ſchiſmati obuietur, laudabiliter omitti poterit, ſecundum Alex. Halenſ. 3. p. quæſt. 51. membr. 6. art. 1. quem refert & ſequitur Conar. d. n. 12. in verſic. ſin autem.

Quod ſi conſuetudo legitimè præſcripta ſufficiens eſt ad eximendos laicos à ſolutione decimarum, iuxta ſuprà latè diſcuſſa, à fortiori idem dicendum erit in clericis, eccleſiaſticiſque perſonis; Hi enim † etiamſi 52 ſint Eccleſiarum Rectores, iure canonico decimas tenentur ſoluere, iuxta text. in cap. nouum genus, de decim. vbi id notat gloſſ. 1. & Abbas poſt Innoc. & communiter DD. D. Thomas 2. 2. quæſt. 87. art. 4. Et hæc eſt communis omnium reſolutio in d. cap. nouum genus, ſecundum D. Couar. alios allegantem d. lib. 1. var. reſolut. cap. 17. num. 8. verſic. primum, nempe, vt clerici etiam Eccleſiarum Rectores teneantur ad ſolutionem decimarum ex prædiis patrimonialibus, quæ ſint in propria vel aliena parochia conſtituta: quod etiam bene probat Dominic. à Soto lib. 9. de iuſtit. & iure, quæſt. 4. art. 4. idem probat indiſtinctè in decimis l. 2. tit. 20. part. 1. & l. 2. in verſic. otro ſi mandamos, tit. 5. lib. 1. Noua Collect. Reg. Sed ab † hac ſolutione 53 decimarum poſſunt clerici eximi conſuetudine vel præſcriptione, iuxta gloſſ. in cap. in quibuſdam, de decimis, verb. conſuetudine, ibi, quia clerici: & in c. quia cognouimus, 10. q. 3. in verbo, præſumpta, ibi: Nam libertas, Felin. in cauſam quæ, de præſcript. colum. 1. Balb. de præſcript. 1. part. 5. partis princ. quæſt. 7. n. 3. & Couar. vbi ſuprà, n. 8. & 10. qui d. num 8. aduertit, poſſe clericos, etiamſi non ſint Eccleſiarum Rectores, conſuetudine vel præſcriptione eximi à decimarum ſolutione perſonalium & prædalium, quæ ſint in alterius parochia: id quod etiam tenent ſupradicti, & Didacus Perez vbi ſupra, colum. 203. in verſiculo; non ſoluendi, ibi: Secus tamen eſt in clericis, & ita eſt tenendum, tametſi Andreas Hiſpan. in tract. de decimis, verſiculo decima eſt, num. 16. & 17. volum. 15. tract. diuerſ. doct. folio 309. in antiquis, contrarium probet, & præſcriptione loquens, de qua infra agemus, Petrus Rebuff. d. q. 13. de decim num. 60.

Eadem † ratione idem erit dicendum in prædiis Eccleſiæ intra limites alterius parochiæ: Licet enim decima debeatur ex illis prædiis Eccleſiæ parochiali intra cuius limites ſunt ſita, ſiue prædia illa dotalia, vel non, fuerint, vt tenent Panormitanus num. 6. & alij in d. cap. nouum genus, de decimis, Abbas in cap. nuper, col. 2. notabil. 1. per text. ibi, de decimis, Cardinal. conſil. 88. Petrus Rebuff. de decimis, quæſt. 5. num. 20. text. in cap. pen. vbi Abbas num. 4. dicit communem, de decim. tenet gloſſ. in cap. 1. verb. nullo ſeruitio, de cenſibus, vbi loquitur in manſo dato Eccleſiæ in ipſius fundatione, ſi primo erat tributarius, vel ſoluebantur decimæ de illo Eccleſiæ parochiali, quam dicit communem Baldus Nouel. de dote, 1. parte, in principio num. 8. eſt magis communis opinio ſecundum Couar. d. num. 8. verſic. ſecundo licet: dicit communem Didacus Perez vbi ſuprà, col. 198. verſic. dubitatur, & 203. verſic. item etiam, & nouiſſimè D. Azeued. in l. 2. tit. 5. lib. 1. Noua Collect. Reg. num. 12. cum ſeqq. & eſt magis communiter receptum ſecundum Aragon. vbi ſuprà, pag. 951. in 1. corollario, tametſi contrarium teneat gloſſ. in dict. cap. nouum genus, verb. à clericis, & D. Thom. d. art. 4. in reſponſ. ad primum, & ibi Caietan. & Aragon bene declarando, & Domin. à Soto d. lib 9. de iuſtitia & iure, quæſt. 4. art. 4. in princ. in 1. concluſ. loquens de Eccleſiæ fundis, quorum fructibus clerici clericali iure viuunt: & poſtea colum. ſequent. inquit, hanc primam & ſecundam concluſiones, quas ibi ponit, eſſe iure receptiſſimas: & Balbus d. quæſt. 7. Regia leg. 2. tit. 1. partita 1. ibi: Eueras ende de aquellas heredades que han de las Igleſias do ſiruen, & l. 2. tit. 5. lib. 1. Noua Collect. Reg. in verſic. y otro ſi. ibi: Y de todos los otros bienes que han, que no ſean de ſus Igleſias. Attamen conſuetudine

55 † legitime præſcripta obtineri poterit libertas ab harum decimarum ſolutione, vt in clericis eſt prædictum, & in terminis probat Felin. in d. cap. cauſam quæ, n. 1. Couar. & latius Didacus Perez vbi ſupra, & inquit Couar. quem refert & ſequitur Aragon vbi ſupr. quod ita in pleriſque Regionibus obtentum eſt, nec immerito, cum & iuxta iuris ſanctiones decimas iſtas minimè deberi teneant gloſſ. & cæteri ſuprà allegati, & præterea id probent leges Regiæ.

56 Qua † ratione forſan ſuſtineri poterit, quod Didac. Perez colum. 204. ex ſententia Archid. Adriani, & aliorum, de qua meminimus ſupra in verſic. vltimo, in prædict. articulo, quibus nunc addit Guido Papæ dec. 283. n. 2. & Abb. in cap. in quibuſdam, column. fin. de decim. tenet, dicens, quod vbi eſt conſuetudo non ſoluendi decimas ex prædiis datis in dotem Eccleſiæ ſeu capellæ, etſi non præſcriptio completa per tempus requiſitum ad exceptionem earum, hoc eſt ad excuſationem, vt eum intelligo ſentire, erit nihilominus in conſcientia tutus non ſoluens decimas temporis præteriti non petitas, donec fuerit condemnatus, nec dubitat ea in ſpecie poſſeſſores capellaniarum & oratoriorum eſſe immunes, eo, quod antea dictæ decimæ nunquam fuerint ſolutæ Eccleſiæ ex prædiis deſtinatis capellis & oratoriis: Nihilominus dubia videtur hæc opinio, niſi eam intelligamus, quoties prædicti poſſeſſores ſint parati eas decimas ſoluere, ſi ab eis petantur, nulla admiſſa fraude: Leges enim Regiæ ſuprà allega-

57 tæ, etſi † expreſsè videantur probare de huiuſmodi terris Eccleſiæ non eſſe ſoluendas decimas, id tamen procedit, quando ſunt in propria parochia Eccleſiæ, quæ eas clericis dedit, vt declarat d. l. Partita: ſecus quando ſint in aliena parochia, quia tunc tenebuntur ad prædiales decimas ex talibus hæreditatibus Eccleſiarum, iuxta ſupradictam magis receptam ſententiam, ſecundum Gregorium Lopez in dict. l. 2. in gloſſ. heredades, in fin. & videtur ſequi Azeued. vbi ſuprà, num. 13.

58 Conſuetudo † prætérea, quod decimæ vni Eccleſiæ debitæ iure communi, alteri Eccleſiæ ſoluantur, valida erit, vt in cap. ad Apoſtolica, & in cap. cum contingat, & in c. quoniam, de decim. & alibi ſæpiſſimè, vbi probatur, conſuetudinem in decimis ſoluendis conſiderandam eſſe: quod tenent Doctor. præcipuè Cardin. conſil. 88. Rebuff. de decimis, quæſt. 13. num. 47. & 60. & Couar. vbi ſupra, d. num. 8. verſic tertio deducitur, & in verſicul quarto, fortiori ratione inquit procedere, quod gloſſ. & Doctores per text. ibi tradiderunt in d. cap. cum contingat, dicentes, conſuetudinem, veluti iuſtiſſimum interpretem, obſeruandam eſſe, quoties de iure dubium eſt, cui Eccleſiæ decimæ ex certis rebus ſint ſoluendæ: & in hac ſpecie latè probat ex communi traditione, ſufficere decem annorum conſuetudinem, cum ea non ſit contra ius canonicum, ſed potius eiuſdem iuris æqua interpretatio, quæ præter ius aliquid inducere cenſetur, ſecundum Abbatem in d. cap. cum ſint homines. Iure enim canonico conſuetudo præter ius legitimè decennio inducitur, iuxta gloſſam & commun. quam ibi refert, in cap. vltimo, verbo, conſuetudo, de conſuetudine, lib. 6. refert & ſequitur Aragon vbi ſuprà, corollario 3. Et hæc de conſuetudine non ſoluendi decimas in totum, vel pro parte.

Nunc verò † videamus de præſcriptione, an ea ſufficiens ſit, vt eximere quem poſſit ab obligatione ſol- 59 uendi decimas? De clericis, quod legitima præſcriptione poſſint ſe à ſolutione decimarum liberare, ſuprà reſoluimus, eſtque communis ſententia, vt cum aliis reſoluit Menchaca lib. 2. controuerſiarum illuſtrium, cap. 89. num. 10. Quod procedit etiam quoad totam decimarum portionem, ſecundum Dominicum in capit. 2. §. penultim. de decim. lib. 6. & alios quos refert & ſequitur Couarr. d. lib. 1. variar. reſolution. cap. 17. num. 10. in princip. Quod verum intelligo tam quoad præſcriptionem, quam quoad conſuetudinem, de qua ſurpà egimus, quoad eam partem, qua decimæ iuris poſitiui ſunt, & ſic vltra neceſſitatem & congruam ſuſtentationem miniſtrorum Eccleſiaſticorum: ſecus verò quoad ipſam præciſam ſuſtentationem, iuxta latè ſupradicta atque deducta, & in terminis admonet Couar. d. cap. 17. num. 6. verſic. quarto, ibi, illud tamen, &c. quidquid contrarium iniuſte velit Menchaca vbi ſuprà, & hoc quoad præſcriptionem libertatis ſoluendi decimas: tametſi Petrus Rebuffus de decim. quæſtione 13. num. 55. & 60. teneat, clericos non poſſe præſcribere libertatem ſoluendi decimas, quotæ tamen, quas allegat, loquuntur in laicis, de quibus poſtea agemus.

Sed quid † iuris erit, ſi eas ab aliis ſoluendas præ- 60 ſcribere prætendant clerici? Et in hac ſpecie quamuis Florentin. in 2. part ſua ſumma, tit. 4. cap. 3. §. 3. verſicul. & nota, quod Epiſcopus, teneat, quod clerici vel religioſi, qui non habent parochiam, decimas præſcribere non poſſint, per cap. placuit, el 2. cum ſeqq. 16. quæſt. 1. & per ea, quæ notant Doctores in cap. de quarta, de præſcript. gloſſ. & DD. in cap. penultim. de decim. & Abb. in cap. ſuggeſtum, in 1. notabili, eod. tit. Nihilominus tamen eas longiſſimo tempore præſcribere poterunt, ſecundum Rebuff. de decim. quæſt. 13. num. 63. poſt Ioan. de Turrecremata, quem refert in cap. fin. 16. quæſt. 1. in 1. quæſt. quia iura allegata per Florent. contrarium non probant, ſed tantum prohibent monachis iura parochialia vſurpare: ſi tamen illa tempore habili ad præſcribendum poſſederint, præſcribere eas poſſunt. Præterea contra Florentinum facit text. in cap. ſtatuto, §. penultimo, de decim. in 6. vbi quod religioſi exempti & non exempti ſoluere debent decimas integrè de poſſeſſionibus acquiſitis & acquirenrendis illis Eccleſiis, quibus eædem poſſeſſiones & terræ prius fuerant decimales, niſi ſuper hoc ſpeciali iure vel priuilegio ſint muniti.

Laici verò, veluti incapaces huius † quaſi poſſeſſio- 61 nis, præſcribere minimè poſſint hanc immunitatem: iuxta

iuxta gloſſ. *in d.cap.in quibuſdam, verbo, conſuetudine*,
ibi,*hoc dico in laicis*. Eandem partem ſequitur Rebuff.
*vbi ſupr.n.55.& 56.*alios allegans,vbi quod nullus po-
teſt præſcribere libertatem nullas ſoluendi decimas,
etiamſi viueret per mille annos, vt Dominic. ſcripſit
*in d.cap.2.n.13 de decim. in 6.* & inquit Barbatius *con-
ſil.53 ſapienter.columnn.6.volum.2.*laicum teneri ad ſol-
uendas decimas, etiamſi per centum annos non ſolue-
rit, quia ſi tardius dare peccatum eſt, quanto peius
peccatum eſt non dediſſe? *cap. decimæ, in princip. 16.
quæſt. 1.* imò tanto grauius, quanto diutius infelicem
detinent animam ligatam, vt *in cap final. de conſuetud.*
dicit communem Menchaca *vbi ſupr. d.n.10.*

62 Hæc tamen † communis ſententia limitatur primo
contra laicum, cui fuiſſent decimæ priuilegio con-
ceſſæ ante Concilium Lateranenſe, quia contra illum
liberatio præſcribi poteſt: tum,quia ceſſant rationes,
quibus inſtitutæ fuerunt: tum, quia illæ decimæ ad
vſum proprium laici ſuſcipiuntur: ita conſuluit Caro-
lus Rein. *conſil.142.clarum eſt, volum.2.* quem refert
& ſequitur Petrus Rebuff. *vbi ſuprà,num.55.in verſic.
niſi contra laicum*, & nos quoque cum aliis idem pro-
bauimus, *lib.1.pract.quæſt quæſt.13.num.3.& quæſt.14.
num.7.* vbi retulimus Menchacam dicentem hanc eſſe
communem opinionem.

63 Secundò † eadem ſententia limitatur, vt quotam
decimæ præſcribere poſſit laicus nempe,vt ſoluat duo-
decimam, vigeſimam, vel aliam partem, vt *in cap.
commiſſum, & in cap. dilecti, & in cap. cum ſint, & in
cap. in quibuſdam, de decim.* ad hoc enim laicus non
eſt incapax: ita affirmat Paulus Pariſ. *conſil. 25. vidi,
num.21. volum. 4.* quem etiam refert & ſequitur Petr.
Rebuff. *vbi ſupra,d. quæſt.13. num.71.* dicens,ſic fuiſſe
iudicatum in illo Senatu: quod ſublimitat ipſe *ibid.
num.59.* quando curatus indigeret & non poſſet com-
modè viuere ex illa parte, quia tunc poterit petere
decimas integras, non obſtante aliqua præſcriptione,
ſecund. Ang.de Clauaſ. *in ſumm verb.decima,§.2.* quia
nulla conſuetudo poteſt contra ius naturale & morale
diſponere, videlicet,vt qui miniſtrat ſpiritualia, non
metat temporalia, iuxta D. Pauli ſententiam: Imò
hoc caſu poſſet curatus exigere perſonales, videlicet,
quando aliæ prædiales non eſſent, vel tam raræ, qui-
bus ipſe viuere non poſſet,vt Hoſtienſ.docet *in d.cap.
in quibuſdam, in fin.* quod ex ſuperioribus in propoſito
adductis ſatis comprobari poteſt.

64 Quinimo † D. Couar. *d.lib.1.variarum reſolut.c.17.
num. 10.* à prædict. communi ſententia diſcedit, exi-
ſtimans, laicum poſſe etiam titulo præſcriptionis ſe
eximere à ſolutione decimarum in totum. Primò,quia
etſi laici incapaces ſint iuris percipiendi decimas ab
aliis ex alienis fundis, quæ Eccleſiis debentur, vt *in
d. cap. cauſam quæ*, non tamen videt alicubi probari,
eos eſſe incapaces ad quaſi poſſidendam exemptio-
nem iſtam ſolutione decimarum, cum nec ius iſtud ſit
ſpirituale, nec quaſi ſpirituale, vt *ibi* probat. Secun-
dò id probat ex his, quæ *ſuprà* diximus, quibus pro-
bauimus, laicum eximi poſſe per conſuetudinem ab
obligatione ſoluendi decimas: Si enim laicus eſſet
incapax iuris exemptionis à ſolutione decimarum,nec
etiam conſuetudine immemoriali,nedum præſcriptio-
ne, ab illa obligatione eximi poſſet: Nulla namque
conſuetudo, etiam temporis immemorialis, capaces
reddit alicuius iuris eos, qui verè incapaces exiſtunt,
Abb. *in cap. vlt. de conſuetud. in 5. requiſito conſuet.* &
alij, quos ipſe *ibi* refert: ſed in conſuetudine contra-
rium *ſupra* probauimus cum communi, imo quod ipſa
poſſit eximere laicos iure ſoluendi decimas: Ergo &
in præſcriptione idem dicendum videtur: Quod tan-
quam indubium probat Menchac. *vbi ſuprà, d. n.10.*

Et profectò in puncto iuris iſthæc opinio verior vide-
tur,eo adhibito temperamento, quod ſæpè prædixi-
mus, nempe, dummodo ex hoc miniſtris ſpiritualia
miniſtrantibus congrua & ſufficiens ſuſtentatio non
ſufferatur, id enim nec conſuetudo, nec vlla præſcri-
ptio tollere poteſt, cum ſit iuris naturalis ac diuini
nouæ legis & præterea his concurrentibus,quæ ad le-
gitimam præſcriptionem decimarum requiruntur, de
quibus ſtatim agemus, quibus ſtantibus, probabilius
videtur laicos poſſe præſcribere libertatem ſoluendi
decimas.

Eſt tamen † maxima differentia in propoſito inter 65
conſuetudinem & præſcriptionem circa tempus, quo
induci debet; Conſuetudo enim non ſoluendi deci-
mas legitima ac ſufficiens cenſebitur per curſum at-
que vſum 40.annorum,vt *in c.vlt.de conſuet.*ita in ſpe-
cie,de qua agimus,cenſuit Paul.Pariſ.*d conſ.25. num 6.
& 27.lib.4.* vbi inquit, quod quando præſcriptio ha-
bet annexam conſuetudinem,ſufficiunt 40.anni,etiam-
ſi contra Papam & Romanam Eccleſiam præſcribere-
tur,ſequitur D.Couar.*d.c.17.n.8.verſ.decimo*,& Didac.
Perez *in d.l.1.tit.5 lib.1. ordinam.veter. col.105. verſ.eſt
tamen circa prædicta*: quod verum puto, tametſi So-
cin. *conſil.297. lib.2.* & Fulgoſ. *conſ. 166.* & expreſſius
Balb.*de præſcript.5.p princ.q 6.* ſenſerint,hanc conſue-
tudinem induci non poſſe minori tempore quam im-
memoriali: quod expreſſè probat Rebuff. *d. q.13. de
decim. n.51. in fin.* & tandem Didac.Perez ſibi contra-
rius *vbi ſuprà, colum.203. in verſ.non ſoluendi*,quorum
opinio in conſuetudine vera eſſe non poteſt, ſed tan-
tum in præſcriptione,vt *in c.1.de præſcript.lib.6.*ſecun-
dum Couar. *vbi ſupr.* & Perez *col.205. verſ ex quibus.*
Nec ad conſuetudinem, etiamſi ei aduerſetur iuris
communis præſumptio,titulus eſt neceſſarius, nec bo-
na fides,cum text.*in d.cap 1.de præſcript.lib.6.*id requi-
rens † procedit in præſcriptione, vt ipſemet expreſsè 66
loquitur, non in conſuetudine, ſecundum Archidiac.
Domin.& Præpoſ.*ibi,n.12* gloſſ. Abb. & Rochum de
Curt.*in c.vlt.de conſuet ſect.5.fol.67. in paruis,n.2.& 3.*
& Petrum de Rauenna *ibi ſect.3.n 8.* Felin. *in c.ſi dili-
genti,n.8 de præſcript.* Alex.*conſ 6. lib.1.* Dec. *conſ.134.
ad fin n.5.* Iaſ.*in l de quibus,n.46.ff. de legibus*, Franciſc.
Balb. *vbi ſuprà,in 1.p princ.q.10. n.7.* eſtque receptum
ab his & aliis,ſecundum D.Couar.*vbi ſupr.d. n.8. verſ.
decimo*, ibi, *Nec ad conſuetudinem*, & Didac. Perez *d.
col.205.verſ præterea*, qui id ſequuntur.

At verò in † præſcriptione ſecus eſt in propoſito 67
dicendum, quia requiruntur 40. anni cum titulo, vel
tempus immemoriale: vt *in d.c.1.de præſcript.lib.6.* qui
in hoc expreſſus eſt, ex quo textu hoc tenet Rebuff.
*de decim q.13.n.81. cum ſeqq.* idque probatiſſimum eſt
in iure, ſecundum Couar. *vbi ſupr.* & iterum *n.10.* ibi:
*ea vero præſcriptio*,& latius *in n.7.* vbi loquitur in præ-
ſcriptione clericorum & Eccleſiæ circa decimas con-
tra alteram parochiam: ſequitur etiam Didac. Perez
*vbi ſuprà,in d.verſ.præterea*,ibi: *Ius autem*: & de titu-
lo requiſito ab illo textu deque illius intellectu in pro-
poſito latè agit Mench. *lib.2.contron.illuſtr.cap.77.n.3.
cum ſeqq.*

Maximè igitur oportet ſcire,qualiter † conſuetudo 68
à præſcriptione diſtinctè cognoſcatur,& quamuis Ca-
noniſtæ ſæpius conſuetudinem pro præſcriptione ac-
cipiant,ſecundum Paul.Caſtr.*in l.de quibus,ff. de legib.
col.3.*& DD,*in cap.fin.de conſuet.*plures tamen ſunt dif-
ferentiæ inter eas,vt patet ex gloſſ.*in d.cap.fin. de con-
ſuet.*& Hoſtienſ. *in ſumma,de conſuet. §.fin.verſic.extra
ſummam,col penult.& vlt.gloſſ.in c.ſeruitium,18.quæſt.2.*
Rochus de Curt. *in d.cap.fin.in 5.ſect.num.3.* & ſex dif-
ferentias congerit Bald *in tract.de præſcript.1.p. princ.
q.10. per totam, vol.8. tract.diuerſ. Doct.*

Illa



69 Illa † tamen præcipua & ſubſtantialis inter cæteras
differentia eſt inter conſuetudinem & præſcriptionem,
ex qua vnaquæque clarius dignoſci poterit, nempe,
quod ex præſcriptione acquiritur ius priuato, ſiue il-
lud trahatur ex publico, ſiue ex priuato: per conſue-
tudinem vero non acquiritur ius alicui priuato, ſed in
publico, vndecunque cauſetur, & etiamſi ius traha-
tur ex priuato,acquiritur tamen in publico & commu-
ni, vt in caſu *l. venditor, §. ſi conſtat, ff. commun. præ-
dior.*& ideo ſi acquireretur certis perſonis priuatis,non
eſſet conſuetudo, ſed præſcriptio: Conſuetudo nam-
que eſt lex non ſcripta, *vt in l. de quibus, ff. de legibus*,
ſicque debet eſſe communis, *c. erit autem lex, 4. diſtin.*
Si ergo acquiritur priuato, non poteſt dici lex, quia
non eſt communis: ita Abb. *in c. fin. de conſuet. n. 10.*
poſt Ant.de Butr. & Hoſtienſ. idem Abb. *in c. cum Ec-
cleſia Sutrina, num.45. verſ. ego fateor, de cauſa poſſ. &
propr.* idem *conſ. 18. in cauſa & q. 2. par. conſ.* Alex.
*conſil.6. viſo col. fin. vol.1.* Rochus *in d.c.ſi. de conſuet.
ſection. 5. num. 3.* & Petrus de Rauen. ibid. *ſectione 2.
n.7.* & Balb. *vbi ſuprà, num. 3.& 4.* & Petrus Rebuff.
*in d.13. q. de decim. num.45.*vbi alios auctores in idem
70 citant. Quandoque † tamen vnum & idem poteſt eſſe
præſcriptio reſpectu certorum, & conſuetudo reſpe-
ctu aliorum, vt pulchre declarat Ioan. Andr. tradens
notabile exemplum *in c. 3. de conſuet. lib. 6.* refert &
ſequitur Panormit.*in dict. cap. fin. d num.20. verſ.ſcias
tamen*, & Balb *vbi ſuprà, num.4. circa finem*, vbi in fin.
docet, quod licèt præſcriptio & conſuetudo differant
in multis, vt ex *ſupra* citatis patet, non tamen dicun-
tur contraria, ideo ſimul poſſunt allegari, ſecundum
Bald. *in d.l.1. num.23.Cod. de furt. & ſeru.corrupt.*

71 Sed quamuis laici † conſuetudine vel legitima præ-
ſcriptione poſſint ſibi acquirere libertatem ac immu-
nitatem à ſolutione decimarum à ſe alias debitarum:
nihilominus tamen ius percipiendi decimas ab aliis,
minimè præſcribere poſſunt, ſunt enim huius iuris
omnino incapaces, niſi titulum ſufficientem habeant
atque oſtendant Summi Pontifices ante Concilium
Lateranenſe ſibi ſuiſque prædeceſſoribus conceſſam,
vt latè probauimus *lib.1.practicar quæſt.14.cum ſequen-
tibus*, vbi an ſufficiat allegatio prædict. tituli cum im-
memoriali probata.

72 Illa ſolum † ſe nobis hic offert examinanda quæſtio
difficilis; *An laici iure percipiendi decimas ſpoliati, &
agentes interdicto recuperandæ, ſint ante omnia reſtituen-
di?* Et eſſe reſtituendos ante omnia, probauit expreſſe
gl. *in cap. 1. verbo, poſſideri*, ibi: *Ego credo, 14. q. 1.*
cum prædo ſpoliatus etiam ante omnia ſit reſtituen-
dus, *vt in cap. in literis, de reſtib. ſpol.* & laici quotidie
poſſideant decimas ex tolerantia Prælatorum: ita Bar-
tholomæus Brixienſ. *vbi ſuprà* ſecundum cuius opinio-
nem inquit Guid. Pap. *deciſ.188. num. 3.* ſe vidiſſe plu-
ries iudicari in illa curia Parlamenti in pluribus & di-
uerſis cauſis in materia poſſeſſionis decimarum in ea-
dem curia ventilatis, illamque probare videtur opi-
nionem, ex eo, quod ſæpiſſimè ſpoliatus ea re, quam
iure communi poſſidere non poteſt, eſt ante omnia re-
ſtituendus, *vt in cap. licet Epiſcopus, de præb in 6. &
in l.1. §. deiicitur, ff. de vi & vi armata, & in l. 1. C.
ſi per vim vel alio modo*: Ergo quamuis aduerſus laicum
ſit præſumptio iuris, cum tamen obtinuerit ius iſtud
decimas percipiendi, & fuerit ſpoliatus, reſtituendus
erit ante omnia in illo, ſuaque poſſeſſione. Hæc ta-
men opinio eo corruit fundamento, quod laicus ſit
omnino incapax poſſeſſionis, vel quaſi huius iuris per-
cipiendi decimas, quod petit ſibi reſtitui interdicto
*vnde vi, vt in cap. cauſam quæ, de præſcript. cum ſimil.*
& ideo non tantum habet contra ſe præſumptionem
iuris communis, verum etiam incapacitatem poſ-
ſeſſionis, quam ſibi reſtitui petit.

Rurſus quod huiuſmodi laici non ſint ante omnia
reſtituendi,niſi probauerint, ius verè ad eos pertine-
nere,vel ex priuilegio Romani Pontificis, vel ex con-
ceſſione feudali ante Lateranenſe Concilium, facit,
quoniam iuris communis præſumptio ipſis in hoc iu-
re aduerſatur, *vt in c. ad decimas, de reſtitutione ſpoliat.
in 6.* vbi Eccleſia ſancti Nicolai ſpoliata à poſſeſſione,
quam habet percipiendi decimas intra parochiam alie-
nam, nempe Eccleſiæ B non reſtituitur, niſi euidenter
docuerit, quod earum poſſeſſionem legitimè aſſequuta
fuiſſet: cui text. ne obſit *c.cum Eccleſia Sutrina,de cau-
ſa poſſeſſ.& propriet.* 14. intellectus congerit Mencha.
*lib.2.controuerſ.illuſtr cap.86 per totum*: & præterea lai-
ci ſunt incapaces prædict. poſſeſſionis, quam ſibi reſti-
tui petunt,vt modo dicebamus, atque ita indiſtinctè in
terminis, ſecundum hanc opinionem reſponderunt
Ioann.Andr. ad Specul *in rubric.de reſtitut. ſpoliat.* An-
ton. & Abb. *in c.ſi diligenti, de præſcript. colum.penult.*
Felin. *in c. ad petitionem, num. 17. de accuſat.* Alex. *in l.
naturaliter, §.nihil commune, in ſeptima fallentia, ff. de
acquirenda poſſeſſione*, & ibi Ripa *num. 8.* Hanc etiam
opinionem in effectu tenuit Guid. Papæ *d. deciſ. 188.
num 3.* dum dicit, quod ſi laicus non haberet titulum,
tunc ſpoliatus non reintegraretur, per text. *in dict cap.
ad decimas*,cum ius commune faciat contra eum,*vt ibi*:
& inquit additio:*Non haberet titulum cauſatum ante La-
ter. Concilium*, quia hodie decimæ laicis in feudum
concedi à perſonis Eccleſiaſticis vel ſecularibus non
poſſunt,*vt in prædict c. cauſam quæ*, eandem ſententiam
expreſſe probauit gl. *in dict. c. ad decimas, verb. præſu-
muntur*, contra Bart. Brixienſ. alteram *vbi ſupra* rece-
ptam.

Quæ opinio † maxime comprobatur ex ſententia, 73
quæ habet,Spoliatum non eſſe reſtituendum ante om-
nia, quoties ei obiicitur atque obſtat exceptio, quod
nec poſſidet nec poſſidere poteſt, vt patet ex Alex. *in
d. § nihil commune,n.24.*& ibi Corraſius *in 2.part.n.61.*
& hoc affirmant omnes, vt plures referens teſtatur
Menoch.*in 15.remed. recuperand poſſeſſ. n.433.* qui *nu-
meris ſeqq.* plura exempla refert, quæ in propoſito ſa-
tis conducunt.Quid tenendum?

Mihi in hoc articulo tertia opinio placet eorum,qui
tenent,reſtitutionem † hanc ſpoliato ante omnia con- 74
cedendam fore, vbi pro reo, aduerſus quem agitur
interdicto *vnde vi*, non adeſt iuris præſumptio, tametſi
ea aduerſetur actori: Deciſio ſiquidem *c. ad decimas,de
reſtitutione ſpoliat. in 6.* tunc † obtinet, cum aduerſus 75
agentem eſt iuris præſumptio & ea palam reo ſuffra-
gatur: ſecus vero ſi pro reo illa iuris præſumptio non
adſit, licet ipſa exiſtat contra agentem, iuxta gloſ-
ſam *ibi verb. præſumuntur*, ibi: *Hic ergo, &c.* & Ioan.
Andr. Monach. & Domin. Iaſ. *num.47* Ripa 77. *in d.
§. nihil commune*,vbi alios citant,Petrus Rebuff *de de-
cim quæſt 13.n.83.*eſtque magis communis opinio, vt te-
ſtatur Nauarr. *in repetit.cap accepta, de reſtitutione ſpol.
oppoſitione 10. num 21.* & D. Couarr. *lib. variarum re-
ſol cap.17.num.6.* vbi quod fortaſſis in praxi obtinebit,
eſt etiam commun. ſecundum Menchac. *lib. 1. contro-
uerſ. illuſtr. cap. 86. num. 18. verſ. Quartus decimus, &
cap.89 num.5.* Quo † fit, vt ad petendam reſtitutio-
nem ex interdicto *vnde, vi*, ſatis ſit, præſumptionem
iuris non adeſſe reo ſpolianti, licèt actori contraria
ſit,vt habet hæc tertia opinio,quam ſequi videtur Men-
chac. *vbi ſupra*, & probat dicitque veriorem Mench.
*d. cap.89. n.4. & 5.* vbi quod laicus ſpoliatus ab alio
† laico iure percipiendi decimas, eſt ante omnia reſti-
tuendus: quod ſi laicus hoc iure percipiendi decimas
fuerit ſpoliatus ab Eccleſia vel clericis, intra cuius pa-
rochiæ terminos illæ decimæ percipiuntur, & ſic ab

illis, quibus præſumptio iuris communis fauebat, non eſſet quidem reſtituendus ante omnia, niſi de legitimo titulo euidenter doceret, *vt in dict. c. ad decimas*, iuxta communem ac magis receptum eius intellectum modo relatum.

78 Illud † tandem in propoſito obſeruandum erit præſcriptionem percipiendi decimas intra alienam parochiam ad noualia minimè extendi, niſi rationabilis cauſa oſtendatur, *vt in cap. cum contingat, & cap. ſeq. de decim.* vbi hoc ad litem probatur, *& in cap. vltimo, §. finali de decim. in 6.* vbi loquitur in conceſſione decimarum alicuius loci, vt non intelligantur conceſſæ decimæ noualium agrorum eiuſdem loci, *& in cap. tua,*
79 *de decim. el 1.* & ideo † præſcriptio decimarum inducta in omnibus prædiis, vno excepto, ad illud non extenditur, ſecundum Innoc. *in c. tua, de decim.* Archid. *in cap. quicunque 16. quæſt. 1.* Panorm. *in d. c. cum contingat, circa fin.* Felin. eos referens *in cap. auditis, n. 15. verſ. præſcriptio decimarum, de præſcript.* ſequitur Balb. *in tractatu de præſcript. 1. parte princip. quæſt. 2. num. 17.* & Rebuff. *de decim. quæſtion. 14. num. 9.* Sic etiam ali-
80 quo præſcribente decimas in † vna villa, in qua ſunt agri diuerſi, habentes diuerſos terminos, ſi aliqui agri eiuſdem villæ penitus inculti de nouo redigantur ad cultum, decima inde proueniens debebitur, non præſcribenti, ſed tanquam de noualibus illi, ad quem illius villæ ſpectant decimæ de iure communi, vel antiqua conſuetudine, *vt in dict. c. cum contingat*, ita Abb. *d. conſ. 71. num. 3. verſ. & per hæc puto*, vbi bene declarat, & Rebuff. *vbi ſuprà.*

81 Idem eſt in conſuetudine, vt † ſi quis ex conſuetudine antiqua perciperet decimas, tamen noualia, in cuius territorio fiunt, non habebit, ſecundum Hoſtienſ. & alios *in capit. cum contingat*, ſequitur Rebuff. *vbi ſuprà, num. 16.* quia conſuetudo & priuilegium æquiparantur, *cap. conqueſtus, 9. q. 3. c. quoad ſedem, de officio ordinar.* nec poſſet trahi conſuetudo ad illa, de quibus non eſt conſuetum, licèt conſuetudo alias in materia non præiudiciali multum extendi poſſit, *l. de quibus, ff. de legib. cum simil.* vt per Rebuff. *vbi ſuprà* vbi *num. 17.* limitat, quando noualia poſſediſſet per tempus immemoriale, nam eodem tempore præſcribi poſſunt decimæ nouales quo veteres, ſi verò de
82 noualibus habeat titulum coloratum, tunc † quadraginta anni ſufficient ad præſcribendum decimas noualium, ſicut in aliis decimis, vt per Fel. & alios *in c. quarta, de præſcript.*

83 Et ratio text. *in dict. cap. cum contingat*, eſt, ſecundum DD. ibi, qui tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum; ſine poſſeſſione enim præſcriptio non procedit, *c. ſi diligenti, de præſcript. & in regula ſine poſſeſſione, de regul. iuris, lib. 6* ſed ille, de quo in eo text. non poſſedit dec imas noualium, cum nullæ eſſent: Ergo in eis præſcriptio non procedit, iuxta text. *in l. 1. §. ſi quis hoc interdicto, ff. de itinere actuque priuat.* vbi Bart. & Ang. Innoc. *in c. Cumana, de electione, l. qui fundum, §. 1. de vſucap. pro empt.* quem text ſingularem dicunt Roman *ſingul. 577.* & Balb. *de præſcript. 2. parte princip. quæſt. 2. num. 17. volum. 8. tractat. diuerſ.* DD Præterea
84 † præſcriptio ad futura non extenditur, etiam ad ſimilia, ideo ad nouales decimas non trahitur. Panormit *in dict. c. cum coniungat, in vltimo notabili*, per illum text.
85 quia in præſcriptione ſtricta fieri debet † interpretatione, ſecundum Socin. *conſilio 275. in cauſa, colum. 3. verſ. ſed poſito, in 2. volum.* eſt enim ſtrictiſſimi iuris & non extenditur ad non poſſeſſa, vt cum Card. tenet. Felin. *in capit. auditis, num. 11. in fin. de præſcript.* vbi *num. 12. & 13.* plurima hinc infert, actus enim taciti non ſunt interpretandi vltra, quam ſe extendant, ſecundum Bald. *in l. quod conſtitutum, C. ne de ſtat. defuncto*, vbi quod etſi præſcriptio fauorabiliter diſponat, adhuc tamen ad ſimilia non extenditur: quod in propoſito maximam habet æquitatem, ſecundum D. Hoſtienſ. Ioan. Andr. & Card. *in d. c. cum contingat,* vt Eccleſia nempe parochialis, quæ forte aliàs non habet decimas, & pauca alia, vel forte nulla bona, noualium ſaltem decimas habeat: ſequitur prædicta & latè comprobat Balb. *de præſcript. 2. parte princip. qu. 2. num. 11. cum ſequentibus, vol. 8.* tractat & Rebuff. *de decim. q. 14. num. 12.* vbi *num. 13.* quod præſcriptio non habet locum, niſi in illo actu, quo præſcribens fuit vſus, *vt in d. l. 1. §. ſi quis hoc interdicto, ff. de itin. actuque priuat.* Alex. *conſ. 122. viſo puncto, in fin. volum. 4. & conſ. 16. in cauſa numer. 12. & conſil. 33. ponde-*
*ratis, numer. 7. volum. 5.* Quo fit, vt † ſi qui teſtes 86
deponant, aliquem percepiſſe decimas frumenti, alij teſtes vini, non ſufficerent ad aſſignandum genus decimarum, ſed tantum in his, quibus probant; Nam minutæ & mixtæ ſaltem curato remanebunt, cum de his probatum non ſit, vt docet Innocent. *in capit. licèt ex quadam, de teſtibus*, ſequuntur Collecta *in cap. nuper, eod. titul.* & Rebuff. *qui ſuprà, dict. num. 12.*

Contra hoc † tamen vltimum non obeſt, quod 87
idem Rebuff. *ibid. num. 23.* reſoluit poſt Balb. *de præſcript. 2. part. princ. quæſt. 2. num. 21.* nempe, quod qui præſcripſit decimas maiores in vna parochia, minutas etiam videtur præſcripſiſſe, quia acceſſoriæ ſunt, 88
*c. cum in tua, de decim.* & præſcriptio † facta de principali, ad acceſſoria & connexa inſeparabiliter trahitur, text. *in l. ſi aliena, §. 1. ff. de vſucap. & l. eos, C. de vſur.* Balb. latè *vbi ſuprà, num. 12. cum ſeqq.* poſt Felin. *ſtatim citandum*: & ſtricta depoſitio relata ad ius decimarum, extenditur ad ſpeciem ſub eodem genere comprehenſam, & ad rem, & ad materiam eandem, ſecundum Anton. Butr. *in d. cap. cum contingat. col. 1.* & *infrà* latius dicemus hoc namque verum eſt & procedit, quando acceſſorium in initio præſcriptionis inchoatæ inerat principali: ſecus ſi poſtea, *vt in l. qui fundum, §. 1. ff. de vſur. ſingularis ſecundum Rom. ſing. 577. tu habes regulam*, Felin. plenè *in capit. auditis, colum. 10. num. 20. verſic. 4. declaro, de præſcript.* Rebuff. *vbi ſuprà, num. 24.* poſt Balb. *vbi ſuprà, num. 14.* Vnde ſi præſcribens percepit decimas † maiores in vno loco per tempus immemoriale, & nullus ibi recepit decimas minutas, ſi poſtea eas petat laicis, non poterunt ipſi ei denegare, quia ius decimandi contra eum præſcripſit: Ergo in omnibus, nec poterunt ſe ipſi iuuare præſcriptione non ſoluendi, vt in ſpecie colligit Rebuff *dict. num. 24.* quamuis illud de acceſſoriis, quod prædiximus, præcedentibus non conueniat. Nam decimæ minutæ non ſunt connexæ inſeparabiliter groſſis vel maioribus, quandoquidem ſeparari poſſunt, ac ab diuerſis eccleſiis præſcribi, vt *infrà* dicemus: Dicta verò *in verſ. præcedenti, præterea præſcriptio, num. 84* procedunt, quoties ab initio præſcriptionis inchoatæ decimæ minutæ non inerant principali, & de his nulla præſcriptio probatur, ſed tantum de maioribus decimis: Merito igitur vt tunc tantum præſcriptum cenſeatur, quantum poſſeſſum, ac proinde præſcribenti maiores decimas tantum, hæ tantum, non vero minores aſſignandæ ſint, ſed remaneant curato, vel illi, ad quem alias de iure pertineant.

Præterea quod † prædiximus, quod qui præſcripſit 89
decimas maiores in vna parochia, minutas etiam videatur præſcripſiſſe, procedit tunc demum, quando alius illas minutas decimas non percepiſſet, ſecus vero, quando minutæ decimæ fuerunt vni ſolutæ, & groſſæ alteri; tunc enim is, qui groſſa præſcripſit, minutas non habebit, ſecundum Hoſtienſ. Ioan. Andream,

Panot



Panormit. & alios *in dict. c. cum in tua, per illum text. de decim.* & Fel. *in d. c. auditis, n. 19. de præſcript.* & Balb. *vbi ſuprà, num 20. & 21.* & Rebuff *vbi ſuprà, d. q. 14. num. 25. & 26.* vbi eum text. ad hoc expreſſum reputat, iuxta integram Decretalis, quam ibi expendit, & ſecundum eum dicit ibi Antonius, quod quando non apparet, decimas minutas per alium fuiſſe perceptas, tunc ex perceptione groſſarum ſub nomine decimæ ſimpliciter ſunt decimæ ipſæ groſſæ & minutæ vnum & idem ius, & ideo tunc quoad minutas cenſetur præſcriptum: ſed ſi alia Eccleſia vel perſona percepiſſet minutas, eſſet interrupta præſcriptio quoad minutas, ideo tunc colligenti groſſas debentur groſſæ: Colli-
91 genti vero minutas, minutæ. Idem ſi † vnus recipiebat decimam vini, alter frumenti, ſi in vno fundo ſit frumentum & vinum, quia tunc is, qui percipiebat decimam vini, eam habebit ex vino, & alter decimam frumenti ex frumento, Nec conuenit eandem rem in hac ſpecie diuerſo iure cenſeri, quia id contingit propter diuerſum accidens concurrens, ſecundum Anton. & alios *in d. c. cum in tua*, vel propter diuerſos reſpectus, *gl. in c. cognouimus, 12. q. 2.* Rebuff. alios referens *vbi ſuprà d. q. 14. num. 27.* poſt Bald. *d. 2.*
92 *part. princ. q. 2. n. 18 & 21.* Superiora † dicta de noualibus, nempe, quod præſcriptio percipiendi decimas intra alienam parochiam, ad noualia minimè extendatur, niſi rationabilis cauſa oſtendatur, vera ſunt & procedunt, vbi nouale omnino diſtinctum eſt ab his agris, qui coli conſueuerunt, & è quib. præſcribens decimas obtinuit: ſecus ſi nouiter prociſus fuerit ager, ex quo ſyluæ ceduæ glandium, fœni, aut herbæ redditus, vel aliorum percipiebantur, & horum decima portio vel alia præſcribenti ſoluta fuerit, tunc enim ad eum etiam pertinebit frumenti, vel alterius fructus nunc primum ab agro collecti decima, quam hic ager vſucapienti decimas ſoluere conſueuit ex fructibus ab eo perceptis: Vnde parum refert fructus eius nunc mutari, quia vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri, alioqui enim eſſet in poteſtate ſerentis priuare decimis aliquem, contra regulam, *id quod noſtrum, ff. de reg. iur.* & in terminis ita probat text. ſecundum alteram lecturam communiter approbatam, multumque literæ congruentem, *in d. cum in tua, de decim.* vbi quod ſi præſcribens decimam in certa terra, percepit decimam de omnib. eius fructibus inde prouenientibus, præterquam de certis quibuſdam ibidem annuatim perceptis, de quibus nulli fuit decima ſoluta, horum fructuum decima debetur, non eccleſiæ parochiali, ad quam iure communi pertinet illius terræ decima, ſed eccleſiæ, quæ præſcripſit decimam in illo agro: Illa enim terra eſt decimalis, & vna eademque res non
93 debet diuerſo iure cenſeri: quaſi dicat text. quod † percipiendo decimam aliquorum fructuum in vno agro, nemine percipiente aliorum fructuum decimam, videtur ius decimandi in totum acquiſitum ipſi præſcribenti, non enim habuiſſe videtur reſpectum acquirendi partem, ſed totum propter vnitatem ſubiecti: & ita ex illo text. iuxta prædictam lecturam communiter approbatam hanc opinionem in terminis tenuit ibi Abb. *in 2. lectur.* idem Abbas *conſ. 71. num. 2. verſ. ſecundo principaliter, in 2. par. conſilior.* & Paul. Pariſ. *conſ. 73. num. 12. cum ſequentibus, libr. 4.* Felin *in c. auditis, num. 19. de præſcript.* Nicolaus Milis *in ſuo repertorio, verb. decima, verſicul. antepenult.* Franc. Balb. *de præſcript. 2. part. princip. q. 2. num. 18. cum ſequentib. volu. 8* Couar. *libr. 1. variar. reſolution. cap. 17. num. 13.* Burgos de Paz *conſ. 50. num. 12. cum ſeqq.* vbi alios allegat Azeu. *in l. 2. num 9. tit. 5. lib. 1. Nouæ Collect. Reg.* Petrus Rebuff. *de decim. d. q. 14. num. 14. vbi & in n. 18.*
94 quod † ſi quis poſſederit & præſcripſerit decimas frumenti in tali parochia, ſi ſeminetur ibi milium, vel ſeros, vel herba ad tingendum commoda, quam vulgus *Paſtel* vocat vel aliud, is decimas illorum quæ de nouo ibi ſeruantur, habebit, ſecundum Hoſtienſ. *in c. tua, in fin.* & Ancharan. *in d. c. cum contingat, in fi. de decim.* eſt communis ſecundum D. Cou. *in pract. quæſtio. c. 37. n. 5. in princ.* quia in dubio decimæ præſcriptio eſt realis cenſenda, id eſt terram concernens, non ſpeciem fructuum perceptorum, teſte Ancharan. *in dict. cap. cum in tua.* ampliat Rebuff. *ibidem num. 19.* ſi de
nouo plantentur nuces, vel † vites in vno prædio in 95
quo quis præſcripſerit decimam, eo enim caſu etiam habebit decimam ex illis arboribus de nouo plantitatis, hoc eſt, de fructibus illarum, per text. *in dict. cap. cum in tua*, vbi communiter Doctores; Nam præſcribens in certa terra decimam, videtur quod omnes il-
lius terræ fructus præſcripſiſſe: ideo † ſi de nouo lapi- 96
des extraherentur, de lapidibus decimam habebit, id eſt, de pretio, quo lapides venderentur, quia præſcriptio extenditur ad particularitatem iuris apprehenſi ſub vnico iure vniuerſali, ſecundum Antonium de Butr. *in dict. cap. cum in tua*, poſtquam enim prædium eſt vnicum & vniuerſale, ad ſpeciem id eſt, partem iure vniuerſali comprehenſam, id eſt, in ipſo prædio exiſtentem, fiet præſcriptionis extenſio, ne vna eademque res diuerſo iure cenſeatur, & quia ibi eſt poſſeſſio totius prædij, quamuis non ſit poſſeſſio illius rei nunc ibidem ſeminatæ, tamen præſcripſit decimam fructuum illius fundi: Ergo & fructuum, quicunque producentur, habebit decimam, vt rectè deducit Rebuff. *d. num. 19.* Inquit præterea idem Rebuff. *de decim. quæſtion. 6. num. 35.* quod is, qui ſolitus erat ha-
bere † decimam frumenti, ſi terra frumenti mutetur 97
in vineam, eam habebit is de vino, & mutatio qualitatis non alterabit obligationem, nec ob id perdet ſuam decimam is, qui eam prius habebat, ſecundum Collect. & alios, quamuis alius haberet decimam vini, quod probatur *in c. commiſſum, §. & ſicut, de de-*
*cim. per text. ibi*: & ſicut etiam † de paſcuis olim de- 98
cimæ perſoluebantur, ita nunc de eiſdem ad frugum fertilitatem tranſlatis, decimas volumus abſque diminutione perſolui: quem text. bene ponderat in hoc D. Azeu. *in l. 2. num. 8. tit. 5. lib. 1. Nouæ Collect. Regiæ*, vbi
*n. 4. cum ſeqq.* latè ex pluribus probat, quod † licèt de 99
vinea decimabili vni eccleſiæ fiat caſtanetum, aliæue arbores fructiferæ plantentur aut naſcantur, ex quibus aliàs regulariter de conſuetudine vel præſcriptione decimæ deberentur alteri eccleſiæ vel Epiſcopo, debeatur nihilominus decima caſtaneti & cæterarum arborum illi eccleſiæ, cui antea decima vineæ debebatur: Po-
teſt enim dominus fundi etiam cum † contractione cu- 100
rati vineam in agrum arabilem mutare, vel econtra, nec curatus poterit ſe opponere, quando hoc fit, Quandoquidem decima fructuum nouorum eidem ſoluenda eſt, qui & antiquorum eiuſdem fundi, vt probari ac conuinci videtur *ex d. c. commiſſum, §. & ſic*, & ibi hoc concludunt DD. & Hoſtienſ. *in ſumm. de decim. §. & vtrum, verſ. decimo*, & Rebuff. *de decim. d. quæſt. 6. num 35.* Couar. *in pract. quæſt. c. 37. num. 5. in princ. & denique* D. Azeu. *vbi ſuprà, num 5.*

Ex quib. † infertur, quod qui præſcripſit decimas in 101
vna parte fundi, & poſtea fiat noualis in alia parte fundi, is, qui in parte præſcripſit decimas, & in hac nouali eas habebit, præſcriptio enim partis indiuiſibilis ad totum extenditur ratione indiuidui, quia eſt vnum prædium, & vna res non debet diuerſo iure cenſeri, *vt in d. cap. cum in tua, & in l. in eum qui ædes, ff. de vſucap. cap. cognouimus, 12. q. 2. & alibi*, & in terminis huius illationis ita poſt Abb. *conſ. 71.* tenet Felin. *d. c. auditis, n. 19.* & Rebuff. *d. q. 14. n. 20.* Allegans eam tenentes

Abb. *d.conſ.71. in 2. parte Conſilior.* & Albert.Brunum *de augmen in 17.concluſ.in princ.*quam prius probarunt Vincens. & Ioan.Andreas,*in c.fin.de priuileg.*& Speculat.*in tit.de probat.§.1.verſ. quid ſi vna pars.* Ioan. Andr. & Ant.*in d.c.cum in tua,*& inquit Abb.*d.conſ.71.num.2.* quod ſaltem hæc pars eſt veriſſima, vbi ager ille erat pro maiori parte cultus, nam tunc minor pars trahitur ad maiorem:ſequitur etiam alios allegans Franc. Balb. *vbi ſuprà, n. 17. cum ſequentibus*, quia ſecundum eos ager vel fundus in parte redactus ad culturam,non poteſt dici rumpi, nec de nouo coli in altera parte inculta ipſius fundi : dixi *in conſ.12. num.14.*

102 Hoc tamen intelligit † verum Rebuff. *ibidem n.21.* quando apparet, vnum eſſe prædium per limites vel ob clauſuram, aut aliàs: ſecus ſi hoc non appareat, quia tunc quot fiunt culturæ, tot fiunt prædia per deſtinationem patrisfamilias, & in dubio ex tam longo tempore præſumuntur plures eſſe fundi, vt ſcripſit idem Rebuff. *in l. ſylua cædua, § nouale, verſicul quarto requiritur, ff. de verbo.ſignificat.* dicens, quod pars culta non trahit ad ſe incultam : *argum l. quæ de tota, ff. de rei vendic.* & quamuis ſingulæ glebæ non ſint collectæ, ſingulæ tamen fundi partes colendæ ſunt, ſi velimus terram habere cultam, *cap.1. de decim. in 6.* & inculta pars eſt æque principalis, ſicut culta, & ob id non venit cultæ partis appellatione : & iſta pars nunc primum procisa eſt: Ergo dicitur noualis,ſi alias non fuerat culta : alioqui ſequeretur, quod ſi quis haberet centum iugera vel arpenta terræ, & vnum proſcinderet, deberet ſoluere decimam omnium centum: quod non eſt verum, ideo noualis dicitur illa terra & & pars, quæ ad culturam de nouo redacta eſt : & tandem remittit lectorem ad dicta per ſe *in d. tract. de decim d. qu.14.* vbi tenet, quod prædiximus, ſecundum quod temperanda videtur opinio Abbatis & ſequacium prædicta.

103 Similiter † etiam, qui præſcripſit quaſdam decimas in nemoribus vel paſcuis, tunc ſi illa redigantur ad culturam habebit & nouales, quia rationabilis cauſa ſubeſt, vt poſtquam ſemper habuerunt in illis terris decimas, nunc habeant ex cultura, per text. *in dict. c. cum contingat, in fin.* ibi : *Niſi rationabilis cauſa contendatur, per quam appareat noualium ad eos decimas non pertinere*: vbi Abb. & alij hoc tenent, & Rebuff.
104 alios allegans *dict. quæſt.14. n.22.* Et quamuis † prædicta in præſcriptione obtineant, à fortiori in conſuetudine procedent, quæ ex ſui natura in vniuerſo quæritur : hoc eſt, in omni fructu, ſecundum Abb. *in c. cum dilectus, col. fin. & in cap. fin. colum antepen. de conſuet.* & alios referens in terminis ita tenet Burg. de Paz *d. conſ 50. num.16.*

105 Superiora † proxime dicta procedunt, vbi decima aliorum fructuum eccleſiæ parochiali ſolui non conſueuerit, nam ſi ei ſolui eſſet conſuetum, tunc decima illorum Eccleſiæ parochiali exſiſtenti in huiuſmodi poſſeſſione deberetur, ac ſoluenda eſſet in poſterum & reliquorum fructuum ipſi Eccleſiæ præſcribenti, ſecundum Abb.*in d. c. cum in tua, in 2. lectur.* Balb. *vbi ſuprà, d. num. 21.* & probat latè in terminis
106 D. Azeued. *vbi ſuprà,* Vnde Abb. infert,quod † vnum prædium poteſt eſſe partim decimale vni Eccleſiæ, & partim alteri : puta, reſpectu tritici vni Eccleſiæ & reſpectu vini alteri, ſecundum Hoſtienſ. & Ioan. Andream ibi, licèt Innocent. aliud videatur tenere, ſicut prædiximus, quod vna eccleſia poteſt præſcribere maiores decimas, & alia minores, etiam ex fructibus einſdem prædij : quod etiam tenet Ioan. Andr. *ibi, &*
107 & ſequitur Balbus *vbi ſuprà, numer.18. & 20.* Si tamen in prædicta † ſpecie vna eccleſia vel parochia recipiat ex conſuetudine decimam de blado, alia de vino, & terra bladum reddens, mutetur & [in] vinum reddat, & è conuerſo, quæ percipiebat de blado, percipiet de vino & è conuerſo, quia licèt mutentur qualitates terræ, non tamen mutatur ſubſtantia: *vt in dict. c. commiſſum, §. & ſicut, de decimis*, per quem ita cum Hoſtienſ. tenet Syluest. *in ſumma, verbo, decima, num. 14. verſic. ſeptimum.* Vnde quod ſupra diximus, quod qui præſcripſit decimas ex quodam agro pro parte culto, præſcripſiſſe etiam cenſetur ius percipiendi decimas ex altera parte eiuſdemmet agri inculta, quando nouiter ad culturam redigatur, intelligendum eſt, quando alter non eſt in poſſeſſione percipiendi decimas aliorum fructuum illius partis incultæ, quæ nunc ad culturam redigitur : ſecus ſi alter ſit in poſſeſſione eas percipiendi, quia tunc ad eum pertinebunt, non verò ad illum, qui præſcripſit decimas ex parte antiquitus culta per prædicta : & in terminis tenet Felin. *in dict. cap. auditis, num.19.* & Balb.
*vbi ſuprà, num.19.* 108

Pro quorum confirmatione † facit optima doctrina Innocen. *in cap. dilecti, de relig. domibus*, vbi quod exercens vnum actum iuriſdictionis animo acquirendi vniuerſalem iuriſdictionem in loco, videtur iuriſdictionem in totum acquirere, dummodo alius non ſit in poſſeſſione generali ; Nam tunc tantum acquirit reſpectu capitulorum, ſeu actuum quos exercuit : ſequitur Abb. *in d. cap. dilecti*, idem Abb. *conſ. 6. numer. 2. & dict. conſil. 71. numer. 3.* & Salicet. *in leg. 1.*
*numer. 4. C. de emancip. liber.* Sicque qui præſcripſit 109
† iuriſdictionem in vno territorio, poterit illam exercere aduerſus aduenas & forenſes, quamuis aduerſus illos nuncupatim non præſcripſerit : ita Bart. *in leg. ſi quis diuturno, in 2. notabil. ff. ſi ſeruit. vend.* cuius dictum refert & ſequitur Florian. *ibid. verſic. idem nota,* 110
vbi † ſingulariter inquit, quod effectus præſcriptionis cauſatæ à iure reali, extenditur ad omnes illos, aduerſus quos præſcriptum non fuit: ſequitur etiam alios allegans Dn. Molin. *de Hiſp. primog. lib.2. cap.6.*
*numer. 17.* & Balb. *vbi ſuprà, numer. 28.* Similiter 111
† qui præſcripſit ius eligendi in certa eccleſia, cenſetur & præſcripſiſſe ius poſtulandi, non exſiſtente in poſſeſſione poſtulandi, ſecundum Abbat. per text. *ibi in cap. bone, el 2. num 4. de poſtul. prælat. & in cap.3. num. final. de cauſ. poſſeſſ. & prop.* ſequitur D. Azeued.
*vbi ſuprà, num.9.* 112

Quare dubito de eo, quod in † præſcriptione decimarum in ſimili tradit Petr. Rebuff. *de decim. dict. quæſtion. 4. numer. 15.* dicens, quod qui præſcripſerit decimas perſonales parochianorum habitantium in in loco de Balhaniſis, ſi quis illuc venerit de nouo, & ibidem habitauerit, ab eo non habebit decimas, quia præſcriptio in vna perſona, non extenditur ad aliam ; vt plene conſuluit Iaſ.*conſil. 81. communitas,colum.3.vol.3* & bonum ſit argumentum de rebus ad perſonas, *leg miles ita, §.1.* vbi Bart. *ff. de milit. teſtament. cum ſimilib.* hoc namque ſtantibus ſupradictis procedere non poteſt ; Siquidem ea præſcriptio eſt iuris realis, comprehendens habitantes in illo loco,& effectus præſcriptionis cauſatæ à iure reali extenditur ad omnes, illos, aduerſus quos præſcriptum non fuit, & ſic ceſſant in propoſito argumenta in contrarium adducta per Rebuff. nempe de vna perſona ad aliam, & de rebus ad perſonas,ſiquidem in noſtra ſpecie præſcriptio eſt iuris realis, comprehendens omnes parochianos habitantes in præd.loco,non verò pure perſonalis.

Non obſtat † etiam regula, quæ habet ; Tantum 113
præſcriptum, quantum poſſeſſum ; Nam quamuis verum ſit, quod præſcriptio ſit ſtricti iuris, ac proinde extendi non debeat de perſona ad perſonam, nec de re ad rem, *dict. l.1. §. ſi quis hoc interdictum, vbi gl. &*



& ſcribentes, *ff. de itiner. actuque priuat. text. in c. auditis, de præſcript.* vbi late Felin. *num. 10. cum. ſeqq.* & etiam odioſa, quia iuri alterius detrahit, & ideo reſtringenda, vt per Rebuff.*dict. quæſt.14. de decim.n.11.*

114 Hoc tamen † fallit quando præſcribitur aliquod ius reale in genere ; Nam præſcripto legitime illo iure reali extenditur præſcriptio ad omnes perſonas,quibus illud ius applicari poſſit, quamuis aduerſus eas ſpecifice præſcriptum non fuerit,ſecundum Bart. & Molin. *vbi ſuprà, num.16.* Quando enim præſcribitur aliquod ius vniuerſale, non habet locum regula, quod præſcriptum non extendatur, imò in præſcripto quodam iure vniuerſali, alio in poſſeſſione non exſiſtente,illud ius ad omnes perſonas & ad omnes res extenditur, vt cenſuit Oldr. *conſ.267. circa fin. per text. in l. poſſidere, in princ.* vbi ſcribentes, *ff. de acquir. poſſeſſ.* Abb. *d. conſil.71. n. 2.* Iaſ. *in l. imperium, num. 25. ff. de iuriſd. omn. iudic.* Felin. *in d.cap. auditis, num. 20.* Balb. *de præſcriptionib. in d. 2. part. principal. quæſt. 2. num. 27.* Dec. *conſil.171. num. 5.* Aymon. Crauet. *de antiquitate temporum, 4. part. principal. num.57. cum ſequent.b.* D. Molin. *vbi ſuprà, num.18.* quod benè declarat Crauet.
115 *vbi ſuprà.* Limitatur † etiam regula 8. *cap. cum contingat, cum ſimilib. de decimis*, cum facta eſt præſcriptio decimarum omnium talis villæ, vt de vniuerſo, quia tunc extenditur etiam ad noualia, ſecundum Antonium de Butr. & Abb. *in dict. cap. cum in tua, de decimis*, ſequitur conſulendo Pariſius *conſil. 73.* licèt ius commune, *num.18. & 19. volum.4.* & Tiber. Decian. *conſil.22. num.34. volum.1.* Superiora in præſcriptione decimarum procedunt,vt ad noualia non extendantur, niſi in caſu, vt *ſuprà* eſt diſſertum.

116 Priuilegium † tamen Eccleſiaſticæ perſonæ conceſſum de decimis percipiendis, noualia comprehendit, text. eſt *in cap. ex parte tua, 27. in ordin. de decimis,* vbi inquit textus : *Cum tibi, quod maius eſt, ſit conceſſum, vt videlicet decimas de laboribus terræ parochiarum tuarum cum integritate percipias, de noualibus eas exigere ſatis potes, quia vbi maius conceditur, minus conceſſum eſſe videtur* : Ex quo textu hanc doctrinam tenet gloſſ. *verba noualium, in d. cap. cum contingat,* & ibi communiter DD. vt teſtatur Abb.*ibi*,id referente D. dac. Couar. *d. lib.1. variar. reſolut. cap.17. num.13. ibi,quia.*
117 Priuilegium † verò hac in re laicis conceſſum de decimis percipiendis non extenditur ad noualia, *vt in cap. tua, §. fin. de decimis*, vbi inquit text. *quod in talibus nempe noualibus, licentia non eſt extendenda, ſed potius reſtringenda* : idem probat expreſſe *l.23. tit.20. part.1. in verſic. mas no valdria,* vbi Gregorius Lopez in gloſſ. *que deſpues metieſſen en labor.*idem deducitur ex ea lege,
118 allegans *d. cap. tua,* & Hoſtienſ. Hoc † tamen limitatur, quando conceſſum eſt ius decimandi in vniuerſo aliquo territorio, vel in aliqua villa, quia tunc veniunt etiam decimæ noualium, & quæ de nouo fiunt, vt tradit Anton. de Butrio & Abb. *in cap. cum in tua, de decimis*, quos refert & ſequitur Decian. *conſil. 22. num 34. cum ſequentib.lib.1.* vbi latè probat *& num.38. verſic. non obſtat tertio* ; fatetur regulam ſupradictam *cap. cum contingat, de decimis*, veram eſſe regulariter, ſed limitari in prædicto caſu. Item quando præter decimam, etiam ius decimandi conceſſum reperitur.
119 Item & tertiò, † quando ex communi obſeruantia inueſtitura ita interpretata fuit, vt per longa tempora, quotieſcunque portio aliqua inculta fuit ad culturam redacta, ſemper decima dictæ portionis ſpectauit inueſticis & feudatariis,& per omnes collecta fuit, & ideo cum myſterio dicitur *in d. cap. cum contingat.* Niſi rationabilis cauſa oſtendatur : Inter quas rationabiles cauſas & prædictæ connumerantur, vt Pariſ. *d. conſil.83.*

Sed † contra communem ſupradictam ſententiam, 120
quæ habet ; Priuilegium conceſſum clericis de percipiendis decimis, ad noualia extendendum fore atque ipſa comprehendere, nonnulli auctores tenent exiſtimantes, verius ac iuribus magis conſonum eſſe contrarium, nempe huiuſmodi priuilegium etiam clericis conceſſum ad ipſas noualium decimas minimè extendi. Primò, ex text. *in cap.2. in princ. & in §. 1. de decimis, lib.6.* vbi non ſatis eſt, quod quis habeat priuilegium percipiendi decimas intra alterius confinia, vt percipere poſſit noualium decimas, niſi & quoad noualia priuilegium ſpeciale fuerit conſequutus : Imò ibi cauetur, priuilegium hoc de percipiendis noualium
decimis ſtrictè eſſe interpretandum. Secundò, † quia 121
priuilegium eſt reſtringendum, quatenus concernit præiudicium tertij, *cap. olim, de verb. ſign.* ad hunc ſane modum, vt attentis & mature perpenſis verbis & mente concedentis, in eo accipiatur ſenſu, qui minus alterius iuris lædat : vt in regula, *ea quæ, de reg. iur in 6. c. cum olim,*& ibi DD.*de conſuet.cap.penult.*& ibi gloſſ. & Abb.idem Abb.*in cap.quia circa,de priuileg.*gl.etiam loquens *in ſtatuto in l. fin. §. in computatione, gloſſ. mag. ad fin. C. de iure deliber.*gloſſ. & Abb.*in cap.cum olim,1. de priuileg.*& alij plures DD. *à quib.hæc eſt paſſim recepta ſententia.* Tertiò, quia priuilegium ad futura non extenditur *clementin. fin.de reſcriptis* : quia quod non eſt, conceſſum non videtur, *l. eius qui in prouincia, §. quas verò, cum ſimil. ff. ſi cert. petat.* ſed tempore priuilegij decimæ nullæ erant noualium : Ergo conceſſæ non videntur. Quartò, quia licèt beneficia & priuilegia Principis ſint latiſſimè interpretanda, *capit. cum dilecti, de donat. leg. beneficium, cum ſimil. ff. de con-*
*ſtitut. Princ.* maximè † quando agitur de ſolo præiu- 122
dicio Principis concedentis, vt in propoſito alios allegans deducit Decian. *conſil. 22. numer. 13. & 14. vol.1.*

Hoc † verum eſt, & procedit, quatenus præiudi- 123
cant concedenti : ſecus ſi tertiò, ſecundum Abb. & alios *in d. cap. olim, de verb. ſign.* & Iaſ. *in d. l. beneficium, num. 19.* & Decian. *vbi ſuprà.* Non enim eius mentis concedens videtur eſſe, vt decimas noualium indulgeat, & ſic omnino priuare Eccleſias parochiales omnibus decimis, quibus ipſæ iam aſſignatæ erant à Dionyſio Papa, *capit. paſtoralis, de his quæ fiunt à Prælato, cap. mandatum*, vbi gloſſ. *vlt. de reſcript.* præcipue cum decimæ, quatenus ad congruam & neceſſariam ſuſtentationem miniſtrantium ſpiritualia attinet, ſint iuris naturalis ac diuini, ac proinde tolli non poſſint ipſis miniſtris, quibus debentur, vt non ſemel docuimus. Quintò & denique, quia odioſum eſt, quod quis, etiam clericus, intra alienam parochiam non ſolum habeat decimas veteres, ſed etiam noualium, atque penitus contra ius commune, *vt in cap. ad decimas, de reſtit. ſpoliat.* Ergo reſtringendum, *vt in reg. odia,cum ſimil.de reg.iur.in 6.* quibus fundamentis hanc ſententiam in ſpecie noſtra contra communem veriorem exiſtimant atque probant Anch. *in d.c. ex parte 3.* & Collect.*in d c cum contingat de decim.*& Fortun.Garſ. *in l. Gallus § & quid ſi tantum ff.de lib.& poſth.* eoſque referens Petr. Rebuff. *de decim. quæſt.14. n. 29. cum ſeqq.* idem *in l.ſylua cædua,30.§.nouale,in verſic. ex his infertur, ff. de verb. ſign.* D. Couar. *lib.1. var. reſol. cap.17. n. 13. verſ. ſed profectò* : quorum ſententia mihi magis placet,quam communis : Quia text.in quo ſuum principale fundamentum facit communis, eſt *in d. cap. ex parte*, qui etſi prima facie videatur expreſſus pro ea,
loquitur † tamen rectè inſpectus, ſpecialemque ratio- 124
nem habet in priuilegio conceſſo ei, cui iure communi & ordinario decimæ competebant, vt patet ibi ; *decimas de laboribus terræ parochiarum tuarum, licèt*

*ab eo ius eas percipiendi præſcriptione iure ſpeciali ſubla-
tum ſit*: quod quidem priuilegium fauorabilem cau-
ſam habet, ideo ita large accipitur, vt noualia inclu-
dat, cum per hanc interpretationem ad ius commune
reducamur: argumento gloſſæ communiter approba-
tæ *in cap. ſtatutum, de præbend. in 6. verbo, numerandum,*
vt alibi retulimus: ita Couarruuias *vbi ſuprà.* In hac
ſpecie fateor communem ſententiam veriſſimam eſſe:
At cui licebit, ex capite, & aduerſus tot iuris regulas,
quas prædiximus, extra terminos *dict. cap. ex parte,*
eius deciſionem trahere idem probando in priuilegio
de decimis percipiendis, quibuſuis perſonis Eccleſia-
ſticis conceſſo, quibus antea iuri communi eædem de-
cimæ minimè competebant? quo fit, vt extra caſum
*d. c. ex parte,* veriorem cenſeam eſſe contrariam com-
muni ſententiam, præterquam ſi Papa conceſſiſſet om-
nes & quaſcunque decimas, vel omnem decimatio-
nem talis territorij, tunc enim ad noualia etiam te-
125 neretur † huiuſmodi priuilegium, & ita debet intelligi
communis præd. ſententia, vt in hoc caſu procedat:
vt tenet expreſſe Rebuff. *d. q. 14. n. 31.* & conſtat ex tra-
ditis per Soc. *conſ. 297. viſo n. 5. & 6. vol. 2.* & quia, vt in-
quit Oldrad. *conſ.* 307. priuilegium exemptionis con-
ceſſum à Papa per verba vniuerſalia, includit omnia:
ſequitur Rubeus *conſ. 135. num. 3.* & Surdus *conſ.* 104.
*num* 66. vbi *num. 65.* ex Abb. *in c. ad audientiam, n. 1.
de decim.* probat, quod quamuis priuilegium alteri no-
ciuum ſtrictè interpretandum ſit, ſi non tamen adeo
reſtringitur, vt recedamus à propria verborum ſigni-
ficatione: quod ſequitur etiam Pariſius *conſ. 22. num. 6.
vol.* 4. ab eo relatus.

Sed ſecundum Rebuff. *vbi ſuprà* hodie per text. *in
c. ſtatutum, §. 1. de decimis, in 6.* limitatur priuilegium
percipiendi decimas & noualia, vt is non poſſit per-
cipere, niſi dimidiam partem noualium, & quod ſe-
cundum hoc fuit iudicatum ſæpius in illo Senatu: Lo-
quitur tamen ille text. quando hi, à quibus indultum
noualium decimarum obtentum eſt, totaliter veteres
percipiebant decimas, vt patet in text. ex ratione, de
126 qua ibi.

Similiter etiam † priuilegium alicui conceſſum, quo
is eximitur à ſolutione decimarum ex fructibus noua-
lium, intelligendum eſt de his noualibus, in quibus
alter non habet tempore dati priuilegij quaſi poſſeſ-
ſionem iuris percipiendi decimas, nec illi fiat præiu-
127 dicium præter concedentis intentionem, text. *in cap.
dudum, 31. in ordin. de priuilegiis.* Quinimo † idem
eſt dicendum, vbi noualia eſſent tempore datæ im-
munitatis procisa, & ex eis debitæ fuiſſent decimæ
alteri ſecundum Abbatem ibi aſſerentem, hanc eſſe
commun. omnium opinionem ſequitur Rebuff. *dict.
quæſtion. 14. de decimis, num. 33.* & Couarr. *vbi ſuprà,
num.* 14. vbi cum eodem Abbate, præfatum priuile-
gium intelligit procedere in his noualibus, quæ poſt
donationem procisa fuerant, cum ſtatim facta proci-
ſione, & ipſis agris cultis ſit ac quæſitum maximum
ius quoad decimas percipiendas, his, quibus idem ius
alioqui competebat, ideoque non fuit eius mentis
Rom. Pontifex, vt eis præiudicaret, niſi id aperte
conſtiterit: ſequitur idem Rebuff. *in d. l. ſylua cædua,
§. nouale, verſ. 5.* vbi huiuſmodi priuilegium datum
alicui de non ſoluendis decimis de noualibus, intelli-
128 gendum eſſe dicit de eo loco, de quo eccleſia nullum
ex decima percipiebat fructum: Ideoque † ſi pratum
in culturam redigatur, non dicetur nouale quoad hoc,
vt is, qui non tenetur ſoluere decimas noualium, non
teneatur de his ſoluere: Imò eccleſia parochialis ex
hoc prato habebit decimas, & priuilegium debet in-
telligi de modico præiudicio, *c. quamuis, de reſcript. in 6.*
129 Quinimo † ſunt qui exiſtiment, deciſionem *d. c.
pen. de priuilegiis,* procedere etiam in priuilegio immu-
nitatis conceſſo à ſolutione decimarum ex agris anti-
quitus cultis, ac coli ſolitis, vt id priuilegium acci-
piatur & intelligatur abſque præiudicio eorum, qui
ſunt in quaſi poſſeſſione percipiendi decimas ex fru-
ctibus eorundem agrorum: quaſi Papa noluerit eis
præiudicare, prout ſunt Innoc. & Card. *in d. c. pen.* &
Oldrad. *conſ.* 268. Felin. *in c. cauſam quæ, de reſcript.
num.* 11. & Catel. Cott. *in vlt. memor. in verſ. priuile-
gia.* Huic tamen opinioni multum aduerſari videtur,
quod ſi hoc ita verum eſſet, priuilegium huiuſmodi
ea in ſpecie eſſet ſine fructu ac illuſorium; quod non
eſt dicendum. Quare merito Abb. *in c. dudum, num. 1.
de priuileg.* quem ſequitur & latè probat atque defen-
dit Decius *conſil.* 113. *num.* 7. contrarium in his termi-
minis cenſuit: idem Abbas *in cap. cauſam, el. 2. num. 5.
verſicul. exemptum, de teſtibus,* vbi quod Papa bene
ſcit decimas prædiales pertinere ad Rectorem paro-
chiæ, & ſic videtur quod de hoc iure non erit facien-
da monitio.

Hæc tamen Doctorum controuerſia ea diſtinctio-
ne reconcilianda eſt, vt prima opinio procedat & in-
telligatur, vbi poſſeſſio percipiendi decimas ex agris
antiquitus cultis eſt apud eum, cui iure communi &
ordinario minimè competebat, ſed ex priuilegio, con-
ſuetudine aut præſcriptione, tunc enim priuilegium
prædictum ſimpliciter conceſſum his non præiudica-
bit, quaſi huius quaſi poſſeſſionis iuris extraordinarij
percipiendi decimas Summus Pontifex ignarus ſit, nec
eius mentionem in priuilegio fecerit, ideoque eam tol-
lere in dubio non præſumitur: at verò ſecunda opi-
nio procedat ac intelligenda ſit, vbi prædicta quaſi
poſſeſſio percipiendi decimas eſt penes eum, ad quem
iure communi ſpectat, nec alibi poteſt ea immunitas
effectum ſortiri, quia cum huiuſmodi quaſi poſſeſſio-
nis ſcientia præſumitur concedenti ſatis nota eſſe, *ar-
gumento, cap. 1. de conſtitut. libr. 6.* ei derogare voluiſſe
præſumendum eſt: ſecus erit, ſi eas immunitas poſſit
effectum habere extra res illas iure communi poſſeſ-
ſas, quibus & earum poſſeſſioni non eſt præſumendum,
Principem derogare voluiſſe: ita colligi poteſt ex tra-
ditis per Abbatem *in dict. cap. dudum, de priuileg. & in
d. cap. cauſam, el. 2. dict. num. 5. de teſtibus,* & in ter-
minis ita conciliat prædictas opiniones contrarias
Couar. *vbi ſuprà, dict. num. 14. col. fin.*

Sed & priuilegium † de non ſoluendis decimis ſim- 130
pliciter conceſſum, ad noualia non extenditur, adeo
quod hic priuilegiatus de nouallibus decimas ſoluet, vt
docet Antonius de Butrio *in dict. cap. tua, columna vl-
tima,* & Socinus *conſil. 297. viſo priuilegio, per totum,
volum. 2.* prout eos refert & ſequitur Rebuff. *dict. q. 14.
num.* 30. Socin. tamen ibi hoc non dicit. Limitatur, ſi
priuilegium concedatur † de non ſoluendis decimis de 131
laboribus propriis, quia extenditur ad noualia, quæ
propriis fiunt manibus, de quibus decimas non ſoluet:
Intelligitur enim tam de præſentibus laboribus, quam
de futuris: *vt in cap. ad audientiam, & in cap. ex parte,
el 1. de decimis,* vt probat latè Rebuff. *dict. quæſt. 14. de
decim. num.* 28. quia non paratur ex hoc adeò magnum
præiudicium eccleſiis parochialibus. Addit Rebuff. *d.
num.* 28. quod † quando conceditur priuilegium non 132
ſoluendi decimas de laboribus, non ſolum non ſoluet
de nouallibus factis propriis manibus, ſed quod de his
nouallibus ſemel factis nunquam poſtea decima ſolue-
tur ſecundum DD. *in d. c. ex parte, el* 1. ex text. in
propoſito ſingulari *in c. fi. de priuileg.* vbi reddit text.
rationem: Cum alias nonnunquam contingeret indul-
gentiam de nouallibus plus diſpendij, quam vtilitatis
cultoribus afferre.

Quinimo licet † omnes religioſi, tam exempti, 133
quam



quam non exempti, de poſſeſſionibus ſuis & terris ha-
ctenus acquiſitis, & à modo acquirendis decimas in-
tegras ſoluere debeant illis Eccleſiis, quibus eædem
poſſeſſiones & terræ fuerant decimabilis, niſi ſuper
hoc ſpeciali vel priuilegio ſint muniti, *vt in cap. 2. §.
cæterum, de decimis, libro 6. leg. 4. titulo 10. partita pri-
ma, in verſicul. E todas las ordenes:* attamen ex priui-
134 legio Adriani Papæ fratres † Ciſtercienſis ordinis,
Templarij, & Hoſpitalarij, decimas laborum ſuorum,
quos propriis manibus vel ſumptibus impendunt, ſol-
uere non tenentur: cæteri vero religioſi de nouallibus
ſuis, quæ propriis manibus vel ſumptibus excolunt, &
de nutrimentis animalium ſuorum, & de hortis ſuis
decimas perſoluere non tenentur, de cæteris verò reb.
tenentur, *vt in d. cap ex parte, el 1. & in dict. l. partit.*
ſic intelligenda iuxta terminos *d. cap. ex parte,* ſecun-
dum Greg. Lopez ibi, *in gloſſ. todas las otras ordenes:*
& illud de nouallibus intelligit d. l. Regia, niſi ex hoc
Eccleſia parochialis enormiter læderetur: quod, vt
ibi aduertit Gregor. Lopez, videtur deductum ex text.
135 *in cap. ſuggeſtum de decim,* vbi † quod ſimile priuile-
gium de non ſoluendis decimis conceſſum religioſis
reuocatur, ſi ex poſt facto incipit nociuum eſſe: quod
latè proſequitur, ſic ſupradicta reſoluens in effectu,
Petr. Reb. *d. q. 14. num. 30. cum ſeqq.* & prius *q. 5. n. 7.
& 29. cum ſeqq.*

136 Illud † denique prætermittendum in propoſito non
duxi, nempe quod religioſi priuilegiati de non ſol-
uendis decimis, eas ſoluere nihilominus tenentur de
alienis terris, & de fructibus poſſeſſionum, quas ac-
quiſierunt poſt Concilium Lateranenſe, etiamſi eas
propriis manibus aut ſumptibus excolant, illis Eccle-
ſiis, quibus ratione prædiorum antea ſoluebantur, quia
priuilegium prædictum ſolum ſibi prodeſt quoad ter-
ras ante prædictum Concilium acquiſitas, non verò
extenditur ad poſtea acquirendas, ſeu acquiſitas, vt
cauetur in Concilio generali relato *in cap. nuper, de de-
cim. & in l. 4. tit. 20. partita* 1. tradit Rebuffus *de decim.
quæſt. 5. num. 31. & quæſt. 14. num* 41. & Socin. *conſ.* 268.
*num. 4. lib. 2. & conſil. 297. num. 3. eodem lib.* & nos *con-
ſil. 5. num. 17. cum ſequentibus,* niſi prædict. capiti nuper
fuerit derogatum, prout Gregor. XIII. Summus
Pontifex derogauit in fauorem religioſorum Societa-
tis Ieſu, quibus à ſede Apoſtolica eſt indultum priui-
legium de non ſoluendis decimis, vt retulimus *dict.
conſil. 5. num 2. & 7.* Anno 1578. motu proprio impreſ-
ſo, quem vidi ac legi. Hactenus de ſecunda deductio-
ne ex communi ſententia Theologorum, quæ habet,
decimas quoad congruam & neceſſariam ſuſtentatio-
nem ſpiritualia miniſtrantium eſſe iuris naturalis ac di-
uini, quoad quotam verò minimè, ſed de iure huma-
no Pontificio. Tertiò ex eadem vera reſolutione de-
ducitur, nulli dubium eſſe poſſe, quin hodie Chriſtia-
na plebs teneatur decimas ſoluere ſub peccati morta-
lis pœna ratione præcepti humani & Apoſtolicæ ſedis,
cui omnes fideles Chriſtiani & ſubſunt & obedire te-
nentur; & ideo ſecundum Couarruuiam, ſtatim citan-
137 dum, † impium & hæreticum eſſet, aſſeuerare, poſſe
laicos denegare ſacerdotibus decimarum ſolutionem
iuſtiſſima lege debitam. Nec quicquam refert, ſacer-
dotes diuites eſſe habereque prædia, agros, aliaſque
res, vnde viuere abſque inopia poſſint; Si enim eis,
vt prædiximus, debentur, parum obeſt, eos diuites
eſſe: Debitor namque ex quacunque alia cauſa immu-
nis non eſt à ſolutione debiti, eo, quod creditor diues
ſit: Nec ea tantum principali cauſa iure Pontificio de-
cimas ſacerdotibus dari ſtatutum eſt, quod pauperes
eſſent, ſed etiam propter pauperum egeſtatem: ſit igi-
tur, ſacerdotes, etiam abundantes diuitiis, poſſe de-
cimas recipere, tanquam earum diſpenſatores, vt eas
videlicet pauperibus diſtribuant, & ei etiam diuitibus
debeti hac in ſpecie Pontificum præcepto ſcribit San-
ctus Thomas *quodlib. 6. artic. 10. & 2. 2. quæſt. 87. art. 3.
ad primum,* cui frequentiſſimo omnium conſenſu cæ-
teri adſtipulantur, ſecundum D. Couarr. *libro 1. va-
riarum reſolutionum, cap. 17. num. 4.* tenet ſumma Armill.
aurea, *verbo, decimæ, num.* 4. † Itaque licèt ſacerdotes 138
diuites decimas pauperibus non diſtribuant tamen, nec
rectè ſibi officium commiſſum exſequantur, nec ſint
quales oportet, tamen ideo plebs benè agit, decimas
illis denegando: ad eam enim non ſpectat punire, ſed
ad ſuperiores, eſtque de hoc expreſſa definitio: Nam
inter quadraginta quinque articulos Ioannes VVicleff,
in Concilio Conſtantienſi condemnatos, is vnus deci-
mo octauo loco conſtituitur in hæc verba: *Decimæ,
ſunt puræ eleemoſynæ, & parochiani poſſunt propter pecca-
ta ſuorum prælatorum ad libitum ſuum auferre eas:* qui ar-
ticulus ſimul cum aliis vna ſuper omnes lata ſententia
excommunicationis per Concil. Conſtantienſe dam-
nantur, vt probat frater Alfonſus à Caſtro *libro quinto,
aduerſus hæreſes, in principio, verbo, decima, columna
ſecunda, in magnis,* & Did. Couarruuias *dict. libro 1.
variarum reſolution. cap. 17. num. 2. verſ. imò hæreticum
eſſet.*

Quartò † principaliter deducitur, parochianos ex 139
præcepto naturali & diuino teneri ad exhibendas ob-
lationes presbyteris miniſtrantibus ſpiritualia, vbi ipſi
presbyteri indigentes ſunt, nec habent vnde poſſint
ſibi neceſſaria miniſtrare, ſecundum Abbatem *in c.
cauſa, num. 2. de verbor. ſignification & in rubrica de pa-
roch.* vbi alios allegat, *& in cap. 3. num. 6. de pignor.*
Hoſtienſ. *in ſumma titulo de parochis, §. in quibus. verſ.
in his,* Henric. *in cap. quamuis, de decim.* S. Thom. 2. 2.
*quæſt. 86. artic.* 1. & ibi Caietan. *& quæſt. 100. artic.* 3.
Archiepiſc. Florent. *in 3. par. ſuæ ſummæ, tit. 12. cap. 11.*
Syluest. *verb. decima, quæſt.* 2. Dominic. à Soto *lib. 9.
de iuſtitia & iur. quæſt. 5 artic* 1. D. Conar. *dict. cap. 17.
num. 5. in princip. & deciſio Pedemont. 99. num.* 17. alios
plures allegantes, vbi *num.* 46. quod prædicti parœciani
per viam excommunicationis hoc caſu compelli poſ-
ſunt ad eas ſoluendas: & tenet Dominic. à Soto *vbi
ſuprà,* & Gregor. Lopez *in l. 9. in gloſſ. 1. tit. 19. part. 1.*
refert Hoſtienſ. dicentem, in hoc omnes conuenire,
ſi ſacerdos ita pauper ſit, quod non habeat vnde vi-
uat, niſi parochiani offerant, vel ipſum ſuſtentent,
niſi tanta inopia laborent parœciani, quod ei ſuffi-
cienter prouidere non poſſint, quo caſu manibus quæ-
rat victum, ne parochianis oneroſus exiſtat, & po-
tius credit Hoſtienſ. quod Epiſcopus tali caſu debeat
ei prouidere: ſequitur præd. D. Azeued. *in l. 1. titul. 5.
num 9. lib. 1. Non. Coll. Reg.*

Quod ſi † clerici miniſtrantes ſpiritualia inopia mi- 140
nimè grauentur, laici non ſunt cogendi oblationes eis
exhibere, niſi conſuetudine legitima oblationes con-
ſueuerint fieri altari tunc namque ratione huius con-
ſuetudinis cogi poterant laici ad oblationes, ſicut in
dictis locis receptum eſſe, nemine refragante, teſta-
tur Couar. *vbi ſuprà, in verſicul. quod ſi clerici,* alle-
gans, alios ex text. *in cap. ad Apoſtolicam, de ſymon.*
quo cauetur, laicos poſſe compelli ab Epiſcopo ob-
ſeruare pias conſuetudines in oblationibus, & ibi DD.
adnotant ex hoc, ſola diutina præſtatione adquiri obli-
gationem fauore Eccleſiarum & piæ cauſæ, *& ibi gloſſ.
final.* & communis ſecundum Felin. ibi, *num.* 26. &
loquens in conſuetudine legitima Dominic. à Soto *vbi
ſuprà,* ibi: *Omiſſi ergo,* & Theſaur. *Chriſtian. Religio.
cap. 26. num. 10. & 11.* & latè etiam deciſio Pedemont.
*ſupradicta 99. dict. num* 18. & Salazar *de vſu & conſue-
tud. curia, cap 10. num* 18. & Azeued. *vbi ſuprà, ex-
preſſa l. 8. & 9. tit. 19. partit. 1.* ibi: *Mas ſi en alguna tier-*

141 ta, &c. & l.5. tit. 17. part. 1. Vbi † loquitur *en coſtumbre de dar algo los pueblos a los clerigos, quando ſoterraran a los muertos, aſſi como candelas, o dineros, o otras coſas: y otro ſi quando en las conſagraciones de los Obiſpos ay coſtumbre de dar algunas coſas*, & ibi Greg. Lop. *in gl. de ſu officio*, expreſſe notat, ex text. *in d. cap. ad Apoſtolicam*, conſtis ibi dictis per Innocent. dicit Ioan. Faber. *in §. pauonum, Inſtitut. de rerum diuiſione, in verbo, reuerendi*, quod capellanus poteſt petere, compelli parochianum ad ſolutionem cerei vel alterius rei, quam conſueuit offerre aliquo certo tempore, cum ex tali diutina præſtatione videatur ſe velle obligare, quamuis à principio liberaliter inceperit offerre: ſequitur Octauianus *vbi ſuprà, d. deciſ. 99. num. 18.*

142 Quinimò † oblationes, quæ fiunt ex conſuetudine, etiam diuitibus & habentibus decimas, fieri poſſunt, *c. ex tranſmiſſa, de præſcriptione*, nec ob hoc presbyteri parochiani eas recipientes pro certis Sacramentis reprehendi poſſunt: Petrus Anchar. & eum referens Felin. *in dict. cap. ad Apoſtolicam, num. 2. in verſic. &*
143 *adde quod ſcribit*, & in † hac pietatis cauſa ſufficit conſuetudo decem annorum, diutinaue præſtatio, ſecundum Abb. *in c. ſuam, de ſymon.* Galiel. Caſſiad. *deciſ. 1. de conſuet. num. 5.* D. Couar. poſt Rochum de Curt. quem refert *d. c. 17. num. 3. verſic. imò & in hac, lib. 1. variar. reſolutio.* & Greg. Lopez *vbi ſuprà, in verſ. & ibi quod ſufficiet, &c.* & Theſau. *Chriſtian. Religio. vbi ſuprà, num. 11.*

144 Nec ſupradictis obſtabit, † quod ex actibus voluntariis non inducitur conſuetudo, nec animus obligandi, quia hoc fallit fauore Eccleſiæ, *cap. veniens, el 1. de teſtibus*, quo monetur Abbas ibi dicens, quod parochiani poſſunt compelli ad ſoluendum id, quod dare conſueuerunt eorum presbytero; Ex hoc inferens, quod donatio alicuius rei multo tempore continuata, inducit in Eccleſia obligationem in futurum, vt ſingulis annis donetur more ſolito: & ſequitur ibi Felin. *num. 3.* Abb. *in dict. cap. ſuam, num. 5. de ſymon.* vbi tribus modis ſoluit prædict. difficultatem: ſequitur alios allegans Octau. *vbi ſuprà, num. 43. cum ſequentibus*: & Theſaurus *vbi ſuprà, num. 10.* Limitat hoc Dominic. à Soto *vbi ſuprà verſic. nam vſu*, in conſuetudine per modum liberæ deuotionis; Hæc namque ſecundum ipſum nunquam quantumcunque diuturna, vim ingerit præcepti. Non obſtat etiam, quod oblationes continent quid extraordinarium & difforme, id eſt, prout res incidit, offertur namque quandoque granum, aliquando vinum, cera, &c. & iſta difformia non comprehenduntur in conſuetudine, *argumento l. Seio, §. medico, ff. de annuis legat.* vbi ſub legato alicui facto eius, quod viuus teſtator præſtabat, ea videntur relicta, quæ certam formam erogationis annuæ, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt: & ibi communiter Doctores, & Anton. Gomez. *de qualit. contract. num. 48. circa finem, verſic. item adde, el vltimo*: Ergo præd. oblationes non præſcribun-
145 tur: Nam reſpondeo, quod actio generalis non curat diuerſitatem ſpecierum *l. nec refert. ff. quando dies legati cedat*, & in caſu *d. l. Seio, §. medico*, difformitas ex ſolo nutu voluntatis procedit, ſecundum Bald. *in capit. de quarta, in fin. num. 9. de præſcript.* quem refert & ſequitur ita reſpondens huic difficultati Rebuff. *de decim. quæſt. 13. num. 66.* quaſi velit Bald. dicere, quod ibi non veniunt ea, quæ ex ſola liberalitatis incerta voluntate in vita præſtabantur, ſed ea, quæ certam præſtationem annuam habebant quaſi ex hoc forma quædam induceretur, præterquam quod voluntarie præſtabantur: Hoc autem in ſpecie noſtra nihil obeſt, quinimo confirmat ſuperiora, vt ſtatim *in ſecunda ſolutione* dicemus. Secundò reſpondeo, vt colligitur ex Anton. Gom. *vbi ſuprà* dicente *in propoſito d. §. medico*, quod ſi diuerſimode præſtabat teſtator in vita & tempore mortis, debentur ſecundum præſtationem temporis mortis, per text. vbi DD. *in l. Mela, §. 1. ff. de aliment. & cibar. leg.* Sic oblationes debitæ parochis occaſione paupertatis ſeu conſuetudinis, ſunt voluntariæ quoad quantitatem, & in ſpecie rei oblatæ, vt aſſerunt S. Thom. *in 2. 2. quæſt. 86. artic. 1.* Florent.
*in 3. part. ſuæ Summæ, tit. 12. cap. 2.* Quorum † ſen- 146
tentiam veram eſſe exiſtimo, præſuppoſita varietate conſuetudinis in offerendo, licet de ea dubitet Octau. *d. deciſione 99. num. 21.*

Nec etiam obeſt, quod pro annuis præſtationibus 147
ſi non radicantur in aliquo iure reali, competenti in aliqua re vel perſona, non datur aliquod interdictum poſſeſſorium, cum non poſſit competere petitorium, iuxta doctrinam Bart. & communem Legiſtarum *in l. final. ff. quorum bon.* vbi Ripa *num. 3.* affirmat, Legiſtas ita communiter tenere, & veriorem eſſe in puncto iuris, refert plures eam ſequutus Matth. de Afflict. *deciſione Neapolitan. 395. num. 3.* dicit magis communem eam ſequutus Anton. Gomez *in l. 45. Tauri, num. 172.* Eandem defendit crebrioremque teſtatur reſpondens poſt Ripam *capit. querelam, de electíon.* Menochius *in remedio 1. de recuperand. poſſeſſio. num. 87. & 88.* plures allegans: Ergo idem videtur dicendum in iſtis oblationibus. Non, inquam, obſtat hoc quia in oblationibus prædictis contrarium probat text. *in dict. cap. ad Apoſtolicam*, vbi data conſuetudine, competeret petitorium ad eius obſeruantiam, & etiam poſſeſſorium, ſeu quaſi, ita tenet Paul. Caſtrenſ. *conſil. 363. colum. 2. & 3. in princip. volum. 1.* & Decius *conſil. 225. num. 5.* licet in caſibus, in quibus conſuluerunt, præſupponant, non eſſe probatam poſſeſſionem reſpectu omnium, & Octauian. *vbi ſuprà dict. deciſione 99. numer. 47. cum ſequentibus*, vbi pro hac opinione adducit text. *in capitul. ſicut nobis, de re iudic.* quem text. Abbas & Felinus *in princip.* poſt Dominic. & Butr. dicunt ſingularem ad hoc, quod pro iuribus mere perſonalibus poteſt agi poſſeſſorio: ſequitur Felin. *in capitul. conqueſtus, in fine, de foro competenti*, & quod pro præſtationibus perſonalibus competebat poſſeſſorium ſaltem vtile vel officium iudicis, latè probat plures allegans *deciſio Pedemont. ſupradict. num. 49. & 50.* & de poſſeſſorio teſtatur crebriorem Canoniſtarum plures citans Menochius *vbi ſuprà, dict. num. 87.* & probari aperte videtur *in dict. capit. querelam, verſic. quia vero.*

Ad hoc † tamen, vt valeat prædicta conſuetudo 148
offerendi in Eccleſia clericis, & poſſint compelli laici ad eam obſeruandam tanquam laudabilem, *vt in dict. cap. ad Apoſtolicam*, requiritur primo quod parochiani gratis, ſponte, pure & ſimpliciter, nulla neceſſitate cogente: vel pactione ſeu pignore præcedente, ſed ex deuotione principaliter obtulerint & ſoluerint, *vt vt in cap. dilectus filius, a & in cap. tua de ſymon. & dict. cap. ad Apoſtolicam*, ibi: *Pia deuotione fidelium*: ita Paul. Caſtrenſ. *dict. conſ. 363. in primis tribus requiſitis, alias incipit, circa primum quæſitum, volum. 1.* ſequitur Corn. *conſ. 296. lit. R. & L. vol. 4.* Decius *conſil. 215. n. 2 verſic. venio ad ſecundum* Pedemont. *vbi ſuprà n. 5. verſic. ſecundo*, Gregor. Lopez *in dict. l. 15. in gloſſ. de ſuo officio*, ibi: *Primum quod parochiani*: Ex quo enim laici qui tanto tempore ſoluerunt, præſumitur ſe ad id voluntarie obligaſſe, non quod pro Sacramentis, quæ prius libere conferre debent, aliquid petatur, ſed quia gratis à laicis fuit exhibitum, ex vi conſuetudinis poſtulatur, vt ex Doctoribus *in d. cap. ad Apoſtolicam*, conſtat & probat Caſſiador. *vbi ſuprà, num. 2.*



*num. 2.* idem ſecundum Abb. *in d. cap. ſuam*, & Ananiam *in dict. cap. ad Apoſtolicam*, vt ſi tempore Sacramenti aliquid exhibeatur, vt videatur populus longo tempore iſtud ſeruando ſe velle ſpontanee obligare in recompenſationem ſpiritualium, recognoſcendo Deum in donis ſuis, atque peccata eleemoſynis redimendo, *c. medicinam, de pœnitentia diſtinctio. 1.* ſequitur Caſſiad. *vbi ſuprà, num. 3.* vbi *num. 4.* quod ſi exactio præcedens dedit cauſam conſuetudini, tunc non valet: quod probatur ad literam *in d. cap. ad Apoſtolicam*, ibi: *Pecuniam exigunt & extorquent.* & ibi, *Prauas exactiones fieri prohibemus*, &c.

149 Præterea † & ſecundo requiritur, vt quod à parochianis ſoluitur, ſit certum, taxatum tamen arbitrio parochianorum, non autem Rectoris Eccleſiæ, *d. cap. dilectus, in fine*, Paulus Caſtrenſ. *vbi ſuprà, verſic. 4. requiritur*, Archipiſcopus Florent. *in 3. parte ſuæ ſummæ, tit. 12. cap. 11. verſ. 4. propter conſuetudinem.* & deciſio. Pedemont. *vbi ſuprà, ver. item quæritur, el 1.* & Greg. Lop. *vbi ſuprà, verſ. quartum.*

150 Item † requiritur, quod totus populus vel maior pars perſiſtat in ſeruando prædictam laudabilem conſuetudinem; Nam tunc cogi poterunt ſingulares eam non ſeruantes, ſecundum Paul. Caſtrenſ. *vbi ſuprà, in verſ. 5. videtur requiri*, & Octau. *qui ſupr. d. num. 5. verſic. item requiritur el 2.* & præterea Greg. Lop. *vbi ſuprà, verſ. 5.* vbi etiam agit, an ſi totus populus, vel maior pars velit conſuetudinem hanc immutare, hoc poſſit facere.

151 Et per prædicta † obtinui iam in praxi in ſimili caſu in fauorem huius almæ Eccleſiæ Cathadralis Ciuitatenſ. contra quendam parochianum ipſius, qui renuebat facere in ea piam memoriam Miſſæ in cantu, ac oblationes conſuetas pro matre ſua defuncta, etiam parochiana eiuſdem Eccleſiæ, in monaſterio tamen Diui Franciſci eiuſdem ciuitatis ſepulta; & plura contra prædictam conſuetudinem allegabat, ac probauit, nempe, eam eſſe omnino voluntariam, non vero obligatoriam: nihilominus fuit per ſententiam diffinitiuam Ordinarij Ciuitatenſ. condemnatus ſub pœna excommunicationis ad obſeruandam prædictam conſuetudinem, & virtute ipſius ad faciendam prædictam piam memoriam & oblationes conſuetas fieri in hac Eccleſia pro eiuſdem parochianis alibi ſepultis, & literæ exſequutoriales oſtenſæ fuerunt illius ſententiæ, quibus condemnatus paruit cum effectu.

152 Non tamen † poteſt presbyter parochialis propria auctoritate negare miniſterium ſpirituale ipſis laicis, etiamſi hi ceſſauerint à conſuetis dici oblationibus, Nam etſi laici ſint cogendi auctoritate prælatorum conſuetas oblationes exhibere, non tamen ſunt ab eis ſubtrahenda ſpiritualia miniſteria, vt tenet Diuus Thomas *vbi ſuprà*, & alij communiter ſecundum Couarr. *dict. capit. 17. numer. 3. verſicul. illud tamen eſt conſiderandum*, vbi alios plures in idem citat, dicens, ſic intelligendum eſſe *dict. capit. ad Apoſtolicam, & dict. cap. ſicut, eodem titulo*, ne videatur pretium temporale oblationis dari pro ſpirituali miniſterio, & conſtare videtur ex dicto *cap. ad Apoſtolicam*, ibi: *Statuentes, vt libere conferantur Eccleſiaſtica Sacramenta, &c.* Sequitur etiam Greg. Lopez *in dict. leg. 9. titul. 19. partita 1. in gloſſ. 1. in verſiculo, & aduerte*, & Theſau. Chriſt. religio. *vbi ſuprà dict. num* 10 id quod expreſſe probat *dict. leg. 9. circa finem*, ibi: *Pol tal razon como eſta no les deue el clerigo por ſi miſmo agrauiar, dexando de dezir las horas, mas deue rogar al Obiſpo, o al perlado que ouiere, que el de ſu officio les conſtrinna que guarden aquella coſtumbre*, & ibi aduertit Gregorius, vbi addit cum Abbate, quod ſi imputari poteſt culpa ſacerdoti, ex quo acceptauit Eccleſiam inopem, non poſſent compelli parochiani ad oblationes: & profecto rectius lex prædicta diſpoſuit in fine, quod vidimus, quam in principio contrarium, quamuis hic loquatur non ſtante conſuetudine offerendi, dicens: *Pero puede los conſtrennir deſta manera, no les diziendo las horas*: Hoc namque propria auctoritate fieri non poſſet, ne videatur pro Sacramentorum exhibitione aliquid exigere, ſed per ſuperiorem aliquem, ſecundum Diuum Thom. & Gregor. Lopez *vbi ſuprà*, & cæteros: & ita eſt intelligenda prædict. l. Regia in in principio, in verbis modo relatis vt conſtat ex ſupradictis; & tenent communiter DD. ſecundum Couarruuiam *d. lib. 3. variar. reſolutio. cap. 17. num. 3.* & D. Azeued. *in d. l. 1. tit. 5. lib. 1. Nouæ Coll. Reg. n. 9.* vbi quod ſuperior prius debet procedere contra parochianos per cenſuras: quod ſi hoc non obſtante nolint efferre, tunc poterit præcipere, ne dicantur eis horæ canonicæ.

Ex quibus † omnibus intelligenda venit gloſſ. *in* 153
*cap. ſanctorum, 10. q. 1.* dicens, laicos cogendos eſſe ad oblationes miniſtris ſpiritualium exhibendas; Hoc namque ſic ſimpliciter dictum iure non procedit, ſed tunc demum, vel cum miniſtri aliunde nequeant ſibi neceſſaria ad victum exhibere, vel alias ratione legitimæ conſuetudinis, modo libere prius miniſtrentur ſpiritualia, vt prædiximus, & ita eam intelligit nuncupatim Couar. *vbi ſuprà, verſic. ex quibus.* Similiter *l. 8. titul. 19. part. 1.* probans ſimpliciter parochianos non eſſe compellendos ad faciendas clericis prædict. oblationes, intelligenda eſt ac limitanda in præd. duobus caſibus non procedere, nempe cum ipſi miniſtri Eccleſiaſtici inopes aliunde omnino ſint, vel ſtante legitima conſuetudine prædictæ oblationes faciendæ, per prædicta, vel quoties in teſtamento defuncti præcipitur fieri clericis oblationes, *vt in l. 7. eodem tit. 19. partita 1.* & in terminis ita etiam in prædictis caſibus D. Azeuedo *vbi ſuprà, dict. num. 9.*

Illud tamen † eſſe obſeruandum in propoſito vide- 154
tur, non ſufficere, quod miniſter ſpiritualium ex aliquo particulari artificio poſſit victum quærere ad hoc vt parochiani eum non debeant ſuis oblationibus alere, quia non tenetur, qui laicis proprio labore ſpiritualia miniſtrat ſibi victum quærere aliunde, quam ex oblationibus ipſorum laicorum, quibus ſeruit; etiamſi maximus alioqui artifex ſit, poſſitque commode ex ea induſtria alimenta percipere: Inquit enim D. Paul. *1. Corinth. cap. 6. quis militat ſuis ſtipendiis? Quis plantat vineam, & de fructibus non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat?* & in terminis, de quibus agimus, ita tenent Roman. *ſingul. 344.* Dec. *in cap. cum inter, num 16. de except.* & ſenſit Hoſtienſ. *in in ſumma, tit. de paroch. verſic. in his*, quos refert & ſequitur D. Couar. *vbi ſuprà, num 3 verſ. quia in re*, aduerſus Abb. & Felin. *in d. cap. veniens.* Sed horum opinionem ſequitur Theſaurus Chriſtian. Relig. *d cap. 61. num. 11. verſic. ſi verò*, dicens, quod imputet ſibi, quia tale beneficium acceptauerit; & hoc eſſe de mente omnium Doctorum: & probata eſt *in l. 9. in verſ. Nin ſabe hazer ninguno de los meneſteres, &c. tit. 19. part. 1.* & ibi expreſſe tenet opinionem Abb. Greg. Lop. *in gloſſ. 1. in fin.* Et hæc ſecunda opinio verior & tenenda
videtur. Vicarius autem, † qui officium & munus ſa- 155
cerdotale exercet in aliqua parochia nomine alterius, qui etſi abſens ſit, pingues tamen & opimos reditus ab Eccleſia iure ſacerdotij percipiat, inops iuſte dici non poteſt, vt ratione huius inopiæ cogendi ſint laici ei oblationes exhibere, quia eum tenetur proprietarius alere atque congruam portionem ex redditibus ſacerdoti aſſignare, non verò parochiani, vt recte probauit Dominic. à Soto *lib. 9. de iuſtitia & iur. quæſt. 3. articul. 1*;

articul. 1. verſic. neque verò, &c. ſequitur Couar. vbi ſuprà d. num. 3. verſic. ſecundum.

156 Sed an † conſuetudo; *Quod laicis in die Purificationis Virginis Mariæ in Eccleſia per preſbyteros candelæ ceræ albæ, vel alterius coloris offerantur, ſit valida & obſeruanda?* Videtur valere, quia parum Eccleſiæ nocet, & laicis ad deuotionem multum confert, vt in ſpecie decidit Federicus de Senis in conſil. 155. quæſtio. an laici, ſequitur ſumma Roſel. citata per Syluestrum vbi infrà, exiſtimans, ſpatio quadraginta annorum hanc conſuetudinem præſcribi, & Federicum refert & ſequitur additio Abb. in cap. 1. num. 2. de conſuetud. & Gregor. Lopez allegans Balb. Oldrad. & Felin. in l. 15. tit. 17. in gloſſ. de ſu officio in fin part. 1. pro quo facit bona gl. magna, ad fi. in c. fi. 3. q. 3. quæ habet; Quod prælatus dare poteſt bona aliqua ex bonis Eccleſiæ, ſi hoc habet conſuetudo.

Sed Syluester. in ſumma, verbo, decimæ, num. 7. inquit, opinionem prædict. Federici, & ſummæ Roſellæ eſſe falſam, quia licèt iſta conſuetudo, quantum ad vnam candelam, non ſit Eccleſiæ grauis, attamen quantum ad multas, eſt grauiſſima, & tanto magis, quanto inde inimicitiæ ſequuntur, vt in dict. cap. 1. de conſuetud item per eam Eccleſia ſubmittitur laicis contra text. in cap. 2. de reb. Eccleſiæ non alienand. lib. 6. Item ſoli patroni videntur eſſe priuilegiati in hoc, vt eis cenſus, ſeruitus, vel tributum ab Eccleſiis reddatur: vt in cap. præterea, de iure patron. Eiuſdem ſententiæ contra Federicum videtur fuiſſe Rochus de Curt. in cap. fin. de conſuetud. ſectione 5. num. 24 qui tandem reſoluit, ſtandum eſſe arbitrio iudicis in eo puncto, an conſuetudo dicatur multum præiudicialis Eccleſiæ, vel modicum, ſicut ſimiliter quæ dicatur rationabilis, vel non, vt per Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centuria 1.
157 caſu 81. num. 2. cum ſequentib. alios citantem. Sic † etiam videmus non valere conſuetudinem qua habetur; Vt ruſtici non teneantur ſoluere decimas, niſi curatus ſoluat cuilibet parochianorum certas libras carnium porcinarum, vel quid ſimile ſecundum Abb. in cap. 1. num. 2. de conſuetud. quem ſequuntur poſteriores ibi, ſecundum Roch. de Curt vbi ſuprà, quia hæc conſuetudo eſt multum onerosa Eccleſiæ, ac per eam retrahuntur laici à ſolutione decimarum, ſi prædictæ libræ carnium vel ſimile non præſtentur. Additio tamen Abb. ibid. littera A. exiſtimat, quod tales ruſtici præſcriptione 40. annorum cum titulo vel præſcriptione immemoriali, abſque titulo tueri ſe poſſint, vel ſi maior pars eccleſiarum ita ſeruaret, ex traditis per Federicum, vbi ſuprà, cuius opinio cum non ſit tuta, quia prædicta conſuetudo præſtandi candelas laicis nimis grauat Eccleſiam, vt ſuprà diximus, & infra docemus, fauere non poteſt huic opinioni: ac proinde ſententiam Abbatis ſequi malo indiſtinctè.

158 Sic etiam † non valet conſuetudo; Quod presbyteri teneantur dare in Paſchate ſuis Parochianis agnum Paſchalem, vel paſtum, vel quid aliud, quando illud eſſet tale, per quod Eccleſia multum grauaretur, aliàs ſecus, ſecundum Card. Florent. in dict. capit. 1. in fin. & Curt. vbi ſuprà, mihi idem videtur dicendum cum eodem in conſuetudine prædicta de candelis præſtandis, vt ſi ſit nimis grauis Eccleſiæ, præcipue cum ipſa eſſet pauper & egens, † non valeat præ-
159 dicta conſuetudo, nec ſit obſeruanda: ſi verò nimis non grauet Eccleſiam, quia paucis candelæ præſtantur, & Eccleſia redditibus abundat, valida ſit, arbitrio iudicis, tanquam boni viri, ſemper hoc relinquendo, qui tamen in dubio in fauorem Eccleſiæ pronus erit, ex rationib. prædictis Syluestri, quæ mihi multum arrident.

160 Vltimo † in hoc opportune differenda venit quæſtio illa; *An valida ſit antiqua conſuetudo, quæ in pleriſque diœceſibus exſtat, ex bonis & rebus à defuncto relictis deberi ac dandam eſſe Epiſcopo, vel parochiali preſbytero meliorem veſtem, aut vas aliquod argenteum, ſeu aliam rem, quam ipſe Epiſcopus vel preſbyter elegerit?* Et ſimilem conſuetudinem, qua domini à ſuis vaſallis morientibus à tempore immemoriali meliorem exigunt veſtem, aut aliam rem mobilem, ſeu optimum bouem, ſimileue, nequaquam poſſe obtinere, vtpote iniquam, rationique contrariam probauit Philippus Corn. conſil. 296. circa primum, col. 2. verſic. tamen his, lib. 4. Nihilominus tamen in ſpecie quæſtionis propoſitæ in fauorem parochi eſt tenendum, ſecundum Innocent. Hoſtienſ. & communem in dict. cap. ad Apoſtolicam, Henric. & alios in d. cap. Iacobus de ſymon. Caſſad. in deciſione vnic. de conſuetud. in princip. numer. 1. qui teſtatur, iuxta hanc opinionem in Apoſtolicæ ſedis prætorio litem deciſam fuiſſe, quem refert & communem eſſe profitetur, eam ſequutus D. Couar. dict. libr. 1. variar. reſolution. cap. 17. numer. 3. verſicul. ſic ſane idem in capit. officij, numer. 1. ad fin. de teſtam. loquens in conſuetudine præd. in fauorem Epiſcopi vel parochialis presbyteri introducta.

Quinimo † idem procedit ac ſeruandum eſt in veſte 161
ſciſſa parochiani decedentis exiſtente penes ſartorem: nondum ſuta nec completa, electa vigore d. conſuetudinis à Rectore Eccleſiæ parochialis, vt concluſum fuit in capella Toloſana, deciſio 387. vbi Stephan. Aufrerius idem etiam iure probat, & eiuſdem deciſionis meminit Boër. in conſuetud. Bituricenſ. des couſtumes concernans les mariag. & dona. rubric. 4. §. 6. num. 16. & 17. & Caſſan. in conſuetud. Burgund. rubric. 4. & ſequitur Burg. de Paz in l. 1. Tauri, num. 312. vbi inquit ſe audiſſe Alfonſum Regem Legionenſem ſuper his ſanctionem edidiſſe, cuius exemplum non authenticum habuit in hæc verba: *Luithoſam mandamus dari, vbi eſt vſus & conſuetudo terrarum:* Hinc prædicta exactio Luithoſa appellatur: in hoc Epiſcopatu Ciuitatenſ. certo ſcio, eſſe hanc conſuetudinem immemorialem, vt è bonis vniuſcuiuſque Rectoris parochialis huius Epiſcopatus decedentis debeatur Epiſcopo Ciuitat. melior ſuppellex, aliaue res mobilis vel ſe mouens, quam ipſe elegerit, & hanc vidi exigi ſæpiſſime, vt vulgo hic vocatur luctuoſa, origine ducta forſan ab illa conſtitutione Regis Alfonſi Legionenſis, vel quia ex luctu ob mortem defuncti exigitur ſiue defertur, ex prædicta conſuetudine, quamuis proprius ab effectu poſſet vocari gaudioſa eam habere debentibus: In Epiſcopatu etiam Placentino accepimus eſſe ſimilem conſuetudinem, atque litteris exſequutoris obſeruari iuſtum eſſe, eas tamen non vidimus.

Sed an † oblationes factæ imagini pictæ in 162
muro eccleſiæ parochialis pertineant ad Epiſcopum diœceſanum, vel ad Rectorem illius Eccleſiæ, in vtramque partem diſputat latiſſimè Marian. Socin. in tract. de oblatio. libellor. 18. per totum, & numer. 49. reſoluit cum communi, quod tales oblationes debentur Eccleſiæ parochiali, in vol. 15. tract. diuerſorum Doctorum, & nouiſſimè Tiber. Decian. conſ. 16. per totum, vol. 2. vbi num. 8. cum ſequentib. ex pluribus idem probat, nempe ad Rectorem pertinere, non verò ad Epiſcopum, cum communi plurimorum auctorum ſententia, quos citat, dicens non eſſe ab ea recedendum in iudicando & conſulendo, ibique reſpondet fundamentis contrariæ partis, & num. 11. ibi: *Ex quo infero ego*, & in num. 14. verſic. nota & tene menti, cum Abbate id ampliat, etiamſi oblationes fiant in capella ſita intra parochiam alicuius Eccleſiæ, nam adhuc de



de iure non cedunt capellæ, ſed Eccleſiæ parochiali prædictæ: quod tenet Abbas in cap. paſtoralis, num. 2. de his quæ fiunt à Prel. ſine conſenſu cap. & Marian. Soc. vbi ſupra num. 55. & 56. quod etiam ſequitur Petrus de Vbald. in tract. de canonica Epiſcop. & paroch. c. 4. 16. quæſt. princip. num. 4. verſic. reſtat. autem, vol. 15. tract. diuerſorum Doctorum, vbi addit, quod cedent illi prouentus in vſus neceſſarios, & ſtipendia miniſtrorum illius capellæ, ſecundum Hoſtienſ. & Ioan. in c. ad audientiam, el 1. de Eccleſiis ædificand. & inquit Marian. Socin. vbi ſuprà, quod hodie quodammodo eſt conſuetudo vniuerſalis, quod oblationes factæ intra parochiam communiter ſunt Rectoris illius Eccleſiæ, & quod hæc conſuetudo valet.

## SVMMARIVM.

1 *Voti definitio ſiue deſcriptio.*

2 *Ad votum tria de neceſſitate requiruntur, rationis deliberatio, propoſitum voluntatis, & promiſſio.*

3 *Homo homini non poteſt quicquam promittere, niſi voce aut ſignis, Deo autem per ſolam mentis loquelam fieri poteſt promiſſio.*

4 *Promiſſio homini facta per ſolum actum interiorem, non obligat promittentem in conſcientia.*

5 *An cuncta ſint conſilio deliberanda ad votum quorum ignorantia cohibere hominem poſſet à vouendo.*

6 *In deliberatione duo includuntur, conſultatio ſiue collectio mediorum inter plura media, & determinatio ad votum, ea enim deliberatio, quæ ſufficit ad propoſitum, ſufficit ad votum.*

7 *Deliberatio, quæ ſufficit ad obligandum nos diabolo per peccatum mortale, eadem ſufficit ad obligandum nos Deo per votum ad vitam æternam.*

8 *Votum imperfectum, quod non eſt per rationem vel voluntatem deliberatum, ſed per modum primi motus, cui voluntas non aſſentit tenet: ſi vero ſit deliberatum, ſed non plena diſcuſſionis ratione, vt in exemplis hic poſitis, obligat.*

9 *Votum cum actuali deliberatione præmiſſa, quæ plena aut ſemiplena nominatur, vouentem obligat.*

10 *Si quis ira aut calore percitus, aut mortis metu, quæ rationis iudicium tolleret, votum emitteret, non obligaretur: ſecus vbi illa rationis lux perſiſtat, quæ facere poteſt, aut meritum aut mortale delictum, tunc votum obligat.*

11 *Vota illa ex anguſtia facta non obligant, quæ quis profert non cogitando, ideſt non aduertendo, eo modo, quo quis aliquando inaduertenter blaſphemat.*

12 *Iratus aut bene potatus vouens, aut iurans ingreſſum religionis, ſi ſic ſubito id faciat, quod non feciſſet per deliberationem & ſententiam rationis, quæ tamen moram temporis magnam non requirit, non tenetur: ſecus autem ſi hoc agit ſciens quod iuret aut voueat, licet non plenè deliberauerit. Idem in iurante, num. 17.*

13 *Qui calore concupiſcentiæ inflammatus, aut bene potatus, non tamen ebrius omnino, iurat vxorem ducere, compellitur eam ducere: & ſimiliter, qui occidit hominem, non excuſatur a toto, quin ſit ramortale.*

14 *Pœnitentia voti ſuperueniens ſtatim tranſacto periculo, non eſt indicium ad agnoſcendum quod votum ſubitum non ſit validum.*

19 *Vota repentina deliberatione ſuſcepta, quæ nihilominus obligant, vt eſt prædictum, facilius diſpenſantur, iuſtamque ſecum afferunt cauſam diſpenſationis & commutationis, quam cætera, quæ magna deliberatione fiunt.*

16 *Inique atque iniuſte diſpenſationem illius voti procurat is poſtea ſaluus, qui illud emiſit Deo, ſi eum eriperet ab aliquo imminente periculo.*

17 *Iuramenta emiſſa à luſoribus de amplius non ludendo, fere ſemper ſunt obligatoria, facilius tamen cum his diſpenſatur.*

18 *Iurans aut vouens ſe iturum Hieroſolymam, ſi iterum ludat, primo iræ motu laborans, & non perpendens, ſit ne bonum, aut malum, tale votum facere, quamuis illud non adimpleat, non erit voti aut iuramenti reus.*

19 *Qui iurandi aſſiduitate iuraret ſe Hieroſolymam, iturum, ſi iterum iurauerit, ad voti adimpletionem tenebitur, propter defectum actualis deliberationis.*

20 *Iuramentum de re parua & leui licita tamen, non obligat ſub mortali, quamuis illud non ſeruans peccet venialiter.*

21 *Iurans amplius non ludere, abſolui ab hoc iuramento non poteſt nulla alia de cauſa, quam quod ipſe magnum deſiderium ludendi & tentationem patiatur: vbi quando licita ſit diſpenſatio, & conſilium pro confeſſariis, quid hoc caſu obſeruare debeat, ponitur, num. 22.*

23 *Epiſcopus ſemper poteſt in iuramentis diſpenſare, quando impleri non poſſunt ſine interitu ſalutis æternæ: alias ſolus Papa.*

24 *Propoſitum promittendi, ſequuta promiſſione, perficit votum, ac proinde obligat.*

25 *Dum quis non intendit facere quod promittit, nec promittere, quod dicit, ſed nugari, aut ſeducere, in foro interiori non obligatur, in exteriori vero tenetur, & compellendus eſt adimplere, niſi ante iudicis tribunal ſuam intentionem ſe non obligandi deducat & probet, vt in num. 27. & de probatione vide num. 29.*

26 *Ficte vouens religionem, an obligetur, & quid facere tunc debeat, num. 28.*

30 *Vouens promittens, vel iurans, verè intendens id facere, non tamen ſeruare, grauiter peccat, & ſeruare tenetur: & quid ſi in præmiſſa ſpecie non intendat ſe obligare, num. 31.*

32 *Propoſitum cum deliberatione abſque tamen promiſſione exteriori, vel interiori, an obliget ſub reatu mortalis culpæ? & numeris ſequentibus, num. 37. ponitur concordia inter diuerſas opiniones.*

33 *Propoſitum religionis habens, non tamen promittit explicite neque implicite profeſſionem religionis, non obligatur.*

34 *Propoſitum deliberatum, etiamſi ore enuntietur atque verbo proferatur, ſi promiſſio illius non ſubſequatur expreſſa vel tacita, non obligat ſub pœna peccati mortalis.*

35 *Text. in cap. conſulti, de regul. intellect. & n. 36.*

38 *Vouens religionem ingredi, an teneatur perpetuo in religione permanere? & numeris ſequentibus, præcipue num. 44.*

39 *Vouens profiteri in aliqua religione, tenetur permanere in ea: ſecus ſi vouerit ſe fieri religioſum, vt in n. 40. Item ſi vouerit eſſe religioſus, cum intentione gaudendi anno probationis, poterit eo gaudere, n. 41.*

42 *Vouens religionem, & ingrediens animo ſtatim exeundi, non ſatisfacit voto, niſi in caſu, num 43.*

45 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare in votis conditionalibus, ſiue pœnalibus, quæ alias ſi abſoluta forent, minimè poſſet: num. ſeqq. 50. & 51. & 53.*

46 *Vota religionis, caſtitatis perpetuæ, peregrinationis Hieroſolymitanæ Romanæque ac Compoſtellanæ, Summo Pontifici ſunt reſeruata, cum abſolute emittuntur: & n. 47. Quid ſi votum peregrinationis terræ ſanctæ ex deuotione fiat, non vero pro ſubſidio?*

Reſoluitur

*Reſoluitur idem de conſuetudine. Limitatur quod dictum eſt, num.46. in perſonis alijs ſubiectis ſine ipſorum licentia voventibus religionem vel caſtitatem, tunc enim hi poterunt huiuſmodi votum irritare, & à fortiori Epiſcopus in eo cum cauſa diſpenſare: & idem in vxore reſpectu mariti, vt in num.49. circa finem.*

48 *Epiſcopus diſpenſare poteſt cum ſuis parochianis in cæteris votis præter ſupradicta, & etiam in voto caſtitatis non perpetuæ.*

49 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare in voto continentiæ perpetuæ, in caſu c. veniens, qui cleric. vel vouent.*

50 *Vota ſyncere conditionalia diſpenſantur per illum, à quo, ſi pura fuiſſent, potuiſſet ſuper eis diſpenſari.*

## CAPVT XXII.

### *De requiſitis ad votum obligatorium ſub peccato mortali, & vtrum in ſolo voluntatis propoſito perficiatur.*

1 AD faciliorem † cognitionem *infrà* dicendorum præmittere oportet definitionem voti. Votum igitur eſt promiſſio quædam, quædam ſaltem interior deliberata Deo facta de aliquo maiori bono, ſecundum Magiſtr. ſententiar. *in 4. diſtinct.* 38. vbi ait, quod votum eſt teſtificatio quædam promiſſionis ſpontaneæ, quæ Deo, & de his, quæ Dei ſunt, fieri debet; tametſi & de teſtificatione interna forte loquatur, qua ſe homo Deo debitorem conteſtatur, refert & ſequitur D. Thom. 2. 2. *q.*88. *art.* 1. *ſuper concluſione, verſ. vnde magiſter dicit*: expreſſa *l.*1. *in princ. tit.*8. *p.* 1. vt inquit: *Voto tanto quiere dezir como promeſſa que home faze a Dios, &c.* & ibi: *Quando es fecho por algun bien,* & conſtat ex Hoſtienſ. *in ſumma, tit. de voto*, §. 1. & ſequuntur cæteri *in* 4. *diſt.*38. & Archiep. Flor. *in* 2. *p. ſuæ ſummæ, tit.*11. *c.*2. *in princ.* Archid. *in cap. qui bona,* 17. *q.*1. Abb. & alij *in cap. literaturam, de voto,* Syluestr. *in ſumma, verbo, votum* 1. *in princ.* & cæteri ſummiſtę, eſt communis ſecund. Nauar. in Manual. *Lat. c.*12. *n.* 24. eſt receptiſſima ſecund. Dom. à Soto *lib.* 7. *de iuſt. & iur. q.*1. *art.*2. *in verſ. his tamen non obſtantib. &c.* & eam in effectu probat Greg. Lup. *in d. l.*1. *gl.*1. & latiſſimè eam exponit poſtremo clariſſimus genere & literis Don. Did. Lop. à Stunica & Sotomaior, *in tract. de voto, q.*1. *n.*5. *cum ſeqq.*

2 Ad votum † autem tria ex neceſſitate requiruntur. Primò, rationis deliberatio. Secundò, propoſitum voluntatis. Tertiò vero, promiſſio, in qua ratio perficitur voti: ita S. Thom. 2. 2. *q.*88. *art.*1. communiter ibi receptus per Theologos: & hanc diſtinctionē ſequitur Syluestr. *in ſua ſumma, verbo, votum, in principio,* & latè probat Dominic. à Soto, *vbi ſuprà, in* 1. *concluſ. verſ. ad votum*: ſequitur Gregor. Lopez *in dicta l.*1. *in gloſſ. arrebata demente, in verſ.* & dicit S. Thomas, & alios allegans frater Ioſeph. Angles *in ſuis floribus Theolog. quæſt.* 1. *part. in quæſt. de voto, concluſ.*1. & tenuit gloſſ. 1. *in cap. neque viduas,* 27. *q.*1. vbi quod cum quis in originem diſponit aliquid boni facere, dicitur deliberatio: *vt in cap. qui bona,* 17. *q.* 1. hoc infringere, veniale eſt: ſi verò procedit & proponit idem firmiter facturum, dicitur propoſitum, cuius fractio veniale grauius eſt: Si verò accedat obligatio, dicitur votum, cuius fractio peccatum mortale eſt: Itaque cum votum eſt perfectum ex prædictis tribus partibus, obligat ad obſeruantiam ſub pœna peccati mortalis, vt Eccleſiaſtes 5. *Si quid vouiſti Deo, ne moreris reddere: diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio.* Et ibi: *Quodcunque voueris, redde*: multoque melius eſt non vouere, quam poſt votum promiſſa non reddere: text. *in c. licet, & in cap. magnæ, de voto,* S. Thom. 2. 2. *q.* 88. *art.* 3. & omnes *in lib.* 4. *ſententiarum, diſtinct.* 38. ſecundum Nauar. qui idem ſequitur *in Manual. Latin. cap.*12. *n.*16. Quibus fit, vt nulla deliberatio, quantumlibet reſoluta & firma, nec etiam propoſitum firmum efficit votum, niſi ſimul interueniat promiſſio vel votum: ita S. Thom. 2. 2. *q.*88. *art.*1. & 2. & omnes DD. *in cap. literaturam, de voto.* quos ſequitur in pulchro caſu Nauar. *conſ.*1. *n.*1. *de vot.* & prius *in Manuali, c.* 12. *n.* 24. eſt communis ſecundum eundem Nauarr. *conſ.*8 *de vot. n.*1. & *conſ.*15. *de vot. n.*1. ſequimur & nos *infrà, n.*34.

Illa tamen † eſt inter homines ac Deum in propoſito differentia, quod cum nobis, non niſi vocibus aut exteris nutibus aliena mens innoteſcat, non poteſt homo homini niſi voce ac ſignis, quidquam promittere: vnde Prouerb. 6. *Illaqueatus es verbis oris tui: Deo autem cui intima cordis patent.* 1. Reg. 16. *Homines vident ea, quæ patent, ſed Deus intuetur cor*; per ſolam mentis loquelam fieri poteſt promiſſio: quo fit, vt quoad voti eſſentiam & neceſſitatem, intellectu abſque voce conſummetur votum: ita docet S. Thom. *vbi ſuprà, artic.*1. Abb. *in c. literaturam, num.* 2. *de voto,* & Soto *vbi ſuprà in verſic. ſtatutum hoc,* & voluit Nauar. *dict. cap.* 12. *num.* 26. *in princip. verſic.* 3. Gregor. Lop. *in dict. l.*1. *in gloſſ. arrebata damente, in fine.* Nec obſtat illud Pſalmi; *Reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea*; Quia verba non ſunt reſpectu Dei neceſſaria, ſed reſpectu noſtri: ſicuti vocalis oratio ad expergefaciendos noſtros animos, excitandoſque mentis oculos in Deum. Secundò etiam acciri ſolet aliquorum teſtimonium, vt non ſolum Dei metus, verum vt humanus pudor firmiores nos reddat, ne voti fidem frangamus, ſecundum Dominic. à Soto *vbi ſuprà in verſic. poſterior concluſio*: & triginta exempla voti taciti ſine verbis, ponit Præpoſit. *in cap. rurſus, qui cleric. vel vouent.* 3

Promiſſio † tamen homini facta per ſolum actum interiorem non obligat promittentem in conſcientia, ſecundum opinionem Thomæ, quam tanquam veriorem probat frater Angles *in ſuis florib. Theolog. quæſt. in* 2. *part. in quæſt. de voto, art.* 2. *in* 4. *difficultat.* Eſtque communis ſententia iuriſprudentium, ſecundum Aragon. *vbi ſuprà, pag.* 992. *verſ. de eadem ſimplici,* vbi refert Soto tenentem contrarium, & tandem ipſe Aragon. ſuam explicat ſententiam in hoc diſtinguens, vt *ibi* per eum. 4

Circa † deliberationem ad votum, de qua *ſuprà* eſt dubium; *Vtrum, antequam votum obliget, cuncta ſint conſilio deliberanda, quorum ignorantia cohibere hominem poſſet à vouendo?* Et in hoc quamuis nonnulli ita velint, vt eſt Richardus *in* 4. *diſtinct.* 38. *quæſt.* 1. tenendum eſt, ad votum requiri plenam deliberationem, non enim ſufficit motus ſubitaneus ſeu mere naturalis, quem vocant primo primum, vbi nulla eſt ratio, vel meriti, vel culpæ, ſed eſt neceſſarius motus ſecundo primus in quo ſola eſſe poteſt venialis culpa: Illa verò plena deliberatio, quâ nihil, quod deliberari poterat, omittitur, non eſt neceſſaria, vt latè probat Dominic. à Soto, *vbi ſuprà, in verſic. reſtat itaque,* ſecundum Syluestr. *in ſumma, verb. votum,* §. 13. voluntas deliberata ſufficit, quæ ibi eſt, quando voto ſe vouens obligare intendit: & in deliberatione duo includuntur, conſultatio ſiue collectio mediorum inter 5
plura media, & determinatio ad vota. Illa enim † de- 6
liberatio, quæ ſufficit ad propoſitum, ſufficit ad votum, vt tradit D. Thom. *opuſcul.*17. *cap.*10. ad ſecundum & Caiet. *in* 2. 2. *q.*88. *art.*1. & *in ſumma, verb. votum, cap. de quatuor conditionibus tenentibus ſe ex parte vouentis,* & Syluestr. *vbi ſuprà,* ſequitur nouiſſimè alios referens



Didac. à Stunica *vbi ſuprà, d. quæſt.* 1. *de voto, num.* 17. & 18. & Magiſter Aragon. *de iuſtitia & iure, q.*88. *art.*1. *pagina* 965.

7 Hinc primo fit, † quod deliberatio, quæ ſatis eſt ad obligandum nos diabolo per peccatum mortale, eadem ſufficit ad obligandum nos Deo per votum ad vitam æternam, iuxta gloſſ. *in cap. mulier,* 32. *quæſt.*2. & Palud. *in* 4. *diſtinct.* 38. *quæſt.* 1. *col.* 2. communiter receptum ſecundum Nauarr. *vbi ſuprà, num.* 24. & 68. idem ſequutum, & *num.* 26. & *conſil.* 7. *de voto, num.* 2. Syluestr. *verb. votum,* 2. *num.*13. & D. Didac. à Stunica, *vbi ſuprà, n.*29. vbi alios refert, & Aragon. *vbi ſuprà, in*
8 *verſic. ſecunda concluſio* † Vnde quando quis imperfecte vouet, quia actus vouendi non eſt per rationem vel voluntatem deliberatus, ſed per modum primi motus, cui voluntas non aſſentit, tunc huiuſmodi votum non tenet ratione actus imperfecti: ſi vero homo voueat deliberate, ſed non plena diſcuſſione rationis, vt communiter fit in timoribus, in infirmitatibus, & in rebus repentinis, vel ex animi leuitate, vel ex pronitate ad vouendum, vt in mulieribus conſuetum eſt, obligatur ex huiuſmodi voto, quia eſt actus deliberatus, qui in paruo tempore fit: ſicut deliberatio fornicandi, & huiuſmodi conſtituit peccatum mortale, licet non ſit facta cum tali examine, ſecundum ſum-
9 mam Armill. auream, *verb. votum, n.* 6. Votum † igitur cum actuali deliberatione præmiſſa, quæ plena aut ſemiplena nominatur, vouentem obligat, ita vt illud adimplere teneatur, vt definitur *in cap ſicut nobis, de regul.* vbi ad voti exſequutionem obligatur, qui maxima laborans ægritudine, mortis timore vouerat: & *in cap. veniens, de voto,* vbi Alex. III. commutat votum in puerili ætate quadam facilitate ſine plena deliberatione emiſſum: & ratio eſt, ſecundum Angles *in ſuis florib. Theolog. quæſt.* 2. *part. de voto, art.*1. *diffic.* 3. *in princip. pag. mihi* 80. & 81. nam, vt aliquis iracundia accenſus, aut repentino motu, dummodo ſit rationis compos, poteſt votum frangere & mortaliter peccare, ita eadem paſſione dominante, poteſt votum emittere, & per votum Deo obligari: Neque enim maior libertas ad aliquid promittendum, quam ad ſeruandum promiſſum deſideratur.

10 Secundo † deducitur, quod ſi quis ita aut calore percitus, aut mortis metu, quæ rationis iudicium tollerent, votum emitteret, non obligaretur: ſecus vbi illa rationis lux perſiſtat, quæ facere poteſt, aut meritum, aut mortale delictum, quia tunc votum obligat, *vt cap. ſic nobis, de regular.* vbi clericus, qui nimia ægritudine laborans, religionem vouit, ad habitus ſuſceptionem compellitur: & *in cap. ſunt qui opes,* 17. *q.* 4 vbi, qui tumultuario mentis impulſu, non iudicio perpetuas opes Eccleſiæ contulerunt, quamuis de voti leuitate non tenentur, nihilominus tanquam ſacrilegi habentur, ſi illas reuocent. Votum igitur factum ex iracundia, quæ iudicium & rationem vouentis non abſorbet, adeo vt tunc poſſet mortaliter peccare, validum erit: Ita colligitur ex Ioan. Andr. & communi *in cap. dudum, de conuerſ. coniug.* vt teſtatur hanc regulam ſequutus Nauarr. *vbi ſuprà, d. num.* 24. & probat Sot. *vbi ſuprà, in verſ. colligamus. Vnde gloſſ. in dict. c. dudum, verb. calore iracundiæ,* volens, votum emiſſum calore iracundiæ non obligare, intelligenda eſt, vt procedere poſſit ſecundum Abbat. *ibi num.* 8. quando eſt tanta mentis turbatio, quod ſapiat quandam alienationem mentis, ex multo furore: quod ſequitur Gregor. Lopez *vbi ſuprà, in prædict.* 1. gloſſ. & D. Didac. à Stunica *vbi ſuprà, num.*30. *cum ſequentibus.* Sic etiam intelligendi ſunt Roman. *ſingul.* 408. & Iaſ. *in l. ſi filiam, C. de inoffic. teſtament.* ſimpliciter tenentes contrarium, citati per Nauarr. *vbi ſuprà,* addit Abb. *vbi ſuprà,* quod vbi turbatio non eſt tanta, vt eſt prædictum, ſi tamen fuit tantus iracundiæ calor, quod ſedato calore non feciſſet votum, non obligat apud Deum, quia Deus vult omnino voluntarium militem: nihilominus tamen reſoluit, quod quia difficile eſſet talem calorem probare, ſeruaretur in practica opinio Ioann. Andre. tenentis contra gloſſam *ibi,* dum dicit, quod ingreſſus religionis, & eleemoſyna, cum in ſe ipſis bona ſint, non egent aliqua deliberatione, vtputa ſi audiuit vel vidit miraculum, vel terræmotum vel aliquid ſimile, & timore ductus fecit eleemoſynam, vel intrauit monaſterium, *vt in cap. ſicut, de conuerſ. coniug.* & ſic poteſt intelligi ſecundum ipſum Ioann. Andr. *dict. cap. ſunt qui opes,* deliberatio enim huiuſmodi in momento temporis fieri poteſt, & ſatis eſt, quod actu vel virtute fiat, non enim eſt opus, quod per aliquod ſpatium temporis deliberatio præcedat votum, ſed vt ad merendum vel peccandum mortaliter, ſufficit facta eodem momento temporis, in quo bonum opus aut peccatum admittitur, ſic etiam votum, vt ſit validum, ſatis eſt vt in eodem momento temporis fiat deliberatio, quo fit votum ipſum: Nam quamuis vtrumque ſimul & in eodem tempore efficiatur, ſemper tamen deliberatio præcedit votum natura, quemadmodum ſubſtantia Solis præcedit ſuam lucem, & ignis calorem ſuum, ſecundum Nauarr. *vbi ſuprà, n.*26. *verſ. quapropter.*

Illa ergo † ſola vota ex anguſtia facta non obligant, quæ quis profert non cogitando, id eſt, non aduertendo, eo modo, quo quis aliquando inaduertenter blaſphemat ſecund. Syluestr. *vbi ſuprà,* ſicque non ſufficit motus ſubitaneus, quem vocant primo primum, vt prædiximus: Vota enim ex ſubreptione ſine deliberatione non obligant neceſſario, vt do- 11
cent Theologi: & † ideo iratus aut bene potatus vo- 12
uens aut iurans ingreſſum religionis, ſi ſic ſubito id faciat, quod non feciſſet per deliberationem & ſententiam rationis, quæ tamen moram temporis magnam non requirit, non tenetur: ſecus ſi hoc agit, ſciens quod iurat aut vouet: licet non plene deliberauerit: ſicut etiam qui calore concupiſcentiæ inflammatus,
aut † bene potatus, non tamen ebrius omnino, iurat 13
vxorem ducere, compellitur eam ducere; & ſimiliter, qui ſic occidit hominem, non excuſatur à toto, quin ſit mortale, ex quo non fuit ſic extra ſe quin ſciret quid ageret, licet ſtatim poſtea pœniteat & nollet feciſſe, vt ex ſuperioribus deducitur, & probat in ſpecie Syluestr. *d. n.*13.

Cauendum tamen † eſt ab Angel. de Clauaſ. *in ſua* 14
*ſumma verb. votum,* dum ad cognoſcendum, an ſubitum votum fuerit validum, huius rei ſignum indicat, dicens hoc poſſe perpendi, quando ſtatim tranſacto periculo vel anguſtia, ſunt male contenti ſe vouiſſe: Hoc autem falſum eſt, quia etiamſi vouens diu deliberaſſet, poſſet tamen poſtea voti facti pœnitere, & nihilominus obligatus remaneret, & ideo merito id probauit Petrus de Palud. Arch. & eos referens Syluestr. *vbi ſuprà, num.* 13. necnon & Domin. à Sot. *etiam vbi ſuprà, in verſ. colligamus,* ibi: *Eam ob rem,* & Armill. aurea *vbi ſuprà, pag.* 81. *verſ. hinc regula*; Eſſe enim pœnitentem de peccato, arguit quidem illud non fuiſſe factum ex habitu, non tamen arguit, quin ſit factum ex electione, paſſione licet turbante iudicium rationis, ſecundum prædict. in ſumma (*vt in verſ. hinc primo fit,* docuimus) illa deliberatio temporis vel ætatis ſufficit ad ſe obligandum aliquem Deo per votum, quæ ſufficeret ad ſe obligandum diabolo per peccatum mortale.

Vota tamen † repentina deliberatione ſuſcepta, 15
quæ nihilominus, vt prædiximus, obligant, facilius



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
ALERE FLAMMAM VERITATIS
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

diſpenſantur, iuſtamque ſecum afferunt diſpenſationis cauſam, commutationis aut redemptionis, quam cætera, quæ magna deliberatione fiunt, *vt in c. 1. & in cap. venient, de voto*, vbi Abb. id notat & Caiet. *dict. art. 1.* ſup. D. Thom. & *ibi* Aragon. *verſ. 3. concl.* Syluest. *d. n. 13. in fin.* Domin. à Sot. *vbi ſup. in verſic. addiderim tamen*, & denique Nauar. *d. c. 12. n. 26. verſ. eſt tamen valde, &c.* & Armilla aurea, *vbi ſup. in verſ in votis*, & Ludouic. Lopez *in ſuo inſtructorio conſcientiæ, 1. part.*
16 *cap. 43. de voto, verſic. differentia eſt, col.* 318. Admonet † tamen Soto, inique atque in fide diſpenſationem illius voti procurare eum poſtea ſaluum, qui illud emiſit Deo, ſi eum eriperet, ſiue in mari, ſiue in lecto, ſiue alibi, à præſentaneo periculo; Nam licet repentina deliberatione id fiat, cauſa tamen vouendi beneficiumque receptum, ingratitudinis, & quidem maximæ eum redarguit.

17 Et quod † prædiximus in vouente per iram, dicendum eſt in eo, qui ita etiam percitus iurat, modo non eſſet tanta, quæ iuranti iudicium ad mortalem culpam ſufficiens adimeret, vt eadem ratione, qua in voto reſoluit Nauar. *d. cap. 12. num.* 10. vbi etiam late probat cum B. Anton. *in 2. p. ſuæ ſummæ, tit. 10. c. 4. §. 1. col. 4.* Syluest. *in ſumma verb. iuramentum* 1. & Domin. à Soto *lib. 7. de iuſtitia & iur. quæſt. 2. art. 1. & lib. 8. quæſt. 1. art. 7. & quæſt. 2. art. 3.* aduerſus Caiet. *2. 2. q. 89.*
18 *art. 7.* Quod † eſt conſiderandum pro votis & iuramentis, quæ in ludo vel poſt fiunt, ab his præcipue, qui in eo infeliciter ſunt verſati: Nam licet iracundiæ calore perſæpe fiant, illa iracundia, vt plurimum, iudicium eo modo, quo diximus, non euertit, & ideo fere ſemper ſunt obligatoria: ita Alcozer *de ludo cap. 13. num.* 83. quem refert & ſequitur D. Didac. à Stunica, *vbi ſupra, de voto, q. 1. n. 31.* vbi, quod cum his facilius diſpenſabitur ſecundum communem, quam *ſupra* retulimus.

19 Si tamen † ebrius aut iracundus primo iræ motu laborans, iuret aut voueat ſe iturum Hieroſolymam, ſi iterum ludat, non perpendens, ſitne bonum aut malum tale votum facere, quamuis illud non adimpleat, non erit voti vel iuramenti reus: Nam cum primus motus non ſit liber, quia non eſt in noſtra poteſtate, votum vel iuramentum tunc factum non valebit, vt in ſpecie decidit Ioſephus Angl. *in ſuis floribus Theolog. quæſt. in 2. part. de voto, art. 1. in 5. difficultate, verſic. hinc ſi ebrius, pag. mihi* 81. *addens inſuper in verſic. ſequenti*, quod qui iurandi aſſiduitate iuraret ſe Hieroſolymam iturum, ſi iterum iurauerit, ad voti impletionem non teneretur, propter defectum actualis deliberationis: Nam licet illa deliberatio virtualis ad inducendum periurij peccatum ſufficiat, eo, quod prauam conſuetudinem vitare tenebatur, ad obligationem tamen voti non ſufficit, quia ſic promittens animum promittendi, quod eſt de eſſentia voti, minime habet: quo ſi illo maximo iracundiæ calore, quo quis vouit, ceſſante, id ratum habeat, & in eo perſeueret, ex tunc per deliberationem videtur deliberate vouiſſe, & ideo obligatur ſecundum omnes, teſte D. à Stunica *vbi ſupra, n.* 33.

20 Iuramentum † præterea de re parua & leui, licita tamen, non obligat ſub mortali, quamuis illud non ſeruans peccet venialiter ſecundum Archiepiſcop. Florent. Syluest. & Soto quos refert & ſequitur late id probans & dicens eſſe receptiorem opinionem Nauarr. *d. c. 12. n. 10. verſic. an autem idem ſit de illo*: Ampliat idem *ibidem num.* 4. in voto rei minimæ, nempe dicendi vnum tantum Pſalterij verſiculum vel Aue Maria, ſi poſtea non dicat, vel dare poculum aquæ frigidæ amore Chriſti & non dat, vt hic mortaliter ſaltem non peccet. Quod verum intelligit D. Did. à Stunic. *in tract. de voto quæſt. 4. num. 29. & 31.* quando transgreſſio non fieret in perpetuum, ſed pro aliqua vel aliquibus vicibus: Si enim poſt votum factum vouens nunquam adimplere in animum induceret, quamuis promiſſio ſit leuis, grauiter mortaliterque peccaret, vt ibi late probat in exemplo de voto dandi quotidie pauperi vnum aſſem, vt *ibi* per eum.

Quinimo † ipſe Nauar. *vbi ſupra, n. 8.* ex præd. in- 21
fert, illum, qui iurauit amplius non ludere, abſolui ab hoc iuramento non poſſe ex nulla alia cauſa, quam quod ipſe magnum deſiderium ludendi & tentationem patiantur, quia eſt præſtitum ſuper re graui, & ſine iuſta cauſa à iuramento de re graui abſolui non poteſt, iuxta gloſ. ſolemnem, *in c. quando, de iureiur.* quamuis in rem meliorem aut æque bonam commutari poſſet: & ita ſecundum ipſum ſanctiſſimus Pius V. renuit in ſimili caſu diſpenſare. Si tamen ludus licitus eſſet, & in parua quantitate, qui animi cauſa recreationis etiam rogaris, licet licita eſſet diſpenſatio, ſe-
cund. Nauar. *vbi ſuprà*. Aduertant † igitur confeſſarij, 22
qui ad abſolutionem ſimilium iuramentorum de amplius non ludendo aſſumuntur, ne faciliter id annuant ſed primo & ante omnia aduertant, an facultas in diplomate Summi Pontificis ad id concedatur; Nam in his Bul. Cruciatæ, quæ modo conceduntur, de hoc nec verbum vllum: & quamuis facultas ad commutanda vota in eis concedatur, hæc ad iuramenta non extenditur, ſecund. Nauarr. *in manual. Latin. cap. 27. n. 272. el. 2.* & in alia impreſſione *n. 215. verſ.* 16. Nihilominus tamen ſtatim nonnulli confeſſarij virtute Bullæ, quam dicit pœnitens habere, eum abſoluunt à prædicto iuramento: cum tamen prædictam facultatem minime ſpecifice concedat Summus Pontifex in eadem bulla, ſicque videtur quod hoc facere non poſſint, ſi teneamus præd. opinionem Nauar. niſi pœnitens aliam vel alias bullas antiquiores habuerit, qua vel quibus id expreſſe concederetur, vt à iuramentis abſolui poſſit, vel ea à confeſſariis commutari valerent, prout nonnullas id concedentes vidimus: tunc enim, etſi in nouis id in ſpecie minime caueretur, attamen quia ſumendo eas, reualidantur aliæ omnes gratiæ ſimiles vel diuerſæ à ſede Apoſtolica ſibi alias conceſſæ, vt in eiſdem expreſſe cauetur, abſolutio & commutatio prædicta facta habenti prædictas Bullas, valeret: & quamuis facultas conceſſa ad commutanda ſimilia iuramenta, hoc eſt, eiuſdem materiæ, quæ principaliter fiunt Deo, non tamen vergunt in præiudicium tertij, iuxta doctrinam Sancti Thom. *2. 2. quæſt. 89. art. 9.* quem ſequitur D. Sot. *lib. 8. de iuſtit. & iur. quæſt. 1. art. 9.* & alios allegantes Emanuel Rodetic. *in explicat. bullæ Cruciatæ, §. 9. n. 10. &* 142. Henric. *in ſumma Theol. moral. l. 7. de indulg. c. 28. n. 4.* & latius *c. 30. n. 5 pag. 576.* Iuramentum tamen de non ludendo amplius, de quo *ſuprà* non videtur omnino huiuſmodi, præmaxime, ſi votum vel promiſſio de non ludendo eſſet iuratum: tunc n. cui alterum tantum conceditur, non poſſet commutare votum iuratum, quod continet duplex vinculum, niſi priuilegio particulari Pontificis eſſet munitus confeſſarius ad vtrumq; cõmutandum, prout ſunt confeſſarij Societatis Ieſu, vt probat cum aliis Henr. *vbi ſup.* necnon & Nau. & Eman. Rod. nihilominus tamen ſimplex iuramentum de amplius non ludendo confeſſarij frequenter virtute bullæ Cruciatæ vel iubilei commutant propter doctrinam præd. D. Thom. & ſequacium, quos ego non condẽnarem, imo fieri licite poſſe receptius videtur, quandoquidem hoc iuramentum Deo principaliter fiat, & ſine præiudicio tertij, niſi votum ſeu promiſſio iuramento firmaretur, per ſupradicta & in terminis virtute bullæ vel alterius priuilegij



priuilegij doctrinam S. Thom. prædict. ſequatur D. à Stunica *de voto, q. 5. num.* 42. & Aragon. *cum aliis de iuſt. & iur. q. 88. pag.* 1042.

23 Secundo aduertant † confeſſarij huiuſmodi in ſpecie, de qua agimus, vt quamuis præd. abſolutionem & relaxationem in caſu licito & permiſſo faciant, nihilominus in aliam rem meliorem, vel æque bonam, aut alia iuramenta commutent, vt conſtat ex Nauar. *vbi ſuprà*, Epiſcopus tamen ſemper poteſt in iuramentis diſpenſare, quando impleri non poſſunt ſine interitu ſalutis æternæ: alias ſolus Pap. *vt in c. venerabil. §. pen. de elect*, ita Specul. *in tit. de legato, §. nunc oſtendendum, verſ. cæterum ſolus*, Pap. & Bouenc. *in rep. auth. Sacramenta puberum, n. 120. C. ſi aduerſus vend. vbi allegat c. 1. & 215. q. 7.* & Guid. Pap. *deciſ. 140. in fi.* quos refert & ſequitur D. Did. à Stunic. *de voto, q. 6. n. 149.* vbi quod ex communi vſu & obſeruatione quotidie videmus Epiſcopos & Archiepiſcopos diſpenſare ſuper iuramento, & tolerantur huiuſmodi diſpenſationes in vtroque ſpirituali & temporali foro. Et hæc de deliberatione ad votum neceſſaria dicta ſufficiant.

24 Quoad † propoſitum, quod (vt etiam vidimus) de neceſſitate, non vero de perfectione voti requiritur, quatuor ſpecies conſtituendæ ſunt. Prima eſt clara, nempe, cum quis proponit promittere & ſeruare promiſſum, ac denique promiſit, ſicque votum ſuum conſummauit, & hoc caſu procul dubio iuxta doctrinam ſancti Doctoris, & communem, votum obligat ſub reatu peccati mortalis, vt prædiximus, quia eſt abſolutum omnibus ſuis partibus.

25 Secunda † ſpecies eſt per contrarium, dum quis non intendit facere quod promittit, nec promittere quod dicit, ſed nugari aut ſeducere: & hæc ſimiliter ſpecies indubia eſt, quia certum eſt, talem promiſſionem apud Deum, & ſic in foro interiori, non obligare, quia vana eſt promiſſio, quæ intentione caret, ſed quoad forum exterius, tam Eccleſiaſticum, quam ciuile, ſiue Deo promiſſio fiat, ſiue homini, valida erit, compellenduſque erit ſic vouens aut promittens, ſeruare fidem, quia Eccleſia non iudicat de occultis, alias n. ſi hoc alleganti crederetur, protinus reſpublica perditum iret, vnuſquiſque enim contenderet ſe monachum non eſſe nec matrimonium contraxiſſe: Ita Caiet. ſuper Thom. *d. art. 1. col. 4. & 5.* ſubdens, quod quemadmodum Eccleſia ei, qui vouit, ſi poſtea dicat non habuiſſe intentionem ſe ipſum obligandi, non credit, ſic etiam perperam agunt prælati religioſorum, qui ſine aliis coniecturis ſuis ſubditis iurantibus ſe non habuiſſe intentionem profitendi, cum profeſſi ſint, facile credunt: ſequitur Domin. à Sot. *d. lib. 7. de iuſt. & iur. q. 1. art. 2. verſ. alia eſt promiſſio*, & Nauar. *c. 12. n. 26. verſ. 7.* Ex quo enim quis exprimit votum, ſemper cogitur in foro Eccleſiaſtico illud perficere, quia creditur ex deliberatione procedere, vt ex Hoſtie. & Archid. tenet additio Abb. *in d. c. literaturam, n. 2. liter. A. de voto.* Eandem ſententiam principalem ſequitur Armil. aure. *verb. votum, n. 5.* & late Frat. Angles *vbi ſupra, pag. 82. in fi. & 83. in princ.* vbi quod in præd. ſpecie ſic vouens mortaliter peccat, quia mentitur, ſi voce tantum illud proferat, non tamen ad votum adimplendum obligatur, quia deeſt voluntas vouendi, quæ in voto eſt radix obligationis, & hoc in foro animæ: ſecus in exteriori, vt prædiximus, quia Eccleſia non iudicat de occultis, & ideo ei credere non tenetur, quamuis poſtea iuret intentionem obligandi non habuiſſe, quemadmodum ficte ordinato, aut baptizato, etiamſi iureiurando affirmet, ſe intentionem recipiendi tale Sacramentum non habuiſſe: fidem adhibere nõ tenetur: & præd. ſequitur nouiſſime Mag. Aragon. *de iuſt. & iur. q. 88. art. 1. pag. 968. concl. 2.*

Addit ſtatim Angles, quod ficte vouens ſecluſo ſcandalo, vt ſi à loco, vbi ſcandalum oriri poteſt, longe recedat, ad voti obſeruantiam minime obligabitur:
quod ſi † in eodem loco permaneat, tenetur ad ſecre- 26
te vouendum, aliter enim non erit monachus, & dum falſum monachatum repræſentat, eſt in ſtatu damnationis, propterea, quod prælati non habent auctoritatem abſoluendi aut ligandi illum, ſed ſolus diœceſanus Epiſcopus: tum etiam, quia ſi intentionem ſuffragandi in electionibus habet, cum vero ſuffragio careat, mortaliter peccat, ideo vel recedat à loco, & ſine ſcandalo habitum dimittat, vel ſecreto intra ſe votum religionis emittat, dicens: *Domine ego voueo paupertatem, &c.* ita Angl. *vbi ſuprà.*

Requiritur † ergo ad hoc, quod in foro exteriori 27
huiuſmodi vouens ad obſeruantiam voti non compellatur, vt ante iudicis tribunal prædictam ſuam intentionem ſe non obligandi deducat & legitime probet, vt aduertit Dom. à Sot. qui *ſupra in verſ. alia eſt promiſſio, vbi verſ. an vero*, refert Caietanum tenentem, quod qui tale votum verbotenus emiſit, aut matrimonium contraxit, tenetur parere ſententiæ Eccleſiæ ratione ſcandali vitandi: Hoc tamen cum grano ſalis condiendum eſſe exiſtimat Soto, nempe vt procedat, quando id, quod iubetur, licite fieri poteſt, vt fictum monachum habitare in conuentu, habitum-
que gerere, tunc enim † obtemperare tenetur, vbi 28
citra ſcandalum fugere non valet: Nam ſi ſuripere ſe poſſet in aliamque ſe conferre prouinciam, vbi quia non eſſet notus, citra ſcandalum quiret exemptus viuere, non teneretur ſe ſententiæ ſubmittere, quæ in falſa præſumptione fundabatur. Addo ego ex Angles *vbi ſuprà*, quod ſi in eodem loco permaneret, tenetur ad ſecrete vouendum, ex rationibus prædictis: ſi tamen, quod præcipitur ab Eccleſia inquit Soto, fieri licite nequit, quia intrinſece malum eſt, vt ſi quis poſt clandeſtinas nuptias ſecundo publice contraxit, etſi foro exteriori compellatur debitum reddere, obedire nequit; eſſet namque fornicator: quod tanquam veriſſimum probo.

Difficilis † autem, meo iudicio, eſſet probatio 29
ſufficiens in prædicta ſpecie, quam legitimam fieri oportere prædiximus in foro exteriori, vt Eccleſia huiuſmodi vouentem liberet, niſi tempore competenti proteſtatio de contrario animo vel propoſito, votum præcederet, eaque liquido probaretur: argument. text. imo expreſſa deciſione ipſius, *in cap. conſulti, in fin. de regular.* ibi: *vt ergo, quæ ſit eius intentio, plenius cognoſcatur, propoſitum ſuum in principio proteſtetur.*

Tertia ſpecies † eſt, quoties quis vere intendit pro- 30
mittere vel iurare, non tamen ſeruare promiſſum vel iuramentum, vt reuera accidere poteſt in militaribus religionibus, atque in aliis, vbi obtentu potius bonorum temporalium, quam religionis ſolent huiuſmodi vota celebrari: & hoc caſu licet propoſitum adimplendi deficere videatur, nihilominus illic eſt vera voti vel iuramenti obligatio: quare cum ſit volita, ligat, & ſic promittens grauiter peccaret, quia facere non proponit id, ad quod ligatur, ſecundum Caietanum, Nauarrum & Soto *vbi ſupra, verſ. tertia*, & Armillam auream *d. verb. votum, n. 6.* & Fratrem Angl. *vbi ſuprà, pag. 82. verſic. vouens animo*, & Ludouicum Lopez *in ſuo inſtructorio conſcientiæ, col. 328. verſic. promiſſio, & in verſiculo, quamuis, col.* 331. & Aragon. *vbi ſuprà, in tertia concluſione.*

Quarta † & vltima ſpecies eſt de illo, qui proponit 31
intenditque promittere aut iurare, ſed tamen non intendit ſe obligare: & tunc licet videatur nullam oriri obligationem ex eo quod obligatio non videatur

vælita, nihilominus naturalis eſt effectus promiſſionis ad producendam obligationem, & ideo ſatis eſt cauſam eſſe volitam: nequit enim hic vouens vel iurans laqueum inijcere, quin illaqueetur, vt recte probauit Soto *vbi ſuprà, in verſic. ſed quid ſi*, eſtque communis omnium Theologorum noſtri temporis, vt affirmat eam bene probans Aragon. *vbi ſuprà, col. 969. verſic. contrariam*, aduerſus communem Canoniſtarum & Scoti atque Syluestri quam *ibi* refert *in verſic. præcedenti.*

32 Quoad † tertium autem requiſitum voti, & ſic promiſſionem, illa quæſtio controuerſa verſatur inter iuris Pontificij & ſacræ Theologiæ profeſſores, *An propoſitum in voto cum deliberatione, abſque tamen promiſſione exteriori vel interiori, obliget ſub reatu mortalis culpæ ad exſequutionem? Gloſſ. in dict. capitul. qui bona, 17. quæſt. 1. verb. deliberant*, & communiter Canoniſtæ, vt inquit Abbas *dict. cap. literaturam, num. ſecundo, de voto*, tenent, quod propoſitum deliberatum & confirmatum obligat quem ad exſequutionem boni incepti & deliberati, alias peccabit mortaliter illud non adimplendo, & hoc primo per text. *in dicto capitulo, conſulti, de regularitat.* vbi quæritur de illo, qui monaſterium ingreſſus eſt, habitum ſumendo nouitij, vtrum licite poſſit ante profeſſionem emiſſam ante tempus probationis exire? Et diſtinguit Summus Pontifex, vt ſi is, qui conuertitur, propoſuerit abſolute vitam mutare, vt ſub habitu religionis omnipotenti Deo de cætero famularetur, debet, vt regulariter viuat, ad laxiorem ſaltem regulam tranſire; Ergo enim ipſo, quod abſolute religionem intrauit, ſecundum gloſſam *ibi: verb. in primo caſu*, intelligitur renuntiaſſe ſæculo, cum nullam præmiſerit proteſtationem: Vnde vel ibi remanere debet, vel ad laxiorem religionem tranſire: Si vero qui monaſterium ingreditur, habitum nouitij ſuſcipiendo conditionaliter, id faceret gratia experiendi obſeruantiam regularem, vt ita demum, ſi intra annum ſibi placuerit, profiteatur ordinis diſciplinam, ſin minus, moribus emendatis ad ſtatum reuertatur priſtinum, poterit hoc caſu ad ſæculum remeare: Videtur igitur *ibi* eſſe text. expreſſum in primo eius caſu pro opinione Canoniſtarum vt ſufficiat propoſitum abſque promiſſione, ſaltem, quando res iam incepta eſt exſequutioni propoſiti deliberati tradi, vt in eodem textu. Secundo, quia propoſitum aliquid faciendi eſt, animum habere applicatum ad opus: applicatio autem animi poſtea ſequuta idem eſſe apparet quod obligatio. Tertio, quia propoſitum aliquid faciendi, eſt, affirmatio quædam de futuro, id eſt, *Faciam*: Ergo qui poſt propoſitum non facit, mentitur, ſiquidem reddit propoſitionem falſam: Mendacium autem in re graui, eſt peccatum mortale: Ergo qui religionem, vel peregrinationem, vel quid ſimile proponit, ſi non faciat, mortaliter peccat, ac proinde obligatur facere: Sed hæc obligatio ſufficit ad votum: Ergo opinio Canoniſtarum eſt vera, & ſaltem in caſu *dict. cap. conſulti*, per eum textum quod propoſitum ſolum ingrediendi religionem ſine promiſſione, aſſumendo poſtea habitum nouitij, efficiat votum, probant Paludanus, Florentin. & alij relati per Nauarrum *dict. cap. 12. num. 26. ad finem, verſic. ſext.* Item Hoſtienſ. *in dict. capitul. conſulti, & in dict. cap. literaturam, de voto.* Quarto pro opinione Canoniſtarum facit, nam cauſa efficiens voti eſt voluntas, quæ hoc caſu pro opere habetur, vt probare videtur textus iuxta gloſſ. *in cap. exiſtimant, 11. quæſt. 3.* vbi plures ſunt caſus, in quibus voluntas pro facto reputatur: & probat Abb. *conſ. 116. lib. 2.* & And. ab Exea *in rubr. ff. de pact. num. 462.*

His tamen omnibus non obſtantibus, communis opinio Theologorum verior & tenenda eſt in contrarium, imo quod ſolum propoſitum; quantumuis deliberatum, non ſufficiat ad votum, ſed neceſſariam eſſe promiſſionem tacitam vel expreſſam, ad hoc, vt frangens, vel non adimplens, mortaliter peccet. Et primo id patet ex definitione receptiſſima voti, *ſuprà* poſita, quæ habet, votum eſſe promiſſionem, ſaltem interiorem. Secundo ex doctrina communiter recepta ſancti Thom. quam etiam *ſuprà* adduximus, tenentis, tria requiri de neceſſitate ad perfectionem voti, nempe, deliberationem, propoſitum & promiſſionem: Hac igitur deficiente, etſi propoſitum cum deliberatione præcedat, conſtat non eſſe votum, quia ad veritatem copulæ requiritur concurſus vtriuſque: Deficiente igitur altero, corruit actus, *l. ſi is, qui ducenta, §. virum, cum ſimilibus, ff. de rebus dubiis.* Tertio, quia votum non eſt, niſi quod alteri fit: Ordo autem vnius perſonæ ad alteram, ſecundum Diuum Thom. non eſt niſi per rationem, qua ſe homo alteri, vel ſua ſubiicit: Deficiente igitur promiſſione, deficit prædicta ratio ordinis vnius perſonæ ad alteram: Ergo non eſt votum, ſicque non obligat, ſaltem ſub mortali votum deliberatum abſque promiſſione tacita vel expreſſa. Quarto, quia in voto fides præſtatur, hoc eſt ligatur, quæ eſt fundamentum iuſtitiæ, inde enim dicitur fides, quia fit quod dicitur, ſecundum Ciceronem *1. officiorum*, & Diuum Auguſtinum: Ergo votum non obligat, niſi quod faciendum eſt, prædicatur: ſicque in promiſſione conſiſtit obligatio, & non antea: ſed & noſtro iure Canonico eadem opinio probatur Theologorum, & quinto, ex text. *in dict. cap. literaturam, de voto*, vbi quidam, qui in infirmitate conſtitutus, nimio mortis pauore perterritus, dixerat: *Non diu hic morabor*, proponens in animo, quod religionis habitum eſſet aliquando ſuſcepturus, ſi plus non eſt in voto proceſſum, tranſgreſſor iudicari non poteſt, ſi non impleat quod dixit. Eſt igitur *ibi* textus apertus pro hac ſententia. Sexto ad idem eſt bonus text. ineuitabilis *in dict. c. qui bona, verſ. his ita reſpondetur, 17. quæſt. 1.* vbi dicitur, aliud eſſe, propoſitum concipere in corde & etiam ore renuntiare: aliud eſſe, ſubſequenti obligatione ſe reum voti facere, ac proinde quia ille, de quo *ibi* agitur, propoſitum ſui cordis ore ſimpliciter enuntiauit, non autem monachis, aut Abbati ſe tradidit neque promiſſionem ſcripſit, neguaquam pro vouente habetur: & *ibi* Archidiacon. expreſſe hanc ſen- 33
tentiam probauit: Qui enim † propoſitum habet, neque explicite, neque implicite profeſſionem religionis promittit, non obligatur, cum aliud ſit proponere, aliud deliberate promittere, vti eleganter explicat Caietanus *lib. 17. reſponſ. cap. 7.* & Dominic. à Sot. *lib. 7. de iuſtitia & iur. quæſt. 1. art. 2.* Propoſitum 34
igitur deliberatum ſi ore enuntietur atque † verbo proferatur, ſi promiſſio illius non ſubſequatur expreſſa vel tacita, non obligat ſub pœna peccati mortalis, *vt in dict. cap. qui bona*, & reſoluit frater Angles *in ſuis floribus Theologicar. quæſt. 2. part. in quæſt. de voto, in art. 1. in 2. difficultat. in concluſ.* vbi quod nunquam aliquis per ſimplicem aſſertionem quicquam promittere cenſetur, ac proinde niſi habeat intentionem ſe obligandi, obligatus non erit: adde tu, & inſuper id promittat: eſt communis, vt reſoluimus *ſuprà n. 2.*

Ex quibus omnibus ſufficienter remanet probata ſententia communis Theologorum *ſuprà* dicta, quæ mihi veriſſima videtur, ac merito tenenda, & eam eſſe communem profitetur atque ſequitur Abb. *in dict. cap. literaturam, n. 2. de voto*, eamque ſequitur tota Theologo



Theologorum ſchola, ſecundum Syluest. *in ſumma verb. votum. 1. quæſt. 2. num. 2.* in quibus Princeps eſt Beatus Thom. *2.2. q. 88. art. 1.* & *ibi* Caiet. *& in quodlib. 17. quæſt. 7.* Archiepiſcopus Florentin. *in 2. part. ſuæ ſummæ, tit. 11. cap. 1. §. 2.* Palud. *in 4 ſentent. diſtinct. 38. quæſt. 1. col. 2.* Maior. *ibi quæſt. 2.* ſumma Tabien. *verb. votum 1.* & Angelica, *verb. votum, 1. num. 7.* Dominic. à Sot. *vbi ſuprà, in verſic. his tamen non obſtantibus*, ſequitur etiam & profitetur communem eſſe Nauar. *in manual. Latin. dict. cap. 12. num. 24. & 26. verſ. ſecundo infertur*, & D. Couar. *in cap. quamuis pactum, de pact. in 6. 1. p. §. 3. num. 12 verſ. qua in re*, vbi inquit, Dd. iuris canonici excuſari non poſſe à non ſatis diligenti huius articuli examinatione: ſequitur etiam frater Angles *vbi ſuprà, pag 83. in fin. & pag. ſequent. verſ. ſolum propoſitum*: & nouiſſime aduerſus communem Canoniſtarum, hanc ſequitur ac probat & communem Theologorum profitetur Aragon. *vbi ſuprà, pag. 970. verſic. circa tertium cum ſequent.*

35 Cui veriſſimæ † & receptæ ſententiæ non obeſt text. *in dict cap. conſulti, de regular.* qui Canoniſtas omnino mouit ad tenendum contra Theologos, quia text. ille, dum propoſitum abſolutum ſufficere cenſet ad perpetuam religionem, intelligendus eſt de propoſito ita abſoluto, ex quo poſſit deduci, ſaltem implicita religionis perpetuæ promiſſio, alioqui minime conueniret ea reſponſio cum *dict. cap. literaturam, de voto*, quæ iura, niſi hoc modo concilientur, videntur contraria, ita expreſſe Abb. *in d. cap. literaturam, num. 2. in fin.* & Caietan *dict. quæſt. 88. art. 1. col. 4.* & alij etiam alibi, quos ſequitur Nauar. *dict. num. 26. in fin. ibi: Quoniam in caſu*, & Couarr. *vbi ſuprà*, & Ludouic. Lopez *vbi ſuprà, colum. 328. verſ propoſitum*, & inquit Sot. *vbi ſuprà, in verſ. ſic ſane*, poſt Angel. *vbi ſuprà*, quod Innocent. auctor d. Decretalis, loquitur conſueto more de propoſito promiſſione firmato: Solum igitur propoſitum
36 † ingrediendi religionem ſine promiſſione tacita vel expreſſa, etiamſi induat quis habitum religionis, votum non efficit, ſecundum eoſdem: quod verius videtur aduerſus Hoſtienſ. Paludan. & Florent. in contrarium à nobis *ſuprà* præcitatos: text. ergo *in dict. cap. conſulti*, procedit in eo, qui recipiendo habitum religionis, ſtatim voluit fieri religioſus: ac perinde quatenus in ſe fuit, renunciauit anno probationis, hoc namque propoſitum deliberatum habet implicitam promiſſionem, vt *in c. ſtatuimus. de regul.* & Syluest. *in ſum. verb. religio, 5. quæſt. 8.* Caiet. *2.2. quæſt. 88. art. 1. & lib 7. reſponſ. c. 7.* Ang. *verb nouitius, § 12.* D. à Stunic. *vbi ſuprà, n. 47.* Cæteris fundamentis prioris partis Canoniſtarum optime ſatisfacit Sot. *vbi ſuprà, in verſ. vnde pro reſolutione.*

37 Has autem † contrarias opiniones Canoniſtarum & Theologorum conciliare nititur D. à Stunic. *vbi ſuprà num. 42. cum ſequentibus*, hoc modo, vt ſecundum opinionem Canoniſtarum promiſſio implicita in voto ſufficiat, licet explicita non interueniat; ſecundum vero opinionem Theologorum, promiſſio ſimpliciter deſideretur: quo fit, ſecundum ſummam Tabien. *vbi ſupra*, vt per opinionem Thomæ, Theologorum, opinio Canoniſtarum declaretur. Hæc tamen concordia & doctrina, quamuis in ſe vera ſit, prout eſt, requiri nempe ad voti validitatem & obligationem promiſſionem implicitam vel explicitam, & ſic quod tenent Theologi *ſuprà* citati, non tamen conuenit menti Canoniſtarum qui indiſtincte tenent, non requiri vllam promiſſionem in voto, ſed ſufficere ad obligationem ſub reatu peccati mortalis; propoſitum deliberatum abſque vlla promiſſione: ſicque hæc opinio minime patitur præd. concordiam, ſed vere Canoniſtæ aduerſantur opinioni contrariæ Theologor. quæ clare & diſtincte tenet, requiri in voto ad ipſius obligationem, vel deliberationem & propoſitum, promiſſionem tacitam vel expreſſam, vt prædiximus, & ſit implicitam vel explicitam: Conſequitur igitur, veriorem & tenendam eſſe hanc Theologorum receptiſſimam doctrinam atque ſententiam.

Dubium tamen † ſe offert hic in propoſito diluen- 38
dum; *Vtrum ille qui vouet religionem ingredi, teneatur perpetuo in religione permanere?* Hanc quæſtionem pro vtraque parte diſſerit Diuus Thom. *2.2. quæſt. 189 articul. 4.* & tandem reſoluit, quod ſi vouens intendit ſe obligare non ſolum ad ingreſſum religionis, ſed etiam ad perpetuo remanendum, tenetur perpetuo remanere: Si autem intendit ſe obligare ad ingreſſum religionis cauſa experiendi, cum libertate remanendi, vel non remanendi, remanere non tenetur. In dubio autem, quando in vouendo ſimpliciter de ingreſſu religionis cogitauit, abſque hoc, quod cogitaret de libertate exitus, vel de perpetuitate remanendi, videtur obligari ad ingreſſum religionis, ſecundum formam iuris communis, quæ eſt, vt ingredientibus detur annus probationis; vnde non tenetur hoc caſu perpetuo in religione permanere: ſequitur Florentin. *in 3. part. ſuæ ſummæ, tit. 16. c. 2 §. 4.* Syluest. *in ſumma, verb. religio, quæſt. 19.* Archidiacon. *in cap. ſcimus, 12. quæſt. 2.* Henricus *in cap. ſtatuimus, colum. 3. de regular.* Decius *in capitul in præſentia, numero 55. de probation.* Nauarr. *in manual. Latin. capit. 12. numero 47. & conſil. 29. num. 1. de voto*, eſt communis vt conſtat ex eodem Nauar, *conſil. 19. de voto, num. 1.* ſequuntur etiam Didac. Couar. *vbi ſuprà, verſic. quod ſi quis*, Ludouic. Lopez *in ſuo inſtructor. conſcient. 1. part. cap. 45. colum. 338.* D. à Stunica *vbi ſuprà, dict. quæſt. 1. de voto, num. 48.* Quod ſi quis † votum fecerit 39
aut promiſerit profiteri in aliqua religione, tenebitur perpetuo remanere in ea, vt ex D. Thom. deducit & tenet Couar. *vbi ſuprà*, & notat Syluester *vbi ſuprà*, & ſequitur etiam Nauar. *vbi ſuprà*, loquens in eo qui vouit profiteri, *conſil. 26. de voto, num. 1.* Si autem † quis 40
vouerit fieri religioſus, intelligitur votum iſtud in anno quidem probationis, non tamen de perfecta & perpetua religione, † idem proculdubio erit dicen- 41
dum, ſi vouerit quiſpiam eſſe religioſus, ea tamen intentione & mente, vt velit gaudere anno probationis, vt *in dict cap conſulti, in 2. caſu, de regular.* & vtrumque docet Caietanus *dict. artic. 4.* quem refert & ſequitur Couarruuias *vbi ſuprà*, dicens, omnia *ſupra* dicta eſſe notanda ad perfectam voti obligationem, vt ſciamus, qua ratione teneatur quis ex deliberata promiſſione ad votum, vel religionis, vel alterius boni & pij operis. Idem eſt, ſi quis vouerit fieri frater alicuius monaſterij, vt cum Caiet. tenet Nauarr. *dict. conſ. 19. num. 1.* Qui autem † ingreditur religionem 42
intentione ſtatim exeundi, non ſatisfacit voto, quia in vouendo hoc non intendebat, vnde tenetur ſaltem velle experiri, vtrum hoc ſibi expediat. Addit † Ricard. 43
quod ſi intrauit animo exeundi, cum voluntate dandi operam, vt Deus immutet propoſitum, ſatisfacit voto: aliter non, vt refert & ſequitur Syluest. Item & Ludo. Lop. vterque *vbi ſupra*, & Angel. *in ſumma, verb. votum. 3. n. 18.* vbi cum eodem Ricard. communiter recepto à Theologis, tenet, quod vouens intrare religionem, actualiter proponebat in religione manere, ita tamen, quod illud propoſitum non cadat ſub voto, ſed ipſum comitatur, ſi poſtea exiit, ſatisfacit voto, vt *ibi* probat, & colligitur ex D. Thom. *vbi ſupra*, & probatur præterea ex vera communi opinione Theologorum de qua *ſuprà*, quod ſolum propoſitum ſine promiſſione explicita vel implicita in voto non obligat. Domin. autem à Soto *lib 7. de iuſtit. & iur. quæſt. 2.*

 art. 1.

*art.1.in verſ.triplici enim forma*, indiſtincte tenet, reli-
44 gionem † abſolute vouentem, etſi ter, quaterque vouendo addat perſeuerare, ſemper intelligitur, niſi tempore probationis experientia cum aliud admonuerit, iuxta iuris diſpoſitionem. Hæc autem Soti opinio procedere meo iudicio eo ſolum caſu poſſet, quo non ex leuitate, ſed vrgenti ac rationabili cauſa in religione perſeuerare minime poſſet, arbitrio diſcreti & prudentis confeſſarij: ſecus vero alias, cum perſeuerantiam promiſerit: quod obſeruare tenetur, ſi commode poteſt, ſicut cæteri religioſi poſſunt: alias eſſet in manu ſua ac libitu poſſe votum infringere; quod minime eſt dicendum. Communis igitur ſententia *ſuprà* dicta mihi plus placet, niſi in caſu ſupradicto moralis impotentiæ perſeuerationis perpetuæ, vt tenet Frater Angl. *in ſuis floribus Theologicar. queſtion. in 1. part. art. 2. in 7. difficult. pag. 96.* dicens, quod qui promiſit votum religionis ſimpliciter, non poterit ſine peccato intra annum profeſſionis retrogredi, niſi ad id habeat legitimam cauſam, veluti perpetuæ infirmitatis corporalis, vel experientiam, quod inpoſterum habebit impedimentum, quo minus promiſſum obſeruare poſſit.

45 Vltimo † pro complemento huius c. examinanda venit quæſtio illa; *An Epiſcopus poſſit diſpenſare in votis conditionalibus, ſiue pœnalibus, quæ alias, ſi abſoluta forent, minime poſſet*: verbi gratia; *Si quis vouit à tali peccato, vel à re qualibet alia, quæ ſibi erat incommoda, cauere, videlicet non ludere, vel ſimile quippiam ſub pœna religionis aut Hieroſolymitanæ peregrinationis* Quod quidem votorum genus, vt frequentiſſime inter inconſtantes adoleſcentes in vſu eſt, ita maxime in Dei deſpectum & vilipendium fit, quia nemo eſt, qui illud adimpleat: Quare ſecundum Domin. à Sot. ſtatim citandum huiuſmodi vouentes acerbiſſimo pœnæ rigore eſſent à confeſſariis vulnerandi.

46 Vota † enim nempe religionis, caſtitatis perpetuæ, peregrinationis Hieroſolymitanæ, Romanæque ac Compoſtellanæ, Summo Pontifici ſunt reſeruata, cum ipſa abſolute emittuntur: votum tamen peregrinationis Romanæ & Compoſtellanæ ex vſu tantum eſt reſeruatum Romanæ Curiæ: Iure enim ſolum excipitur votum Hieroſolymitanum, *vt in cap. 1. capit. quod ſuper his, & in cap. ex multa, in principio, de voto,*
47 iuncta gloſſ. *ibi: verb. incumbit.* Nihilominus † tamen omnia prædicta quinque vota Summo Pontifici ſunt reſeruata, iuxta ſtylum Romanæ Curiæ, qui ſatis colligitur ex extrauagant. Sixti IV. *in cap. etſi Dominici, de pœnitent. & remiſſ.* vt tradunt Angelus *verb. votum, 4. §. 6.* Sylueſt. *eodem verb. 4. §. 3.* & Florent. *in 2. part. ſuæ ſummæ, titul. 11. cap. 2. §. 9.* Dominicus à Sot. *lib. 7. de iuſtit. & iur. quæſt. 4. art. 3. verſic. attamen, quoniam maiores fidei cauſſa, &c.* & Nauarr. *in manual. Latin. dict. c. 12. num. 75.* & Couarr. *de pact. in 6. 1. part. §. 3. num. 12. in princ.* Angle. *in ſuis floribus Theologic. quæſt. de voto, in 5. difficultat. quis in votis diſpenſare*, aut illa irritare poterit, *in concluſ. 2. pag. 128. in fin.* Imo cum reſeruationis ratio voti Hieroſolymitani ea *in d. c. ex multa*, ſupponatur, quod huiuſmodi votum in ſubſidium terræ ſanctæ ſuſcipiatur, infert *ibi* Abbas *num.*
48 *ſecund. tert. & vndecim.* illud † tantum eſſe Papæ reſeruatum, quod illa ratione ſuſcipitur: quare ſi fiat, inquit, ex deuotione, & non pro ſubſidio, Epiſcopus poſſet diſpenſare: quem *ibi* ſequitur Rauen. & Anton. de Butr. *ibi, & in cap. quanto, de iureiurand.* Felin. *in dict. cap. quod ſuper his, in princ.* Hæc tamen opinio Abb. hodie de conſuetudine, quæ aliter ſe habet, cui ſtandum eſt, non eſt tenenda: quare diſpenſatio Epiſcopi non teneret ſecund. Angel. & Sylueſt. *vbi ſupra*, Item & Dom. à Sot. *vbi ſupra*, & Nauar. *dict. num. 75.* & Gregor. Lopez *in l. 5. tit. 8. part. 1. in gloſſ. romerias*, & Domin. à Stunica *de voto, quæſt. 5. num. 47.* tenentes etiam in reliquis votis præter *ſuprà* dicta, vnumquemque † Epiſcoporum poſſe ſuper omni voto ſimplici 48
ſuorum parœcianorum diſpenſare, imo & in voto caſtitatis non perpetuæ ſed temporalis: & hoc habet communis Doctor. conſenſus ſecund. Angel. *in ſumma verb. votum, 4. num. 9.* & Nauarr. qui plures ad hoc citat aduerſus Caiet. *dict. cap. 12. num. 76.* imo & ſecundum Abb. *in cap. veniens, n. 6. verſ. aut quæritur*, qui clerici vel vouentes, & Angel. *in ſumma, verb. votum, n. 9.*
Epiſcopus † poſſet diſpenſare in voto continentiæ 49
perpetuæ in caſu *dict. cap. veniens*, vbi tria concurrunt, nempe perturbatio mulieris vouentis, quia *ibi* votum emiſit non inſpirata, ſed in fraudem ſponſi. Secundo propter maius periculum euitandum, quia mulier videbatur incontinens. Tertio, quia erat iuuenis & ſuſpecta: Extra illum vero caſum putat Abb. quod Epiſcopus non poterit in hoc voto diſpenſare, ſed nec in eo reperitur expreſſum, quod Epiſcopus diſpenſet, ſed Papa, vt *ibi*: & præterea conſuetudo quæ eſt optima legum interpres, talem diſpenſationem ſolius Pap. eſſe declarauit, vt prædiximus: & in ſpecie notat frater Angles *vbi ſupra, in 2. part. pag. 129. verſ. Panormitanus tamen*, & D. à Stunic. *vbi ſupra, num. 45.* quod verius & tenendum puto. De voto non nubendi poteſt Epiſcopus diſpenſare ſecund. Ang. *vbi ſuprà*, Superiora tamen dicta *num. 46.* de voto religionis, & caſtitatis perpetuæ, quod ſit Papæ reſeruatum, procedunt, quoties à perſonis liberis, aliis non ſubiectis emittitur: ſecus vero ſi fiat ab altero coniugum ſine alterius licentia, vel ab aliis poteſtati & iuri alterius ſubiectis abſque ipſius licentia, tunc enim alter coniux, pater, dominus, vel prælatus reſpectiue poterit votum huiuſmodi irritare, & à fortiori Epiſcopus in eo cum cauſa diſpenſare, vt patet ex Syluest. *verb. votum, 5. in 2. quæſt.* Gregor. Lopez *in l. 3. verb el marido, tit. 8. part. 1.* Sot. *de iuſtit. & iur. lib. 7. q. 3. art. 1. & in 4. diſt. 32. q. vnic. art. 3.* Nauar. *in manual. Latin. c. 12. num. 60.* & Did. Lopez à Stunica *de voto, q. 3. n. 54. cum ſequent.* & Magiſt. Aragon. *de iuſtitia & iur. q. 88. art. 8. pag. 1020. verſ. ſimile dubium.*

Modo ad † quæſtionem reſpondeamus. Et quidem 50
ante commiſſam pœnam poterit quilibet Epiſcopus diſpenſare cum cauſa in votis præd. pœnalibus, ſiue conditionalibus: hoc eſt abſolutum & ab omnibus receptum, vt præter alios teſtatur Angles *in ſuis floribus Theolog. quæſt. in 2. p. in q. de voto, art. 2. in difficultat. pag. 130.*

Poſt vero † commiſſam pœnam, ſunt, qui adhuc 51
idem probent, vt cum aliis tenet Medina ſtatim citandus: quia ſi vouens non habet in animo ea, quæ vouet, nec ideo promittit illa, quod ſibi ſint cordi, imo ad ea, tanquam ſibi moleſta & odibilia in pœnam obligari voluit, vnde forſan iuſta cauſa eſt, vt per Epiſcopum fiat diſpenſatio: quod ſecus eſt in vouente directe & abſolute religionem, ſiue vnam ex peregrinationibus *ſuprà* dictis. Nihilominus verior videtur ſententia contraria, nempe in hac ſpecie, de qua agimus, poſt commiſſam atque incurſam pœnam, minime poſſe Epiſcopum in huiuſmodi votis diſpenſare, ſed neceſſariam eſſe Romani Pontificis diſpenſationem, quia iam eſt contracta ex voto obligatio ad religionem, cui derogare per diſpenſationem nemo poteſt præter Romanum Pontificem: Non enim deficit promiſſio, ſaltem implicita, ad votum religionis in huius quæſtionis ſpecie: vnde iudicare debemus obligationem ad religionem, vel prædictam peregrinationem ex cauſa voti inductam eſſe: ſicuti probauit Domin. à Sot. *vbi ſuprà, dict. quæſt. 4. art. 3. verſic. vnum vero*



*vere dubium*, ibi: *At nunquam, &c.* idem Sot. *de cauend. iuramentor. abuſ. 1. part. cap. 9.* & eſt tutior ſecund. Couar. *dict. num. 12. verſ. nihilominus tutior*, & Angles *vbi ſupra, & in verſ. huius dubij*, addens, quod nihilominus poterit confeſſarius ſequi opinionem affirmatiuam, quamuis ipſe negatiuam tueatur, quia tunc non facit contra conſcientiam, quamuis agat contra ſuam opinionem, cum opinio contraria affirmatiua ſit probabilis: idem profitetur Emanuel Rod. *in explicatione Bullæ Cruciatæ, §. 9. num. 124.* Hoc tamen verum intelligo ex mente ipſius Angles poſt diſpenſationem ab Epiſcopo factam, tunc enim confeſſor poterit approbare factum iuxta opinionem probabilem: ſi vero ſuper hoc, antequam fiat diſpenſatio, confeſſarius vel alius conſulatur, negatiuam partem ſecurius eliget, ſiquidem probabilior videtur, quam affirmatiua: quamuis hæc quoque probabilis videatur: Quamuis † Nauar. *dict. cap. 12. num. 45. verſic. præſuppoſito igitur*, ibi: *Sed nobis videtur*, aliter diſtinguat; nempe inter caſum quo quis vouet ingredi religionem vel peregrinari in terram ſanctam, Romam vel Compoſtellam, ſi tale vel tale peccatum commiſerit, & inter caſum, quo quis vouet non admittere tale peccatum ſub pœna eundi Hieroſolymam, &c. aut ingrediendi religionem: priori etenim caſu inquit eſſe ſolum vnum votum conditionale religionis, in quo nec ante, nec poſt adimpletam conditionem Epiſcopus diſpenſare poteſt, in ſecundo vero caſu duo vota ſunt, alterum abſolutum tale peccatum non committendi, alterum conditionale & pœnale, quorum prius eſt principale, & poſterius acceſſorium, & in vtroque antequam prius abſolutum violetur, & per illius violationem poſterius conditionale purificetur, Epiſcopum diſpenſare poſſe, quia acceſſorium ſequitur principale, quod etiam in voto pœnali ante impletam conditionem probauit Aragon. *de iuſtitia & iur. quæſt. 88. artic. 3. pagin. 998.* hæc enim diſtinctio efficax non eſt, ſiquidem tam in primo, quam in ſecundo caſu votum, licet formam habeat conditionalis voti, nihilominus eſt pœnale, quoniam directe & abſolute non eſt votum religionis, nec peregrinationis, ſed non ludendi, aut non adulterandi: Pœna enim adiecta eſt, vt vouens caueret, vel poſt factum, ſe ipſum caſtigaret, & ideo vtriuſque voti vna eſt ratio, ſiue concipiatur conditionaliter, ſiue ſub pœna, cum de eadem re fiat, hoc eſt, non ludendi, vel à tali peccato præcauendi: Quid namque intereſt, ſi conditio voti adiiciatur, vel pœna in caſu contrauentionis? vtroque namque caſu votum pœnale eſt ab intentione: quare ſuper eo ante verificationem voti huiuſmodi pœnalis, ſiue conditionalis Epiſcopus diſpenſare poterit: ſecus vero poſt, quamuis in vtroque caſu contra Nauarr. & Soto, ante, & poſt pœnam commiſſam, & adimpletam conditionem, poſſe Epiſcopum diſponere teneat, vt prædiximus, Frater Bartholomæus à Medina *in ſua inſtruct. confeſſor.*
52 *fol. 87.* & quod † virtute Bullæ Cruciatæ & Iubilei poſſunt etiam tunc temporis huiuſmodi vota per confeſſarios commutari, quia ſolum Papa reſeruauit ſibi vota illa, quando ſunt voluntaria: ſed in his caſibus non ſunt huiuſmodi, ſed exoſa: Ergo, &c. Sed, vt prædiximus, opinio Soti verior & tutior eſt, quicquid cum Corduba *in addition. ſummæ de caſos de conciencia*, aliter diſtinguat Frat. Ludou. Lopez *in ſuo inſtructor. conſcient. 1. part. cap. 44. column. 335. in princip.* nihilominus tamen opinionem Methymnæ ſequuntur plures graues viri, eſtque communis recentiorum in praxi, tam Theologorum, quam Iuriſperitorum, quos refert & ſequitur Henricus *in ſua ſumma Theologiæ moral. lib. 7. de indulgent. capite 30. numero ſext.* vbi quod ob illorum auctoritatem multi Epiſcopi frequenter diſpenſarunt, præſertim cum iunioribus ſcholaſticis ita vouentibus: & hæc pars eſt probabilior, ſecundum Magiſt. Aragon. *de iuſtit. & iur. quæſt. 88. art. 3. pag. 998. colum. 2.* & eſt iam communis ſecundum eundem, *eadem quæſt. art. 12. pag. 1043. col. 2.* nempe, quod Epiſcopus poſſit diſpenſare, & quilibet confeſſarius per Bullas Cruciatæ commutare prædicta vota, etiam poſt adimpletam conditionem: ſecus ſi non ſint pœnalia huiuſmodi vota, ſed pure conditionalia, quia tunc in eis ſolus Papa poterit diſpenſare.

At loquuti † non ſumus in præcedenti quæſtione 25
de votis ſincere conditionalibus, nempe quotieſcunque homo ad rem aliquam affectus eſt, ſed quia impedimentum ſibi obſtat, vel facultas non ſuppetit, vouet ſub conditione. Verbi gratia; *vt ſi quis voueat poſt mortem matris, quæ ſibi erat impedimento, intrare religionem, aut poſt mortem patris, ſuppetentibus ſibi nummis peregrinari, aut ſi ſibi Deus tale beneficium contulerit, orphanam dotare, vel quid ſimile facere, & ſic de cæteris*: In his enim, quæ vere affectantur, ille poterit, qui alias, ſi abſolute vouerentur, diſpenſaret, non alius, nempe Papa in illis prædictis quinque votis reſeruatis, vt optime docet Soto *libro 7. de iuſtitia & iur. quæſtione 2. art. 1. verſic. conditionale autem votum, &c.*

## SVMMARIVM.

1 *Simoniæ definitio ſiue deſcriptio, & num. 2. quod effectus rei promiſſæ non requiritur ad ſimoniam internam, ſed ad externam.*

3 *Simonia eſt hæreſis, quamuis ſimoniacus non ſit proprie hæreticus, vt in num. 5. vbi quod re ipſa & facto videtur profiteri errorem hæreticum, vt hic.*

4 *Simonia à Simone Mago nomen accepit, & quare: & in n. 6. vbi quod fuit hæreticus, & n. 7.*

8 *Giezi famulus prophetæ Helizæi, fuit à Deo lepra conſperſus, quia pecuniam recepit pro beneficio ſanitatis, quod Helizæus contulerat Naaman leproſo.*

9 *Spiritualia vendentes conformantur Simoni Mago intentione, ementes vero actu: illi autem in actu Giezi imitantur.*

10 *Spiritualia gratis ſunt concedenda.*

11 *Simonia duplex eſt, altera prohibita, quia ſimonia; altera ſimonia, quia prohibita, vt hic late declaratur ſigillatim.*

12 *Quicquid per ſimoniam acquiſitum eſt, ſiue temporale, ſiue ſpirituale, reſtituendum & reſignandum eſt.*

13 *Nullitas collationis ſimoniacæ vnde proueniat.*

14 *Beneficium ſimoniace acquiſitum renuntiandum eſt cum fructibus, de quibus hic, & quid ſi per ignorantiam ſimoniace ſit acquiſitum, n. 15.*

16 *Simonia eſt, ſi electione facta à maiori parte, aliquid detur contradicenti electionem de voluntate electi, etiam turbata, & cætera, vt hic.*

17 *Si ſimoniacus det aliquid conſiliario miniſtranti beneficium, ipſo miniſtrante & beneficiato ignorantibus, an & quando ſint ſimoniaci.*

18 *Recipiens ordinem vel beneficium, ſi aliquid dederit aliis, vt impetrent à prælato, hoc ignorante committit ſimoniam, ac proinde tenetur, &c.*

19 *Receptum ſimoniace, diſſoluto pacto ante collationem rei ſpiritualis, reſtituendum eſt ei, qui dedit.*

20 *Receptum ſimoniace, ſimonia vtrinque exſequutioni mandata, cui reſtituendum ſit: & n. ſeqq.*

22 *Simoniacus protinus nulla expectata ſententia tenetur beneficium per ſimoniam acquiſitum reſignare, & num. 28. & 29.*

23 Collatio beneficij ſimoniace facta eſt ipſo iure nulla ab initio, ac proinde nullum ius tribuit ei cui fuit collatum, & n. ſequent. quia in collatione ignoranti ſimoniam facta, vſque ad n. 30.

25 Venditio rei alienæ eſt nulla, nec dominium ex ea tranſit, quamuis emptor eius bonæ fidei agere poſſit ad intereſſe.

26 Dominium non transfertur ex inutili contractu & à iure reprobato, ſequuta traditione, licet ſecus ſit in poſſeſſione.

27 Priuatio acquiſiti non ſolum eſt pœna peccati, ſed etiam quandoque eſt effectus acquiſitionis iniuſtæ.

Retineri licite non poteſt quod contra voluntatem domini eſt acquiſitum, ibi.

31 Simoniacus mentalis an teneatur ad reſtitutionem eius, quod accepit? late hic, & in num. ſeq. examinatur.

32 Vſura mentalis obligat ad reſtitutionem.

33 Retineri non poteſt cum bona conſcientia id, quod tam dare quam accipere quid temporale eſt iniuſtum.

34 C. final. incip. mandato, de ſimonia intellectus, & n. 50.

36 C. final. de ſimonia, loquitur in ſimonia prohibita iure poſitiuo, & in prohibita iure diuino, & in vtroque foro, vt in num. 37.

38 Simoniacus mentalis quare non teneatur ad reſtitutionem: vſurarius vero mentalis tenetur, plures rationes differentiæ aſſignantur: & numeris ſequentibus, vbi num 46. & 47. vna ratio noua, quæ & vera videtur, redditur.

39 Mutuum accipere ſub vſuris, an & quando liceat: & num. ſeqq.

40 Non licet inducere ad mutuandum ſub vſuris, etiam ad id paratum.

41 Vti maleficio alterius etiam ad id parati ad tollendum malum non licet ſine peccato.

42 Mutuum licite ſimpliciter peti poteſt ab eo, qui non eſt paratus dare ſub vſuris: quod ſi ille nolit gratis mutuare, ſed ſub vſuris, poſſum abſque peccato mortali ab eo accipere ſub vſuris, niſi ob finem mortalem accipiam.

43 Inducere alterum ad mutuandum ſub vſuris licet, quando quis eſt conſtitutus in extrema neceſſitate, vt hic. Idem in conſulente & in ducente alium ad minus malum, ob aliud maius, certiſſime alias perpetrandum, euitandum, vt in n. 44.

45 C. ſi. de ſimonia, in 2. part. loquitur & procedit in acquiſitis ab vtraque parte per ſimoniam mentalem.

47 Vſura mentalis eſt, quæ mutuum ſperatur, & poſtea realiter obtinetur.

48 Simoniæ expreſſæ & mentalis differentia.

49 Datio vel acceptio poteſt eſſe illicita dupliciter, exterius & interius, vt hic latius declaratur.

51 Simonia mentalis eſt, quando intentio principalis in mente eſt dandi vel accipiendi aliquid pro ſpiritualibus, ſine qua non fieret actio: ſecus ſi ſit intentio ſecundaria, ſine qua actio fieret.

52 Nullus contrahit ſimoniam quantum ad Eccleſiam ex ſola voluntate, niſi aliquid ſuperaddatur.

53 Quando, vel non, liceat iniuſta impedimenta in ſpiritualibus pecunia remouere, & num. ſeqq. vbi late de ea re diſſeritur & diſtinguitur.

57 Pro adipiſcenda poſſeſſione rei ſpiritualis, an & quando licet pecuniam vel aliam rem dare? & num. ſeqq. & ibidem an liceat eam accipere.

60 Conferens præbendam vel aliud beneficium conſanguineo reſpectu conſanguinitatis, an committat ſimoniam, necne? & num. ſeqq.

62 Antiſtes, qui in propoſito habet, aut omnia beneficia, aut pinguiora conſanguineis conferre, etiam dignis, non eſt ſecurus, & vix poteſt à peccato mortali excuſari.

63 Conferens beneficium conſanguineo, vt ſe exoneret ab obligatione vel ſeruitio quo ei tenetur, ſimoniam committit.

64 Epiſcopus, omiſſo digniori, non debet eligere conſanguineum minus idoneum.

65 L. 4. tit. 17. part. 1. intellectus.

66 Seruire prælato ea intentione, vel pacto, vt ſacerdotium vel præbendam conferat, an ſit ſimonia? & numeris ſequentibus.

67 Epiſcopus, qui iuſtam mercedem temporalem ſuis famulis ſoluit, poteſt idoneis beneficia conferre.

70 Epiſcopus recipiens famulum cum certo ſalario annuatim præſtando, donec ſibi prouideat de beneficio competenti, an ſimoniam committat? & n. ſeqq.

74 Cardinalis, vel alius procurans beneficium alteri propter donum vel ſeruitium ab eo receptum, ad hoc vt liberetur ab obligatione antydorali, qua illi tenebatur, an & quando committat ſimoniam?

75 Renuntiatio beneficij, facta etiam in manibus inferioris, ea intentione, vt alij conferatur, nulla conditione vel pacto expreſſis, valet, & renuntians non admittit ſimoniam, etiam mentalem: & n. 76. & 77. vbi idem in confidentia ſimili, vel quod reſignatarius cedet in fauorem alterius à reſignante nominandi, ceſſante pacto, modo & conditione.

78 Motus proprij Pij V. de confidentia beneficiorum intellectus, & n. ſeq. præcipue n. 80. & 81.

80 Confidentia in beneficialibus, quædam eſt licita, & quædam illicita, vt hic latius declaratur.

81 Simonia in foro exteriori probatur per coniecturas & præſumptiones, in foro autem conſcientiæ iudicatur per ſolam veritatem.

83 Anton. à Codub. circa intellectum d. Motus proprij improbatur.

## CAPVT XXIII.

### *De Simonia.*

ACturi de † ſimonia circa nonnulla, prius videa- 1
mus quid ſit ſimonia. Et quidem ſimonia eſt vo-
luntas ſtudioſa emendi, vel vendendi ſpirituale, vel
ſpirituali annexum: ita gloſſ. in ſumma, 1. quæſt. 1.
quam ſequuntur omnes Canoniſtæ in rubric. de ſimo-
nia, & Hoſtienſ. in ſumma eiuſdem titul. num. 1. &
Theologi in 4. diſtinct. 25. probat ac dilucide expli-
cat & defendit ſanct. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. & Do-
min. à Sot. lib. 9. de iuſt. & iur. q. 5. art. 1. per totum, Caie-
tan. in ſua ſumma, verb. ſimonia, verſ. ex eo autem, fol. 612.
Et ita tenent pene omnes Theologi ac Iuriſtæ com-
muniter, ſecundum Syluestrum in ſumma verb. ſimo-
nia, 1. ſequitur Armilla aurea in eodem verb. ſtatim in
princip. & gloſſa illa eſt recepta ab omnibus Canoni-
ſtis & Theologis, ſecundum Nauarr. in manual. Latin.
c. 23. n. 100. in princip. ſequitur & declarat Petrus à Na-
uar l. 2. de reſtitut. c. 2. n. 384. cum ſequent. & eam videtur
probare l. 1. in princip. titul. 12. p. 1. vbi Gregorius Lo-
pez in gloſſ. voluntad, id notat: Ex qua deſcriptione
plurima inferunt ac deducunt auctores præcitati, alij-
que ab eis relati apud ipſos videndi.

Illud tamen obſeruandum erit, non eſſe neceſſa-
rium, definitioni communi prædictæ addere ad ver-
ba illa, Studioſa voluntas, ſcilicet cum effectu, vt exi-
ſtimauit addendum eſſe gloſ. in cap. quicumque ſtudet,
gl. 1. ibi: Vel intelligas hoc verbum, Studet cum effectu, 1.
quæſt. 1. & in c. ſtudet, gl. 1. eadem cauſa & quæſtione, nec
quod dicit Abbas Hoſtienſem ſequutus in c. nemo, de
ſimonia, vt opere emptio ſubſequatur: Hoc namque
ad ſolam ſimoniam externam; id eſt, quoad † iudicium 2
Eccleſiæ, quæ non iudicat de occultis, requiritur,
non tamen quoad internam, hoc eſt mentalem, & ſic
quoad



quoad Deum, cum vtraque ſit in foro interiori pro-
hibita, ac per vnam & alteram peccatum mortale
admittatur; ideoque vtraque ſupra dicta definitione
comprehenditur abſque prædict. additione; quæ in
propoſito neceſſaria minime eſt, vt docent præfati
auctores, præcipue Syluest. Dom. à Sot. vbi ſuprà, in
verſic. Panormitanus autem, & Nauar. dict. n. 100.
Et quod ſimonia in genere ſuo ſit peccatum mortale,
3 probat Sot. dict. lib. 9. q. 5. art. 2. per totum † Simonia
enim hæreſis eſt, ſecundum D. Gregor. Nazianzen.
in c. cum liqueat, 1. q. 1. inquit enim: Cum liqueat, hanc hære-
ſim ante omnia radice peſtifera ſubrepſiſſe, atque in ipſa ori-
gine ſua Apoſtolica eſſe deteſtatione damnatam, cur non
cauetur? cur non perpenditur? quia benedictio illi in male-
dictionem conuertitur, qui ad hoc, vt fiat hæreticus, promo-
uetur, & in c. eos, eadem cauſa & quæſt. dum agitur de
his, qui per pecunias manus impoſuerunt, vel impo-
nunt, dicitur: Tolerabilior eſt n. Macedonij, & eorum,
qui circa ipſum ſunt, Spiritus Sancti impugnatorum impia
hæreſis, illi enim creaturam & ſeruum Dei Patris & Filij
Spiritum Sanctum delirando fatentur, iſti vero Spiritum
Sanctum efficiunt ſuum ſeruum, vt ibi latius probatur: ad
idem eſt textus Paſchalis II. cap. penultim. 1. quæſt.
tertia, vbi dicitur: Peruenit ad nos fama ſiniſtra, quod
quidam Epiſcoporum non Sacerdotibus propriæ diœceſis de-
cimas atque Chriſtianorum oblationes conferant, ſed po-
tius laicalibus perſonis, militum videlicet, ſiue ſeruitorum,
vel quod grauius eſt, conſanguineis: vnde ſi quis à modo
Epiſcopus inuentus fuerit huius diuini præcepti tranſgreſ-
ſor, inter maximos hæreticos & antechriſtos non minimus
habeatur, ſicut Nicæna Synodus de ſimoniacis cenſuit: &
qui dat Epiſcopus, & qui recipiunt ab eo laici, ſiue pretio,
ſiue beneficio, in æterni incendij ignibus deputentur. Con-
ducit enim textus in c. ſicut, 6. in ordin. de ſimonia, in
illis verbis; Sicut ſimoniaca peſtis ſui magnitudine alios
morbos vincit, ita, &c. & in cap. ſequenti in principio,
ibi. Tanta eſt labes huius criminis, quod etiam ſerui ad-
uerſus dominos, & quilibet criminoſi admittuntur ad ac-
cuſationem. Text. etiam in cap. ſi quis pecunia, 79. diſtinct.
vbi dicitur: Si quis pecunia, vel gratia humana aut popu-
lari, ſeu militari tumultu, ſine concordi & canonica electio-
ne, & Cardinalium & ſequentium religioſorum clericorum
fuerit Apoſtolicæ ſedi intronizatus, non Apoſtolicus, ſed
apoſtaticus habeatur, &c. vbi gloſ. 1. quod ſimonia lar-
ge dicitur hæreſis, S. Thom. ſtatim citandus: late
Fel. in cap. 1. de ſimon. & in c. ſciſcitatus, n. 7. de reſcrip.
Lamb. de iur. patr. l. 1.
4 Huius † autem hæreſis auctor fuit Simon ille Ma-
gus, de quo in actibus Apoſtolorum cap. 8. dicitur,
quod poſtquam baptizatus fuerat in Samaria à Phi-
lip. Diacono, videns quod per impoſitionem manus
Apoſtolorum daretur Spiritus ſanctus, obtulit eis pe-
cuniam, dicens: Date & mihi hanc poteſtatem, vt cui-
cumque impoſuero manus, accipiat Spiritum ſanctum: &
quia hic primus poſt ſuſceptum baptiſmum credidit
ſpiritualia eſſe venalia, ideo peccatum illud atque
hæreſis ab illo nomen accepit, vt à Simone ſimonia
dicatur: ita in d. leg. 1. tit. 12. part. 1. vbi quod hic
Simon Magus fuit primus in lege noua Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti, qui voluit emere gratiam Spiritus
ſancti: ſecundum hoc ergo, vt inquit S. Thom. ſimonia
hæreſis dicitur, ſecundum exteriorem proteſtationem,
quia in hoc quod aliquis vendit donum Spiritus
ſancti, quodammodo proteſtatur ſe eſſe dominum
ſpiritualis doni, quod eſt hæreticum: & hæc eſt pri-
ma hæreſis, quæ poſt Chriſti in Cœlos aſcenſionem in
Eccleſia eſt orta, quam ſtatim B. Petr. redarguit, di-
cens: Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam
donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri. Simoniacus
5 ergo, etſi non † ſit proprie hæreticus, quoniam abſ-
que intellectus errore poteſt præ auaritia in hoc vi-
tium labi, tamen re ipſa & facto profiteri videtur do-
minium Spiritus ſancti eſſe penes hominem; qui eſt
hæreticus error, vt voluit Sanctus Thomas, & am-
plexus eſt Gratianus in cap. ventum eſt, in fin. 1. q. 1. di-
cens: Simoniaci etſi fidem tenere videantur, infidelitatis ta-
men perditioni ſubiiciuntur, & quia † Simon ille Magus 6
nomen dedit huic vitio, fuit hæreticus, quia iudi-
cauit donum Dei pecunia poſſideri, vt Petrus ait: &
hoc iudicium erat hæreticum, vt diximus, ideo qui
illum imitantur ex facto, etſi non imitentur in prauo
intellectu, hæretici appellantur in iure, qui alioqui
non ſunt hæretici, quia ſimoniaci. Præterea ille Si-
mon Magus, præter hoc, quod ab Apoſtolis Spiritus
ſancti gratiam pecunia emere voluit, dixit, quod mun-
dus non erat à Deo creatus, ſed à quadam ſuperna
virtute, ſecund. Iſidor. in lib. etymol. prout eum refert
S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. ad 1. ibi ſciendum tamen,
attamen † propter hoc ſimoniaci non dicerentur hæ- 7
retici, ſecund. Sot. vbi ſup. in ſi. d. art. 1. dicentem, quod
Simon ille propterea voluit Spiritum Sanctum eme-
re, quod credidit eſſe venalem, & pretio ab Apoſtol.
dari, vt conſtat ex prædictis. Præterea † Giezi, famu- 8
lus Prophetæ Helizæi, fuit à Deo lepra perpetua per-
cuſſus, quia pecuniam recepit pro beneficio ſanitatis,
quod Helizæus contulerat Naaman leproſo, 4. Reg. 5.
lib. 1. titul. 17. part. 1. vbi quod hic fuit primus, qui
in veteri teſtamento ſimoniam commiſit. Illi igitur † 9
qui ſpiritualia vendunt, conformantur Simoni Mago
intentione, in actu vero illi, qui emere volunt: illi
autem qui vendunt in actu imitantur Giezi diſcipu-
lum Heliſæi: vnde venditores ſpiritualium, poſſunt
dici non ſolum Simoniaci, ſed etiam Giezitæ ſecun-
dum Diuum Thomam vbi ſupra, ad 4. Quod † vlti- 10
mum etiam dict. l. 2. Partita probat, & quod ſpiritua-
lia gratis ſint concedenda, vendique non poſſint, iu-
re diuino & auctoritate Conciliorum late probat Al-
fonſus à Caſtro lib. 13. aduerſus hæreſes, in capitul. ſi-
monia, per totum, vbi de pœnis contrarium faci-
entium.

Simonia † præterea duplex eſt: altera prohibita, 11
quia ſimonia, id eſt, iure diuino & humano prohibi-
ta: altera ſimonia, quia prohibita, hoc eſt, ſolo iure
humano prohibita, iuxta gloſſam celebrem & rece-
ptam in capitul. ex parte, el. 1. de ſimonia, verb. dimitte-
re, & ibi per Doctores, & alibi ſecundum Nauar. in
manuali Latino cap. 23. num. 100. verſic. ſecund. quod du-
plex: quæ diſtinctio Doctoribus Canonici iuris ſolem-
nis eſt, vt eſt videre apud Syluestrum in ſumma verb.
ſimonia, §. 4. & multis Theologis, ſecundum Domi-
nicum à Soto lib. 9. de iuſtitia & iure, quæſt. quint. art. 2.
in verſicul. aliquantulo, ibi Rationem, &c. vbi optime
eam defendit ab impugnationibus Durandi in quart.
diſtinction. 25. quæſt. 5. lateque demonſtrat eſſe ſimo-
niam contra ius mere poſitiuum, atque exempla vtri-
uſque ſupradictæ ſimoniæ præfigit & ſpecificat, pro-
bans inſuper in columna præcedenti ſimoniam ſpi-
ritualium donorum ſupernaturalium, tam naturali
iure, quam diuino eſſe prohibitam. Exempla etiam
vtriuſque ſimoniæ ponit Nauarr. vbi ſuprà, dicens,
quod ſimonia prohibita, quia ſimonia eſt voluntas
emendi vel vendendi vere ſpiritualia, ſiue à ſolo
Deo ſint data vel inſtituta, ſiue ab Eccleſiaſtica po-
teſtate diuinitus accepta: quæ autem hæc ſint, decla-
rat in ſpecie Dom. à Sot. vbi ſuprà, in verſ. ſimoniam ſpi-
ritualium, & in verſ. nihilominus, col. 2. & col. 3. Simonia
vero, quia prohibita, eſt voluntas faciendi collatio-
nes, renuntiationes, præſentationes, vel recipiendi
eas factas cum conditionibus, modis vel pactis in aliis
licitis, & etiam in his, niſi ab Eccleſia prohiberentur,
&

& ita frequenter ſimonia committitur ſine interuentu pecuniæ numeratæ, vel alterius rei ea æſtimabilis. Spiritualia autem in triplici ſunt differentia, vt inquit *l. 1. verſ. e las coſas eſpirituales, tit. 17. p. 1.* quæ late id declarat.

12 Obſeruandum † eſt etiam in hac materia; Quod quicquid per ſimoniam acquiſitum eſt, reſtitui debet, quia neque qui ſpirituale emit, retinere illud poteſt, neque pretium ille, qui vendidit: vnde reſignare ille debet beneficium per ſimoniam acquiſitum, hic vero pretium, vel aliud munus, quod eodem modo recepit, reſtituere, vt latiſſime id agens reſoluit Sanct. Thom. 2. 2. *quæſt. 100. art. 6. per totum*, & cum eo ac cæteris Doctorib Syluest *in ſumma, verb ſimonia, num 13 verſ. octauum*, & Domin. à Sot. *lib. 9. de iuſtitia & iur quæſt. 8. art. 1. per totum.* vbi id late probat, non ſolum iure Pontificio, per text. *in cap ſi quis Epiſcopus, & in cap preſbyterum, 1. quæſt. 1. & in cap. de hoc, de ſimon.* & alibi ſæpiſſime, ſed etiam iure diuino, ſecundum illud Matthæi 10. *Gratis accepiſtis gratis date* quod & antiqui tenent, quamuis Caiet. & Syluest. cum Abb. contrarium in hoc vltimo ſentiant, quos ibi refert *in reſp. ad 6. in verſ. profecto ergo.* Et quod contractus ſimoniæ iure naturali & diuino ſit nullus, ac per conſequens reſtitutio ſit facienda, cum Sanct. Thoma probat Did. Couarr. *in regul. peccatum, 2. part. §. 8. n. 8.* quamuis fateatur eſſe communem Doctor. ſenten-
13 tiam, quod nullitas † collationis non eſt ex natura conuentionis ſimoniacæ, nec ex iure diuino, ſed ex pœna tantum Eccleſiaſtica: quod etiam diximus *ſupra lib. 1. canon. q. c. 9 n. 16.* & tenet Petr. à Nauar. *lib 2. de reſtitut. c. 2. n 398. & 403. & 409.* & quod prædiximus de reſtitutione, quod ſit de iure diuino & naturali, probat etiam nouiſſime Arag. *in 2 2. q. 100. pag. 1132.*

14 Beneficium † autem in præfata ſpecie reſignandum eſt cum fructibus, non ſolum perceptis, ſed etiam in his qui percipi potuerunt à poſſeſſore diligenti, deductis expenſis factis cauſa fructuum, atque illis fructibus, qui alias expenſi ſunt in vtilitatem Eccleſiæ: & hoc non ſolum in pœnam peccati, ſed etiam ratione iniuſtæ acquiſitionis eius, qui ſcienter & propria ſponte ſymoniace accepit Eccleſiaſticum beneficium: ſicut ille, qui emit rem aliquam ab eo, qui vendere
15 non poteſt: ſi vero eo neſciente † nec volente, per alios alicuius promotio ſimoniace procuratur, caret quidem ordinis exſequutione, cum primum id reſciuerit, & tenetur reſignare beneficium, quod eſt conſequutus, cum fructibus ſtantibus, quia conſumptos bona fide reſtituere non tenetur, niſi forte inimicus fraudulenter pecuniam daret pro alicuius promotione, vel niſi ipſe expreſſe contradixerit: tunc enim non tenetur ad renuntiandum, niſi forte poſtmodum facto conſenſerit, renuntiando quod fuit promiſſum, ſecundum D. Thom. Soto & Syluestrum *vbi ſuprà, num. 13. in princip. in verſ. octauum*, eſt communis Theol. ſecundum D. Couarru. *in regul. peccatum, 2 part. §. 2. num. 7.* & latiſſime Petrum à Nauar. *de reſtitut. lib. 2. cap. 2. num. 414. cum ſequentibus*, & præcipuè *num. 429. expreſſa l. 7. tit. 17. part. 1.* & Aragon. *vbi ſuprà, pag. 1135. verſ.* eſt aliud dubium Addit Syluest. *vbi ſuprà, dict.*
16 *num. 13. in princ.* quod † ſi electione iam facta à maiori parte, detur aliquid contradicenti electionem, vt quieſcat de voluntate electi, etiam turbata eſt ſimonia, & reſignare tenetur, etiamſi contradictio eſſet iniuſta, & à fortiori, ſi electio non erat facta: & ſimiliter ſi ante electionem Petri detur pro eo pecunia ab alio, eo ignorante: imo etiam eo contradicente, etiamſi alias erat eligendus, eſt ſimoniaca electio, niſi hoc fuiſſet doloſe factum in diſpendium electi, ne ex dolo reportetur commodum: Ipſe tamen Petrus non erit propriè ſimoniacus, licet teneatur ſecundum iura prædicta renuntiare: ſecus ſi data eſt poſt electionem ipſi confirmatori pro confirmatione, vel benedictione, aut conſecratione, contradicente electo, *vt in cap ſicut tuis, de ſimonia*, vel etiam eo ignorante, quia nihil ei nocet, niſi receſſerit à ſua prohibitione, vel niſi poſtea conſenſerit ſoluendo pecuniam, vel reddendo ſolutam; vel niſi eſſet conſanguineus. Quod ſi aliquis
amicus † accipientis beneficium; dederit aliquid con- 17
ſiliario miniſtrantis rem ſpiritualem, ipſo, & ſimiliter accipiente ignorantibus, miniſtrans & accipiens non erunt ſimoniaci, ſed amicus & conſiliarius, niſi ſciant & non contradicant, vt cum aliis reſoluit Syluest. *in ſumma verb. ſimonia, n. 18.* & Armil. aur. *eodem verb. ſimonia n. 7.*

Similiter † recipiens ordinem vel beneficium, ſi 18
aliquid dederit aliis, vt id impetrent à prælato, hoc ignorante, committit ſimoniam, & tenetur beneficium ſic impetratum reſignare, ordineque ſic ſuſcepto non vti, vt probat expreſſe *l. 17. in verſ. e fazeſe, &c. titul. 17. partita 1.* vbi Gregorius Lopez *in gloſ. vltim. quærit; An hoc reſtringatur ad illos miniſtros Epiſcoporum, quorum miniſterio vtuntur in conferendis beneficiis, vel ordinibus, ſeu aliis ſpiritualibus, vel etiam procedat in quibuſcunque aliis miniſtris eorundem?* Et tandem in hoc vltimo inclinat, dicens verius & tutius videri, *ex textu in capitul. quicquid, 1. quæſt. 1. capitul. final. prim. quæſt. 5.* indiſtincte loquentibus, *& dict. lib. 17.* ibi, *A algunos omes, & lib. decim. octau. ſtatim ſequenti*, ibi: *A algunos omes de caſa del Obiſpo*: quod probo, quando tali via habuit quis ordinem vel beneficium.

Dubium tamen † eſt, *cui & quomodo ſit reſtitutio fa-* 19
*cienda in propoſito?* Et quidem quando ante rei ſpiritualis collationem præcedens pactum diſſoluitur, etiam ſi pretium fuerit ſolutum, procul dubio reſtitutio pretij eſt ei facienda, qui pretium dedit, vt probat Caietan. *in ſua ſumma, verb. ſimonia, pag. 616. in fin.* quem ſequitur Nauar. *in manual. Latin. c. 23 num. 103.* Cord. *in ſuo quæſt. lib. 1. q. 32.* Ludouic. Lopez *in ſuo inſtruct. conſcient. 1. part. cap. 107. cui ſit reſtituenda, in princip.* eſtque receptiſſima omnium atque indubitata ſententia. Dubium autem verſatur eo caſu, quo ſimonia exſequutioni vtrinque mandata ſit, nempe & col-
latione præbendæ, & ſolutione pretij. Et in hoc † 20
Diuus Thom. *vbi ſupra, ad 4.* tenet, quod pecunia vel poſſeſſio, vel fructus ſimoniace accepti debent reſtitui Eccleſiæ, in cuius iniuriam data fuerint, non obſtante, quod prælatus, vel aliquis de collegio illius Eccleſiæ fuerit in culpa, quia eorum peccatum non debet aliis nocere: ita tamen, vt quantum fieri poſſit, ipſi, qui peccauerunt, inde commodum non conſequantur: ſi vero Prælatus & totum collegium ſint in culpa, tunc debet cum auctoritate ſuperioris, vel pauperibus vel alteri Eccleſiæ erogari: & quod Eccleſiæ reſtitutio fieri debeat, probat expreſſe text. *in cap. de hoc, & in c. audiuimus, de ſimon. l. 12. in verſ. otroſi, tit. 17. p. 1.* probat etiam text. *in authent. de ſanctiſ. Epiſc §. ſi vero laicus, & in § ſi autem ſæcularis, collat. 9. gloſ.* optima, *verb. reſtituant, in d. cap. de hoc*, & *ibi* Dd. communiter, tenet etiam Medin. *in ſuo cod. de reſtitut. quæſt. 1. fol. 7. verſic. deinde*, & in hoc omnes conſentire videntur ſecundum Soto *vbi ſuprà, d. quæſt. 8. art. 1. in verſ. de ſimonia vero*, ibi: *Omnes enim*: quod reſtitutio pretij vel ſit facienda Eccleſiæ, per prædicta iura, aut pauperibus, quia reſtitutio male acquiſitorum pauperibus adiudicatur per Diuum Auguſtinum *in cap. non ſane, 14. quæſt. 5. & in verſ. ad quartum*, inquit, illud de fructibus prædictum à Diuo Thoma, veriſſimum eſſe, ſecundum antiqua iura, nunc autem iam ſe mos habet Romanus, vt Papæ obtingant ad ſuos ſuſtinendos Apoſtolicos ſumptus:



ſumptus: quare cum illo poteſt ſuper eis fieri compoſitio, obtinerique ab illo remiſſio: communem etiam probant Syluest. *in ſumma, verb. vſura, num. 20.* & ſumma Armill. aurea *verb. reſtitutio, num. 17. & 19.* & inquit Diuus Thom. *2. 2. quæſt. 32. art. 7. in concluſ. & reſponſ.* quod acquiſitum per ſimoniam, non debet reſtitui ei, qui dedit, quia meretur illud amittere, ſed accipiens tenetur in eleemoſynas elargiri: ſequitur Cordub. *vbi ſuprà*, & hæc eſt communis reſolutio. Domin. autem à Sot. *vbi ſuprà, in verſ. de ſimon.* ibi:
21 *Attamen ſi res, &c.* cenſet ita † diſtinguendum, nempe, vt poſt condemnationem quidem procedat communis præcedens ſententia, quæ habet, Vt reſtitutio pretij vel muneris accepti per ſimoniam, fieri debeat Eccleſiæ, vel pauperibus, aut quemadmodum Papa iuſſerit: ante condemnationem vero, dum crimen non eſt in iudicio delatum, ſed in foro conſcientiæ latet, reſtitutio facienda ſit ei, qui dedit, vt *ibi* late probat: Inde inferens, quod qui tale pretium recepit, perinde atque vſurarius debet abſque vlla mora, nullaque exſpectata iudicis ſententia, reſtituere illud, tanquam alienum, cuius dominium non habet, dummodo cautionem accipiat, ne poſtea, cum fiſcus reſciuerit, cogatur iterum ſoluere: quamuis illi, qui dedit, minime repetitio iure permittatur, quandoquidem re cognita, pretio multabitur: quod autem ſanct. Thom. *vbi ſuprà, dict. quæſt. 100. art. 6. in reſponſ. ad 1.* aſſeruit, quod hic non poſſit repetere pecuniam, quam turpiter dedit, licet alius iniuſte retineat, intelligi debet modo prædicto, nempe in publico foro & iudicio; Nam priuatim ante condemnationem arbitratur Soto, vt prædiximus, eidem eſſe reſtituendum: & hanc opinionem Soti ſequitur Ledeſmius *in 2. 4. q. 18. art. 5. verſ. colligitur ſecundo, circa fin. fol. 264. col. 3 in princ.* & Frater Barthol. à Medina *in inſtructione de caſos de conſciencia, fol. 168.* & Frater Angles *in ſuis floribus Theolog. quæſt. in q. quis reſtituere, & c. difficultat. 14. in 11. & 12. dub. pag. 195. & ſequent.* & ex profeſſo eam probat atque defendit Ludouicus Lopez *vbi ſuprà, verſic. ſecunda concluſio*, vbi intelligit D. Thomam contrarium tenentem, prout alij Thomiſtæ interpretantur, poſt condemnationem iudicis, & non ante. Tandem dicit, quod ſi ante condemnationem quis ſequutus opinionem Diui Thomæ pauperibus ſic acceptum, & non danti reſtituiſſet, non eſſet culpandus poſt factum, nam ſequutus eſt opinionem probabilem: addo ego, & communem, eritque hoc verum indubie: diſtinctio tamen præd. Domin. à Sot. profecto veriſſima mihi videtur, & ſecundum hodierna tempora communis etiam modernorum, & iuxta eam conſulendum ante factum, præcipue ſi ille, qui dedit, eſſet pauper, & ſibi non ſufficerent ſua: vel etiamſi dediſſet ex ignorantia, vt ex Hoſtienſ. ex miſericordia permittit Syluester *vbi ſuprà, verb. ſimonia, num. 20. in verſic. poſſet tamen*: nihilominus his etiam ceſſantibus, adhuc ante condemnationem ei, qui dedit, eſſet reſtitutio facienda, iuxta prædit. Sot. & modernorum opinionem.

22 De reſtitutione † autem præbendæ longe diuerſa ratio eſt, ſecund. Sot. quia neuter eius dominus eſt, videlicet nec Paulus reſignans, nec Petrus, cui per ſimoniam reſignatur atque confertur: Quoniam dum Prælatus ſecundum ſuam æſtimationem huic contulit, illi ſimpliciter abſtulit: Petrus igitur ratione ſimoniæ retinere illam minime poteſt, ſed nulla exſpectata ſententia, protinus tenetur reſignare huiuſmodi præbendam: quam à eius non eſt legitimus poſſeſſor ratione iniuſtæ acquiſitionis ſiue acceptionis. Idem probauit Nauar. *conſ. 11. n 5 & conſ. 35. n. 2. & n. 7. de ſimon.* cum Abb. recepto ſecund. eum. Hoc autem procedit ſecundum iura antiqua vt per ipſum *ibi in fin.* Hodie autem attento motu proprio Pij V. incipit cum primum, edito anno 1566. & eſt conſtit. 5. inter eiuſdem Pij V. Conſtitutio *fol. 9. & 12.* ſecus eſt in foro conſcientiæ ante condemnationem, ſecundum eundem Nauar. *conſ. 34. per tot.* de ſimonia dicemus *infrà in fine huius quæſt.*

Fit igitur ex † ſupradictis, collationem beneficij 23
ſimoniace factam eſſe ipſo iure nullam, nullumque ius ab initio in ſacerdotio acquiſiuiſſe eum, qui ſic beneficium habuit per ſimoniam ab eo, vel ab altero, eo ſciente, commiſſam, ſicque ipſo iure eſſe eum beneficio priuatum, ac proinde etiam in animæ iudicio teneri, vt prædiximus, beneficium dimittere, fructuſque omnes reſtituere etiam iam conſumptos: quod apertiſſimum ac veriſſimum eſt hodie (ſcilicet ante conſtitutionem Pij V. præd.) per conſtitutiones Martini V. in Concilio Conſtantienſ. & Paul. Venet. II. *in titul. de ſimonia inter extrauag. communes*, vbi deciditur, ſimoniacum etiam occultum nullum ius ab initio acquirere in beneficio, quod per ſimoniam habuit, & electiones & omnes alias prouiſiones dignitatum, perſonatuum & beneficiorum Eccleſiaſticorum ſimoniace factas eſſe nullas ipſo iure, vt poſt alios aduertunt Domin. à Sot. *vbi ſuprà, d. lib. 9. de iuſtitia & iur. quæſt. 8. art. 1. in reſponſ. ad quæſt.* Gregor. Lop. *in l. 12. in gloſſ. Es vedado, in verſ. hodie, titul. 17. p. 1.* & D. Couarr. *in regul. peccatum, de reg. iur. in 6. in 2. p. §. 8. n. 7.* Nauar. *in manual. Latin. cap. 23. num. 105. ad finem*, & nos late *ſuprà, lib. 1. Canonic. quæſt. cap. 9. n. 1 & 7.* quamuis apud veteres ante præd. conſtitutiones controuerſia eſſet ſuper hoc, cuius meminit Couarr. *vbi ſup. in verſ. apud veteres*: & Nauarr. nouiſſime *conſ. 60. per totum, & conſ. 61. num. ſeptim. de ſimonia*, contra *ſuprà* dictos, & alios probet, ſed poſt extrauag. Pij V. præd. aliud eſt, vt prædiximus, & etiam ante illam.

Secus † videtur dicendum in collatione beneficij 24
ſimoniace facta ignoranti, hæc namque valida eſſe videtur ipſo iure, donec in pœnam criminis à iudice reſcindatur ratione iniquæ & illicitæ acquiſitionis, vt probatur expreſſe *in c. penult. de elect. & in c nobis, & in c. ex inſinuatione, de ſimon.* nec quo ad hunc ignorantem præd. Paul. Veneti conſtitutio obſtat, quia interim habet titulum coloratum, vt tradit Gomez *in reg. de triennal. poſſeſſ. quæſt. 12. verſicul. & iſta quæ dicta fuerunt.* Et hinc eſt, vt poſtquam hic ignorans ſciuerit prædictam ſimoniam admiſſam, teneatur etiam in foro animæ beneficium illud dimittere, fructuſque non conſumptos bona fide reddere, vt prædiximus, auctore Diuo Thom. *2. 2. quæſt. 100. art. 6. ad quartum, cum cæteris ſuprà citatis.*

Nihilominus tamen verſor ſententia mihi videtur contraria, imo quod collatio beneficij ſimoniace facta alicui vitium ſimoniæ ignoranti, etiam iure humano nulla ſit ab initio, & ideo per iudicem exteriorem cogendum eum fore beneficium dimittere cum fructibus à die ſcientiæ & malæ fidei perceptis & percipiendis, & qui eo tempore nondum fuerant conſumpti, licet percepti eſſent ante criminis ſcientiam, atque item ab eo die ſtatim teneri ad dimittendum beneficium ſibi collatum, ſecundum omnes, vt in ſpecie noſtra probauit late Did. Couarr. *vbi ſuprà, num. octauo*, & hoc non quidem in pœnam criminis, ſed quia ex natura rei iure ipſo naturali hæc acquiſitio impediatur diuina voluntate, ſine qua ſpiritualia vendi non poſſunt, & ſic titulus fuit nullus, & ideo ad reſtitutionem fructuum ante ſcientiam criminis perceptorum, modo hi conſumpti non fuerint bona fide, tenetur iuxta Diui Thomæ & ſequacium ſententiam: & inquit Gomezius *vbi ſuprà*, quod ille, qui obtinet

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

obtinet beneficium per ſimoniam per alium commiſſam ipſo ignorante, ipſo iure eſt priuatus titulo, & tenetur illud cedere cum licentia ſuperioris, ſecundum Abbatem & modern. *de iure patr.* quos citat, quorum dicta in hoc approbauit Rota *vt ibi per eum*, ſicuti nec res vendita alicui ignoranti venditorem eam non potuiſſe vendere, ei acquiritur ab initio. Si enim materia vendibilis non eſt, vt conſtat, nihil refert quoad valorem tituli, quod emptor bona fide emerit aut eam habuerit: Bona namque fides ementis rem alienam abſque domini conſenſu, vel poſſidentis rem aliquam ex titulo nullo, tantum eum defendit, dum ipſa bona fides manet: at accedente mala fide, ſtatim reſtituere eam poſſeſſor tenetur nec eſt exſpectanda iudicis ſententia.

25 Præterea bona fides † ementis rem alienam, non validat titulum ab initio nullum ex defectu dominij venditoris, quod non tranſiit in emptorem: tametſi emptor poſſit agere in temporalibus ad intereſſe contra venditorem rei alienæ, *vt in leg. rem alienam, ff. de contrahend. empt. l. alienum, C. de furt. lib. 19. & l. 54. tit. 5 partit. 5.* tradunt optime Matthæus de Afflict. *in deciſ. Neapolitan. 369. num. ſecund. & tert.* Antonius Gomez *de empt. & vendit. num.* 8. Roland. à Valle *conſil. 60 num. 56. cum ſequentibus, vol. 4.* & Medina *in ſuo Cod. de reſtit. quæſt. 37. per totam*: quod enim alterius eſt, abſque ſuo facto & voluntate ab eo auferri non poteſt, *l. id quod noſtrum, cum ſimil. ff. de reg. iur.* Idque fortius procedit in re non vendibili, vt ſunt ſpiritualia: ſi enim ſecus fiat, nulla eſt venditio, ac
26 per conſequens traditio ſiue collatio: Ex inutili enim † contractu & à iure reprobato, non transfertur dominium: *argument. l. non dubium, cum ſimil. C. de legib.* & quod in temporalibus ex contractu à iure reprobato, ſequuta traditione non transferatur dominium, licet ſecus ſit in poſſeſſione, probat late cum communi Anton. Gom. *in l. 45. Taur. n. 14.*

27 Hæc eadem † ſententia verior efficitur ex ſententia D. Thom. *d. art. 6. ad tertium*, dicentis, hoc quod aliquis priuetur eo, quod accepit, non ſolum eſſe pœnam peccati, ſed etiam quandoque eſſe effectum acquiſitionis iniuſtæ, puta cum aliquis emerit rem aliquam ab eo, qui vendere non poteſt. Præterea vt inquit *ibi* Diuus Thom. *in reſponſione ad quæſtionem*, nullus poteſt licite retinere id, quod contra voluntatem domini acquiſiuit: veluti ſi diſpenſator de rebus domini ſui daret alicui contra voluntatem & ordinationem domini ſui, ille qui acciperet, licite retinere non poſſet: Dominus autem, cuius Eccleſiarum prælati ſunt diſpenſatores & miniſtri, ordinauit vt ſpiritualia gratis dentur, vt *Matthæi* 10. cauetur: Ergo qui muneris interuentu ſpiritualia quæcumque conſequitur, ea licite retinere non poteſt: Ex natura igitur rei, & non in pœnam criminis, vt diximus, prædicta acquiſitio impeditur: Igitur bona fides accipientis parum refert. Fauet etiam alia doctrina eiuſdem Diui Thom. communiter recepta, & quidem veriſſima, de qua *ſuprà* meminimus, dum *dict. art. 6. ad 4.* tenuit, hunc, qui beneficium habuit ex ſimonia, ab alio, eo inſcio commiſſa, teneri etiam ante ſententiam ad reſti-
28 tutionem, quia † etſi pœnæ legali locus non ſit in foro conſcientiæ ante iudicis exterioris condemnationem, cum tamen hæc acquiſitio impediatur, non quidem in pœnam criminis, ſed ex natura rei, vt ex eodem Thom. probauimus, conſequitur, reſtitutioni eſſe locum, etiam ante iudicis condemnationem ſeu declarationem: quod & ſequitur Nauar. *in manual. cap. 17. num. 23. in verſ. non obſtat tertio*, vbi aliam reddit rationem, quam colligit ex vtroque Thom. Medina & Soto, nempe, quod hoc acceptum fuit pro ſpiritualibus,
quæ nullam æſtimationem habent, quia † gratis ne- 29
ceſſario dari debent, & quamuis ſecundum Couarruuiam *vbi ſuprà, dict. num. 8. verſic. non me latet*, frequentiori Doctorum ſententia receptum ſit, quod collatio beneficij ſimoniace facta, non ex natura ipſa conuentionis, ſed in pœnam criminis nulla ſit, quaſi voluntas acceſſerit conferentis, qui beneficium Eccleſiaſticum dare potuit, tametſi hæc datio, admiſtam habeat iniquitatem, ob prætenſam æſtimationem ſpiritualis ad temporale: quod maxime refragatur verbis S. Thomæ ſupradictis, nihilominus verior & tenenda eſt ſententia ipſius Diui Thomæ, quia conferens, cuius voluntas acceſſit collatione beneficij ſimoniace facta, minime ſic; id eſt, per ſimoniam, ſed gratis beneficium Eccleſiaſticum dare potuit, vt probauimus *ſuprà*.

Supereſt † vt ad iura Pontificia *ſuprà* pro priori 30
parte adducta reſpondeamus. Et quidem ipſa referenda ſunt ad reuocationem facti, quæ potius declaratio quædam eſt, quam reuocatio iuris, vt tandem iudex pronontiet, eam collationem, quatenus ita facta eſt, reuocandam eſſe & reuocari, ac declaret ab initio nullam fuiſſe: Sæpiſſime enim hæ declarationes apud iura Pontificia nouæ quædam reuocationes appellantur: ita reſpondet Couarruuias *vbi ſuprà, num. 8. verſic. igitur Pontificiæ deciſiones, &c.* Fortaſſis igitur ſecundum ipſum iura humana hunc habere poterunt ſenſum, vt collatio beneficij facta per ſimoniam ignoranti, ſit ex propria vi & natura nulla, quamuis ſtatim huic ignoranti per iura humana noua fiat, & à labe ſimoniæ immunis collatio ad tempus vſque ſcientiæ & malæ fidei, atque ad effectum, vt percipere valeat eiuſdem beneficij fructus, eoſque abſque fraude conſumere: Hæc, vt prædiximus, ante nouam extrauag. Pij V. recte procedunt, poſt eam vero ſecus, etiam in eo, qui per ſe ſimoniam commiſit, vt *infrà* dicemus etiam *in fin. huius quæſt.*

Verum illa † quæſtio ſe offert nobis hic diſcutien- 31
da; *An ſimoniacus mentalis poſſit tuta conſcientia retinere quicquid ſimoniace acquiſiuit, vel teneatur ad eius reſtitutionem?* verbi gratia, de illo, qui præbendam ſuſcepit, ſi citra pactum crediderit, ſe eandem per ſimoniam recipere, videlicet, vel quia collatorem ſpe pretij allectum arbitratur eandem ei contuliſſe, vel quia munera promiſerat praua intentione, quæ etiam eadem intentione receperat, vtrum teneatur reſignare præbendam, & pariter Prælatus, quicquid ea mente receperat, reſtituere. Et vt res planior fiat, ſciendum eſt, ſimoniam mentalem duplicem eſſe, alteram, quæ neque peruenit ad conuentionem, neque ad dationem, & de hac nemo dubitat non eſſe locum reſtitutioni in ea, quandoquidem nihil datum vel acceptum fuit, licet de prauo animo pœnitentiam huiuſmodi ſimoniacus agere debeat, Alteram, quæ licet mente concepta, peruenit tamen ad dationem citra omnem conuentionem, quarum vtraque eſt peccatum mortale, vt præmiſimus: & de hac vltima eſt noſtra quæſtio, an obliget ad reſtitutionem. Et imprimis pro parte affirmatiua, quod obliget ad reſtitutionem, illud fortiſſimum & pene indiſſolubile argumentum ſtringere videtur, nempe, quod vſura mentalis tantum, † quæ 32
huic ſimoniæ mentali ſimillima videtur, obligat ad reſtitutionem, *vt in capite conſuluit, vbi communis, de vſur. & communis in capite final. de ſimonia* eſt communis doctrina ſecundum Syluestrum *in ſumma, verb. vſura, numero 20.* refert plurimos eam ſequutos, atque communem eſſe profeſſus Petrus à Nauarra *libro 3. de reſtitutione cap. 2. numero 209. cum ſequentibus*, quamuis ipſe contrarium probet: late per Nauarr. *in cap. 1. 14. quæſtione tertia* id quod omnes fatentur:

Ergo



Ergo idem dicendum eſt in ſimoniaco mentali, nempe, vt ad reſtitutionem teneatur: quod probatur, quia qui mutuum dat, propterea tenetur vſuras reſtituere, quod gratis mutuare debeat, iuxta illud, *Mutuum dantes, nihil inde ſperantes, &c.* Prælatus autem iure diuino eodem pacto ſpiritualia conferre debet, quia diſpenſator eſt, non dominus, iuxta illud: *Gratis accepiſtis, gratis date.* Quo fit vt reſtitutio ex vtraque parte hactenus ſit de iure diuino, quod in tali diuina prohibitione vendendi & emendi fundatur, ſicque iure diuino eſt impedita tam tranſlatio rei ſpiritualis pretio receptæ, quam dominium eiuſdem pretij: Ergo eodem iure eſt in ſimonia reſtitutio iuſſa, vt maxima probabilitate pollet: & ita antiqui ſemper crediderunt, vt cum Soto prædiximus contra Caietanum & Syluestrum. Si igitur iure diuino eſt iuſſa reſtitutio in ſimonia, tunc Eccleſia nullatenus facere potuit, vt ſimoniacus mentalis, puta credens aliquid ſibi datum in pretium, dominium acquireret: licet ſecus foret, ſi tranſlatio eiuſdem dominij ſolo iure Eccleſiaſtico eſſet impedita, vt Caietanus *in ſumma, verb. ſimonia*, & cum eo communis exiſtimat: Potuit ſiquidem Eccleſia illud impedire interueniente pacto: permittere autem, vbi nullum intercederet, quia etſi ſpiritualia iubeantur gratis dari & recipi, nihilominus ex ſua natura ſunt pretio æſtimabilia: Quare qui pretium ſua ſponte pro illis conferret, peccaret quidem contra diuinam prohibitionem, & nihilominus dominium transfertur, niſi, vbi tranſlationem eius Eccleſia impediuerit: attamen probabilius eſſe contrarium antiqui exiſtimarunt, vt prædiximus, nempe, quod iure diuino in ſimonia fuerit impedita dominij tranſlatio vtrinque, ac proinde reſtitutio iuſſa: ſimoniacus igitur mentalis ad reſtitutionem tenebitur, ſicut vſurarius mentalis. Quod ſi obiicias, non ob id vſurarium teneri ad reſtitutionem, quod mutuum gratis fieri debeat, ſed quia ſeorſum vſum pecuniæ vendat, qui nullius per ſe eſt pretij: Idem de re ſpituali conuincitur, nam neque hæc quidem, vt omnes fatentur, eſt pecunia æſtimabilis: quia licet natura ſua ſit æſtimabilis, ſaltem vbi præbenda vel ſacerdotium eſt fructiferum, nihilominus tamen hæc vendibilia non ſunt, quia prælati Eccleſiaſtici ſunt meri diſpenſatores rerum domini ſui, qui gratis id facere cunctis iuſſit, non verò ſunt domini: Ergo nec tanquam domini, nec tanquam diſpenſatores dominium pretij acquirunt, & multo minus accipientis ſacerdotium vel præbendam per ſimoniam.

33 Vlterius hæc † pars comprobatur ex regula illa generali, quæ habet; Quod quando tam dare, quam accipere aliquid temporale, eſt iniuſtum, non poteſt ſic acquiſitum retineri cum bona conſcientia, vt docet S. Thomas 2. 2. *quæſt. 32. art. 7. in concluſione, & in reſponſione ad quæſtionem*, & *ibi* Caietanus *in princip. art.* idem Caietan. *quæſtione* 100 *art. 6. in princip.* & cæteri communiter Theologi. Sed id, quod acquiritur ex mente ſimoniaca, eſt iniquum atque illicitum vtrinque; Ergo cum bona conſcientia retineri non poteſt.

Et in terminis per prædicta & alia (quæ omitto) hanc primam partem probarunt Ioan. Maior. *in 4. diſtinctione 15. quæſt. 1. artic. 7.* Adrianus *quodlibet. 9.* Henricus *quodlibet. 6. quæſt. 26* Ioan. à Medina *in ſuo cod. de reſtitut. cap. de vſur. reſtit. §. in 2. verſic. iam ad rationes, fol. 148. column. 2.* & late Dominicus à Soto *lib. 9. de iuſtit. & iur. quæſt. 8. art. 1. ad ſextum vſque in finem*, dicens, quod quouſque eum, vel Eccleſia, vel ſapientes aliud docuerint, ipſe ſibi aliud perſuadere nequit, & reſpondet ad Sanctum Thomam *dicta quæſtione centeſima articul. ſext. ad ſextum*, tenentem contrarium, loqui nempe in illo ſimoniaco mentali, qui intendit pretio dare aut accipere rem ſpiritualem, vere tamen, non dat, & ſic in prima ſpecie ſimoniæ mentalis, quam prædiximus, in qua nihil datum vel acceptum fuit, & proinde in ea omnes conſentiunt reſtitutioni minime locum eſſe, quia nihil eſt quod reſtitui poſſit. Eandem ſententiam tenet etiam Frater Bartholomæus à Medina *in ſua inſtructione confeſſ. lib. 1 capitul. 14. §. 11.* & tenentes hanc opinionem reſpondent ad textum *in capitul. final. de ſimon. incipienti, mandato,* quo communis contraria ſententia expreſſe probata videtur, nempe, vt per Maiorem *vbi ſuprà*, & per Adrianum *vbi ſuprà*, cuius intellectum refert & ſequitur Soto *vbi ſuprà*, nempe, quod illic Summus Pontifex non decreuit, † de ſimonia mentali non eſſe neceſ- 34
ſariam reſignationem ſpiritualium aut temporalium reſtitutionem, ſed imo contrarium docet, ſi recte textus legatur, non vero prout communis facit, præmiſſa vera facti ſpecie huiuſmodi: *Quidam dato pretio praua intentio, abſque pacto tamen, recepti fuerunt ad religionem; & forſan dederant monaſterio aliquam præbendam, & inſuper aliquod temporale, poſtea vero compuncti Romam miſerunt vt cum illis fieret diſpenſatio. Papa miſit mandatum, vt eadem fieret: Abbas autem dubitauit poſtea de extenſione mandati quoad duo: primo, vtrum extenderetur facultas diſpenſandi vſque ad Abbates, vt ipſe poſſet cum illis diſpenſare, ſecundo, vtrum extenderetur ad diſpenſandum ſuper reſignationibus, ne ex altrutra parte fierent, vt ſcilicet conuentus reſignare non teneretur, ſed omnia poſſet retinere, quæ monachi contulerant.* Ad vtrumque reſpondet Summus Pontifex affirmatiue, ita dicens: *Mandato noſtro recepto, vt cum monachis, qui per ſimoniam, dato aliquo (ſcilicet munere, tam temporali, quam ſpirituali) locum in monaſterio ſunt adepti ſecundum conſtitutionem generalis Concilij (videlicet Conſtantienſis, vt in cap. quoniam, eodem titulo de ſimonia)* & infra conſultationi tuæ breuiter reſpondentes, dicimus *Mandatum Apoſtolicum (id eſt, mandatum diſpenſandi) ad Abbates extendi (vt ſcilicet ipſi valeant diſpenſare) & ad reſignationes ſpiritualium & temporalium*: Itaque verbum, *extendi*, fertur in hoc, quod ſequitur, vt ſic debeamus legere: *Extendi ad Abbates, vt ipſi poſſint diſpenſare, & ad reſignationes, tam temporalium, quam ſpiritualium, ſi modo nullum interuenit pactum, nempe, vt Abbas poſſit diſpenſare, ne reſignatio, tam temporalium, quam ſpiritualium, quæ alias neceſſaria erat, fiat*: Ait enim Papa, quod in illo caſu, id eſt, facta diſpenſatione, delinquentibus ſufficit per ſolam pœnitentiam ſuo ſatisfacere Creatori: Ergo non excludit, quin diſpenſatione non præcedente ex natura ſimoniæ facienda eſſet illic, tam reſignatio ſpiritualium, quam reſtitutio temporalium; Quandoquidem diſpenſatio fuit neceſſaria: Itaque hi auctores alio modo legunt illum textum, quam litera communis & vulgata editio habet, delendo notam rubeam quæ paragraphum & diuiſionem ſignificat, poſitam poſt verbum *extendi*, & ante illa verba, *Et ad reſignationes, &c.*

His tamen † omnibus non obſtantibus, ſententia 35
S. Thomæ *quæſt. 100. art. 6. ad 6.* & communis omnium prope Theologorum ac Canoniſtarum eſt in contrarium, imo, quod indiſtincte datum vel acquiſitum ex ſimonia mentali, nullo pacto, tacite neque expreſſe, intercedente, non ſit in iudicio Eccleſiæ, nec in animæ interiori reſtituendum, nec beneficium ſic receptum reſignandum, ex textu expreſſo *in dict. cap. final. de ſimonia, in ſecunda parte*, vbi ad literam ſic dicitur, loquendo in ſimonia mentali. Et ad reſignationes ſpiritualium & temporalium, quæ nullo pacto, ſed affectu animi præcedente vtrinque taliter

acquiruntur: In quo caſu delinquentes ſufficit per ſolam pœnitentiam ſuo ſatisfacere Creatori, eos pro ſimonia huiuſmodi non teneri: idem probat *l.5. verſiculo, Pero ſi, titulo decimo ſeptimo, partita prima*, vbi dicitur, *Pero ſi alguno dieſſe don, o preſente, quier fueſſe grande, o pequenno, con intencion de ganar por el coſa eſpiritual, e ſi el que lo recibieſſe, la dieſſe por razon de aquel ſeruicio, qualquiera dellos que lo fazen en deſta manera, caen en pecado de ſimonia de voluntad, porque no fue fecho en ella pleyto ninguno: e porende el que recibieſſe beneficio, o orden, en eſta manera, o otra coſa eſpiritual, puedela retener, e non ha porque la renunciar, ſolamente que haga penitencia del yerro que fizo, porque lo gano aſſi*, & ibi Gregorius in gloſſa, *Simonia de voluntad*, hoc tenet allegans *dict. capit. final. de ſimonia*,
36 qui † textus non ſolum loquitur in ſimonia, quia prohibita, & ſic in ſimonia, quæ eſt de iure poſitiuo (prout in ea tantum, non vero in prohibita quia ſimonia, & ſic in ſimonia prohibita iure diuino voluit Hoſtienſis *in ſumma de ſimonia, numero primo*, & Henricus de Gandau. *quodlib. ſexto, quæſtione vigeſima ſexta*, & ſumma Angel. *verbo ſimonia, numero ſeptimo, in princip.*) ſed etiam in ſimonia contra ius diuinum, vt conſtat ex eo textu, dum loquitur in ſimonia quæ committitur pro religionis ſtatu & admiſſione ad religionem, pro quo vſurpatur locus in monaſterio, de quo ibi: Conſtat autem diuino iure prohibitum eſſe, vt ſpiritualis religionis ſtatus vendatur, cum ſit ſpiritualis ſtatus à Chriſto conſtitutus, vt patet ibi: *Si vis perfectus eſſe, vade & vende, &c.* & præterea ſtatim *in d. cap. final.* ſubtexitur mentio reſignationis ſpiritualium; Quare ibi proculdubio de ſimonia, quæ eſt contra ius diuinum, ſermo habetur: & ita merito Hoſtienſem & ſequaces contrarium tenentes improbant Caietan. ſuper Thom. *d. quæſt. 100. art. 6. verſic. ad hoc dubium*, ibi: *Mihi videtur*, & Syluester *in ſumma verb. ſimonia, num.* 20. cum Ioanne Andrea & Panormitano, quos refert: & præterea idem probauit Soto *vbi ſuprà, ad ſextum, in verſic. vnde* Hoſtienſ. & Nauarr. *in Manual. Latin. cap. 23. num.* 101. *verſiculo quinto*, ibi: *Tum quia illud caput, &c.* & pro hac parte videtur multum aſtringere *d. l. Regia*, ibi: *E porende el que recibieſſe beneficio, o orden en eſta manera, o otra coſa eſpiritual, puedala retener, &c.*

37 Similiter † etiam textus ille *in dict. cap. final. de ſimonia, in 2. parte*, procedit, nedum quoad forum Eccleſiæ exterius, & quoad eius pœnam, ſed etiam quoad forum conſcientię, vt patet ibi; *In quo caſu delinquentibus ſufficit per ſolam pœnitentiam ſuo ſatisfacere Creatori.* Si ergo ſufficit Creatori per ſolam pœnitentiam in ſimonia mentali ſatisfacere, non tenetur ad aliud in foro conſcientiæ, vt Deo ſatisfaciat, puta ad reſignationem vel reſtitutionem: Non igitur tenentur mentales ſimoniaci ex naturali & diuino iure, niſi ad pœnitentiam, quia peccant mortaliter & ſunt in ſtatu damnationis æternæ, quamdiu perſeuerant in tali malo animo, ſed non tenentur ad reſignandum aut reſtituendum aliter accepta per prædicta, vt optime explicat ac reſoluit contra alios Caietan. *vt ſupra, in verſicul. alij dicunt*, ibi *Sed hæc reſponſio*, dicens, quod ſic communiter ſeruari videtur, & eſt communis ſecundum Decium *in cap. ex parte, el 1. num. 6. de officio delegat.* licet ipſe velit ibi contrarium: ſed communem ſequitur Nauarrus *vbi ſuprà, verſic. procedit etiam*, contra Ioann. à Medina, *vbi ſuprà*, quem ibi increpat, & ampliat textum etiam aliis modis. Probatur igitur manifeſtè in illo text. præfata opinio communis, quam fundamus, nihil addendo vel delendo, ſed ſtando eius literæ communi cum ſua nota rubea, quæ paragraphum & diuiſionem ſignificat, & ſemper adhibita fuit, maxima namque eſſet audacia aliud dicere. Secundo pro communi opinione Theologorum & Canoniſtarum, de qua principaliter agimus, eſt etiam text. *in capitul. tua nos, de ſimonia, in verſiculo, ſi vero pure, ac ſine pacto vel conditione qualibet offeras*, ibi: *Huiuſmodi receptio fieri poterit abſque ſcrupulo ſimoniacæ prauitatis*, & poſtea ibi: *Quia nobis datum eſt de manifeſtis tantummodo indicare?* Quem textum ſimul *cum dict. cap. fin. de ſimonia*, ad hoc allegauit Decius *in dict. cap. ex parte, el 1. num. 5.* & Syluest. *in ſumma, verbo ſimonia, n. 5.*

Quibus fit, vt communem prædictam ſententiam ex text. *in dict. cap. fin.* ſic ſane cum intelligentes vſque in hodiernum diem probauerint ſemper gloſſa, & fere omnes Doctores Canoniſtæ, ac Theologi, vt aſſerit & latiſſime probat & defendit, reſpondens fundamentis contrariis D. Nauarr. *in commentariis dict. cap. fin. num. 12. & ſequentibus de ſimonia*, & iterum *in dict. Manuali cap. 23. num.* 102. Eandem ſequutus eſt late probans Caietan. *vbi ſuprà*, dicens, quod ſic communiter ſeruari videtur. Communem etiam eam fatetur Soto *vbi ſuprà*, licet contra eam teneat, & ſequuntur præterea omnes Summiſtæ *verbo, ſimonia*, vbi Angel. de Clauaſ. *eodem verb. 7 in princ.* teſtatur communem, & alij plurimi auctores, quos omnes referre laborioſum potius eſſet, quam neceſſarium; Siquidem in confeſſo eſt, omnium hanc eſſe receptiſſimam ſententiam, pauciſſimis demptis, atque (vt exiſtimo) veriſſima & tenenda ex prædictis, quam latiſſime ſequitur, probat ac defendit Petrus à Nauar. *lib. 2. de reſtitutione, cap. 2. num. 392. cum ſeqq.* & probata eſt d. l. partitæ, cuius legis conditores ſequuti ſunt communem præd. intellectum *d. cap. final. de ſimon.* intelligentes, eum eſſe proculdubio veriſſimum ac communem, expreſſamque mentem ac deciſionem Eccleſiæ: Minime igitur ſunt mandata, quæ certam interpretationem habuerunt, vt *in l. minimè, cum ſimil. ff. de legibus.* Supereſt modo, vt res in tranquilla quiete remaneat, vt reſpondeamus fundamentis contrariæ opinionis, & præcipuè ad primum (quod omnes maximè torquet, vtpote difficillimum, nempe de vſurario mentali, qui ad reſtitutionem tenetur) plures enim aſſignantur à Doctoribus rationes differentiæ inter vſurarium mentalem & ſimoniacum mentalem, quare ille teneatur ad reſtitutionem, hic vero minimè,
† quæ quidem non ſatisfaciunt. Vnde Abbas *in d. cap.* 38
*fin.* inquit, non eſſe idoneas ante ipſum redditas, nec approbat, quas ipſe reddit, & merito, quia vltima, quæ ſibi præſtantior cæteris videtur, dum habet, text. illum loqui de illo, qui non dat, vel facit temporarium principaliter pro ſpirituali, ſed minus principaliter & ſecundario pro ſpirituali, vera quidem non eſt, ſiquidem agit textus ille de ſimonia, quæ eſt peccatum mortale, vt prædiximus, quale non eſt facere aliquid minus principaliter, & ſecundario pro ſpirituali, vt per Nauar. *d. cap. 23. num. 101. & 102. verſiculo quinto*, & inquit Ioannes Andreas ibi, quod ratio iuſta illius deciſionis ab auctore petenda erit, & nihilominus quandam differentiæ rationem aſſignat, quam improbat Soto *vbi ſuprà, ad ſextum, in verſ. Ioan. Andreas*: ſed & ſumma Angeli *vbi ſuprà*, inquit, quod rationes differentiæ, aſſignatæ à Doctoribus in propoſito, ſunt efficaces, & ſolum ita eſſe, quia ius declarauit; ſed non bene dicit, quia iura non declarant ſine ratione, cum ſubalternentur Philoſophiæ naturali, ſecundum Syluest. *vbi ſupr. num.* 20. qui aliam rationem aſſignat, nempe, quod ea, quæ reſtituenda ſunt ratione ſimoniæ, non ſunt reſtituenda neceſſario vigore naturalis aut diuini iuris, ſed de cõſilio ſolum, vt ibi probare nititur, addens, quod ſi aliqua obligatio reſtituẽdi eſt, procedit à lege humana, quæ mentalem ſimoniacum non obli-



gat ad reſtituendum, ſed tantum conuentionalem: Hæc autem ratio non eſt omnino vera aut ſaltem firma, & inconcuſſa, vt vidimus ſupra.

Ego vero duas rationes differentiæ, quæ cæteris omnibus vrgentiores videntur, referam. Prima eſt Caietan. *vbi ſuprà*, quia ſcilicet mutuatarius non animo donandi ſponte, nec voluntarie, ſed inuitus, neceſſitate preſſus ad redimendam vexationem, vſuras mentales ſoluit: Eſt enim ibi voluntarium miſtum inuoluntario, vt patet ex 3. Ethicorum, & ideo eas recipiens tenetur ad reſtitutionem: Quod autem datur ſimoniaco mentali, datur voluntarie, datur enim animo emendi vel vendendi. Conſtat namque, quod tam emere, quam vendere, ſunt contractus voluntarij abſque inuoluntario miſto, vt patet ex 5. Ethicorum, & ſic tota diuerſitatis ratio eſt inter voluntarium, & inuoluntarium, Nec obſtat, quod aduerſus hanc Caietani rationem replicat Soto *vbi ſuprà*, dicens, quod ita inuitus ſimoniacus videtur conferre pretium, ſicut vſurarius mallet ſiquidem ille gratis ſpiritualia accipere, vt iure diuino alter tenebatur gratis conferre, quam aliquo pretio vel munere temporalia à ſe præſtito: quia reſpondet Caietan. & Nauar. quos ſequitur Petrus à Nauarra *vbi ſuprà, num. 102 cum ſeqq.* quod ad hoc, vt conſenſus dantis impediat reſtitutionem, non ſufficit quod mallet habere gratis quam pretio, quoniam alioqui etiam omnis venditor teneretur reſtituere pretium ementi, vt ibi altius probant. Alia ratio eſt eiuſdem Nauarri quam efficaciorem ſupradictis exiſtimat ipſe, nempe, quod vſura bene ſoluitur, & male recipitur; Nam vſuram ſoluere, non eſt peccatum, *cap. debitores, de iureiuran.* recipere autem ſic, *c. quoniam, de vſur.* & qui male recipit ab eo, qui bene dat, tenetur id reſtituere danti, *cap. non ſane, cum gloſſ. 14. quæſt. 5.* At qui per ſimoniam mentalem accipit ab eo, qui male dat, bene ſuſcipit, ob ignorantiam malæ intentionis, aut ſaltem accipit à male dante, & conſequenter nemini tenetur illud reſtituere, maxime, ſi præſtitit id, propter quod tantum eſt. Adhuc tamen obiici poteſt huic rationi, quod vſuras ſoluere tunc licet, & debitor tenetur, cum iurauit eas ſoluere, ſecus alias, *vt in d. cap. debitores, cum ibi notatis.*

39 Præterea † non ſemper licet cuiquam ſub vſuris mutuum accipere: In hoc enim ſeruanda eſt huiuſmodi communis omnium diſtinctio: Inducere aliquem ad mutuandum ſub vſuris non licet, quia cooperaretur peccato alterius: accipere tamen mutuum ſub vſuris, ad propriam neceſſitatem ſubueniendam, vel ob aliam iuſtam cauſam, ab eo; qui paratus eſt hoc facere, licitum eſt; Hæc eſt aurea doctrina Sancti Thomæ communiter recepti, tam à ſuis quam à noſtris, *in 2. 2. quæſt. 78. articul. 4.* Inducere enim quempiam ad malum nemini licet, præcipuum enim genus cooperandi ad malum, eſt ad illud mouere & excitare: Cum ergo fœnerari malũ ſit, minime tale propoſitum, quod ipſe non habet, coniicere, poteſt: vti tamen peccato alterius in bonum, nihil abſurdi habet; Nam & Deo hoc eſt in vſu: vtitur enim peccato noſtro in bonum, vt in exemplis, de quibus per *infra* citandos qui præd. doctrinam Diui Thomæ, & ſequuntur, & optime explicant, nempe Caietan. in proprio loco: idem Caietan. *lib. 17. reſpon. 14. reſponſ. & in ſumma verb. vſura*, Syluest. *eodem verbo, el 7. num. 1.* Armill. *aur. in eodem verb. num.* 38. Domin. à Soto *lib. 6. de iuſtitia & iur. quæſt. 1. artic. 5* Nauar. *in Manual Latin cap. 17. n. 162. & 263. glo. fin.* & DD. *in cap. debitores*, & præcipue Felin. *ibi num. 6. & 7.* plures Doctores citans *de iureiur.* DD. omnes *in cap. ſuper eo. de vſur.* D. Couar. *in cap. quamuis pactum, de pact. in 6. in 1. part. relect. §. 1. num. 10. verſic. qui petit*, latiſſime Michael à Palatio *in ſua praxi Theologica, de contract. & reſtit, lib. 4. cap. 10. per totum*, Anton. à Cordub. *in ſua ſumma de caſos de conciencia, quæſt. 5 in 5 corollar.* & Theſaurus Chriſtianæ Relig. *cap. 67. n. 29.* Imo, vt conſtat ex pleriſque ſupradictorum, non ſolum non licet inducere ad mutuandum ſub vſuris illum, qui non eſt paratus hoc facere, ſed etiam eum, qui ad hoc eſt paratus, vt colligitur ex Diuo Thom. *vbi ſupra in concluſio.* dum generaliter
dicit, † non licere quenquam ad mutuandum ſub vſu- 40
ris inducere: Quamuis enim accipere ad vſuram licitum ſit, non tamen petere, vt ſibi ad vſuram detur, quia eſt petere aliquid, quod alius ſine peccato facere non poteſt: quod numquam licet, & ſic inducere eum ad peccandum, quantumcunque paratiſſimum, vt in ſpecie docent Caietan. *vbi ſupra*, & Florent. *in ſua ſumma in 2. part tit. 1 cap. 9. §. 4* & Nauar. *vbi ſuprà, d. n. 161.* & Palacio *d. cap. 10. in verſic. vnde non eſt & clarius in verſic. porro autem*, vbi cum Caietano probat, nefas ſemper eſſe, inducere aliquem ad vſuras, vel quoduis peccatum, etiam paratiſſimum ad peccandum: vnde nefas, ſecundum eum, erit dicere vſurario, vel ſedenti ad menſam fœnebrem; *Da mihi mutuum ſub vſura*, quia iſtud eſt inducere eum ad vſuram, & idem in reliquis.
Sic † videmus, verius ac receptius eſſe, non poſſe 41
quem ſine peccato, vti alterius maleficio ad tollendum malum ab alio, vel à ſe, licet ille maleficus paratus ſit illud exercere; quia petitio iſta & vſus huius operę, eſt directe conſenſus in peccatum, quia per illud maleficium, tolli malum non poteſt, aliter, quam cum peccato mortali: Quiſquis enim ab alio petit, vt faciat id, quod ſine peccato facere non poteſt, peccat, quia ſic petens conſentit iniquitati alterius, inducendo illum ad peccatum: Etenim etſi ille paratus eſſet, non tamen hoc particulare maleficium fuiſſet operatus, licet ille petiiſſet, vt recte cum Syluestro & aliis deducit ac probat D. Couar. *vbi ſuprà, num. 10 in princ.* Ita in propoſito dicendum eſt, vt non liceat, etiam paratiſſimum, ad vſuras mutuare, eum ad hoc inducere, quia inducens per hoc conſentiret eius peccato; Quandoquidem hoc ipſe creditor ſine peccato facere non poteſt: accipere autem ab huiuſmodi homine ſic parato mutuum ſub vſuris, eum non inducendo, bene licet, ſecundum doctrinam S. Thomæ, & communem *vbi ſuprà*, & ita ſunt intelligendi ac interpretandi & ſupplendi, ſi qui ſunt, auctores, qui incaute aliud dixerint, nempe, poſſe peti mutuum ſub vſuris ab eo, qui paratus eſt ad mutuandum ſub eis: Inducere enim eum, vel ab eo petere ſub vſuris, minimè licet, quia cooperaretur peccato ipſius, vt eſt prædictum: ſed petere ſimpliciter ab eo mutuum debet: quod ſi ille renuat ſine vſuris dare, tunc licebit ſub vſuris accipere, vt inquiunt D. Th. & communiter omnes eum ſequuti, & nominatim Caiet. & cæteri, præcipuè Cordub *vbi ſuprà*.

Ab illo etiam, † qui non eſt paratus dare ſub vſu- 42
ris, licitè poſſum petere mutuum ſimpliciter: quod ſi ille nolit gratis mutuare, ſed ſub vſuris, poſſum abſque peccato mortali ab eo accipere ſub vſuris, niſi ob finem mortalem accipiam, & etiam abſque peccato veniali, ſi ob iuſtam cauſam accipiam, alias ſecus, quia peccabo mortaliter aut venialiter, iuxtà qualitatem cauſæ, vel finem, ob quem accipio, veluti ſi ad luxum, vel ob vanitatem & ludos veniales, aut vt eius negotiatione diuitias accumulem, vt conſtat ex præcitatis, qui etſi in ſpecie hominis non parati ſub vſuris mutuare minimè loquantur, eadem tamen ratio & fortior eſt in hoc, quod in illo præterquam quod generaliter loquuntur: Imò & Nauar. *vbi ſup.* in vtroque loqui videtur: Licitè enim in vtroque caſu petit quis rem, quæ non ſolum ſine peccato, ſed & cum merito fieri poteſt: Si autem vſurarius non vult dare mutuum

ſine vſura, culpa eſt ipſius, non autem petentis, qui petit ab altero, quod ille, ſi vellet, ſine peccato & cum merito facere poſſet: Quæ ratio æque militat in
43 non parato, ſicut in parato hoc facere: Eſt † tamen caſus, in quo licitum eſt inducere alterum ad mutuandum ſub vſuris, nempe, quando quis eſt conſtitutus in extrema neceſſitate, poterit enim tunc inducere ad mutuandum ſub vſuris eum, qui ſine illis mutuare non vult, iuxta Innocent. receptum *in c. ſuper eo, de vſur.* ſecundum Nauar. *vbi ſupra, num.* 263. quia hoc non eſt proximum ad peccatum inducere, ſed conſulere, vt minus peccet, hoc eſt potius peccatum vſuræ, quam ſi homicidium committat, quod licitum eſt, vt *in cap. ſi quod verius, 33. q. 2.* ſequuntur Angel. Syluest. & Caiet.
44 eoſque referens Nauar. *d. num* 263. Idem † in conſulente & inducente alium ad minus malum ad maius euitandum; quod certiſſime alias perpetrandum eſſet, recte probauit Caietan. & Soto atque Palatios *vbi ſupra, in verſic. argumentum autem*: & Magiſter Aragon. in Diuum Thom. 2. 2. *quæſt.* 78 *art. 4. pag.* 711. *col.* 1. quia qui conſulit minus malum, ne deterius contingat, non facit malum, ſed bonum, videlicet hominem iam paratum ad maius malum, inducere ad minus malum, qui nulla ratione alias poterat à ſuo malo auocari; Qui enim cum ſic auocat, non conſentit in malum minus, neque vult illud, verum collatione maioris arcendi mali, bonum putat, inducere alium ad minus malum.

45 Denique † text. *in d. cap. final. de ſimon. in 2. part.* loquitur & procedit de quæſito ab vtraque parte per ſimoniam mentalem, vt patet, ibi: *Vtrinque taliter acquiruntur*: Id quod fatetur Nauarr. *vbi ſupra d. n.* 102. *verſic. quinto*, ibi: *Tum, quia aperte agit, Ergo male datur & male accipitur*: Quicquid contrarium nouiter & minus bene tentauerit tenere Magiſter Aragon *in 2. 2. q. 100 pag. 1734. cum ſequent. verſic. quod mihi* nempe, in ſimonia mentali pretium reſtituendum eſſe, non vero beneficium reſignandum: quod eſt contra d. text. & contra communem Doctorum ſententiam, cui tripliciter, ſed nulliter, ipſe ibi nititur reſpondere.

Vnde melius fugit difficultatem (ſi vera loquetur) Petrus à Nauarr. *lib. 3. de reſtit. cap. 2. num. 216. cum ſequentibus*, ſuſtinendo & probando contra communem, cum aliquibus, quos refert, dicens ſibi veriſſimam videri oppoſitam ſententiam, nempe, quod vſurarius mentalis non teneatur ad reſtitutionem, & ibi nititur reſpondere *ad cap. conſuluit, de vſur.* ſed reuera ille text. recte probat communem ſententiam, veriorque illa eſt, præterquam quod receptiſſima ſit: vnde eſſet temerarium ab ea diſcedere in iudicando & conſulendo.

Nihilominus tamen, quamuis hæc ita ſe habeant, & nulla concludens ac peremptoria ratio differentiæ aſſignetur in hoc inter vſurarium mentalem & ſimoniacum huiuſmodi, aſſentire humiliter debemus declarationi Summi Pontificis, licet rationem, qua ille motus fuerit non attingamus: argumento text. *in cap. ego ſolis, 9. diſtinct.* credentes, non defuiſſe illi rationem ſufficientem ita declarandi, tametſi ipſa nobis adhuc non innoteſcat, vt fatemur: Hoc tamen nihil impedit, quin communis ſententia probanda ſit; Quandoquidem ipſa expreſsè ad literam approbatur *in d. cap. fin. in 2. part. de ſimon.* qui text. cum hoc diſponat in ſimoniaco mentali, & text. *in dict. cap. conſuluit, cum communi, de vſur.* aliud in vſurario mentali, quilibet horum textuum in ſuo caſu abſque dubio ſeruandus erit, quandoquidem diuerſus eſt vnus ab alio, licet rationem differentiæ ſufficientem non expreſſerint.

46 Sed ne † videamur in hoc omnino deficere, excogitabam ego minimus ſcriptorum, an poſſet hæc ratio differentiæ inter prædicta iura aſſignari, trahendo rem à ſuis principiis, & ſic conſiderando originem prohibitionis vſuræ & ſimoniæ, ita vt ex modo & verbis prohibitionis colligamus rationem diuerſitatis, nempe, quod vſura in mutuo iure diuino, non ſolum conuentionalis, ſed etiam mentalis eſt prohibita, vt patet Lucæ 6. *Mutuum dantes, nihil inde ſperantes*: Non itaque licet pro mutuo aliquid etiam mente ſpe-
rare: Vſura † enim mentalis eſt, qua mutuum ſpera- 47
tur, & poſtea realiter obtinetur, vt colligitur ex Ioan. à Medina *in ſuo cod. de reſtitut. in quæſtione de vſur. reſtituend. §. in ſecundo, in princ.* & ex Theſaur. Chriſtian. relig. *cap. 67. num. 23. & 24.* & ex cæteris omnibus hac de re agentibus: Vnde merito, vt ſi contra fiat, hoc eſt, corrupta mente mutuetur, aliquid inde ſperando, & poſtea illud recipiatur, ſit reſtituendum in animæ iudicio, quia contra præceptum diuinum id ſit, vt manifeſtè Eccleſia verba Euangelij relata interpretatur *in cap. conſuluit, de vſur.* dicens; *Conſuluit nos tua deuotio, an ille in iudicio animarum quaſi vſurarius debeat iudicari, qui non alias mutuo traditurus, eo propoſito mutuam pecuniam credidit, vt licet omni conuentione ceſſante, plus tamen ſorte recipiat, &c.* Verum quia quid in his caſibus tenendum ſit, ex Euangelio Lucæ manifeſte cognoſcitur, in quo dicitur: *Date mutuum nihil inde ſperantes*, huiuſmodi homines pro intentione lucri, quam habent (cum omnis ſuperabundantia prohibeatur in lege) iudicandi ſunt malè agere, & ad ea, quæ taliter ſunt accepta, reſtituenda in animarum iudicio efficaciter inducendi.

At vero iuris diuini prohibitio ſimoniæ non fit nominatim de ſpe aliquid temporale pro ſpirituali accipiendi, ſed de actuali ſimonia expreſſa, vel ſignis inter partes intellecta, vt patet Matth. 10. vbi commemoratis donis ſpiritualibus Dei, dicitur; *Gratis accepiſtis, gratis date*: Non itaque adiecit; *Nihil inde ſperantes*, ſicut in mutuo dictum eſt. Similiter nec id exprimitur in cæteris auctoritatibus noui & Veteris Teſtamenti, quibus Domin. à Soto *lib. 9. de iuſt. & iur. quæſt. 5. art. 2. verſic. hic primum omnium*, & Alfonſ. à Caſtr. *lib. 14. aduerſus hæreſes, cap. ſimonia per totum*, probant ſimoniam ſpiritualium donorum iure diuino eſſe prohibitam: Merito igitur, vt quamuis peſſima ſit ſimonia mentalis, nihilominus tamen, cum expreſsè & in indiuiduo non ſit iure diuino inhibita, ſicut vſura mentalis, quod Eccleſia declarauit *in d. cap. fin. de ſimon.* vt ipſa ſimonia mentalis ad reſtitutionem non obliget, ſed ſufficiat pro peccato Creatori per ſolam ſatisfacere pœnitentiam.

Cætera, quæ huic primo fundamento, de quo agimus adiecimus de prohibitione tranſlationis dominij eius, quod datur per ſimoniam, quod ſit de iure naturali ac diuino, inſuper & reſtitutio iuſſa non obſtant: Quoniam etſi abſque controuerſia id eſſet, quod diffitemur, quandoquidem, vt vidimus, eſt contra communem, adhuc communi ſententiæ non nocerent; Siquidem procedunt in ſimonia expreſſa, hoc eſt, cum pacto tacito vel expreſſo, non verò in menta-
li tantum, † quæ etſi vtroque iure ſit prohibita ſub 48
pœna peccati mortalis, nihilominus quoad reſtitutionem in hoc differunt, quod in mentali iure diuino non inuenitur iuſſa, & iure poſitiuo expreſsè reperitur cauſata: cui iuri poſitiuo ſtandum eſt, quando non reperitur expreſſum contrarium iuri diuino.

Ad ſecundum fundamentum pro contraria parte *ſuprà* adductum ex Regul. S. Thom. reſpondemus; Quod datio vel acceptio poteſt eſſe illicita dupliciter. Vno modo ſecundum ipſam formam exterioris actus, quem ſignificat, tam datio, quam acceptio,

† &



† & cum actus dandi vel accipiendi ex ſua exteriori forma eſt venditio, emptio & huiuſmodi. Alio modo ex ſolo interiori affectu, puta, quia actus exterior ſecundum modum & formam exterius habet rationem donationis gratuitæ, ſed ex ſolo affectu interiori habet rationem venditionis. Regula igitur *ſuprà* poſita, cui nunc reſpondemus, intelligitur de datione & acceptione illicita primo modo, & non ſecundo; Quoniam primo modo datio & acceptio eſt per ſe illicita. Secundo autem modo eſt illicita per accidens, quia non ex modo & forma exteriori, ſed ex adiuncta mala intentione. Idem igitur dicendum eſt in materia ſymoniæ, vt reſpondet Caiet. *vbi ſuprà, in verſic. & ad primam.*

Nec reſponſio Soti ad S. Thom. *ad ſextum*, nempe, quod loquatur in ſimonia pure mentali ſine traditione, aliquid præſtat; Siquidem ex D. Thom. contrarium conſtat dum agit, quod huiuſmodi mentalis ſimoniacus pœna exteriori Eccleſiaſtica non puniatur, vt abrenuntiare teneatur: Ergo præſupponit manifeſtiſſime, traditionem eſſe factam, alias nullum adeſſet dubium. Quare ſecundum Petrum à Nauar. *de reſtit. lib. 2. cap. 2. num.* 400. ridendum videtur, intelligere D. Thomam, prout eum intelligit Soto: & Sotum in hoc etiam carpit Aragon. *vbi ſuprà, pag.* 1134. *verſic. non eſt.*

50 Non etiam † obeſt intellectus ac litera Adriani & Soti *ad d. cap. final. de ſimon.* aſſignatus; Is ſiquidem potius ex capite eſt, quam conformis literæ communi illius textus; Quandoquidem iubent demi ac deleri, tum punctum, qui eſt ad finem verbi, *Extendi*, tum notam rubeam, paragraphum ac diuiſionem ſignificantem, vt eum text. in ſuam ſententiam trahant: quod haud licet, nec conuenit conſtructioni, & verò ſenſui d. text. vt inquit Nauar. *vbi ſuprà*, præcipuè, quia poſt illam notam rubeam huiuſmodi ¶ adeſt ſtatim, *Et* cum litera *E.* magna, tanquam principium alterius ſententiæ: Ipſi verò præd. E. paruam faciunt, quaſi præcedentium connexam, contra perpetuam conſuetudinem Gregorij IX. hucuſque ſeruatam. Denique, quia ſecundum prauum eorum intellectum, verba; *Eos pro ſimonia huiuſmodi non teneri*, non poſſunt, ſalua ratione rectæ conſtructionis ſuſtineri, quod nouiſſimè contra Sotum aduertit & probat Aragon. *vbi ſuprà, pag.* 1134. Quare verius eſt legendus text. ille ſecundum communem literam, quam *ſuprà* retulimus, vt aduertit & latè diſſerit Petrus à Nauar. *vbi ſuprà d. lib. 2. de reſtit. cap. 2. num. 395. cum ſeqq.* Supereſt igitur ex omnibus ſupradictis ſatis probata ac defenſata communis ſententia tenenda, quæ habet; ſimoniacum mentalem ad reſtitutionem minimè teneri in neutro foro, eorum, quæ ſimpliciter abſque pacto traduntur, corrupta tamen mente. Circa hoc tamen ad-
51 uertendum erit, † tunc eſſe ſimoniam mentalem, quando intentio principalis in mente eſt dandi vel accipiendi aliquid pro ſpiritualibus, id eſt, ſine qua non fieret actio, quia tunc eſt ſimonia, & per eam admittitur peccatum mortale: ſecus verò ſi ſit intentio ſecũdaria, id eſt, ſine qua actio fieret, quia tunc ſecundum omnes non eſt ſimonia, etiam coram Deo; Eo namque caſu non datur temporale pro ſpirituali, vel è contra, quia remoto temporali, nihilominus daretur ſpirituale, vel è contra, vt teſtatur Syluester *in ſumma, verb. ſimonia, num.* 5. poſt alios Summiſtas contra ſummam Angelic. non tamen cauſa alicuius actionis eo ſolum dicitur principalis, quod non fieret actus, ſi illa non interueniſſet, vt ex pluribus rectè probat Nauar. *conſil. 9. de ſimon. num.* 3. Quo fit ſecundum ipſum *ibi, num. 1. & 2.* quod non eſſet ſimonia, reſignare aliquem ſuum beneficium principaliter vt det alicui idoneo, cum ſpe minus principaliter concepta quod erit ei gratus, ſine qua non renunciaret: Cauſa igitur impulſiua non inducit ſimoniam, licet alias id non fieret, vt per plura exempla probat Nauar. *in Manual. cap. 23. num.* 100. & ſequitur idem *conſil. 10. num. 8. de ſimon.* & latiùs *conſil. 13. per totum, de ſimon.* vbi quod licet dare vel accipere aliquid temporale minus principaliter, & tanquam pro cauſa impulſiua & excitatiua pro ſpiritualibus, etiamſi ſine ea non fieret actus, dummodo ille ſiat principalius ob aliam quam illam.

Secundò † obſeruandum erit, quod quantum ad 52
Eccleſiam & humanum iudicium, nullus contrahit ſimoniam quacunque voluntate, niſi aliquid ſuperaddatur, vt *in d. cap. tua nos, & in d. cap. fin.* & in hoc intelligendum eſt pacto expreſſo vel tacito, quia quocunque modo innoteſcat, quod quis dederit vel acceperit temporale pro ſpirituali, eſt ſimoniacus, vt *in c. & ſi quæſtiones, de ſimonia*, Syluest. *vbi ſupr. d. n. 5. verſic. quantum ad Eccleſiam*, vbi quid conſiderandum ſit, ſi dubitetur, vtrum gratis, vel corrupta intentione datum ſit: ſi vero ſola voluntate & mente corrupta principaliter datum vel acceptum ſit, tunc eſt verè ſimonia mentalis, ob quam peccatum mortale admittitur, non tamen obligatio eſt reſtituendi, per ſupradicta.

Ruſus † obſeruandum erit, quod licet antequam 53
alicui acquiratur ius in Epiſcopatu, vel quacunque dignitate, vel præbenda per electionem, vel prouiſionem ſeu collationem, ſymoniacum eſſet aduerſarium obſtacula pecunia redimere: tamen poſtquam ius alicui acquiſitum eſt, licet per pecuniam iniuſta impedimenta remouere, ſecundum S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 100. *art. 2. ad quintum*, quem ſequitur Dominic. à Soto *libr. 9. de inſtit. & iur. quæſt. 6. art. 1. ad quintum*, verbi gratia: ſi aliqui obſtarent, ne electus confirmatorem adiret, aut in poſſeſſionem mitteretur. Eâdem bimembrem doctrinam D. Thom. ſequutus eſt Syluester *in ſumma verb. ſimonia, n. 3. & 13.* & in ſecundo membro eam probauit Angel. *in ſumma, verb. ſimonia, 2. num. 10.* & vterque id intelligit, quando dans certus eſt de iniuſtitia, quæ ſibi ſit: ſecus ſi eſſet in dubio. Eandem doctrinam D. Thom. *in eodem 2. membro*, ſequitur ad literam Magiſter Palat. *lib. 2. de contractibus & reſtit. cap. 7. verſic. hæc autem quæ prædiximus, pag.* 146. & in vtroque Guid. Pap. *deciſ. 1 ad fin.* Petrus Rebuff. *in praxi beneficiorum, tit. de ſimon. in reſignatione adhib. num. 17. cum ſeqq.* dicens, quod non poteſt dari pecunia vel aliud temporale pro beneficio conſequendo & acquirendo, etiamſi daretur pro vexatione redimenda, vt *in cap. ad aures, & in cap. Matthæus, de ſimonia, cap. ſignificaſti, de electione.* Pro iure autem quæſito tuendo & retinendo licet in ſequentibus caſibus. Primò, quando is, qui vult redimere vexationem, haberet bonum ius & certum; ſecus ſi dubium: text. *in cap. dilectus, el 1. de ſimonia, cap. vlius, 1. quæſt. 1.* Abb. *in cap. cum pridem, de pact.* & Felin. *in d. c. dilectus, l. 2. circa finem, verſ. La ſexta es*, ibi: *Quando algun clerigo ſe trabaia ſin derecho ſobre ſu beneficio, e ei da alguna coſa porque le dexen eſtar en el en paz. tit. 17. part.* & certum ius habere dicitur, ſi à conſultoribus ei conſultum fuerit, ius ſuum eſſe præcipuum: ſed in hoc videat vnuſquiſque ne vllo modo habeat conſcientiã læſam, vel dubiam, ſed eam habeat cum ſinceritate ſecuram & tranquillam omnino, ne ſeipſum decipiat Secundò, quando is, cum quo litigarem, eſſet perſona valde potens, contra quam vix aut nunquam poſſem victoriam obtinere, ſecundum Panorm. & Felin *in d. c. dilectus*, & Palat. *vbi ſupr.* Idem eſſe dicit Rebuff. *vbi ſupr.* ſi non eſſet potens in diuitiis, ſed fauore, aut calumniarum plenus: tunc enim

licitum eſt redimere vexationem, etiam dando pecuniam vel recipiendo iuxta gloſſ. *in d. cap. dilectus, verb. accepit*, ibi: *Sed verius*. Tertio, quando modicum daret, vtpote pro bullis, aut expenſis factis in illis conſequendis, aut pro collatione ab Ordinario facta, & tunc poterit etiam dari pecunia collationis. Quarto, pro poſſeſſione acquirenda, & pro iure meo tuendo, liceret etiam dare, & in caſibus præmiſſis, vbi iniuſte à potente quis opprimeretur, & illam facile non poſſet conſequi, ſecundum Innocent *in d. cap. ad aures*, alioqui ſimpliciter eſſet permiſſum dare pro prouiſione beneficij fieret fraus legi, quia nunquam daretur pro beneficio, ſed pro poſſeſſione, & ideo tutius eſt hoc caſu, cum quis vult redimere vexationem & dare pecuniam, vt hoc faciat cum beneplacito Papæ, & ſola ſignatura ſufficiet, ſecundum ipſum Rebuff. imo requiri interuentum auctoritatis Summi Pontificis in hoc caſu, præſupponit Theſaur. *Chriſtian. Relig. cap. 61. n. 20.* ad quem locum ſe remittit *cap. 62. etiam num. 20.* Sed quod prædiximus, quod antequam alicui acquiratur ius in Epiſcopatu, vel quacunque dignitate, vel præbenda, per electionem vel prouiſionem ſeu collationem, ſymoniacum eſſet, aduerſantium obſtacula pecunia redimere, & ſic primum membrum doctrinæ S. Thomæ *ſuprà* relatæ limitat Dominic. à Soto *d. lib. 9. de iuſtit. & iur. quæſt. 6. artic. 1. ad quintum*,
54 quando † quis ante electionem, ne dignitatem peteret, te in carcerem obtruderet, aut electorum quemlibet, ne te eligeret, tunc enim pecunia poſſes illam redimere iniuriam: ſecus vero ſi per ambitum & ſubordinationem te procuraret excludere: quod iterum probauit *d. lib. 9. quæſt. 7. artic. 1. in verſic. poſtrema denique dubitatio*, dicens, quod cum quis per vim aut fraudem impeditur præbendam petere, vt ſi quis te vi detineret, ne ad competendum canonicatum pergeres: aut ſi timeres aliquem falſa de te ſparſurum, vt tuam electionem impediret, licitum eſt hoc pretio redimere: Quandoquidem, quicunque idoneus tale habet quæſitum ius: ſecus ſi quis putaret præ aliis candidatis dignitate pollere, & ideo putaret iniuriam ab electoribus pati contra ſuum honorem, ſi non eligeretur, & idcirco electoribus aut alij intercurſori pretium porrigeret, quia hoc non licet, vt ibi per eum. Nam etſi quiſque ius habeat petendi, non tamen par ius habet, vt eligatur, ſed hoc debet manere in libero arbitrio eligentium. Caueat igitur prudentiſſimus quiſque hoc ſibi palliamentum prætexere, eſſet enim vera emptio ſpiritualis: nec polliceri licet penſionem ſuper futuram præbendam, etiamſi exprimeret de conſenſu Papæ; Totum enim hoc eſſet temporali ſpirituale commune emere: ſecus in permutationibus & reſignationibus. Poſſum ſiquidem ego promittere penſionem ſuper beneficium, quod in meum fauorem reſignas, ſecundum Soto *vbi ſuprà*.

55 Secundum autem † membrum doctrinæ S. Thom. habens; Quod poſtquam ius alicui acquiſitum eſt, licet per pecuniam iniuſta impedimenta remouere, limitat idem Soto *in 1. loco ſuprà citato*, reſpectu confirmare debentis, quia ſi confirmationem renueret, non poſſe electus illi pro confirmatione pecuniam emoliri, quia ille non ſolum poteſt obeſſe, verum & prodeſſe: neque ab illo præterea, qui te in poſſeſſionem miſſurus eſt, vexationem redimere licet; Nam poſſeſſio eſt aliquid ſpirituale, quod tu mercari videris, quamuis de poſſeſſione non ſit res adeo certa, ſicut de confirmatione, ſecundum eundem Soto ibidem.

56 Illud tamen † oportet in re hac ſcire; *An ad hoc, vt liceat pecunia, vel aliquo alio temporali dato vexationem redimere pro iure quæſito tuendo, quando certum eſt, illud competere, requiratur ſimul, quod quis ſit in poſſeſſione beneficij vel præbendæ, vel pro ea pacifice obtinenda poſſit vexatio redimi, cum ſolo bono à certo iure quæſito ad beneficium vel præbendam.* Et quidem Diuus Thom. & cæteri *ſuprà* citati, præter Sylueſtr. Guid. Pap. & Rebuff. nihil loquuntur de poſſeſſione, ſed de iure quæſito, vt tunc liceat pecunia iniuſta impedimenta remouere vexationemque redimere: Nihilominus tamen in prædictis verbis manifeſte ſentiunt, etſi id aperte non exprimant, loqui, quando quis eſt in poſſeſſione beneficij, vel præbendæ; Siquidem pro iure quæſito tuendo id permittunt: quod probat text. bene perpenſus *in dict. cap. dilectus, el 1.* cui ipſi innituntur, & præterea aperuit Sylueſt. *verb. ſimonia, num. 3.* & expreſſe ſupradicta omnia ita intelligit Armilla aurea *verb. ſimonia, num. 25.* citans in id Diuum Thom. *vbi ſupra*, & inquiens ex eo, quod poſtquam eſt alicui acquiſitum ius, & eſt in poſſeſſione licet dare pecuniam pro redimenda vexatione contra eum, qui iniuſte vexat, ſecundum D. Thomam, *vbi ſuprà*: ſecus ſi iuſte vexatur, quia tunc non licet, ſecundum Abb. *in dict. cap. dilectus*. Si autem habet ius, ſed non eſt in poſſeſſione, non poteſt dare, ſiue iuſte, ſiue iniuſte ſit expulſus; Nam; ad hoc, quod poſſit redimere vexationem, requiritur: Primo, quod ſit acquiſitum ius. Secundo, quod ſit certus de acquiſitione. Tertio, quod ſit in poſſeſſione, ſecundum Summam Piſanam, & Angel. *verb. ſimonia, 2. n. 10. & 11.* & Guid Papæ *vbi ſuprà*, & Theſaur. *Chriſtian. Relig. d. c. 61. num. 20.* & quod in hac ſpecie requiratur ius quæſitum: etiam cum poſſeſſione, teſtatur communem *in d. cap. dilectus*, Nauar. *d. cap. 23. num. 101. verſic. octauo*. Pro adipiſcenda enim poſſeſſione rei ſpiritualis minime poteſt abſque labe ſymoniæ pecunia, vel quid aliud temporale dari, vt per ſupradictos.
57 Hoc † fallit primo, vbi iniuſte qui à potente opprimeretur, & poſſeſſionem facile non poſſet conſequi, vt prædiximus, ex Rebuff. in 4. caſu & ante eum tenuit in ſumma Angel. *vbi ſuprà dict. num. 11.* & Abb. *in dict. cap. dilectus*, ſequitur etiam Palatio *vbi ſuprà*, quamuis Syluest. *verb. ſimonia, num. 3. verſic. ſed ego credo*, exiſtimet ſemper eſſe ſimoniam, etiamſi detineretur quis à tyranno, ne acciperet poſſeſſionem. Secundo præd. ſententia procedit quoad forum exteriorem & præſumptionem ſimoniæ,
58 † niſi aliquid aliud eam tollat: ſed non quoad forum conſcientiæ, quoad hoc enim non eſt vere ſimonia, ſi dans nihil intenderet emere, nec eius donationis cauſa principalis & immediata eſſet acquiſitio iuris poſſeſſionis, licet illa ſit cauſa, ſine qua non daretur, ſed alia, vel amicitiæ conciliandæ, vel litium, vel aliorum ſcandalorum & damnorum, vitatio vt reſpondit Nauar. *vbi ſuprà*.

59 Vltimo † in propoſito aduertendum erit, quod licet dans pecuniam in caſu præmiſſo pro vexatione redimenda; non peccet, is tamen qui ſic recepit, peccat, & eſt ſymoniacus, & dictam pecuniam reſtituere tenetur, ſecundum Hoſtienſ. *in d. cap. dilectus*, quem refert & ſequitur Angel. de Clauaſ. *in ſumma verb. ſimonia, 2. num 11.* & Sylu. *eod. verb. num. 3.* Reb. *vbi ſuprà num. 23.* vbi limitat, niſi putet, ius ſuum verum & bonum in pt. & poſtea iuſto errore ductus componat, vt Dd. notant *in cap. cum prid. de pact.* Hæc tamen Rebuff. limitatio vera mihi non videtur, quoniam cum præſupponamus in dante certum & bonum ius quæſitum ſimul cum poſſeſſione, quod accipiens in principio putaret ius ſuum verum & bonum, & poſtea errore ductus componat, nihil præſtat nec iuſtam reddat acceptionem, præmaxime, cum reuera non habeat bonum ius nec poſſeſſionem: Ergo ſicut hoc





caſu dare non poterat temporale pro ſpirituali, vt habet communis ſententia, ita nec recipi, cum ſint correlatiua hæc duo: Et litiganti non licet renuntiare liti ſuper beneficio, cum pacto habendi aliquid temporale, etiamſi illud recipiat nomine expenſarum, quia renuntiare iuri ſpirituali, pro temporali ſimonia eſt, vt *in d. c. cum pridem, de pact.* & quia renuntiatio iuris ſpiritualis debet eſſe libera, vt tenet Summa Armill. aur. *verb. ſimonia, num. 28.* vbi quod iudex poſſet prouidere ex ſuo officio & bono pacis, vt vna pars daret alteri pro expenſis factis & cederet liti, iuxta gloſſ. *in capit. ex parte, de officio deleg.* Hoc tamen vltimum nec verum exiſtimo, nec id reperio gloſſam illam tenere, vnde nec conſulerem, nec obſeruarem, ſi iudex eſſem: quamuis ſciam, pulcherrimam diſpoſitionem text. *in capit. niſi eſſent, de praben.* vbi Summus Pontifex, certo adhibito moderamine, tolerat quandam iudicum delegatorum, inſuper & arbitrorum ordinationem, qua pro bono pacis & auctoritatis prouiſionem fecerunt alteri litigantium ex duobus electis de prouentibus dignitatis, alterum in ſua electione confirmando, & declarat, confirmatum eam prouiſionem licite poſſe exhibere de redditibus ſuis, propter cauſas prædictas non quidem ex pactione partium, ſed ex iuſſione eorundem iudicum, quia prædict. Ordinatio ab omnibus fuit recepta: Circa quem text. vltra Ordinarios ibi videndus eſt Quintil. Mandoſius *in regul. 34. de ſignatura per fiat, quæſt. 14. num. 11.* Hic tamen text. extra ſuum caſum non eſt accipiendus.

60 Modo alia † ſe nobis offert quæſtio in propoſito examinanda; *An qui beneficium ſeu præbendam conſanguineo confert reſpectu conſanguinitatis, committat ſimoniam, necne?* Et videtur primo illam admittere; Nam beneficia debent gratis conferri, cum Prælati ſint fideles diſpenſatores, iuxta verba illa Saluatoris noſtri, *Gratis accepiſtis, gratis date*: Qui autem perſonam conſanguinei reſpectat, non dat prorſus gratis, quia eſt acceptor perſonarum. Secundo, quia conſanguinitas pretio videtur æſtimabilis, quis enim non ſuper aurum æſtimet conſanguineum illuſtri eſſe proſapia ortum? Tertio, quia contingere forte poſſet, vt Prælatus hic conferens beneficium vel præbendam conſanguineo, id faciat vt eidem non prouideat, quod alias ratione conſanguinitatis decens eſſet, vel in ſuos neceſſarios vſus forte ſolebat præſtare, & ſic vt liberetur ab illo onere vel obligatione: Ergo ſimonia eſt. Et in terminis hanc partem probarunt Durand. & Bonauentur. *in 4. diſt. 25.* & Adrian. & ibi D. Thom. in eandem opinionem inflexit, ſecundum Dominic. à Soto *infra* referendum, & refert Altiſiodorenſ. *in 3. par. tract. 21.* quendam cantorem Pariſienſ. collationem ſacerdotij ratione conſanguinitatis vitio ſimoniæ tribuentem, licet ipſe eam opinionem non probet, ſed eam ſequitur Maior *in 4. ſentent. diſtinct. 15. quæſt. 3.* & additio Hoſtienſ. *in ſumma de ſimonia, in gloſſa, non incongrue*, ibi: *Simoniaci quoque ſunt Epiſcopi.*

Nihilominus tamen contrarium eſt tenendum in hac ſpecie, imo quod qui gratis ſuis conſanguineis ſacerdotium confert, etſi id tali reſpectu faciat, erit quidem culpata collatio, non tamen ſimoniaca, niſi in alterum ſacerdotium collocaret ea de cauſa, vt ſuis conſanguineis remuneraret: Nam vbi non eſt ſpiritualis venditio nulla eſt ſimonia: Illic autem nullum interuenit pretium: Ergo non eſt ſimonia. Secundo id comprobatur ſimili: Nam quod in temporalibus vſura eſt, id in ſpiritualibus eſt ſimonia: ſed dare mutuum conſanguineo, eo reſpectu, quod conſanguineus ſit, nulla eſt vſura, vt patet, quia nihil vltra ſortem recipitur: Ergo nec dare conſanguineo beneficium intuitu conſanguinitatis erit ſimonia: Tertio, quia *in capit. Saluator, 1. quæſt. 3.* Vrbanus ſimoniæ cauſas enumerat, & nullam conſanguinitatis mentionem facit: Qui igitur dixerit, alibi probari contrarium, oſtendat nobis text. id probantem, ſin minus, ſtandum eſt huic tertio argumento. Vlterius ſecunda pars concluſionis, quæ habet; Eſſe ſimoniam, quando quis in alterum ſacerdotium collocaret eo reſpectu, vt conſanguineis remuneret, comprobatur, quia tunc datur ſpirituale pro temporali: Ergo eſt ſimonia. Quare hanc doctrinam bimembrem conſtituit Thom. 2. 2. *quæſt. 100. artic. 5. ad ſecundum*, quem ſequuntur cæteri, & nuncupatim Dominic. à Soto *lib. 9. de iuſtit. & iur. quæſt. 7. art. 3.* ad ſecundum Nauarr. *in Manual. cap. 23. num. 107. in princip.* & Michael de Palatio *in ſua praxi Theologica de contract. & reſtit. lib. 2. cap. 7. pag. 131. colum. 1. verſic. quibus ego.*
61 Obſeruandum † tamen erit, quod ſi in hac ſpecie conferatur beneficium conſanguineo indigno, erit peccatum mortale: digno autem propter conſanguinitatem principaliter, veniale tantum: ſi tamen conſanguineo digno conferatur ratione dignitatis & probitatis, non ſolum non eſt ſimonia, nec peccatum, ſecundum directorium relatum & ſequutum à Syluest. *in verb. ſimonia, num. 16. verſ. ſed diſt.* ſed imo laudabile; Conſanguinitas enim de genere bonorum eſt, & ideo illius de cauſa nemo ſit deterior, qui alias dignus eſt, non enim cæteris paribus deterioris conditionis debet eſſe conſanguineus, quam extraneus: Imo ſi ſcandalum caueatur hoc caſu, ne aliqui exinde malum exemplum accipiant, vel probabiliter præſumi poſſet, quod alij Prælati hoc exemplo inducantur ad dandum ſuis conſanguineis, etiam minus dignis: conſanguineus præferendus eſt, veluti cæteri honeſti amici, ſecund. D. Thom. *quodlib. 3. art. 15.* & Sot. *vbi ſuprà*.

62 Antiſtes vero, † qui in propoſito habet, aut vniuerſa ſacerdotia, aut pinguiora conſanguineis aut affinibus conferre, etiamſi adiunctam habeat intentionem non conferendi niſi dignis, non eſt ſecurus, & vix poteſt à peccato mortali excuſari. Primo, quia, qui hoc pacto affectus eſt, facile à ſuo affectu decipitur, vt eos dignos iudicet, qui vere non ſunt. Secundo, quia occaſionem ſcandali & malum exemplum præbet. Tertio, quia aliis, qui digniores ſunt, magnam irrogat iniuriam, imo & dignis, prouidendo ſemper conſanguineis ſuis, omittendo alios æque dignos, cum omnibus dignis inſtituta ſacerdotia ſint, non tantum illis, ſed etiam iſtis: Diſtributio igitur omnibus fieri debet pro meritis. Quinimo & ex illo extraneis anſa præſtatur, vt cum fauore & præmio deſtituti ſint, ſegniores fiant ad literarum & probitatis ſtudia exercenda: & conſanguineis, vt fauore confiſi à recta via incepta deſiſtant, vt docet Soto *vbi ſupr. verſicul. ſecunda propoſitio*, illud adducens Micheæ *cap. 3.* quod bene ipſe inter alias iniquitates veterum ſacerdotum ac iudicum deploraret, quod ædificaret Sion in ſanguinibus, & Hieruſalem in iniquitate.

Ad fundamenta contrariæ partis iam ex ſupradictis remanet ſatisfactum, & præterea reſpondetur; negando, eandem eſſe rationem de conſanguinitate: quæ de aliis carnalibus obſequiis eſt; Hæc enim quandam habent rationem pecuniarij pretij, quæ non eſt in conſanguinitate:
63 Non † obſtat & tertium, quia fatemur, quod ſi conferens beneficium conſanguineo vel alteri, hoc faciat principaliter, vt ſe exoneret ab obligatione vel ſeruitio, quo ei tenetur, ſimoniam committat, quia obligatio talis & exoneratio loco pretij habetur, vt recte probauit ſumma Armilla Aurea *in verbo, ſimonia num. 13.* eritque vel conditionalis, ſi pa-

ctum intercedat tacitum vel expreſſum ,vel mentalis
huiuſmodi ſimonia , iuxta facti ſpeciem contingen-
tem: At vero ſi principaliter hoc non intendatur ,ſed
dignitas vel idoneitas conſanguinei , cui prouiſio fit,
etſi cætera coincidant , & ſic minus principaliter at-
que ſecundario , non erit ſimonia , & ſic procedit
64 præcedens doctrina. Epiſcopus † tamen omiſſo di-
gniori , non debet eligere conſanguineum minus ,do-
neum , vt bene probat D. Thom. *vbi ſuprà.* Ex præ-
cedenti reſolutione venit intelligenda *l. 4. tit.* 17.
65 *part.*1.quæ ita ſe habet : *Cardinales † ruegos ay,e otroi
eſpirituales , que fazen los omes rogando los vnos por los
o otros. Carnales ſon aquellos que fazen , mouendo ſe mas
afazerlo por raſon de parenteſco , o de amiſtad que por
otra bondad que ayan enſi aquellos por quien ruegan. Pero
en tales ruegos como eſtos ay dupar timiento , ca podria
ſer que rogaria por ome que lo mereciesse ,o non eſi ,fueſſe
digno para auer perſonaje o dignidad aquel por quien
ruega , bien puede fazer tal ruego como eſte: mas el Per-
lado que lo ha de dar , non deue catar tanto el ruego que
le fazen , como la perſona de aquell por quien ruegan , e
otro ſi , el pro de la Igleſia que ha deproueer : eſi el ruego
fueſſe fecho por ome que lo non mereciesse , e ganaſſe por
el dignidad , o perſonaje , e eſta manera caen en pecado
de ſimonia , tambien el que da el beneficio , ſi ſabe que no
es digno aquel a quien lo da , como el que ruega por el , e
otro ſi el que lo recibiere : ca tal ruego como eſte es con-
tado en manera de precio , e los ruegos eſpirituales ſon
aquellos que ſon fechos por tales omes con quien no han
debdo los rogadores : mas nueuenſe los rogadores a fazer-
lo por bondad que entienden que ha en ellos : e en tal rue-
go como eſte no han mal ninguno de ſimonia , nin de otro
peccado :* dum enim lex hæc aſſerit , *que ſi el ruego
fueſſe fecho por ome quel lo non mereciesse , e ganaſſe por
el dignidad o perſonaje en eſta manera , caen en peccado
de ſimonia , tambien el que da el beneficio , ſi ſabe que no
es digno , aquel a quien lo da , como el que ruega por el:*
quod etiam *l.* 3. præcedens *circa fin , verſ. mas ſino lo
mereciesse,&c.* probat ) intelligi debet de ſimonia im-
propria,quæ non obligat ad reſignationem beneficij,
quod per preces quis habuit , *argum. cap. fin. de ſimon.*
nam ſecundum Innocent. *in cap.unam,de ætat. & qualit.*
quem refert & ſequitur Gregor. Lopez *in d. l. Regia,
in gloſſ. ſimonia* , licet quis pro ſe vel pro alio roget,
ſiue electores , ſiue quoſcunque alios , etiam pro indi-
gno , ſiue pro dignitate , ſiue pro beneficio , non di-
citur habere beneficium ſimoniacum , licet peccet
iniuſtas preces fundendo : niſi faceret intendens obli-
gari collatori beneficij ex precibus , vel exonerare
illum , quem rogat , ab aliquo ſeruitio quod ei fece-
rat , per exauditionem precum ; Ad hoc enim , vt ſit
ſimonia , oportet munus interuenire , *cap. ſunt nonnul-
li ,1. quæſt.* 1. hæ autem preces non pro munere dantur,
& cum pro munere darentur , tunc ſecus eſſet : & in
caſu , in quo iuxta ſupradicta fieret ſimoniacus ille,
qui male rogat , qui tamen rogatur , non eſt ſimonia-
cus, niſi preces ſequutus per preces dederit : Et dato,
quod preces pro indigno ſequutus eſſet , non tenere-
tur renuntiare , niſi expreſſiſſet , quod propter pre-
ces facit , vt *in d. cap. fin. de ſim.* Hæc Greg. ſic intelli-
gens & interpretans prædictam legem Regiam partit.
cuius litera , niſi hoc modo intelligeretur , dura eſſet
contra ſupradicta , in præcedentibus. Temperanda
igitur erit iuxta ius commune ſupradictum , quod &
tenuit Nauar. *vbi ſupr. d.c.23.n.* 107. licet prædict. le-
gem non referat, dicit, quod tamen conferens ob ami-
citiam , non committat ſimoniam , licet ob amicitiam
indigno conferat.
66 Denique † illud prætermitti non oportet ; *An ſer-
uire Prælato ea intentione vel pacto , vt ſacerdotium vel
prebendam ſibi conferat , ſit ſimoniacum , necne ?* Et in
hoc D.Thom. 2. 2. *quæſt.* 110. *art.* 5. *ad primum* , ſic di-
ſtinguit , quod ſi aliquis clericus Prælato impendat
obſequium honeſtum ad ſpiritualia ordinatum ( velu-
ti ad Eccleſiæ vtilitatem , vel miniſtrorum , eiuſve
auxilium ) ex ipſa deuotione obſequij redditur dignus
Eccleſiaſtico beneficio , ſicut & propter alia bona
opera , vnde non intelligatur eſſe munus ab obſequio,
& in hoc caſu loquitur Greg. dicens , Eccleſiaſticis
vtilitatibus deſeruientes , Eccleſiaſtica dignum eſt re-
muneratione gaudere. Si vero ſit inhoneſtum obſe-
quium , vel ad carnalia Ordinatum , puta quia ſeruit
Prælato ad vtilitatem conſanguineorum ſuorum , vel
ſui patrimonij , vel aliquid huiuſmodi , erit munus
ab obſequio , ac per conſequens ſimoniacum : ſequi-
tur Dom. à Sot. *lib.9. de inſt. & iur. quæſt.7. art.3. ad pri-
mum* , dicens : *Obſequium & munus , quod iure condem-
natur , illud eſt , quod ad carnalia refertur , puta ſi quis
ſeruit Prælato , aut , ſuis agnatis aut amicis ad tempora-
le commodum , vt ſacerdotium, tanquam merces eiuſdem
obſequij rependatur.* Vnde † Epiſcopus , qui iuſtam 67
mercedem , temporalem ſuis famulis perſolueret , ni-
hil abſurdi facit , ſi eis , idoneis tamen , beneficia
conferat , Quia tunc illud obſequium non reducitur
ad temporale commodum, ſed ad gratiam , quæ famu-
li poſſunt per idonea grataque obſequia cum hero ſibi
conciliare : Sola enim ratio pretij & mercedis in pro-
poſito ſimoniam inducit , non vero modus liberali-
tatis doni vel obſequij. Eiuſdem ſententiæ fuit Nauar.
*d.c.23.n.100.verſ.quinto* , dicens , † ſimoniam admit- 68
tere illum , qui Prælato inſeruit principaliter ob be-
neficium Eccleſiaſticum , præſertim , interueniente
pacto , non autem, qui principaliter ob alium iuſtum
reſpectum inſeruit , licet ſecundario & minus princi-
paliter ob illam ſpem inſeruiat , vt pulchre declarat
Adrian. *quodlib.9. artic.2. ſub literis l. m. n. o.* ſequitur
etiam Angel. de Clauaſ. *in ſua ſum. verb. ſimonia. n.*5.
& ſumma Armill. Aur. *verb.ſimonia,num.*14. vbi quod
ita in foro contentioſo iudicatur , & etiam in foro
animæ , nempe vt ſit ſimonia , quando ſeruitium
principaliter ſit pro habendo beneficio , ordine aut
alio ſpirituali, & quod hoc caſu etiam conferens, pro-
pter hoc , ſimoniam committat , ſi res ſpiritualis ſit,
quæ confertur. Eandem reſolutionem tenet gloſſ. *ver-
bo , promiſerat* ,& cæteri DD. *in c.cum eſſem de ſimon.*
vbi † quod huiuſmodi famulus principaliter non debet 69
ſeruire hac intentione , poteſt tamen ſperare à Præla-
to cui ſeruit , bonum temporale in genere , & ſecun-
dario etiam beneficium ſpirituale : ſecus non eſſet ido-
neus : & Theſaur. *Chriſtiana relig. c.62. num.*17. &
approbatur hodie *in l.* 3. *in princ. tit.* 17. *part.* 1. &
nouiſſime idem probat Nauar. *conſil. 9. de ſimon.
numero* 4 .amplians etiam in illis , qui non ſeruirent,
ſi alias illa non ſperarent , *& conſil. 23. de ſimon,
num.* 4.
Hinc † deduci poſſe videtur, quod inquit Hoſtienſ. 70
*in c.cum eſſent , de praben.* quem refert & ſequitur Ar-
mil. Aur. *in ſua ſum. verb. ſimon.num.*16. dicens , quod
ſi Epiſcopus recepit quendam clericum ad ſeruitium
ſpirituale vel temporale præſtandum, promittens ſibi
certum ſalarium annuatim præſtandum , donec ſibi
prouideret de beneficio competenti, non committitur
ſimonia , dummodo ſpecialiter ſe non obligauerit ad
ſeruitium temporale præſtandum , etiam quod rece-
pto beneficio exſpiret ſalarium , quod promiſſum
fuerat ſub conditione, & ſeruitium non eſt cauſa prin-
cipalis , ſed impulſiua : ſecus ſi promiſſio fuiſſet pura
& perpetua, quia tunc bene committeretur ſimonia, ſi
remitteretur temporale pro ſpirituali conſequendo,
*arg. c. venient , de teſtib.* Primum tamen ſupradictum
Hoſt.



Hoſt. verum putat ibi Abb. *num.* 5. quando Prælatus
non ducitur principaliter ad conferendum propter
ſeruitium temporale vel ſpirituale recipiendum , ſed
quia ille meretur , & cauſa impulſiua & non finalis ſit
præſtatio ſeruitij , *arg. c.graue , de prab.* non enim eſt
licitum recipere promiſſionem beneficij conferendi
pro voce præſtanda in electione, vt *in c.de hoc , de ſim.*
Ergo nec pro ſpiritualibus ſeruitis , niſi iſta eſſet cau-
ſa impulſiua. Addit Felin. *ibi dummodo non ſit pactum
expreſſum de dando beneficio* , & Hoſti. & Abb. *vbi
ſupra,* ſequitur Anan. *ibi , num.14. verſ & hac faciunt,
&c.* & Greg. Lop. *in d.l.3. in gloſ. Por que le beneficio,
tit.17. part.*1.& Theſaur. *Chriſt. relig. cap. 62. num.*17.
71 Addo † ego limitandum etiam eſſe dictum primum
Hoſt. quando famulus ex pacto ſe obligaret ad ſer-
uiendum Prælato ſine ſalario ob beneficium ab eo
collatum , quia tunc ſeruitium videretur principalis
cauſa beneficij , niſi non principaliter propter ſerui-
tium, ſed ob bene meritum dominus ad conferendum
ei induceretur , vt voluit Armill. Aur. *vbi ſuprà* , ſic
intelligendus & declarandus. Declaratur prætereà
72 præcedens ſententia , vt procedat , quoties † domi-
nus in prædicta ſpecie famulo ſuo digno & bene me-
rito beneficium conferret , tunc enim potius, aut ſal-
tem principaliter id facere videtur ratione dignitatis,
licet ſecundario vt ſibi gratis ſeruiat : ſecus vero tunc
erit , ſi famulus indignus ſit ſacerdotio , quia appa-
ret tunc principaliter fieri ratione obſequij à famulo
præſtandi , quam probitatis & meriti , quod non ha-
bet , & ideo tunc vitio irretiretur ſimoniæ , quæ rea-
lis efficeretur , ſeruitio inde abſque ſalario ſubſe-
quuto poſt collationem beneficij necnon & famulus
huiuſmodi in eadem culpa eſſet. Pro quibus facit *d.l.* 3.
73 *part. in verſ. mas ſi aquel* Conſulo † tamen Prælatis,
vt ſe abſtineant ab huiuſmodi pactionibus , quamuis
enim caute factæ , ſint licitæ , vt prædiximus , maxi-
mam tamen habent proximitatem cum labe ſimoniæ,
& difficillimum & ſatis ſcrupuloſum eſt iudicare qua-
lis fuerit principalis cauſa , & qualis impulſiua , ſæpe
enim confunditur mens in hoc præinordinata auari-
74 tia. Fugito † igitur periculum , nam qui id amat , pe-
ribit in illo : Si enim committitur ſimonia , ſi Cardi-
nalis vel alius propter donum vel ſeruitium receptum,
procuret beneficium alicui , ad hoc , vt liberetur ad
obligatione antydorali , quia ei tenebatur ſecundum
Angel. *in l.ſed ſi lege , § conſuluit , de pet hæred.* quem
referunt & ſequuntur Anan. & Greg. Lop. *vbi ſuprà,*
à fortiori committitur etiam ſimonia , ſi ipſe confert
beneficium , ad hoc , vt ab illa obligatione ſe liberet
ſecundum Anan. *vbi ſuprà,* cuius contrarium videntur
velle Dd. *ſuprà* citati. Dictum tamen Angel. & ſequa-
cium poteſt & debet intelligi , quando principaliter
ob id procuratur vel confertur beneficium , ſecus ſi
principaliter id fiat ob aliam licitam cauſam & per-
miſſam , vtpote quia dignus eſt & virtutibus pollet,
licet ſecundario & incidenter ob donum vt ſeruitium
receptum , vel recipiendum , vt conſtat ex prædicta,
reſolutione , & ſic ei non contradicit dictum Angeli
& ſequacium , nec argumentum à fortiori præliba-
tum : nihilominus caute procedendum eſt , in prædi-
ctis, ob periculum, quod in ſe habent, ideo quod tutum
eſt tenere debemus.
75 Vltimò † ſciendum eſt , quod renuntiatio beneficij
facta etiam in manibus inferioris ea intẽtione , vt con-
feratur alicui cognato renuntiantis vel alij, nulla con-
ditione, modo vel pactis expreſſis valet, & renuntians
non admittit ſimoniam , etiam mentalem, iuxta gloſſ.
*in c. Ordinationes* , 1. *quæſt.* 1. *verbo pretio* , commu-
niter receptam , vt teſtatur Nauar. *in d. man. Lat.
cap. 23. num.* 107. *verſ. ad decimum , ibi :* Secundo,
quia renuntiatio , vbi ad hoc allegat expreſſam ſen-
tentiam grauiſſimi auctoris D. Antonini Archiepiſ-
copi Florent. 2. *part. ſu: ſum. tit.* 1. *cap.*5. §. 12. contra
Abb. & alios , quos reprobat : ſi tamen vellet renun-
tiare principaliter ob cognationem, vel vt conferatur
indigno , peccaret quidem ratione iniuſtitiæ. vel acce-
ptationis perſonæ inordinate conceptæ vel procu-
ratæ , non tamen ſimoniam committeret , vt prædixi-
mus. Similiter † non erit ſimoniaca confidentia illa, 76
qua quis confidit, quod collator conferet beneficium
renuntiatum illi , cui renuntians volet poſt renuntia-
tionem liberam, & ſine vllo pacto & modo, aut quem
patronus præſentauerit ad illud ita renuntiatum, quia
nullus in ea re contractus non gratuitus , nec volun-
tas illum faciendi interuenit , nec vllo iure naturali
vel diuino talis fiducia prohibetur , ſi aliud non ob-
ſiſtat. Eadem † ratione non eſt etiam confidentia ſi- 77
moniaca conferre beneficium vel procurare , vt con-
feratur alicui ea intentione & ſpe , quod ille aliquan-
do cedet in fauorem alterius à ſe nominandi , vel ſui
ipſius conferentis vel procurantis , dummodo nullum
pactum modusve aut conditio adiiciatur , quod cer-
tum eſſe , ſolo iure antiquo attento, bene probat Na-
uar, *vbi ſuprà , num.109. in princ.* nec non attentis ex-
tranag. Pij IV. & Pij V. ſuper confidentia beneficio-
rum editis , vt habetur inter motus proprios eiuſdem
Pij V. ſub dato illo Pij V. Calen. Iun. anno Incarna-
tionis Domini 1599. pro quarum extrauagan. † intel- 78
ligentia præſupponendum eſt, quod ipſæ nihil prohi-
bent, quod prius non fuiſſet prohibitum, ſolum enim
diſponunt contra confidentiam illicitam beneficialem,
nempe ſimoniacam : Confidentia autem in beneficia-
libus quædam eſt licita , quædam vero illicita : Lici-
ta eſt , qua quis ordinate ſperat , quod collator con-
feret beneficium fratri , † vel alteri conſanguineo ſuo 79
digno ; Illicita vero per contrarium id , eſt qua inor-
dinate confidit , quod collator conferet beneficium
mediante pretio, pacto , modo vel conditione expreſ-
ſa vel tacita digno vel indigno : altera non ſymoniaca,
qualis eſt illa , qua confidit , quod collator conferet
beneficia ob cognationem vel amicitiam in indigno
nullo pretio , pacto , vel conditione tacite , vel ex-
preſſe interueniente. Refert nouiſſime Menoch. *lib. 5.
præſumpt 9. num.2 cum ſeqq.* vbi ponit coniecturas pro-
bandi confidentiam in foro exteriori deductas , tam
ex dictis Bullis , quam alias : Regula enim in contra-
rium eſt , quod in dubio confidentia non præſumatur,
etiamſi reſignans & reſignatarius eſſent amici tempo-
re reſignationis , vt *ibi* probat. Hoc † ſic præhabito, 80
extrauagantes prædictæ non ſunt editæ contra om-
nem confidentiam beneficialem , ſed tantum contra
confidentiam illicitam ſimoniacam , vt ex earum lite-
ra manifeſte patet in pluribus partibus , vt recte con-
ſiderauit Nauar. *d. num.* 109. & ſequitur Lou. Lop. *in
ſuo inſtructor. conſcientiæ , 2. part. cap.9. de fratribus in
confident. &c. verſic. tertio decimus, pag.* 716. ex hoc re-
ſoluens, quod illa confidentia , quæ alias erat illicita,
nunc erit licita , & quæ antea non erat ſimoniaca,
nec nunc erit huiuſmodi, licet iuſte præſumi poſſit ſi-
moniaca in foro exteriori per modos de nouo ad id
inductos à Pio V. in prædict. extrauagan. non tamen
intendit aſſerere , eſſe veram in foro interiori confi-
dentiam illicitam ſimoniacam in caſibus , in quibus
ſtatuit , pro tali eſſe habendam , ſed quod in exteriori
eſt præſumenda talis. Quibus non obſtant verba dicti
motus proprij, ibi : *Sola dimittentis intentione :* & ite-
rum ibi : *Conſcientia tantum vnius partis* , vbi videtur
ad literam reprobata ſola intentio abſque pacto re-
nuntiandi beneficium , vt detur , alicui , & ſic inſi-
nuatur *ibidem* , quod conſcientia vnius partis ſuper
hoc

hoc ſufficiat hodie ad inducendam ſimoniam, quoniam, vt veriſſime reſpondet idem Nauar. Summus Pontifex per hæc verba non intendit aſſerere, quod ſola talis intentio conſtituat in foro interiori ſimoniam, ſed quod probatio eius faciat in exteriori præſumi illam, quia vterque Pius, vt prædiximus, nihil noui prohibuerunt: & Quintus ſolum addidit quatuor modos præſumendi ſimoniam in exteriori foro, vnde cum inquit per hoc fieri confidentiam, ſed quod
81 ea cenſeatur, hoc eſt, præſumatur: Itaque † intentio illa, etiam vnius partis, tantum debet in foro exteriori probari, vt patet ibi: *Vt illa & illud etiam in euentum regreſſus, &c. & in verſ. itidem & in verſ. ad hæc, &c. & in verſ. poſtremo, & in verſ. ad præbendam, & in verſ. ſi recipiens beneficium, & in verſ. vel ſola probatio, & in verſic. denique quod interfecerit*, vbi ponuntur modi probandi præſumptiue dictam confidentiam ſimoniacam: Cum igitur in foro exteriori iudicandum ſit in cauſa ſimoniæ per coniecturas & præſumptiones, *cap. ſicut, de ſimonia* & *ibi* Dd. Bernard. Diaz *in pract. crim cap.* 85. Iul. Clar. *in pract. crim. tit de ſimon. verſic. fin.* Aym. Crauet *conſil.* 121. *num.* 8. *gloſſ. in cap. veniens, el* 1. *de teſtib. verſic. illorum*, & *ibi* Abb. *num.* 4. Dec. 7. idem Dec. *conſil.* 10. *num.* 9 *gloſſ. fin. in cap.*
82 *inſinuatum*, & *ibi* Dd. *de ſimon.* In † foro autem conſcientiæ per ſolam veritatem, & ea attenta, nihil mihi in noſtra ſpecie intercedat, ſed ſola intentio recte ordinata à iure non reprobata, conſequitur verum eſſe in eodem foro conſcientiæ, quod prædiximus, *in verſic. vltimo ſciendum eſt*: & ita iudicio Nauarri in hoc me ſubſcribo, ſalua correctione ſacroſanctæ matris Eccleſiæ, quicquid aliud velit Ant. à à Cordub. *in ſum. de caſos de conſciencia, quæſt.* 32. *ad*
83 *fin.* dicens attento † dicto motu proprio Pij V. reſignantem beneficium in alterius fauorem ſpe habendi fructus, eos non poſſet reſignatarium dare, nec reſignantem accipere ſub pœna excommunicationis Papalis & reſtitutionis: Quem ſequitur Lud. Lop. *vbi ſuprà*: ſed non callet mentem motus proprij ac ipſius intentionem, nec rem diſſerit, ſicut doctiſſimus Nauar. ex cuius dictis hæc opinio Cordub. videtur confundi, & contrarium in terminis, ſemoto omni pacto, non allegato dicto motu proprio nixus obligatione naturali, tenet Mag. Palat *lib.* 1. *de contract. & reſtit. cap.* 7. *pag.* 149. *verſic. non tamen crediderim.* Nec me dimouet à prædicta ſententia Nauarri quoad forum conſcientiæ, quod nouiſſime auctor quidam tractatus de confidentiis manuſcripti, *cap.* 27. quem refert & ſequi videtur Maſcard. *de probat.* 3. *tom. concluſ.* 1307. *n.* 35. eam improbet: Exiſtimo enim ex ſupradictis opinionem prædictam Nauar. nihilominus veriorem eſſe, cuius auctoritas magna eſt, & ſuſtineri poteſt prædicta eius opinio, licet quoad forum exterius in reliquis, quæ ipſe præfatur *d. cap.* 23. *n.* 109. & 111. *in verſ. ad decimum*, ibi: *vndecimo, &c.* & nos retulimus *ſuprà num.* 80. *in princ.* ei auſcultandum non eſſet, dum arbitratur, non comprehendi in ipſis extrauagantibus confidentias omnes præteritas, nec omnes futuras, quia non licitas nec illicitas omnes, ſed ſimoniacas fuiſſe complexas ſentit: Eius namque opinionem in hoc late reiicit tractatus ille de confidentiis, à *cap.* 13. vſque ad 26. prout eum refert & ſequitur Maſcard. *vbi ſuprà*: Licet enim in hoc eſſet tenendum contra Nauarrum, nihilominus quod prædixit Nauarrus de foro interiori animæ, & nos ſequuti ſumus, recte procedere videtur per ſupradicta, nempe in confidentia licita, ſecus in illicita, ſiue ſimoniaca, ſiue non, & nouiſſime idem in omnibus ſupradictis *à num* 75. probauit late idem Nauar. *in plurib. conſil. ſimul impr.* præcipue *conſil.* 27. & *conſil.* 30. & 33. & 36. *de ſim.* qui *conſil.* 34. *eiuſdem tit. de ſimonia*, late agit; *An committens ſimoniam in beneficio, fiat ipſo iure inhabilis ad illud, & quodcunque aliud adipiſcendum, & iam adeptum?* Et reſoluit quod per extrauag. Pij V. *incip. cum primum*, non habeat locum in beneficiis per ſimoniam adeptis, & ſic videtur intelligenda, quod non habeat locum in foro conſcientiæ ante ſententiam: quod etiam probauit *conſ.* 61. *numero* 8. *de ſim.*

## SVMMARIVM.

1 *An liceat condemnato ad mortem ſe defendere, ſi poſſit? & num. ſeqq.*

3 *Nullus ita condemnatur, quod ipſe ſibi inferat mortem.*

4 *Incarceratus condemnatus ad mortem vel ad membri abſciſſionem, etiam iuſte, licite poteſt in foro conſcientiæ, ſi ei fuga patet, eam arripere, & hoc ſiue peccatum ſit publicum, ſiue occultum, & ſiue condemnatus ſit reus: ſiue non, vt in n.* 5.

6 *Fugiens à carcere, videns oſtium apertum, non punitur vt effractor carceris, ſed vt euaſor arbitrio iudicis mitius.*

7 *Ioan. Maior audiendus non eſt, dum exiſtimauit, non licere capto iuſte fugere ad euadendam mortis pœnam, vbi ex ea fuga cuſtodi damnum ſequeretur.*

8 *In carcerato, & etiam iuſte damnato an liceat fugere à carcere rumpendo compedes, infringendo ſeras, murumque, perforando: & ibi an teneatur ad ſatisfactionem damni illati ex effractione vinculorum, ſerarum, aut muri perforatione, & vide n.* 3. *verſic. illud autem.*

9 *Ratio differentiæ inter vim illatam rebus rationabilibus, & irrationabilibus.*

10 *Incarceratus fugiens non poteſt licite cuſtodem carceris ligare, aut os illi ne clamet obſtruere, poſſet tamen eum, ſi ſe teneret, poſt ſe fugiens trahere.*

11 *Incarceratus poteſt nedum funem, quo eſt ligatus diſſoluere, imo & funes ſcindere, & ſeras aperire cum claue adulterina, etiamſi ſciat occluſos ſecum alios exituros, & n.* 14.

12 *Is, qui quæritur, vt capiatur, iuſte aut iniuſte poteſt licite fugere, cum voluntate tamen ſatisfaciendi tantum, quantum conſcientia recta dictat, dummodo non interueniat violentia contra officiales.*

13 *Fugam alterius iuuare quando liceat.*

15 *Fugientem à carcere, qui erat iuſte captus & condemnatus, an liceat adiuuare, dando ei conſilium, & auxilium? & numeris ſequentibus vbi an liceat etiam ei miniſtrare limam, vel aliud inſtrumentum quo poſſit ſe abſoluere à vinculis, & carcere, & concurrere in effractione carceris eum ſimul effrangendo cum condemnato.*

17 *Incarceratus, ad carceris pœnam temporariam vel perpetuam condemnatus, non poteſt licite fugere à carcere, etiamſi id agere poſſit ſine effractione.*

18 *Iuſte condemnatus à iudice pro crimine mortis pœna digno an teneatur in conſcientia ſub reatu peccati à carcere fugere, cum primum potuerit, & n.* 19. *an liceat ei ibi manere, n.* 29.

19 *Condemnatus iuſte, vt fame pereat, peccat mortaliter, ſi oblatum ſibi cibum non aſſumat, & alia adminiſtrantes ei alimenta, ſi non ſint eius cuſtodes, non peccant, & in n.* 21.

20 *Actus quidam ſunt directe & immediate tendentes ad mortem ex propria natura, alij vero mediate,*



*& ex accidenti ad mortem opportuni & proximi, vt hic declaratur.*

22 *Vti abſtinentia ciborum ad pium effectum & gratiam deuotionis, regulariter licet, præterquam vt hic: nullis tamen cibis vti, inediaque opprimi non licet, vt in n.* 23.

24 *Vti cibis delicatioribus ſalubrioribuſve, ad effectum prolongandi vitam, non tenetur quis, ſed tantum vti cibis ad vitæ conſeruationem naturaliter productis.*

25 *Occidere ſeipſum non licet cuiquam, etiam ex cauſa religionis, & martyrij ratione, in fidei teſtimonium, ſecluſa diuina iuſſione.*

26 *Martyribus licitum fuit in carceribus tyrannorum manere, nec peccauerunt ob non arreptam fugam data ipſius opportunitate, etiamſi mors eis imminens fuerit & proxima.*

27 *Damnatus iuſte vel inique ad mortem, licite poteſt aſcendere furcam abſque peccato.*

28 *Martyres potuerunt licite colla percutientibus ſubmittere.*

29 *Damnatus ad mortem iuſte, vel captus pro delicto ea pœna digno, poteſt in carcere manere, etiam data fugæ opportunitate.*

30 *Duces, militeſve belli iuſti, exponentes ſe maximo periculo belli, ex quo certior eſt mors, quam eius euaſio, an ſint mortalis criminis ſtatim damnandi.*

31 *Eleazarus vir fortiſſimus à peccato defendendus eius quod fecit, Machab. 1. c. 6.*

32 *Fugiens vt ab aliqua oppreſſione liberetur, ſi ſe ipſum in periculum mortis imminens commiſerit, & tandem perierit, non eſt peccati mortalis reus.*

33 *Captus iniuſte poteſt abſque vllo peccato à carceribus fugere, data ſibi fugiendi opportunitate, quinimo inique damnatus ad mortem, ſi aliter non poſſit eam euitare, quam effugiendo carcerem, vinculaque rumpendo poterit id abſque peccato facere, vt in num.* 34.

35 *Reſiſtere licet iniquis principalibus ac iudicibus & iniqua ſententia.*

36 *Iniuſte captus, ſi aufugit, in foro exteriori non tenetur aliqua pœna, imo capite punitur, ſi cum ſit iniuſte captus, non fugit vt in n.* 37. *vbi quod nec cuſtos de fuga huius tenetur.*

38 *Iniuſte captus & damnatus ad mortem, qui aliter euadere non poteſt iniquam pœnam, an poſſit cuſtodes carceris occidere, & num. ſeqq.*

40 *Iniuſte condemnatus ad mortem, an teneatur, cum poſſit effugere à carcere.*

41 *Reus, qui veriſimiliter timet iniuſte eſſe damnandum, tenetur fugam arripere, ſi poteſt.*

42 *Reus, qui in actu exſequutionis ſententiæ pœnam mortis continentis aliquo caſu ceciderit in terram illæſus, an fugere poſſit, vel ſit liberandus tanquam innocens, & n.* 44.

43 *Clericos ſiue monachos huiuſmodi reum liberantes defendentes atque eripientes è manibus familiæ, & in Eccleſiam eum introducentes grauiter peccare.*

45 *Clerici eripientes condemnatum à manibus familiæ, quando ſint puniendi, & quando non.*

## CAPVT XXIV.

### *An liceat condemnato ad mortem ſe defendere, ſi poſſit.*

1 ET † quidem pars affirmatiua probari videtur ex eo; Quod illud, ad quod natura inclinat ſemper eſt licitum, quaſi de iure naturali exiſtens: Deo enim auctore naturalis inclinatio vniuerſis rebus eſt indita, ſed ipſa naturæ inclinatio eſt ad reſiſtuendum corrumpentibus, non ſolum in hominibus & animalibus, ſed etiam in inſenſibilibus rebus, vt ſeſe conſeruent: Ergo licet reo condemnato reſiſtere, ſi poteſt, ne tradantur in mortem. Secundo, quia ſicut aliquis ſententiam mortis contra ſe latam ſubterfugit reſiſtendo, ita etiam fugiendo: ſed licitum eſſe videtur, quod aliquis ſe à morte per fugam liberet, iuxta illud Eccleſ. 9. *Longe eſt ab homine poteſtatem habente occidendi, & non viuificandi*: Ergo contra. Tertio, ex illo Proueb. 24. *Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & eos, qui trahuntur ad interitum liberare ne ceſſes.* Ergo licita eſt defenſio atque reſiſtentia condemnato, ne occidatur, plus enim homo ſibi ordine charitatis tenetur, quam alteri.

Nihilominus † tamen in noſtra ſpecie diſtinguendum erit ſecundum S. Thom. receptum 2. 2. *quæſt.* 69. *art.* 4. *in concluſ. & reſponſ.* vt ſiquidem quis iuſte ſit damnatus ad mortem, non liceat ei ſe defendere: Licitum enim eſt iudici tunc temporis eum reſiſtentem impugnare: Ergo ex parte rei eſt bellum iniuſtum, & ſic indubitanter peccat: Quia, vt inquit Apoſtolus ad Rom. *cap.* 13. *qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, & ipſe ſibi damnationem acquirit*: ſed condemnatus ſe defendendo, poteſtati reſiſtit, quantum ad hoc, in quo eſt diuinitus inſtituta ad vindictam malefactorum, ad laudem vero bonorum: Ergo peccat ſe defendendo: Si vero quis iniuſte ſit condemnatus ad mortem, liceat iudici reſiſtere, niſi forte, propter ſcandalum vitandum, cum ex hoc aliqua grauis turbatio timeretur; Simile enim eſt tale iudicium, hoc eſt, iniuſtum, violentiæ latronum, iuxta illud Ezech. 22. *Principes eius in medio illius, quaſi lupi rapientes prædam, ad effundendum ſanguinem*: Ergo ſicut licet reſiſtere latronibus: Ita etiam malo iudici, niſi caſu prædicto, & vltra Caiet. in proprio loco eandem doctrinam ſequitur & probat Sot. *lib.* 5. *de iuſt. & iur. quæſt.* 6. *art.* 4. *in princ.* & Frat. Alfonſ. à Caſtro *lib.* 1. *de leg. pœn. cap.* 5. *pag.* 1562. *cum ſeq.* & D. Couar. *lib.* 1. *var. reſol. c.* 2. *n.* 12. vbi plures in id citat. 2

Non obſtat primum, quoniam ideo homini data eſt ratio, vt ea, ad quæ natura inclinat, non paſſim, ſed ſecundum rationis ordinem exſequatur, & ideo non quælibet defenſio ſui eſt licita, ſed ſolum illa, quæ fit cum debito moderamine *l.* 1. & *ibi* Dd. *C. vnde vi, l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. cum ſimilib.*

Non † obſtat ſecundum, quia reſpondeo, quod nullus ita condemnatur, quod ſibi ipſi inferat mortem, ſed quod mortem patiatur, & ideo non tenetur facere id, vnde mors ſequatur, quod eſt manere in loco, vnde ducatur ad mortem; tenetur tamen non reſiſtere agenti, quin patiatur, quod iuſtum eſt eum pati: Sicut etiam ſi condemnatus, vt fame moriatur non peccat, ſi cibum ſibi occulte miniſtratum ſumat, quia non ſumere, eſſet ſeipſum occidere. 3

Tertium etiam non obſtat, quia per illud dictum Sapientis non inducitur aliquis ad liberandum alium à morte contra ordinem iuſtitiæ, vnde nec ſeipſum contra iuſtitiam reſiſtendo aliquis debet liberare à morte.

Ex † ſupradicta doctrina Sancti Thomæ ſic declarata, primo iam clare deducitur, licere in foro conſcientiæ in carcerato quantumcumque iuſte condemnato ad mortem vel ad membri abſciſſionem, cum ei fuga patet, eam arripere: Non enim vlla lege tenetur in carcere manere nec agere quicquam, ex quo ſibi ſequatur mors: ſed tantum à iudice illatam mortem pati, & inferenti non reſiſtere: facit etiam; Nam 4

ignoſcendum

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ignoſcendum eſt ei, qui ſanguinem ſuum qualiter qualiter redemptum voluerit, vt *in l. 1. verſic. fin. ff. de bonis eor. qui ante ſentent. mortem ſibi conſciuer.* ex quo plura deducta congerit D. Ant. Padil. *in l. tranſigere, num. 4. cum ſeq. C. de tranſact.* Et in terminis hanc opinionem & deductionem *ex d. l. 1.* videtur probare Bart. *ibi* & colligitur ex Pet. de Anchar. & Imol. *in clem. paſtoralis, de re iudic.* & ex Thom. & Caiet. *d. quæſt. 69. artic. 4.* Archid. *in cap. cum homo, 23. quæſt. 5.* & ex Ioan. Driedo *de libert. Chriſtian. pag.* 116. Eandem probauit Ioan. Maior. *in 4. ſentent. dicto 15. q. 22. col. 1.* & Stephan. & Anton *in d. clem. paſtoralis*, prout eos refert Imol. *ibi*: quæ ſententia verior eſt & tenenda, quamuis Bart. *in l. relegati, ff. de pœn.* & Abb. *in cap. 1. de teſtib. cog. & in c. ſicut, el 5. de iureiur.* contrarium expreſſe teneant, & quamuis *in cap. 1. num. 43. de conſtit.* in re hac diſtinguat, dicens, priorem opinionem procedere, vbi captus iuſte poſt fugam poteſt abſque reditu ſatisfacere iis, ad quorum petitionem fuit captus, nempe, pro furto damnove illato, quod æſtimari poſſit pecunia; poſteriorem vero, vbi fugiens aliter, quam redeundo & ſe ſubmittendo pœnæ, ſatisfecere non poteſt Reipublicæ, vtpote quia captus ſit pro homicidio, aliove delicto publico; His enim non admiſſis, indiſtincte tenenda eſt prior opinio D. Thom. & ſequacium, qui etiam in ſecundo diſtinctionis membro nuncupatim loquuntur, vt optime probat, refert, defendit ac ſequitur D. Couar. *vbi ſupra lib. 1. var. reſol. cap. 2. num. 10. verſ. quod ſi iuſte*, & Salon *de iuſt. & iur. in 2. 2. D. Thom. quæſt. 69. art. 4. columna* 1606. & ampliatur hoc *infra num. 34. & 35.* & ita eſt tenendum, quicquid contrarium velit D. Azeued. *in rub. tit. 1. de legib. num. 27. lib. 2. Nou. Collect. Reg.*

5 Et † procedit præcedens ſententia verior & tenenda, ſiue peccatum ſit publicum, ſiue occultum, ſiue condemnatus ſit reus, ſiue non, vt ſenſit S. Thom. *vbi ſuprà*, & in terminis probarunt ſumma Roſell. Alber. Ruin. Petr. de Anchar. & eos referens Syluest. *in ſumma, verbo, fugere, num. 1.* & *ibi* Armilla Aur. *num. 1.* & Nauar. *in manual. Latin. cap. 17. num.* 101. contra D. Ant. & ſummam Angeli, quos refert Syluest. *vbi ſuprà*, imo & hanc fugam, licet ex fuga delicti ſuſpicio oriatur, quandoque maior, quandoque minor, ex occurrentibus qualitatibus, Guliel. à Cugno, Bartic Alber. Angel. & Couar. *vbi ſuprà, cap. 2. n. 11.* exiſtimant, non eſſe à iudice puniendam, & Paris de

6 Puteo cum *ſuprà* relatis addit quod † fugiens à carcere, videns oſtium apertum, non punitur vt effractor carceris, ſed vt euaſor, nempe arbitrio iudicis, & mitius *l. 1. de effract.* & ſequitur plures referens Boer. *deciſ. 215. num. 13. 15. & 21.* & D. Couar. *vbi ſuprà, d. num. 11. ad fin.* & Maſcar. *de probat. concluſ.* 820. *num. 5. in 2. tom* Menoch. *de arbitr. iudic. caſu* 301. *num.* 8. Fertur enim Alcibiadem dixiſſe, in capitali cauſa ſatius eſſe effugere, quam iudicis iudicium exſpectare, in quo neque matri ipſe fideret, vt commemorat Plutar-

7 chus inter apophtegmata. Audiendus † igitur non eſt Ioan. Maior. *in 4. diſtinct. 15. quæſt. 22. col. 2.* dum tenuit, non licere capto iuſte, fugere ad euadendum mortis pœnam, vbi ex ea fuga cuſtodi damnum ſequeretur, ex eo, quod eum iudex puniet pro neglecta carceris cuſtodia vt cenſent reſpondendum D. Couar. *vbi ſuprà, num. 11. in verſic. atque ita cenſeo*, & merito quidem, vt patet ex ſupradictis, & præterea, quia fugiens hic oſtio aperto, ſuo iure vtitur, & cuſtos ſibi imputet damnum ſibi inde ſubſequutum, quandoquidem oſtium apertum reliquit vel aliquid incante fecit.

8 Dubitari † tamen ſolet; *An idem etiam ſit dicendum, nempe vt liceat reo capto fugere à carcere, rumpendo compedes, & infringendo ſeras, murumque perforando?* Et in hac ſpecie Henric. Gandauenſ. *quodlibet. 9. art. 25.* id negat, arbitratus hoc perinde eſſe, atque reſiſtere iudici, eius percutiendo miniſtros: Quia licet licitum ſit tranſire per alienum agrum, non tamen diruere ſepem eiuſdem ad tranſeundum: Ergo ita dicendum eſt, vt condemnatus, licet dum fores patent, fugere valeat, non tamen vincula rumpere: cui opinioni applaudunt leges ciuiles, quibus decretæ ſunt pœnæ his, qui talia audent, nempe mortis, vel ſaltem capitalis, vt *in l. 1. ff. de effract. & in l. milites, & in l. eius, ff. de re milit. l. in eos, ff. de cuſtod. reor.* Si enim effractio licita eſſet, non poſſet ea punitio ratione defendi; Siquidem corporalis pœna maxime mortis, vel capitalis, ſine culpa cuique inferri non poteſt: igitur ſi prædicta punitio iuſta eſt, crimen & culpam præmittit ipſa carceris effractione: Quibus rationibus & alij hanc opinionem Henrici ſequitur atque probat Maior *d. quæſt. 12.* Syluest. Armilla Aur. & Couar. *vbi ſuprà, num.* 14. vbi quod non ſolum hac in ſpecie effractor carceris tenebitur ad reſtitutionem damni, quod in effractione carceris & vinculorum dederit (quod concedit Caietanus, tenent contra Henricum in principali opinione, vt ſtatim dicemus) ſed etiam eadem ratione tenebitur ad reſtitutionem damni, quod Reipublicæ vel priuatis illatum fuerit ex ea effractione, cum alij pro criminibus & ære alieno capti à carcere fugerint.

Nihilominus his non obſtantibus, contrarium eſt tenendum in articulo principali, in foro duntaxat conſcientiæ; Imo quod quoad Deum licitum ſit reo, etiam iuſte condemnato ad mortem, ferrea vincula limare, murumque perforare ad fugiendum, tametſi non poſſit iudici vel cuſtodi carceris reſiſtere, manus in ipſos iniciendo: Vincula enim rumpere non eſt reſiſtere, ſed fugere, & ideo non eſt peccatum iniuſtitiæ, quia totum reducitur, ad hoc, quod eſt fugere: neque quod cuſtodibus ex hac fuga damnum inferatur. Et quod ex eo, ſecundum leges contra ipſos agi poteſt, eſt in conſideratione, quia hoc de per accidens, eſt quod ideo fugiens minime tenetur cauere, ipſi viderint cuſtodes, quomodo munus ſuum expleant, ſi enim negligentes fuerint illis imputandum eſt, ſicut iudici vel officialibus, quod tam debiliter oſtia firmata vel ſeræ fabricatæ ſint, vt potuerint à detento frangi: tenebitur nihilominus in conſcientia effractor ad ſatisfactionem damni illati ex effractione

vinculorum, ferarum aut muri perforatione. Et † eſt 9
ratio differentiæ inter vim illatam rebus rationabilibus & irrationabilibus, quia inter iudicem & damnatum iuſte ad mortem, eſt ex parte iudicis bellum iuſtum, ac proinde damnatus non poteſt ſe defendere nec reſiſtere pugnando contra eum, vel ſuos officiales; vimque illis inferendo. At vero frangere vincula & carceres non eſt pugnare, ſed abſoluere ſeipſum à continentia vinculorum & carceris, ad fugiendum, quod licet, quia per hoc non reſiſtit, pugnat aut defendit, ſed non tenet ſeipſum in carcere: illata enim vis rebus irrationabilibus præciſe non redundat in auctorem eorum: imo proprie vis non infertur rebus inanimatis, nec brutis animantibus, quæ nec dominium vllum, nec ius habent, ſed ſolis hominibus: Vnde neque qui leonibus eſſet traditus, vim inferret iuſtitiæ, dum, vt ſe defenderet & fugeret; illos occideret: & ita per ſupradicta contra priorem opinionem Henrici hanc ſecundam optime & late probauit Caiet. ſuper Thom. *2. 2. quæſt. 69. art. 4. in reſponſ. ad quæſt. 3.*

*& 4.* & Domin. à Sot. *vbi ſuprà*, addens, quod † qui 10
cuſtodem carceris ligaret, aut os illi, ne clamaret, obſtrueret



ſtrueret, vim faceret, ac proinde illicitum eſt, non tamen ſi eum, dum ſe teneret, poſt ſe fugiens traheret:

11 Inſuper † quod fune ligati poſſint nedum diſſoluere, imò & funes ſcindere, & ſeras aperire cum claue adulterina, etiamſi qui hæc & prædicta licita, vt prædiximus faciens, ſciat occluſos ſecum alios exituros, nam ipſe ſuo vtitur iure, cui cura non incumbit cuſtodiendi alios. Eandem ſententiam Caiet. contra Henric. Syluest. expreſſe probat Nauar. *vbi ſupra, d. cap. 17.*

12 *n. 102.* vbi † quod à fortiori fugere poteſt is, qui quæritur, vt capiatur iuſte aut iniuſte, cum voluntate ſatisfaciendi tantùm, quantum conſcientia recta dictat: idem probant Angel. *in ſum. verbo, fugere, in fin.* & Armilla *ſtatim in princip.* dummodo non interueniat violentia contra officiales, qui vellent eum capere, quia ipſi habent contra eum iuſtum bellum, *c. qui reſiſtit, 11. quæſt. 3.* & ex parte fugientis eſt iniuſtum, ideo mortaliter peccaret, & idem eſt de auxiliantibus:

13 Qua † ratione, inquit ipſe Nauar. *d. num.* 102. poteſt quis alterius fugam ſine peccato iuuare, vt antequam capiatur à iuſtitiæ miniſtris; liberetur, quando nec ex obligatione ſui officij nec ex mandato Regis, nec alterius ſuperioris, nec ex qualitate delicti, nec ex alia re particulari prohibetur, & credit, quod ſuo iudicio ſine carcere & pœna reſipiſcet, à peccato. Eandem ſententiam Caiet. & ſequacium ſequitur & probat, alios allegans Salon *vbi ſuprà, concl. 3. col.* 1607. Illud autem de frangente ſepem agri alieni ad tranſeundum, ad rem non facit, quia ibi agitur de damno, quod infertur domino per ſepis ruinam, ad quod etiam frangens carcerem tenetur, vt prædiximus: At verò in noſtra ſpecie de hoc non dubitatur, ſed an iſte actus effractionis carceris reducatur ad fugam vel ad pugnam, & vt probauimus, potius ad fugam reducitur, quam ad pugnam. Non obſtant etiam leges ciuiles maximam pœnam effractoribus carcerum imponentes, ex quo iuſte præſupponunt grauem culpam in effractione; id enim procedit in foro exteriori, in quo reuera cum iuſte captus & condemnatus ſit, nil mirum ſi acriter is effractor carceris puniatur: At verò nos agimus in foro tantum conſcientiæ, in quo etſi iuſte condemnatus ad mortem, vel membri Abſciſſionem ad patiendum hanc pœnam in eodem foro interiori teneatur, minimè tamen ad faciendum id, vnde mors ſequatur, quod eſt manere in loco, vnde ducatur ad mortem, ac proinde poterit licite in conſcientia fugere fractis carceribus, quibus vis proprie non infertur non tamen iudici aut aliis miniſtris iuſtitiæ reſiſtendo, illiſve aliquam iniuriam inferendo: Vnde merito, vt qui licite aufugit, non teneatur ad damnum cuſtodis ob ſuam culpam & negligentiam, & ſibi contingens. Imputandum igitur non eſt fugienti, quia dedit operam rei licitæ, & ideo quicquid ex hoc ſequitur, non eſt ad eius culpam referendum, cum non eſt intentione ipſius, ſed ex accidenti id contingat, vt idem Couar. *vbi ſuprà, num.* 11. fatetur, & probat cum Caiet. vbi captus effugit à carcere nulla effractione carceris, occiſione aliave corporali iniuria præcedente, aliàs ſe-

14 cus. Sed † tenendo hanc ſecundam partem Caiet. conſequenter eſt etiam tenenda ampliatio Domin. à Soto, quam modo retulimus, vt procedat etiamſi in noſtra ſpecie fractor carceris ſciat, alios ſecum occluſos exituros, cum ipſe ſuo vtatur iure, nec eidem curæ incumbat alios cuſtodiendi: tametſi Couarru. *vbi ſuprà, d. num.* 14. qui contra Caietan. in principali puncto tenuit, contrarium etiam huic ampliationi profiteatur ac doceat: eius tamen ſententia meo iudicio procedere recte poſſet eo caſu, quo effractor hic hic carceris ſecum occluſos ad fugam inuitaret, moneret aut induceret, vel ſaltem de ſua effractione certioraret, ita vt ex hoc ipſi exirent: & multos magis ſi inita conſpiratione cum aliis carceratis, qui ius fugiendi non haberent, id faceret, tunc enim eum ex ſuo dolo aut propria culpa & intentione principali, non verò per accidens id contingat, merito vt ad damnum reſarciendum ex confuga huiuſmodi cæterorum læſis teneatur: nec in hac ſpecie loquutus eſt Soto, ſed vbi effractor tantum ſuo iure vtitur, ac proinde operam dat rei licitæ: At verò in præcedenti ſpecie, in qua opinionem Couar ſaluauimus ac defendimus, non ſuo iure vtitur effractor carceris, alios, quibus non competit idem ius fugiendi, inducendo ad fugam, ſed imò delinquere videtur & excedere à licito, vnde nil mirum ſi teneatur læſis damnum reſarcire.

Dubium † tamen opportunum eſt in propoſito; *An liceat aliis adiuuare huiuſmodi iuſte captum & condemnatum effugientem, dando ei conſilium & auxilium?* Videtur enim id licere, eo, quod opem ferunt danti operam rei licitæ, & ſicut digni ſunt morte, ſecundum Apoſtolum, qui conſentiunt male facientibus, ita per contrarium, qui conſentiunt licita facientibus, non errant. Rurſus, oppoſitum videtur, quia turpis eſt illa pars, quæ non conſonat ſuo toti. Publica autem poteſtas, quæ totum repræſentat, vult illum detineri: Ergo non poteſt abſque publica offenſa ab aliis opera dari ad fugam. Præterea ſi huiuſmodi cooperantes fugæ inueniuntur: puniuntur; Ergo non eſt licitum. Quid tenendum? In hoc puncto Caiet. ſuper D. Thom. 2. 2. *quæſt. 69. art. 4. in reſponſ. ad quæſtionem quintam*, ita diſtinguit, vt ſiquidem cuſtodibus & aliis miniſtris iuſtitiæ, quibus ratione publici officij eſt cura ac munus fouendi publicam poteſtatem, ac cuſtodire damnatum, illicitum ſit, conſilium vel auxilium fugæ præſtare, quia eis incumbit damnatum vel damnandum detinere, & veluti proditores & conſultores eſſent fauendo partes detenti: cæteri verò, quorum non intereſt publicam fouere poteſtatem, licite poſſunt cooperari ad fugam damnati, vt *ibi* latè probat, inquiens, quod ſi opinio in præcedenti quæſtione de licita effractione carceris à damnato eſt vera, conſe-

quens eſt, vt † his, quæ licite cooperantur ad fugam, 16
liceat cooperari ad frangendum vincula & carceres, eadem ratione ſubminiſtrando damnato incluſo limam, vel aliquod inſtrumentum, quo poſſit ſe abſoluere à vinculis & carcere, non tamen quod liceat aliis concurrere ad carcerem, & frangere illum; Nam ſi non licèt ire ad frangendum ſeras domus priuatæ, multo minus domus publicæ, tametſi ipſi incluſo hoc liceat. Et hanc opinionem Caietan. ſimpliciter ſequitur Syluest. *d. verbo, fugere, num.* 1. ibi, Et idem dico de ſuffragantibus, quia licèt, modo id faciant bono ſine violentia alicuius & ſcandalo, maxime cuſtodis, poſt Angel. de Clauaſ. *eodem verbo, verſic. idem dico, &* Armilla Aur. ibi, *num. 2.* & D. Couar. *d. lib. 1. variar. reſolut. cap. 2. num. 14. verſic. primum*, aſſerens, quod vbi dixit licitam eſſe fugam, cooperantes fugienti, nullam culpam, nullumve vt delictum committunt ex natura actus, licèt ex accidenti poſſint delinquere, vel quia ſtatui vel officio, quod in Republica gerunt, hæc cooperatio repugnat, ſecundum Caietan. *vbi ſuprà*, cuius opinionem in omnibus ſupradictis ſequitur & probat Salon. *vbi ſuprà, controuerſ. 3. collect.* 1611. *cum ſeqq.* contra opinionem Soti ſtatim referendam.

Dominicus verò à Soto *lib. 5. de iuſtit. & iur. quæſtion. 6. artic. 4. in verſic. verum tamen ex his*, etſi primum membrum diſtinctionis Caietan. *vbi ſuprà*, circa cuſtodes, alioſque miniſtros iuſtitiæ ſequatur ac probet, & etiam circa conſilium certorum, vt licite

32 hi poſſint in foro conſcientiæ carcerato conſulere, vt fugiat, quoties ipſe licite etiam in eodem foro fugere poteſt, non tamen ex his ſubſequi dicit, quod amici condemnati poſſent vincto, vel intrinſecus, vel extrinſecus nauare operas ſuas, vt vincula vel muros dirumpat; Nam ille tantum, cui fugere licèt, viam ſternere poteſt, cæteri verò maiorem iniuriam facerent diruendo carceres, quam priuatam domum, eſſetque in vtroque foro capitale crimen. Quapropter aduerſus opinionem Caietan. arbitratur Soto, nemini licere porrigere vincto, vel limam, vel aliud inſtrumentum, eſſet enim iam hoc cooperari, quia non eſt vera illa regula: Quod ſi mihi licèt aliquid operari, licèt aliis me iuuare, quoniam vincula & carceres rumpere ſolum licèt ſternenti ſibi viam: ſecus habet conſulere alteri, quod ei licèt:& quidem hæc opinio Soti aduerſus Caiet.ſecurior ac verior videtur: Nam ſi ipſe Caiet. fatetur non licere aliis concurrere ad carcerem & frangere illum, etſi incluſo hoc liceat, eadem ratione, & per conſequens cogimur dicere, non licere aliis limam, vel aliud inſtrumentum ſubminiſtrare incluſo, quo ſe poſſit abſoluere à vinculis & carcere, cum per hanc ſubminiſtrationem ex prima & principali intentione cooperetur in effractionem carceris. Paria enim ſunt in ſubſtantia, cooperari in effractionem ipſam & inſtrumentum ad id præſtare; quo id efficiatur: Si ergo illicitum eſſe illud ait Caiet. quare hoc permittit? per hoc enim ex neceſſaria conſequentia, fracto carcere lima, vel alio inſtrumento ad id præſtito, ad idem peruenitur: Ergo vtrumque eſt prohibitum aliis, tametſi ſoli incluſo liceat, præcipue cum non vſquequaque abſolutum ſit, licere ipſi damnato incluſo effractis carcerib. à vinculis effugere, cum, vt vidimus, grauiſſimi viri, ac ſumma doctrina præditi contrarium probauerint, tametſi, quod nos defendimus verius cenſeant: Fit igitur vt ad minus idem aliis, quam damnatis incluſis minimè concedamus:& iuxta hanc reſolutionē intelligendi ſunt ac diſtinguendi Syl.& Cou. *vbi ſuprà* ſimpliciter idem in ſuffragantib.& cooperantib. quod in principali dānato generaliter dicentes ac probantes.

17 Secundò, † ex præcedentibus fit, capto iuſte nequaquam licere à carcerib. fugere etiamſi id agere poſſit abſque effractione, vbi iudex eum condemnauerit ad ipſius carceris pœnam temporariam vel perpetuam; hæc enim pœna conditionem habet, vt alterius, quam puniti exſequutione minimè indigeat,& ideo damnatus tunc temporis cenſetur ad eam propriam cooperationem ſubeundam, imò poteſt hoc caſu reus (prout cenſetur) condemnari non ſolum ad pati, verum & agere: puta, vt pecuniam ſoluat, in exſilium ſecedat, aut in clauſtro maneat,& in carcere, non ſolum ad tempus, verum & perpetuo; In his namque omnib. obedire tenetur & facere, quod ſibi iniunctum eſt, & ſic pœnam huiuſmodi ſibi inflictam ſubire, etiam in animæ iudicio, ſecund. Caiet. *vbi ſup. in reſp. ad 2. quæſtiunculam*, & Io. Diedo, *de liber. Chriſtiana, pag.* 226.& D. à Sot. *vbi ſup. in verſ. quapropter*,& D. Cou. *d. n.* 14. *verſ. ſecundo animaduertendum eſt*, dicentem, id de pœna carceris procedere, vbi per ſentent. pro aliquo crimine iuſte inducitur: quod iure canoni, regulariter licèt,& iure Cæſareo quādoque, ex notatis *in c. quamuis, de pœn. in 6. & in. l. aut damna, §. ſolent ff. de pœn. & in l.* 1 *de cuſtod. reor.* Eandem ſentent. in pœna carceris temporaria tenent omnes ſecund. Salon *vbi ſup. col.* 1609. *concl.* 4. qui ſecus eſſe dicit in condemnato ad carcerem perpetuum vel triremes, quia hic poteſt licite fugere ſecundum cum aduerſus ſupradictos, exceptis duobus caſibus. Verum in omnibus ſupradictum ego probo opinionem Caietan. & ſequacium ſupradictam contra Salon.

18 Reliquum † eſt, vt videamus; *An iuſte captus à iudice pro crimine mortis pœna digno, teneatur in conſcientia ſub reatu peccati à carcere fugere, cum primum potuerit?* Et profecto ex verbis S. Th. 2. 2 *q.* 69. *art.* 4 *ad* 2. videtur, hunc omnino teneri ſub pœna peccati mortalis à carcere fugere, dicens, damnatum iuſte à iudice ad mortem, non teneri manere in carcere, & ſic fugere: tantùm enim is tenetur pati pœnam, non autem aliquid agere, ex quo mors ipſa ſequatur:& ſubdit D. Thom. ſicut damnatus iuſte, vt fame moriatur, poterit cibum ſibi oblatum ſumere, quia non ſumere, eſſet ſeipſum occidere: vnde ſicut damnatus, vt fame pereat, ſeipſum occidit, oblatum cibi cibum non aſſumens: ita etiamſi iuſte damnatus ad mortem, cum poſſit, non fugiat, ſeipſum occidit. Ex vi igitur æquiparationis vtriuſque caſus à D. Th. factæ videtur eius mentis fuiſſe, vt hic fugere teneatur in conſcientia, cum poſſit, ſicut ille cibum ſibi oblatum ſumere, nec vterque ſeipſum occidat. Nihilominus tamen hoc S. Tho. non expreſſit, quia ſecund. Caiet. *ibi*, id ſolum D. Th. probare intendit, damnatum ſc. ad mortem tantum eſſe damnatum ad patiendū, non verò ad agendum aliquid, ex quo ſequatur mors: non tamen per hoc aſſerit, damnatum ad mortem ſui eſſe homicidam, ſi à carcere non effugerit, cum potuerit:& quamuis poſtea in damnato iuſte, vt fame pereat, dicat, quod non ſumere cibum ſibi oblatum, eſſet ſeipſum occidere ac proinde poſſe eum ſumere, non tamen inde coniiciendum eſt, dicere voluiſſe, nec dixit in priori caſu, nempe de iuſte damnato ad mortem, non fugientem à carcere, cum poſſit, peccatum admitti, cum ex eo, quod maneat in carcere, non ſequatur actus directe & immediate ex propria natura tendens ad mortem, ſicut in ſecundo caſu: quaſi clarius velit Caiet. D. Thom. dum ſimilia eſſe ſcribit, præd. duo intelligere in hunc ſane ſenſum, vt ſicut damnatus vt gladio pereat, nō tenetur, nec damnatus cenſetur, vt actum aliquem ipſe agat, ex quo mors ſequatur, ſed vt mortem patiatur; ita damnatus, vt fame pereat, non eſt damnatus, vt aliquid agat, ex quo ſequatur mors, ſed vt patiatur ſibi miniſtrari alimenta: ſed ex hoc non cenſet S. Doct. æqualia eſſe, hunc damnatum non ſumere cibum ſibi oblatum, & à carcere non exire, cum hæc duo differant penitus, vt latius ſtatim dicemus: Supereſt igitur inprimis, D. Thom. iuxta ſenſum ac mentem Caiet. quem probamus hanc partem affirmatiuam non tenere, nec eam vere voluiſſe, quamuis adduci in caria poſſit pro ea: tenenda eſt igitur negatiua in noſtra ſpecie ſentent. nempe, quod iuſte damnatus ad mortem, minimè in conſcientia ſub pœna peccati mortalis teneatur oblatam ſibi fugam à carcere arripere, quamuis † condemnatus iuſte, vt fame pereat, ſi 19
oblatum ſibi cibum non aſſumat, peccet mortaliter, quia ſe ipſum occidit, quod non licet. Quod vltimum voluit S. Th. *vbi ſup.* & expreſſe tenuit Caiet. ſuper eo, *in verſ. ad octauum*, dicens, quod huiuſm. condemnatus debet comedere, vt ius naturæ ſeruet, nec hoc eſt impedire exſequutionem ſententiæ: tum, quia non eſt damnatus ad hoc, ſc. vt ſe occidat non comedendo, ſed ad hoc, vt ſubtracta ſint ſibi alimenta, non à quibuſcunque, ſed à cuſtodib. huiuſm. vnde alij miniſtrantes tali damnato alimenta, non peccant, ead. ratio. qua poſſunt adiuuare ad fugam, quamuis nullus teneatur huiuſmodi damnato miniſtrare alimenta, tanquam in extrema neceſſitate conſtituto, quia ſecund. iuſtitiæ ordinem in illa conſtituitur neceſſitate. Primum autem, nempe, quod iuſte damnatus ad mortem non teneatur à carcere fugere, probat & tenet Soto *d. lib.* 5. *de iuſt. & iur. q.* 6. *art.* 4. *verſ. reſtat. tamen ambiguitas*, & ante eum Angel. & Syloeſt. *verb. fugere, circa fin.* & Armil. *eod. verb. n* 3.& vtrumque probat & tenet D. Couar. *d. libr.* 1. *variar. reſol. c.* 2. *n* 8. *verſ. qua ratione, & n.* 10.

Ratio † autem differentiæ inter vtrumq; caſum eſt; 20
Quia



Quia ſunt quidam actus directè & immediate, ex propria natura tendentes ad mortem. Alij verò ſunt actus indirecte, mediate, & ex accidenti ad mortem opportuni & proximi. Primi quidem actus ſunt, ſeipſum gladio vel hauſtu veneni, vel inedia & fame occidere, & hi nulla ex cauſa liciti ſunt, imò ſemper illiciti & reprobati ſunt cenſendi, vtpote mortale crimen inducentes, ex text. *in c. ſi non licèt*, 23. *q.* 5. & D. Aug. *lib.* 1. *de ciu. Dei, c.* 20. *&* 21. D. Thom. 2. 2. *q.* 64 *art.* 5. Cum enim actus hi directe in malum tendant ex propria eorum natura, nec vllum poſſant habere finem vtilem, ſequitur, eos nullos caſu poſſe reddi licitos, ſicut. D. Th. & alij frequentiſſime probant ſecund. Cou. *vbi ſupr.* qui eos refert & ſequitur,& Victor. *in relect. de homic n.* 28. & Io. Driedo *de libert. Chriſt c.* 6. tametſi in hac ſpecie Aug. de Clauaſ. *in ſumma verbo, fugere, n* 1. *in fin.* & Io. Maio *d. q.* 22. *col.* 5. contrarium aſſerant D. à Sot. *vbi ſupr.* profitens, non eſſe ſibi prorſus improbabile, quod condemnato iuſte, vt fame pereat, liceat ſibi non edere, quod ibi nititur probare, ac ad rationem D. Th. quod cibos oblatos non ſumendo, videatur ſeipſum occidere, reſpondere: cuius opinio eſt communis modo inter Thomiſtas, vt aſſerit Salon *de iuſt. & iur. in* 2. 2. D. Th. *q.* 69. *art.* 4 *col.* 1619. vbi ipſe nouiter concludit. huiuſm. iuſte damnatum ſententia, vt fame pereat, poſſe comedere oblatos ſibi cibos, & etiam non comede & fame perire. Secundi verò actus, cum immediate non vergant in crimen & delictum ex ſui propria natura, poſſunt ſane ex aliquo bono fine, aut ex aliqua alia cauſa, eſſe liciti, ſicuti non fugere à loco, vbi periculum mortis imminet, aut pergere eo, quo mortis corporalis periculum adeſt,& quidem maxim. cōiecturis veroſimile; Hi enim actus cum directe ac ex ſui natura immediate ad mortē, & ſui ipſus occiſionem propriā non ordinentur, ſed ex accidenti admixta alior. opera, peccato, vitio ac malitia, poſſunt aliqua ex cauſa ab agenti exerceri liciteq; fieri.

21 Ex ſuprad. † circa primos actus directe & immediate ex ſua natura tendentes ad mortem, primo fit, vt alij priuati miniſtrantes tali damnato alimenta, non peccent, eadem ratione, qua poſſunt adiuuare ad fugam, vt prædiximus ſequitur Salon *vbi ſuprà, col.* 1621. limitans in miniſtris iuſtitiæ.

22 Secundò fit, vt † quamuis nullum peccatum ſit, vti abſtinentia ciborum ad pium effectum,& gratia deuotionis, veluti ieiunare, non adnimaduerſo, quod inde ſequatur diminutio vitæ corporalis, comperto verò hoc damno, ſed præmia pietatis cauſa peccatum ſit veniale, mortale verò, ſi nullo pietatis reſpectu fiat, & hoc faciens animaduertat exceſſum, & ex hoc ſibi vitam diminui, ſecund. Caiet. *ſuper* D. Thom. 2. 2. *q.* 146.
23 *art.* 1. nullis † tamen vti cibis inediaque opprimi, etſi id pietatis gratia fiat, & mortale procul dubio peccatum erit, vt recte deduxit Cou. *vbi ſuprà, d. num,* 10. vbi cum Abb. & aliis addit, quod non tenetur quis vti
24 † cibis delicatioribus, ſalubrioribuſve, ad effectum prolongandi vitam, licèt teneatur vti cibis ad vitæ conſeruationem naturaliter productis.

25 Tertiò fit, non † licere cuiquam, ſecluſa diuina iuſſione, etiam ex cauſa religionis, & martyrij ratione in Fidei teſtimonium ſeipſum veneno occidere, aut alium actum morti immediatum exercere, vt latè probat Sot. *lib.* 5. *de iuſtit. & iur. q.* 1. *art.* 5. & poſt eum D. Couar. *vbi ſuprà, n.* 9. *verſic. ſecundo infertur.*

Nunc autem deueniendum eſt ad illationes, quæ ex ſupradictis circa actus ſecundos, qui non immediate, ſed indirecte vergunt in crimen & delictum ex ſua propria natura deducuntur.

26 Et primò † ex illa doctrina infertur, licitum fuiſſe martyribus in carceribus tyrannorum manere, neque peccaſſe, ex eo, quod non fugerint, data fugæ opportunitate, etiam mors eis imminens fuerit & proxima, cum etſi hic actus proximus morti ſit, ex eo, quod ſequatur mors, vt fatetur D. Thom. mediatus tamen eſt, nec ex ſui natura ad mortem ordinatus, ideoque ex bono fine iuſtaque ex cauſa martyrij, potuerunt martyres abſque vlla peccati labe non fugere, quia non tenebantur à carceribus recedere, imò virtutis opus fuit in Fidei teſtimonium ſe morti offerre, vt patet ex his, quæ de martyrio ſcripta ſunt, maxime à D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 124. *art.* 1. Sic Actorum *cap.* 16. ſcribitur Paulum & Sillam cum eſſent Philippis coniecti iniuſte n carcerem, fugere noluiſſe, tametſi oſtiis carceris diuina virtute patefactis id facere potuiſſent: Oportebat enim ad Euangelicæ Fidei prædicationem eos non fugere, ſed conſtanter in carcere manere pro Fidei augmento, vt inquit D. Couar. *lib.* 1. *variarum reſol. c.* 2. *num* 9. & præterea (vt exiſtimat Alfonſus à Caſtro *lib.* 1. *de pot. l. pœna. c.* 5. *in primo documento, ante finem in verſic. nam propter hanc cauſam*) ne inde occaſionem aliis præberent putandi, eos iuſte fuiſſe in carcerem incluſos, & timore fugiſſe à carcere; propterea, quod falſa prædicaſſent, ideo libentius carcerem elegerunt, vt ſic ſuam innocentiam probarent & ſuæ doctrinæ veritatem confirmarent.

Secundo ex eiſdem † deducitur, iuſte vel inique damnatum ad mortem poſſe abſque peccato aſcendere furcam; Nam quamuis ex hoc ſequatur mors, non tamen ſequitur immediate & directe, & ideo non dicetur hic ſeipſum occidere: poteritque hunc actum ſponte facere, vt iudici pareat, & quia cogetur nihilominus facere, ſecundum Couar. *vbi ſupra, num.* 10 *verſ.* 5. ſicut & martyres potuerunt colla percutientibus ſubmittere, vt inquit D. Hieronym. *in cap. non eſt noſtrum,* 23. 27
*quæſt.* 5. in hæc verba, *Non † noſtrum mortem arripere, ſed illatam ab aliis libenter accipere:* vnde & in perſecutionibus non licèt mihi propria perire manu abſque eo, vbi caſtitas periclitatur, ſed percutienti colla ſubmittere. 28

Tertiò † apertiſſimè eadem ratione conuincitur, iuſte captum pro crimine pœna mortis digno, vel ad eam iuſte condemnatum, poſſe etiam data ſibi fugiendi oportunitate, in carcere manere, quandoquidem fugere non tenetur, vt prædiximus, & vt delicti fiat ſatisfactio Reipublicæ, eiuſque punitio ſit in aliorum exemplum, vt à ſimilibus abſtineant ſceleribus, vt ſentit Caietan. *vbi ſuprà, in interpretatione verborum* Diui Thomæ, & in ſpecie notat Ioann. Maior. *d. quæſt.* 22. *col.* 5. D. Couar. *vbi ſuprà d. num.* 10. *verſic. ſexto.* 29

Quartò ex † ſuperioribus deducitur, non ſtatim mortalis criminis damnandos eſſe duces belli iuſti, militeſve, qui vt victoria potiantur, ſe maximo committunt prælij & conflictus periculo, ex quo certior eſt mors, quam eius euaſio; Hi namque non actum exercent ad propriam eorum occiſionem ordinatum, ſed eo directum, vt hoſtes vincant, quamuis omnino periculoſum, cum morti ſat certo imminenti ſe exponant. 30

Hinc Eleazarus vir fortiſſimus à peccato defendendus eſt: Is namque cum ſuperimminentem cæteris elephantem lorica veſtitum Regia aduerteret, arbitratus, quod in eo eſſet Rex, curſu concito in medium legionis proripuit, & abiecto clypeo, vtraque manu interficiebat beſtiam, atque intrauit ſub ea, & ſubiecto gladio interemit eam: Itaque cadens beſtia oppreſſit Eleazarum & mortuus eſt, vt ſcribitur Machab. 1. *cap.* 6. *& apud lib. antiquit.* 12. *cap.* 14. *lib. de bello Iuda. cap.* 1. & refert D. Couar. *d. lib.* 1. *variar reſol. c.* 2. *num.* 10. *verſ. non, &c.* Vnde Eleazarum miris laudibus effert Ambroſ. *lib.* 1. *de offic. cap.* 40. 31

32 Quo fit, vt ſi quis, vt ab aliqua oppreſſione liberetur, fugiens ſeipſum in periculo mortis imminenti commiſerit, & tandem perierit, non eſt peccati mortalis reus; quippe qui præter intentionem mortem obierit, potius cogitans de fuga ab ſtupo, aliaue oppreſſione tyranni, quam de propria morte, quæ ei ex actu ad eam propria vi, & natura minimè ordinato contigerit, vt probatur ex text. *in c. ex parte 2. de ſepult.* & tenet D. Couarr. *vbi ſuprà.*

33 Quintò ex † omnibus præcedentibus fit perſpicuum, iniuſte captum poſſe abſque vllo peccato à carcerib. fugere, data ſibi fugiendi opportunitate, vt notatur *in l. vis eius, C. de probat.* & conſtat ex omnib. auctoribus ſupracitatis, atque ideò communiter receptum, vt affirmat Couar. *vbi ſuprà, n.* 10. *verſ. in ſecunda propoſitæ quæſtionis ſpecie*, quem refert & ſequitur Iul. Clar. *in loco ſtatim citando*, ibi: *Poteſt etiam.*

34 Quinimo † ſi inique damnatus ad mortem, aliter non valeat iniquam condemnationem euadere, quam effrangendo carcerem, vinculaque rumpendo, poterit abſque peccato facere, ſi aliter exire non poteſt, nec ex hoc ei imputabitur, quicquid ſequutum fuerit, quandoquidem ſecundum Thom. *vbi ſuprà d. q.* 69.
35 *art.* 4. liceat † iniquis principibus ac iudicibus, & iniquæ ſententiæ reſiſtere: quod etiam iure exteriori probatur *in l. prohibitum, & in l. defenſionis facultas, C. de iure fiſci, lib.* 10. & notat Archid. *in c. cum homo*, 23. *q.* 5. Alex. *in l.* 1. *§. item ſi quis, ff. de ne quis eum qui in ius vocat. eſt, vi exim.* & alij vbique DD. hocque verum eſt, præterquam ſi graue ex hac re immineret ſcandalum, aut magna turbatio, ſecundum D. Thom. & cæteros *vbi ſuprà*, & vtrunque probat Alfonſus à Caſtro *vbi ſuprà, in verſiculo ad eum modum*, & tenuit etiam D. Couar. *lib.* 1. *variar. reſol. c.* 2. *num.* 12. *in princ. & in n.* 13. Nec non Salon *de iuſtit. & iur. in* 2. 2. D. Thom. *qu.* 69. *art.* 4. *controu.* 2. *in princ.* addens, quod poſſit in hac ſpecie vim inferre cuſtodibus, & iudici ad ſe liberandum, citra ſcandalum tamen.

36 Et quod † etiam in foro exteriori iniuſte captus, ſi aufugiat, non teneatur aliqua pœna, probat Alex. *in l. ſed eximendi, §. item ſi quis, ff. ne quis eum, &c.* Tiraq. & alij, quos refert & ſequitur Auiles *c.* 18. *prat. in gloſſ. carceres, num.* 41. & vltra eum idem tenuerunt Iaſon *in lectura l. admonendi, num.* 91. & bi Ripa *n.* 171. Curt. Iun. *num.* 5. *ff. de iureiur.* dicit communem theoricam Rol. à Valle *conſil.* 7. *num.* 47. *lib.* 1. & Iul. Clar. *in pract. crim. lib.* 5. *§. fin. q.* 21. *verſic. tertio autem modo*, ibi: *Sed quando fuit indebite*, vbi loquitur etiam, quando cum effractione carceris indebite, & iuris ordine non ſeruato, carceratus aufugit. Addit Ripa,
37 quod † cuſtos non tenetur de fuga illius, qui erat iniuſte incarceratus, imò capite punitur, qui captus iniuſte non fugit, cum poſſit, ſi credimus Auileſio *vbi ſuprà, n.* 42. alios ad idem referenti.

38 Imò † ſecundum Lucam de Penna *in d. l. prohibitum, col.* 2. *in fin.* iniuſte damnatus ad mortem, qui aliter euadere non poteſt iniquam pœnam, poteſt cuſtodes carceris occidere, quem ſequuntur Paris de Puteo *in tract. ſyndicat. c. reſiſtentia, fol.* 9. *num.* 21 licèt idem de hoc dubitauerit, in parte, ſi iudex proceſſit ad capturam: ſed eam ſententiam ſequitur Hippolyt. *in leg.* 1. *in princip. ff. de quæſt.* & Auiles *vbi ſuprà, num.* 42. Hæc tamen Lucæ de Penna & ſequacium ſententia vera quidem non eſt nec tenenda, vbi iudex iuxta iuris ordinem, & ſecundum allegata & probata ad mortem aliquem damnauerit, qui vere innocens ſit tunc enim minimè licèt huic condemnato, ut mortem euadat, iudicem verè innocentem, cuſtodes omnino inculpatos occidere, vt bene probat Sot. *lib.* 4. *de iuſt. & iur. quæſt.* 6. *art.* 4. *verſic. emergunt tamen*, dicens, quod † ſi huiuſmodi innocens poſſet citra 39
graue ſcandalum & citra vulnerationem iudicis; eiuſque miniſtrorum ſe protegere, poſſet quidem, vtpote non ſolum fugiendo, verum & includendo ſe in locum munitum, & forte armatis irretienda miniſtros: attamen ſi non poſſet ſe defendere, niſi inflictis vulneribus, neutiquam credit id licere. Idem probat D. Couarr. *vbi ſuprà, num.* 13. exiſtimans veram forſan fore opinionem præfatam Lucæ de Penna, & Hippolyti, vbi iudex tyrannice ex certa ſcientia innocentem damnauerit: & opinio Soti eſt communis ſententia inter Thomiſtas, vt affirmat eam ſequitur, & latè probat Salon. *de iuſtit. & iure, in* 2. 2, D. Thom. *quæſtion.* 69. *artic.* 3. *controuer.* 1. *colum.* 1599.

Sextò, ſupradictis † animaduerſis opinatur Couarr. 40
*vbi ſuprà num.* 10. *verſic. ſeptimo*, inique damnatum ad mortem debere omnino, ſi poſſet, fugere, alioqui ſi in carcere manſerit, peccabit profectò maxima vſus temeritate, nulla quidem ex cauſa iuſta id agens, ex quo licèt indirecte & immediate mors ſequatur, iſta temeritas fortaſſe erit mortale crimen: in quo maxime ſecundum ipſum eſt aduertendum: & ſub dubio idem prius probauit Sot. *dict. art.* 4. *col. fin. verſic. ſecus autem*, vbi quod innocens, qui immeritus condemnatus eſſet, fortaſſis teneretur de carcere fugere, præcipue ſi vita ſua vtilis eſſet Reipublicæ, Nam aliàs neſcit, an vt tale patientiæ ſpecimen exemplo Chriſti præberet, liceret ei ſententiam iniquam ſponte ſua ferre, ſaltem non fugiendo, crediderim tamen, quod ſi non hac humilitate & iuſta cauſa ductus, ſed ex timore, vel alia negligentia, aut puſillanimitate fugam omiſerit, cum poſſet, eam arripiendo, vitam euadere, propter huiuſmodi temeritatem, ac (vt ita dicam) vitæ prodigalitatem, peccaret mortaliter, ſecundum Couarruuiam *vbi ſuprà*, cui in hoc aſſentior. Reus † enim qui timet veriſimi- 41
liter eſſe à iudice iniuſte damnatum, tenetur fugam arripere, ſi poteſt, vt in ſpecie probat Maior *in* 4. *diſtin.* 15. *quæſtion.* 22. *colum.* 1. quem ſequitur & probat Couarruuias *dict. lib.* 1. *variar. reſolut. cap.* 2. *numer.* 7. *verſic. quamobrem*, ibi, *Nam captus à iudice*: eſt communis ſecundum Petr. Placam *lib.* 1. *de delict. cap.* 23. *numer.* 6. prout eum refert & ſequitur Iul. Clar. *vbi ſuprà.*

Vltimo, ex doctrina †. B. Thom. *ſuprà in princ. hu-* 42
*ius c.* adducta, atque poſtea explicata, infertur ad deciſionem illius quæſtionis; *An ſi in actu exſequutionis ſententiæ pœnam mortis continentis contingat, quod vel ſecuris non poſſit caput amputare condemnato, vel laqueus rumpatur, vel frangatur, ita vt reus condemnatus ceciderit in terram ſanus & illæſus, nunquid reus fugere poſſit, vel ſit liberandus, tanquam innocens, necne?* Quamuis enim huiuſmodi reus, etiam iuſte condemnatus, fugere poſſit, non tamen ei licèt iudici, ex cuius parte bellum eſt iuſtum, nec miniſtris iuſtitiæ reſiſtere, vt eſt prædictum: Vnde quamuis iſte fugere intenderet, non poſſet à manibus familiæ ſine reſiſtentia liberari: ſed hæc ei non licèt: Ergo fugere inane eſt. Ex hac igitur parte defenſio non eſt licita. Præterea ſi iniuſte fuit ad mortem damnatus, quamuis tunc liceret ei, iudici eiuſque miniſtris reſiſtere, non tamen vbi ex hoc aliqua grauis turbatio & ſcandalum certiſſime ſubſequeretur ex huiuſmodi reſiſtentia contr. iudicem eiuſque miniſtros, ſtatim auxilium Regale imploraturos: Ergo nec in hoc caſu licita erit defenſio & reſiſtentia.

Quo † fit, grauiter, meo iudicio, peccare eos, ſiue cle- 43
ricos, ſiue monachos, alioſve, qui huiuſmodi condemnatum, qui laqueo fracto cecidit viuus in terram, iuuant auxiliumque ei præſtant, & è manibus familiæ iudicis eum eripiunt atque liberant, introducentes eum in



in Eccleſiam, & exiſtimantes ſibi id licere, cum laqueus contritus fuerit, quaſi miraculo id tribuendum ſit: Hi namque aberrant, quia vt inquit Apoſtolus ad Rom. 13. *Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit, & ipſi ſibi damnationem acquirit*: vnde cum bellum ex parte iudicis ſit iuſtum, vt in dubio præſumendum eſt pro ipſius ſententia, nullus ei reſiſtere licite valet, nedum ipſemet condemnatus, ſed neque alius à fortiori, cui non eſt vis contraueniendi, & ſi ex parte ſua bellum eſt iniuſtum, præterquam quod his tumultibus reum magis torquet, atque forte non ita pœnitentem ſicut prius, faciunt mori quod quidem iudex iterum ſtatim ſuſpendere eum faciet, quouſque naturaliter moriatur.

Supereſt vt † videamus: *An ex alio capite liberandus*
44 *ſit?* Et inuenio Lucam de Penna *in l.* 1. *C. de deſertor. lib.* 12. *col.* 6. *verſ. ſed pone, quod damnatus eſt aliquis, in fine*, dicentem, huiuſmodi damnatum ad mortem, ſi, dum laqueo fuit ſuſpenſus, fracto laqueo, cecidit in terram, liberandum eſſe in dubio, ſi proteſtatus fuit de innocentia, quia credendum eſt illud factum miraculoſe. Quem ſequitur Paris de Puteo *in tract. ſyndica. in parte, an ſi iudex, col. penul.* & Philip. Dec. *in l. fauorabiliores, n.* 8. *ff. de reg. iuris*, Alciat. *reg.* 3. *præſumpt.* 44. *n.* 4. & Anton. Gom. *in* 3. *tom. variar. reſol. c. de tortur. reorum, num.* 37. vbi quod in hoc dubio iuſtius & rectius erit exſequutionem ſuſpendere, quam forte veritati & ſigno miraculi reſiſtere: ſequitur etiam Auiles *in c.* 1. *prætor. in gl. mandamos, num.* 28. *fol.* 48. & hoc non modo vulgus ignarus, ſed etiam viri docti ita intelligunt, vt refert Iulius Clarus *practic. crim. §. fin. quæſt.* 98. *verſ. vltimo quæro*, vbi citat Ioan. Arnon. *ſoliloq.* 5. & Boſſium *in ſua practic. crimin. in tit. de fauoribus defenſ. n.* 1. & Chaſſan. *in conſuet. Burg. fol.* 55. *poſt num.* 124. affirmantes ſic in praxi obſeruatum fuiſſe in caſibus contingentibus, quos viderunt. Quinimo ipſe Iulius Clarus de alio ſimili caſu teſtatur, in quo ſenatus iuſſit, vt per dies aliquos ſuperſederetur, intra quos condemnatus poſſet pacem & gratiam impetrare, & quod ita, ni fallitur, habita gratia à Principe, fuit dimiſſus, 10. Maij, 1546. Fatetur tamen in principio quæſtionis, fractio laquei parum prodeſſet de iure: Nam omnino eſt exſequenda condemnatio iuxta formam ſententiæ, in qua communiter ſolent addi illa verba, *Furcis ſuſpendatur, ita quod moriatur*, ſecundum practicam, quam obſeruant ſemper aſſeſſores, teſte Iacobo de Bellou. & aliis, quos ibi citat. Tandem refert Pap. *lib* 24. *tit.* 17. *arreſt.* 14. dicentem, ita ſe vidiſſe in practica obſeruari: Ego vero non poſſum non mirari præd. viros, priorem partem tenentes ſine lege & fundam. Si enim hic reus iuſte condemnatus eſt & laqueus caſu frangitur, prout facile ſine vllo miraculo plurib. ex cauſis contingere poteſt & ſolet, cur impedienda eſt exſequutio iuſtæ ſententiæ, & delictum remanere impunitum? Si in praxi aliquando aliud fuit obſeruatum, id potius de facto, quam de iure factum fuit: Quinimo & nos non ſemel vidimus contrarium ſeruatum, nempe, vt non obſtante, quod laqueus contritus fuerit, nihilominus delinquens fuit actualiter iterum ſuſpenſus, quouſque naturaliter moreretur. Admitti forte poſſet prior opinio, ſi dubietas refertur ad probationes, veluti ſi reus eſſet damnatus per præſumptiones, quod fieri non debet: ſecus ſi clare conſtaret de delicto morte digno, quia quandoque per incantationes miracula fiunt, vt tradit Bald. *in c. venerabili, de teſtib.* ita declarat addit. Decij *vbi ſuprà*, quæ declaratio mihi vera videtur & tenenda.

Quando autem † manifeſte apparet, condemnatum, qui ducitur ad mortem vel aliud corporale ſupplicium, inique eſſe damnatum, ſi clerici eum à manibus familiæ eripiant, nulla eſt eis imponenda pœna, niſi graue ſcandalum fecerint, vnde deteriora contingant: ſecus ſi eripiant iuſte damnatum, vel quando eſſet dubium, an iuſte vel iniuſte eſſet damnatus, tunc enim puniendi ſunt, vt cum aliis reſoluit Bern. Diaz De Lugo *in ſua practic. Canon. c.* 102. Mexia *in l. Reg. Tolet. in* 1. *fundam.* 2. *part. n.* 24. & Azeued. *in l.* 3. *n.* 30. *tit.* 1. *lib.* 1. *nou. collect. Reg.* nihilominus in priori ſpecie ſaltem mitiori pœna eſſent puniendi, vt dicimus *ſuper l.* 1. *tit.* 18. *lib.* 8. *Nou. Collect. Reg.* rationibus, de quibus *ibi.*

## SVMMARIVM.

1 *L. cum tale, §. Mania, ff. de condit. & demonſt. & l. quoties, cod. tit. litera & vera lectura refertur.*
2 *Conditio inducens omnimodam viduitatem iure antiquorum ſpernebatur: ſecus ſi induceret viduitatem reſpectu certæ perſonæ, loci vel temporis & hodie iure nouo authenticorum quid in hoc diſpoſitum ſit, n.* 3.
4 *Conditio illa, quæ à matrimonio ſpirituali deterret, fortiori ratione reiicienda eſt: ſed non eſt idem obſeruandum in conditione, ſi religionem non ingreditur, ſi monachus non fuerit, vt in num.* 5.
6 *Fundator maioratus poteſt tempore fundationis conditiones apponere, vt ipſe per monachationem & clericatum amittatur.*
7 *Legatum relictum alicui ſub conditione, ſi non nupſerit, an poſſit in foro conſcientiæ peti ac habitum ſecure retineri, ſi nuptias contraxerit, & in num. ſeqq. præcipue num.* 13. *cum ſeqq.*
8 *Heres ſi probabiliter in propoſito de animo legantis dubitat, non eſt per confeſſarium ad ſolutionem legati adſtringendus, antequam per iudicem condemnetur.*
9 *Quando ille, aduerſus quem eſt præſumptio iuris & de iure, verè ſcit eſſe veritatem pro ſe, & in iudicio vel agit, vel conuenitur, vt rem illam conſequatur, vel reſtituat, iſte condemnatus parere tenetur ſententiæ, nec poteſt accuſare reſtitutionem, vel à iudicio deſiſtere ſub prætextu; quod veritas ſit in contrarium.*
10 *Res acquiſita ex contractu nullo ob defectum ſolemnitatis, conſenſu contrahentium non deficiente, & ceſſante dolo alterius partis, non eſt reſtituenda in animæ iudicio, quia contractus tenent in eo foro, ſicut electio beneficij, non ſeruata iuris canonici forma: & quid in contractu celebrato ab vxore ſine licentia viri.*
11 *Teſtamentum minus ſolemne an debeat in foro conſcientiæ obſeruari, latiſſime agitur.*
12 *Diſpoſitio text. in authent. de ſanctiſſ. Epiſc. §. ſed & hoc præſenti, coll.* 9. *& in auth. niſi rogati, C. ad Treb. habet locum in conſcientiæ foro, & n.* 17 *quomodo intelligatur: at non procederet, quando expreſſe conſtaret de voluntate contraria teſtatoris, vt in numero decimoſexto.*
14 *Forum conſcientiæ ſemper veritati innititur, atque ipſam comitatur aduerſus præſumptionem legis.*
15 *Legatum relictum alicui, ſi non nupſerit, quod ſi nupſerit, nihil legabat, nec aliquid conſequatur legataria, non debetur etiam in foro exteriori, ſi legataria nupſerit.*
18 *Legatarius vel donatarius certo ſciens, animum legantis fuiſſe non aliter legandi vel donandi, niſi exſiſtente & adimpleta conditione non nubendi ab eo appoſita, non erit tutus per exceptionem rei indicatæ, ſi pro eo fuerit iuris interpretatione aliud indicatum: ſecus ſi animus legantis fuit incertus, vt in num* 19.
20 *Ioannis à Methymna opinio in propoſito ab argumentis* Couar. *eiuſque ſenſu defenditur, ipſiuſque verba expenduntur.*

## CAPVT XXV.

*De conditione illa adiecta legato, ſi non nupſerit, an ſit reiicienda in foro animæ, itavt nuptiis ſequutis, legatum peti aut retineri ſecure poſſit.*

1 MÆuiæ, *ſi non † nupſerit*, fundum cum morietur, lego: poteſt dici, etſi nupſerit, eam confeſtim ad legatum admitti. Ita Papinianus *lib.17. qu. 71.* refertur *in l. cum tale, §. Mæuia, ff. de condit. & demonſtrat.* vbi non idem probat, ſi certus dies, incertuſue alius legato fuerit adſcriptus. Sed & Iulianus Iuriſconſultus *lib 55. Digeſtorum* idem dicit, vt habetur *in l. quoties, ff. eodem tit. de condit. & demonſtrat.* hoc modo; *Quoties ſub conditione mulieri legatur, ſi non nupſerit, & eiuſd. fideicommiſſum ſit, vt Titio reſtituat, ſi nubat: commode ſtatuitur, etſi nupſerit, legatum eam petere poſſe & non eſſe cogendam fideicommiſſum præſtare:* Illa enim conditio, *ſi non nupſerit*, auertit à matrimonio carnali, ideo reiicienda *vt in dd. iurib.* & *in l. Titiæ, 100. ff. eod. tit.* vbi habetur: *Titiæ, ſi non nupſerit, centum legauit. Nupſit mulier, ducenta, non etiam centum reſidua petet: ridiculum eſt enim eand. & vt viduam, & vt nuptam admitti*: & ita legitur ab Accurſio, Bart. & aliis *ibi*, & in Pandectis Piſanis olim, hodie Florentinis, ſecund. Ant. Auguſtin. *lib.1. emendat. c.2.* & eſt verior lectura, quam alia Decij *in c. in præſentia, num. 59. de probat.* nempe: *Titiæ, ſi nupſerit, ducenta: ſi non nupſerit, centum legauit: ſi nupſerit mulier, ducenta, non etiam centum reſidua petet: Ridiculum eſt enim eand. & vt viduam, & vt nuptam admitti*: tametſi hanc, vt propriam Iuriſconſulti, Greg. Haloander agnoſcat: verum eſt inconcinna & futilis hæc interpretatio, ſecund. D. Couar. *lib. 1. var. reſol. cap. 19. num 9. verſ. an dicta.*

2 Quinimo † & iure antiquo Digeſtorum conditio, quæ inducit viduitatem in omne tempus, reſpectu, omnis perſonæ, loci vel temporis, ſpernebatur: ſecus ſi inducat viduitatem reſpectu certæ perſonæ, loci vel temporis: *vt in l. ſed ſi hoc, §. vlt. ff. de condit. & demonſt.* & ibi Bart. & communiter DD.

3 Hodie tamen † iure nouo authenticorum licèt talis conditio non nubendi tollatur & reiiciatur in virgine vel homine qui nunquam nupſerit, quando eſt abſoluta reſpectu omnis perſonæ, vt nunquam poſſit contrahere matrimonium: ſecus verò ſi ſit poſita reſpectu certæ perſonæ vel certarum perſonarum, vt cum tali vel talibus non contrahat, quia bene valeret: In vidua tamen, vel viduo conditio appoſita, ne nubat indiſtinctè, & etiam abſolute reſpectu omnis perſonæ, valet & tenet, adeo vt ſi poſtea nubat, tenebitur reſtituere hæreditatem vel legatum ſibi relictum, & cum cautione Mutiana traditum, cum fructib. tam perceptis, quam percipiendis, *vt in l.2. & in auth. cui relictum, C. de indict. viduit. tollend.* & ibi gl. & communiter DD. text. etiam *in auth. de nupt. §. quæ vero nunc ſequitur, colla.4.* & ibi DD. Ita reſoluit cum communi Ant. Gom. *in l.14. cum ſeqq. Taur. n. 8.* amplians duobus modis: & D. Couar. *in 4. 2. part. c.3. §. 9. n.11.* & D. Molin. *lib.2. de Hiſpan. primog. c.12. n.21.* & 22. Et hæc ſententia recepta eſt frequentiſſimo doctorum calculo, ſecund. Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib.11. tit.19. n.1.* vbi plures citat, eamque ſequitur ibi, *& in n.7 & 8.* addens, huiuſmodi conditionem ad certum, non longum vel vſque ad talem ætatem appoſitam, valere, à

4 † fortiori reiicienda eſt illa conditio, quæ à matrimonio ſpirituali deterret, ſecund. Aretin. & Fel. *in c. in præſentia, de probat.* quos refert & ſequitur Pariſ. *ibi n.137. & 143.* & Rol. à Valle *conſ.55. n.20. & 25. lib.3.* quorum meminimus *lib. ſuperiori, c.32. n.14.*

Quib. addendum † eſt, non eſſe idem obſeruandum in conditione, *ſi religionem non ingrediatur, ſi monachus non fuerit*; hoc enim caſu non eſt argumentum ſumendum à matrim. carnali ad ſpirituale, vt per Couarr. *lib. 1. variar. reſolut. c.19. num.10. in verſic. & tamen hic adde.* 5

Nihilominus † tamen poterit teſtator prohibere in fundatione maioratus, vt ipſe per monachationem vel clericatum amittatur: quia eo caſu non tam videtur auertere à religione, quam ſuæ familiæ proſpicere: Et quamuis à religione quodammodo amouere videatur, ad matrimonium tamen ac familiæ propagationem allicit, nec legib. prohibitum eſt, vt quis de bonis ſuis ita diſponere poſſit, vt monaſterium in his non ſuccedat, imò id iure concedendum eſt, præcipue, cum maioratuum ſucceſſio, nec ipſa primogenia conueniant monachis nec presbyteris: Nec eſt præſumendum, quenquam hac in ſpecie ab ingreſſu religionis auertendum eſſe tam futili & leui occaſione, vt latius deduximus *in lib. Canon. q. d. c.32. num. 57.* & in terminis ita tenet Alex. *conſ.100. num.11. lib.4.* & Iaſ. *in l. Gallus, §. quid ſi tantum, n. 24. ff. de lib. & poſthu.* & Pala. Rub. *in repet. rub. de don. inter vir. & vxo. §.19. n.4. & 14.* quos refert & ſequitur Cou. *d. c.19. num.11.* ſequitur etiam Franc. Marz. *in ſua epit. de fideicomm. q.31.* Idque verum eſt atque frequenter in primogeniorum inſtitutione obſeruari ſolitum, vt affirmat D. Mol. *lib.2. de Hiſpan. primog. c.12. n.54.* vbi *n.55.* hoc verum intelligit in maioratu ex Regia facultate inſtituto: ſecus ſi parentes primogenium ex tertio bonorũ ſuorum auctoritate legum huius Regni inſtituant: Hi namque tunc temporis non poterunt filios clericos, religioſos vel furioſos, mutos aut ſurdos, ſeu etiam filias moniales excludere cum neceſſario teneantur ordinem à *l.27.* Tauri præſtitutum obſeruare, eaque lex id non permittat. Eand. ſentent. Pala. Rube. ſequuti fuimus cum ſuprad. & cum Mier. *d. c.31. n.30.* 6

Modo † intrat noſtra Canon. quæſtio; *An relictum, ſub conditione alicui, ſi non nupſerit, poſſit in foro conſcientiæ peti, ac habitum, ſecure retineri, ſi nuptias contraxerit*: Quod eſt in effectu quærere: *An in foro conſcientiæ ſtandum ſit præcitatis iurib. tam ante ſententiam iudicis ſuper his latam, quam poſtea*: Et ſane hanc quæſt. latè diſſerit Ioan. Medin. *in ſuo C. de reſtit. q.23. per totam*, & tandem *in verſ. reſpondeo, ſaluo meliori iudicio*: & poſtea *in verſ. ex prædict. patet*, ibi: *In foro tamen conſcientiæ*, in ea eſt ſententia, vt in foro conſcientiæ hoc caſu ſtandum ſit animo contrahentium, vel teſtatoris ita relinquentis vel legantis, quando is certus ſit, nempe ſi dicatur, *ſi non nupſerit, & non aliàs*, tunc enim apparet expreſſe de mente teſtatoris contraria, & proinde in foro conſcientiæ huic voluntati expreſſæ contrahentium, vel teſtatoris, ſtandum eſt: Si vero incertus ſit animus contrahentium vel legantium, tute poterit iuris interpretationi ſeu præſumpt. ſtari, quæ habet; Vt ſi ſimpliciter relinquatur legatum, *ſi non nupſerit*, reiiciatur illa conditio, quia eſt impeditiua matrimon. ita vt nuptiis ſequutis, etiam legatum debeatur, *vt in dd. legib.* Addit † inſuper, quod ſi hæres probabiliter de animo legantis dubitat, non eſt per confeſſarium ad ſolutionem legati adſtringendus, antequam per iudicem condemnetur, quia vbi dubium eſt æquilibre, an legatum debetur legatario, neene, melior eſt conditio poſſidentis: Ex qua opinione conſequitur, quod poſt condemnationem iudicis legatum ſecure poterit habere legatarius, quandoquidem hæres tunc temporis ad ſolutionem eius tenetur, & per confeſſarium ad eam eſt aſtringendus. 7 8





9 Quod comprobatur † ex latè traditis per Menoch. *lib. 1. præſumpt. q. 88. num. 7.* vbi poſt Cou. Salon. de Paz & alios reſoluit, quod quando ille aduerſus quem eſt præſumptio iuris & de iure, verè ſcit eſſe veritatem pro ſe, & in iudicio, vel agit vel conuenitur, vt rem illam conſequatur vel reſtituat, iſte condemnatus parere tenetur ſententiæ, nec poteſt recuſare reſtitutionem, vel à iudicio deſiſtere, ſub prætextu, quod veritas ſit in contrarium, vt in exemplis *ibi* per eum adductis. Ex quo enim de cauſa agit in foro exteriori, ſeruari debet iudicatum, quia licèt tunc hæres poſſit ſponte dare vel reſtituere rem illam victori, ſi tamen condemnatus ſit, licèt iniuſte, & præcepto exſequutioneque iudicis compellitur dare, obedire tenetur, ſecund. Innoc. *in c. quia plerique, num. 3. de immunit. Eccleſ.* & *ibi* Abb *num. 5.* comprobat ex aliis. Idem Innoc. *in c. quod ſicut, num. 8. circa fin. de elect.* ſequitur Menoch. *vbi ſuprà, num.3.*

10 Si tamen † in iudicio non condemnetur res acquiſita ex contractu nullo ob defectum iuris ſolemnitatis, non deficiente conſenſu contrahentium cum vero prætio, & cauſa legitima ſubſiſtente, ceſſanteque dolo alterius partis, non eſſet in animæ iudicio reſtituenda, quia contractus tenet eo foro, ſicut electio beneficij, non ſeruata iuris canonici forma. Innoc. *in d. c. quod ſicut, num. 8. de elect.* ſequitur Abb. *in d. c. quia plerique, num 31. de immun. Eccleſ.* poſt Anton. de Butr. quem refert idem Abb. *in d. c.1. ad fin. de in integ. reſt.* Iaſ. *in l. ſi non ſortem, in princ. num.4. ff. de condict. indeb.* Refert plures huius opinionis auctores D. Couar. *in reg. peccatum, 2. p. §.3. num.9. de pact. in 6.* quamuis ipſe ibi eam non probet, ſed eam ſequitur Syluest. *in ſumma verb. alienat. §.12. 13. & 14. & verb. teſtamentum, §.5.* & Adrian. *quodlib. 6. art. 1.* Medin. *de reſtit. q.23. col. fin. eſtque communis opinio ſecund.* Dom. à Soto *lib.4. de iuſtit. & iur. q.5. art.3. col.2.* ibi: *Hæc ergo eſt opinio communis*, & ſecund. Mench. *lib.1. controu. vſufreq. c.10. n.18 & 19.* & Salon. de Paz *in l.3. Taur. n.142.* licèt Rebuff. *in compend. alienat. rer. Eccleſ. n.42.* aliud velit poſt Innoc. *in d. c. quia plerique, n 3. verſ. ſed quid dices*, ibi: *Si ante*, necnon & Couar. *vbi ſuprà* & alij, quorum opinionem pluribus fundamentis comprobat Dom. à Soto *vbi ſuprà*: qui in hac ſpecie mediam ſententiam vtrinque temperatam tenet, quæ mihi ſatis placet, nempe vt contractus, cui deeſt eſſentialis ſolemnitas iuris, licèt in conſcientia non ſit ipſo facto ſimpliciter nullus, veluti ille à pupillo illegitimæ ætatis celebratus: Eatenus tamen eſt nullus, vt bona conſcientia poſſit quis in tali caſu legis beneficio vti, vt in exemplis, de quibus ibi per eum, qui loquitur tam in contractibus nullis, quam in teſtamento minus ſolemni: & tandem credit, quod qui poſſidet rem aliquam per contractum minus ſolemnem ſibi quæſitam, dummodo fraus omnis, vis & dolus abſit, non tenetur reſtituere, niſi vocatus in iudicio, & condemnatus, quod, vt vidimus, ſequitur Menoch. *vbi ſuprà*, licèt contradicat Couar. *vbi ſuprà*, necnon & Anton. Gomez *in l.3. Taur. num. 124. in 4. illation.* nihilominus in ſpecie Antonij de Butrio, Abbatis & cæterorum prænarrata eorum opinio & Soti eſt communis & tenenda, quam nouiſſimè alia ratione probat D. Franc. Sarm. *de reddit. Eccleſ. 1. p. c.2. num.6.* nempe quod licèt huiuſmodi contractus iure non valeat, non tamen poſſeſſor tenetur reſtituere rem niſi ſibi reddatur pretium ab Eccleſia, vel minore, quatenus ſint locupletiores effecti: vnde ſi pecuniam perdiderunt, tenebitur emptor gratis rem reſtituere in vtroque foro, ſecundum ipſum: quod ſi contractus validus ſit, licèt talis, vt minor vel Eccleſia poſſint aduerſus eum reſtitui, ſecutus eſt contrahens cum eis, quo vſque reſtitutionem petierint, vt cum Innoc. Butrio & Abb. probat D. Sarm. *vbi ſuprà, num 7.*

Ex quibus idem videtur dicendum in contractu celebrato ab vxore conſtante matrimonio ſine licentia viri, vt quamuis iuxta ll. Regias ſit ipſo iure nullus in foro exteriori, ſecund. Roder. Suarez *in l.13. tit. de las deudas, lib.3. fori, q.1.* Tiraq. *poſt ll. connubial. gloſſ. 1. num. 11.* Bacc. *de non melior. rat. dot. fil. c.11. n.79. cum ſeqq.* & Matienc. *in l. 2. tit. 3. gloſſ. 1. n. 11. nou. Coll. Reg.* diximus latius *in tractat. de iuram. confirmat. 1. part. c.1. n.35. cum ſeqq.* in animæ tamen iudicio validus ſit ratione conſenſus vtriuſque partis interuenientis, qui in eo foro ſufficit, iuxta doctrinam Ant. de Butr. Abb. & communem *ſuprà* adductam, & præterea in terminis mulieris nuptæ tenet in ſimili ſtatuto Iaſ. *in d. l. ſi non ſortem, in princ. num. 4.* & Chaſſan. alios citans *in conſuetud. Burgund. in tit. des droitz & appargens Mariez, rub.4. §.1. in gloſſ. ne peult faire, num.5. fol.127.* ita tamen vt mulier ipſa in hac ſpecie non teneatur contractui huiuſmodi præciſe ſtare in foro conſcientiæ, ſed poterit bona conſcientia beneficio legis vti, etiamſi certa ſit, nullam ei fraudem factam fuiſſe: & nihilominus, qui cum vxore abſque viri licentia contraxit, poterit in foro interiori rem acquiſitam ex contractu huiuſmodi, iuſte habere & retinere, nec tenebitur eam reſtituere, niſi vocatus in iudicio, & condemnatus, dummodo fraus, vis & dolus aliàs abſit, vt deduci videtur ex opin. Domin. à Soto modo citati: & in terminis vtrumque tenet Tiraq. *vbi ſuprà, d. n.11.* & quod contractus celebratus ab vxore ſine licentia viri valeat & teneat in foro conſcientiæ, ſi ipſa mulier conſcia ſit, ſe purum conſenſum præbuiſſe, & ſatis ſufficienter intellexit quod agebat, ita quod ſi aliqua læſio interuenit, id non ignorabat, & maluit qualem qualem læſionem pati, quam contractum infectum eſſe, tenet Mench. *d. libr.1. controu. vſufreq. c. 10. n. 18* addens, quod ſi hæc mulier conſenſum re vera non præbuit, vel ſi præbuit, læſionem tulit, quam non intelligebat tempore contractus, nec illum contractum initura erat, ſi de tali læſione cogitaſſet, tunc non obligaretur in foro conſcientiæ, quaſi eo caſu conſenſus eius ceſſaret: & quod huiuſmodi contrahens, ſi dolus abfuit & læſio, tutus ſit in foro animæ, tenent plures ſecund. Menchac. *vbi ſuprà, num. 14. in fin.* & quod mulier in hoc caſu reddatur tuta in foro conſcientiæ, non obſtante contractu, cum Tiraq. & aliis probat Lanzelo *in conſuet. Alex. verb. non poſſit, q.14. n.13. fol. 132.* & Steph. Lamberteng. *de contract. gl.16. in verb non valeat, n.3. & 4.*

Contrarium tamen in hac ſpecie expreſſe tenet & probat D. Couar. *in reg. peccatum, 2. part. §.3. n.10. de regul. iur. in 6.* exiſtimans, huiuſmodi contractum eſſe etiam nullum in foro animæ, nec ex eo rem acquiſitam poſſe alteram partem iuſte obtinere aut retinere in eodem etiam foro interiori: Lex etenim iuſta, nec à præſumptione fraudis præcipuam & vltimam ac finalem rationem in vniuerſum habens, ſicut in exteriori iudicio ſeruanda eſt, etiamſi conſtet nullam ſubeſſe in actu contractus vel teſtamenti fraudem, ita etiam & in interiori animæ iudicio, vt probauit idem Couar. *in c. cum eſſes, num. 6. de teſtam.* Menchac. plures citans *d. cap. 10. num. 20.* quod nos etiam ſæpè docuimus alibi: Si ergo ipſi mulieri, quæ contraxit abſque licentia viri, permittitur, ſecura conſcientia à contractu diſſentire, vtique beneficio legis, & eadem ratione ille, qui cum ea contraxit, tenebitur ad reſtitutionem rei acquiſitæ ex contractu, qui nullum iuſtum titulum habet, ſaltem ex ea conuentione. Et hanc ſententiam Didaci aduerſus Tiraquel. latiſſimè probat & ſequitur Menchac. *d. lib. 1. controuerſ. vſu-*



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*freq. c.10. n.24. verſic. his tamen non obſtantibus*, licèt tandem in finalibus verbis huius numeri relinquat cogitandum, cum tamen *in præcedentibus* à *num.* 16. contrariam partem fundauerit: ſed opinionem hanc Couarr. ſequitur ſimpliciter Anton. Gom. *in l.3. Taur. num.124. illatio.3.* & Menoch. *lib.1 de præſumpt.qu.80. num.37.* nempe quod mulier huiuſmodi aut minor, non teneatur in foro conſcientiæ ad ipſius contractus obſeruationem, aduerſus Tiraquell. & ab eo relatos, *vbi ſuprà, num.10.* & Boër. *q.1. num.13.* & nobis etiam magis placuit *in d. tract. de iuram. confirm. 1. part. c. 1. n.42.* & nunc quoque placet, & ſequimur eam, non ſolum ex præd. fundamento, ſed etiam eo potiſſimum, quod leges huius Regni prohibentes vxorem contrahere ſine licentia viri, non ſolum id præcipiunt ob imbecillitatem mulierum, ſed etiam fauore maritorum, ne ipſis inſciis præiudicium inferretur ab vxoribus, ſi eatum contractus ſine licentia virorum celebrari valerent, vt reſoluimus *d.c.1.n.41.* quinimo principaliter hac ratione, ne ſcilicet viris præiudicium inferantur, fundari videntur dictæ leges, vt patet, quia alias mulieres innuptæ, maiores tamen ætate, poſſunt legitime per ſe contrahere. Contractus igitur celebratus ab vxore ſine licentia viri ſui, nec in foro conſcientiæ valebit, nec retinens rem ex eo acquiſitam, ſecurus erit in conſcientia, & ideo tenebitur etiam non petitus ad reſtitutionem, quoties ex eo contractu præiudicium reſultaret marito: In hac enim ſpecie, id eſt, cum præiudicio viri, non eſt dicendum, quod contractus ſit validus in neutro foro: Deficit enim tunc conſenſus & licentia viri, vt reſpectu ipſius contractus valeat: cum tamen is neceſſarius ſit (quandoquidem agitur de ipſius præiudicio) etiam ceſſantibus legibus Regiis: ne, ſi aliud diceremus, via aperiretur vxorib. nocendi ſæpenumero viris ſuis inſciis & inuitis. Eandem noſtram ſententiam poſt hæc ſcripta nouiſſimè ſequitur & probat (licèt noſtri fundamenti non meminerit) D. Azeued. *in l. 2. tit. 3. libr. 5. nou. non. Coll. Reg. n.35. cum ſeqq.* Hinc eſt, quod ſecundum magis communem & veriorem ſententiam auctorum contractus factus ab vxore ſine licentia viri, non firmetur iuramento, etiamſi eius religio magna ſit, in præiudicium viri: Iuramentum enim non eſt ſeruandum, quoties vergit in alterius præiudicium, *vt in c. cum contingat, de iureiur. & in c. quamuis pactum, cum ſimil. de pact. in 6.* ita reſoluimus *d. c.1.n.34.* eſtque veriſſimum, ibique hoc limitauimus, quoties contractus iuratus ab vxore ſine licentia viri, non eſt in præiudicium ipſius viri, vt quia altera pars non erat potiturus bonis, niſi poſt mortem mariti, vel aliàs ſoluto matrimonio, ſecund. Burg. de Paz *conſil.2. n 97.* quod ratione iuramenti ſuſtineri videtur poſſe: ſecus deficiente iuramento, ſecund. Lanzelot. *in conſuetud. Alexand. verb. vxori, quæſt.5. num.25.* Limitauimus etiam reſpectu ipſius vxoris, quæ non poterit agere aduerſus contractum ab ea iuratum, ſecundum Anton. & Imol. *num.18.* & Alciat. *in 4. notab. in dict. cap. cum contingat*, quos refert & ſequitur D. Couarru. *in 4. de ſponſal.2. part. c.7. §.1. num 3. verſic. poſſet tamen*, & Mexia *in leg. Regia Toleti, de los terminos, in 7. fundamento 2. part. num 17.*

At quod prædiximus *num.10.* videri obſtare proximè dictis, in alia ſpecie procedit, nempe in alienatione rei Eccleſiæ & minoris, atque in electione ad beneficium facta abſque iuris forma & ſolemnitate, accedente tamen conſenſu claro, & expreſſo contrahentium, quib. ex illo contractu vel promiſſione præiudicium inferri poterat ſine fraude & dolo: Sed in noſtra ſpecie deficit conſenſus alterius perſonæ neceſſario requiſitus, nempe mariti, ad validitatem contractus, quia de ipſius mariti agitur præiudicio: Ideo merito ob hoc cenſendum erit diuerſum, quam præcedentibus caſibus, de quibus *in d. n.10. ſuprà.*

Fit tamen ex ſupradictis, quod ſi ex vtilitate conuentionis & contractus à muliere celebrati abſque licentia viri, vel aliàs præſumi poſſet legitima ratihabitio eius, vel eo mortuo vxoris aut hæredum, validus eſſet huiuſmodi contractus, vt dicit D. Couar. *in dict. reg. peccatum, 2. part. §. 3. num. 10. in fin. de reg. iur. in 6.* addens, hoc eſſe caute conſiderandum & obſeruandum: & illud de vtilitate, procedit etiam in foro exteriori, vt probauit Roderic. Zuar *vbi ſuprà, in 4. limitatione*, & plures allegans Anton. Gomez *in l.55. Taur. num.2.* & vltra Iaſon cum aliis, quos citat *in l. qui iuraſſe, in princip. num.2. ff. de iureiur. & in l. contra iuris, in princip. num.7. ff. de pact*, & ibi Ioan. Oroſ. *num.1* & optime probat plures citans Matienc. *vbi ſuprà d. gloſſ.1. num.13. cum ſequentibus.*

Hinc ſuſtineri poteſt opinio Menchac. *d. lib. 1. contron. vſuſfreq. c.10. num.25. in fin.* dicentis, quod in foro animæ, ſi maritus, qui poſtea contractum celebratum ſine eius licentia ſciuit, non clamauit, vxor tenebitur ſtare iuramento, intellige tamen, dummodo ex hoc recte præſumi poſſit ratihabitio viri, quod conſcientiæ vxoris relinquendum erit. Vnde idem erit ſeruandum, etiam non ſtante iuramento mulieris in eadem ſpecie; Quandoquidem in foro conſcientiæ ſtandum ſit veritati, hoc eſt, conſenſui eiuſdem, etiam abſque iuramento: conſiderando tamen rem caute, vt aduertit Couarruuias *vbi ſuprà*, idemque ipſe cenſeo.

Fit etiam ex ſupradictis, quod ſi ex contractu vxoris, celebrato ſine licentia viri, nullum præiudicium eidem fiat, ſaltem in foro animæ, valebit per ſupradicta, atque ideo ipſa tenebitur ad obſeruantiam contractus huiuſmodi, ſine tamen præiudicio viri: Hæc tamen deductio tuta omnino non videtur, cum reuera mulier, quæ contrahit abſque licentia viri aduerſus prohibitionem legis, vel decepta eſt, & obligatio clanculum eſt celebrata vel ſeipſam decipit, & huiuſmodi contractus improbandi à bonis viris ſunt, aliàs enim facillime fieret fraus legi aduerſus omnem rationem & præberetur occaſio mille fraudibus: præſertim, cum fœminæ faciles pro natura ſua & leuis mentis plerumque ſint, præiudiciumque marito plerumque fieret, ſi matrimonio ſoluto, vxor teneretur ad obſeruantiam huiuſmodi contractus nullus & à iure improbati, quia vir priuaretur commoditate voluntatis vxoris, quam pro vtilitate communium filiorum, vel ſua, aut animarum vtriuſque ad id, quod rectius & conducibilius eſſet, adducere poſſet, niſi obligatam inueniret. Denique qui perſuadet mulieri, vt aduerſus legis decreta contrahat, bonus vir non eſt, & vel ipſam vult decipere, vel maritum iniuria afficere, qui vbi primum mulieri copulatur, omnia vxoris lege humana & diuina putat ſua eſſe, præſertim ſi adſint communes liberi: nec minus dolebit vxorem in tempus ſoluti matrimonij deceptam, quam ſi ſtatim contractus ſeruandus eſſet, & res auferenda in præiudicium poſteritatis ſuæ, cui haud aliter, quam ſibi proſpectum vellet. Quibus rationibus ſufficienter concluditur, non ſolum in foro exteriori contractum vxoris conſtante matrimonio, inſcio marito celebratum, etiam ſoluto matrimonio non valere, nec ipſam obligari ad obſeruantiam huiuſmodi contractus, vt in terminis probat Ciſuentes *in dict. leg 55. Taur. in verſ. quinto dubitatur*, quem ſequitur latiſſimè id probans aduerſus Tiraq. Baëça *de non melior. ratio dot. fil. c. 11. num. 79. cum ſeqq. incipiens à n.* 68 & Matienc. *in lege 1. gloſſ.1. num.11. tit.3. lib.5.* & nouiſſimè D. Azeued. *vbi*



*vbi ſuprà, num. 49 cum ſeqq.* vbi alios citat, & vltra eum Ioann. Stephanus Lambertengus *de contractibus. gloſſ.8. in verb. mariti, num.114.* quando ſtatutum emanauit ob ipſius mulieris fragilitatem. Sed neque etiam in foro conſcientiæ, cum nulla ſufficiens differentiæ ratio hoc caſu inter vtrumque forum aſſignari poſſit aut valeat, vt patet ex ſupradictis: Diuerſa enim hæc ſunt ab his, quæ *ſuprà num.10.* reſoluimus, ex quibus hæc deriuamus, *vt in verſ. at quod prædiximus*, aduertimus, ſicque hic traditis non obſtant: quibus fit, vt nouæ opinioni Matienc. *vbi ſuprà, verſic. ſed ſi ſoluto, &c.* non conſentiamus, dum dixit ſe credere, quod ſi ſoluto matrimonio, bona lucrata eo conſtante ſupereſſent inter coniuges, mulierem ad obſeruationem contractus aſtringi, vel eius hæredes ſoluto matrimonio, quia tunc nemini præiudicium paratur, cum etſi filij ſuperſint, iam legitimam ſuſceperunt portionem: Maritus autem mortuus eſt, cui nec eorum filiis ſit aliquod præiudicium ſi vxor ex bonis ſibi pertinentibus teneatur contractum adimplere: Hæc namque opinio euidenter deſtruitur ex ſupradictis: & ita merito ipſemet Matienc. poſtea dicit, Cogitate, dubius de ſua opinione, quam veram non eſſe cenſeo, nullaque ratione ſuſtineri poſſe, præcipue cum idem auctor teneat contrarium in articulo principali, vt vidimus, nulla maior ratio concurrat in bonis lucratis conſtante matrimonio, quæ ſunt ipſius vxoris, quam in cæteris eiuſdem bonis.

Quod ſi mulier, quæ contractum durante matrimonio fecit ſine licentia viri, conſequuta fuerit prius, quod ab aduerſario dandum erat, vel per eum non ſtetit, quo minus id conſequeretur, ipſa ſoluto matrimonio tenebitur in foro animæ contractum ex ſua parte obſeruare propter conſenſum ſemel præſtitum, vt in terminis probauit idem Menchac. *de ſucceſſ. creat. §.4. num.50. & §.30. num.32. melius n.56. in verſic. denique & in verſic. infertur*, vbi quod ſi per aduerſam partem ſteterit, ipſa quoque in foro animæ libera erit, & ſic intelligendus eſt idem Menchac. *d. lib.1. cap.10. num.16. cum ſeqq.* dum nititur probare, quod *ſuprà* retulimus *ante verſic. nihilominus*: Non enim debet locupletari cum aliena iactura. Sed hæc opinio Menchac. *d. §.4. & §.30. in numeris præcitatis* intelligi debet iuxta ſupradicta à nobis *num.* 10. nempe, deficiente fraude & dolo, & præterea vero pretio & cauſa legitima ſubſiſtentibus, ſecus vero aliàs, vel ſi mulier notabiliter ex illo contractu læderetur.

Tandem ex ſuperioribus deducitur; *An vxor contrahens conſtante matrimonio ſine licentia viri, peccet mortaliter, necne?* Nam meo iudicio ſi ex ipſo contractu marito præiudicium fiat tale, in quo materia peccati mortalis cadere poſſit, peccabit proculdubio mortaliter, quia contra leges iuſtas fecit, atque virum ſuum eo modo, quantum in ſe fuit, læſit, aliàs ſecus regulariter. Et ita intelligendus eſt Menchac. *d. c.10. n.11. cum ſeqq.* probans latè ſimpliciter partem negatiuam: & etiam Tiraquell. *in l.16. connubial. gloſſ. 4. num. 18.* quem refert & ſequitur Azeued. *vbi ſuprà, n. 40.* dicens, quod huiuſmodi mulier peccet, nempe, vt intelligas, vel de peccato veniali, vel diſtinguendo vt *ſuprà*: & idem videtur dicendum in contrahente cum ipſa muliere ſine licentia viri.

11 Vltimo ex ſuperioribus † ſe nobis obuiam veluti proſiliens offert decidenda quæſtio illa difficillima atque inter noſtrates admodum controuerſa, digniſſima tamen ſcitu; *Vtrum teſtamentum minus ſolemne debeat in foro conſcientiæ obſeruari, fidemque faciat, & ſic; An relicta in minus ſolemni teſtamento, vel codicillis huiuſmodi, debeantur ſcriptis in eis in foro conſcientiæ, necne, hoc eſt, An ſolemnitates à iure noſtro Regio requiſita, pro valore teſtamentorum & codicillorum, in foro quoque animæ obtineant atque ſeruari debeant, ita vt ſi ipſa ſolemnia deficiant, voluntas minus ſolemnis in neutro foro obliget, nec ſit probanda: vel an in hoc ſit aliqua differentia inter vtrumque forum?* in qua quæſtione qui religioſe ac rectius procedunt, iudicio doctiſſimorum Theologorum ſe ſubiiciunt, quod & nos lubentiſſime facimus, ideo ſub eorum cenſura, quia res hæc hunc locum expoſtulat & à noſtris diffuſe explicatur, imò & confuſe, & nos in tranſitu & remiſſiue loquuti fuimus de hoc *in repet. leg. nemo poteſt, numer. 460. cum ſeqq. ff. de legat.1.* nunc ſummarie, quæ in eo ſcripta ſunt, referam & meum iudicium (ſi quod eſt) exponam.

Prima igitur opinio habet; Quod voluntas teſtatoris patens, ſine dolo & fraude nuncupata, etſi ſit minus ſolemnis, in foro conſcientiæ ſit cuſtodienda atque obſeruanda, ac proinde relicta in prædict. minus ſolemni diſpoſitione, in eodem foro debentur, & qui hoc titulo poſſidet, ſit tutus in conſcientia ſecureque retineat. Huius opinionis 4. fundamenta fortiſſima congerit Franciſcus Mantica, Palatij Apoſtolici Auditor, *de coniectur. vltim. volunt lib.2. tit.14. num. 10. cum ſeqq. & 17.* fundamenta eiuſdem partis prius cumulauit Marcus Salon de Paz *in leg 3. Taur. num.1407. cum ſequentibus*, qui fundamentis contrariæ partis reſpondet latiſſime. Hanc primam ſententiam tenent ac ſequuntur plurimi auctores, quos referens eam intrepide probat Mantica *vbi ſuprà, num 9. & 29.* aſſerens ex teſtimonio aliorum, & ex ſe affirmans eſſe communem, & magis communem & veriorem, ab eaque in iudicando non eſſe recedendum; & quod diuina ſanctione ſuffulta in via ſalutis tutior videtur: & hæc opinio apparet magis communis ſecundum Couarr. *in cap. cum eſſes, num. 5. de teſtament.* vbi plurimos refert, inter quos & Theologos aliquos eam ſequentes, licèt ipſe Couar. eam non probet, eſt etiam magis communis ſecund. D. Anton. de Padilla, *in l. cum quis num. 8. C. de iuris & fact. ign.* vbi plurimos huius auctores ſententiæ, & hoc dicentes refert, non tamen eam & ſequitur: ſed & alios plures congerit, & Theologos multos Matienc. *in l.1. gloſſ.10. num. 13. tit.4 hoc lib.5.* quamuis ipſe hanc ſententiam non probet, ſed contrariam, vt *infrà* videbimus. Sed & hanc primam opinionem probarunt alij plurimi Theologi & Iuriſtæ, quos in vnum congerit Salon de Paz *vbi ſuprà, n.1457.* & Menoch. *lib. 1. de præſumpt. q. 8. num. 13.* vbi *num. ſeqq.* quinque fundamenta huius opinionis refert, eiſque ſatisfacit, cum teneat contrariam ſtatim ſequentem, & nouiſſimè eam latè probat & plures caſus ponit, in quibus ſemper voluntatem teſtatoris, licèt in minus ſolemni teſtamento vel codicillis, ſequendam eſſe in foro conſcientiæ, profitetur Molina *de iuſtit. & iur. 2. tract. diſputation. 81. colum. 488. ad finem cum ſequentibus.*

Secunda opinio eſt omnino contraria priori, quam quatuor rationibus comprobat & veriorem eſſe arbitratur Couarr. *vbi ſuprà, num 6. cum ſeqq.* vbi reſpondet fundamentis contrariis, & refert Anchar. *in c. poſſeſſor, de reg. iur. in 6. num. 20.* dicentem, ſe conſuluiſſe quatuor peritiſſimos in ſacra Theologia Magiſtros, atque inter eos præſtantiſſimum quemdam Carmelitam, qui omnes huic opinioni conſenſerunt. Sed ſeptem fundamentis eam ſuffulcit Mantic. *vbi ſuprà, num.1. cum ſeqq.* & 21. Burg. de Paz *vbi ſuprà, n.1417. cum ſequentibus*, & præterea idem facit latiſſimè Matienc. *vbi ſuprà num. 14. cum ſequentibus*, qui eam ſequitur, & alios plures huius opinionis auctores refert, & communem eſſe ex aliis teſtatur: congerit etiam alios plures Mantic. *vbi ſuprà num.8.* licèt ipſe, vt diximus,

mus, priorem probet: licèt hanc etiam ſecundam ſequitur probat & dicit veriorem Anton. Gomez *in l. 3. Taur. n.123.* necnon & Menchac. *de ſucceſſ. creat. §. 1. num. 10.* & hæc opinio receptior cenſetur ſecundum Burg. de Paz *vbi ſuprà, num.* 1455. qui neutram probauit; ſed quod *infra* dicemus. Eandem ex aliis aſſirmat eſſe communem eamque ſequitur & probat D. Ant. de Padilla *vbi ſuprà, n. 12.* vbi refert, quod ſecundum hanc opinionem fertur, non ſemel reſpondiſſe Franciſcum à Victoria ex inſtituto Sancti Dominici virum præſtantiſſimum, & quod huius ſolius auctoritas potuit rem hanc reddere compertiſſimam, & quod ipſius auctoritate frangi omnes oportet, vt huic conſentiant opinioni: hanc etiam tenet & latè probat Menoch. *vbi ſuprà.* Quid tenendum?

Ergo omnib. hinc inde penſatis, mediam quandam tertiam ſententiam bimembrem potius eligo, in hunc ſane modum; Quod hæres legitimus ab inteſtato ſuccedens non teneatur in foro animæ præſtare, nec reſtituere hæreditatem nec ſoluere legata relicta in minus ſolemni voluntate hæredibus & legatariis in ea ſcriptis, ſed ſecure in conſcientia ea ſibi retinere poſſit.

Rurſus, hæres in teſtamento minus ſolemni ſcriptus aut legatarius, cui in eo aliquid relictum eſt, poſſint ſimiliter in foro conſcientiæ poſſidere, & retinere hæreditatem & legatum, quouſque ab eis in iudicio euincatur dummodo dolus & fraus abſit.

Hæc noſtra ſententia in ſuo primo membro reſpectu hæredis ab inteſtato, & in ipſius fauorem eſt etiam communis, vt patet ex auctoribus *ſuprà* pro ſecunda ſententia in articulo principali præcitatis, qui in hac ſpecie loquuntur: & in terminis id fatetur plures citans Matienc. *vbi ſuprà, num.*41. & Lanzelot. *in conſuetudin. Alexandriæ, verb. non poſſit, quæſt.*14. *num.*6. *cum ſeqq. fol.* 131. *colum.* 2. nec non & Burg. de Paz *vbi ſuprà, num.* 1458. qui in fine numeri præcedentis exiſtimat, eam eſſe magis communem, & tandem eam ſequitur & probat *num.*1460. *& numeris ſeqq.* reſpondet rationibus primæ. Hanc etiam ſequitur, & latè probat Dominic. à Soto *lib.* 4. *de iuſtitia & iur. quæſt.*5 *artic.*3. *per totum*: qui duo vltimi auctores, & Menoch. *de præſumpt. lib.*1. *quæſt* 8. *num.* 7. *verſic. poteſt etiam*, procedere dicunt etſi hæres ab inteſtato certo ſciat & fateatur voluntatem contrariam teſtatoris, attamen minus ſolemnem eſſe dicat, ac proinde ad reſtitutionem non teneri. Addit Salon de Paz *numer.* 1474. *cum ſeqq.* hæredem, legatariumve in teſtamento illegitimo ſcriptos, ad iudicem Eccleſiaſticum recurrere aduerſus hæredem ab inteſtato minimè poſſe, vt denuntiatione Euangelica ad teſtamenti obſeruantiam conſtringantur: & præterea hæredem ab inteſtato contra teſtamentum non ſolemne agentem non peccare mortaliter, ſecundum Fortun. Graſ. & Couarru. contra Abb. quos refert, imò nec venialiter, vt affirmat Couarru. *vbi ſuprà, num.*10. etiamſi agens certo ſciet, eſſe eam voluntatem teſtatoris: vtrumque probauit Menochius, *vbi ſuprà, numer.* 28. vnde tenebitur in conſcientia ad reſtitutionem eorum, quæ ex ſententia contra hæredes & legatarios ſcriptos fuerit conſequutus, ſecundum ſupradictos: tametſi Molina *vbi ſuprà*, contrarium affirmet in ſupradictis: ſed nihilominus tenet præcedentem meam atque communem ſententiam cum ſequentibus declarationibus.

Hæc tamen, quam probamus ſententiam in hoc primo medio, procedit etiam reſpectu legatorum ad pias cauſas ſi ſacramentum ipſum, quo relicta fuere, iure non fuerit ſolemne, etiam quoad legata ad pias cauſas, nempe quod duos non habuerit teſtes, ſed vnum: ſecus aliàs: quia tunc in huiuſmodi legatis ad pias cauſas limitanda erit noſtra & communis ſententia, ſecundum Salon de Paz *vbi ſuprà num.* 1478. Similiter non procedit noſtra & communis ſententia, ſi hæres ab inteſtato habuerit læſam conſcientiam in non adimplendo dictum teſtamentum, ex text. *in cap. ſi. de præſcript. & in cap. per tuas, 2. de ſymon. cum ſimil.* ita Alexand. *in leg. nemo poteſt, col. penult. ff. de legat.*1. idem probauit Soto *vbi ſuprà*, nec non & Salon de Paz *num.*1479.

Denique præd. noſtra ſententia in ſuo ſecundo membro eſt etiam magis communis, vt conſtat ex auctoribus ſupracitatis in prima opinione principalis huius articuli, qui in hoc caſu loquitur, & affirmat Rip. *in d. l. nemo poteſt, num.*99. dicit communem eam ſequutus Dominic. à Soto *vbi ſuprà*, necnon & Burg. de Paz *vbi ſuprà num* 1480. *cum ſequentibus*, qui cum ſequitur & communem dicit, & plures eius auctores citant, & tandem *num.* 1482. dicit, eam probabiliorem & magis communem: communem etiam eam appellat Matienc. *vbi ſuprà, n.*41. licèt erroneam eam dicat, ſecutus in hoc contrariam ſententiam aliorum cum Couar. *vbi ſuprà, n.*10. & cum Anton. Gom. *in d. l.* 3. *Taur. num.*123. Hanc noſtram dicit etiam communem Iulius Clarus *lib.* 3. *recept. ſentent. quæſt.*90. *verſ. ſed quid ſi*: licèt contra eam teneat, inquit tamen, quod poſt factum bene poteſt teneri hæc communis, vt excuſetur ipſe hæres à reſtitutione perceptorum, maxime ſi fuerit in bona fide: Sed ego indiſtinctè hanc ſententiam affirmatiuam ſequi malo cum Soto & cæteris *ſuprà* citatis in fauorem hæredum & legatariorum in minus ſolemni teſtamento ſcriptorum, dummodo fraus & dolus abſit, conſtetque de voluntate defuncti, tametſi contrariam, vt communem, cum Couar. & aliis probet nouiſſimè Menoch. *vbi ſuprà, num.* 31. *&* 32. Sed præd. noſtram ſententiam bimembrem & communem, ſequitur & probat nouiſſimè Lud. Carbo. *de reſtitut. q.*45. *in* 2. *&* 3. *concluſ.* & fundamenta contraria huic noſtræ ſententiæ diluit bene Burg. de Paz *vbi ſuprà num.* 1483. *cum ſeqq.* præcipue illud, quod magis vrgere videbatur, nempe non eſſe poſſibile, eundem animæ forum pati hæredem ab inteſtato eandem hæreditatem poſſe iuſte petere atque retinere: ſimiliterque & hæredem & legatarium in teſtamento minus ſolemni ſcriptos eandem hæreditatem, reſque legatas poſſidere tuta conſcientia poſſe, cum ſint duo contraria & repugnantia, contra Text. *in l. ſi vt certo, §. duobus, ff. commod.* quia cum vnum eſt bonum, contrarium eſt malum, *cap. hoſpitalium* 32. *diſtinct.* reſpondet namque, duo contraria diuerſis reſpectibus procedere iure poſſe, vt *ibi* ex pluribus bene probat: & *num.*1495. *cum ſequentibus*, (quem ſequitur Menoch. *vbi ſuprà, num.*34.) latè agit, an huiuſmodi ſcripti in minus ſolemni teſtamento, poſſint res hæreditarias, quas aliter conſequi non valent, licite furari: & præterea *numer.* 1494. contra Ripam tenet, eos non eſſe compellendos denuntiatione Euangelica ab hærede ab inteſtato ad bona hæreditaria & legataria reſtituenda: quod etiam probauit Menoch. *vbi ſuprà, numer.*36.

Primò hæc noſtra & communis ſententia in ſuo ſecundo membro declaratur, vt procedat, quouſque hæres & legatarius ſcripti in minus ſolemni teſtamento ſint condemnati, & ſententia in rem iudicatam fuerit tranſacta, vt *ſuprà* inſinuauimus, & prius nuncupatim Dominicus à Soto *vbi ſuprà*, quod ita cum eo declarat Salon de Paz *vbi ſuprà, num.* 1493. licèt Menoch. *vbi ſuprà, num.*3. ſufficere dicat, quod hæres vel legatarius huiuſmodi ſit conuentus, ad hoc, vt ad reſtitutionem in foro animæ teneatur, quod verum credo, ſi nullam iuſtam litigandi cauſam habeat, quia per



per litis conteſtationem conſtituitur in mala fide, ac proinde peccaret mortaliter, & ad reſtitutionem cum expenſis teneretur defendendo cauſam iniuſtam, & vexando aduerſarium, & opinionem Mench. ſimpliciter tenuit Lud. Carb. *vbi ſuprà, concluſ.* 2.

Secundò limitatur, niſi hæres & legatarius ſcripti in teſtamento minus ſolemni, fuerint in contraria opinione, læſamque conſcientiam habuerunt, tunc enim, aut eam deponere debent, aut ſequi ſecundum Alex. *in dict. l. nemo poteſt, colum. penult.* Soto & Paz, *vbi ſuprà, num.*1499.

Tertiò limitanda eſt præd. noſtra ſententia, & communis in ſuo prædict. ſecundo membro, ſi teſtator extraneum hæredem in minus ſolemni teſtamento inſtituiſſet, conſanguineis indigentibus omiſſis, quibus in conſcientia ſubuenire tenebatur, vt late probat Burgos de Paz *vbi ſuprà, n.*1500. *cum ſeqq.*

Quartò limitatur, niſi aliqua fraudis ſuſpicio fuerit aduerſus contenta in teſtamento minus ſolemni: ita Angel. de Clauaſ. *in ſumma verb. teſtamentum,* 1. §. 5. Sed hoc verum intelligit Salon *vbi ſuprà, num.*1511. quod non quælibet ad hoc ſufficeret ſuſpicio fraudis, ſed illa quidem res, qua de ipſa fraude aut dolo, hæredi legatariove conſtet, ſeu qua ipſi læſam conſcientiam habere æſtimauerint.

Quod ſi hæres in teſtamento minus ſolemni ſcriptus, nec legitimus ab inteſtato ſuccedens hæreditatem adierit, nec eius poſſeſſionem ceperit, ſed vterque ea ſit probitate, vt nolit poſſeſſionem capere niſi ſibi ius faueat: tunc abſque dubio nuncupatus hæres debet cedere, & legitimus ab inteſtato ſuccedens hæreditate potiri, ſecundum Soto *vbi ſuprà* quem ſequitur Burg. de Paz *in d. l.* 3. *Taur. num.*1499.

Vlterius an hæres teſtamento non ſolemni ſcriptus teneatur in foro conſcientiæ legatariis in eodem teſtamento nuncupatis res legatas tradere, vel eas retinere poſſit, vt hæredi ab inteſtato, cum eas ab illo petierit, tradat in vtramque partem diſſerit Burg. de Paz *in d. l.* 3. *Taur. num.*1412. *cum ſeqq.* & tandem in ea perſiſtit vera ſententia meo iudicio, latè eam probans de congruo *num.* 1514. quod huiuſmodi hæres in minus ſolemni teſtamento ſcriptus poſſidens hæreditatem, tradat legatariis in eodem teſtamento nuncupatis in foro conſcientiæ res ſibi legatas, ſi legatarij idoneos fideiuſſores præſtent, illum ab hærede ab inteſtato ab omni damno deinceps contingenti immunem & liberum facturos, & quod ſic caueatur publico inſtrumento.

His tamen omnibus non obſtantib. in noſtra quæſtione Canonica principali, quam propoſuimus *ſuprà num.*7. & ab ea aliquantulum digreſſi ſumus, vt prio-
11 rem partem † comprobaremus, D. Couarr. *lib.* 1. *variar. reſolut. cap.*19. *num.* 10. contrarium indiſtinctè tenet & probat aduerſus Ioan. à Medin. *vbi ſuprà*, quem citat exiſtimans, vt etiam in animæ iudicio & conſcientiæ foro, legatum in præmiſſa ſpecie legatario debeatur, quamuis refragante conditione legato adſcriptas nuptias contraxerit, atque itidem legatarius iſte iuſte legatum percipiet: Namque frequenter adducitur, conditionem illam, *ſi non nupſerit*, non ſcriptam cenſeri, aut ſecutis nuptiis ſeruatam fuiſſe; id à veteribus Iureconſultis factum eſt in publicæ vtilitatis commodum, in odium cœlibatus & fauorem prolis ſuſcipiendæ, vt omnes maiori conatu & ſtudio procreandis liberis operam darent, vt ex ipſis Iureconſultis conſtat, & latè probat idem Couarr. *in* 4. 2. *part. cap.*8. *in princip.* & Mantic. poſt alios *vbi ſuprà num.*1. *cum ſeqq.* Lex igitur hoc voluit & ſanciuit, ſancitque potuit contra apertiſſimum teſtantis iudicium atque certiſſimam teſtatoris voluntatem, vt cenſet Couarr. priori loco præcitatus, cuius ſententia comprobatur ex traditis à nobis *ſuprà d. lib.*1. *quæ-*
*ſtion.*32. *num.*4. *cum ſequentibus*, † vbi reſoluimus con- 12
tra Alciat. diſpoſitionem, text. *in authent. de Sanctiſſ. Epiſcopis, §. ſed & hoc præſenti, collatio.* 9. *& authent. niſi rogati, C. ad Trebell.* quibus habetur, vt relictum ſub conditione nuptiarum, verificetur, ſi hæres vel legatarius monaſterium ingrediatur, ac proinde monaſterium ſuccedat: Idem ſi ipſe grauetur vel eidem ſubſtituatur, *ſi ſine liberis deceſſerit.* Nam eo religionem ingrediente, euaneſcit conditio ſubſtitutionis, & monaſterium bonorum capax hæreditatem vel legatum conſequetur, & illa conditio tunc temporis pro inualida & non ſcripta habetur, habere locum in conſcientiæ foro, etſi quodammodo lex lata videatur contra voluntatem defuncti: quod nouiſſime poſt nos contra Alcit. *reſponſ.* 502. *num.* 5. *& reſponſ.* 633. *ſecundum primam impreſſionem*, probauit Menoch. *de præſumpt. lib.*1. *quæſt.* 88. *numer.* 5. & latius *lib.* 4. *præſumpt.*58. Sed & hanc opinionem Couarr. licèt eum non referat, probat & ſequitur cum Riminald. Iunior. *in conſil.* 172. *in fin. & conſil.* 173. Mantic. *vbi ſuprà num.*4.

Quid tenendum? Ego profectò erubeſco & ſumme contremiſco in re adeo difficili, ac inter hos viros grauiſſimos, quorum diſcipulus eſſe vix mereor, iudi-
cium meum interponere: Nihilominus † tamen, cum 13
mei muneris ſit, quid ſentiam in difficultatibus inſinuare, id ita libenter, ſicut reuerenter faciam. Ad rem igitur. Diſtinctio ſupradicta Ioann. à Medina verior mihi videtur ac proinde tenenda in animæ iudicio, quæ eſt bimembris.

Primum membrum ipſius eſt, quando conſtat certiſſime de animo legantis, nolentis omnino legare, ſi legatarius contra expreſſam conditionem adiectam legato nupſerit, ſcilicet quando poſt verba conditionis, *Si non nupſerit*, vlterius proceſſerit, addendo, & non aliàs: vel *ſi nupſerit*, nihil ei relinquo, aut lego: Hac enim in ſpecie opinionem Medinæ veriſſimam eſſe cenſeo, quoniam apertiſſime conſtat, tunc de duplici voluntate teſtatoris expreſſa, & ſpecialiter declarata. Prima volentis, legatarium non nubere, & hoc caſu legat. Secunda, quod ſi nupſerit, legatum minimè conſequatur. Quis igitur in hac facti euidentiſſimi ſpecie audebit cenſere, legatum deberi in conſcientia contra voluntatem teſtatoris negatiuam & prohibitiuam, adeo expreſſam & claram? An forte quod ipſius voluntas manifeſta in actibus voluntariis ac procedentibus à mera voluntate ipſius, non ſit ſeruanda? Minimè, reclamantibus iuribus voluntatem teſtatoris eſſe omnino ſeruandam, ac in conditionibus primum locum obtinere. An verò quod in re propria quilibet non ſit moderator & arbiter, vel etiam quod qui potuit non legare adimere non valuerit? Non profectò, cum hoc eſſet contra manifeſtas iuris regulas. Non igitur ſecus erit in hoc caſu, ac ſi quis cum Titiæ ſi non nuberet, centum promiſiſſet, quod ſi nuberet, nihil. Sed nonne in hac ſpecie Titia nubens aliquid ex hac promiſſione petere aut conſequi poterit? Nihil profectò, vtpote agens ex promiſſione qualificata & conditionali, ac proinde aut prout iacet & concepta fuit, eam acceptare tenetur, aut repudiare: Non igitur poteſt in parte eam acceptare, & in parte reiicere: argumento in ſimili doctrinæ Barthol. communiter approbati *in l. Aurelius, §. idem quæſiit, numer.* 1. *&* 2. *ff. de liberat. leg.* & in terminis promiſſionis huiuſmodi per viam contractus hoc expreſſe probat Medina *vbi ſuprà, in verſic. reſpondeo ſaluo meliori iudicio*: id quod neceſſarium eſt fateri: Ille enim qui ſub illa conditione promiſit,

promiſit, potuit, prout fecit, conditione non adimpleta promiſſionem auferre, ſiue penitus non fuiſſe factam in continenti declarare, hoc eſt, eam delere. Idem igitur dicendum eſt in vltimis voluntatibus; Quandoquidem valet argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, & è contra, vbi diuerſa ratio non militat, vt latè per Euerhard. *in centur legal. cap.* 17. Accedit † præterea, quod forus conſcientiæ ſemper nititur veritati, atque ipſam comitatur aduerſus præſumptionem legis, in qua lex ipſa ciuilis fundatur, ſecundum Ioannem Andream *in cap. is qui fidem, de ſponſal:* latè Alciat. *conſil.* 53. *num.* 8. *libr.* 9. *& in leg. quinque pedum, numer.* 10. *in fine, Codic. finium regund.* latiſſimè Menoch. *de præſumpt. libr.* 1. *quæſt.* 88. *in principio, & per totam*: id quod Doctores Theologi communiter paſſim fatentur ac docent: Vbi enim lex poſitiua aliquid diſponit, fundando ſe in præſumptione, & non ſuper veritate, ea non eſt ſeruanda in foro conſcientiæ, ſi veritas ſit contra præſumptionem: ita per pulchras rationes probat Federicus de Senis *conſil* 21. *nunquid*, ſequitur Abb. *in cap.* 1. *num.* 10. *de conſtitut.* ſequitur Decius *conſil.* 49. *num.* 3. *lib.* 1. ſed veritas certiſſima ac indubia in propoſito ea eſt, teſtatorem nihil legaſſe Titiæ, ſi ipſa nuberet: Contractis igitur ab ea nuptiis, nihil conſequitur in conſcientia. Quinimo & in foro † iudiciali atque exteriori in caſu huius primi membri diſtinctionis Ioann. à Medina idem probandum cenſeo, non obſtantibus iuribus *ſupra in principio huius capitis* in contrarium adductis: Ea enim expreſſe loquuntur & procedunt in legato ſub conditione ſimplici, *ſi non nupſerit*, relicto, non declarato vlterius per teſtatorem, quid faciendum ſit, ſi nupſerit; Quo caſu nil mirum, ſi interpretatione iuris adhuc legatum debeatur, non ſolum in foro exteriori, ſed etiam in conſcientia, vt in ſecundo membro Doctor Ioann. à Medin. de quo ſtatim agemus. At verò quando teſtator in prædict. legato conditionali vltra proceſſit, exprimendo ſuam voluntatem, *vt ſi nuberet*, nihil legabat, nec aliquid conſequeretur legataria, non declarant leges prædictæ quid faciendum ſit, nec in hac ſpecie idem decidunt, quod in ſimplici conditione non nubendi decidit, & ſic tanquam caſus omiſſus, remanet ſub diſpoſitione iuris communis: *argumento l. commodiſſime, ff. de liber. & poſthum. cum ſimi.* Sed apertum eſt in iure, voluntatem expreſſam teſtatoris inducere formam, ac omnino obſeruandum eſſe: Ergo huiuſmodi legataria ſi nubat aduerſus expreſſam prouiſionem & prohibitionem teſtatoris, legatum minimè conſequetur.

16 Hoc idem fortiori † adſtruitur fundamento: Nam in caſu *d. auth. de ſanctiſſim. Epiſcop. § ſed & hoc præſenti, & in d. authent. niſi rogati, C. ad Trebell.* etſi quodammodo contra defuncti voluntatem ac ſonitum verborum ipſius ius interpretetur, vt hæreditas vel legatum ſub prædictis conditionibus relicta pertineant ad monaſterium, habita pro inualida, vel non ſcripta conditione nuptiarum, vel illa, *ſi ſine liberis deceſſerit*, in fauorem religionis (ſicut in propoſito pro non ſcripta habetur conditio non nubendi, propter fauorem prolis ſuſcipiendæ, & in publicæ vtilitatis commodum, vt prædiximus) nihilominus tamen in caſu *dict. §. ſed & hoc præſenti, cum ſimilibus*, ſi expreſſe & clare conſtaret de voluntate contraria teſtatoris, volentis excludere monaſterium, ſubſtitutumque eidem monaſterio præferre, non procederet diſpoſitio prædictorum iurium, vt cum communi plurimorum doctorum, quo citauimus, ſententia reſoluimus *dict. libr.* 1. *Canon. quæſt. cap.* 32. *numer.* 26. affirmantes proculdubio tanquam veriſſimam & receptiſſimam eſſe tenendam hanc opinionem in iudicando & conſulendo: Cum enim diſpoſitio *dict. §. ſed & hoc præſenti, & ſimilium iurium* procedat & loqaatur per interpretationem, præſumptionem atque fictionem, vt paſſim omnes fatentur, legis interpretatio tunc locum habebit, quando de mente teſtatoris conſtat, voluiſſe ſuam voluntatem ſubiicere iuris interpretationi, prout contingit in prædictis duabus ſimplicibus conditionibus nuptiarum, & ſi ſine liberis deceſſerit, de quibus *in dict. §. ſed & hoc præſenti, cum ſimilibus.* Vbi verò verba teſtatoris clara ſunt, eiuſque mentem eructantia, ex quibus voluit diſpoſitionem ſuam naturaliter, non verò ciuiliter intelligi, tunc locum habere non debet diſpoſitio *dict. §. ſed & hoc præſenti, cum ſimilibus*, in iuſtitia, nec in conſcientia, vt dicemus *infra num.* 17. Si igitur hoc ita eſt contra fauorem religionis, tametſi religioſorum ſtatus perfector ſit, quam eorum, qui coniugio operam dant, *vt in cap. nuptiæ*, 32. *quæſtion.* 1. *in Clementina exiui, in principio, de verb. ſignific. cap. commiſſum, de ſponſ.* Idem conuincitur dicendum in noſtra ſpecie legati per teſtatorem relicti, *ſi non nupſerit*, addito, *Et non alias*, vel *quod ſi nubat*, nihil ei legat vel relinquit, propter expreſſam & formalem voluntatem teſtatoris, qui vlterius proceſſit, non legando, ſi nuberet legataria: fauor enim, qui Iuriſconſultos veteres in publicæ vtilitatis commodum, & in odium cœlibatus & fauorem prolis ſuſcipiendæ mouit ad cenſendum, conditionem illam, *ſi non nupſerit*, pro non ſcripta haberi, ac proinde ſufferendam eſſe, vt prædiximus, conſiderandus eſt eo in caſu, quo ipſi loquuntur, & illud diſponunt, nempe in ſimplici conditione & voluntate non nubendi, interpretantibus tunc temporis ipſius, verba prædicta conditionalia eo modo, quo *infrà* dicemus in ſecundo membro, idque quando non habetur expreſſa de animo diſponentis certitudo in contrarium; Ea namque habita, opus non eſt diſponentium verba aliter interpretari, cum aliàs ipſimet Iuriſconſulti deditiſſimi fuerint obſeruationi voluntatis expreſſæ defunctorum, vt paſſim in iure videmus: Imò in exequutione teſtamenti & vltimæ voluntatis defuncti verſatur fauor publicus, *vt in leg. vel negare, cum ſimilibus, ff. quemadmodum teſta. aperiantur*, non verò idem fauor præſumptus conſiderari debet, etiam vbi expreſſe teſtator diſpoſuit contrarium, hoc vel illo caſu particulari, vel cum hac vel illa perſona, ex quo non derogatur, nec derogari poteſt in vniuerſum bono matrimonij prolis ſuſcipiendæ: remanent enim in Republica, ac in vniuerſo orbe, quamplurimi, qui matrimonia contrahere valeant, nec ex illa conditione in particulari impeditur in vniuerſum facultas matrimonium contrahendi proliſque ſuſcipiendæ. Quod ſi adhuc in perſona huiuſmodi legatariæ impediri dicas bonum ſuſcipiendæ prolis, id contra voluntatem expreſſam legantis, legatumque adimentis, ſi ſecus fiat, cum potuerit ſimpliciter non legare, & in re ſua ſit moderator & arbiter, conſiderandum non videtur, cum hæc legataria, ſi nubere velit, non impediatur id facere, legatum amittendo, cum poſſet etiam non nubere, etiamſi legatum huiuſmodi ſibi relictum non fuiſſet: Non igitur reuocatur à matrimonio præciſe, ſed cauſatiue, & quamuis inuitetur ad non nubendum ſpe lucri, id tamen lucrum auferri ſibi potuit ab eodem teſtatore nubendo, cum poſſet vſque ad mortem ſeorſum, & ex internallo voluntatem ſuam ac teſtamentum proprium in totum & in partem mutare ac reuocare, *vt in cap. cum Marthæ, de celebrat. Miſſarum, cum ſimil.* Potuit ergo in

conti



continenti contraria conditione legatum expreſſe adimere, vt *in rubric. & per totum, ff. de adimen. leg.* Si enim Iuriconſulti illi veteres interpretantes in fauorem matrimonij conditionem illam ſimplicem legati, *ſi non nupſerit*, interrogati fuiſſent, quid ſi teſtator vltra proceſſerit, adimendo expreſſe legatum, *ſi legataria nuberet*, credendum eſt ex ſupradictis omnibus contrarium in hac noſtra ſpecie reſponſuros: Ergo hoc idem pro expreſſo haberi debet, quandoquidem contrarium ipſi non dixerunt: argumento gloſſæ communiter approbatæ *in l. tale pactum, § fin ff. de pact.* In ſumma Iuriſconſulti illa vtuntur interpretatione voluntatis defuncti in ſimplici conditione non nubendi, quando vlterius teſtator non proceſſit, ſi contra factum fuiſſet, vt ex ipſis patet, non vero alias: Ergo eorum interpretatio extendi non debet ad caſus contrariæ voluntatis expreſſæ per teſtatorem, quia in claris non eſt locus coniecturis, vt *in leg. continuus, § cum ita, cum ſimil. ff. de verb. obligat.* Vnde merito Methymna *vbi ſupra, in dict. verſicul. reſpond. per totum*, hoc idem voluit in foro exteriori, ſicut & in interiori animæ, propter expreſſam voluntatem contrariam teſtatoris, tametſi apertius id probet loquens in foro conſcientiæ.

17 Non obſtat † modo, quod pro Didaco Couar. contra hoc primum membrum *ſuprà* adduximus, nempe, diſpoſitionem *d. §. ſed & hoc præſenti*, procedere etiam in foro conſcientiæ, ſicut in exteriori etſi quodammodo contra voluntatem teſtatoris ibi interpretatio fiat in fauorem religionis: Hoc namque dupliciter ſoluitur. Primo, vt procedat, prout loquitur, in caſu ſimplici, de quo in dictis iuribus, quando teſtator vlterius non proceſſit annullando vel adimendo legatum, ſi ſecus fieret, prout in noſtra ſpecie fecit, tunc enim per interpretationem iuris habetur pro non ſcripta præd. conditio in fauorem religionis, etſi contra verba & voluntatem teſtatoris id videatur eſſe, quamuis ipſe contrarium expreſſe non cauerit, quia vlterius non proceſſerit. At vero in caſu illorum iurium expreſſe diſponeret contrarium teſtator, monaſterium minime ad legatum vel hæreditatem huiuſmodi ſic relictam admitteretur in foro exteriori, vt cum veriſſima & receptiſſima ſententia reſoluimus: nec etiam in conſcientia, quandoquidem nec iuſtitia id permittit, fundata in expreſſa voluntate & diſpoſitione teſtatoris, ſicut contingit in noſtra ſpecie. Secundo reſp. quod diſpoſitio Iuſtiniani *in d. §. ſed & hoc præſenti, cum ſimil.* eſt recepta in iure Canonic. *in c. in præſentia, de probat.* vnde nil mirum, ſi in conſcientia etiam locum habeat, cum ius canonicum magis ſequatur legem Dei, quam ſæculi, vt latè deduximus *d. c.* 32. *n.* 5. *cum ſeqq.* At vero diſpoſitionem ICtorum veterum, de quibus *in princ. huius c.* loquentium in terminis noſtræ quæſt. præſentis, non inuenio iure Canon. approbatam: Ergo nil mirum ſi ipſam in conſcientia non procedere dicamus contr. expreſſam diſpoſitionem & Ordinationem teſtatoris: & hoc de primo membro diſtinctionis Ioan. à Medina.

18 Circa quod † obſeruandum erit ex Medin. *vbi ſupr. in ver. ex eiſdem*, quod quando ipſe donatarius vel legatarius certus eſt, quod animus donanti fuerit non aliter donare, niſi exiſtente ſeu adimpleta conditione per eum appoſita, ſiue id donator vel teſtator tempore donationis vel legati, ſiue alias animum ſuum donatario vel legatario explicuerit, non erit tutus donatarius vel legatarius per exceptionem rei iudicatæ, ſi re ad iudicium delata, fuerit pro eo iuris interpretatione iudicatum: quod ex ſuperioribus ſatis deducitur: ſecus vero erit, ſi animo non explicato verbis, nec alias, voluit ipſe donator vel teſtator ſtare iuris interpretationi, prout in dubio præſumendum eſt: Nam tunc, vt *infra* dicemus *in* 2. *membro*, etiam in foro conſcientiæ ſtandum erit prædictæ iuris interpretationi.

Secundum † membrum diſtinctionis Methymnæ 19 eſt, quando animus legantis ſub conditione, *ſi non nupſerit*, eſt incertus, vt tunc temporis tute poſſit iuris interpretationi ſeu præſumptioni ſtari, nempe quando teſtator ſimpliciter alicui legauit ſub conditione ſimplici, *ſi non nupſerit*, nec vlterius proceſſit declarando, & non alias, vel *ſi nupſerit*, non lego: Quia cum in hac ſpecie ipſe legans non ſufficienter expreſſerit, quod fieri oportet ſi conditio deficeret, quamuis regulariter in aliis conditionibus, matrimonio, nec religioni contrariis, ſatis ex mente teſtatoris à contrario ſenſu collecta, iuncta iuris diſpoſitione, conſtet, legatum ſeu aliam diſpoſitionem conditionalem conditione deficiente corruere; attamen in conditione præfata *ſi non nupſerit*, quia ea videtur in grauamen Titiæ legatariæ cedere, cum legans videatur eam quodammodo ad perpetuam continentiam (hoc eſt cauſatiue, licet non præciſe) obligare, ac proinde videatur conditio impeditiua matrimonij, tunc ius ipſum verba legantis ſub conditione, *ſi non nupſerit*, in fauorem matrimonij & religionis interpretatur, non in eum ſenſum, quem contrahentes de facto habent, nec quem verba ipſa ſonant, ſed in ſenſum, in quo fieri rationabiliter poſſunt ac debent: Credendum eſt enim, talem fuiſſe teſtatoris voluntatem, ſicut lex ipſa conſtituit & interpretatur, tametſi verbis refragari quandoque videatur, *argumento l. nam hoc iure, cum ſimil ff. de vulgari & pupill. idemque in caſu dict. leg. Titia*, dicendum venit, vbi multiplex eſt legatum, nempe, *ſi non nupſerit*, ducenta, *ſi nupſerit* centum, quia forte voluit lex illa legata ſeorſim interpretari, ac ſi vnum quodque eorum ſeorſim factum fuiſſet, idque in fauorem coniugij, vt ſiue nubat, ſiue non nubat, habeat ſemper ducenta, quia per conditionem illam, *ſi nupſerit*, ac ſimul diſpoſitionem, lego ei centum, videtur eam ad nubendum obligare, ac proinde à maiori bono, ſcilicet à perpetua continentia impedire, & ideo cum non addiderit expreſſe, & non alias, talis conditio ſimiliter repellitur: Merito igitur, vt in huiuſmodi caſibus, nempe in ſimplici conditione non nubendi, vel nubendi, vbi teſtatur expreſſe vlterius non proceſſit, addendo *& non alias*, vel *ſi nupſerit*, ei nihil lego, ſecure in foro conſcientiæ ſtari poſſit præd. iuris interpretationi vel præſumptioni, quæ habet; Vt reiecta conditione non nubendi, legataria nubens integrum legatum conſequatur, quia in his caſib. non repugnat expreſſa & ſpecialis prohibitio teſtatoris, alias ſecus, vt in primo præcedenti membro diſtinctionis: & in hoc ſecundo concordant Methymna & Couar. *vbi ſupra.*

Imo etſi D. Couar improbet Methymnam in ſupra- 20 dictis, attamen, ſi ad eius rationes ac etiam verba attendamus, tantum ipſa concludunt in caſu huius 2. membri, in quo Methymna non contrarium, ſed idem probat quod Cou. quamuis ipſe Cou. exiſtimet indiſtincte legem reiecta conditione non nubendi, legatario etiam nubenti aduerſus certiſſimam teſtatoris voluntatem legatum deferre, non in pœnam legantis, ſed in fauorē Reipubl. & prolis ſuſcipiendæ, ne legatarius retrahatur à ſuſcipiendis liberis: quo fit, inquit ipſe (& nunc ad rem) vt etiam in animæ iudicio: & conſcientiæ foro, legatum legatario debeatur, quamuis is refragante conditione legato adſcripta nuptias contraxerit, atque itidem legatarius iuſte legatum iſtud percipiet; Hoc enim lex voluit & ſanciuit, ſancireque potuit contra apertiſſimum teſtatoris iudicium, quicquid in contrarium ſenſerit Ioann. à Medin. *in libr. de reſtitut. quæſt.* 23. *col.* 8. Hæc Couar.



Ex

Ex quibus verbis duo colligo. Primo, loqui ipſum in caſu prædictarum legum, diſponentium, vt conditio illa adiecta legato, *ſi non nupſerit*, non ſcripta cenſeatur, ac proinde reiiciatur, & ſic in conditione ſimplici, *ſi non nupſerit*, in qua loquuntur prædictæ leges, & ſic quando teſtator vlterius non proceſſit addendo, *& non alias*, vel *ſi nupſerit*, non ei lego, vel nihil ei lego, quo caſu cum ius ipſum interpretetur verba legantis in fauorem matrimonij, nuptiis ſequutis, quia teſtator verbis expreſſis contrarium non præcepit, vel matrimonium non prohibuit, & Methymna & Cou. idem probant, nempe in foro conſcientiæ tute ſtandum præd. interpretationi.

Non vero loquuntur prædictæ leges antiquæ, vt *ſupra* docuimus, nec Cou. cum ſecundum eorum, quam allegat intelligendus ſit, iuxta doctrinā Bart. communiter approbatam *in l. non ſolum, §. ſi liberationis verba, n. 7. ff. de lib. legat.* ſequitur Beccius *conſil. 52. n. 97.* & Petrus Surdus *conſil. 9. n. 50.* vbi plures citat in caſu prioris membri, nempe quando vltra conditionem expreſſam *non nubendi*, vlterius adiecit teſtator, *& non alias*, vel *ſi nupſerit*, nihil ei lego: Hunc enim caſum, in quo Methymna dixit, in foro conſcientiæ ſtandum eſſe animo legantis certiſſimo & ſic verbis expreſſis, Cou. ipſe non conſiderauit nec diſtinxit, licet quædam verba interſerat, quibus eo caſu prima facie loqui videatur nempe dum dicit: Lex igitur, reiecta conditione legatario etiam nubenti aduerſus certiſſimam teſtatoris voluntatem legatum defert, &c. quo fit, vt etiam in animæ iudicio & conſcientiæ foro legatum legatario debeatur: attamen cum expreſſe loquatur in lege deferente legatum legatario, reiecta conditione non nubendi, manifeſte apparet, id procedere in ſecundo membro diſtinctionis Methymnæ nempe in ſimplici condiſione non nubendi alio non adiecto per teſtatorem, quo caſu ipſa lex loquitur: non vero in primo membro, quando addita eſt clauſula nullationis, vel ademptionis legati, *ſi legataria nupſerit*, vt *ſupra* deduximus. Similiter idem ex aliis verdis Couar. patet ſtatim *ſeqq.* ibi: *Quamuis refragante conditione legato adſcripta, nuptias contraxerit*; Nam conditio legato adſcripta, de qua leges, & Couar. loquuntur, eſt tantum illa ſimplex non nubendi, nihil amplius adiecto, vt prædiximus: Igitur in ſecundo membro diſtinctionis ſuprapoſitæ loquitur Couar. in quo Methymna idem tenuerat, non vero in primo, quando vltra ſimplicem conditionem non nubendi teſtator adiecit cætera verba. Non obſtant etiam alia verba eiuſdem Couar. quæ huic diſcurſioni obſtare videbantur, nempe; *Hoc enim lex voluit, & ſanxiuit, & ſancire potuit contra apertiſſimum teſtatoris iudicium.* Nam eodem modo reſpondemus his verbis, quo ſuperioribus ſimilibus ſatisfecimus, loqui nempe in caſu legis veteris ſimplicis conditionis non nubendi, & tunc apertiſſimum contrarium iudicium teſtatoris appellat Couar. id, quod ex ſimplici conditione non nubendi reſultat, vt regulariter in cæteris conditionibus videmus ipſis deficientibus, nihilominus hoc ius interpretatur in noſtra ſpecie in fauorem matrimonij quia teſtator vlterius non proceſſit ſufficienter declarando, quid tunc fieri oporteret: cui interpretationi ſtandum eſt in conſcientia ſecundum ipſum Methymnam & Couarru.

Secundo colligo ex Couarr. *vbi ſuprà*, ipſum reprobaſſe Methymnam *in d. 1. membro*, dum inquit Couarr. quicquid contrarium ſcripſerit Ioannes à Medina tanquam aliud ſentientem in ſupradictis, cum tamen re uera Methymna in hoc improbari non debuerit, quia dum tenet in primo diſtinctionis membro *ſuprà* poſito, legatarium huiuſmodi in foro conſcientiæ non poſſe habere legatum, cum animus legantis certus & expreſſus ſit nolentis legare, ſi legataria nupſerit, recte loquitur, vt prædiximus, & verba nec rationes Couar. in hoc caſu loquantur, ſed in caſu ſecundi membri diſtinctionis ſupradictæ, nempe, quoties teſtator vltra non proceſſit, ſed ſtetit in ſimplici conditione, *ſi non nupſerit*, qua in ſpecie vterque in idem conueniunt.

## SVMMARIVM.

1 *An hæredi, non petente legatario legatum, poſſit illud præſcribere, & n ſeqq.*

2 *Hæres grauatus etiam poſt multum temporis differens reſtitutionem fideicommiſſi, lucratur fructus perceptos negligentia fideicommiſſarij non petentis.*

3 *Res per fideicommiſſum relicta, & per teſtatorem alienari prohibita, quamuis præſcribi non poſſit, maxime antequam exſiſtat conditio fideicommiſſi, tamen poſt purificationem fideicommiſſum præſcribitur ſine titulo tempore 30. vel 40. annorum.*

4 *Vbi per acceptionem vel agnitionem alicui eſt actio competitura, antequam is agnouerit, alter contra quem actio datur, non poteſt dici malæ fidei poſſeſſor.*

5 *Quando is qui poſſidet, aut debet, non tenetur offerre nec ire ad domum creditoris, nec aliquid facere niſi petatur ab eo, tunc etiam de iure Canonico illo non petente præſcribetur.*

6 *Actio pignoratitia an præſcribi poſſit triginta annis, à ceſſatione oblationis debiti.*

7 *Iuri petendi legatum, vel fideicommiſſum, præſcribitur triginta annis.*

8 *Hypotecharia à tertio poſſeſſore contra creditorem, quo tempore præſcribatur.*

9 *Legatum ante acceptationem acquiritur legatario, quandoque à morte teſtatoris, quandoque ab adita hæreditate: quod procedit nedum in rebus corporalibus, ſed etiam in incorporalibus, nempe in ſeruitute legata, vt in n. 10. etiam res incorporalis legetur, vel relinquetur per fideicommiſſum, vt in n. 11.*

12 *Dominium rei legatæ tranſit in legatarium à die mortis defuncti, vel aditæ hæreditatis, reuocabiliter, nempe, vt legatarius poſſit illud agnoſcere vel repudiare: ſecus irreuocabiliter, vt hic latius declaratur.*

13 *Legatum ita dominium rei legatarij facit, vt hæreditas hæredis res ſingulas.*

14 *Iuri adeundi præſcribitur triginta annorum ſpatio.*

15 *Ius ſupplementi legitimæ præſcribitur, ſi non petatur.*

16 *Legatum relictum legatario, ſi volet, vel ſub alia conditione mere voluntaria vel onere, abſque dubio præſcribitur ſpatio triginta annorum legatario illud non petente, vel voluntatem ſuam non declarante, onus vel grauamen non adimplente, & in n. 17.*

18 *Hæres tenetur certiorare legatarium legati ſibi relicti, alias erit poſſeſſor malæ fidei, & præſcribere illud minime poterit, & competit tunc temporis legatario contra præſcriptionem triginta annorum reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ ex clauſula generali prætoris, Si qua mihi iuſta cauſa, &c. vt num. 19.*

20 *Ignorantia probabilis eſt æqua & iuſta cauſa concedendi reſtitutionem in integrum his, qui læſi ſunt lapſu temporis, quod procedit etiam aduerſus præſcriptionem triginta annorum, vt in num. 21. vbi quod ignorantia hoc caſu præſumitur, & poteſt tunc temporis peti, in integrum reſtitutio intra quadriennium à die ſcientiæ ex capite ignorantiæ, quia eſt vtile ab initio, quamuis in proſequutione ſit continuum, vt in num. 22. & ſi per centum annos ignoraret, & non peteret quis prædictam reſtitutionem, nunquam ei curreret prædictum tempus quadriennij, vt in n. 23.*

24 *In dubio interpretatio eſt facienda, vt reſtitutio aduerſus præſcriptionem concedatur.*



## CAPVT XXVI.

### *Hæres, antequam legatarius agnouerit legatum, an id præſcribere poſſit?*

1 SOlet † apud vtriuſque iuris Interpretes de illa controuerti quæſtione, quæ huic operi conueniens eſt; *An hæres, non petente legatario rem vel quantitatem ſibi legatam, poſſit illam præſcribere?* Et ſane in re hac ab omnibus allegatur Petrus Ancharan. ſummus Canoniſta *in reg. ſine poſſeſſione, in 11. oppoſit. col. 18. verſ. item intellige, de regul. iuris, in 6.* ad hoc, quod hæres non poteſt dici malæ fidei poſſeſſor, antequam legatarius quantitatis, vel certæ ſpeciei agnouerit legatum, etiamſi hæres ipſe ſciat illam rem vel quantitatem Titio legatam eſſe, ideoque eam poſſe præſcribere, etiam iure canonico attento, & hoc dicit conſuluiſſe Bald. & ſequitur Soc. *conſil. 43 in cauſa vertente, col. 5. verſic. præterea hanc partem, lib. 1. conſil. 2. in cauſa teſtamentaria, in fin. lib. 3.* Dec. *conſil. 554. n. 2.* Rip. *in l. fin quæſt. 69. C. de reuoc. and. donat.* & Franciſc. Balb. *in tract. de præſcriptionib. 1. part. tertiæ partis principal. quæſt. 13. num. 9. vol. 8. tractat. diuerſorum Doctorum, fol. 29. in antiq.* dicens eſſe perpetuo notandum, Paulus Pariſ. *conſil. 92. n. 34. lib. 3* Ant. Rub. *conſil. 3. dicitur, in fin.* Marian. Soc. Iun. *conſil. 74. n. 31. cum ſeqq. & conſil. 145. num. 71. lib. 1.* Ant. de Fano *de pignor. 6. part. 2. memb. n. 22.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam, verb. reuertatur, n. mihi 391. C. de reuoc. don. & de vtroque retract. lign. §. 56. gloſſ. 2 n. 4. fol. mihi 254.* Eandem ſententiam plures allegans ſequitur & probat D. Couar. *lib. 1. var. reſol. c. 9. num. 5.* & iſta eſt verior & communis ſententia, & ſic in iudicando & conſulendo tenenda, vt plures auctores allegans eam ſequentes affirmat Petrus Rebuff. *in repetit. l. vnic. in 1. notab. n. 54. C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, profertur:* & eſt veriſſima & communis, vt plures alios allegans profitetur eam ſequutus Bec. *conſil. 48. n. 4. lib. 1.* idem teſtatur plures referens Pet. Surd. *conſil. 60. n. 16.* & eam ſequitur etiam plures allegans Simon de Præt. *de interpretat. vlt. volunt. lib. 3. interpretat. vlt. n. 27. fol. 280* vbi *n. 28.*
2 hinc eſſe dicit, † quod hæres grauatus etiam poſt multum temporis differens reſtitutionem fideicommiſſi, lucratur fructus perceptos negligentia fideicommiſſarij non petentis, vt *in l. mulier, §. ſi hæres. ff. ad Trebell & n. 26 præcedenti*, refert plures auctores tenentes, quod
3 † quamuis res per fideicōmiſſum relicta, & per teſtatorem alienari prohibita præſcribi nequeat, vt *in l. 2. C. pro empto*, maxime, tanquam exſiſtat conditio fideicommiſſi. Bald. *conſil. 351. item ad illud, lib. 3.* tamen poſt purificatam fideicommiſſum præſcribitur ſine titulo tempore triginta vel quadraginta annorum.
4 Huius † communis ſententiæ eam aſſignant omnes rationem, quod vbi per acceptationem, agnitionemve alicui eſt actio competitura, antequam is agnouerit, alter, contra quem actio datur, non poteſt dici malæ fidei poſſeſſor, ſunt enim quædam iura & actiones quæ ipſo iure nobis competunt non exſpectata alia declaratione, & in his mala fides impedit præſcriptionem, vt *in cap. fin. cum materia de præſcriptionib.* quod in caſu loquitur, & intelligendum eſt: quædam vero ſunt iura, quæ competunt nobis facta declaratione, vt in caſu *l. 2. C. de iur. emphyteut.* nempe, emphyteutæ cadentis à iure ſuo, & in legatis, vt *in l. cum pater. §. ſi du. & ibi* Bart. *ff. de legat. 2.* & in his ante factam declarationem, cum iuſte debitor ignorare poſſit, an creditor agnoſcere vel acceptare velit: & non teneatur ante factam declarationem, interim non dicitur malæ fidei poſſeſſor, ac proinde præſcribere poterit.

Quæ † ſententia communis comprobatur ex alia 5
certiſſima, quæ habet; Quod quando is, qui poſſidet aut debet, non tenetur offerre nec ire ad domum creditoris, nec aliquid facere, niſi petatur ab eo, cui actio competit, tunc etiam de iure canonico, illo non petente, præſcribitur, quia nihil eſt, quod ei imputari poſſit, ſiue quod eum conſtituat in mala fide: ita in terminis voluit Abb. *in cap. Eccleſia ſancta Maria, col. 15. verſic. ſed pro concordia, n. 36. de conſtit. & in cap. quod clericis, col. penult. verſ. ideo dicit, de foro compet.* ſequitur Dec. *d. conſ. 544. n. 4* & Tiraquell. plures auctores referens *in d. l. ſi vnquam, verb. reuertatur, num. 390.* vbi hoc cum Raph. Cuman. *conſil. 67 ſtatuto ciuitatis Vincent. & conſil. 191. viſa copia. col. 2. & conſ. 147. domina Conteſſa*, intelligit, niſi debitor ſciret creditorem ignorare, de quo agemus *infra, n. 8. cum ſeqq.*

Secundo, † eadem communis ſententia Petr. Anch. 6
adſtruitur ex communi interpretatione gloſſ. *in l. cum notiſſimi. §. eodem iure, verb. opponere, C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* quæ habet; Vt licet creditor rem debitoris ſibi pignori traditā obtinens nequeat illam præſcribere ob ſcientiam rei alienæ; actionem tamen pignoratitiam, ſi debitor 30. annor. ſpatio debitum non obtulit, optime præſcribere poteſt, cum ea actio, donec debiti oblatio fiat, minime oriatur: Interim ergo dum oblatio non fit, non oritur pignoratitia, *l. ſi rem alienam, §. omnis, ff. de pignorat. act. §. vlt. Inſtit. quibus mod. re contrah. oblig.* eoque tempore bonam fidem habet creditor reſpectu iuris offerendi debitori competentis: quam ob rem huic iuri offerendi præſcribitur principaliter, & ex conſequenti pignoratitiæ actioni, quæ ex ea oblatione foret competitura. Debitor enim congruo tempore offerendo debitum, vel ſoluendo, potuit facere, vt ſibi actio pignoratitia naſceretur, *argum. l. qui poteſt facere. ff. de regul. iur.* quod cum non fecerit tanquā valenti agere & non agenti cucurrit præſcriptio, vt *in l. 1. §. fin.* à contrario ſenſu, *C. de annali except.* vt in ſpecie explicat Ant. de Fano *vbi ſupr. n. 16.* poſt alios, qui gloſſ. opinionem *in d. §. eodem iure*, ſequuntur: & hæc eſt communis interpretatio ſecundum Couar. *d. n. 5. verſ. ad hæc facit*: tametſi ſuper opinione dict. gloſſ. Dd. communiter maxime contendant, vt patet ex Anton. Gom. *1. tom. c. 9. n. 17. paulo poſt princ.* & eodem Couar. *vbi ſupr.* & Roland. à Valle *conſil. 21. vol. 2.* & Port. *in ſuis reg. & communib. concluſ. lib. 3. c. 23. & 33.* & Didac. Perez *in l. 2. tit. 13. lib. 3. ordin. veter. col. 1117. in verſ. hic quæri poteſt. & deciſ. Pedemont. 115. per tot.* & Azeued. *in l. 4. n. 4. cum ſeqq. tit. 15. lib. 4. Nou. Collect. Reg.* Apud quos late, an iuri offerendi præſcribi poſſit, de quo nunc non diſſero, ſed tantum adduco prædictam communem interpretationem (ne à propoſito digrediar) quæ profecto facit pro communi doctrina Anchar. quam prædiximus. Non tamen ipſe Pet. Anchar. deſignat locum Baldi, vbi iuxta ſuam opinionem conſuluerit, nec aperit, quo tempore hoc caſu legatum legitime præſcribatur, ſed, ni fallor, conſilium Baldi eſt 137. *incip. quædam vidua, in fin. n. 7. lib. 3.* vbi
† conſuluit, præſcribi iuri petendi legatum & fidei- 7
commiſſum triginta annis, & iterum *conſil. 168.* proponitur, quod quidam, *n. 1. & 2. lib. 3.* per *l. licet, C. de præſcript. triginta an.* voluit allegare *l. ſicut. in rem, eod. tit.* quod cæteri plerique ſequacium non exprimunt, præter Tiraq. *in d. l. ſi vnquam, verbo reuertatur, n. 391.* & Couarr. *vbi ſupr. verſic. & præterea*: eſt tamen verum, præcipue cum pro legatis competant tres actiones, perſonalis, nempe realis atque hypothecaria, vt *in l. 1. verſic. rectius. C. communia de legat.* late per

Doctores *in l.1.ff.de legat.1.* Atqui actio perſonalis &
in rem triginta annorum ſpatio præſcribitur, niſi mi-
nori tempore fuerint limitatæ, vt *in d. l. ſicut, & in l.*
8 *omnes, eod.tit.* Hypothecaria † autem à tertio poſſeſ-
ſore contra creditorem præſcribitur, attento iure ci-
uili, cum mala fide vel ſine titulo, triginta annis: à
principali autem debitore: vel eius hærede contra cre-
ditorem quadraginta annis, vt *in l. cum notiſſimi, in*
*princ.& in §.1.& in §.2.C. de præſcript. 30. vel 40.ann.*
& *ibi* gloſſ. *verbo, patris*, & Dd. expreſſa *l. 27. tit. 19.*
*part 3.* & *ibi* Greg. Lop. quamuis hodie de iure Cano-
nico nullo tempore cum mala fide præſcribatur, vt *in*
*cap.fin.de præſcript.& in reg.poſſeſſor, de reg.iur.in 6.*
9 Nihilominus † contra ſupradictam communem
ſententiam Bald. Ancharan. & ſequacium, imo quod
hæres nullo modo nec tempore poſſit præſcribere le-
gatum, facit vrgens difficultas, quia legatum ante ac-
ceptionem acquiritur legatario, etiam ignorãti, quoad
actionem realem & perſonalem ſtatim, quandoque à
morte teſtatoris, quandoque ab adita hæreditate, &
hoc eſt, quod voluit & expreſſe probat *d. l. cum pater,*
*§.ſurdo ff de leg.2.ſupr.allegat.& d.l.1.C.communia de*
*leg.& l à Titio, in fin princ.cum ſimilib ff.de furt.ibi,* Quia
ea, quæ legantur, recta via ab eo, qui legauit, ad eum,
cui legata ſunt, tranſeunt, *l.35.tit.9.part.6.* nempe ficte
à morte teſtatoris, vere ab adita hæreditate: Ita Bart.
communiter approbatus *in l.ſi tibi homo, §.cum ſeruum,*
*ff.de legat.1.* ſecundum Alexand. *ibi, n.4.* Iaſ.& D.Couar.
*in cap. Raynaldus, §.1.n.1.de teſtam* & licet à die mortis
teſtatoris dominium ficte tranſeat in legatarium, id
verum eſt, quoad ipſum actum tråſlationis dominij, vt
ſcribunt Iaſ. *in l.ſi mihi & tibi, in princ.n.5.ff.de legat.1.*
Gom. *in §ſic itaque, n.24. de act.* Tiraq. *in tract. le mort*
*ſayſi, &c.6. part.in princ in 1.declarat. n.6.* attamen ius
ipſius legati, quod habet ipſe legatarius in legato, eſt
ius verum & proprium, ſecundum iuris communis diſ-
poſitionem, quæ permittit cuique de re ſua ad libitum
teſtari, *l.1.C.de ſacroſanctis Eccleſ.* Menoch. *lib.3.præ-*
10 *ſumpt.præſumt.117.n.6.* & † non ſolum in rebus corpo-
ralibus hoc verum eſt, vt habet dicta communis
ſententia probata *in d.l.Regia,* ſed etiam in corporali-
bus, nempe, in ſeruitute legata, quia eius dominium
tranſit recta via in legatarium adita hæreditate, vt *in*
*l.ſi partem,* ibi: *quia tua eſſe cœperat, ff. quemadmodum*
*ſeruit amit.* per quem text. hoc notat gloſſ. mag. *in l.*
*corruptionem, C.de vſufruct.* & *ibi* omnes, Bart. Alber.
Fulgoſ. & Paul. de Caſtro *in d.l.ſi partem,* idem Bart. *in*
*l. ſi vſusfructus mihi, n.2.ff.de vſufruct.leg.* & Coraſ. *in*
*l.ſeruitutem, la 3.ff.de ſeruit.* Iaſ. *in l.4.§.Cato, n.51. ff. de*
*verb.oblig.* Alciat. *in l.2.§.& harum, num.4. ff. eod.* Ant.
Gomez alios allegans *in tit.de ſeruit.n.23.in fin.* Quod
11 extendit Bart. *in l.1.n. 6.ff. de legat. 1.* vt † procedat,
etiamſi res incorporalis legetur vel relinquatur per
fideicommiſſum, etiamſi illud ius incorporale conſi-
ſtat in ſeruitute prædiali, *vt in d.l.ſi partem,* ſiue in ſer-
uitute perſonali, prout eſt vſusfructus, qui in omnibus
ſupradictis communiter approbatur, ſecundum Iaſ. *ibi,*
*num.62.*

Ergo licet legatarius poſſit licite legatum repudia-
re, cum interim, dum non repudiat, ad eum pertineat
legatum, quia recta via in eum tranſit, & ſtatim mor-
tuo teſtatore videatur competere legatario, mala fi-
des hæredis impedire debet ipſius legati præſcriptio-
nem: Ex quo fundamento contra Anch. videtur tene-
re Dec. *in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num.26.de conſtit.*
dicens, opinionem Anchar. videri ex hoc periculo-
ſam, & contra eam tenere Raphael. Cuman. *d.conſ.147.*
Sed hoc non obſtante, tenenda eſt ſupradicta commu-
nis ſententia tanquam verior, imo quod hæres, an-
tequam legatarius agnouerit legatum quantitatis vel
certæ ſpeciei, non poſſit dici malæ fidei poſſeſſor, ac
per conſequens poſſit illud triginta annorum ſpatio
præſcribere.

Non † obſtat, quod dominium rei legatæ recta via 12
tranſeat in legatarium à morte teſtatoris, vel poſt adi-
tam hæreditatem, id namque licet ita verum ſit, atta-
men procedit reuocabiliter, nempe vt legatarius poſ-
ſit illud agnoſcere vel repudiare: ſecus irreuocabiliter:
Si enim legatarius repudiauerit, nunquam videtur
fuiſſe ſuum: ſi vero acceptauerit, à tempore mortis di-
citur eſſe ſuum, ſecundum fictionem *d. l. à Titio*, ita
Bart. communiter approbatus *in d.§ cum ſeruum.* Agni-
tio igitur legatarij requiritur ad hoc, vt reuocabiliter
legatum eidem acquiratur: Interim ergo dum ipſe le-
gatum non agnoſcit, tametſi ad eum tranſierit, hæres
incumbens poſſeſſioni eiuſdem legati, non poteſt dici
proprie nec vere eſſe in mala fide ad id præſcriben-
dum, donec legatarius agnoſcat ſiue petat legatum il-
lud; poteſt enim iuſte exiſtimare ſe illud nolle agnoſ-
cere, cum ſciat ſibi legatum, & non petit, Si igitur tri-
ginta annis ſteterit hoc modo, quod ſciens huiuſmodi
legatum non petat, recte ac bono animo ſiue conſcien-
tia poterit illud hæres præſcribere, etiam attento iure
canonico, iuxta prædictam communem ſententiam.
Quod † ſimiliter comprobatur *ex l.legatum ita, 82.ff.* 13
*de legat. 2.* vbi inquit lex: *Legatum ita dominium rei*
*legatarij facit, vt hæreditas hæredis res ſingulas:* quod
eo pertinet, vt ſi pure res relicta ſit, & legatarius non
repudiauerit defuncti voluntatem, recta via dominium
quod hæreditatis fuit, ad legatarium tranſeat, nunquam
factum hæredis; Sed tunc demum dominium hæredi-
tatis in hæredem tranſit, cum adita hæreditas fuerit,
vt *in l.cum hæredes, in princ.ff.de acquir. poſſeſſ.* ibi: *adita*
*hæreditate, &c.* Ergo & legato agnito. Requiritur ergo
agnitio legati: Interim igitur quod legatum non agnoſ-
citur, nec legatarius ſuam voluntatem declarat, hæres
non poteſt dici malæ fidei poſſeſſor non ſoluendo le-
gatum, cum neſciat an legatarius illud agnoſcere vel
petere velit. Poterit igitur illud bona fide triginta an-
nis præſcribere, hoc eſt ius agnoſcendi, ac ſimul pe-
tendi illud.

Sicut † etiam iuri adeundi præſcribitur triginta an- 14
norum ſpatio, ſecundum Bald. Angel. & alios, præter
Salycet. *in l.licet, C.de iure delib* eſt communis, vt plu-
res allegans refert Tiraquell *in d.l ſi vnquam, verbo re-*
*uertatur, n.392.* vbi loquitur etiam ſecundum ius Ca-
nonicum.

Sic † etiam licet ſupplementum legitimæ ipſo iure 15
debeatur, vt *in l.ſcimus.C.de inoffic.teſt.* quia tamen hoc
intelligitur, ſi petatur ſecundum gloſſ. & alios omnes
ibi, & Tiraquel. latè *vbi ſuprà, d.gloſſ.reuertatur, n.14.*
ipſum tamen præſcribitur, ſi non petatur, ex ſententia
omnium *in l.ſi quis filium, C.de inoffic.teſtam* Bald. Saly-
cet & aliorum *in l.omnimodo, C.eod.tit.* Tiraq. *de vtro-*
*que retract tit.1.§.31.gloſſ.2.n.57.*

Sed † opinio Petri Anchar. & ſequacium ſupradi- 16
cta abſque dubio procederet, ſi legatum eſſet relictum
legatario, ſi volet, quia tunc legatum eſt conditiona-
le, iuxta *l.ſi ita legatum, §.illi ſi volet, ff.de legat.1.* nec
eo caſu tranſiret ſtatim dominium recta via in legata-
rium, ſed poſtquam ipſe voluntatem ſuam declarauerit,
rit, vt *in d.l.legatum ff.de legat. 2.* à contrario ſenſu, ibi:
vt *ſi pure rem, &c.* & in terminis ita tenet declarat.
Philip. Dec. *in d.cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ n.26.de con-*
*ſtit.* & loquens in legato conditionali, ſi in domo teſta-
toris ſtare & habitare voluerit, idem probat idem Dec.
*d. conſil. 554. n. 4.* quia cum legatarius hanc in ſpecie
nunquam voluntatem ſuam declarauerit, prout tene-
batur, vt *in d. §. illi ſi volet.* ex longitudine tem-
poris decurſi potuit probabiliter hæres credere
legata-



rium noluiſſe adimplere conditionem legati, &
hoc modo hæres videtur habuiſſe bonam fidem.
17 Idem † dicendum erit in quocunque alio legato
conditionali, vel cum onere aliquo relicto, Dum enim
conditio, onus vel grauamen non adimpletur vel ag-
noſcitur, iuſtam cauſam habet hæres intelligendi, le-
gatarium nolle acceptare onus vel grauamen.
18 Limitanda † tamen erit communis ſupradicta ſen-
tentia Bald. & Ancha. quotieſcunque legatarius igno-
rauerit legatum ſibi relictum, tenetur ſiquidem eum
hæres certiorem legati facere, alias erit malæ fidei
poſſeſſor, ac proinde illud præſcribere vllo vnquam
tempore non poterit, vt in terminis tenent Cuman. *d.*
*conſil. 147.* qui hoc caſu loquitur dicens, quod hæres
ſciens eſſe debitorem, non ſoluendo legatariis, nec
notificans, eſt malæ fidei: Imo ſciens creditorem igno-
rare, excuſari non poteſt, quia contra voluntatem
creditoris à iure præſumptam debitum retinet: Præ-
ſumitur enim quod ſi creditor ſciuiſſet, interpellaſſet,
*arg. l. qui vas §. vetare, ff. de furt.* & ſic hoc caſu non
præſcribet, quia conſtat peccare & contra conſcien-
tiam agere, qui ignorante creditore debitum occul-
tat. Idem probat ipſemet Cuman. *conſil. 67. & 91.*
& eum referens Tiraquell, *in d.l.ſi vnquam, verbo, reuer-*
*tatur, n.390.* ſic intelligens & limitans doctrinam Abb.
*in d. cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 36.* & aliorum,
quam ſupradiximus pro cõprobatione ſententiæ Petri
de Anchar. de qua *ſuprà*: ſequitur etiam D. Couar.
*d.lib.1.var.reſol.cap.9.n.5.verſic.quin.* & Cuman. quod
hæres teneatur ad notificandum legatum legatario
ignoranti, alias ſit in dolo, ſi id non fecerit, ſed oc-
19 cultauerit, tenet Bald. *conſil.235.lib.1.* & † in terminis,
quod legatario ignoranti quantitatem ſibi legatam,
contra quem præſcriptio triginta annorum decurrit,
competat remedium reſtitutionis in integrum ex ca-
pite ignorantiæ, ex clauſula generali Prætoriæ; *Si qua*
*mihi iuſta cauſa eſſe videbitur,* de qua *in l. 1. in fin.& in*
*l.ſed etſi per Prætorem, §.item inquit, ff.ex quibus cauſ-*
*ſis maior.* optime probat Bec. *conſil.50.per tot.* quia ig-
20 norantia † probabilis eſt æqua & iuſta cauſa conce-
dendæ reſtitutionis in integrum iis, qui læſi ſunt lapſu
temporis, iuxta gloſſ *in l.1.§.ſi quis autem propter, ff.de*
*itiner. actuque priuat.* quam ſequitur *ibi* plures alios
21 allegans *num.1.& num.3.* addit, hoc † etiam procedere
aduerſus præſcriptionem triginta annorum, ſecundum
magis communem ſententiem auctorum, quos ad hoc
*ibi* citat nuncupatim, & tandem inquit, quod igno-
rantia in hoc caſu præſumitur, *per l.verius.ff.de probat.*
& quod iuſta & probabilis videtur ignorantia in le-
gatario, cum agatur de facto alieno, vt *in l plurimum,*
*ff.de iur. & facti ignorant. & in l.fin.ff.pro ſuo.* Eandem
teſtatur magis communem ſententiam Simon de Præ-
tis *de interpretat.vlt.voluntat.lib.3. interpretat.vlt.dub.*
22 *vlt.ſolut. vlt. num.26.* Imo † intra quadriennium à die
ſcientiæ poteſt in prædicto caſu peti reſtitutio prædi-
cta ex capite ignorantiæ, quia eſt vtile ab initio, quam-
uis in progreſſu ſit continuum, vt *in l.fin.C.de tempor.*
*in integrum reſtitut. pet.* & *ibi* gloſſ. Bart. & Bald. &
23 † ideo ſi, cum aliquis probabiliter læſionem cauſſatam
ignoraret, & centum anni ante laberentur, quam is re-
ſtitutionem poſtularet, nunquam ei interim curreret
tempus dicti quadriennij, ſecundum Bald. *in l.3.C.ſi ex*
*falſis inſtrument.* & plurimos referentem Bec. *vbi ſupr.*
24 *d.conſil.50.n.4.* vbi etiam, quod † in dubio interpre-
tatio facienda eſt, vt reſtitutio aduerſus præſcriptio-
nem concedatur, ſecundum Aymonem. *conſil.201.præ-*
*ſupponitur, n.37.*

SVMMARIVM.

1 *Scindentes atque aſportantes ligna ex alienis fundis ſuis vſibus neceſſaria, vel paſcua ſuis pecoribus opportuna ex pratis alienis priuatis, an peccent, & ad reſtitutionem teneantur? & num.ſequentib.cum ſuis limitationib.*

2 *Scindentes arbores ſylueſtres, iure communi attento, etiamſi ex eis ligna aſportent, furtum non committunt, nec infamia latronum aut furum notantur, vt in n.3.*

4 *Ligna furari poſſent ſubditi forte ſine mortali culpa, qua quotidianis vſibus ſaltem loci eſſent ſibi neceſſaria, vbi domini eorum acerba animaduerſione eos à nemoribus arcerent, ita quod prægrauem paterentur inopiam. Fallit, vbi ex hoc magna ſtrages fieret. Item, ſi cauſa lucri, hoc eſt, vendendi ligna id facerent, vt in n.5.& n.27. quomodo primo dictum intelligatur, & an ſit verum.*

7 *Dominus ſyluæ habet verum lignorum in illa naſcentium dominium, & dominus prati aut agri, dominium herbæ ibi naſcentis, & n.8.*

9 *Dominia rerum iure gentium ſunt diſtincta, & vnicuique rei ſua competit dominium, priuatiue ab aliis, & ideo nemini licet alterius rem poſſeſſiones & fructus inuito domino ſubripere.*

10 *Pœna merito per ſtatuta, leges, Principem & conſuetudinem atque Ordinationes oppidorum ſtatuitur contra ſcindentes & aſportantes ligna ex fundis priuatis & publicis, necnon & contra depaſcentes prata nemoraque aliena.*

11 *Leges humanæ Imperatorum & Regum obligant, etiam in conſcientia, quando fundantur ſuper certo, & non ſuper præſumptione.*

12 *Lex pœnalis non tollit obligationem ad culpam, quæ per priorem legem moralem fuerat impoſita.*

13 *Obligatio legis diuinæ tolli non potuit per legem pœnalem ſequentem.*

15 *Lex pœnalis contra ſcindentes & aſportantes ligna, vel paſtum furantes ex alienis fundis, quibus in cauſſis excuſet à peccato & à reſtitutione, & n.16. cum ſequentib.*

18 *Furantes ligna vel paſtum, aut venantes & piſcantes in alieno, in extrema neceſſitate excuſantur.*

19 *Scindentes & aſportantes ligna, vel paſtum, ex ſylua communi ciuitatis, vel villæ, vel ex paſcuis communibus eiuſdem, quod non teneantur, niſi ſtragem magnam fecerint, aut ſi capiantur, limitatur n. 20. niſi ſola exactione pœnæ communitas de conſuetudine ſe ſatisfactam redderet. Ampliatur in oppidis propinquis nemora communia habentibus, vt in n.22. vbi limitatur.*

21 *Exteri à populo prædicta furantes, procul dubio indiſtincte ad reſtitutionem damni, præter peccatum mortale, quod committunt, tenebuntur.*

23 *Lex pœnalis obligat ad peccatum.*

24 *Probari non poteſt, ab initio ea lege vel hominum conuentione, dominia rerum ita fuiſſe diuiſa atque diſtincta, & vnicuique diſtributa, vt liceret cuique ligna vel paſcua de fũdis aliorum pro ſuis vſibus neceſſaria, & pecoribus propriis opportuna capere.*

25 *Princeps poteſt fundos, montes ſeu prata communia alicuius ciuitatis vendere priuatis, faciendo propria ipſorum, & de eis priuilegia concedere, quo facto nullus in conſcientia, nec in iuſtitia præter ipſos aut de eorum licentia poſſet de illis ligna aut paſcua ſumere.*

26 *Inconueniens maximum daretur, ſi pauperibus pro ſuis vſibus neceſſariis, aut propriis pecoribus ligna aut paſcua aliena ſumere liceret, de quo hic.*

28 *Differentia magna eſt inter arbores & feras agrorum, reſpectu capientium eas.*

## CAPVT XXVII.

*De iis, qui in alienis fundis ſcindunt & capiunt ligna, aut in alieno prato oues ſuas aliave pecora paſcunt.*

FRequentiſſime contingit in actu practico dubitari; *An ſcindentes ligna eaque capientes, vel paſcua ex alienis fundis ſuis vſibus atque pecoribus neceſſaria ſiue opportuna; peccent, atque ad reſtitutionem damni illati domino faciendam teneantur, præcipue, cùm in ciuitatibus & oppidis, vbi id accidit, ſint leges atque Ordinationes pœnales contra ſimilia facientes ſtatutæ?* Et quamuis quæſtio hæc ſatis triuialis ſit, attamen quia neceſſaria ſcitu, & auctores in ea varia ſentiunt, eam ſolito ſtylo exponam, inſinuam breuiter, quid tenendum ſit? Et primo de furantibus ligna aut paſcua in alienis fundis particularibus, deinde de communibus alicuius Reipublicæ diſſeram.

1 Et † quoad primum, ſunt qui exiſtiment, vt ſiue lex vel Ordinatio populi ſit pœnalis, id puniens, ſiue non, ſcindentes atque capientes ligna ex alienis fundis ſuis vſibus neceſſaria, vel paſcua ſuis pecoribus opportuna, ex pratis alienis particularium dominorum, minime peccent nec ad reſtitutionem damni teneantur. Primo, quia per hoc, quod periculo pœnæ per legem ſtatutæ quis ſe exponit, dicunt eſſe à culpa liberatum, nec amplius illum obligari, quam ad hoc, vt paratus ſit pœnam ſubire, quæ ſibi iuxta legem vel Ordinationem erit inflicta, ſi in fraganti crimine deprehendatur, vel repertus fuerit à dominis, vel eorum cuſtodibus: quod ſi non fuerit captus, ad nihilum teneatur, ſicque fuga liberetur.

Secundo, quia furtum non committitur in talium rerum captura, quia huiuſmodi arbores ſylueſtres, atque nemorum & pratorum paſcua, ſponte, natura, abſque vlla hominum induſtria, naſcuntur, vt patet, & à principio, quando res inter homines diuidi cœperunt, hac lege ſyluæ & prata alicui particulari homini venerunt in ſortem, vt quamuis aliquis inde aliquid ſurriperet, non peccaret, ſed ſolum teneretur eam ſubire pœnam, quæ illi fuiſſet per legem aut per iudicem inflicta. Addent forſan huius opinionis ſequaces, quod cum pauperes Reipublicæ homines non habeant vnde alias vitam ducere poſſint, & ſua pecora ſuſtentent, niſi his lignis & paſcuis captis, non eſſe eis ſtatim in peccatum imputandum, quod hæc capiant, cum aliter ſibi prouidere non poſſint, ne natura atque Reipublicæ corporalis mundana politia eis deficere videatur; In hac enim ſpecie diuiſio terminorum eis nocere non debet, cum omnes ſint incolæ, ciues atque filij prope illius territorij: dominique particulares prædictorum fundorum & pratorum rationabiliter tenentur hoc caſu id pati: quod ſi aliud velint, cum agant contra rationem, non ſunt etiam in foro conſcientiæ audiendi. Cum igitur hæc ita ſe habeant, & pœna (iuxta veriſſimam veriorem atque omnino tenendam ſententiam) in conſcientia non debeatur ante condemnationem, conſequitur, huiuſmodi homines prædicta facientes, minime peccare nec ad reſtitutionem teneri.

2 Quod † autem ſcindens arbores ſylueſtres, iure communi attento, etiamſi ligna ex eis aſportet, furtum non committat, ſed tantum lege Aquilia teneatur, colligitur ex Ioan. Fabro *in § liberum, num. 1. Inſtit. de leg. Aquil.* in hoc caſu huiuſmodi ſcindens & aſportans æſtimatione damni condemnabitur, ex text. *in l. ſi ſeruus ſeruum, § ſi oliuam, verſ. idem & in ſylua cædua, ff. ad leg. Aquil.* vt refert Auend. *lib. 1. cap. 4. præ-*
3 *ter, num. 28. verſic. ſi vero*: Quocirca † qui ligna cædunt, nuſquam gentium infamia latronum aut furum notantur: Satis ergo eſt, moderatas exigere pœnas, ſecundum Dominic. à Soto *lib. 4. de inſtit. & iure quæſt. 6. artic. 4. verſic. nonnulla*, ibi: *quocirca, pag. mihi* 343. *col.* 2. vbi ſubdit, † quod reuera, vbi domini tam acer- 4
ba animaduerſione miſeros ſubditos à nemoribus arcerent, vt prægrauem paterentur inopiam, forte ſine mortali culpa poſſent illa ſuffurari ligna, quæ quotidianis vſibus, ſaltem foci, eſſent ſibi neceſſaria, quia vt *in verſic. præced. incip. ſecundo notandum eſt*, idem auctor dixit: Domini, quibus Rex oppida cum nemoribus elargitur, non poſſunt alia ratione illa cuſtodire, quam Rex feciſſet, non enim aliud ius eis concedit, quam habet; Et ideo ſi nemora hoc ferunt, non ſunt oppidanis vetanda ad neceſſarios vſus: Imo vero etiamſi nemora propria ſint domini, non ſunt eo rigore vetanda, vt corporalis infligatur pœna, neque grauis pecuniaria: Arbores enim & ligna, quæ abſque cultura terra progenuit, iure gentium communia eſſe deberent: Vita namque humana nequit ſine quotidiano lignorum vſu tranſigi, ob idque eorum furtum non eſt ea lance æſtimandum, ac ſi quis ab arca tua, de domo tua nummos, aut ſuppellectilem, alienos furaretur. Hæc Domin. à Sot. qui profecto his verbis præfatam profiteri ſententiam videtur, quam etiam alij quamplures viri graues hucuſque vulgo amplexi ſunt, atque nunc ſectantur, iuxta eam conſulentes, & nouiſſime Salon *de iuſtit. & iur. in 2. 2. D. Thom. quæſt. 62. artic. 3. concluſ. 4. & 5. col. 748. cum ſeqq.* loquens in ſylua vel prato non vallatis muro vel ſepto, & Molin. ſimpliciter *de iuſtit. & iur. tract. 2. diſputat. 58. verſic. cæterum, col.* 380. & Frater Angles *in ſuis florib. Theolog. quæſt. de cadentibus ligna, &c. concluſ. 1. pag.* 240. vbi tenet, quod nemo poteſt præſcribere, quod ante condemnationem ad aliquam reſtitutionem ligna ſcindentes teneantur; Nam vt aues & piſces ſunt communes, ita nemora, monteſque lege naturali communia ſunt, & vt non poteſt quis præſcribere dominium ferarum, ita vt illas capiens in conſcientia ad reſtitutionem teneatur perinde de nemoribus & montibus cenſendum eſt: quod nouiſſime probare videtur Nauar. *in comment. cap. fraternitas, 12. quæſt. 2. num. 33. cum ſequentib.* vbi diſtinguens inter arbores & ligna, quas plantant & fodiunt homines, & herbas ſatas, vt frumentum & ſimilia, & inter herbas antiquas & herbas ſponte natas, inquit, quod in paucis terris eſt conſuetudo, qua liceat ſoluta pœna primi generis arbores cædere, & herbas depaſcere, in multis autem, & fere vbique eſt conſuetudo, quia liceat id facere in arboribus & herbis ſecundi generis, & quod hoc potuit conſuetudo inducere, & inducta conſenſu publico vel lege publica efficit ne illa cæſio vel depaſtus ſit illicitus.

Fateri † tamen eos ad minus neceſſario oportet, vt 5
credo, fatebuntur, ſuperiora minime procedere, vbi quis magnum vel notabile damnum in alienis fundis atque pratis daret, vel ſi forte cauſa negotiationis, hoc eſt, ad vendendum, prædicta ligna ſcinderet & aſportaret. Idem etiamſi arbores induſtria hominum ſatæ atque in eſſe deductæ; non ſolum natura ſcinderentur atque aſportarentur, vt arbores fructiferæ, vt ſunt vites, oliuæ & pomarij, de quibus *l. vitem, ff. arbor. furtim. cæſ. & in l. vitem, ff. quod vi aut clam. & in d. l. ſi ſeruus ſeruum, § ſi oliuam, ff. ad legem Aquil.* Harum enim putator punitur vt latro, vt *in l. 28. tit. 5. part. 7. & in l. 2. ff. arborum furtim cæſar.* tradidit late Auendan. *vbi ſupra, d. n. 28. in verſic. in ſecunda quæſtione,* in his etenim ſpeciebus planum eſt, furtum committi, & ideo peccari & ad reſtitutionem damni dati peccatorem teneri.

His



6 His † tamen omnibus non obſtantibus, contraria ſententia in priori dicto tenenda eſt omnino, nempe, quod ſcindentes ligna, etiam ex arboribus ſylueſtribus, ſponte natura natis, abſque induſtria hominum ex alienis fundis & depaſcentes cum ſuis animalibus aliena paſcua ex pratis priuatis dominorum, illis inuitis, non ſolum teneantur ad pœnam, lege, ſanctione Principis, vel ordinationibus populorum contra ſimilia facientes impoſitam, ſi capiantur in fragranti crimine, & condemnentur, ſed etiam ad reſarciendum damnum, illiuſque reſtitutionem veris dominis faciendam, licet in fragranti crimine non reperiantur etiam in foro conſcientiæ ante condemnationem,
7 cum limitatione de qua *infra*. Nam † dominus ſyluæ habet verum lignorum in illa naſcentium dominium, & dominus prati aut agri cuiuſlibet habet etiam plenum & perfectum dominium herbæ in illo naſcentis, quoniam poteſt vtrumque illorum ad libitum donare, vendere, locare aut permutare, vt fit quotidie, quorum neutrum facere poſſet, ſi verum & perfectum non haberet in illis dominium: Ergo qui aliquid illorum contra domini voluntatem capit, alienum inuito domino capit, & per conſequens furtum committit, vt probatur *in l. ſciendum, & in l. furtum*, iuncta gloſſ. *ff. arborum furtim cæſar.* ac proinde, quia legem Dei tranſgreditur, peccat, non obſtante quacunque pœna per legem humanam contra huiuſmodi fures decreta, prout etiam peccaret in quocunque alio furto, quamuis lex humana pœnam quamlibet acerbam contra illud ſtatuiſſet. Peccatum igitur ſupradictum non poterit per ſolam pœnæ temporalis paſſionem deberi, ſed neceſſaria quoque eſt contritio cum confeſſione Sacramentali ac damni illati reſtitutio.

8 Facta † enim diſtinctione & diuiſione terminorum, arbores & herbæ, quæ naſcuntur in alienis omnino fundis, & nemoribus & pratis priuatorum dominorum, earumque fructus eiſdem acquiruntur, & ſunt in proprio dominio ipſorum, ac proinde eis nullus alius vti aut frui poteſt, qui non habeat dominium, vel licentiam veri ac proprij domini, & hoc iuſtis & legitimis titulis, tempore immemoriali, vel priuilegio Principis, priuatiue ſufficienter acquiſitis. Nullus ergo contra domini voluntatem poterit eiſdem vti, alias abſque dubio peccabit, & ad reſtitutionem damni tenebitur, ac ſi aliud quippiam alienum ſubriperet, ſiue fructus illi naſcantur induſtria hominum, ſiue ſponte natura: Vtcunque enim ſit, cum iam ſint alieni, inuito domino ſibi auferri non poſſunt, & comprobatur ex pluribus adductis per D. Couar. *in pract. quæſtionib. cap. 37. num. 3.*

9 Vlterius † eadem ſententia comprobatur, quia cum dominia rerum iure gentium ſint diſtincta, & vnicuique rei ſuæ competat dominium priuatiue ab aliis, vt *in l. ex hoc iure, ff. de inſtit. & iur. & ibi* per DD. nemini iure licebit, alterius res, poſſeſſiones aut fructus inuito domino ſurripere, vt eleganter probat Conrad. *in lib. de contractib. quæſt. 10. cum ſeqq.* quem refert & ſequitur D. Couar. *in reg. peccatum, 2. part. § 8. n. 1.* ibi: *Iure*
10 *ſiquidem naturali, de regul. iur. in 6.* Vnde † merito per legem & Principem, & conſuetudinem antiquam, quinimo, & per ſtatuta & ordinationes ciuitatum & oppidorum, & nonnunquam conuentione dominorum & colonorum certa ſtatuitur pœna contra ſcindentes arbores, lignaque ex eis aſportantes ex fundis priuatis & publicis: necnon & contra depaſcentes prata nemoráque aliena, prout quotidie fit: Habet enim hæc prohibitio pœnalis originem & fundamentum ab ipſo iure gentium dominia diſtinguente, vt melius obſeruetur, quod ab eo introductum eſt: Le-
11 ges † autem humanæ Imperatorum & Regum obligant etiam in conſcientia tranſgreſſores ad peccatum, quando lex fundatur ſuper certo, & non ſuper præſumptione, vt colligitur ex D. Thom. 1. 2. *quæſt. 96. art. 4. & 2. 2. quæſt. 60. art. 5. ad primum.* Florent. *in ſua ſumma, 1. p. tit. 18. cap. vnic. § 2.* Syluest. *verb. lex, q. 8.* Ioan. à Medin. *de reſtitutione, quæſt. 36. verſic. quo promiſſo,* optimè Alfonſus à Caſtr. *lib. 1. de poteſtate, l. pœnal. cap. 4. per totum, & cap. 1. quomodo cognoſci poſſit, legem aliquam humanam obligare ad culpam mortalem, l. 16. tit. 1. p. 6.* vbi eam expendit Greg. Lop. *gloſſ. 5.* eſt communis, vt cum aliis teſtatur D. Ant. de Padil. *in l. per agrum, n. 9. C. de ſeruit. & aqua.* tenet eam Didac. Perez *in 10. quæſt. proœmial.* vbi hoc verum intelligit intentione legiſlatoris non ceſſante, & dummodo lex ſit iuſta, & legiſlator habuerit poteſtatem eam condendi. Denique † lex purè pœnalis non tollit obli- 12
gationem ad culpam, quæ per priorem legem mortalem fuerat impoſita, vt ad oculum probat Caſtro *vbi ſuprà, cap. 10. per totum,* & nouiſſimè cum eo Nauar. *in cap. fraternitas, 12. quæſt. 2. n. 28. cum ſeqq.* Cum ergo prædicta facientes, furtum committant, conſequitur illos peccare, quamuis lex humana contra eos, qui huiuſmodi furta committunt, pœnam ſtatuerit: Tranſgrediuntur † enim legem diuinam prohibentem fur- 13
tum fieri; Obligatio namque legis diuinæ non potuit tolli per legem pœnalem ſequentem, alias enim in nullo alio furto peccatum committeretur, propterea, quod lex humana contra omne furtum pœnam aliquam ſtatuerit.

Quibus fit, vt hæc ſecunda opinio noſtræ quæſtionis Canonicæ apertiſſima ſit, nempe committi furtum in ſupradictis, & reſtitutioni obnoxios eſſe, qui prædicta faciunt damni illati, etſi pœnam legis paſſi ſint, vt optimè comprobant, & in propriis terminis latè fundant Ioan. à Medin. *de reſtit. quæſt. 12. verſic. eſt tamen dubitatio, in fin.* & Alph. à Caſtr. *d. l. 1. de poteſtate l. pœnal. cap. 10. verſic. primo ex hac probata concluſione,* quam refert & ſequitur Auend. *d. lib. 1. cap. 14. præter num. 18. in princ. & in verſic. ſed mihi aliter,* idem Auend. *eod. lib. 1. cap. 13. n. 11.* eandem dictam ſententiam probat & apertè ſequitur Domin. à Sot. *vbi ſupr. d. lib. 4. de iuſtit. & iur. quæſt. 6. art. 4. verſ. dubium autem,* ibi, *aliter verò, pag. 342. col. 2.* Did. Perez *q. 10. proœmial. in verſ. ex quo etiam infero, & in verſic. dato igitur,* nouiſſimè & optimè Ant. à Cordub. *in ſua ſum. de caſos de conciencia, quæſt. 71. per totum,* vbi poſt Auend. *vbi ſuprà,* loquitur nuncupatim in lignis & paſcuis, quæ ipſa natura abſque facto & induſtria hominum naſcuntur, propter diſtinctionem dominiorum antiquitus factam, & eſt communis ſecundum Molin. *de iuſtit. & iur. tract. 2. diſput. 58. concluſ. 5.* & in paſcuis idem probat *diſp. 59.*

Hæc † tamen vera & recepta ſententia intelligenda 14
primum eſt, dummodo furtum lignorum & paſtus, ſit in quantitate materiæ ſufficiens ad peccatum mortale incurrendum, & ad reſtitutionem inducendam in perſona, quæ habeat bona è quibus reſtituere poſſit: alias enim, ſi furtum huiuſmodi eſſet leue, & ſic non eſſet materia grauis, vel delinquens non haberet, vnde reſtituere & ſoluere damnum poſſet, hoc eſt, pretium vel iuſtam æſtimationem lignorum & paſtus furtim ſubtracti, per pœnitentiam Sacramentalem, cum propoſito & animo reſtituendi cum potuerit, peccatum delebitur, & pœnitens abſoluendus erit à confeſſario.

Secundò, † præfata ſententia limitatur, quando 15
contrarium eſſet per legem validam, vel ſtatutum populi conſtitutum, aut niſi antiqua conſuetudine, quæ pro lege habenda eſt, contrarium liquido ſemper fuiſſet obſeruatum, nempe, vt domini ſyluarum aut pratorum non petant damni reparationem, ſed tantum

 pœnam

pœnam legis contra huiuſmodi perſonas ſtatutam, tunc enim colligi videtur intentio legiſlatoris vel conſuetudinis huiuſmodi per interpretationem populi, vt per paſſionem pœnæ huiuſmodi peccatores liberentur à reſtitutione damni, quod intulerunt, vt tenet Caſtro *vbi ſuprà,in verſ. quod ergo*,& Cordub. *d. quæſt.71 in 2.d.verſic. y todo eſto*,vbi ſentit id procedere, etiamſi delinquens non capiatur nec condemnetur in prædicta pœna,dum inquit per diſiunctiuam, *O el ſeñor ſe contenta con la pena, ſi letoman y le condenan en ella*: ſed loquitur, quando conſtat ex lege vel conſuetudine, *que el ſeñor ſe contenta con ello*: quod prius tenuit Methymna *vbi ſuprà*,addens idem eſſe,ſi ex ſtatuto id conſtat, quod ſi conſtaret, indubium videtur, vt ex eiſdem auctoribus ibidem conſtat, & iterum ex Cordub. *in 3.dicto,in verſic. verdades*: tametſi difficiliter id ex conſuetudine, & perraro conſtabit. Nemo igitur ſe ſeducat, quando conſuetudo non eſt clara & euidens atque certiſſima, cupiens ſe à reſtitutione
16 damni à ſe dati liberari. Idem eſt,ſi † ex partium conuentione id conſtaſſet, vt exiſtimat Soto *vbi ſuprà, verſic.ſecus ſi fortè*,dicens, ſe nunquam audiuiſſe contigiſſe, & Didac. Perez *d.quæſt. proœmial.* 10. *circa fin. verſic. hoc tamen limitarem*, id intelligens,dummodo qui rapit, in vſus ſuos rem raptam habeat, ſecus ſi ad vendendum ſubriperet, vt dicit ſe ſæpius conſuluiſſe
17 rogatum. At † vero quando hoc expreſsè non conſtaret ex intentione legis vel ſtatuti, vel partium conuentione, ſed tantum ex conſuetudine haberetur, vt petatur pœna,quando capitur delinquens,& condemnatur in ea, & non damni illati reſtitutio, quamuis hoc forſan ſufficiens videatur ad excuſationem reſtitutionis,nihilominus non eſt certum nec ſecurum, vt innuit Cordub.*vbi ſuprà,in d. verſic. verdades*. Inſtantia enim in hoc dari poteſt, præcipuè, quando pœna non petitur, nec fit condemnatio ipſius: vel ſi petita fuit,ex defectu probationis non fuit ſequuta condemnatio; tunc enim cum reuera damnum datum ſit, nec ſoluta pœna, quæ eidem æquiualeat, non video cur non ſit reſtitutio damni vere illati in foro conſcientiæ inducenda, cum teneamur ad damni illati reſtitutionem,vt *in reg. peccatum non dimittitur, &c. de reg. iur.in 6.cum ſimilib.* adductis per Caſtrum *vbi ſuprà,d. cap.*10. *col.*1635. *in verſ.eandem ſententiam*, vbi etiam probat per paſſionem pœnæ minimè liberari ab obligatione reſtitutionis damni illati. Eandem ſecundam limitationem nouiſſimè probat & benè declarat Molin.*vbi ſuprà*,& tandem inquit, quod in dubio vel venia eſt obtinenda, vel reſtitutio facienda: & declarat aliquos caſus, quibus ceſſat dubium ac proinde reſtitutio.

18 Tertiò,† limitari debet prædicta ſententia in furante ligna vel paſcua, vel venante vel piſcante in alieno in caſu extremæ neceſſitatis,vel quaſi, ita vt vix poſſit aliter vitam ſuam & ſuorum conſeruare; tunc enim dominus ipſe deberet rationabiliter in ipſa ſuarum rerum captura conſentire,vt probatur arg. *c. ſi quis propter famem, de furt.* & in terminis ita tenet Methym. *d.q.*12. *verſic.alia hinc oritur*,ibi, *exceptio niſi extrema.*

19 Quoad † ſecundum de cædente ligna in ſylua communi ciuitatis vel villæ,vel paſcente pecora ſua in paſcuis communibus ipſius Reipublicæ, in qua ipſe degit,idem videtur dicendum, vt quamuis is capiatur & condemnetur in pœna legis vel ordinationis illius communitatis, atque ipſam ſoluerit, nihilominus teneatur ad damni illati reſtitutionem præter peccatum: Vſus enim ſyluæ & paſcuorum communis eſt ipſius Reipublicæ; Ergo damnum in eis datum, Reipublicæ reſtituendum eſt eiſdem rationibus, quibus hoc probauimus *ſuprà* in fundis & pratis priuatorum,& in terminis ita tenent plerique Doctorum ex *ſuprà* citatis,præcipuè Caſtro,Auend.& Didac. Perez *vbi ſupr.*

Sed in hoc verius mihi videtur dicendum, quod quando ſylua cædua, aut pratum eiuſdem vrbis aut caſtri communis eſt,& ciues aut incolæ eiuſdem ligna cædunt in ea atque aſportant, vel pecora ſua paſcunt, niſi inſignem aut notabilem ſtragem faciant, ad nullam teneantur reſtitutionem,neque pœnæ, neque pretij,niſi capiantur: Oppidum enim videtur ſuis oppidanis illa lege ligna vel paſcua diſtribuere, vt qui capiatur, pœnam luat,qui vero euaſerit,gratis ſibi prædam acquirat, quare non tenentur ad reſtitutionem, niſi inſignem aliquam deprædationem, vt dicebam, faciant,ſed ſi capiantur, tenentur ſubire pœnam: Ita tenent Domin.à Sot. *vbi ſup.in verſ.aut enim,pag.*342. *col.*1. ſequitur bene probans Cordub. *d. quæſt.*71.*in* 2. *dicto*, vbi idem declarat reſpectu peccati, nempe, vt quando non ſit notabilis ſtrages ſeu damnum montium,nec etiam valor lignorum notabilis, non videatur peccatum mortale: ſecus ſi ſit notabilis valor lignorum, & in notabile damnum montium, modo id fiat ad vendendum, modo non, quia tunc erit peccatum mortale, & ad reſtitutionem tenebitur vltra pœnam legalem,in qua iudex eos condemnauerit propter iniuriam populo vel domino lignorum exinde irrogatam contra legem id vetantem, ſequitur etiam Frater Angles *vbi ſupr.pag.*141.& Molin. *vbi ſupr.concl.*2. *&* 3. vbi bene declarat, quantum ſit reſtituendum. Eandem ſententiam probat Salon *de iuſt.& iur.in* 2.2. D.Thom.*quæſt.*62.*art.*3.*contron.*2.*concluſ.*1.*col.*746.

Illud † de notabili damno aut magna ſtrage in mon- 20
tibus & paſcuis communibus, limitandum eſt,vt per ſupradictos, niſi lege vel conſuetudine antiqua, modo, quo prædiximus conſtaret, quod Reſpublica ſola pœnæ exactione ſe ſatisfactam redderet; tunc enim ſufficeret pœnæ exactio, ſi delinquens capiatur,& in ea condemnetur abſque alia ſatisfactione, alias ſecus, vt diximus in præcedenti puncto; poteſt enim populus, qui communes ſyluas & communia prata habet, hanc legem ſtatuere,vt quamuis nullus de re illa communi aliquid ſibi abſque Reipublicæ licentia capere poſſit, ſi tamen ceperit aliquid, non ideo peccet, ſed ſolum ſubiiciatur pœnæ ab eadem Republica conſtitutæ, quo caſu indubium eſt contra facientes non peccare, vt bene probat Alfonſ. à Caſtr. *vbi ſuprà, d.cap.*10.*col.*1637.*in verſ. potuiſſet.*

Quod † ſi exteri à populo & vniuerſitate hæc li- 21
gna vel paſcua furentur, tenebuntur proculdubio ad reſtitutionem damni illati,eiuſque valoris præter reatum peccati mortalis,ſiue inſignis ſtrages ſit,ſiue non, dummodo adſit materia non leuis, ſed ſufficiens ad inducendum peccatum mortale & reſtitutionem; Hi namque cum non habeant communitatem, nec partem aliquam in prædictis lignis & paſcuis,quia exteri ſunt,ea auferendo committunt furtum: Vicinis autem loci ſcindendo ligna, & conuertendo illam rem communem in propriam ipſius vtilitatem, propter communionem, quam in illa re habet, excuſatur à crimine furti,vt bene probat Auend. *d. cap.*4. *num.*28.*verſ. quod eſt intelligendum*: Igitur & à peccato mortali & reſtitutione,ſi damnum datum notabile non ſit, & inſignis ſtrages non fiat, per ſupradicta,niſi in caſu ſpeciali,de quo per Molinam *vbi ſuprà in* 5.*concluſ.verſic. aduerte*, quem non refero, quia dubito de eius contingentia & verificatione.

Idem eſt † dicendum, ſi vtrumque duorum oppi- 22
dorum,quæ propinqua ſunt, nemora communia habeat, tunc enim videntur etiam & ſibi mutuo illa lege ligna condonare, quare non tenetur ad reſtitutionem, niſi inſignem aliquam deprædationem faciant,

quod



quod ſi capiantur, tenentur ſubire pœnam ſecundum Soto *vbi ſuprà,pag.*342. *colum.*2. *verſ. idque cenſuerim*, quem ſequuntur Angles, & ad literam Cordub. *vbi ſupr.in* 3. *dicto,in principio*, vbi limitant, niſi alterum oppidorum haberet montes, alterum vero non, vel ita diſtantes, vt eis illud vti non poſſit, vel minus vti poſſit, quia cum tunc compenſatio æqua locum habere non poſſit, ſubripientes ligna proxima ex montibus alterius oppidi, peccabunt mortaliter, & ad reſtitutionem tenebuntur, niſi hoc oppidum vel dominus ipſius ſe contentum redderet cum pœna apprehenſorum in furto, idem probat Molin. *vbi ſuprà, in* 4. *concluſ.*

Supereſt modo, vt reſpondeamus ad fundamenta tenentium contrarium in primo dicto principali, quæ etiam militant contra ſecundum, de quo modo egimus: & non quidem obſtat primum, nempe, quod vbi lex pœnam adhibet, non obligat ad peccatum,
23 hæc namque regula deceptoria eſt, imo † propterea lex pœnam imponit, quod culpa ſubeſt, pœna enim niſi pro culpa imponi non poteſt, vt meminit Soto *vbi ſuprà, in verſ. ſunt enim*, qui illam ſe amplius explicuiſſe refert, nempe *lib.* 1. *de inſtit. & iur. quæſt.*6. *rat.*5. *ad ſecundum.*

Ad ſecundum reſpondeo, quod talium rerum captura non eſſet dicenda furtiua, ſi à prima rerum diuiſione talis condita fuiſſet lex, vt liceret inde cuique ligna vel paſcua pro ſuis vſibus neceſſaria, & pecoribus propriis opportuna capere, etiam inuitis dominis: ſed an ſic fuerit inter homines de hac re con-
24 uentum, probari aut conſtare † non poteſt, cum nullum exſtet de hac re apud probatos auctores teſtimonium, quare potius commentum quam veritas eſt. Quo fit,vt cum dominia rerum iure antiquiſſimo gentium diſtincta ſint, atque vnicuique priuato certæ poſſeſſiones diſtinctæ, vt propriæ diſtributæ, & inde in ſucceſſores effluxerint omnia in eis nata,ſiue ſponte natura, ſiue per induſtriam hominum, eorumque fructus indiſtincte ſint propria eorundem dominorum priuariue ab aliis, ſicut domus,pecunia,& cæteræ res mobiles atque ſe mouentes: Hinc eſt, vt prædictis omnibus domini liberè fruantur, & de eis ad libitum diſponant,alienando,locando,donando, permutando, & quicquid volunt faciendo, prout faciunt quotidie in montibus, fontibus, herba & cæteris commodatibus vſque ad extremum interius terræ.

25 Quinimo † ſi Rex aut Reſpublica fundos, montes ſeu prata communia alicuius vniuerſitatis de nouo concederet, aut venderet alicui priuato, faciendo ea propria ipſius, eique ſufficiens priuilegium concedens,prout poteſt,ſecundum Couar.*in reg.peccatum*,2. *part.* §.8.*n.*1.*de regul.iur, in* 6. poſt Caiet.quem refert, idem eſſet dicendum, & nemo alius præter nouum huiuſmodi dominum, vel alium de eiuſdem licentia, poſſet inde ligna aut paſcua ſumere contra voluntatem domini,tametſi ſylua illa,vel pratum ſolerent eſſe communia: Ergo idem à fortiori dicendum eſt in illis rebus, quarum non exſtat memoria fuiſſe communes, nec conſtat ea lege fuiſſe datas priuatis, vt liceret pro ſuis vſibus eis frui: quinimo contrarium potius eſſe ſemper obſeruatum. Quod ſi ea adhuc aliquis proteruæ mentis contenderet fuiſſe à principio conceſſa ea conditione, ac proinde non poſſe dominos rationabiliter aliud velle (quod negamus) reſpondebimus, id quidem iam fuiſſe abolitum, ac legitime præſcriptum, quandoquidem in vſu non exſtat nec apparet, ſed potius contrarium, & de non entibus & non apparentibus idem eſt iudicium. Homines igitur pauperes Reipublicæ aliunde ſibi prouideant, quam de fundis & pratis alienis, nempe de communibus Reipublicæ,vel pecunia comparantes ligna & paſcua: Quod ſi numis carent, eleemoſynas à fidelibus expoſcant, quibus vitam degant, alias enim daretur maxi-
mum † inconueniens,nempe vt hi vel alij forſan diui- 26
tes ſub hoc clypeo cauſaque alienos fundos & prata, atque nemora particularium dominorum præd.licentia & permiſſione de die in diem deuaſtarent, nemoque priuatus libere ac ſecure ſuis bonis frueretur, dominiaque rerum eſſent in incerto: tandem non eſſent plene domini & totius Reipublicæ quies perturbaretur. Demum, ſi permitteremus huiuſmodi captiones lignorum & paſcuorum pro neceſſitate & vſibus vicinorum, cum hæc neceſſitas quotidie inſtet, & indies vere aut ſimulate magis inſtabit, & omnes etiam diuites, præ decentia ſtatus ſui & conditionis prætenderent, ſibi tanquam pauperibus iuxta ſuam qualitatem id licere, fieret inde, vt in maximam fundorum,montium & pratorum atque nemorum priuatorum ſtragem, aut damnum notabile facile vergeret: quod minime eſt concedendum: Abſurdum eſt igitur aliud dicere,& contra vtramque legem,diuinam nempe & humanam, meo ſaltem iudicio.

Nec obſtat quod ſimiles delinquentes,non vt fures puniuntur, neque ea infamia notantur, cum non ſit materia furti: quia contrarium probat rectè Corduba *vbi ſuprà*, vbi aſſignat rationem, quare leuius quam fures puniantur.

Quod autem eſt † Domin. à Soto pro priori parte 27
adduximus,nempe quod reuera,vbi domini tam acerba animaduerſione, &c. loquitur & procedit, & in nemoribus communibus oppidorum dominis eorum ſimul cum oppidis à Rege conceſſis, vt ex litera Domin. à Soto *vbi ſuprà*,apertè conſtat, in quibus idem nos *ſuprà* probauimus, vbi magna ſtrages non fieret: at dum Dominicus præfatus poſtea de nemoribus propriis dominorum loquitur, adeo libere non permittit vaſallis vſum lignorum vel paſcuorum in eiſdem, ſed imo ea vitanda eſſe decernit, licet non eo rigore, vt corporalis infligatur pœna, vel pecuniaria grauis: & quamuis inſuper addat, quod arbores & ligna, quæ abſque cultura terra progenuit, iure gentium communia eſſe deberent, ob idque eorum furtum non eſſe ea lance æſtimandum, ac ſi quis de arca tua, aut de domo tua numos aut ſuppellectilem furaretur: non tamen ideo concedit prædict. ligna communia eſſe, ſed debere eſſe,nec eis vti cuique licitum eſſe,ſed potius id denegat, dum inquit, eorum furtum non eſſe ea lance æſtimandum, ſicut cæterarum rerum mobilium: Vult igitur impropriè eſſe ac dici furtum præd. lignorum,non tamen concedit licite ea furto ſubtrahi poſſe,ſed imo,vt prædiximus, negat: Fit igitur,vt rectè perpenſus Soto contrarium receptæ ſententiæ non teneat, præcipuè cum ipſe paulo ante ſuperius eam toto ore, & ex profeſſo probauerit, vt vidimus: tametſi in poſteriori parte non ea lance furtum præd.lignorum æſtimandum eſſe cenſeat, ſicut cæterarum rerum mobilium. Nihilominus tamen, vt probauimus, in vtriſque furtum committit, ſubiacens peccato & reſtitutioni, modo & forma prædictis.

Non etiam † obeſt æquiparatio fratris Angles arborum & ferarum,illa ſiquidem falſa eſt atque contra mentem omnium, magna quippe eſt differentia inter hæc, vt infra *cap. ſequenti*, latius agemus: Quinimo nec hæc opinio prædict. Fratris aliquid ad tenendum priorem ſententiam mouere debet, quandoquidem idem Angles inferius in finali conditione hanc ſecundam noſtram opinionem expreſſe probat,dicens,quod ſi nemus peculiaris domini fuerit, ex illo ligna ſcindentes peccant furtumque committunt, & ad reſtitutionem tenentur, propterea quod alienum inuito

domino

domino accipiunt, cum arbores non communes, ſed particulares ſint: aut igitur hic auctor contrarius ſibi eſt, eiuſque vltima opinio tenenda, quæ cum noſtra concurrit, aut ſi mauis primam concluſionem tenere, vbi videtur docere contrarium, cum intelligas ibi loqui in nemoribus, publicis & communibus, quod nobis in propoſito non aduerſatur. Sed in hoc diſtinguendum eſt, *vt ſuprà, in verſ. quoad ſecundum*, Nauar. autem *vbi ſuprà*, loquitur attenta conſuetudine, quæ ſi indubia ſit & legitime præſcripta, proderit: at vero difficilis eſt probatio eo modo, vt requiritur ad hoc, vt ſufficiens ſit, vt prædiximus, & in quamplurimis partibus Hiſpaniæ, quod ſciam, non eſt talis conſuetudo.

## SVMMARIVM.

1 *Princeps Supremus poteſt ex iuſta cauſa venationem prohibere ſuis ſubditis, non tamen eſt eadem ratio in magnatibus ad cuſtodiendum ſui gratia, vetandamque venationem, vt in num. 2.*

3 *Domini temporales inferiores à Principe poſſunt in proprijs & priuatis fundis venationem prohibere ſicut alij priuati, item & in publicis & communibus ſuorum populorum ex iuſta cauſa ad tempus, non verò perpetuo nec per legem, ſed per edictum: idem erit ex conſenſu libero populi, vel ex conſuetudine immemoriali legitimè præſcripta, vt in num. 4. & quæ ſit iuſta cauſa in propoſito declaratur, num. 5. & 6.*

7 *Ruſtici non debent venari apros ac ceruos, & id genus beſtias, ſed reſeruantur ingenuis, ex cauſis de quibus hic.*

8 *Venari in tribus menſibus à lege Regia prohibitis ex cauſa publicæ vtilitatis, an ſit peccatum mortale vel veniale? & num. ſeqq.*

12 *Lex ciuilis iuſta an ſemper obliget ad peccatum mortale? & num. 13. quid quando ceſſat pars cauſæ legis.*

15 *Venatione prohibita à dominis temporalibus, reſtituere tenentur damna illata à feris in alienis fundis.*

16 *Clericis prohibita eſt iure humano venatio ſaltuoſa, quæ fit in ſyluis per ſaltus, non quieta ſed clamoſa cum ſtrepitu canum, & accipitrum & falconum.*

17 *Monachis à fortiori prohibita eſt venatio perſonalis, nam per alios venari poſſunt, & canes extra monaſterium ad id habere, ſi in terris proprijs venationem habeant, aut ius in terris alienis venandi.*

18 *Capta per venationem vetitam, aut dominis prohibitam, an ſint in foro iudiciali & conſcientiæ ante condemnationem dominis reſtituenda, & num. ſequentibus diſtinguuntur tres caſus, num. 22. & ſequentibus, & num. 19. quid ſi à iudice prohibita ſit venatio.*

25 *Columbas occidens intra vel extra leucæ ſpacium à columbario, an teneatur ad reſtitutionem, & num. ſeqq. & num. 56.*

28 *Differentia magna conſtituitur inter feram vel auem captam, quæ poſtea manus capientis effugit, & illam quæ vallum egreſſa eſt, & habet conſuetudinem regrediendi ad eundem locum, vt hic demonſtratur.*

32 *Leg. 17. tit. 28. part. 3. intellectus, & num ſeqq.*

36 *Venator an capta poſt prohibitionem domini vel eius, qui ab eo ius venationis in ſuo agro conduxerit, teneatur eidem reſtituere in foro conſcientiæ ante condemnationem iudicis?*

37 *Leg. item ſi fundi, §. aucupiorum, ff. de vſufructu, intellectus.*

38 *Venator arte ſua etiam vetita faciens in locum publicum exire feras de loco priuato, vt eas venetur, non tenetur ad reſtitutionem earum, ſed tantum de damno, ſicut teneretur is, qui venatorem impedit ne in locis publicis venetur, & ipſe impediens in eiſdem venetur locis, quamuis ex dicta fraude poſſet ſecundum ſtatuta & conſuetudinem puniri, ac ſi in loco publico venaretur.*

39 *Venator iam quod capta poſt prohibitionem domini aut eius conductoris non teneatur eidem reſtituere ante condemnationem, vt num. 22 cum ſeqq. late eſt diſſertum: an ſaltem teneatur eiſdem ad id, quod veriſimiliter ipſe dominus, vel conductor ibidem cepiſſet ex animalibus captis à præd. venatore? & n. 43. ponitur quædam declaratio in hoc.*

40 *Venator tenetur omnino ad damnum, quod agri domino intulerit in fructibus & ſegetibus, etiamſi expreſſa prohibitio non fuerit præmiſſa.*

41 *Leg. quemadmodum, §. planè, ff. ad l. Aquiliam, intellectus.*

42 *Impeditus piſcari, aut venari ab eo, qui iure impedire non potuit, agere valet, non tantum ad retia rupta eorumque æſtimationem, ſed etiam ad æſtimationem piſcaturæ, quæ iuxta tempus & locum certa imminebat.*

45 *Ius piſcandi aut venandi in aliquo flumine publico, vel in aliqua parte fundi publici priuatiuè ab alijs poteſt acquiri præſcriptione immemoriali, & priuilegio Principis, & ibi capta poſt prohibitionem ſint in animæ iudicio reſtituenda.*

47 *Clerici illicite venantes non tenentur ad captorum reſtitutionem in foro conſcientiæ, nec quod capit laicus tempore, quo ſibi eſt prohibita venatio, nempe die feſto, ne impediatur ab officiis diuinis.*

48 *Capta tempore niuium, vel cum inſtrumentis aptis ad ferarum depopulationem, & in ſimilibus caſibus contra prohibitionem legum, non ſunt reſtituenda in animæ iudicio, licet ſic capiens puniri poſſit.*

49 *Fera ab vno vulnerata, & ab altero capta, cuius ſit? & num. 50. quid de fera per retia & inſtrumenta venatoris illaqueata? & num. ſeqq.*

53 *Deducens columbas ab alterius columbario, & ad proprium attrahens ad quid teneatur, & n. 54.*

55 *Columbæ quæ in priuatis columbarijs nutriuntur, occidi non poſſunt ab alijs.*

57 *Columbarium an & quando liceat habere.*

58 *De auibus, & earum venatione.*

59 *Cuſtos montium & ſimilium iuratus an poſſit cum aliquibus diſſimulare, precibus, amicitia, vel pretio corruptus, & ſit diſſimulans ad quid teneatur? & numeris ſeqq. & quid ſi diſſimulet cum conſanguineis, vel valde amicis domini, ita quod crederet eum permiſſurum, num. 61. & quid ſi cum venatoribus & alijs damnificantibus diſſimulet, ſe abſcondendo, vt eos in fragranti delicto comprehendat, num. 62.*

63 *Cuſtodes & præfecti in confinibus Regnorũ in portandis, & exportandis mercibus, eas vetitas permittentes exportari vel importari, peccant mortaliter & ſunt periuri, & ad emendam vectigalium alias ſoluendorum tenentur, non tamen ad reſtitutionem pœnarum, quas ſoluiſſent tranſgreſſores, ſi denuntiati fuiſſent, neque bonorum, quibus ob id priuarentur.*

64 *Teſtis periurus, ob quod reus abſoluitur à pœna publicationis bonorum fiſco applicandorum, quam incurrerat, non tenetur ad reſtitutionem eorum, ad damnum verò, quod intulit ex ſuo falſo dicto cum iuramento, vel ſine eo, tenetur læſo reſtituendum vltra peccatum mortale, vt in num. 65.*





## CAPVT XXVIII.

*De venatione & piſcatione, an poſſit iuſte prohiberi à Principe, aliiſque dominis temporalibus inferioribus? & an capta per venationem vetitam ac prohibitam, ſint in foro exteriori, vel conſcientiæ reſtituenda ante condemnationem?*

1 PRincipem Supremum † prohibere poſſe ex iuſta
cauſa venationem ſuis ſubditis, deduci videtur
ex textu *in cap. 1. § nemo retia, de pace tenenda, & eius*
*violat. in vſibus feud.* vbi ne pax violetur, prohibita
eſt venatio, quæ non fit ad vrſos & apros capiendos,
vbi id notant atque profitentur Martin. Laudenſ. &
Præpoſit. cæterique Dd. eſtque magis communis ſen-
tentia Doctorum, vt plures referens teſtatur, eam be-
ne lateque pro D. Couarr. *in reg. peccatum, 2. part. §. 8.*
*n. 1. de regul. iur. in 6.* & ex Theologis aliiſque Iuriſtis
eam probat Caiet. *in opuſcul. 17. reſponſ. 12.* Angel. de
Clauaſ. & Armil. aurea *in ſumma, verbo venatio*, Sylueſt.
*eodem verb. & in verbo reſtitutio, 2. §. 16. & §. 17. & re-*
*ſtitution. 3. q. 3. in fin. & q. 4. & reſtitut. 7. quæſt. 1. & re-*
*ſtitut. 8. q* 2. Gabriel *in 4. diſt. 15. q. 5.* ſpeculum cõſcietiæ
*lib. 1. c. 68.* Io à Medin. *de reſtit. q. 12. in prin.* Nauar. *in*
*man. Lat. c. 17. n. 120.* Dominic. à Soto *libr. 4. de iuſt. &*
*iur q. 6. art. 4. pag 343. verſic pari ferme, col. 1. & 2.* Ant.
à Cordub. *in ſua ſumma de caſos de conciencia, q. 119.*
*in 2. dicto*, & nouiſſime plures referens Petr. à Nauar.
*lib. 3. de reſtit. c. 1. n. 578.* ſubdit Sot. *vbi ſuprà, verſ. hoc*
2 *autem*, non † eſſe eandem rationem magnatibus ad cu-
ſtodiendam ſui gratia, vetandamque venationem,
quantam in Principe, etiamſi cum ſuis iuribus ea fue-
rit ipſis largita, quod ante ipſum fatetur Methymna
*vbi ſuprà, verſ ſed quid de dominis temporalibus*, & Tira-
3 quel. *de nobilit. c. 37. n. 150.* Nihilominus tamen † ſe-
cundum præfatos auctores prædicti domini tempora-
les inferiores à Principe poſſũt in ſuis proprijs & pri-
uatis fundis venationẽ prohibere, ſicut alij priuati: itẽ
& in publicis & communibus ſuorum populorum ex
cauſa iuſta ad tẽpus, nõ vero perpetuo, nec per legem,
quam condere non poſſunt, ſed per edictum. Idem erit
4 † ex conſenſu vel contractu libero abſque metu totius
populi, vel ſi id ſibi competat ex conſuetudine imme-
moriali legitime præſcripta, quæ præſcriptio caute eſt
recipienda & ſeruanda in iudicio exteriori, & in foro
conſcientię, præſertim ſi ea initium à tyrannide habue-
rit, & præd. poſt hæc ſcripta, probat bene declarans
Lud. Carb. *de reſtit q. 34 per totum*, & Salon *de iuſt. &*
*iur. in 2. 2. D. Thom. q. 62. art. 3. in 3. controu. per totam,*
*pag. 150. cum ſeqq.*
5 Iuſta † autem cauſa in propoſito prohibendi vena-
tionem erit, ne venatio totaliter conſumatur, vel no-
tabiliter minuatur prout fieret, ſi tempore generatio-
nis animalium exerceretur, quod legibus Regiis pro-
hibetur, quia, vt inquit Medin. *d. q. 12. in prin* & alij *ſup.*
citati, certis temporibus prohiberi poteſt venatio ob
publicam vtilitatem, quando ſcilic. animalia ſunt fœ-
cundata, aut quando terra niuibus eſt cooperta, vel
etiam quod homines à certis inſtrumentis, aut modis
venandi abſtineant, vt legibus Regiis etiam cauetur:
Si enim hominib. paſſim venari permitteretur, & in-
ſtrumentis, quibus vellent ad venandum vti, breui,
tempore animalia terræ, & volatilia pennates, quæ
Deus in cibos hominum creauit, deficerent: idem om-
nino probauit D. Nauar. *d. c. 17. n.* 124. & F. Angles *in*
*ſuis Floribus Theolog. q. in q. de reſt. propter venationem*
*concluſ. vlt.*
6 Similiter † iuſta cauſa prohibendi venationem erit,
vt vitentur rixæ & contentiones, quæ contingere ſo-
lent, niſi venatio prohibeatur, & præterea ne etiam
homines agriculturam dimittant, aliaque neceſſaria &
honeſta negotia: Apros † enim ac ceruos, & id genus 7
beſtias non † condecet à plebeis venatu impeti, ſed vt
reſeruentur ingenuis, qui præliorum ſimulacra aduer-
ſus ea meditentur: Vnde plures Regiæ Conſtitutiones
prohibentes variis ex cauſſis in locis publicis venatio-
nem iure & rectitudine iuſtitiæ defendi poſſunt, ſe-
cund. Cou. *vbi ſuprà.* Quinimo † exiſtimat D. Ant. de 8
Padilla *in l per agrum, n. 8. C. de ſeruit. & aqua*, quod ſi
lex aliqua ex cauſa publicæ vtilitatis venationis vſum
inhibuiſſet, veluti tribus illis menſibus, Martio, Aprili
ac Maio, in quibus Regia pragmatica Madriti,
ann. 1552. venandi vſus eſſet prohibitus, mortaliter pec-
care, qui hanc legem tranſgreſſus ſit, quæ iuſta eſt ac in
communem edita vtilitatem, vt volatilia omnia, atque
reptilia in communes vſus multiplicentur, quia lex
iuſta & communis obligat, etiam in conſcientia, vt
*ſuprà c. proximo*, docuimus, & quod prædict. ll. quibus
venatio prohibetur, ſi ſint iuſtæ, obligent ſub peccato
etiam graui Lud. Carb. *vbi ſupr. in 8. concl.* Quod abſ-
que dubio verum † eſſet atque procederet in homini- 9
bus, qui ex officio vel conſuetudine venarentur illis
temporibus, ita quod notabiliter Reipublicæ ex hoc
damnum inferretur. At vero † in illis, qui ſemel aut 10
iterum gratia principaliter recreationis illis menſibus
venatum irent, licet interdum aliquas aues, cuniculos
vel feras occiderent, in parua tamen quantitate, ex
qua leue damnum Reipublicæ immineret, & ſic eſſen-
tiali motiuo legum illis temporibus venationem pro-
hibentium non obuiaretur, exiſtimarem, ſaluo iudi-
cio rectius ſentientium, minime procedere præfa-
tam concluſionem Meneſij, ſicque ob id non peccare
mortaliter, ab intentione rationabili Principis le-
giſlatoris ceſſante: Lex enim id generaliter & om-
nino vetans, moraliter eſt intelligenda, epicheia
admiſſa.
Conducit ſententia Ioann. à Medin. *vbi ſuprà, in fi-*
*ne principij*, reſoluentis in propoſito illius quæſtionis,
*An ſit † peccatum mortale contra prohibitionem venari?* 11
Quod ſi ad alterius dominium id, quod venatione ca-
pitur: pertineat, erit peccatum mortale, cum ſit fur-
tum, quod de ſe peccatum mortale eſt, quamuis id,
quod taliter capitur, poſſet tam parui valoris eſſe, vt
mortale non ſit. Si vero res ſic capta ad nullius domi-
nium pertineat, mortale erit, ſi ſub tali pœna prohi-
beatur, quæ mortalem culpam prærequirat, vt de ſe
ſatis conſtat, etiamſi lex illa ſolum ciuilis ſit. Hæc Me-
dina. Ergo † cum lex ciuilis, licet iuſta, non ſemper 12
obliget ad peccatum mortale, ſed tunc demum, cum
de re graui aliquid ſtatuit, hoc eſt, circa materiam ta-
lem, quæ poſſit ſufficientem cauſam præbere ad in-
iungendam talem obligationem, ſicque grauis ſem-
per oporteat, quod ſit res & vehemens, aut noxia, aut
offenſiua, circa quam peccatum poſſit mortale com-
mitti: ſecus ſi modicam & leuem proximi offenſionem
contineat, vt docet latè Caſtrenſ. *lib. 1. de poteſt. leg. pœ-*
*nal. capit. 5. in ſecundo documento*, quamuis ſupradicta
lex Regia prohibens venari & piſcari prædict. menſi-
bus, generationis animalium & piſcium generaliter
ſumpta obliget tranſgreſſorem in conſcientia ad pecca-
tum mortale, quia ſuper re graui, & ad publicam vti-
litatem ſtatuta eſt propter conſeruationem venationis
& piſcium: Attamen in noſtro caſu particulari, cum
ceſſare videatur illa cauſa intentio legis latoris, ceſ-
ſare quoque videtur in eo obligatio ad culpam morta-
lem: licet enim non ceſſet tota cauſa motiua legis,
ſed pars ipſius, ac proinde † videretur obligationem 13
legis non ceſſare, attamen cum particularis cauſa

talis eſt, quod ſolum ab illa obligatio legis aut præcepti pendere videatur, ita vt omni alia ſecluſa, illa per ſe ſufficeret inducere obligationem, & ſine illa, nulla alia hoc facere poſſet, tunc ſufficit ipſam ceſſare, iuxta doctrinam eiuſdem Caſtri *vbi ſupra, in 3. documento.* Sic igitur in propoſito videtur dicendum, quod cum prohibitio prædicta in dictis menſibus ſit fundata omnino, ne ſi tempore generationis animalium liceret venari aut piſcari, facile venatio & piſcatio conſumeretur, aut notabiliter læderetur in notabile damnum Reipublicæ, merito, vt hac cauſa ceſſante, prout ceſſare videtur in noſtra ſpecie, ceſſet ſaltem in foro conſcientiæ obligatio ad culpam mortalem.

14 Facit etiam † quod Dom. à Soto *infra* in quæſtione ſequenti in tertio caſu citatus inquit forte aliquam culpam eſſe facere contra dictam legem prohibentem venari in loco publico vel communi certo tempore ob cauſam vtilitatis, quibus verbis innuit non eſſe mortalem: quod ſic ſimpliciter dictum verum non videtur, ſed cum diſtinctione præd. Et ita intelligo hanc materiam, & nouiſſime poſt hæc ſcripta, ita voluit Ludouic. Carb. *vbi ſupr. in d. 8. concluſ.* dicens, tunc obligare præd. ll. ſub peccato graui, ſcil. cum eſt materia grauis.

15 Cum autem † domini temporales venationem prohibent atque vetant, ſiue id iuſte fiat ex cauſſis præd. vel ſimilibus ſiue iniuſte, cauere omnino debent, vt damna illata ab illis feris alienis prædiis & ſegetibus reuera, plene, integreque reſtituant, ad quod tenentur in foro conſcientiæ, etiam ante condemnationem, cum non ſit pœna, ſed damnum & intereſſe, vt omnes profitentur. Qualiter autem & quomodo reſtitutio hæc ſit facienda, latiſſime proſequitur Cordub. *vbi ſuprà, in 4. puncto*, qui eſt videndus, quoties caſus contigerit.

16 Clericis tamen, vt omnes † fatentur interdicta eſt venatio iure humano, vt *in c. quorumdam 34. diſtin. c. quis venatoribus, 86. diſtin. Clemen. 1. § porro, de ſtatu monachorum, l. 47. tit. 6. part. 1. cap. 1. & per totum de cleric. vena.* & *ibi* Innoc. & Abb. *in c. dudum, 2. de elect.* Fel. *in c. auditis, col. pen. de præſcrip.* Couar. *vbi ſuprà, num. 5.* Io. à Medin. *etiam vbi ſup. in princ.* & cæteri omnes, præcipue Petr. à Nauar. *vbi ſupra, num. 288. cum ſequentibus*, vbi, quod ſecundum omnes hoc intelligitur de venatione, quæ dicitur ſaltuoſa, quæ fit in ſyluis per ſaltus, non quieta, ſed clamoſa, cum ſtrepitu canum, & accipitrum, & falconum: Quieta autem venatio, & quæ fit abſque ſtrepitu & ſcandalo, cauſa neceſſitatis, aut recreationis, licita eſt ſecundum ſupradictos. Monachis † autem à fortiori vetita eſt venatio, ſaltem perſonalis, id eſt, per ſeipſos facta; Nam per alios venari poſſunt, & canes ad venandum extra monaſterium habere, ſi ſaltus, vinaria, aut garenas proprias habeant, aut ius in terris alienis venandi, vt *in d. Clem. 1. § porro, de ſtatu monach.*

17 Offert ſe † nunc nobis in propoſito noſtra principalis quæſtio Canonica examinanda; *An capta per venationem vetitam, aut à domino prohibitam, ſint in animæ iudicio reſtituenda domino ante condemnationem, necne?* Et prius videre oportet, quid hoc caſu iure ſtatutum ſit in foro exteriori, deinde an in interiori animæ idem ſeruandum ſit:

18 Et gloſſa *in d. l. Diuus Pius ff. de ſeruit. ruſtic. præd.* affirmat, capta per venationem in agro alieno, prohibente domino eius ingreſſum, capientis fieri, nec teneri eum fundi domino reſtituere, quam ibi ſequitur Dynus, & omnes ſecundum Bartol. *ibi*, qui eam ſequitur, Paul. ibi, *num. 4.* & eſſe communem teſtatur Florianus, gloſſa etiam *in l. 3. ff. de acquir. rerum domin. verb. prohiberi, & in § apum, verſic. prouideri, de rerum diuiſion.* teſtatur communem Angel. & Cantiuncula *in § feræ, Inſtit. de rerum diuiſ.* Cæpol. *de ſeruit. ruſt. præd. cap. 21.* & Franciſcus March. *deciſ. 530. num. 14.* Couarr. *vbi ſuprà, num. 5.* & Meneſ. *in d. l. per agrum, num. 6.* communis ſecundum Sebaſt. Medic. *num. 15. in loco ſtatim citando*, vbi bene eam probat: eſt communior ſecundum Lud. Carbo *de reſtitut. omn. rerum, quæſt. 35.* dicit communem eam ſequutus bene probans Molin. *de iuſtit. & iur. 2. tractat. diſputat. 51.* quia, etſi lege humana ob iniuriam domini vetitum ſit, ne quis eius agrum, eo inuito ingrediatur: non tamen ex hoc acquiſitio ferarum quæ intra eum agrum in nullius bonis ſunt, eſt impedita, nec per hanc prohibitionem feræ ipſius agri domino applicantur, nec eius propriæ efficiuntur, imo adhuc liberæ manent iure naturali, vt occupantis fiant. Præterea ſi aliud diceremus, aut illud eſſet per applicationem legis, aut per occupationem: Neutrum autem hic datur: Ergo adhuc ea animalia communia manent, vt occupantis fiant. Venator ergo etiam poſt prohibitionem ingreſſus ad reſtitutionem non tenetur.

19 Hinc fit, vt idem ſit dicendum, ſi iudex † ingreſſum prohibeat in aliquem agrum, & poſt prohibitionem aliquis eum ingrediatur & venetur, quia ſic capta per venationem capientis efficientur eiſdem rationibus aduerſus Ioann. Fabrum, & Claudium Cantiuncul. *in dict. §. feræ*, Chaſſan. *in conſuetudin. Burgund. rubric. 13. § 7.* & Iacob. *in tractat. de feud. in § & cum venationibus*, & Gregorius Lopez *in leg. 17. titul. 28. partit. 3. gloſſa final.* aliud exiſtimantes, quos improbant Couarruias *num. 4.* & Meneſ. 7. *vbi ſupra*, reſoluentes, ſaltem in foro interiori animæ huiuſmodi prohibitum à iudice fundum ingredi ad venandum, minime teneri ad reſtitutionem, etiamſi grauiter peccauerit contemnendo iudicis præceptum * & in iudicio conuentus reddere capta cogetur. Idem ſequitur Sebaſt. Medic. *de venatio. & piſcat. 1. part. quæſt. 7. num. 14.*

20 In priori † tamen ſpecie: nempe quando dominus prohibet venatori ingreſſum ſui fundi, hodie contraria opinio gloſſæ *in dict. § feræ*, probata eſt l. Regia 17. *tit. 28. partita 3.* vbi expreſſe deciditur, quod capta poſt prohibitionem non ſunt capientis, ſed domini, & ibi notat expreſſe Greg. Lop. *gloſſ. fin. in princ.* cuius l. verba ita ſe habent: *Beſtias ſaluages, e las aues, e los peſcados de la mar, e de los rios, quien quier que los prenda, ſon ſuyos luego que los ha preſos. quier prenda alguna deſtas coſas en la ſu heredad miſma o en la agena. Empero ſi quando alguno me qui ſieſſe entrar a cazar en heredad agena, eſtouieſſe hi el ſeñor de ella, e le dixieſſe que no entraſſe hi a cazar, ſi deſpues contra ſu defendemiento priſieſſe hi alguna coſa, entonce non deue ſer del cazador, ſino del ſeñor de la heredad, ca ningun ome non deue entrar en heredad agena para cazar en ella, nin en otra manera contra defendemiente de ſu ſeñor. Eſſo miſmo ſeria ſi el ſeñor lo fallaſſe que anduuieſſe y ya cazando en ſu heredad, e antes que hi prieſſeſſe ninguna coſa, le defendieſſe que no cazaſſe hi, ca todo quanto hi cazare, deſpues que ſe lo defendieſſe, todo deue ſer del ſeñor de la heredad, e non del cazador. Mas ſi ante que ſe lo defendieſſe, ouieſſe algo cazado, todo quanto priſieſſe, deue ſer del cazador, e no ha que ver en ello el ſeñor de la heredad*, & ſic in foro exteriori res iam eſt clara aperteque deciſa, per d. l. Regiam, & ſecundum eam iudicandū eſt & conſulendum.

21 At vero † quoad forum animæ dubitari contingit; *An idem ſit dicendum, quod in foro exteriori deciſum reperitur?* Quod videtur indubium; Nam cum lex illa Regia iuſta ſit & communis, videtur in foro animæ obligare tranſgreſſorem eius, ex ſuprad. Secundo,





quia illa animalia in illo loco genita & nutrita, ſunt velut fruct. illius loci: Ergo ad dominum fundi pertinent: Tertio, quia huiuſmodi domini paſſim vendunt ius venandi in eiſdem fundis & agris, & inde ſuos redditus annuos habent, nec ab aliquo compelluntur eos reſtituere, ſicut compellerentur, ſi non ſua, ſed aliena eſſent, aut communia, quæ ſic vendunt: Ergo ſunt propria ipſius.

22 His tamen † non obſtantibus, in propoſito diſtinguendi ſunt tres caſus principales. Primus eſt, quando contra prohibitionem domini venator ingreſſus, cuniculos, ceruos, apros, vel alias feras capit in loco, muro, vel ſepe circumcluſo induſtria hominum, ita vt animalia intus exiſtentia ſuam libertatem eundi, quo velint, non habeant: & idem eſt in apibus, quæ in alueo continentur, & in aliis animalibus incluſis viuariis, temporariis, piſcinis aut ſtagnis, & in columbis, quæ in columbario concluduntur: & tunc venator capta poſt prohibitionem reſtituere tenetur domino, eiuſue conductori in foro conſcientiæ, cum iſthæc animalia non habeant libertatem omnino exeundi loca ſepta, vel ſaltem poſſit dominus exitum impedire facillime occluſis viuariis, & columbario: Videntur enim iam huiuſmodi animalia ad dominum, cuius eſt locus ſic circumcluſus, pertinere, non ſolum quamdiu ſunt intra locum huiuſmodi, ſed etiamſi inde cum animo redeundi egrediantur, veluti cum conſuetudinem redeundi in eundem locum non amiſerint, vt probatur in *leg. 3. § ſed feras, ff. de acquirend. poſſeſſion. & in dict. §. feræ, cum ſequentibus, & in leg. 22. tit. 28. part. 3.* ita in terminis tenet ac probat Ioan. à Medina *de reſtitutione, quæſt. 12. verſicul. quibus præmiſſis*, per totum, & Dominic. à Soto *lib. 4. de iuſtitia & iur. quæſt. 6. artic. 4. pagin. 344. col. 1.* ibi, *Quando vero,* Nauarr. *in man. Latin. cap. 17. n. 128.*

23 dicens, tunc † dici conſuetudinem redeundi in eundem locum prædict. animalia amiſiſſe, cum ad horas & dies conuetas bis redire deſinunt, poſtque accepta capientium fiunt. Hoc autem de amiſſione conſuetudinis redeundi, prudentis arbitrio relinquendum eſſe nouiſſime cenſet, bene declarans Molina *de iuſtitia & iur. tract. 2. diſput. 51. verſic. Nauarr.* Eandem ſententiam principalem ſequitur & bene probat D. Couarruuias *vbi ſupra, d. §. 8. num. 15. verſic. primum hinc infertur, amplians in verſic. ſecundo* etiamſi venator nulla arte nec induſtria vſus fuerit ad deducenda illa animalia extra ſepta & loca, quibus includuntur, in locum ſane publicum, quamuis ad nihilum teneretur venator, qui hoc caſu feras & animalia extra locum vetitum abſque vlla eius fraude digreſſa caperet. Eandem etiam ſententiam Methymnæ ſequitur Ant. à Cordub. *d. quæſt. 11. in 6. puncto, in verſ. Y lo ſegundo*, ſequitur etiam Frater Angles *in ſuis floribus Theolog. quæſt. in quæſtione de reſtitutione propter venationem, concluſ. 1.* & Sebaſt. Medic. *de poſſ. venat. & piſcat. 1. part. quæſt. 7. num. 19. cum ſeqq.* & Lud. Carb. necnon & Salon *vbi ſuprà, concluſ. 3.* Et ita eſt abſque dubio tenendum, quicquid contrarium incurioſe probet Petrus à Nauarr. *lib. 3. de reſtitutione, cap. 1. num. 292. cum ſequentibus*, aduerſus Fratrem Angles *vbi ſuprà*, exiſtimans, præcedentem ſententiam eſſe tantum ipſius Angles, cum tamen fuerit Methymnæ, & cæterorum modo citatorum, quos idem Nauarr. ad alia in eiſdem locis ſæpe citauerat, non tamen aduertit eos omnes eandem ſententiam tenere, eoſque ſequi Fratrem Angles, ſed exiſtimans eſſe ſingularem eiuſdem Angles, eam improbat falſamque immerito reputat, cum ſit veriſſima, recteque iure ac ſimul concludente ratione probata.

24 Similiter non me latet, quendam † grauiſſimum virum docuiſſe contra prædictos, nempe, venantes feras egreſſas fundum vel locum vallo ſeptum, non teneri ad vllam reſtitutionem faciendam, etiamſi ipſæ non amiſerint vſum eundi & redeundi, quaſi tunc maneant communes iure naturæ, quia poſſint libere vagari, nec tenentur incluſæ: Ergo ſunt capientis, veluti fera, vel auis capta, quæ poſtea effugerit manus capientis, ita vt non facile poſſet illam conſequi, ſit namque reuera alterius capientis: Ergo multo magis quæ vallum egreſſa eſt: Fera enim manu capta, magis efficitur capientis, quam fera vallo incluſa, & ruſus non eſt facile capere illam, quando ſemel vallum exierit. Vlterius quia columbæ, quæ per vnius leucæ ſpacium diſtant à columbario, citra dubium fiunt capientis, vt in l. Regia de hoc agenti, quamuis habeant vſum euolandi ad columbarium: Ergo ita in propoſito eſt dicendum.

Hæc tamen ſententia in feris egredientibus à fundis ſepto vallatis, & habentibus conſuetudinem & vſum redeundi, vera quidem non eſt, præterquam quod eſt contra communem: Omnia enim prædicta argumenta ceſſant in noſtra ſpecie nempe, quando fera egreſſa fundum aut locum vallo ſeptum, habet conſuetudinem eundi & redeundi, illamque non amiſit, tunc enim quamuis poſſit habere, & in habitu habeat illam libertatem non redeundi, in actu tamen eam non habet, quandoquidem reuertitur ad locum ſeptum ab ea inhabitari conſuetum differenti modo, quam in exemplis in contrarium adductis.

25 Præterea illud de † columbis diſtantibus per vnius leucæ ſpacium à ſuo columbario ad idem reuerti ſolitis, non etiam nocet communi ſententiæ, quia iam per legem Regiam hoc ſpacium declaratum eſt, intra quod columbæ ipſæ capi aut occidi à non dominis non poſſint, extra vero poſſint: In aliis vero feris & animalibus, quibus nullum ſpacium vagandi libere aſſignatum eſt, remanet ius commune & noſtra prædict. communis ſententia illæſa: quinimo per locum ab ſpeciali, & ratione caſus omiſſi ea *ibidem* maximum robur accipere videtur: Si enim columbis egreſſis à columbario datur ſpacium leucæ, intra quod degentes capi aut prehendi vel occidi non poſſint, quaſi lex conſueuerit ac iuſte præſumpſerit, illic degentes conſuetudinem reuertendi ad columbarium non amiſiſſe, in cæteris feris, quibus à lege declaratum nec arbitratum eſt ſimile vel aliud ſpacium, veritati ſtandum erit circa hoc, præcipue in foro conſcientiæ, nempe, vt quamdiu conſuetudinem redeundi ad locum ſepto vallatum non amiſerint, modo, quo prædiximus, ſi capiantur *ibi* poſt prohibitionem domini, eidem ſint reſtituendæ, quod habet noſtra & communis ſententia.

26 Quinimo † ſecund. Codub. *quæſt. 121 verſ. lo ſegundo*, iuxta probabiliorem opinionem, & certiorem & iuri communi conformem, occidentes columbas in notabili quantitate, vltra leucæ ſpacium, ſi ipſæ conſuetudinem reuertendi non amiſerant, tenentur ad reſtitutionem, & prædict. l. Regia eos ab hoc non excuſat, ſed tantum, vt in iudicio pro hoc conueniri minime poſſint nec puniri; Quandoquidem lex illa tantum eſt permiſſiua. Cui opinioni patrocinatur, quia lex illa Regia fundata videtur in præſumptione, vt diximus, forus autem animæ in veritate: Si ergo in rei veritate conſtat, columbas, vltra leucæ ſpacium degentes, conſuetudinem redeundi ad proprium columbarium non amiſiſſe, idem iudicandum videtur tunc temporis, ac ſi infrà leucæ ſpacium exiſterent. Nihilominus cum hoc difficile ſit iudicare ac diſcerni, & l. Regia iuſta ſit, & certum terræ ſpacium pro ſopiendis controuerſiis ſtatuerit, obſeruandum eſſe exiſtimo in vtroque foro, nec amplius ſcrupulandum.

27 Niſi inſtrumentis † vetitis, inſuper & arte aliqua columbas à leuca deducerent, vt eas vltra leucam occiderent, tunc enim, & peccarent mortaliter, & ad reſtitutionem pretij columbarum, vel damni notabilis domino faciendam tenerentur, vt tenuit idem Cordub. *d. q. 21. verſic. Lo primero.*

28 Similiter non † obeſt aliud argumentum de fera vel aui capta, quæ poſtea effugerit manus capientis, ita vt non facile poſſit illam conſequi, nam fit alterius: Ergo multo magis illa, quæ vallum egreſſa eſt, quia fera, manu capta, magis efficitur capientis, quam fera vallo incluſa, &c. Nam reſpondemus, feram vel auem captam effugientem poſtea manu capientis, fugere, vt non reuertatur, ſed vt omnino liberetur, ſicque ad ſuam naturalem libertatem reuertitur, ideo merito vt alterius, poſtea eam capientis, fiat. At fera vel auis loco ſepto vallato incluſa egrediens eum cauſa vagandi, ciboſque quærendi, ſolita ad eundem locum regredi, dum hanc conſuetudinem reuertendi non emittit, quia ad horas & dies conſuetas ad illum reuertitur, non dicetur libere remeaſſe, ſed potius quodammodo ſub eadem incluſione retineri, quouſque libere ſe alibi conferat, & non ſemel, ſed pluries deſinit redire ad horas & dies conſuetas ad eundem locum ſepto vallatum. Fit igitur ex prædictis, vt non magis efficiatur fera vel auis manu capta capientis, ſi poſtea eius manus euaſerit, ſed potius minus quam illa, quæ vallum egreſſa ad eum locum redire ſolita eſt, ſicque ceſſat fundamentum prædict. contrarium. Hæc autem recepta ſententia vera eſt & procedit, vt prædiximus, quando præd. viuaria, leporaria, piſcinæ, & ſtagna facta fuerint priuata hominum opera, ita quod naturalis libertas animalium ex hoc impedita ſit.

29 Secus ſi † ab ipſis animalibus naturaliter facta fuerint abſque induſtria priuatorum: ita Cou. *vbi ſup. d. §. 8. n. 14. verſic. primum, in fine*, vel quoties ſaltus vel ſtagna, natura loci, arborum denſitate, aut rupibus circumſepta ſint, vel etiam induſtria hominum, ſi piſces & feræ, nihilominus relictæ ſunt in naturali libertate, iuxta text. *in d. l. 3. §. item feras, ff. de acquir. poſſ.* quem text. ne obſit ſuperiorib. ita intelligit Cou. *vbi ſup. n. 15. ad finem*, & ſequitur Cordub. *vbi ſup. in dicto ſexto puncto*, ibi: *Y lo que dize la ley tercera, &c.* Dicantur autem viuaria, vt per Couar. *vbi ſup. n. 15. verſ. viuaria quidem.*

30 Obſeruandum † autem erit, quod in hoc primo caſu, etiamſi quis pœnam ſoluat, non ideo liberatur à reſtitutione vel ſatisfactione damni ferarum captarum, niſi dominus pœna contentus ſit, vt *ſup.* probauimus, & in terminis cum Medin. *vbi ſup* tenet & probat Cord. *d. quæſt. 121. in 6. puncto in principio.*

31 Secundus caſus principalis eſt, quando † venatio fit in fundo & agro priuato non circumcluſo, ſed aperto & patente, prohibente domino ipſius, & tunc quia in illo loco liberum eſt feris illic exiſtentib. egredi & ire, quo velint, ſicque nullius ſunt, ſed communia, ac proinde occupantis fiunt, non tenetur huiuſmodi venator eas domino fundi vel eius conductori reſtituere in conſcientia ante ſententiam iudicis: ſecus poſt condemnationem contra eum de reddendo factam; Licet enim dominus fundi id iuris habeat illic venandi, vt alios inde arcere valeat, non tamen inde fit conſequens, dominium habere ferarum, quæ illic nutriuntur, perinde atque arborum, aut terræ naſcentium. Terra enim feras non fert, vt cæteros fructus, ſed ipſæ ſe animantes progignunt: tum etiam, quod eadem animantia vagantia ſunt, & ad quæcunque diuagandum libera: Ergo ſi dominus fundi non habet eorum dominium, fit, vt qui illa occiderit, non ſit reſtitutioni obnoxius: Cui maxime conſonat *d. l. 17. Regia*, dum ſtatuit, vt qui à domino fundi non præmonitus quidpiam fuerit in fundo alieno venatus, ſibi, quod accepit, adquirit: Quod profecto iniuſtum eſſet, ſi id ſub dominio fuiſſet domini. At prohibitio ipſius domini nullibi legitur aut habetur, quod dominium eidem acquirat animalium ſylueſtrium illic exiſtentium, ſed tantum illorum occupatio, vel legis applicatio. Neutrum horum datur in præſenti ſpecie, vt prædiximus: Ergo domino fundi non quæruntur capta poſt prohibitionem, quod profitentur atque affirmant omnes modo citati auctores, & etiam Petrus à Nauar. *vbi ſuprà, n. 290. cum ſeqq.* eſtque indubium.

Huic receptæ † omnium ſententiæ non obſtat *d. lib. 17. art. 28. part. 3. ſuprà* recitata, quia ſecundum Me- 32
thymnam *vbi ſuprà in verſ. quibus præmiſſis*, ibi, *ad ſecundum*, lex illa pœnalis eſt, quæ in recompenſam iniuriæ, quam venator domino fundi facit, illic eo inuito venando, vult rem taliter captam poſt prohibitionem ad dominum fundi pertinere; quod videtur ſatis inſinuare ratio legis in illis verbis, *Ca ninguno ome non deue entrar en heredad agena para cazar en ella, ni en otra manera contra defendimiento de ſu ſeñor.* In pœnam igitur huius interdicti ingreſſus, & ob iniuriam domino in eo factam l. inquit, animalia inibi capta poſt prohibitionem, eſſe domini fundi. Pœna autem ante condemnationem iudicis non debetur in conſcientia, iuxta veram & receptam ſententiam: Ergo, &c. Hunc intellectum & reſponſionem ad illam l. probarunt atque ſequuntur D. à Sot. *vbi ſup. pag. 344. col. 1.* ibi, *Qui autem, &c.* & Meneſes *in d. l. per agrum, n. 7.* eſtque veriſſima expoſitio, ſecundum Petr. à Nauarr. *vbi ſup. num. 294.* & mihi ſatis placet, præſertim conſiderando, quod prædiximus ex eadem l. Regia, nempe, ante prohibitionem domini, venatori acquiri, quod per venationem ceperit; Ergo non eſt ſub dominio domini fundi. Per prohibitionem autem eiuſdem dominium non acquiritur: Ergo in pœnam & iniuriam ſibi illatam illi debentur, non vero ratione proprietatis, aut vllius dominij, quod in eis habuerit. Eundem intellectum ad d. l. Regiam ſequitur nouiſſime Mol. *vbi ſup. d. diſput. 51. col. fin.*

Hunc † tamen intellectum & reſponſionem ad d. l. 33
Regiam congruam aut ſufficientem non eſſe exiſtimat Cou. *vbi ſup. n. 6.* ſi admittamus, per leg. Regiam impeditam eſſe in hoc caſu ferarum acquiſitionem, dum dicit, *Non deue ſer del caçador, ſino del ſeñor de la heredad:* Siquidem manifeſti iuris eſt, poſſe legem humanam ex cauſa impedire rerum, quæ in nullius bonis ſunt, acquiſitionem, eaſque alteri applicare, vel communia ipſi communitati dimittere, ac tunc res iſtas contra legem occupans nequaquam ſibi acquirit: vnde ad reſtitutionem obligatur: Sequeretur enim alioqui, quod poſſit quis iuſte retinere, quæ ſcit ad ipſum non pertinere, vel quod humana lex ex iuſta cauſa non poſſit prohibere quarundam rerum acquiſitionem: Vtrunque autem falſum eſt, & ipſi naturali rationi contrarium: Ergo lex illa Regia maxime aduerſatur ſupradictis: At vero quod eadem lex pœnalis ſit, ac proinde in animæ iudicio non ſeruanda ante condemnationem, nihil intereſt, cum id accipiendum ſit, quoties lex pœnalis bonis iam priuatis acquiſitis ob crimen commiſſum, & in eius pœnam priuat.

Delinquens † enim non tenetur propria bona qui- 34
bus priuatur à lege propter crimen commiſſum, dimittere in animæ iudicio, & fiſco reddere, donec per iudicem eadem bona, aut per exſecutorem auferantur: Ea vero lex quæ in pœnam, vel ob aliam cauſam impedit alicuius rei primam acquiſitionem, eiuſdemque dominij tranſlationem, in eo, qui antea nullum ius priuatim ad eam habuit, profecto in animæ iudicio



iudicio ſeruanda eſt, etiam ante condemnationem, quia nullam requirit hominis exſequutionem quoad pœnam iſtam, vt late pluribus *ibi* comprobat Couarr. præſertim, & latiſſime illo exemplo à ſe adducto de acquirente beneficium Eccleſiaſticum per ſimoniam ab alio, eo ignorante, admiſſam. Nam tenetur poſtmodum cum ſciuerit, illud beneficium dimittere, fructuſque non conſumptos bona fide reddere adhuc in conſcientiæ foro, de quo latius loquuti ſumus *ſuprà, cap. ſimonia.* Quare cum lex Reg. Partitæ pœnalis ſit huiuſmodi, etiam in foro conſcientiæ ſeruanda erit prædicta.

35 Verum † ipſe Couarr. reſpondet huic difficultati, ne d. lex Regia obſit ſuperiori receptæ negatiuæ ſententiæ, quam ipſe quoque probauit, nempe, quod lex illa, non ex eo, quod ſtatuerit, feras captas in fundo alieno à venatore, qui per dominum ingredi prohibitus fuerit, ad fundi dominum pertinere, impedit primam illarum ferarum acquiſitionem, ſed tantum ſanxit, eas feras domino fundi reſtituendas in pœnam vetiti ingreſſus, vnde donec iudex ſecundum eandem legem per ſententiam condemnauerit venatorem ad reſtitutionem, legemque ipſam exſequatur, minime in conſcientiæ foro venator tenebitur ad ferarum reſtitutionem: ſicque in effectu Couarruuias ſequitur ac probare videtur reſponſionem Methymnæ, aut eam ſaltem, videtur defendere à præd. difficultate: Quæ reſponſio recte intellecta veriſſima eſt & tenenda, & ſic ceſſat primum fundamentum in contrarium adductum.

36 Ex quibus † omnibus primo deducitur, communem ſuperiorem ſententiam, qua probauimus, venatorem non teneri in animæ iudicio ante condemnationem reſtituere domino fundi capta, in eo per venationem poſt ipſius domini prohibitionem, eiſdem rationibus procedere, etiamſi agri dominus ius venandi intra eum alicui locauerit, aut in vniuerſum venationem in eo fundo prohibuerit ea ratione, quod ipſe capere velit feras intra proprium agrum enutritas, & pecunia vendere: quod cum Methymna *d. q. 12. verſ. quibus præmiſſis*, ibi, *ad tertium, &c.* probauit bene Couar. *vbi ſuprà, num. 9. verſ. quinto*, aduerſus Florian. *in d. l. Diuus*, & Iacobin. *de feud. cap. & cum venationibus*, Chaſſan. *dict. §. 7. rubric. 13.* Felin. *in c. omnes leges, vlt. column. diſtinct. 1.* Claud. Clanriunc. *in d. §. feræ*, exiſtimantes, feras à venatoribus captas in eo agro, cuius fructus conſiſtunt & percipiuntur ex venatione, minime capientium effici, nec ad eos pertinere, ſed eſſe domino fundi reſtituendas per *l. item ſi fundi, §. aucupiorum, ff. de vſufruct.* vbi probatur, redditus venationis ad vſufructuarium fundi pertinere: quod etiam probauit Sebaſt. Medic. *vbi ſup. num. 11. verſ. tertio limitatur.* Hæc tamen poſterior ſententia ſecundum Nauar. *vbi ſuprà*, item & Padill. *in d. l. per agrum, n. 6.* & Petrus à Nauar. *qui ſuprà n. 297. & 300.* & Lud. Card. *vbi ſuprà, quæſt. 35. in 5. concluſ.* & Salon. *vbi ſup. concluſ. 2.* dubia eſt, & iure Cæſareo, etiam in exteriori iudicio: ſed licet certa eſſet apud iudicem exteriorem, in foro tamen conſcientiæ non ita obtineret ſecundum eoſdem: Quod enim fundi fructus in venationem ferarum referatur, parum intereſt, aut profecto non plus

37 quam ipſius domini prohibitio. Nec † obſtat *dict. §. aucupiorum*, ex illo enim text. colligitur, primo vſufructuarium poſſe venari in eo fundo, in quo vſumfructum habet, nec poſſe à proprietario prohiberi ne venetur ipſe vſufructuarius: quod etiam probatur *in l. vſufructuarium, ff. de vſufruct.* Secundo colligitur, ad ipſum vſufructuarium pertinere, quod is permittat ſeu licentiam concedat venandi in fundo, cuius vſumfructum habet, eademque ratione ipſe poterit prohibere, ne quis fundum ad venandum ingrediatur. Tertio inde deducitur, pecuniam pacto promiſſam pro licentia venandi in fundo, cuius vſum habet, alicui conceſſa, ad vſufructuarium pertinere, quia cum ipſe poſſit & ius habeat prohibendi, ne quis fundum ingrediatur, poterit iuſte vendere facultatem & licentiam ingrediendi ad venandum vel ad alium licitum vſum: Non tamen inde ſequitur, feras intra fundum enutritas eſſe fundi proprium fructum, vel eas pertinere ad vſufructuarium iure dominij, cum ipſe in iis, quæ nullius ſunt, & iure naturali communia cenſentur, non plus iuris habet, quam quiuis alius, neque dominus: Nemo enim plus iuris in alium transferre poteſt quam ipſe habet, *vt in regula iuris*: Sed dominus hoc ius non habet, nec ei reſtitutio facienda eſt ante condemnationem, vt reſoluimus: Ergo nec vſufructuarius: Ex quibus ceſſat tertium fundamentum *ſuprà* in contrarium adductum. Infertur & ſecundo ex ſuperioribus, quod ſi venator prædictas feras arte ſua,
etiam vetita, faciat † in locum publicum exire, & *ibi* 38
eas venetur, non tenebitur eadem per viam reſtitutionis reddere, ſed tantum de damno, ſicut teneretur is, qui venatorem impedit, ne in locis publicis venetur, & ipſe impediens in eiſdem venetur locis, quamuis ex d. fraude poſſet ſecundum ſtatuta & conſuetudinem puniri, ac ſi in loco prohibito venaretur ſecundum Medin. *vbi ſuprà, in verſ. quibus præmiſſis corollarie ſequitur, ſi venator*: ſequitur Couarr. *d. §. 8. num. 14. verſ. ſecundo*, ibi: *At in caſu.*

Verum † communis ſupradicta ſententia ita vide- 39
tur ſale condienda, vt quamuis venator contra prohibitionem domini fundi feras in eo capiens, non teneatur ad reſtitutionem earum ante iudicis condemnationem ex ſupradictis: attamen quia ius alienum ad venandum ſibi illicite vſurpauit, & venatione cepit, quæ dominus forſan ſuo iure vtendo cepiſſet, ideoque videtur dominum loci in hac parte damnificaſſe à lucro iuſto, eum illicite impediendo: Quare ſi veriſimile ſit, quod dominus loci ea cepiſſet, quæ hic venator accepit, tenebitur in conſcientia tantundem domino reddere: ſecus ſi non eſt veriſimile, quod dominus ſuo iure vtendo eadem cepiſſet: Idemque erit reſpectu conductorum, quia ſi alij furtiue in eodem loco venantur, tenebuntur eiſdem in conſcientia reddere, quantum hi, qui à lucro iuſto impediuntur, veriſimiliter cepiſſent, maximeque intereſt inter communem opinionem principalem prædict. & hanc moderationem, vt bene oſtendit vtrunque probans Methymna *vbi ſuprà, d. quæſt. 12. in verſ. quibus præmiſſis*, ibi: *Vnum*
*tamen videtur*: ſequitur etiam † Couarruuias *vbi ſup.* 40
*num. 11. verſ. præterea*, addens, venatorem etiam omnino teneri ad damnum, quod agri domino intulerit in fructibus & ſegetibus, etiamſi expreſſa prohibitio non fuerit præmiſſa, cum ſufficiat tacita quoad ipſum damnum. Eandem limitationem probauit Petrus à Nauarr. *vbi ſuprà, n. 297.* & ante eum Cord. *d. quæſt. 11. in 6. puncto, verſ. Empero quando*, & nouiſſime Molin. *vbi ſuprà, d. diſput. 51.*

Nec obſtat † text. *in l. quemadmodum, §. plane ff. ad l.* 41
*Aquil.* vbi probatur, quod vbi damni iniuria agitur ob retia, non piſcium fit æſtimatio, qui capti non ſunt, cum incertum fuerit, an caperentur: idemque in venatoribus & aucupibus probandum: Ille enim locus ita accipiendus eſt, vt obtineat in littoribus & fluminibus, vbi piſcatio certa non eſt, ſed admodum rara & incerta: Siquidem piſcatores hac ratione ſæpius eluduntur quam capiant. At vbi piſcatio & venatio vberrima & optima eſt ac certiſſima, quæ fallere non ſolet, profecto tunc amiſſio captus piſcium vel aucupij probabile & propinquum eſt intereſſe,

vnde æſtimari debet, *vt in l. ait lex, in fine, cum ſequenti, ff. ad l. Aquil.* ita explicat ex Carol. Molin. Couar. 42 *vbi ſuprà*: Quo fit ſecundum † ipſum, vt impeditus piſcari aut venari ab eo, qui iure impedire non potuit, agere valeat, non tantum ad retia rupta, eorumque æſtimationem, ſed & ad æſtimationem piſcaturæ, quæ iuxta tempus & locum certa imminebat.

43 Hæc tamen † ſublimitatio intelligenda venit, niſi venator abſque arte aliqua, feris ad loca publica egreſſis, eas in prædictis locis publicis ceperit ac venetur: tunc enim ſuæ efficientur, & minime quidem tenebitur, nec per viam damni reparandi, nec per viam reſtitutionis feras captas domino loci reddere, ex quo in locis publicis ius habuit huiuſmodi venator venandi eas, quæ ab alio non fuerint prius occupatæ: ita Medin. *qui ſuprà*, ibi *tamen*, Couarruuias *num. 4. verſic. ſecundo in fine*, ibi *ad nihilum autem tenetur*, Quinimo contra ſuprad. limitationem de qua *ſuprà, n. 39.* indiſtincte tenet Lud. Carb. *quæſt. 35. concl. 6.* & forte verius meo iudicio ex ſupradictis, & ne ſcrupula incerta iniiciamus: & cum his habemus expeditum ſecundum caſum principalem, cui non obſtant tria argumenta prius contra eum oppoſita: Primum namque & vltimum iam ſunt ſublata, vt vidimus. Medium autem etiam ceſſat, quoniam verum non eſt, feras illius loci fructum eſſe, quia non generantur ex terra illa, aut appoſita hominum cultura, ſed per maris & fœminæ coniunctionem fiunt, neque ex illo loco aliquid habent, niſi quod herbas, aut ramuſculos aliquando comedunt, & forte etiam alibi genita ſunt & nutrita, & illa conueniunt, vbi commodiorem reperiunt de-
44 fenſionem, ſeu paſtum aut manſionem.

Tertius caſus † principalis eſt, quando quis venatur in loco publico ſiue communi, tempore tamen ob cauſam publicæ vtilitatis prohibito, & tunc quod *ibi* captum fuerit antequam per iudicis ſententiam fuerit alicui applicatum, ipſius capientis efficitur, nec venit de neceſſitate reſtituendum, ſed tantum poſt condemnationem iudicis, tametſi forte aliqua culpa ſit facere contra leges, vt deducitur & comprobatur ex ſupradictis, & in terminis ita tenet Methymna *vbi ſuprà, verſ. quibus præmiſſis*, ibi, eſt tertius locus, & Domin. à Sot. *d. art 4. col. 343. in fin.* & Nauar. *d. c. 17. n. 240.* & frater Angles *vbi ſuprà, concluſione vlt.* & Sebaſt. Medic.
45 *vbi ſuprà, n. 11. cum ſeqq. late amplians.*

Quinimo † venationes prohibitæ in locis publicis per inferiorem à Principe abſque iuſta cauſa, qui tamen præſcriptione immemoriali, aut priuilegio, aut conſenſu communitatis ius prohibendi acquiſiuit, ſi quis contra hanc prohibitionem venetur, ſibi acquirit feras, quas ceperit, nec tenetur in conſcientiæ foro eas reſtituere, vt patet ex ſupradictis ſecundum Couar. *d. §. 8. n. 10. verſic. ſeptimo*, vbi fortaſſis idem in hac ſpecie cenſet ſuadendum eſſe in foro iudiciali: & ſi vera foret ſententia gloſſæ *in d. §. fera*, quæ lege Regia partitæ comprobata eſt; Nam ipſe eam concluſionem ſeruandam eſſe cenſet, cum quis habet ius prohibendi venationem ea ratione, quia fundus priuatus ſit, non communis, vel quia ſibi ſoli ius venationis competit, & non alteri eo inuito, alioqui vbi venatio in vniuerſum prohiberetur, quoad loca publica aliis ex cauſſis, ſatis erit quod Iudex condemnet in pœnam legis, ſtatuti aut edicti prohibentis, nec debet neceſſario ad
46 reſtitutionem animalium condemnare.

Similiter † etiamſi alicui competat ex vſucapione ius piſcandi aut venandi in aliquo fluminis publici diuerticulo, vel in aliqua publici agri parte, ita quidem, vt poſſit prohibere aliis piſcationem, & venationem, *vt in l. ſi quiſquam, ff. de diuerſ. & temp. præſcript. & in l. ſane ſi maris, ff. de iniuriis*, requiritur tamen ad hoc præſcriptio tanti temporis, cuius initium memoriam hominis excedat, vel conſuetudo legitimo conſenſu populi introducta, vt late declarant Bart. *in rubric. ff. de rerum diuiſ. col. 1.* Bald. *in tit. de præſcript. 5. part. princ. 4. part. quæſt. 6.* optime Aym. Crauet. *de antiquit. temp. 4. part. cap. materia iſta, num. 8.* Couarr. *d. num. 10 in princ.* vbi etiam poſt alios, quos citat, quod Princeps poteſt priuilegium priuato concedere, vt ipſe ſolus in aliqua parte maris publici, vel agri piſcari & venari poſſit, alioſque, ne id faciant, prohibere, & in his caſibus ſi quis contra prohibitionem venetur aut piſcetur, non tenebitur in animæ iudicio ad reſtitutionem piſcium aut ferarum, quas habuerit, quamuis in foro iudiciali ad eam cogendus ſit propter deciſionem l. partitæ, & opinionem gl. *in d. §. fera*, ſecund. Couar. *vbi ſuprà.*

Sed quia † *ſuprà* diximus, venationem eſſe clericis 47
interdictam, obſeruandum erit, quod quicquid captum fuerit à clericis illicite venantibus, proprium capientium ſit, nec in iudicio animæ erit reſtituendum; nec quod capit laicus tempore, quo ei eſt interdicta venatio, nempe die feſto, ne impediatur & retrahatur ſtudio venandi ab officiis diuinis, iuxta gloſſam & Dd. *in cap. Eſau, & in cap. quia venatoribus, 86. diſtinct.* Etenim licet eo tempore venationem quis exerceat, male quidem agit, ſed non tenebitur ad reſtitutionem eorum, quæ per venationem habuerit, ita Couarr. *vbi ſuprà, num. 3.* vbi idem tenet in caſibus variarum Regiarum conſtitutionum, quæ venationem certis ex cauſſis prohibent adhuc in locis publicis & communibus, nempe tempore niuium, vel cum † inſtrumentis aptis ad ferarum depopulatio- 48
nem, vel hominum periculum, vt in his & ſimilibus caſibus, quibus eſt prohibita venatio, licet puniri valeat per iudicem tranſgreſſor, non tamen ipſe tenebitur ad reſtitutionem auium & ferarum, quas aucupio vel venatione acquiſierit: quod in ſpecie adnotat Methymna *d. quæſt. 12.* & ſequitur etiam Petrus à Nauar. *vbi ſuprà, num. 291.*

Illud denique † in propoſito aduertere libuit, feram 39
ab aliquo venatore (etiam lethali ſecundum Theoph.) vulnere percuſſam, non aliter effici vulnerantis, quam ſi ab eo capta fuerit, & ideo ſi ea vulnerata fugiens per alium capta ſit, fit capientis, *vt in §. illud quæſitum, Inſt. de rerum diuiſ.* & ibi Dd. *& in l. naturalem, § illud ff. de acquir. rerum dom.* Medices *vbi ſupra, num. 6. & iterum 2. part. quæſt. 18.* Idem erit † in fera per retia & 50
inſtrumenta venatoris illaqueata; Nam ſi per alium, quam ponentem retia fuerit capta ex ipſis laqueis, eius efficitur, non illius, qui rete poſuit, vt expreſſe deciditur de iure *in lib. 21. titul. 28. part. 6. Como quier que en algunos lugares vſen el contrario*, vt ibi inquit lex, quod etiam lex fori *16. tit. 4. lib. 3.* expreſſit dicens, *Si algunos caualleros, o otros monteros, puerco, otro venado leuantaren, ninguno otro, quier ſea montero, quierno, le tome, mientra que aquellos que le leuantaren, fueren tras el, &c.* & gloſſ. *in d. l. naturalem, §. illud*, & Azor. *in ſumma Inſtitut. de rerum diuiſ. num. 22* qui dicit conſuetudinem generalem eſſe in contrarium, & hæc opinio, quam dicit Azor. probari de conſuetudine, fuit Matt. *in l. laqueum, ff. de acquir. rerum dom.* quam diu fera luctando † ſe non poterat expedire, vt refert Gre- 51
gor. Lopez *in d. l. part. in gl. fin.* vbi inquit, hoc procedere, vbi ponens laqueum non eſſet in conſpectu feræ captæ: Nam ſi eſſet in eius conſpectu, nullum dubium eſt, quin ſit eius, & alius capere eam non poſſit, quia per viſum oculorum & aſpectum acquirit ſibi poſſeſſionem: ſi tamen fera luctando ſe poterat expedire, tunc efficitur capientis: & illa lex fori † de conſuetu- 52
dine ſeruatur, ſecundum Greg. Lopez *in d. l. 21. gl. 1.* vbi





vbi pro conſuetudine allegat *lib. 15. tit. 16. part. 2.* vbi idem Greg. *in gloſ. vlt.* inquit: Facit ad beſtiam vulneratam feſſus labore inſequi non potuit, & alius eam cepit: & tandem inquit, *Vide tamen lib. 21. tit. 28. p. 2.* & merito, quia *d. lib. 15.* in alia diuerſa materia loquitur, nempe in pactis in bello, superuenientibus poſtea inimicis, qui ab aliis vincuntur. Tandem res in vtroque foro ad conſuetudinem legitimè præſcriptam deferenda erit, ea vero deficiente, ad ius ſupradictum, vt exiſtimat Couarr. *dict. §. 8. num. 13.* & Cordub. *d. quæſt. 119. in 6. puncto, in verſic. Y ſi ſe preguntare*, vbi in idem citat ſpeculum conſcientiæ, *lib. 1. cap. 70.* quod verius & ſecurius eſt: tametſi non mihi diſpliceat diſtinctio in præd. quæſtionibus nouiter facta per Mol. *de iuſtit. & iur. 1. tract. diſput. 42.* ſi in praxi verificari commode poſſet.

53 Qui autem † arte & fraude columbas deducit ab alterius columbario, & ad proprium attrahit, veluti ſi in eo ad id certa ſemina ſpargat, erit peccatum, cum obligatione reſtituendi, ſi paruitas eum non excuſat, cum Medina probat Nau. *in man. Latin. cap. 17. n. 128.* & plures referens Medic. *vbi ſuprà, num. 21.* & Nauar.
54 hoc limitans, vt procedat tantum in eo, cuius † principalis finis eſt alienas ineſcare: non autem in eo, qui principaliter intendit ſuas paſcere & retinere, ne alio euocentur: Supradictam concluſionem probat etiam & ſequitur D. Couarr. *vbi ſuprà, d. §. 8. num. 14. verſic. tertio*, addens, hunc eſſe in foro iudiciali puniendum, ſecundum ea, quæ hac de re adnotauit Cæpolla *de ſeruit. ruſt. præd. c. de columbario, & c. de venatione, & in verſ. quarto*, refert eſſe prohibitum balliſtis, ſimili-
55 buſue † inſtrumentis vel ad occidendas columbas, quæ in priuatis columbariis nutriuntur, ſecundum Cæpol. *in dict. cap. de columbario*, & Guid. Pap. *q. 218.* præterquam ſi vltra vnius leucæ ſpacium occidantur, iuxta decretum Regij Senatus, & legib. ſuper hoc latis eſt ſtandum abſque dubio ſecundum Domin. à Soto *l. 4. de iuſt. & iur. quæſt. 6. art. 4. pag. 344. col. 2. verſ. ſed alia*
56 *ſunt media*, vbi quod † ſi *infra* ſpacium lege præſcriptum capiantur, forte non ſunt captores à reſtitutione immunes, quandoquidem vſque ad limitem illum factæ ſunt columbæ domeſticæ, tametſi nec ſunt rigore ſummo vrgendi, ac ſi de ipſo columbario illas furarentur, ſequitur Cordub. *in ſumma de caſos de conciencia, q. 111. verſ. lo primero, & in verſ. lo tercero*, Angles *vbi ſuprà, in 1. difficult. an capientes columbas.*

Non deſunt tamen ex recentioribus docentibus tenentes contrarium, quamuis in publicum ſua ſcripta non ediderint, nempe, vt quamuis peccent, vtpote quia contra legem iuſtam faciat, qui intra vnius leucæ ſpacium à lege diffinitum columbas cepit, & non quidem mortaliter, ſed venialiter, niſi admodum frequenter, & cum maximo detrimento domini id faciat, non tamen teneatur ad vllam reſtitutionem, niſi magnam columbarum ſtragem fecerit: Legi enim Regiæ ſatisfit, dicendo peccare eos, qui contra illam fecerint, non tamen ideo eſt dicendum, quod teneantur ad reſtitutionem, quia lex illa non applicat dominium columbarum domino columbarij toto illo termino, aut certe ſi applicat, tantū applicat iis legibus & conditionibus quibus piſces fluuij applicātur fluuij domino, aut feræ fundi domino nō circumſepti applicantur ipſi, ſed qui capit feras fundi non circumſepti, non tenetur ad reſtitutionem earum, vt docuimus: Ergo, &c. Nihilominus Soti opin. ſecurior, & communi, quam *ſuprà* probauimus, magis accedit, præterquam quod non admodum rigida eſt, quandoquidem inquit, quod huiuſmodi captores columbarum intra leucæ ſpacium non ſunt ſummo rigore vrgendi ad reſtit. earum, ac ſi de ipſo columbario illas furarentur, quinimo, & ſub dictione *forte*, ſuam opinionem probat, capientes aut eas extra leucæ ſpacium, non tenentur ad reſtitutionem, vt aduerſus Cord. & alios recte probat Molina *de iuſt. & iur. in tract. 2. diſput. 50.* & an & quando † liceat habere columbarium, viden- 57
dus eſt Nauarr. *vbi ſuprà, num. 126.* & F. Angl. etiam *vbi ſuprà, concluſ. 3. & ſeqq.* & Mol. *de iuſt. & iur. 2. tract. diſput. 48.*

De auibus autem † & earum venatione, vltra ſupra- 58
dicta, videndus eſt Dom. à Sot. *vbi ſup.* qui eas dicit eſſe in triplici differentia, & denique *l. 23. titul. 28. part. 3.* vbi Greg. Lopez plures alias iuris communis leges, quibus illa Regia conſonat, refert, quam & in foro conſcientiæ, non ſolum exteriori habere locum exiſtimo ex rationibus prædictis in hoc capit. & ex his, quæ tradit Couarruuias *vbi ſuprà, in principio*, quæ in propoſito conducunt.

Illa † tandem in calce huius cap. quæſtio exami- 59
nanda proponitur, de qua ſæpiſſime contingit dubitari, & à viris eruditis conſilium expoſci; *An cuſtos montium, ſyluarum caduarum, paſtus, venatus, aut piſcatus prohibiti, vt ceruorum, cuniculorum, auium, &c. conſtitutus ab his, quorum ſunt illa iura cum iuramento vel ſola fide adſtrictus fideliter ea ſeruare, poſſit cum quibuſdam diſſimulare, precibus, amicitia, vel pretio corruptus, & ſic diſſimulans, an teneatur aliquid domino loci, ſeu montis reſtituere?* Et in hac quæſtione, † excluſo illo cuſto- 60
de conſtituto ab eo, qui iniuſte aut tyrannice prohibet aut poſſidet, de quo non eſt dubium nec nos agimus, quia ad nihilum tenetur, licet iurauerit ſe capturum aut denuntiaturum quos inuenerit, *argum. text. in c. in malis promiſſis reſcinde fidem, 22. quæſt. 4. & cap. non eſt obligatorium, de reg. iur. in 6.* vt in terminis tenet & bene probat Ioan. à Medin. *de reſtit. d. q. 12. verſ. alia hinc oritur*, ibi: *Si tyrannice, &c.* quem ſequitur Nau. *vbi ſup. num. 124.* & Cordub. *in ſua ſumma quæſt. 66. in 4. dicto*, vbi prædict. & Sylueſtrum citat & ſequitur de cuſtode à iuſte prohibente, & poſſidente conſtituto diſſimulante ex præd. cauſſis, vt in locis vetitis ligna ſcindantur, vel venetur, tenendum eſt, huiuſmodi cuſtodem ſic diſſimulantem teneri in conſcientia damnum ſic illatum domino reſtituere, ſi certum eſt, ipſum venatorē aut lignorum ſciſſorem ad idem teneri, etiamſi principales captores iuxta ſtatuta & conſuetudinem patriæ in conſcientia ante condemnationem non teneantur, vt recte probat Medina *vbi ſuprà, in verſic. ſi vero præfati cuſtodes*, reſoluens, in præſenti ſpecie teneri huiuſmodi cuſtodem domino iuxta quantitatem illati damni, aut iuxta quantitatem pœnæ, quæ de iure erat domino applicanda, ſi ipſe non diſſimulaſſet, & quod optio erit apud dominum: quem ſequitur loquens in obligatione reſtituendi damnum, non vero in pœna, Nauarr. *vbi ſuprà, num. 125.* addens, præd. cuſtodem non teneri reſtituere, quod ob id acceperit: idem Nau. iterum ibi, *num. 136. & cap. 25. num. 34.* & Cordub. *vbi ſup. in 3. dicto*: & illud de pœna, quod aſſerit Methymna, verum non exiſtimo, cum pœna ante condemnationem non debeatur in conſcientia, iuxta communem omnium prope reſolutionem veriſſimam, & tenendam: Ergo ſicut ad pœnam non tenetur in conſcientia principalis, quia non fuit condemnatus, nec etiam cuſtos diſſimulans: faciunt etiam contra Med. quæ ſtatim dicemus.

Limitant tamen † ſuprad. auctores præfatam ſuam 61
ſententiam, quando cuſtos diſſimularet ac permitteret, eos prædicta facere, quos ſciret eſſe conſanguineos, aut adeo domini ſui amicos, vt probabiliter credat, illi placiturum eorum captum, non tamen ſufficere inuentos eſſe tales, qui ſi facultatem à domino peterent, obtinerent, ſed eam petere nolunt: &

præterea, ſi diſſimularent cum aliis, quibuſdam concurrentibus, nempe quod hi, qui aliter aliena de locis vetitis capiunt, tanta ſint neceſſitate conſtricti, quæ eos à crimine ſeu culpa excuſaret: veluti ſi ſit extrema neceſſitas, vel quaſi, ita vt vix poſſint aliter vitam ſuam & ſuorum conſeruare. Secundo, quod eorum neceſſitas ſeu indigentia ſit nota ipſi cuſtodi. Tertio, quod non, niſi quantum neceſſitas exigit, capiant.

62 At vero † ſi cuſtodes cum venatoribus, & aliis damnificantibus diſſimulent abſcondentes ſe, vt alij libere vetita capiant, vt ipſi poſtmodum eos apprehendant, & puniri faciant, peccabunt huiuſmodi cuſtodes. Primo, contra præceptum de corrigendo fratrem. Secundo, contra fidelitatem domino loci debitam, tenebantur enim damnum ſine propria iactura cuitare ac præcauere. Tertio, contra charitatem proximo habendam, ac proinde non ſunt à culpa immunes, etſi pœna contra venatores appoſita ſit perſonalis, aut talis, quæ in commoditatem domini loci ſpoliati non cedat, tenebuntur domino de damno ſua diſſimulatione illato, alias ſecus, ſecund. Medin. *vbi ſupra, ibi, ſi denique* vbi quod venatoribus non tenebuntur de damno, ex quo ipſi pœnam, quam luent, ſua culpa meruerunt: Præfata tamen opinio, quod in præſenti ſpecie huiuſmodi cuſtodes peccent, dura videtur Nau. *dict.cap.*17. *n.* 124. ſaltem quoad eos, qui permittunt ingredi, quo ſemel deprehenſi, iterum ingredi caueant, nec ſinunt eos inferre damnum notabile in locis eiuſmodi prohibitis: tum per ea, quæ dixit *in c.inter verba* 11. *q.*3.*n.*629. tum, quia oppoſitum omnes fere cuſtodes faciunt, idque ab omnib. ſcitur, & ita nemo ſe deceptum dicere poteſt, *argumen. reg ſcienti, de regul. iur. in* 6. ſequitur Cordub. *vbi ſupra, in* 2. *dicto in verſic. Mas el damno, & in verſic. Y ſegun algunos Doctores?*

Hæc tamen non conuincunt, quin opinio Medinæ præcedens verior & tenenda ſit, niſi in ſpecie, qua moderatur eam Nau. nempe, quando diſſimulatio præd. in eum finem tantum fiat, quo ſemel deprehenſi iterum ingredi caueant, nec ſinunt eos inferre damnum notabile, & præterea ſic capti non puniuntur; Quo caſu mihi placet ſententia Nau. alias ſecus; Quia illa ratio, quod oppoſitum omnes fere cuſtodes faciunt, &c. non eſt efficax nec ſolida, quia non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe: & præterea, nam ſciens cuſtodem ſibi inſidiari: in alienum fundum nociturus intraret, ſicque fundamenta Nau. minime concludunt.

63 Ex ſupradictis † deducitur, cuſtodes & præfectos importandis & exportandis mercibus in confinibus Regnorum, prouinciarum & ciuitatum, qui permittunt exportari vel importari vetitas, peccare mortaliter & eſſe periuros, nec abſolui poſſe ſine firmo propoſito nunquam id amplius permittendi, ſed minime teneri ad reſtituendas pœnas, quas ſoluiſſent tranſgreſſores, ſi denuntiati fuiſſent, neque bona, quibus ob id priuarentur, quamuis teneantur ad reſtitutionem vectigalium, quæ importatores vel exportatores deberent, quia hoc non eſt pœna, ſed intereſſe: Ita in terminis tenet Nauar. *in man. Latin. c.* 25.*n.*54. & 51. vbi quod nullus (vt arbitratur) hactenus contrarium dixit, adducens pro ſua opinione doctrinam S. Bernardi quem citauit Syluest. *in ſua ſumma verb. reſtit.* 3. *q.* 5. *verſic. ſeptimo*, quod præfectus cuſtodiæ vrbis iurans ſe accuſaturum, quos poſt ſonum campanæ inuenerit, non accuſans, peccat mortaliter, quia frangit iuramentum iuſtum, quamuis ſine obligatione reſtituendi: pœnas, quas accuſati incurriſſent: Vnde exiſtimat, etiam idem Nauar. quod teſtis, qui in iudicio legitime interrogatus ſuper crimine, ob quod bona publicantur, negat veritatem, propter quod reus abſoluitur, non tenetur ad reſtituendum fiſco, id quod ad eum perueniret, ſi damnarentur, quia pœna in foro animæ non debetur ante condemnationem, & aliis rationibus, quas *ibi* refert. Supradict. tamen ſententia Nauarr. eam pariter difficultatem, quoniam regula generalis eſt; Impedientem alterum à conſecutione alicuius boni, in quo habeat ius quæſitum, vel ius ad rem, eodem ad reſtitutionem teneri, vt late probat idem Nauarr. *in man. Latin. cap.*17.*n.*69.*& ſeqq.* & ſequuntur omnes ſecundum Petrum à Nauar. qui plures citat *lib.* 3. *de reſtit. cap.*5.*n.*2. *cum ſeqq.* apud quos, quando dicatur habere quis ius perfectum in re, & quando imperfectum ad rem: Sed iſti cuſtodes ratione officij, & iuramenti à ſe præſtiti tenentur præciſe deferre ad iudicem huiuſmodi delinquentes cum mercibus vetitis captis, vt puniantur ſecund. ll. & merces præd. fiſco Regio applicentur. Ergo ſi contra faciant, diſſimulando & permittendo pretio, vel precibus corrupti, aut alias, tanquam impedientes fiſcum à conſecutione illarum, quæ iam neceſſario erant fiſco applicandæ, prout indubie applicarentur, niſi hoc illi directe atque ſcienter impedirent in fraudem & damnum notabile fiſci, tenentur ad reſtitutionem earum fiſco faciendam; Quod n. parum diſtat, nihil diſtare videtur, ſecund. Philoſoph. *Ariſtot.* 2. *Phyſic.* Quare potius in propoſito diſtinguendum videbatur, hoc nempe modo, vt ſi promiſſio, fraus, colluſio & huiuſmodi ſordes, pactioneſque illicitæ fiant & interueniant, antequam merces vetitæ importentur vel exportentur, tunc quidem vera ſit opin. Nau. tum, quia nondum incurſa erat pœna, & ideo incertum, an ceſſantibus illis pactionibus, incurreretur: tum etiam quia licet adhuc merces illæ importarentur, id occulte & caute fieret timore pœnæ, ne deprehenderentur, ſicque nec fiſcus haberet ius quæſitum in illis, nec certum quærendum ad eas. At vero ſi huiuſmodi corruptio, fraus & ſordes fierent in ipſo actu, & itinere importationis & exportationis, dum quis apprehendit in ipſo fragranti crimine, & ſic tempore, quo iam pœna eſt incurſa, iuſque fiſco Regio acquiſitum in re, vel ſaltem quærend. ad rem, tum præd. cuſtodes in ſpecie promiſſa teneantur etiam ad reſtitut. fiſco faciendam illarum mercium vetitarum, tanquam intereſſe fiſco debitum; Quandoquidem certum erat fiſco iure eſſe deferendas, niſi illi facto ſuo illicite id impedirent: cæteras autem pœnas corporales, quas paſſuri erant principales delinquentes, hi cuſtodes in conſcientia luere non debeant, cum in hoc fiſco Regio nihil interſit, niſi poſt condemnationẽ: & in terminis ita nouiſſime probat immemor. Nau. F. Sal. *de iuſt & iur. in* 2.2. S.Thom. *q.*61.*art.*7.*contron.*5.*concl.*3.4.*&* 5 *col.*904.*cum ſeqq.* qui poſtea aliquibus modis eam temperat, & in cuſtode montium, diſſimulante idem cum Medin. probauit Lud. Carb. *de reſtit. q.* 36. *concluſ.* 3. tam reſpectu damni, quam pœnæ, alternatiue optione domino data.

Nihilominus cum rem hanc mecum tacite ſæpe ac ſæpius conſiderarem, & cum aliis conferrem, ſupradict. non obſtantib. libenter opinionem negatiuam Nau. indiſtincte ſequor & approbo, tanquam veriorem, imo quod huiuſmodi cuſtodes indiſtincte non teneantur in conſcientia ante condemnationem ad ſoluendas vel reſtituendas fiſco vllas pœnas in præd. ſpecie, quam ſoluiſſent tranſgreſſores, ſi denuntiati fuiſſent, nec bona, quibus ob id priuarentur, & neceſſario fiſco eſſent applicanda, ſed tantum ad reſtitutionem vectigalium, quando hoc deberetur, quia non erant merces omnino vetitæ (præter peccatum mortale & periurium) alias ſecus, & hoc 1. illo ſolido fundamento; Quia pœna non debetur in foro conſcientiæ ante condemnationem: & quemadmodum principales ad eam non tenentur ante ſententiam, ita nec hi impedientes, cum idem ſit iudicium de vtriſque Nec obſtat fundamentum *ſupra* in contrarium oppoſitum de impediente alterum à conſecutione alicuius boni, &c. quia illa eſt alia differens materia, locum habens in re debita, vt propria vel communi, & in diſtributione rei non debitæ, ſed mero beneficio, dono vel gratia conferendæ, quo caſu impediens tenetur, vt prædiximus: at vero in noſtra quæſtione loquimur de pœna debita ex delicto, quæ quidem nullo modo, directe vel indirecte debetur in conſcientia ante ſententiam.

Secundo moueor, quia licet præfectus cuſtodiæ vrbis, qui ex officio tenetur vigilare, ac per vrbem & oppidum ambulare ad obuiandum furtis, aliiſque criminibus, id omittens, vel crimina permittens committi teneatur ad reſtitutionem damnorum ſua culpa prouenientium, vt late & bene probat Mercad. *de tratos y contratos, c.* 18. *De como han de reſtituir las cauſas terceras del danno, ver. Los poſteros*, non tamen inquit, eum teneri ad reſtit. pœnæ pecuniariæ, quam incurrerent & ſoluere tenerentur ipſi principales delinquentes ſi caperentur & punirentur: Hæc n. cum ſit pœna, non debetur in foro conſcientiæ ante condemnationem: & præterea in terminis tenet, poſt D. Bernard. quem citat Sylu. *in ſumma verb. reſtit.* 3. *q.* 5. *verſ. ſeptimum*, dicens, quod cuſtodes & vigiles ciuitatum non accuſantes, quos inſpexerunt euntes poſt ſonum campanæ, licet peccent mortaliter, & ſint periuri, ſi accuſare iurauerint, non tamen tenentur ſoluere pœnam, quam ſoluiſſent illi, ſi fuiſſent accuſati: tenentur tamen, ſi quod munus acceperunt, pauperib. erogare, & ſi vidiſſent tales alicui damnum inferre, & non reuelaſſent, tenentur reſtituere damnificatis, & ideo à communitate ſunt ſalariati, ſicut cuſtodes vinearij & poſſeſſionum: ſequitur idem Nau. *d.c.*25.*num.*51.*tit.* 3. Opinio principalis Nau. comprobatur ex traditis per eundem Syluest. *vbi ſup. q.*12.*verſ. ſeptimum*, quem refert & ſequitur P. à Nau. *l.* 3. *de reſtit. c.*5.*n.*13.*verſ. vlt.* vbi tenet, quod occultantes & facientes fugere officiales tempore ſyndicatus, tenentur ad reſtitutionem damni, ſcilic. quod ipſi debebant, ſi fuiſſent ſyndicati, ſecund. Bar. *in l. ſi poſt, C. de aſſeſſ.* & ſecund. Bald. ad quadruplum, ſed quod in foro conſcientiæ, eſt hoc verum ſolum poſt condemnationem: Hoc autem dictum Sylueſtri de damno, intelligo, etiam ante condemnationem, quia eſt intereſſe partium, quod iniuſte abſtulerunt, & impedierunt occultantes & facientes fugere officiales, tametſi minus recte Nau. *vbi ſup.* in vtroque requirat cõdemnationem, ad hoc, vt debeatur, ſed meo iudicio, damnum ſtatim debetur in foro conſcientiæ ante condemnationem, quia eſt intereſſe: ſecus in quadruplo, quia eſt pœna, per prædicta, & ad quadruplum tantum debent referri verba illa Sylu. nempe, quod in foro conſcientiæ eſt verum ſolum poſt condemnationem, tanquam ad proximum, non vero ad reſtitutionem damni, quod eſt remotius, & quia in damno alia ratio eſt quam in pœna, vt ipſemet Syluest. *eod. verb. reſtit.* 3. *q.* 5. *verſ. ſeptimum*, declarauerat, & nos quoque prædiximus.

64 Vltimo † pro opinione Nau. facit, quod licet iſti cuſtodes ob ſuum dolum & fraudem atque iniuſtum impedimentum in foro exteriori condemnari poſſint, valeant ac debeant, vltra intereſſe, in eiſdem pœnis pecuniariis & aliis, quibus principales condemnandi eſſent fiſco applicandis, argumento eorum, quæ late differit Auil. *c.* 3. *prat. in gl. Iuriſdicion, n.*13. attamen cum hæc etiam ſint pœnæ, ante condemnationem non debebuntur in conſcientia, per ſuprad. Fit igitur ex ſupradict. opinionem Nau. eſſe veram, non ſolum in principali caſu cuſtodum, ſed etiam in teſte, qui in iudicio falſum depoſuit, propter quod reus abſoluitur à pœna publicationis bonorum fiſco applicandorum, quam incurrerat, vt non teneatur ad reſtitutionem eius, quod ad fiſcum perueniret, ſi ille reus damnaretur, quia eſt pœna, quæ in foro conſcientiæ non debetur ante ſententiam: Ad damnum autem † quod intulit ex ſuo falſo dicto cum iuramento, vel ſine eo, tenetur læſo reſtituendum, vltra peccatum mortale, iuxta mentem Thomæ recepti 2.2.*q.*70.*art.*4. vt per eundem Nau. *d.c.*25.*n.*40. Eandem reſolutionem in omnib. ſuprad. citans Nau *vbi ſup.* ſequitur & probat Cordub. *in ſua ſumma de caſos de conciencia q.*66. *in* 2. *dict.* Poſt hæc ſcripta in lucem prodiit inſtructorium negotiat. Fratris Ludou. Lop. qui *l.*2.*cap.*58.*verſi. accedit huc*, late per plures columnas examinat prædict. quæſtionem de cuſtodibus, & in omnibus ſequitur & probat, quod cum Nau. *vbi ſup.* prædiximus atque probauimus: addens, ſecus eſſe in fiſcali promotore, & in ipſo iudice cum reo colludentibus: Hi namque, vltra peccatum, ad reſtitutionem pœnæ, quam iure debebant delinquenti facere imponere & exſequi & tamen omiſerunt dolo, tenebuntur, ex optima ratione differentiæ, quam inter hos & cuſtodes prædictos *ibi* conſiderat in cuſtodibus confinium Regnorum. Idem quod Nau. *vbi ſup* & nos reſpectu pœnarum, tenet nouiſſime Ludouic. Veia. *in reſponſ. ad caſus conſciem. caſu* 58. *verſic. tunc demum, & in verſic. precedent. in verſic appoſita tamen*, idem quod ſupradiximus de teſtibus, probat. 65

## SVMMARIVM.

1 *Iudex an teneatur iuxta allegata & probata ſententiam dicere tam in ciuilibus, quam in criminalibus, an vero poſſit ſecundum conſcientiam priuatam eam proferre & num. ſeqq. vbi tres opiniones principales in hoc referuntur. Reſoluitur cum communi, ſecundum allegata & probata id facere debere.*

5 *Homo in his, quæ ad propriam conſcientiam pertinent ad publicam poteſtatem, debet informare conſcientiam ſecundum ea, quæ in publico iudicio ſciri poſſunt.*

6 *Iudex non poteſt ſententiam dicere contra propriam conſcientiam atque priuatam, ſibi ſimulantem, exiſtimans aut dubitans ſe non poſſe ferre ſententiam ex probationibus contra propriam ipſius ſcientiam: opinari tamen poteſt iuſtiſſime, ex probationibus ſe poſſe ferre ſententiam, & ita depoſita conſcientia priuata, poterit ſecundum allegata & probata proferre ſententiam abſque vlla culpa, vt in n. 7. Idem eſt in iudice habente arbitrium in cauſa, vt in n. 8. Debet tamen prius diligentius examinare teſte, eos inſtantius interrogando, diſtrictiuſque ſcrutando horam, locum & formam delicti, vt inueniat occaſionem liberandi innoxium, vt fecit Daniel ad Suſannæ innocentiam patefaciendam: quod ſi hoc non ſufficiat, debet remittere cum ſuperiori iudicandum, vt in n. 9. cum ſeqq. vbi late differitur & declaratur, & n. 14. quod cauſam remiſſionis populo cum iuramento declaret.*

11 *Iudex in præd. ſpecie ſciens remiſſionem à ſe faciendam ad ſuperiorem profuturam, proculdubio peccabit mortaliter, ſi reum damnauerit negando ei appellationem, vel ante ſententiam non remittendo cauſam ſuperiori, de illius innocentia teſtificando, & præterea tenebitur omne damnum illatum reſtituere.*

12 *Index huiuſmodi an teneatur tunc temporis magiſtratũ cedere, & ſic deponere officium potius quam condemnare talem hunc reum?*

13 *Index in præd. ſpecie an debeat diſſimulando, & ſine ſcandalo dimittere carceres apertos ad fugam.*

15 *Miniſter iudicis condemnantis innocentem an exſequendo ſententiam eius, peccet mortaliter?*

16 *Princeps poteſt ſententiam dicere iuxta propriam & particularem conſcientiam aduerſus allegata & probata, imo æquiſſime ſic faciet, vt in n. 17. ſed hoc publice populo manifeſtet: vt in n. 19.*

18 *Aduocatus licite poteſt defendere, quem noxium ſcit, ſi innoxium conſtat eſſe ex proceſſu.*

20 *Epiſcopi iure communi vti debent iudicando ſecundum allegata & probata, non vero ſecundum priuatam conſcientiam ſuam.*

21 *Senatores ſupremi an teneantur iudicare ſecundum allegata & probata, vel poſſit ex propria & priuata conſcientia contra publicam ſententiam dicere.*

## CAPVT XXIX.

### *An iudici liceat iudicare ſecundum allegata & probata, contra veritatem, quam priuata ſcientia nouit, necne?*

1 ANtiqua eſt illa † controuerſia atque ingens rixa inter auctores Theologos, & vtriuſque iuris interpretes; *An iudex debeat & teneatur ex allegatis & probatis, quæ ſibi in iudicio nota ſunt, non vero ex his, quæ priuatim ex particulari ſcientia perceperit, ſententiam dicere:* Verbi gratia; *Probatur quis legitime in proceſſu nocens, quem ipſe iudex ex certa ſcientia, priuata tamen, ſcit eſſe innocentem; an poſſit tunc & teneatur ſecura conſcientia illum iuxta allegata & probata condemnare aduerſus propriam conſcientiam priuatam, vel potius illum abſoluere, quidve in hac quæſtione facere debeat Chriſtianus ac rectus iudex, ne erret?* Hanc quæſtion. profecto offuſcarunt atque obſcurarunt DD. ſcribentes, præcipue poſt D. Thom. plura indigeſta pro & contra adducentes ac varie de ea ſentientes, ſibi parum inter ſe conſentientes; atque diuerſas ſententias in ea proferentes: Quinimo & plurima, vltra quam oporteret, loquentes; cum tamen prius ipſe D. Thom. omnium poſt eum magiſter & anteſignanus breuiter, dilucide, ordinate, ac miro ingenio (vt reliqua) eam expedierit: ipſe autem minimus omnium, nubilam poſteriorem diſpergens, doctrinam Angelici Doctoris ſequutus, qua potero breuitate & claritate præſentem quæſtionem diſſeram.

Imprimis admonemus, nos eam fingere in ea facti ſpecie, in qua tota verſatur difficultas, nempe, quando iudex cogitur præciſe ferre ſententiam diffinitiuam condemnatoriam vel abſolutoriam, ita quod omnibus recte penſatis ac prudenter circumſpectis & prouiſis, iudex aliter ſe non poteſt ab hoc onere iudicandi exuere: ſed neceſſario ac præciſe debet cauſam definire, (quamuis, vt ex *infrà* dicendis apparebit, vix poſſit extrema neceſſitas ingruere innoxij hominis in mortem adigendi.) Hoc ſic præhabito in præd. facti ſpecie inuenio tres opiniones principales.

2 Prima eſt exiſtimantium, quod † in nullo caſu, nec in cauſa ciuili, nec in criminali, liceat iudici condemnare eum, quem euidenter ſcit eſſe innocentem, quantumuis legitime probetur reus. Huius opinion. originarius refertur auctor Hugo *in l. prætor, ff. de iuriſd. omnium iud.* & Martinus iuris ciuilis gloſſator antiquus *in l. illicitas, §. veritas ff. de offic. præſid. & gl. in l. bonorum, C. qui admitti, verb. ſciens*, quam ſequitur Calder. & Panor. *in c. paſtoralis, §. quia vero, de offic. deleg.* & Ang. de Clauaſ. *in ſumma verb. iudicare, q. 7.* Roſell. *verb. index*, 1. § 18. & Nic. de Lyra Exod. 23. Adrian. *in quodl. 2. ad fin. & quodl. 6. art. 3.* & latius eam defendit frater Barb. de Roſal. *in tract. de variet. opin. fol. 95.* I. Arbor. *l. 9. Theoſoph. c. 20.* Alios auctores huius opinionis, & 8. fundamenta congerit D. Couar. *lib. 1. var. reſol. c. 1. n. 1. cum ſeqq. vſque ad num. 4.* excluſiue, quamuis ipſe eam non ſequatur, & latiſſime idem facit Salon *de iuſtit. & iur. in 2. 2. D. Thom. quæſt. 67. art. 2. col. 1388. cum ſeqq.* & reſpectu cauſæ criminalis eam 16. fundamentis prolixe ſatis comprobat Ant. à Cordub. *lib. 1. ſui quæſtionarij, quæſt. 37. in 3. opinione, verſic. 2. pars, pag. 299. col. 2.* Nihilominus eam non probat, nec in ciuilibus nec in criminalibus, Eius namque fundamentis optime ſatisfit per D. Thom. & Couarr. *vbi ſuprà*, cæteroſque ſequaces S. Thomæ.

Secunda † fuit opinio aſſerentium, quod in ciuilib. 3
etiam vbi de magna quantitate ageretur, poſſit iudex condemnare innocentem, nocentem tamen in iudicio probatum: In criminalibus vero ſecus, ſiue cauſa capitalis ſit, ſiue vllius mutilationis. Hanc ſententiam refertur ab Angelo *vbi ſup.* tenuiſſe Rudolphum: eamque probarunt Imol. & alij *in l. à Diuo Pio, in princ. n. 8. in verſ. extra gloſſ.* ibi: *Credo quod ſalua conſcientia, ff. de re iud.* & ſumma Roſel. *vbi ſuprà*, & Adrian. etiam *vbi ſuprà* dicens, eſſe Theologorum opinionem, & eam latiſſime fundat Anton. à Cordub. *vbi ſuprà*, quamuis minime probet, ſed ipſam ſequitur & probat nouiſſime Petrus à Nauar. Theologus Toletanus, *lib. 2. de reſtit. cap. 3. num. 160. cum ſequentibus*, exiſtimans adeo procedere, vt nec etiam in caſu ſcandali totius populi occidi poſſit. Hæc tamen ſecunda opinio minus inter omnes habet probabilitatis, vt affirmat Domin. à Soto *lib. 5. de iuſtit. & iur. quæſt. 4. art. 2. in 2. opinione*, miratus Adrianum, quod eam aſſerat eſſe Theologorum opinionem, cum tamen ex antiquis nemo ſit, qui non indubie teneat cum S. Thom. *vt infra* in tertia & ipſius ſententia communi videbimus: & fundamentis huius ſecundæ ſententiæ ſatisfaciunt iidem, qui prioris reſponderunt. Quinimo ego miror maxime, quod vllus alicuius nominis Theologus hanc opinion. probarit aduerſus Magiſtrum communem, ſummum, veridicum D. Thom. cuius eſt opinio *infrà* ſequens. Hanc ſecundam opinionem nec veterem eſſe, nec communem, late probat Salon *vbi ſuprà, col. 343. cum ſeqq.*

Tertia veriſſima † & receptiſſima ſententia com- 4
munis atque tenenda eſt, vt iudex in vltimas concluſus anguſtias, debeat in omni cauſa, tam criminali, quam ciuili, contra veritatem ſibi vt priuato notam ſecundum allegata & probata ſententiam pronuntiare: Hæc tamen cum pluribus probetur per *infra* citandos auctores vrgentibus fundamentis, ſequenti tamen magis aſtruitur, nempe ex texto *in cap. iudicet, 3. q. 7.* ex Diuo Ambroſio ſuper Pſalmo 118. *in ſermone ſuper illud: Miſerationes tuæ multæ nimis, Domine, &c.* Inquit ibi Diuus Ambroſius: *Bonus enim iudex nihil ex arbitrio ſuo facit & domeſticæ propoſito voluntatis: ſed iuxta leges & iura pronuntiat, ſtatutis iuris obtemperat, non indulget propriæ voluntati. Nihil paratum & meditatum domo defert, ſed ſicut audiuit, ita iudicat.* Nihil igitur aliud his verbis Ambroſius ſignificare voluit, quam quod iudex ex ſeipſo nihil iudicet, ſed ſecundum allegata & probata in iudicio, vt aperte *ibi* adnotauit gl. *arguit*, reſoluens, quod aliud facit aliquis in eo, quod iudex eſt, aliud vero in eo, quod homo eſt; Nam, vt inquit Diuus Thomas, 2. 2. *quæſt. 67. artic. 2. ad 4.* homo in his, quæ ad propriam conſcientiam perti-
nent, ad publicam † poteſtatem, debet informare 5
conſcientiam ſuam ſecundum ea, quæ in publico iudicio ſciri poſſunt: Ex qua veriſſima ratione, atque aurea doctrina ceſſant omnia argumenta contra hanc tertiam ſententiam per contrariæ partis ſectatores adducta, tam ex diuinis literis, quam aliunde, dum eiſdem probare contendunt, iudicem ſecundum ipſam veritatem ac propriam conſcientiam debere iudicare: Id



Id namque verum intelligendum eſt, quod iudicare debet iudex veritatem ſecundum ea, quæ fuerunt ſibi propoſita, & ſic ſecundum conſcientiam publicam, quæ ſibi conſtat atque eſt nota ex actis cauſæ, vt iudici, quam ſequi omnino tenetur ob publicam poteſtatem, quam gerit: ſecus vero de priuata conſcientia, quia licet ſecundum eam reus innocens ſit, ſecundum tamen publicam conſcientiam, quam ſequi tenetur, nocens eſt; Si enim aliud eſſet, facile peruerteretur ordo iudicarius, atque tota Reipub. Chriſtianæ quies perturbaretur, maximaque ſcandala orirentur, & nonnunquam, imo ſæpiſſime forſan iudex munerib. corruptus ſibi priuatim conſtare de innocentia rei falſo affirmaret, vt vere nocentem ſecundum vtramque veritatem abſolueret, & ſic delicta impunita remanerent; Quod enim vtilius naſci ſcandalum permittitur, quam quod veritas relinquatur, vt regula iuris affirmat, intelligendum eſt, quando aliud publice in iudicio probatum non haberetur. Non etiam obeſt præceptum de non occidendo innocentem. Hic enim ſecund. conſcientiam publicam nocens eſt, & ſic de ſimilib. obiectis dicendum eſt, nam ſuprad. facili
6 negotio refelluntur. Verum eſt, quod iudex minime † potius ſententiam dicere contra conſcientiam propriam atque priuatam ſibi ſtimulantem, nempe ſi exiſtimet aut dubitet ſe non poſſe ferre ſententiam ex probationib. contra priuatam ipſius conſcientiam, tunc enim peccabit mortaliter palam agens contra propriæ conſcientiæ dictamen, vt fatentur omnes prioris opinionis auctores, præcipue Hoſtienſ. I. Imol. *in d. c. paſtoralis, §. quia vero, n. 7.* Adrian. *quodlib. 2. ad fin.* Syluest. ſtatim citandus, & Nauar. *in c. ſi quis autem, de pœnitentia, diſt. 7. n. 128* & D. Cou. *vbi ſup. n. 6.* Nihilo-
7 minus tamen † iudex, qui vt priuatus ſcientiam habet eius, quod in iudicio controuertitur, & ſane contrarium his, quæ probata ſunt, iuſtiſſime opinari poteſt, ex probationibus ſeipſum poſſe ſententiam ferre, & hac opinione præmiſſa abſque vlla culpa, eandem ſententiam ſecundum allegata & probata ferre poteſt, vt habet hæc communis ſententia, & in terminis eam probauit S. Thom. 2. 2. *q. 64. art. 6. ad 3.* & latius *q. 67. art. 2.* vbi eam facit concluſionem: Cum iudicium ad iudices ſpectet, non ſecundum priuatam, ſed publicam poteſtatem oportet eos iudicare, non quam ipſi nouerunt veritatem, ſed quod ſecundum leges, allegata & probata per teſtes ſibi publice innotuit: & *ibi* Caiet. poſt longam ad vtranque partem quæſt. diſcuſſionem inquit, quod quia hæc via ſolidum habet fundamentum, & nihilominus tenetur à tot Dd. ſc. S. Thom. Alex. de Hales, Ricardo, Pet. de Palud. & Pet. de Tarantaſia, & multis aliis, vt referunt, & ortum habuit ab Ambroſio ſuper, *Beati immaculati in via*, vt *in d. c. iudicet*, ideo amplectenda eſt: ſequitur etiam I. Maior. *in 3. ſentent. diſt. 31. q. 4* & Syluest. *in ſumma verb. iudex, 2. q. 5. per totam*, poſt Floren. 3. *p. tit. 9. c. 2. §. 6.* vbi expreſſe teſtatur, hanc opinionem à Theologis frequentiori calculo probatam eſſe, & eam ſequitur ac probat referens eſſe opinionem antiquorum omnium Theologorum, iuriſqu. vtriuſque interpretum, D. à Sot. *l. 5. de iuſt. & iur. q. 4. art. 2. verſ. tertia ergo opinio.* Eandem ſententiam fatetur eſſe magis communem & tenendam conſulit, quamuis dicat ſui arbitrij non eſſe definire, quæ ſupradictarum verior ſit, Ant. à Cordub. *l. 1. qq. q. 37. circa fin. in verſ. quæ igitur, pag. 315. col. 1. in fin.* Hanc etiam latiſſime probat, & magis communem, & multo veriorem ac probabiliorem appellat Salon *vbi ſuprà, col. 1387. & 1394. cum ſeqq.* & ex Iuriſtis eandem opinionem tenuit etiam gl. *in c. 1. de offic. ordin. & in d. c. paſtoralis, §. quia vero, de offic. deleg.* & ibi Card. in gl. etiam *in l. 2. de ferijs*, gl. Alberic. & Bart. *in dict. §. veritas*, Cynus, Bart. & alij *in l. 1. Cod. vt quæ deſunt.* Couar. alios plures referens, & ex eiſdem conſtare, eſſe magis communem opinionem, affirmat *l. 1. variar. reſolut. c. 1. n. 6.* quia *n. 4.* eam ſex fundamentis comprobat, & *n. inferiorib.* reſpondet fundamentis contrariis: Eandem fatetur eſſe communem I. Oroſcius *in d. §. veritas, n. 9.* dicens, nempe, non dubium eſſe, quin opinio hæc à Doctoribus vtriuſque iuris, & à Theologis quoque approbata ſit: & eam ſequitur plures allegans Iacobus Menoch. *de arbitr. iud. l. 1. q. 8. & q. 24. n. 3.* addit, idem eſſe in iudice habente
arbitrium in cauſa. Eandem † ſequitur, & dicit com- 8
munem Iul. Clar. *in practic. crim. § fin. q. 66. verſ. ſcias autem.* Vnde infertur, nullam congruam rationem differentiæ aſſignari poſſe inter cauſas ciuiles & criminales, prout diſtinguebat ſecunda opinio; Quinimo in vtriſque indiſtincte communis ſententia ſectanda eſt, vt nuncupatim poſt alios recte tenuit Couar. *vbi ſup. n. 7. verſ. 2.* quicquid immerito eum in hoc carpat Petrus à Nauar. *vbi ſup. num. 176.*

Locuti ſumus, quando iudex in vltimas concluſus eſt anguſtias, ita quod nihil ſibi ſuperſit faciendum, quam abſoluere vel condemnare, tunc enim, vt prædiximus, ſecundum allegata & probata, depoſita ſcientia priuata, debet ac tenetur ſententiam proferre.

Debet tamen † prius in præmiſſa ſpecie diligentius 9
examinare teſtes, eos inſtantius interrogando, diſtrictiuſque ſcrutando horam, locum & formam, vt inueniat occaſionem liberandi innoxium, illa nimirum prudentia vſus, qua Daniel presbyterorum iniquitatem deprehendit, vt Suſannæ innocentiam patefaceret: Si autem hoc non poteſt, debet eum ſuperiori remittere iudicandum, ſi tamen hoc non poteſt, non peccat, vt prædiximus, ſecundum allegata & probata ſententiam ferens, quia ipſe non occidit innocentem, ſed illi, qui eum aſſeruerunt eſſe nocentem: Ita S. Thomas *d. q. 64. art. 6. ad 3.* Et quidem quoad primum, vt iudex prius teneatur diligentius examinare teſtes, planum eſt, atque apud omnes abſque controuerſia in confeſſo, iureque veriſſimum, quia iudex ex officio tenetur veritatem omnibus viis indagare, atque innocentiam rei, etiam abſentis perquirere, vt inueniat occaſionem liberandi innoxium, vt in quamplurib. iuris partibus probatur, & l. Regia *del orden del proceder contra los abſentes* in cauſis criminalib. cauentur. Quoad 2.
autem, nempe, vt † quin per diligentem examinatio- 10
nem teſtium de innocentia rei non conſtiterit, debeat iudex eum ſuperiori remittere iudicandum: etſi hoc remedium licitum ſit, contendit tamen non eſſe neceſſarium D. à Sot. *vbi ſup. verſ. ſunt autem, qui ex his*, tum quia inferior iudex legitimam habet auctoritatem terminandi cauſam ſecundum allegata & probatatum etiam, quia cum ſuperior rei neſciat innocentiam, non poſſet ob teſtimonium inferioris eum abſoluere, ſed deberet aliorum teſtium iureiurando ſtare: tenuiſſimum, imo inane eſſet remiſſionis remedium, & perinde eſſe ſuperiori eum remittere, ac ſupplicio offerre. Quare ſi non licet eum occidere, nec eum deberet tradere ſuperiori, ſed ipſum liberare. Nihilominus tamen ſententia S. Thom. in hoc etiam communis eſt & vera, nempe, vt remedium remiſſionis hoc caſu ad ſuperiorem ſit neceſſarium, vt conſtat eſt Syluest. *vbi ſup. & pleriſque ſupra citatis*, eamque probat Alex. Hales *in 3. p. q. 40. in 6. art. 1. ad vlt. arg. & q. 14. in 1. art. 4.* & Caiet. ſuper Thom. 2. 2. *q. 67. art. 2. ad 4.* Innoc. & alij quos refert Abb. *in d. c. paſtoralis, §. quia vero, de offic. deleg.* Iul. Clar. *vbi ſupra*, vbi dicit communem, & bene Ant. à Cordub. *d. l. 1. ſui quæſt. q. 37. in 2. opin. in verſ. ex hac opinione ſequitur, &c.* Angles *in ſuis Florib. Theolog. q. q. de reſtit. iniuſtitiæ in iudicio commiſſa, in 1. concluſ. pag. 143.* & nouiſſime Petr. à Nau. *d. l. 1. de reſtit. c. 3. num. 134.*

*num.*154.*cum ſeqq.*dicens,hoc procedere ſecund.ipſos, quando id fieri poſſet ſine ſcandalo, & iudicant hoc remedium eſſe neceſſario adhibendum, vt patet ex litera B. Thomæ *in verb. debet*,quod importat neceſſitatem,eodem enim verb.*debet*,vtitur D. Thom. in vtroque caſu nempe in primo diligentius examinandi teſtes, in quo idemmet Soto, & cæteri omnes eſſe hoc remedium neceſſarium fatentur, & in 2. remedio remittendi ad Superiorem: Ergo ſicut primum eſt neceſſarium remedium,nempe inquirendi veritatem ſtrictius à teſtibus,ita & 2.nempe remittendi reum ad Superiorem,quando per primum de innocentia rei conſtare non poteſt: quod & voluit prius Soto *in verſ. quin etiam*,dicens: Addiderim ego vero tertium, quod deberet tunc, ſi profuturum cerneret, in tempus exſuere perſonam iudicis, & coram ſuperiore perſonam agere teſtis. Præterea idem conuincitur neceſſario à ſufficienti partium enumeratione:Aut enim probabile eſt per factam remiſſionem ad ſuperiorem innocentem quomodocunque à morte liberandum eſſe; Aut vero id non conſtat,ſed potius contrarium: In primo caſu patet eſſe remedium neceſſarium;imo eſt de mente Soti,quia per id innocens iuridice liberatur à morte, quandoquidem ſuperior id facere poteſt, iuxta ea, quæ *infrà* dicemus, nec tunc iudex inferior habet legitimam auctoritatem in conſcientia terminandi cauſam hanc ſecundum allegata & probata, dum facile patet via ad liberandum cognitum innocentem:In ſecundo autem caſu idem eſt dicendum, vt iudex Inferior hac via euadat iniuſtitiam contra propriam conſcientiam, ſeque immunem ab iniuſta nece conſeruet, & Superior viderit quid faciat;nec hoc eſt reum morti tradere,dum non mortem eius,ſed ipſum immunem ab eius occiſione reddere intendit, cum ſpe ſimul liberandi eum, & pro illo ſaluando pro viribus, ſicque quantum in ſe eſt,directe tendit in eius liberationem, ad eumque finem id facit potius, quam ad occiſionem,vt idem Cordub. & Nauarr.probant,vbi quod ſi putat remiſſionem profuturam, proculdubio iudex peccabit mortaliter, ſi ſemel damnauit, negando appellationem, vel ante ſententiam non remittendo
11 cauſam Superiori, de illius innocentia † teſtificando, & præterea tenebitur omne damnum illatum reſtituere, quia potuit illum liberare, cauſam alteri, hoc eſt Superiori, prout debuit,remittendo, & tamen noluit: Ita frater Angles *vbi ſup.in altera concluſion. incip.iudex damnans,&c.pag.* 243. ex quo deducitur,id procedere, quãdo per remiſſionem huiuſmodi innocens veniebat liberandus: Quod ſi nihilominus occidendus erat, ſaltem iudex hic inferior non remittens, peccaſſe videtur, cum teneretur adhuc remittere & ſe in teſtem offerre, & ſic rem à ſe abdicare, & in manibus ſuperioris ſuo periculo iniicere, vt prædicebamus. Præd. ſequitur Salon *vbi ſupra*,præterquam ſi id profuturum non ſit,quia tunc potius eſſet illum citius morti offerre & nocere, vt obſeruant Caiet. Sot. & Cou. ſecund. ipſum Salon.

12 Addunt nonnulli † tertium ſubterfugium, nempe, quod iudex tunc debeat magiſtratui cedere, & ſic deponere officium,ne contra propriam conſcientiam iudicet: quod voluit Sylu.*vbi ſuprà*,dum inquit,iudicem in hac ſpecie teneri occidere innocentem,quando nec ipſum potuerit Superiori remittere, nec ſuum officium dimittere, idemque alij probarunt, vt conſtat ex Cou.*vbi ſuprà,n.*3.*circa finem*,ibi,*alij denique*, & nouiſſime tenet Petr. à Nauar.*vbi ſup.num.*156.*&* 161.*cum ſeqq.*& ante eum Ant.à Cordub. *vbi ſup.circa fin. verſ. & per hæc*,concludens,quod quando iudex vidit,quod non,niſi per remiſſionem ad Superiorẽ,vel per ceſſionem officij poteſt innocentem à morte liberare, vtique tenetur:Quin alij aiunt, teneri citius omnium bonorum ſuorum diſpendium facere, quam illum occidere: Imo & Petrus à Nau.*vbi ſuprà,n.*167. *cum ſeqq.* exiſtimat,non licere illum condemnare, etiamſi ex eo timeat iudex damnum perſonale, ſcilicet, quod ipſe occidetur à Superiore, vel à populo, niſi ſententiam ferat,vel publicum ſcandalum totius populi.

Hoc tamen remedium non eſt profecto neceſſarium nec obligatorium,atque ideo merito id improbat Domin. à Soto *vbi ſuprà, verſic. alterum ſubterfugium*:tum, quod inutile eſt, tum etiam, quia nemo tenetur tam ingenti ſuo incommodo damnum, quod ipſe non dedit, in fratre cauere, & officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum:præcipuè cum S. Thomas,qui de aliis remediis prouidit, huius non meminerit, quicquid Syluest. retulerit. Denique ſi aliud diceremus, nullius momenti eſſet profecto ſententia S.Thom.principalis & communis;Quandoquidem quicumque poſſet officium ſuum dimittere, & ſic ſemper eſſet in promptu hoc remedium, præcipuè ſi cum iactura bonorum, & vitæ propriæ, atque cum ſcandalo publico, Iudex teneretur hac in ſpecie omittere condemnationem huiuſmodi rei, quem priuatim ſcit eſſe innocentem, quamuis publice probatus ſit nocens,deponendo officium,vel alias: præterquam, quod rigidiſſimum eſſet, obligare iudicem,ad vitam ſuam, vel omnia bona propria amittenda potius quam ad officium ſuum exercendum,imo iniquum atque durum, non enim hac in ſpecie occidit innocentem ad propriam vitam ſaluandam, quod non liceret, ſed cum conſcientia publica, ſecundum eandem poteſtatem quam exercet, ſcit eſſe nocentem: Deponere igitur conſcientiam priuatam potius debet, & ſic ſequi publicam, quam officio cedere,niſi forte hoc malit de conſilio, & ſine ſcandalo, vel diſpendio propriæ vitæ:Si enim etiam cum ſcandalo ad id teneretur, vt voluit præfatus modernus Nauar. nunquam fuiſſet locus opinioni D. Thom. & communi, vt recte perpendit Sot. quicquid eum leuiter improbet Nau.quod profecto non debuiſſet facere,nec à doctrina D.Thom.& communi omnium prope Theologorum,præcipue antiquorum priuatis quibuſdam rationibus, iiſque minus ſolidis, facile diſcedere,profeſſus eſſe verum homicidam,& ad reſtitutionem teneri iudicem talem hominem condemnantem, cum S. Thom. & communis atque receptiſſima ſententia Theologorum & Iuriſtarum contrarium omnino teneat: Quid enim ſeruit ſcrupulum iniicere, vbi non eſt? Quandoquidem nemo ambigit, ſecurum & innoxium eſſe eum iudicem,& à peccato & reſtitutione liberum, qui ſecutus doctrinam Sancti Thomæ; & communem, depoſita conſcientia priuata, ſuum officium atque poteſtatem publicam ſibi datam exſequutus fuerit, licet nonnulli alij contrarium in propoſito tenuerint:& quod iudex in hac ſpecie non debeat abſtinere à munere iudicandi, teſtatur communem contra Abb.& Imol. Iulius Clarus *vbi ſup.* Poterit ergo, ſi credat profuturum ad tempus perſonam iudicis exſuere,vt cauſa illa tranſeat in manus ſucceſſoris, & coram illo agat deinde perſonam teſtis:ſecus ſi credat,non profuturum ſecundum Salon *vbi ſuprà*, non tamen ad id tenetur per ſupradicta.

Quartum remedium † ab liberandum huiuſmodi innocentem inuenit Alex.de Hales,vt refert & ſequitur Ant.à Cord.*vbi ſup.in princ. quæ. in verſ.quin etiam quarto*,vt ſi citra ſcandalum,optimaque diſſimulatione id fieri poſſit,liceret iudici carceres dimittere apertos ad fugam:quod etiam ſequitur Domin.à Soto *vbi ſup. in verſ.quin etiam*.Addit Cordub.quod id Iudex facere deberet,vbi refugium aliud non pateret, neque via ad innocentem à morte aut mutilatione liberandum, nec ex 13



ex hoc iudici vel alij aliquod diſpendium immineret, nec ſcandalum, vt *ibi* probat, & ſequitur Nauarr. *vbi ſup. n.* 152. *cum ſequentibus*, & Salon *vbi ſuprà, verſic. quarto,col.*1395. & mihi placet,quamuis difficillimum in exſecutione id iudicem, rariſſime cum ſine nota & ſcandalo, atque diſpendio cuſtodis, id effici poterit.

14 Addit Caiet. † *vbi ſup.d.q.*67.*art.*2.*circa finem,verſ. ad ea autem*,quod ſi caſus diſputatus acciderit Inferiori iudici,deberet coram populo iurare,quod ſibi conſtat oppoſitum, & propterea non iudicat, & indicare modum, quo conſtat ſibi,nempe,*quia vidi in tali loco,&c.* & hoc ipſum deberet ſignificare Superiori, vt vel hic habendo ipſum Inferiorem iudicem pro vno teſte, innocens adiuuetur coram Superiori iudicio:quod & cæteri referunt atque ſequuntur, & addit Soto,quod ex hoc nulla teſtib. iniuria irrogatur, imo cum ipſi ſint iniurij, eorum iniuria repellitur, & quamuis fortaſſe id bona fide facerent, nulla eis fit iniuria, dum miſeri innocentia protegitur. Illud autem de iuramento coram populo per iudicem faciendo, quamuis ſit decens, mihi neceſſarium omnino de per ſe ſolum non videtur, niſi tantum illud de remiſſione ad Superiorem in præd. finem facienda, vt tenet D. Thom. & nos quoque *ſuprà* probauimus. Populus enim ex delicto in proceſſu contra reum probato offenſus minime placabitur ex præd. iudicis inferioris iuramento, quinimo plerique id vitio tribuent Iudici, exiſtimantes reo partialem atque fauorabilem ſe exhibere, potius quam veridicum. Conſanguinei præterea, affines & amici iniurioſe occiſi maxime conquerentur de prædict. Iudice ſic iurante contra acta proceſſus,ac forſan ei imponent corruptionem: Quare cum ſine nota & vitio infamiæ & ſcandali id effici non valeat, nec prædicta proteſtatio ſiue iuramentum ſola aliquid præſtet, quin potius nocere poſſet, opportunius iudicio in caſu præfato vti remiſſione cauſæ ad Superiorem modo & forma, quibus cum Diuo Thoma & ſequacibus prædiximus: quod ſi hoc fieri non poſſit, quia aditus facilis non ſit ad Superiorem, vel ratione ſcandali, vel quia longiſſime abſit & negotium vrgeat, vel ratione alterius cauſæ, aut magni damni, tunc tertia eſt ſequenda ſententia magis communis D.Thom. quam *ſuprà* tenuimus, & nunc quoque,hic probamus, nempe, vt depoſita priuata conſcientia Iudex iuxta allegata & probata ſententiam proferat, prout poteſt ſine peccato.

15 Miniſter † autem iudicis condemnantis innocentem,ſi ſententia intolerabilem errorem contineat,non debet obedire, alias excuſarentur carnifices, qui martyres occiderunt.Si vero ſententia non contineat manifeſtam iniuſtitiam, non peccat præceptum exſequendo, quia ipſe non habet diſcutere ſuperioris ſententiam, nec ipſe occidit innocentem, ſed iudex, cui miniſterium exhibet, ſecundum D. Thomam *d. q.* 64. *art.* 6 *ad tertium,in fine*: quod ſi certo alias ſciat,illum condemnatum eſſe innocentem,ſi commode poteſt ſe excuſare ab exſecutione illius ſententiæ,abſtinere quidem ab ea tenetur: quod ſi id commode non poſſit, tunc formata bona conſcientia, nempe, quod id licite faciat, poteſt & debet ad iudicis præceptum eam exſequi & obedire, nec tenetur ſuo officio cedere, ſicut nec iudex,niſi manifeſte & notorie de tali iniuſta ſententia conſtaret, vt docet Caiet. *d.q.*67.*ſuper art.* 2. *ad fin.*& Cord. *vbi ſupra, in* 2.*opinione, in* 3. *corollario* dicens, quod Dd. de hac opinione concordant.

16 Supradicta tertia † & communis ſententia Sancti Thomæ & ſequacium limitatur in Principe,qui poteſtatem habet leges condendi, & conditis derogandi: Is enim poterit ſententiam dicere iuxta propriam & particularem ſcientiam aduerſus allegata & probata in iudicio, Ex eo namque quod priuatim certo ſcit alterum ex litigatoribus, vel innocentem, vel nocentem eſſe, etiam refragantibus actorum prohibitionibus poterit iuſtiſſime,imo & debet diſcedere ab ea lege, quæ dictat:Iudicem ſecundum allegata & probata debere ſententiam proferre:ita volunt atque tenent Cynus,Bartol.& alij *in leg.* 1. *Cod.vt quæ deſunt aduoc.* Alberic.*in d.§.veritas*,Felin.*in d. §.quia vero*, & Cou.*d. l.*1.*var.reſol.c.*1.*n.*7.*verſ.Principes tamen*, & Oroſc. *d.§. veritas,num.* 13. dicens, quod Theologi hoc tenent,& quod ſi id non faciat, peccabit: ſequitur etiam plures referens Menoch.*de arbitr.iud.l.*1.*q.*8.*n.*21.*&* *quæſt.* 24. *n.*4 Roland.à Valle *conſ.*70.*n.*20.*cum ſeqq.l.*1.Cordub. *vbi ſuprà,col.fin.verſ.quo non obſtante.*

Quinimo † ſecundum Couarr. *vbi ſuprà*, Princeps 17
æquiſſime faciet,ſi reum ex probationibus nocentem, vere tamen ab eo crimine liberum,ex propria ſcientia abſoluerit,reum autem ex proceſſu innocentem,etiam à pœna immunem iudicauerit, tametſi Princeps ſciat priuatim, eum vere deliquiſſe, niſi delictum ita atrox ac pernicioſum eſſet, vt maxime conueniret Reipublicæ eius auctorem probatum publice puniri: quod etiam probauit Ant.à Cordub.*d. q.* 37. *col.fin.lib.*1.*ſui quæſtionarij* & primum, quod prædiximus, probatur *in c. Deus omnipotens*, §. *quando autem*, 2. *quæſt.* 1. per quem text.alios auctores allegans,idem tenet Oroſc. *in dict.§. veritas, n.* 10. & late poſt alios Petr. à Nauar. *vbi ſuprà, num.*178.*cum ſeqq.*

Sic etiam † aduocatus licite poteſt defendere, quem 18
noxium ſcit, ſi tamen innoxium conſtat eſſe ex proceſſu, vt tenet Burg.de Paz *in proœmio leg. Taur. n.* 26.
*cum ſequentibus, fol.*39.*num.*270.*&* 271. Conſulit † ta- 19
men Caietan. *d. art.* 2. *ad finem*, vt Princeps palam teſtetur, & publice propriam ac priuatam conſcientiam manifeſtet, quo populo ſatisfaciat & partem quietet, ſcilicet, quando, quia ſcit priuatim, quem eſſe innocentem,tametſi in iudicio aliud probatum ſit,eum abſoluere debeat:quod cæteris, prout conſilium eſt,placet,non tamen eſt obligatorium.

Epiſcopi autem iure communi † vti debent, iudi- 20
cando ſecundum allegata & probata,non vero ſecund. priuatam conſcientiam ſuam, vt probarunt poſt Ioan. Andr. Bald.*in c.Sacramentum,ad fin.de conſuet.rect.feud.* & Iaſ.*in l.*2.*ad fin.ff. de in litem iurando*, quos refert & ſequitur Oroſc.*in d.§.veritas, n.*16.

Secus † autem quibuſdam videtur dicendum de ſu- 21
premis Senatoribus, iudicibuſque, qui prætoriis Regiis aſſiſtunt,nempe, vt hi poſſint litigantibus ius dicere,atque ſententiam ferre contra allegata & probata, ex propria & priuata conſcientia, vt tenet Guido Papæ *q.*29.& Roland.à Valle *conſ.*70.*n.*17.*&* 18.*l.*1.& Thom.Gram.poſt Bertrandum quem refert *dec.*19.*n.*14. & alios allegans Becius *conſ.*52.*num.*89 *l.*1. modo hæc priuata ſcientia omnium iudicum ſimul ſit,nempe, vt collegium corpuſque quoddam ſunt,non vt ſinguli,vt Alciat.intellexit *in c.*1.*n.*89 *de officio ordin.* & probauit latius Oroſc. *in d.§.veritas,n.*17. Hoc tamen mihi verum non videtur exiſtimanti,eos teneri litem definire ex his, quæ ex proceſſu conſtant;Quandoquidem debent ac tenentur viſis actibus, & proceſſib. iudicare: Ergo ex illis publicis documentis, non ex particulari ſcientia tenentur ſententiam dicere, vt probauit Cou. *l.*1.*var.reſ.c.*1.*n.*7. *verſ. tertium*, & ſequitur deciſio, 1. Pedemont.*n.*43. *cum ſeqq.* reprobantes expreſſe Guid. Pap.*vbi ſup.* & ſequaces tanquam falſum & erroneum tenentes,quia hi iudices nullam habent à Principe poteſtatem derogandi legibus,quæ hactenus ſemper ſtatuerunt in maximum Reipublicæ commodum, iudicem ſecundum allegata & probata in iudicio debere ſententiam proferre.

SVMMA

## SVMMARIVM.

1 *An iuſte quis puniatur pro peccato alterius? & num. ſeqq. per totum caput.*
2 *Exod. cap. 20. intellectus, latius num. 18.*
3 *Regum 2. cap. 12. declaratur.*
4 *Geneſis cap. 19. & num. 17.*
5 *Deus filios prouectæ ætatis pro parentum peccatis affligit, vt ipſorum parentes puniat, non vero filios.*
6 *Iura Pontificia puniunt hæreticos priuando filios eorum orthodoxos bonis & ſucceſſione parentum damnatorum.*
7 *Similiter, & in caſu cap. in quibus, de pœnis, puniuntur heredes delinquentium, vſque ad quartam generationem.*
8 *Plerunque ob culpam vnius tota prouincia, vel ciuitas ſubmittitur Eccleſiaſtico interdicto.*
*Excommunicatio lata in collegium, vel vniuerſitatem, quamuis iure poſſet fieri, non ligat poſtea in id, vel eam ingredientes.*
9 *Ciuibus interdictis, & hi interdicti cenſebuntur, qui in locum aliorum ciuium poſt ſententiam ſucceſſerunt, in eam ciuitatem domicilium transferentes.*
10 *Ciuis interdictus ſi ſe ipſum alibi cauſa vitandi, domicilium tranſtulerit, immunis erit ab eo interdicto.*
11 *Ciuitas quæ proprium Epiſcopum occiderit, licet omnes ciues nec peccati nec criminis rei ſint, priuatur honore & dignitate ſpirituali.*
12 *Nemo pro peccato alterius eſt puniendus, Ezech. c. 18.*
13 *Non prius Deus eſt vltor, quam aliquis ſit peccator, ſecundum Diuum Auguſtin.*
14 *Deuter. cap. 24. Non occidentur parentes pro filiis, nec filij pro parentibus, ſed vnuſquiſque pro peccato æterno morietur.*
15 *Peccata ſuos debent tenere auctores.*
16 *Statutum quo cauetur, illos de domo teneri pro conſorte, eſt contra ius diuinum & humanum.*
18 *Pœna æterna, aut temporalis ſpirituali, numquam diuino iudicio puniti fuerunt nec punientur innocentes ob alterius culpam, nec poterunt humana lege puniri, pœna autem temporali & corporali, quandoque Deus punit filios in hac vita pro peccato parentum ex cauſſis iudicio humano occultis: ratio autem eius ponitur num. 19. quia ſcil. talis filij pœna, & patri nocet, & filio ad ſalutem ſuæ animæ prodeſt.*
20 *Deus ſæpe ob parentum merita non ſolum mercedes plurimas filiis confert, ſed mortem & alias plurimas, quas merebantur pœnas remittit.*
21 *Excommunicatio eſt ſpiritualis pœna, non autem quæcunque alia pœna Eccleſiaſtica canonicaue, prout eſt Eccleſiaſtici interdicti, aut irregularitas, quæ non eſt ſpiritualis pœna.*
22 *Lex humana minime poterit immutare diuinum iudicium, quo pro alterius culpis & criminibus innocentes corporis pœna afficiuntur: non licet igitur quempiam propter crimen alterius occidere, nec excommunicare, nec fuſtib. cædere, nec alia corporali pœna punire.*
23 *L. quiſquis, C. ad l. Iul. de vi, non recte dicit, ex Imperatoria lenitate vitam condonari filiis eorum, qui Regiam læſerint Maieſtat. quia hoc ſecluſo, Imperatores iuſte minime poterant filios pro peccatis parentum interficere.*
24 *Nulli humano iudici licet vnquam vnum hominem pro peccato alterius occidere, nec alia pœna corporali eum afficere.*
25 *Lex humana, cum iuſta ſubeſt cauſa, & propter Reipublicæ vtilitatem, quo promptius & cautius à delictis & criminibus homines abſtineant, filios & nepotes pœna bonorum, aliaue ſimili ſancte & iuſte poteſt afficere, vt paſſim legibus & canonibus definitum eſt, nunquam tamen abſque iuſta cauſa poteſt iudex prædictas pœnas imponere.*
26 *Quandoque ex cauſa, etiam abſque culpa diuino & humano iudicio pœna pecuniaria infertur.*
27 *Stante iuſta cauſa valebunt ſtatuta vel conſuetudines, vt alij in pœnis pecuniariis pro commiſſis aliorum teneantur & puniantur, etiamſi nihil vere vel præſumptiue commiſerint, dummodo non corporaliter plectantur, & num. 29.*
28 *Statuta & conſuetudines, quibus diſponitur, municipia teneri reſarcire damna data in eorum finibus, non debent intelligi, quando ſcitur à quo fuit illatum damnum, & eſt ſoluendo, quia tunc non debet quis grauari odio alterius, ſed quando ignoratur à quo damnum fuit illatum, vel ſcitur, & non eſt ſoluendo qui damnum dedit.*
30 *Filij & nepotes eorum, qui diuinam vel humanam læſerint Maieſtatem, infamia notantur, & indigni cenſentur ad obtinenda officia publica, & beneficia Eccleſiaſtica.*
31 *Filij hæreticorum ante crimen commiſſum nati, an ſint infames, & in prædict. probibitione cæteriſque pœnis canonicis comprehendantur, & num. ſeqq. reſoluitur affirmatiue, num. 37.*
32 *Filij eius qui humanam læſit Maieſtatem, nati ante crimen, non puniuntur.*
33 *Leg. 2. tit. 2. part 7. intellectus.*
34 *Filius natus ante dignitatem patris, non conſequitur prærogatiuas & honores eius, & multo minus debet ei nocere crimen patris poſt eius natiuitatem commiſſum, in num. 35.*
36 *Filij nati ante priuilegium nobilitatis à Principe datum alicui, an cenſeantur nobiles.*
38 *Filij hæreticorum & receptatorum, an priuentur beneficiis obtentis tempore commiſſi criminis ipſo iure, vel per ſententiam.*
39 *Filij eorum, qui in articulo mortis hæreſin commiſerunt, pœnas canonicas patiuntur.*
40 *Filij hæreticorum, qui tales eſſe, vel deceſſiſſe probantur, non ſunt admittendi ad beneficium Eccleſiaſticum, nec publicum officium.*
41 *Text. in cap. ſtatutum el 2. de hæret. in 6. intellectus contra Simanc.*
42 *Ratio differentiæ inter filios ante & poſt hæreſin natos aſſignata à Calderino diluitur? & num. 43.*
44 *Hæreſis etſi à carnalibus vitiis aliquando oriatur, præcipuè tandem illius cauſa eſt ſuperbia, quoniam hæc eſt omnium hæreſium parens, à qua potiſſimum omnes hæreſes generantur.*
45 *Vitia corporalia & ſpiritualia, animique mores, & infirmitas patris an in filios tranſeant.*
46 *Cap. non imputantur, 1. quæſt. 4. intellectus.*
47 *Concilium Toletanum XIII. cap. 1. refertur, & prius num. 36. in verſ. quinto & vltimo.*

## CAPVT XXX.

### *An iuſte quis ob alterius culpam puniatur?*

TRigeſimam quæſtionem Canonicam ſuper eo articulo conſtituimus: *An iuſte quis puniatur pro alterius peccato.*

Et pro parte affirmatiua † primo adduco illud Exodi *cap. 20. Ego ſum dominus Deus tuus, fortis, zelotes, viſitans iniquitates patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me. Viſitans* ibi exponitur pro eo, quod † eſt *puniens, verberans, aut caſtigans,* Nam cum dominus aliquid horum erga nos in hac vita 1
2



exſiſtentes facit, tunc noſtras dicitur viſitare iniquitates iuxta illud Dauid. *Pſal. 88. Si iuſtitias meas profanauerint, & mandata mea non cuſtodierint, viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberib. peccata eorum.* Filij enim, res quædam ſunt ad parentes ſpectantes, & quæ inter omnes res externas magis parentes contingunt, & propius ad ipſos accedunt, ſunt namque ſanguis parentum, vt *in l. 4 ff. de inoffic. teſtament.* & ita morbos filiorum parentes ægre ferunt perinde ac ſuos, de illorum aduerſitate dolent, vt de ſua, atque de ipſorum morte vehementius contriſtantur, quam de admiſſione cuiuslibet ſupellectilis: ſunt præterea ſub dominio & poteſtate parentum conſtituti vt *in toto titulo, de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris, cum ſimilibus*, ſicque ſunt quaſi quædam parentum poſſeſſio. Vnde quemadmodum infirmitas & mors ſerui cedit in damnum domini, cuius eſt ſeruus, ita etiam afflictio filij in damnum cedit ipſius patris. Conſequitur igitur, vt filio aut mortuo, aut ægrotante damnum patiatur pater, & ſic in morte aut ægritudine filij pater puniatur: iuxta hunc igitur modum viſitare ſe dicit Dominus iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem, quia pro iniquitate parentum Deus punit filios, vſque ad tertiam & quartam generationem. Punitur ergo filius innocens pro peccato patris ob eam ſolam cauſam quia filius eſt res quædam patris & poſſeſſio, in cuius afflictione punitur pater tanquam in re ſua, vtpote afflictionem filij grauiter ferens, non dixit vltra quartam generationem, quia vita parentum raro eo protenditur, vt poſt quartam aliam ex ſe illi videant generationem, per cuius afflictionem poſſint ipſi puniri: & cum afflictio filiorum pro peccatis parentum inferantur à Deo, ad ipſorum parentum punitionem, congruum eſt & neceſſarium, vt in ſolis illis filiis ſiue generationibus fiat, quas videre poteſt ipſe peccans.

3 Secundo † ad idem cito *Regum 2. cap. 12.* vbi punitus eſt Dauid morte filij ex adulterio nati, vt in illo dolorem & pœnam ſentiret, quem ex illicito & damnato coitu genuerat: Puer enim non eſt punitus, ſed potius Domino miſerante ante vſum rationis raptus eſt, ne malitia mutaret animam illius: Mors ergo pueri reſpectu ipſius non punitio fuit, ſed opus miſericordiæ: Quantum ad ipſum Dauid parentem ſpectat, opus fuit punitionis & vindictæ, per quam in eo, quod peccauerat, punitus eſt.

4 Tertio † ſic etiam legimus 19 *Geneſ.* paruulos Sodomæ ſine vllo peccato proprio ſimul cum parentibus ſuis igne conſumptos fuiſſe: & *Num. 17.* paruulos cum Dathan & Abiron ſine proprio peccato, viuos à terra deglutitos, quos Dominus non puniuit, ſed potius illorum miſertus eſt, cum illos ex hac vita innocentes migrare voluit, ne ſi diutius perſtitiſſent, paternarum iniquitatum fuiſſent imitatores effecti, & ſic grauiores poſtea pœnas ſuſtinerent. Similiter etiam in diluuio vniuerſali paruuli, qui videbantur innocentes, perierunt.

5 Aliquando † etiam & quarto Deus filios prouectæ ætatis pro parentum peccatis affligit, vt ipſus parentes puniat, non vero filios; His ſiquidem huiuſmodi afflictio cedit in bonum, quia per illam cautiores fiunt ad futura peccata præcauenda, eorumque virtus & meritum per illam, ſi patienter ferant, creſcit: Quo fit, vt licet talis afflictio ſit illis grauis & acerba, non tamen reſpectu eorum pœna dicetur neque punitio ſecundum quod pœna vel punitio dicit ordinem & reſpectum ad culpam, qua illi in peccato parentum omnino caruerunt: Parentibus tamen comparata talis filiorum afflictio pœna dicetur, quoniam pro ipſorum peccato eſt filiis inflicta, in quibus ſimul etiam parentes affligantur: Hinc eſt, quod peccante Cham peccato irreuerentiæ in patrem, filio eius Chanaan maledixit Noe, ſic dicens: *Maledictus Chanaan ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis, Gen. 9.* vt per illam maledictionem grauius affligeret & puniret Cham, cum ille videret non ſolum ſe ſed etiam filium ſuum à patre maledici.

Quinto idem conſtat *Ioſue 6. & 7.* vbi filij & filiæ Achan, qui furatus fuerat de anathemate ciuitatis Hiericho contra præceptum Domini, ſimul cum ipſo Achan eorum patre ex mandato Ioſue interfecti ſunt, quo facto placatus eſt Dominus, qui de peccato Achan iratus fuerat.

Sexto idem patet *4. Reg. 5.* vbi filij Giezi pueri Heliſæi Prophetæ percuſſi ſunt lepra, propter peccatum patris, qui contra voluntatem Heliſæi à Naaman leproſo ob collatam illi ſanitatem munera accepit: & alibi ſæpe Deus viſitauit peccata patrum in filios, vſque ad tertiam & quartam generationem quia & Euripides atque Plutarchus *in libr. de ſera numin. vindict.* non ignorarunt, & Iuſtinus Philoſophus *quæſt. 138.* & Cælius *lib. 6. lection. antiq. c. 14.*

Sed & iura † Pontificia puniunt hæreticos, priuando filios eorum orthodoxos bonis & ſucceſſione parentum damnatorum, confiſcantur enim eorum bona in terris Eccleſiæ, fiſco Eccleſiæ; In terris vero Regis vel Imperatoris, fiſco Regio vel Imperiali, reſpectiue, vt *in cap. vergentis, de hæretic.* Nec enim (vt inquit ibi Summus Pontifex) huiuſmodi ſeueritatis cenſuram orthodoxorum exhæredatio filiorum, quaſi cuiuſdam miſerationis prætextu debet vllatenus impedire: cum in multis caſibus (etiam ſecundum diuinum iudicium) filij pro parentibus temporaliter puniantur, & iuxta Canonicas ſanctiones, quandoque feratur vltio non ſolum in auctores ſcelerum, ſed etiam in progeniem damnatorum, vbi gloſſa finalis illas Canonicas ſanctiones citat. 7

Sic etiam *in c. in quibus de pœnis*, deciſum † exſtat quod patroni, aduocati, aut feudatarij, vel vice domini, occidentes vel mutilantes Prælatum, vel clericum Eccleſiæ, per ſe, vel per alios, amittunt quod habent ab Eccleſia, & non ſolum nihil peruenire debet ad hæredes, ſed etiam vſque ad quartam generationem poſteritates talium in clericorum collegium nullatenus admittuntur, nec in domibus regularibus alicuius prælationis aſſequi debent honorem, niſi cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum: & ibi gloſſ. *ad heredes*, notat eſſe ſpeciale ibi, quod filius puniatur pro delicto patris, ſicut in crimine læſæ Maieſtatis. 8

Similiter † licet pœna eccleſiaſtici interdicti grauis ſit, plerumque tamen ob culpam vnius, qui ciuitatis aut prouinciæ dominus eſt, vel in ea habet ſæcularem vel Eccleſiaſticam iuriſdictionem, tota prouincia, vel ciuitas ſubmittitur interdicto, vt *in cap. non eſt vobis, de ſponſal. cap. ſane el 2.* vbi Decius, *de offic. delegat. cap. ſi ſententia, de ſententia excommunicat. lib. 6. in 2. part.* Hæc tamen Pœna ſpiritualis non eſt, quia non afficit animam, non enim priuat communione ſuffragiorum Eccleſiæ, ſed tantum ſuſpendit interdictos auditione & celebratione diuinorum officiorum: quæ profecto priuatio directo animam non afficit, & ſic diſtat ab excommunicationis cenſura. 9

Quo fit, vt quamuis iure poſſet excommunicatio ferri in vniuerſitatem, minime ligantur hi, qui poſt ipſam cenſuræ pronuntiationem collegium, aut vniuerſitatem ingreſſi fuerint, vt cum communi probat Alfonſ. Hoxeda *de incompatibil. benef. cap. 13. num. 111. ad fin.*

Quo fit † primo, vt ciuibus interdictis, & hi interdicti



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dicti cenſebuntur, qui in locum aliorum ciuium poſt ſententiam ſucceſſerunt, in eam ciuitatem domicilium transferentes, iuxta gloſſam communiter receptam *in d. cap. ſi ſententia, verb. non competant*, quam eſſe ordinariam ex Iaſone, & communiter approbatam teſtatur D. Cou. *lib. 2. var. reſol. c. 9. n. 10.* & Hoxed. *de incompatib. benef. c. 23. n. 112.*

10 Secundo † deducitur, quod è contrario ciuis interdictus, ſi ſe ipſum alibi cauſa mutandi domicilium tranſtulerit, immunis erit ab eo interdicto, vt notant Dd. *in d. c. ſi ſententia*, & Cou. *vbi ſupr.* & Hoxeda *vbi ſupr.*

11 Vltimo † accedat, quod ciuitas, quæ proprium Epiſcopum occiderit, licet omnes ciues, nec peccati, nec criminis rei ſint, priuatur honore & dignitate Epiſcopali: text. eſt *in c. ita nos, 25. q. 2.* quod eſt intelligendum, quando ipſe Epiſcopus erat iam conſecratus, ſecundum Bald. *in l. ſi nondum, C. de furt.* & Iaſ. *in l. 2. col. 2. C. de inoſ. teſtam.* quos refert & ſequitur Cou. *vbi ſupra, in fin.* Hoxed. *vbi ſupr. n. 112.*

12 Sed & pro parte † negatiua non deſunt ſacri eloquij auctoritates quibus eadem adſtruitur, nempe, neminem pro peccato alterius eſſe puniendum, & 1. Ezechiel 18. vbi Du. Ezechiel. per Prophetam loquutus eſt, ſic dicens: *Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur; filius non portabit iniquitatem patris: & pater non portabit iniquitatem filij: iuſtitia iuſti ſuper eum erit, & impietas impij ſuper eum.*

13 Secundo † eadem pars confirmari poteſt teſtimonio Auguſtini dicentis; *Non prius Deus eſt vltor, quam aliquis ſit peccator.*

14 Tertio idem probatur † Deuter. c. 24. *Non occidentur parentes pro filiis, nec filij pro parentibus, ſed vnuſquiſque pro peccato æterno morietur:* & Exod. 23. *Inſontem & iuſtum non occides:* & Pſal. 68. *Quæ non rapui tunc exſoluebam.*

15 Sed & iure † poſitiuo idem probatur *in titulis, Cod. ne filius pro patre, & ne vxor pro marito*, & præterea peccata ſua debent tenere auctores, vt *in l. ſancimus, cum ſimilibus, C. de pœnis, & in l. 9. tit. 31. part. 7.* Quod adeo procedit, vt Iuriſconſultus ſatius eſſe exiſtimauerit, in dubio potius nocentem impunitum relinqui, quam innocentem condemnari, vt *in l. abſentem, verſ. ſatius ff. de pœnis, & in d. l. 9. tit. 31. part. 7.* facit text. *in auth. vt nulli iudicum, §. quoniam vero, collat. 9.* in illis verbis: *Aut damna eorum inferre vicis*, vbi expreſſe prohibetur, damna ab aliis illata vicis inferri: Vnde gloſſ. *in verb. vicis*, ex illo text. inuehit in magiſtratus punientes vniuerſitatem pro aliquo delinquente: & ideo Bald. *in d. l.*
16 *ſancimus*, dicit, ſtatutum, quo † cauetur, illos de domo teneri pro conſorte, eſſe contra ius diuinum & humanum, & *in c. agnoſcentes, col. 1. circa medium de conſtit.* aſſerit, huiuſmodi ſtatuta plerumque eſſe iniqua, quem refert & ſequitur Chaſſan. *conſ. 1. n. 4.* Barb. *conſ. 66. n. 1. & 2. inter conſil. Calcanei*, Luc. de Peña *in l. iure prouiſum C. de fabricenſ. lib. 11.* prout eos refert Octauian. *decis. Pedem. 88. num. 2.* & latè comprobat Gig. *de crim. læſæ Maieſtat. in titul. de pœnis quas filij incurrunt, &c. c. 14. n. 12. & ſeqq.*

Quo igitur modo intelligenda ſunt prædicta ex diuinis literis teſtimonia adducta pro vtraque parte: Videntur enim prima quidem facie inter ſe pugnare: ſimiliter & ea, quæ ex iure poſitiuo retulimus.

17 Quidam † autem (vt Diuus Hieronymus ſuper Ezechiel. *in d. c. 18.* refert) dixerunt; verba illa Exodi, quibus Dominus ait, *viſitare ſe iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem*, non eſſe iuxta literam, ſed per parabolam intelligenda: hoc autem non placet ipſi, & merito: Ex eo enim ſolo, quod tunc Dominus legem ferebat & tranſgredienti eam pœnam comminabatur, per quam illos ad legis obſeruantiam perurgeret, conſtat non eſſe parabolam, quia in ferendis legibus nullus debet eſſe parabolis locus, quia nodæ & apertæ debent eſſe leges, vt poſſint ab omnibus intelligi.

Quare ipſe Hieronymus, dubius maxime de vero ſenſu eorum teſtimoniorum ex ſacro eloquio præcitatorum, & innuens, difficilem eſſe huius perplexæ quæſtionis ac modi diſſolutionem, quandoquidem tam acriter eum torſit, inquit: Et quanquam non auderemus quidpiam dicere, nec vas fictile loqui contra figulum; Quare me ita, vel ita me feciſti? tamen ſcandalum patiebamur occultum, quod iniuſtitia videretur Dei, alium peccare, & alium luere peccatá: Si enim reddit peccata patris ſuper filios in tertiam & quartam generationem, iniuſtum videtur, vt alius peccet, & alius puniatur: ſed ex eo, quod ſequitur, *His qui oderunt me, comminationis, ſiue præcepti, ſcandalum ſoluitur*: Non enim ideo puniuntur in tertia & quarta generatione, quia deliquerunt patres eorum, cum patres potius, qui fuerunt peccatores, puniri debuerint, ſed quia patrum extiterunt æmulatores, & oderunt Deum, hæreditario malo & impietate in ramos quoque de radice creſcente: tandem D. Hieronymus de hoc ſenſu non ſatis ſecurus inquit; Si quis autem, vel meliorem, vel alterum ſenſum potuerit reperire, qui contrariorum inter ſe teſtimoniorum ſcandalum tollat, illius magis ſententiæ acquieſcendum eſt.

Hæc tamen expoſitio Hieronymi, ſiue ſenſus, ex pluribus conſtare non videtur, quæ eleganter conuulat Alfonſ. à Caſtro *lib. 2. de iuſta hæret. c. 11.* *Tam aperta*, inquit, *ſunt in ſacris literis teſtimonia, quæ filios pro peccatis parentum fuiſſe à Deo punitos aſſerunt, vt nulla poſſint tergiuerſatione celari*: Videtur ergo ex eiſdem procedere non poſſe, quod D. Hieronymus ait, *nunquam filios puniri à Deo in tertiam & quartam generationem, quia deliquerint patres eorum, ſed quia patrum fuerunt imitatores*: quod etiam probauit Nicol. de Lyra *ſuper Exod.* de hac re agens, dicens: Alio modo intelligitur de pœna æterna, quæ infligitur filio pro iniquitate patris, in quantum eſt imitator paterni ſceleris: ideo ſubditur, *Vſque ad tertiam & quartam generationem*; Quia ſicut dictum eſt, aliquando mali homines vident filios ſuos, vſque ad tot generation. & ſic informant eos malis exemplis, vel illi imitantur, quod viderunt in patribus: quod & voluit D. Thom. *2. 2. quæſt. 108. art. 4. ad primum, & 1. 2. quæſt. 87. art. vlt. ad 1.* & nouiſſime Hector Pinto ſuper Ezechiel. *d. cap. 18. pag. 149.* & Salon *de iuſt. & iur. in 2. 2.* D. Thom. *art. 2. liceat ne aliquando occidere innocentem, verſ. nunc ad argumenta, pag. 1155.*

Filius ſiquidem paternæ iniquitatis imitator, ſi pro hac imitatione punitur à Deo, non pro peccato patris punitur, ſed pro ſuo, quia talis imitatio peccatum proprium eſt filij: Non conuenit ergo præd. expoſitio literæ Exodi *ſuprà* citatæ, quæ ait; *Viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem*: Ergo non de peccato filij per imitationem, ſed de peccato patris proprio loquitur: Si enim peccato filiorum per imitationem commiſſo ageret text. ille, non ſolum vſque ad tertiam & quartam generationem deberent puniri, ſed in mille illud peccatum imitantes, vt his & aliis rationibus expoſitionem præfatam Nicolai de Lyra improbauit Alfonſ. à Caſtro *lib. 2. de iuſta hæret. pun. c. 10. verſic.* Nicolaus Lyranus *ſuper Exodum*, &c. & D. Couar. *lib. 2. variar. reſol. cap. 8. num. 1. verſ. primum, ibi quod vero* Hieronymus. Neque obſtant illa verba Exodi; *His qui oderunt me*; Quæ Hieronym.



Hieronym. dicit eſſe referenda ad filios ita vt filij ſint, qui oderunt, & ob hoc à Deo puniuntur: quod & probat Hector Pinto *vbi ſuprà*. Quamuis fateatur poſſe etiam & ad patres ipſos referri, & ante eum Simanc. *de inſtitut. Cathol. cap. 29. n. 4.* quia potius ſecundum rectum ordinem ac ſenſum literæ Exodi, ad parentes ſunt referenda, quam ad filios: Inquit enim, *Ego ſum Dominus Deus tuus Zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me*, Conſtat enim, illud relatiuum, *Qui*, debere referri ad patres, & non ad filios, ſicut & genitiuus *Eorum*, cuius fit relatio per relatiuum, *Qui*, ſed genitiuus *Eorum* nullo modo ad aliud, quam ad parentes referri poteſt, vt conſtat, quia tertia & quarta generatio, quam propter peccata parentum viſitat Deus, ſunt qui oderunt Deum, non filij. Eodem modo ſunt intelligenda verba quæ D. Hieronymus ex 3. *Deuteron.* citat. *His qui oderunt me, &c.* Vtrobique enim Deus eandem, licet diuerſis verbis, protulit ſententiam: ita latius proſequitur Caſtro *vbi ſuprà*. Nihilominus tamen expoſitionem D. Hieronymi præfatam, de qua *ſuprà in verſ. quare ipſe Hieronym* ſequitur & probat Innocent. III. *in c. niſi cum pridem, § perſona*, ibi: *Ego ſum*, inquit, *Deus &c. de renuntiat.*

18 Vera † igitur reſolutio atque concordia ſolidaque doctrina, vt Ezechiel ab Exodo non diſcrepet, eſt quod pœna æterna, aut temporali ſpirituali (cuiuſmodi eſt priuatio gratiæ Dei, amiſſo iuris ad gloriam ſuſcipiendam, eorumue, quæ ad animæ ſalutem maxime neceſſaria ſunt, priuatio) nunquam diuino iudicio puniti fuerunt, nec punientur innocentes ob alterius culpam, nec poterunt humana lege puniri, & ita intelliguntur verba præcitata Ezechiel. Prophetæ, *Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur, & filius non portabit iniquitatem patris*, quoniam neminem niſi pro peccato proprio Deus æternaliter damnat: Non enim dixit, *Anima, quæ peccaueri, ipſa punietur, ſed morietur*, Ex quibus patet, non de qualibet pœna, ſed de ſola morte Deum fuiſſe loquutum, Mors autem, quæ ex lege pro omni peccato morta i datur, æterna eſt, non vero temporalis. Pœna autem corporali & temporali quandoque Deus punit in hac vita filios pro peccato parentum ex cauſſis iudicio humano occultis & latentibus, & ita intelligitur, quod ait Dominus in Exodo, *ſe viſitare iniquitatem parentum in filios, in tertiam & quartam generationem*, nempe pœna corporali & temporali: ſecus vero æterna, vel temporali ſpirituali. Eodem modo intelligendæ ſunt auctoritates reliquæ, *ſuprà* in idem citatæ, vt placuit Diuo Auguſtino *quæſtion. 8.* ſuper Ioſue, & *in epiſtola 75. ad Auxilium Epiſcop. non imputantur, vbi ſuprà, & in ſumma, 1. quæſt. 4. & in c. vndecunque*, & *ibi* Cardinal. à Turrecremat. *56. diſt.* Alex Hales *in 3. part. quæſt. 41. membro, 4. art. 1.* Sanctus Thom. *1. 2. quæſt. 108. artic. 4. ad primum, & in 1. 2. quæſtion. 87. artic. vltim.* Ioan. Arboreus in ſua Theoſophia, *libr. 6. cap. 9.* Alfonſus à Caſtro *dict. lib. 2. de iuſta hæret. punit. cap. 11.* & Frater Pinto *dict. cap. 18.* Ezechiel. *pag. 149. verſic. decimus igitur, colum. 2.* & D. Couarr. *lib. 2. variar. reſolut. cap. 8. num. 1. verſ. ſecundum, & in verſic. quinta, vbi quod hæc eſt receptiſſima omnium opinio*: latè Iacobus Septimancenſ. *libr. de Catholic. inſtit. c. 29. n. 1. cum ſequentibus*: eſt communis ſecundum Salon *vbi ſuprà in verſ. denique*, & eſt communis ſententia, vt plures referens affirmat Alfonſ. Hoxed. *de incompatibil. benef. c. 23. n. 104.*

19 Ratio autem † quare Deus in hac vita corporaliter filios innocentes pro peccatis parentum puniat, ea eſt ſecundum ſupradictos auctores, & *ſuprà* quoque tetigimus, quia talis filij pœna, & patri nocet, & filio ad ſalutem ſuæ animæ prodeſt: Nam propter eius animæ ſalutem augendam ſæpe iuſtos abſque illorum culpa Deus in hac vita corporaliter affligit: non igitur mirum eſt, ſi iuſtos filios maiorum parentum Deus corporalibus, pœnis & tranſitoriis cruciet, cum per illas ſimul, & parentum peccata puniat, & ſalutem filiorum ſpiritualem procuret. Pœnis autem ſpiritualibus, quamuis temporales ſint nunquam Deus pro peccatis parentum punit, quod præter ſupradictos probat cum Auguſtino Simanc. *d. cap. 29. numero 3. & 5.* Sic etiam Deus, qui dicit ſe viſitare iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem, ipſemet ait, propter parentum merita ſe miſericordiam facturum in mille, his † qui 20
diligunt eum: & ita ipſemet Deus ſæpe ob parentum merita non ſolum mercedes plurimas filiis confert, ſed mortem & alias plurimas, quas merebantur, pœnas remittit, vt docet Caſtro *libr. 2. de iuſta hæret. pun cap. vlt. verſ. nam Deus*, & quod ea ratione puniatur in his caſibus filius ob ſcelus paternum, quia magis terrentur patres in perſona filiorum, quam in proprias auctoritate Ciceronis & aliorum probat Menoch. *conſil. 99. n. 220. & in 2. tom. præſumpt. lib. 5. præſumpt. 33. n. 8. & 11.*

Præterea, ideo filij innocentes puniuntur propter parentum ſcelera in corpore, non autem in anima, quia filij, vt latius prædiximus, ſunt res parentum quorum ad corpora, quæ genuerunt, non autem quoad animas, quas Deus creauit: Anima enim non eſt ex traduce, nec à patre generatur, ſed à Deo creatur & infunditur: Ideo ait per Ezechiel. 18. Deus: *Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur*: & dixerat paulo ante, Omnes animæ meæ ſunt: Et ideo fatendum omnino eſt, nihil aliud Deum agere, quam quod fas admodumque decens ſit: Eius enim voluntas ſumma iuſtitia eſt, & opera eius omnia ſanctiſſima & perfectiſſima; Ipſe enim facit, nos eiuſque eſt vita & mors: ipſe occidit, & ipſe videre facit, ſolus ipſe vitæ & mortis habet poteſtatem, iuſte nobis dat vitam, iuſte, cum vult, occidit, Hæc ſumma ratio iuſtitiæ eſt, nec amplius à nobis de iudiciis Dei ſcrutari licet.

Spiritualis autem pœna eſt, quam † prædiximus: 21
Verbi gratia, excommunicatio, quæ niſi pro culpa & peccato mortali excommunicati ferri non poteſt, vt latè deduximus *ſuprà lib. 1. cap. 4. num. 23.* non autem quæcunque alia pœna eccleſiaſtica, canonicaue, prout eſt eccleſiaſtici interdicti, vt *ſuprà* hoc capite prædiximus, aut irregularitas, hæc namque non eſt ſpiritualis pœna, vt probat Couar. *vbi ſuprà, d. n. 5. verſ. quinta*, aduerſus gloſſam *in ſumma, 1. quæſt. 4.* & opinionem Couarru. ſequitur Hoxeda *vbi ſuprà num. 104.*

Poteſt etiam dici, quod paruuli igne Sodomæ cum parentibus fuerunt conſumpti & in generali diluuio operierunt ex peccatis propriis, quibus eam pœnam meruerint, non tamen actualibus, propter defectum vſus rationis, ſed peccato originali, ex quo omnes illi, tam parentes, quam filij paruuli iuſte occaſionaliter ſimilia paſſi ſunt atque patiuntur: ita Magiſter Villegas *in 2. part.* Flor. Sanct. *cap. 3. De la vida de Nueſtra Señora, pag. 5.* & ita inquit Scriptura diuina *c. 18. & 19. Geneſeos*, quod ſolus in ciuitate Loth iuſtus inuentus eſt, quia licet filij paruuli non fuerint complices in peccatis parentum, in eorum tamen peccatis fuerunt concepti, & macula patrum natiuitatem præceſſerat: vt inquit Ioan. Igneus *in leg. final. n. 37. ff. ad Syllan.* propter quod omnes igne conſumpti ſunt: idem contingit in diluuio generali, vt conſtat,

*ex cap.6. Geneſ.* iuxta quod dicitur *in Eccleſ. cap.41.*
filiorum peccatorum pariet hæreditas:& poſtmodum,
& cum ſemine illorum aſſiduitas opprobrij: quod
etiam demonſtratur ex traductione peccati originalis
ſimul cum damno inde ſequuto, generi humano con-
cepto poſt amiſſam gratiam noſtrorum primorum pa-
rentum, iuxta communem doctrinam omnium ſan-
ctorum.

22 Hæc quamuis ita ſe rectè habeant ac procedant,
ad ſolam tamen diuinam potentiam pertinent, qui
ſolus poteſt peccata patrum viſitare in filios, in ter-
tiam & quartam generationem.

23 Vnde humana lex minimè poterit † imitari iudi-
cium diuinum, quo pro alterius culpis & criminibus
innocentes corporis pœna afficiuntur, tunc enim licet
hominibus diuina iudicia imitari, quando ea ex mani-
feſtis cauſis procedunt. At vbi ex occultis nobis la-
tentibus iudicium inſtruitur, ſecus eſt, cum homines
ignorent prorſus quid expediat: Non igitur humana
lege iuſte quacunque ex cauſa puniri poterunt inno-
centes pœna corporali ob aliorum crimina, vt habe-
tur *Deut. cap 24. præcitato, & Exod. 23.* quod ex
D. Auguſtino & cæteris *ſupra* allegatis patet, & plu-
ribus ornat ac probat Simanc. *vbi ſupra, num 6.* reſol-
uens, nullo pacto licere quempiam propter crimen
alterius occidere, nec excommunicare, nec fuſtibus
cædere, nec alia corporali pœna punire, ſicut inter
Theologos & Iuriſtas ſatis conſtat, inibique ad hoc
citat Auguſt. *lib.1.de Ciuitate Dei, cap.21 & Deuter.
cap.24.& lib 4.Regum cap.24* & illic Abulenſ.*quæſt.5.*
Herodot.*lib 4* Plat.*lib.9 de legib* Herodian.*lib 1.cap ſi
habes,24.quæſt.3.*Ioan.Bohem *lib.2. de moribus omnium
gentium,cap.9.* Brunum *lib.6. de ſeditio cap.6.* Alexan.
Halenſ. Sanctum Thomam & Caſtrum *vbi ſuprà.*

24 Quare non immerito † Caſtro *vbi ſuprà, d. cap.11.*
miratus, quo pacto Imperatores Honorius & Arcad.
*in l. quiſquis, C.ad l. Iul. de vi,* non ſunt veriti dicere,
ſe ex Imperatoria lenitate vitam concedere filiis eo-
rum, qui Regiam læſerant Maieſtatem, tanquam ſi
hac Imperatoria lenitate ſecluſa, iuſte potuiſſent fi-
lios pro peccatis parentum interficere: Lege ſiqui-
dem diuina, quam citauimus, erit illis interdictum, ne
patres pro filiis, aut filios pro patribus interficerent.
Idem cum Caſtro cenſet in hoc Couar.*vbi ſuprà,verſ.
tertia,* dicens ſatis inique id à Cæſaribus dictum fuiſ-
ſe. Quod autem Summus Pontifex *in d.cap.vergentis,
de hæretic.* dicit, filiis eorum, quæ læſæ Maieſtatis ſunt
rei, vitam ex ſola miſericordia eſſe conſeruatam, non
dixit definiendo aut probando illud, ſed ſolum retu-
lit, quid Imperatorum leges de reis læſæ Maieſtatis
decreuerint,& inde, tanquam de minori ad maius, ar-
guit de bonorum confiſcatione ſimile eſſe circa hæ-
reticos.

25 Firmiſſima igitur eſt hæc, certiſſima † & infallibilis
ſententia, vt nulli humano iudici liceat vnquam vnum
hominem pro peccato alterius occidere, nec alia pœ-
na corporali eum afficere, vt tenet S.Thom.*2.2.q.108.
art.3.* Alexand.Hales *in 3 p.q.41.membr.4 art.1.*& Ca-
ſtro *vbi ſuprà,* ſic intelligens Auguſt. prout ex ipſo
colligi poteſt, cum dixit, non licere iudici humano,
alterum pro alterius peccato punire, nempe de pœna,
quæ mortem & alios corporis cruciatus comprehen-
dit, quam prædicti vocant pœnam flagelli.

26 Nihilominus tamen cum iuſta ſubeſt † cauſa, &
propter Reipublicæ vtilitatem, quo promptius &
cautius delictis & criminibus homines abſtineant,
humana lex filios & nepotes pœna bonorum, aliaue
ſimili, ſancte & iuſte poteſt afficere, vt paſſim legibus
& canonibus definitum eſt, nunquam tamen abſque
iuſta cauſa licitè poteſt iudex prædict. pœnas impo-
nere, vt probant præfati auctores, eſtque communis,
aut ſaltem omnium frequentior ſententia, ſecundum
Couar. *vbi ſuprà,n.1. verſic. quarta,* & hoc modo de-
fendi poſſunt humanæ leges, de quibus ſupra, itaque
iudicia huiuſmodi, quibus innocentes ob aliorum cri-
mina & peccata pœnis temporalibus afficiuntur, vt
notat gloſſ.*in ſumma 1.quæſt.4.*& *ibi* Doctores gloſſ.&
Card.à Turrecrem.*in dict. cap.vndecunque.* Imò etiam
quandoque ex cauſa, etiam † abſque culpa, diuino & 26
humano iudicio pœna pecuniaria infertur, vt ex plu-
ribus in ſpecie probat Couar.*vbi ſuprà,n.1. in princip.
& deciſ Pedemont.88.n.23. cum ſeqq.* alios allegans,&
Alfonſus Hoxeda *vbi ſuprà, d.cap 23.n.105.* Et addit
D. Couar. *vbi ſupra,* iniuſtam cauſam eſſe, vt magis à
delictis abſtineatur, reprimaturque hominum auda-
cia, neue deprædationes & depopulationes fiant, quæ
omnia publicam reſpiciunt vtilitatem, ſecundum Iaſ.
& alios, quos refert.

Vnde in † hunc ſenſum, id eſt, ſtante iuſta cauſa, 27
valebunt ſtatuta & conſuetudines, vt alij in pœnis
pecuniariis pro commiſſis aliorum teneantur & pu-
niantur, etiamſi nihil verè vel præſumptiue commi-
ſerint, dummodo non corporaliter plectantur, vt ſen-
tit *l. fin. C. de primipil. lib. 12.* & probatur auctoritate
gloſſ *in rubric.C.de decret.decurio. lib.10.* Bart.*in l.iure
proviſum,& ibi* Alexand. *in additionibus,C.de fabricenſ.
lib.11.* Bart. Bald. & Angel. *in l. ſancimus, C.de pœnis,*
idem Bart. *in l ne quid, ff. de incendio,ruin & naufrag.*
Eſt communis ſecundum Iaſ. *in auth. nouiſſima, col.3.
n.8.C.de inofficioſ. teſtam.*& Felin.*in cap 2.n.2.de conſtit.*
vbi quod hæc eſt magis communis opinio, & eſt
communis & veriſſima ſententia, ſecundum Couar.
*lib.2.variar. cap.8. num.7.* vbi plures allegat, cum quo
idem affirmat Alfonſ. Hoxed. *de incompatibil. benefic.
cap.23 n.107.* & plurimos citans idem fatetur & pro-
bat deciſio Pedemont *vbi ſupr.num 18.*qui *in princip.*
illius deciſionis loquitur in decreto Ducali præci-
piente, damna in prædiis vrbanis, ſiue ruſticis data,
cenſeri & illata ab vniuerſitate Conſtanzanenſium
propinqua, ipſique imputanda, & nihilominus *dict.
n.18* reſoluit cum communi, valere huiuſmodi decre-
ta ſtatuta vel conſuetudines, vt prædiximus, *& num.31.*
refert ex Angel. *in d.auth. vt nulli iudicum, §.quoniam
vero,*& Barbat. *conſil 66.n.6. inter conſ. Calcanei,*quod
† ſtatuta & conſuetudines, quibus diſponitur, muni- 28
cipia teneri reſarcire damna data in eorum finibus,
non debent intelligi, quando ſcitur à quo fuit illatum
damnum, & eſt ſoluendo, quia tunc non debet quis
grauari odio alterius, ſed quando ignoratur à quo
damnum fuerit illatum, vel ſcitur, & is, qui damnum
intulit, non eſt ſoluendo: quod in his Regnis appro-
batur *in l.4.verſic. y ſi los robadores, tit.7. partita 5.* &
intellectu legis vel ſtatuti, quo quis punitur pro alte-
rius crimine, legendi ſunt Hoxeda *vbi ſuprà, num.108.*
& ab eo *ibidem* citati: quæ conducere poſſunt pro
defenſione ſtatutorum atque ordinationum ciuita-
tum & oppidorum, quibus ex iuſtis cauſis cauetur,
alterum pro damno dato † in re ad ipſam rempubli- 29
cam vel communitatem ſpectante, teneri ad pœnam
pecuniariam ab ipſis ſtatutis impoſitam perſoluen-
dam ratione propinquitatis atque vicinitatis, niſi au-
ctorem damni offenderit, dummodo à Rege ſint con-
firmata vel conſuetudine legitima approbata.

Ex ſuperioribus † iam clarè deducitur, quod iure 30
Pontificio & Cæſareo ſtatutum eſt, nempe, vt filij &
nepotes eorum, qui diuinam vel humanam Maieſta-
tem læſerunt, infamia notentur,& indigni cenſeantur
ad obtinenda officia publica, & beneficia Eccleſiaſti-
ca, aliaque Reipublicæ munera: Hoc enim ſancitum
eſt ob criminum grauitatem, ex qua innocentes filij
ob



ob ſcelera parentum, pœna temporali bonorum & ſi-
mili puniuntur, vt *in dict. l. quiſquis, C. ad l. Iuliam
Maieſt.§.filij,capit.vergentis,de hæretic.cap.2.§.hæretici,
cap.ſtatutum,in ſecundo,eodem tit.8.in 6.l.3.tit.13.libr.5.
Noua Collectionis Regiæ,* vt nonnulli ex ſupradictis in-
terpretibus indicarunt, & Simancas *vbi ſupr n.13.cum
ſequentibus,* & duodecim caſus, in quibus pro paren-
tum ſceleribus filij puniuntur, congerit Matth. de
Afflict.*in conſtitut.Neapol.tit.2.n. 35.* qui eſt etiam vi-
dendus *n. 24.* Quare autem liceat in prædict. caſibus
punire filios pro patribus videndus eſt latè Simancas
*vbi ſupr.n.7.cum ſeqq.* & plura circa earundem conſti-
tutionum interpretationem ſatis in praxi, vtilia tra-
dit ac diſcutit Couarr. *vbi ſuprà,n. 2.cum ſequentibus* &
Simancas etiam *vbi ſupra,num.16. cum ſequentibus,* &
Menochius *dict. præſumpt 33. per totam.* Ex quibus
vnum tantum, quia difficillimum, prætereundum ſi-
lentio non duximus.

31 Nempe; *An filij hæreticorum ante crimen commiſſum
nati efficiantur infames,& denique cæteris pœnis canoni-
cis prædictarum conſtitutionum puniantur extra corpora-
lem, necne?* Hæc quæſtio ingens eſt,& quæ magnam in
vtramque partem probabilitatem habet.

In primis enim Calderinus *conſ. 5. in tit. de hæret.*
poſt multa hinc inde allegata, in ea reſidet ſententia,
Catholicos filios hæreticorum, qui antequam pater
laberetur in hæreſin, nati ſunt, non eſſe puniendos illis
pœnis, quæ à iure Canonico contra filios hæreticorum
ſtatutæ ſunt: cuius ſententia primo vrgenter probari
videntur ex Gratiani miſcellaneis *in capit. non impu-
tantur, 1.quæſt.4.*cuius verba ita ſe habent: *Non impu-
tantur filiis peccata parentum, quæ poſt eorum natiuita-
tem à parentibus committuntur, nec pro peccatis paren-
tum ſpirituali pœna filij ſunt plectendi: officio autem vel
beneficio Eccleſiæ priuari, ſpiritualis pœna eſt, non igitur
hanc ex peccato patris promeretur filius.* Hactenus Gra-
tianus ex Auguſtino ad Auxentium Epiſcopum *epi-
ſtola 75* Ex quo illud primo deducitur, filios natos an-
te hæreſin à parentibus commiſſam, minime pœnis
eius criminis affici. Secundo, filios hæretici non eſſe
priuandos beneficiis eccleſiaſticis, quæ iam tempore
commiſſi criminis obtinebant: vtrumque autem, præ-
cipue primum ſententiæ Calderini fauet.

Secundo pro eadem parte facit, quia nulla eſt lex,
quæ talem filium nominatim exprimat, nec eadem eſt
ratio huius & aliorum filiorum.

Tertiò, quia *d.l.quiſquis,C.ad l.Iul. Maieſt.* loquens
32 in crimine læſæ † Maieſtatis humanæ, ſolum punit fi-
lios poſt crimen commiſſum, non ante crimen natos,
vt ibidem Cynus, Petrus & Angel. adnotarunt, eſt
communis ſecundum Alciat.*conſ.467 n.7.*& hæc tan-
quam mitior & benignior placet Iulio Claro *in ſua
pract crimin.in §.læſæ Maieſtatis,verſicul fuit etiam,* &
Ioan. Oroſ. *in l.emancipatum,n.1 cum ſeqq.ff.de ſenator.*
vbi etiam refert eſſe eam communem, & D. Molin.
*alios allegans de Hiſpan. primog. lib.4 c.11 n 55.* & Ve-
lazq.*in l.4. Taur.gloſſ 7.n.13.*Anton.Gom *in l.11.Taur.
n.51.*Ciſnent.*in l.4.Taur colum.3 verſic. 2.modo limita-
tur.* Iulius Scarlat. *conſ. 113. tom 1.conſ crim.* & refert
eſſe magis communem ex Alciat.*vbi ſupra,*Hoxeda, *in
d.tract.de incompatibil benefic.1 part. capit. 23 n.98.* Et
quamuis contrarium ob eandem iuris rationem in
vtroque probauerint *in d.l. quiſquis,* Albericus & Sa-
lyc.& nonnulli alij, quam eſſe communem teſtatur
Claudius *in leg.ſi quis id quod, n. 14. ff. de iuriſdiction.
omnium iud.* vt refert Clarus & Oroſc.*vbi ſupra.*opinio
tamen Cyni & Petri hodie iure Regio expreſſe pro-
bata eſt *in l.6.tit.27.part.2.& in l. vltim tit.31. part. 7.
& in l.3.titul.9 lib 4 ordinamen.vet hodie eſt l.3.in verſ.
Pero de Zinos,ibi,Ni ſu hijo que ouo deſpues, tit.8. lib.8.
Noua Collectionis Regiæ:* Id quod Antonius Gomez 3.
*tom.cap.2.n.6.ad finem,* & omnes pene Coniſpani no-
ſtri, hac de re agentes, expreſſe notant atque pro con-
ſtitutiſſimo, vtpote legibus Regiis deciſo, habent ex-
cepto vno Gregorio Lopez *in l.2.tit.2. part.7.in gloſſa
ſus hijos,* qui propter verba nimis generalia illius le-
gis, ibi, *Todos los hijos,* exiſtimat, contrariam par-
tem eſſe pro tunc veriorem, quamuis tandem relin-
quat cogitandum: ſed non obſtat *d.l. 2.* Nam ſecun-
dum Oroſcium *vbi ſupr. n. 5.* illa verba † vniuerſalia 33
ſunt interpretanda & declaranda ex verbis *d.l.6.tit.27.
part. 2.* & reſtringenda ad eos filios, in quibus poteſt
cadere infamia de iure, ſcilicet in natis poſt crimen:
vel intelligenda ſunt de omnibus tam legitimis, quam
naturalibus,& ſpuriis, emancipatis, ſeu filiisfamilias,
de quibus contentio fuit inter ſcribentes, vtrum ſub
illius l.diſpoſitione comprehenderentur omnes: tamen
non aliter, quam ſi poſt delictum nati fuerint, pœnam
infamiæ & incapacitatis, incurrent: quod etiam latius
explicat Dn. Molina *vbi ſuprà,n.56.*vbi, quod lex illa
6.admittere non poteſt intellectum, quem etiam Gre-
go.*ibidem* aſſignat, dicens quod intelligenda ſit de pœ-
na expulſionis patriæ, non autem de pœna infamiæ &
incapacitatis ſucceſſionis, quia nulla ratio aſſignari
poteſt, quare magis id in pœna expulſionis a patria,
quam in pœnis infamiæ & incapacitatis ſeruari de-
beat, cum pœna infamiæ & incapacitatis, pœna ex-
ſilij longe maior ſit: & hoc declaratur ex ratione ab
eadem lege aſſignata, ibi: *En todas las coſas aſſi do
puſieron pena a los Hijos:* Hæc namque ratio generalis
eſt,& omnes pœnas filiis appoſitas comprehendit nec
prædictam reſtrictionem admittit.

Cum igitur hæc ita ſe habeant, cur diuerſum cen-
ſendum erit in crimine hæreſis, cum id expreſſe deci-
ſum iure canonico non inueniatur.

Quartò, quia † ſicut filius natus ante dignitatem 34
patris, non conſequitur prærogatiuas & honores eius,
multo minus illi nocere debeat crimen à patre poſt
eius natiuitatem commiſſum: Odia enim reſtringi &
fauores conuenit ampliari, *cap.odia,de regul.iur. in 6.l.
ſi quis in ſuo,§.1.C.de inoffic.teſtam.l.Dino Marco, C.de
quæſt. l.ſi quis decurio,la tercera l.neque Dorotheum,cum
aliis plurib.eiuſdem titul.C.de decurion.libr 10.*& inquit
gloſſa *in d.l Dino Marco,verb. aſpergit, in verſic. ſed ſi
filius,* maculam † patris filiis antea natis minime præ- 35
iudicare, quin vtantur priuilegiis, quibus vti poterant
ex paterna dignitate ante crimen commiſſum: quæ
gloſſa eſt communiter recepta ſecundum Couarruuiam
*lib.4.variar reſolution.cap.8.n.5.verſic.4. ſolet,* & Me-
noch. *d.c. præſumpt. 33.n.39.* Sic etiam gloſſ. *in c. iam
itaque,verbo, reatum, 1. quæſt. 4.* dicit, Reatum patris
tranſire in filium poſtea natum, non in eum, qui prius
natus fuerat. Similiter etiam, quamuis ſint, qui exiſti-
ment, priuilegium nobilitatis à Principe datum alicui,
prodeſſe filiis ante priuilegij conceſſionem natis, &
ideo eos nobiles etiam † cenſeri, vt tenet Guilliel. de 36
Cugno *in l.ſenatoris filium,per text.ibi ff de ſenat.* Io. de
Platea *in l ſi ſenator, C.de dignit.lib. 12.* & apud Gallos
hæc opinio recepta eſt ſecundum Tiraquel. *de nobilit.
cap. 15. n.8.* contraria tamen opinio iure verior eſt &
probatur *in l.vlt.C.de decurio. lib. 10.* eamque ſequitur
alios allegans Cou.*vbi ſupr d.n.5.verſ. ibi, quibus ac-
cedit,* dicens, hanc ſententiam ſe vidiſſe ſæpiſſime in
illo Regio Granatenſi Prætorio admiſſam fuiſſe,& eſt
expreſſa *l.1.in fin tit.1 lib.6.Noua Collect.Reg* quam eſſe
iuri communi conſonam affirmat Otalor. *de nobil. 4.
pars.prin.c.2.*Greg.Lop.*in l. 1. verb. Las honras, tit. 3.
part. 2.* Igitur ſi in fauorabilibus filij ante nati non
fruuntur priuilegio notabilitatis patri poſtea conceſ-
ſo, à fortiori eis non nocebit infamia patris ei poſtea

ſuperueniens. Quo argumento vtitur in propoſito Calder. *vbi ſuprà*, & Platea *in l. vlt n. 3. verſ. & facile iſte text. C. de decur. lib.* 10. Petrus Coſtal. *in l. & ſeruorum, §. ingenui, ff. de ſtatu homin.*

Quinto & vltimo pro præd. opinione Calder. adducit Simanc *cap. 1. Concil. Toletan. XIII.* ex quo maxima coniectura ſumitur, filios natos: ante crimen hæreſis, à parente commiſſum, iuris pœnis non affici, dum ibi quidam reſtituuntur in priſtinam dignitatem, qui tunc in infidelitatem inciderant, & mox ſubiungitur; *Quod etiam de filiis eorum decernimus obſeruandum, qui poſt admiſſum parentum præmemoratæ profanationis ſcelus nati eſſe probantur.* Ecce ergo, quod illi tantum filij egebant reſtitutione, qui nati erant poſt parentum infidelitatem. Alij vero nati ante crimen, quia integri ſtatus permanſerant, non egebant reſtitutione.

Quibus fit, vt hanc opinionem Cald teneant etiam Petr. & Cynus, & Angles *in d. l. quiſquis, C. ad l. Iul. Maieſt.* Præpoſitus *in c. quo iure, 8 diſtinct. col. penult.* Dominic. & Francus *in c. 2. §. hæretici, de hæret. lib. 6.* Anania *in dict. c. vergentis, col. 4 n. 18.* vbi quod hæc pars videtur æquior & magis fauorabilis. Angel *in l. adoptionum, §. patronum, n. 3. ff. de in ius voc.* Paul. Pariſ. *conſ. 2. n. 183.* Vbertinus Locatus *in iudicial. inquiſit. caſu 12 fol.* 108. Tiraq. *de primogenitur. quæſt. 31. num 4.* Hanc ſequitur & latè probat Iacob Septimancenſ. *de Catholic. inſtitut. c 29 n. 23. & ſeqq.* dicens, eam eſſe benigniorem, & magis placet Iulio Claro *in ſua pract. crimin. §. hæreſis, verſ. quæro nunc*, vbi quod eſt æquior & benignior, & Dn. Molina *vbi ſuprà, n. 55.* & in hanc inclinat Burſat. *conſ. 189. n. 8.* Oroſ. *in l. emancipatum, §. nec enim, n. 3. & 4. ff. de ſenat.* Quemad. *in tract. de confiſc. quæſt. 24. in fin.* Anton. Gom. *3. tom. c. 2. n. 16. in fin. verſ. ſed certe*, vbi licet in terminis iuris communis teneat contrariam, de iure Regio hanc probat, dicens quod eſt tenenda & ſeruanda, & ab ea non eſſe recedendum in iudicando & conſulendo: adde Mieres *de maior. 2. part. illat. 2. n. 5. cum ſeqq.*

37 Nihilominus † tamen contraria ſententia, imo quod filij nati ante parentis lapſum in hæreſin, canonicis pœnis afficiantur, verior eſt, magis communis & vſu recepta, ac proinde tenenda: quæ in primis probatur ex altera magis communi ſententia, quam refert plurimis eius auctoribus citatis Couarru. *lib. 2. variar. reſol. cap. 8. n. 4. verſ. cæterum*, quæ habet, filios hæreticorum & receptatorum † priuari beneficiis obtentis
38 tempore commiſſi criminis, ipſo iure & eſt magis communis opin. vt ex Palat. Rub. *de reg.* Nauar. *5. part. q. 8.* refert Alfonſ. Hoxed. *de incompatib. benef. cap. 23. n. 100.* Nam quo pacto poteſt hæc ſententia admitti, niſi præmittamus, filios natos ante hæreſin pœnis canonicis puniri? Tametſi contraria ſententia, imo quod filij hæreticorum, nec ipſo iure, nec per ſententiam priuentur beneficiis Eccleſiaſticis, quæ tempore commiſſi criminis iam obtinebant, placeat Abbati *in dict. capit. vergentis*, poſt Anton ibi, & Gonſal. de Villadiego *de hæretic. quæſt. 23. & repertorio inquiſitit. verb. filij, ac denique*, Couarru. *vbi ſuprà*, & Otalora *de nobilit. 4. par. princip. c. 9. n. 9.* Quare & hæc ſententia ſecunda conſuetudine Hiſpan. recepta eſt & tenenda contra communem, ſecundum Hoxed. *vbi ſupr. d. n.* 100 & eam probat *n. ſeqq.*

39 Secundo † hæc eadem contra Calder. ſententiam probatur fortius ac manifeſtius *in c. filij, de hæret. in 6.* vbi filij eorum, qui in articulo mortis hæreſin commiſerunt, pœnas canonicas patiuntur: Igitur de iam natis nulli poteſt eſſe dubium.

40 Tertio idem † probatur *in c. ſtatutum, el 2 de hæret. in 6.* vbi expreſſum eſt, filios hæreticorum, qui tales eſſe vel tales deceſſiſſe probantur, non eſſe admittendos ad beneficium eccleſiaſticum, nec publicum officium: Igitur vt filij hiſce pœnis notentur, ſatis erit, patrem hæreticum deceſſiſſe, nec oportet probari patrem ante mortis tempus, & cum filij nati fuerint, hæreticum fuiſſe. Nec ſatisfacit, ſi dicatur, non ſequi: Pater deceſſit hæreticus: Ergo filij erant nati ante hæreſin, cum poſſent naſci poſt hæreſin inceptam: Ergo diſtinguendum eſt in hoc, ſicut per alia iura, tam canonica quam ciuilia eſt diſtinctum inter filios antea & poſtea natos, quinimo vt ipſa naturalis ratio diſtinguit; Nam reſpondeo, hoc locum minime habere poſſe, cum præceſſerint verba illa; *Qui tales eſſe*: & ſtatim ſubiiciant. *Vel tales etiam deceſſiſſe probantur.* Itaque his omnibus ſimul iunctis, ſenſus directus & literalis illius text. eſt, filios & nepotes hæreticorum, qui tales eſſe in vita probantur, vel tales etiam ſcilicet, hæreticos, deceſſiſſe probatur, excludi à beneficiis eccleſiaſticis & officiis publicis: Ergo præciſe continentur filij ante hæreſin nati, ſtante diſtinctione illa alternatiua, *Vel*, quæ proprie eſt accipienda.

Huic † tamen textui, quamuis vix reſponderi poſſe, 41
fateatur Siman. *vbi ſuprà, n. 31.* ipſe tamen *ibi, & n. ſeqq.* nititur probare, eam deciſionem non ſolum huic opinioni non fauere, ſed priorem probare, conſiderando, conſtitutionem illius text. à capite vſque ad extremum omnia in fauorem filiorum decreuiſſe: Nam cum ſtatutum Innocentij & Alexan. Summorum Pontificum excluderet filios hæreticorum à beneficiis eccleſiaſticis, & officiis publicis, vſque ad ſecundam generationem, id Pontifex Bonifacius declarat ibi, vt per paternam lineam primus & ſecundus gradus comprehendantur, per maternam vero ad primum tantum gradum ea pœna extendatur: quod itidem idem Pontifex intelligit de filiis tantum illorum hæreticorum, quorum parentes pertinaces in hæreſi deceſſerunt: ſecus vero ſi eorum parentes ad Eccleſiæ vnitatem redierunt. Tandem inquit Siman. ob eam tantum cauſam exigere Summum Pontificem ibi, vt parentes probentur hæretici deceſſiſſe, quo plane conſtet, illos, nec emendatos fuiſſe, nec eccleſiæ vnitati reſtitutos, non autem vt filij ante illorum hæreſin nati conſtitutionis pœnis comprehendantur indigne. Hæc Simanc.

Verum hæ doctiſſimi viri euaſiones nihil præſtant, cum text. ille expreſſus ac fortiſſimus ſit pro hac ſecunda opinione in ſua principali deciſione, qua decernitur, ne filij hæreticorum, credentium, receptatorum, defenſorum & fautorum eorum, vſque ad ſecundam generationem per lineam maſculinam, & primam per lineam fœmininam, hoc eſt, maternam qui tales eſſe, vel tales etiam deceſſiſſe probantur, admittantur ad beneficium eccleſiaſticum, vel publicum officium: Si igitur ſufficit probare, quod tempore mortis erant hæretici, vel credentes, &c. ad hoc, vt filij eorum prædict. pœna canonica puniantur, neceſſario conſequitur, filios ante fuiſſe natos, Ibi enim alterum ex duobus alternatiue requiritur in parentibus, nempe, quod fuerint hæretici, credentes, &c. vel etiam tales deceſſiſſe probentur. Demus igitur, quod quamuis genuerit filios ante hæreſin commiſſam, vel committi opinatam, ſed poſtea tempore mortis, aut paulo ante, eam commiſiſſe ac demum in ea deceſſiſſe, quis audebit dicere, filios eius non comprehendi in deciſione, ac pœna illius text. Nemo profecto, cum expreſſe hoc decidat text. ibi: *Vel etiam tales deceſſiſſe probantur*: Ergo habemus intentum contra Calder. Fauor itaque à Bonifacio tributus filiis hæreticorum reſpicit gradus filiorum, h. e. ne vltra ſecundum gradum pœna extendatur olim contra eos indicta: Filij autem intelliguntur, ſiue nati ſint poſt commiſſum crimen, ſiue ante, cum de filiis in hæreſi morientium, qui generare amplius non



poſſunt, loquatur Bonifacius, vt recte Simanc. conſiderauit Menoch. *de præſumpt. 33. n. 27.*

Quid impedit, quod text. ille declarauerit ſtatutum Innocentij & Alex. in fauorem filiorum reſpectu graduum lineæ fœmininæ, cum tamen non ideo inferatur in gradibus à Bonifacio ibi comprehenſis, vel ſe fauere filiis natis ante hæreſin parentum, cum potius contrarium expreſſe eis nocens decidat: nec intereſt, quod nuncupatim non loquatur de filiis natis ante crimen hæreſis commiſſum, quia neceſſario de eiſdem loqui cenſendum eſt, cum dicat, ſufficere probari, parentes eorum hæreticos, vel credentes deceſſiſſe. Non etiam reuelat altera eiuſdem auctoris conſideratio, nempe, quod cum filij eorum hæreticorum, quos emendatos eſſe conſtiterit, non ſubiiciuntur pœnis *ſuprà* ſcriptis, vt in illo text. *in verſiculo non autem*, iuſtius rectiuſque impunitatem conſequi debent ij, qui ex catholicis parentibus nati ſunt, etiamſi poſtea in hæreſin parentes eorum lapſi fuerint: Hoc enim argumentum minime vrget nec concludens eſt: Illi ſiquidem veniam merentur, vt in illo text. expreſſe cauetur, cum ad Eccleſiæ vnitatem parentes eorum redierint, hi autem minime cum pertinaces eorum parentes in ſuo crimine hæreſis deceſſerint.

Denique intellectus eiuſdem Epiſcopi Simancas ad verba d. text. quibus hæc noſtra ſecunda ſententia probatur, *ſuprà* relatus, nullus eſt, quia non ſolum ob eam cauſam Pontifex ibi requirit probari per teſtes, hæreticos parentes deceſſiſſe, quo plenius conſtet, illos emendatos non fuiſſe, ſed etiam, vt ſic pertinaces decedentes puniantur per filios proprios, excludendo eos à beneficiis eccleſiaſticis & officiis publicis: quod de filiis etiam antea natis, vt prædiximus, neceſſario intelligendum eſt. Non igitur ſuſtineri poteſt intellectus Septimancenſ. dum negat, ex intentione Pontificis comprehendi filios ante hæreſin natos in conſtitutionis illius pœnis, cum potius generaliter indiſtincte Summus Pontifex *in verſic. hoc ſane de filiis*, decidat, filios hæreticorum decedentium in ſua hæreſi excludi à beneficiis eccleſiaſticis & officiis publicis, & ſic comprehendat neceſſario iam natos: Nullam igitur euaſionem hæc verba admittere poſſunt, quin expreſſe, vel ſaltem per æquipolens hanc ſecundam ſententiam probent.

Cum igitur ius canonicum filiis hæreticorum infamiam & alias pœnas irrogans nullum prorſus inter eos diſcrimen ponat, an ſint nati ante vel poſt crimen commiſſum, ſed ſolum per hoc, quod patres illorum fuerint vſque ad mortem in ſua hæreſi pertinaces, vt patet ex ſupradictis, conſequens eſt, vt vtroſque filios comprehendat, tam ante quam poſt hæreſin natos, dum tamen parentes eorum in ſua hæreſi pertinaces deceſſerint.

Sed reſpon. Calderin. quod licet ius canonicum indiſtincte loquatur de filiis hæreticorum, quia tamen non eſt eadem ratio particularium contentorum ſub illa vniuerſali ſententia, diſtinguendi ſunt filii antea nati ab illis, qui poſtea nati ſunt: Qui enim poſtea naſcuntur, deſcendunt à ſanguine reprobato, & ideo merito ſuſpicandum eſt tales illos fore, quales
42 parentes eorum fuerunt: filii † verò qui ante nati ſunt, quia non deſcendunt à ſanguine infecto, ideo iuſtum non eſt, vt in illis paterni criminis exempla metuantur. Pro cuius quidem diſtinctionis 1. parte facit doctrina Sancti Gregor. *homilia 50. ante medium*, dicentis: Et notandum, quod malæ ſoboles, parentum actiones imitantes, germina viperarum vocantur, quia per hoc, quod bonis inuident, eoſque perſequuntur, quod quibuſdam mala retribuunt, quod læſiones proximis exquirunt; quoniam in his omnibus patrum ſuorum carnalium viam ſequuntur, quaſi venenati filii, de venenatis parentibus nati ſunt.

Nihilominus tamen prædicta Calderini reſponſio non ſatisfacit, quoniam vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, vt *in l. de pretio ff. de Public. in rem actio c. quod ſi dormierit, 31. q. 1. & in c ſolitæ, § nobis autem, de maior. & obedient cum ſimil.* Quo fit, vt licet in crimine læſæ Maieſtatis humanæ ſit conſtituendum illud diſcrimen, quia leges Regiæ præcitatæ, ad quas hoc ſpectat, illud conſtituunt, ſicut leges Imperiales diſtinguunt, in crimine tamen hæreſis & ſic læſæ Maieſt diuinæ, aliud ſit dicendum, quia ius canonicum, ad quod ſpectat de crimine hoc cenſere, circa pœnas, quas filiis hæreticorum irrogandas eſſe cenſet, nullum poſuit inter ipſos filios hæreticorum diſcrimen per hoc quod ante aut poſt crimen commiſſum nati fuiſſent. Hinc eſt, vt omnes illæ leges, quas pro ſua ſententia Calder. adducit, nihil illi ſuffragentur, quoniam etſi in aliis criminibus ita faciendum eſſe ius ciuile aperte decernat, in crimine tamen hæreſis ius canonicum nihil tale fieri præcipit.

Ratio præterea diuerſitatis inter filios hæreticorum ante vel poſt crimen hæreſis commiſſum natos, a Calderino aſſignata ex eo diluitur, quia etſi ſanguis patris infectus poſſet vtcunque filiis poſtea naſcituris nocere, vt inde ad aliqua peccata committenda illi inclinationem & quandam pronitatem habeant, hoc † ta- 43
men verum non eſt in peccatis, quæ pure ſpiritualia cenſentur, vtpote quæ nullum habeant cum carne commercium, neque ab ea vllam originem trahunt, prout ſunt omnes inuidiæ multæ ſuperbiæ ſpecies, videlicet de ſuis meritis confidenter inniti, alios omnes ad ſui comparationem deſpicere. Hæreſis autem, etſi à carnalibus vitiis aliquando oriatur, præcipua † tamen 44
illius cauſa eſt ſuperbia, quoniam hæc eſt vera omnium hæreſum parens, à qua potiſſimum omnes hæreſes generantur: Vnde licet aliquæ ſint hæreſes, quæ à carnis concupiſcentia quodammodo oriantur, plures tamen ſunt, quæ nihil commune cum carne habent, ſed omnis illarum error à ſola voluntaris malitia procedit: Circa has igitur hæreſes ſanguis patris, quamuis infectus, nihil poteſt nocere filio, vt in illo paternæ hæreſis exempla metuantur; & inde apertiſſime conuincitur, nullum poſſe dari certum diſcrimen inter filios hæreticorum, ex hoc ſolum, quod ante vel poſt crimen à patre commiſſum nati ſunt, vt latius probauit aduerſus Calder. Alfonſ. à Caſtr. in locis infra ſtatim citandis.

Neque obſtant, quæ contra modo dicta replicat Simanc. *vbi ſuprà*, latè probans, quod quædam alia vitia ſpiritualia, & reliqui animi mores in filios tranſire ſoleant ſicut vitia carnis, ac † proinde ratio diffe- 45
rentiæ Calderini in vitiis, mere quoque ſpiritualibus, militet, præcipue, quod non in eo ſit vis conſtituenda, vtrum ſit vitium ſpirituale, vel corporale, ſed in hoc potius, quod hi filij nati ſunt ex hæreticis parentibus. Nam primo his reſpondeo, quod licet nonnunquam vitium corporale vſque ad animam perueniat & eam vitiet, & nonnunquam etiam infirmitas corporis ex animi peccato deſcendat, & ſecundum Theophilactum in Euangel. Marci, difficiliores morbi ex peccatis oriri ſolent, vt ipſe Simanc. refert: Nihilominus tamen hinc neceſſario non conſequitur, quod regulariter hæreſis aliquid commune habeat cum carne. Secundo reſpondeo, quod vt non ſemel diximus, vltio parentum in filios deriuatur propter ſolam ſceleris grauitatem, ad incutiendum aliis terrorem, & vt parentes à ſimilibus criminibus arceantur: quæ ratio in omnibus hæreticorum filiis æque militat, ac proinde nullum eſt conſtituendum diſcrimen inter

 antea

antea vel poſtea natos, & inde ceſſat ratio differentiæ Calderini. Præterea ſi ipſa vera eſſet, ſequeretur inde, omnes filios poſt crimen hæreſis à patre commiſſum natos iure præſumendum aut ſuſpicandum fore eſſe imitatores vitii paterni: Hoc autem verum non eſt, niſi probetur: Ergo, &c. Inſuper filii hæreticorum in hoc non puniuntur ex peccato proprio imitationis, quia ſi hoc in eis eſſet, acrius punirentur pro ſuo proprio crimine & merito pœnæ, ſed propter peccatum parentum tantum, vt ſupra reſoluimus, rationibus, de quibus ibi, quia parentes puniuntur per filios, tanquam res proprias ipſorum: At ſi hoc ita eſt, quid opus eſt diſtinguere, an ſint nati ante, vel poſt crimen parentum, quandoquidem tempore punitionis parentum, qui puniuntur in filiis omnes quidem nati ſunt, & omnes ſunt filij proprij ipſorum, vnde merito vt omnes indiſtinctè propter hanc cauſſam, etſi abſque culpa propria, pœnas canonicas luant. Ratio igitur differentiæ Calderini non eſt omnino efficax nec præciſa, finalis aut peremptoria, adeo, vt ipſa ceſſante, ceſſet iuris canonici diſpoſitio: & in terminis hanc ſecundam ſententiam, quæ habet; Filios hæreticorum, etiam natos ante crimen commiſſum, ſub pœnis & prohibitionibus canonicis comprehendi, tenent Ioann. Andreas, Dominic. & Philip. Francus *in cap. vt commiſſi, de heret. in 6.* & Villadieg. *de heret. queſt.* 23. *num.* 5. Ioan. Lupus *de iuſta obtent. Regni*, Nauar. 5. *part* §. 8. *obiectio* 4. vbi dicit cõmunem, *& repertorium inquiſit. verb. filij*, Gald. *in diſputat. Regia*, § 18 & eam probat intrepide & latiſſime Alfonſ. à Caſtro, *lib. 2. de iuſta heret. punit. capit. vlt. verſic. an autem*: idem etiam Caſtr. *lib.* 1. *de poteſtate leg. pœnal. c.* 7. *in verſic. & primo infero*, & Couar. *lib. 2. var. reſolut. c.* 8. *num* 5. *&* 6. Et eam eſſe communem profitetur ex aliis Iul. Clarus *vbi ſuprà, in* §. *hereſis*, & D. Molin. *vbi ſuprà, d. num.* 55. plures referens, & hanc quotidie vſu probari ſe videre fatetur Siman. *vbi ſuprà*, quamuis hi tres vltimi auctores, vt prædiximus, contra eam teneant, ſed ipſam aperto ore probat atque magis communem eſſe refert ex teſtimonio aliorum, & quod vſu & conſuetudine eſt recepta, Roxas *de heretic. aſſertion.* 44. & eam ſequitur Didac. Perez *in l.* 3. *tit.* 9. *lib.* 4. *Ordinam col.* 1404. dicens, quod propter immanitatem tanti criminis, maxime hac noſtra tempeſtate, ſequenda eſt: ad quem locum ſe remittit idem auctor. *in l.* 1. *in fin. tit.* 1. *lib.* 6. *ordin. col.* 36. & ante eum eam probat & communem appellat Otalora *de nobil.* 4. *part. princ. cap.* 9. *num.* 8. & alios referens hanc ſequitur Velazq. *in l.* 4. *Taur. gloſſ.* 7. *num.* 10. & eſt verior, crebrior & receptior, vt pluribus relatis teſtatur Menoch. eam latiſſime probans & ſequens *d. preſumpt.* 33. *num.* 17. *cum ſeqq.* vbi reſpondet cum Couarru. fundamentis contrariæ partis: Hanc etiam videtur ſequutus Cantera *in ſuis queſtionibus crim c.* 1. *de heret & apoſtat. num.* 11. *pag.* 371. *col.* 2. & Didac. Perez *in l.* 1. *tit.* 7. *lib.* 8. *ordin. pag.* 19. *columna* 1. *&* 2. & hæc communis ſententia conſuetudine recepta eſt ſecundum Hozed. *d. cap.* 23. *num.* 99.

46 Supereſt modo, vt † reſpondeamus ad fundamenta ſupra adducta pro contraria parte: & quidem non obſtat primum ex Gratiani miſcellaneis *ex cap. non imputantur*, 1. *queſtion.* 4. Nam Auguſtin. à quo Gratianus deſumpſit primam partem, quamuis non iuxta literam Auguſtini tranſlatum ſit in decretorum librum, de pœna ſpirituali agit, nempe de ſententia excommunicationis, qua, inquit ipſe, crimine hæreſis à patre commiſſo filij nati ante crimen plecti non debent, vt ex ipſa epiſtola originali D. Auguſt. patet, & notauit gloſſ. *in d. c. non imputantur*, quod nos non negamus, qui agimus de aliis pœnis canonicis temporalibus; neque ex hoc infertur, D. Auguſtin. conceſſiſſe, filios poſt crimen à parentibus commiſſum natos poſſe pœna ſpirituali puniri; Hoc namque, nec verum eſt, nec Auguſtinus voluit, imo fuit ab eo caſus omiſſus, & in his, quæ ab auctoribus omittuntur, non licet ſenſum abſurdum coniecturare, nec argumentum à contrario ſenſu contra ius commune ſumere. Præterea ita D. Auguſt. ſcripſit, quaſi præſumeret, filios poſt crimen natos ex ſanguine infecto participes futuros criminis, & ideo poſſe ob eam culpam pœna, etiam ſpirituali puniri, tanquam veri delicti participes: Quinimo ad maiorem perſuaſionis vim D. Auguſtin. arguens Auxilium Epiſcopum, quod perperam ob crimen patris innocentes filios pœna ſpirituali puniiſſet, oſtendit id male fieri, etiamſi ratione ſanguinis infecti ea punitio proceſſerit, cum filij eſſent ante crimen commiſſum nati, vt rectè perpendit Couarruuias *vbi ſuprà, num.* 6. vbi addit, quod quicquid ſit de his interpretationibus, illud eſt obſeruandum, ætate Auguſtini nondum fuiſſe à Canonibus ſtatutas pœnas iſtas aduerſus hæreticorum filios, vt ibi probat: Quo ſit, vt prior pars illius canonis noſtræ communi ſententiæ minime obſit. Secunda vero canonis pars, quatenus aſſerit, filios non eſſe puniendos ſpirituali pœna ob culpam parentum, vere Auguſtini epiſtolæ conuenit: quæ vero ſtatim ſequuntur, *verſic. officio &c.* verba ſunt Gratiani, non autem Auguſtini, a cuius ſenſu ea Gratianus intulit, & præterea falſa eſt ſua illatio iuxta ſenſum ipſius Gratiani, vt optime docet Couar. *vbi ſuprà*, quem ſequitur Menoch. *d. preſumpt.* 33. *n.* 33. *cum ſeqq.*

Ad ſecundum reſpondeo, quod etſi nulla ſit lex, quæ nominatim filios ante hæreſin natos condemnet, attamen ſatis expreſſum id dicitur; Quandoquidem ſub generalitate & præciſa deciſione iuris canonici neceſſario comprehenditur, vt patet *in d. c. filij, & in c. ſtatutum, el* 2. *de heretic. in* 6. & præterea propter immanitatem criminis eadem eſt ratio omnium filiorum, vt *ſuprà* docuimus.

Ad tertium reſpondeo, id verum eſſe in crimine læſæ Maieſtatis humanæ, quia leges Regiæ, ad quas hoc decernere ſpectat, id ſancierunt, non tamen inde ſequitur neceſſario, idem eſſe in crimine hæreſis & læſæ Maieſtatis diuinæ, quod multo grauius eſt.

Ad quartum reſpondeo, maiorem rationem in noſtra ſpecie concurrere ad nocendum filiis antea natis, propter tanti ſceleris prauitatem, quem in cæteris, ex quibus prædict. argumentum ſumimus, ideoque nil mirum, ſi diuerſa iuris diſpoſitio in ea ſtatuatur.

Ad quintum & vltimum † reſpondeo, Concilium illud Toletanum atque argumentum contra hanc ſecundam ſententiam ſumptum, non omnino conuincere contrariam, præterquam quod Concilium illud Toletanum generale non eſt, quamuis nec proprie prouinciale, quippe quod ex totius Hiſpaniæ fere Prælatis congregatum fuerit, ſecundum Conarr. *vbi ſuprà num.* 6. 47

Laus Deo.



# INDEX RERVM ET VERBORVM,

## ORDINE ALPHABETICO DIGESTORVM,

quaſcunque materias & quæſtiones quam breuiſſimè, eaſque ſub ſuis rubricis locatas facillimè complectens.

### A


ABSENTES ab Eccleſia pro vtilitate ipſius, lucrantur etiam diſtributiones quotidianas. cap. 1. n. 144. lib. 1

Abſentem non citatum diuinæ atque humanæ leges iudicare prohibent. cap. 16. n. 9. lib. 2

Abraham iam prouectæ ætatis factus, ſeniorem ſeruum ſuum adiurauit, ne de filiabus Cananæorum filio ſuo Iſaac vxorem acciperet, ſed ex terra & cognatione ſua, & idem prope præcepit Iſaac filio ſuo Iacob. c. 10. n. 15. l. 1

Abſolutus in animæ iudicio, etiam pœnitentia peracta, poteſt in exteriori foro accuſari & puniri. c. 2. n. 3. lib. 1

Abſolutus ab excommunicatione, in qua permanſit per tempus prohibitum à l. 1. tit. 5. *de los deſcomulgados*, lib 8. nouæ Collect. Regiæ, an poſſit poſt abſolutionem pœnis ab eadem l. impoſitis puniri? c 12 n 8. & ſeq. & n. 19. aſſignatur concordia, l. 1

Abſolutus in foro pœnitentiali, non remanet abſolutus in exteriori, quin de eo crimine puniri poſſit. c. 12. n. 16. lib. 1

Abſoluere aliud eſt quam diſpenſare. c. 3. n. 4. l. 1

Abſoluere qui poteſt, in foro conſcientiæ diſpenſare non poteſt. c. 3. n. 1. lib. 1

Abſolui an quis poſſit virtute bullæ Cruciatæ, ab irregularitate contracta ratione peccati. cap. 3. num. 1. & ſeqq. lib. 1

Abſolui an poſſit excommunicatus à iudice per confeſſarium, virtute bullæ Cruciatæ vel iubilæi, ſatisfacta parte in vtroque foro. c. 2. n. 1. & ſeq. præcipuè n. 10. 11. & 12. lib. 1

Abſolutio à cenſuris in vtroque vel in altero foro, virtute iubilæi facta, intelligitur tantum quoad effectum conſequendi iubilæum, eo autem conſequuto, cenſura reincidittur. c. 2. n. 19. lib. 1

Abſolutio in foro conſcientiæ tantum, parte non ſatisfacta, parum prodeſſe poſſet ad conſequendum iubilæum, contradicente parte vel parocho, aliove ſacerdote, cui excommunicatio innoteſceret. c. 2. n. 10. lib. 1

Abſolutio ab irregularitate ratione peccati contracta, eſt reſeruata Summo Pontifici. c. 3. n. 2. lib. 1

Abſolutio vel diſpenſatio ab irregularitate, non continetur in generali conceſſione abſoluendi à quibuſuis peccatis, cenſuris, & pœnis. c. 3. n. 3. l. 1

Abſolutio ab irregularitate contracta ratione peccati, quæ virtute bullæ Cruciatæ fieri poteſt, procedit tantum in foro interiori, ſecus in exteriori. cap. 3. n. 7. lib. 1

Abſolutio ab excommunicatione eſt meri imperij. c. 5. n. 26. lib 1.

Abſolutio à ſententia excommunicationis maioris, eſt reſeruata ſolis Epiſcopis. c. 5. n. 27. lib. 1

Accipere vel dare aliquid pro ſuſtentatione ſpiritualia adminiſtrantium, licitum eſt, ſecundum ordinationem Eccleſiæ, & conſuetudinem approbatam, ac conſtitutiones Epiſcoporum, qui taxare poſſunt, quanto ſtipendio ille dignus ſit, qui tali ſeruitio Eccleſiæ mancipatur, dum tamen abſit emptionis vel venditionis cogitatio. c. 29. n. 3. lib. 1

Accipiens beneficium non curatum, hæſitans & non deliberans permanere in eo ſtatu, ſatisfaciens tamen eius oneribus an peccet. c. 5. n. 27. l. 2

Acta in Concilio Conſtantienſ. & Baſilienſ. circa damnationem quorundam articulorum hæreticorum, & cauſas beneficiales ac cenſuras, approbata fuerunt auctoritate Apoſtolica, & quomodo hoc intelligatur. c. 1. n. 2 & 15. l. 1

Actus omnes ab occultè excommunicato geſti, ſiue ſint ciuiles, ſiue ſpirituales, ſunt validi. cap. 1. n. 81. & ſeqq. lib. 1

Actus in dubio potius debet interpretari vt valeat, quam vt pereat. c. 2. n. 4. lib. 1

Actus à principio nullus, accedente poſtea conſenſu incipit valere, prout ex tunc. c. 18. n. 6. l. 1

Actus contra iuramentum factus, non eſt nullus, ſed validus, licet contra faciens ſit periurus. c. 8. n. 55. lib. 2

Actus ſi non valet vt ſit, nec valebit vt fieri poteſt, vbi agitur de obligatione contrahenda in his quæ pendent à voluntate duorum. c. 13. n. 3. lib. 2

Actus quidam ſunt directè & immediate tendentes ad mortem ex propria natura: alij vero mediate, & ex accidenti ad mortem opportuni & proximi, vt hic declaratur. c. 24. n. 20. lib. 2

Actio pœnalis oriens ex contractu, tranſit ad hæredem, etiam iure ciuili attento, ſi dolus commiſſus in contractu, vel circa contractum, purgatur per actionem orientem ex illo contractu, & non per actionem aliunde deſcendentem: natura contractus eſt, vt actiones ab eo deſcendentes tranſeant ad hæredes, & ideo merito ipſi tenentur. c. 18. n. 58. & 59. l. 2

antea vel poſtea natos, & inde ceſſat ratio differentiæ Calderini, Præterea ſi ipſa vera eſſet, ſequeretur inde, omnes filios poſt crimen hæreſis à patre commiſſum natos iure præſumendum aut ſuſpicandum fore eſſe imitatores vitii paterni: Hoc autem verum non eſt, niſi probetur: Ergo, &c. Inſuper filii hæreticorum in hoc non puniuntur ex peccato proprio imitationis, quia ſi hoc in eis eſſet, acrius punirentur pro ſuo proprio crimine & merito pœnæ, ſed propter peccatum parentum tantum, vt ſupra reſoluimus, rationibus, de quibus ibi, quia parentes puniuntur per filios, tanquam res proprias ipſorum: At ſi hoc ita eſt, quid opus eſt diſtinguere, an ſint nati ante, vel poſt crimen parentum, quandoquidem tempore punitionis parentum, qui puniuntur in filiis omnes quidem nati ſunt, & omnes ſunt filij proprij ipſorum, vnde merito vt omnes indiſtinctè propter hanc cauſſam, etſi abſque culpa propria, pœnas canonicas luant. Ratio igitur differentiæ Calderini non eſt omnino efficax nec præciſa, finalis aut peremptoria, adeo, vt ipſa ceſſante, ceſſet iuris canonici diſpoſitio: & in terminis hanc ſecundam ſententiam, quæ habet; Filios hæreticorum, etiam natos ante crimen commiſſum, ſub pœnis & prohibitionibus canonicis comprehendi, tenent Ioann. Andreas, Dominic. & Philip. Francus *in cap. vt commiſſi, de heret. in 6.* & Villadieg. *de heret. queſt.* 23. *num.* 5. Ioan. Lupus *de iuſta obtent. Regni*, Nauar. 5. *part* §. 8. *obiectio* 4. vbi dicit cómunem, *& repertorium inquiſit. verb. filij*, Gald. *in diſputat. Regia*, § 18 & eam probat intrepidè & latiſſime Alfonſ. à Caſtro, *lib. 2. de iuſta heret. punit. capit. vlt. verſic. an autem*: idem etiam Caſtr. *lib. 1. de poteſtate leg. pœnal. c. 7. in verſic. & primo infero*, & Couar. *lib. 2. var. reſolut. c. 8. num* 5. *&* 6. Et eam eſſe communem profitetur ex aliis Iul. Clarus *vbi ſupra, in* §. *hereſis*, & D. Molin. *vbi ſupra, d. num.* 55. plures referens, & hanc quotidie vſu probari ſe videre fatetur Siman. *vbi ſupra*, quamuis hi tres vltimi auctores, vt prædiximus, contra eam teneant, ſed ipſam aperto ore probat atque magis communem eſſe refert ex teſtimonio aliorum, & quod vſu & conſuetudine eſt recepta, Roxas *de heretic. aſſertion.* 44. & eam ſequitur Didac. Perez *in l. 3. tit. 9. lib. 4. Ordinam col.* 1404. dicens, quod propter immanitatem tanti criminis, maxime hac noſtra tempeſtate, ſequenda eſt: ad quem locum ſe remittit idem auctor. *in l. 1. in fin. tit. 1. lib. 6. ordin. col.* 36. & ante eum eam probat & communem appellat Otalora *de nobil.* 4. *part. princ. cap.* 9. *num.* 8. & alios referens hanc ſequitur Velazq. *in l. 4. Taur. gloſſ.* 7. *num.* 10. & eſt verior, crebrior & receptior, vt pluribus relatis teſtatur Menoch. eam latiſſime probans & ſequens *d. præſumpt.* 33. *num.* 17. *cum ſeqq.* vbi reſpondet cum Couarru. fundamentis contrariæ partis: Hanc etiam videtur ſequutus Cantera *in ſuis queſtionibus crim c. 1. de heret & apoſtat. num.* 11. *pag.* 371. *col.* 2. & Didac. Perez *in l. 1. tit.* 7. *lib.* 8. *ordin. pag.* 19. *columna* 1. *&* 2. & hæc communis ſententia conſuetudine recepta eſt ſecundum Hoxed. *d. cap.* 25. *num.* 99.

46 Supereſt modo, vt † reſpondeamus ad fundamenta ſupra adducta pro contraria parte: & quidem non obſtat primum ex Gratiani miſcellaneis *ex cap. non imputantur*, 1. *queſtion.* 4. Nam Auguſtin. à quo Gratianus deſumpſit primam partem, quamuis non iuxta literam Auguſtini tranſlatum ſit in decretorum librum, de pœna ſpirituali agit, nempe de ſententia excommunicationis, qua, inquit ipſe, crimine hæreſis à patre commiſſo filij nati ante crimen plecti non debent, vt ex ipſa epiſtola originali D. Auguſt. patet, & notauit gloſſ. *in d. c. non imputantur*, quod nos non negamus, qui agimus de aliis pœnis canonicis temporalibus: neque ex hoc infertur, D. Auguſtin. conceſſiſſe, filios poſt crimen à parentibus commiſſum natos poſſe pœna ſpirituali puniri; Hoc namque, nec verum eſt, nec Auguſtinus voluit, imo fuit ab eo caſus omiſſus, & in his, quæ ab auctoribus omittuntur, non licet ſenſum abſurdum coniecturare, nec argumentum à contrario ſenſu contra ius commune ſumere. Præterea ita D. Auguſt. ſcripſit, quaſi præſumeret, filios poſt crimen natos ex ſanguine infecto participes futuros criminis, & ideo poſſe ob eam culpam pœna, etiam ſpirituali puniri, tanquam veri delicti participes: Quinimo ad maiorem perſuaſionis vim D. Auguſtin. arguens Auxilium Epiſcopum, quod perperam ob crimen patris innocentes filios pœna ſpirituali puniiſſet, oſtendit id male fieri, etiamſi ratione ſanguinis infecti ea punitio proceſſerit, cum filij eſſent ante crimen commiſſum nati, vt recte perpendit Couarruuias *vbi ſuprà, num.* 6. vbi addit, quod quicquid ſit de his interpretationibus, illud eſt obſeruandum, ætate Auguſtini nondum fuiſſe à Canonibus ſtatutas pœnas iſtas aduerſus hæreticorum filios, vt ibi probat: Quo fit, vt prior pars illius canonis noſtræ communi ſententiæ minime obſit. Secunda vero canonis pars, quatenus aſſerit, filios non eſſe puniendos ſpirituali pœna ob culpam parentum, vere Auguſtini epiſtolæ conuenit: quæ vero ſtatim ſequuntur, *verſic. officio &c.* verba ſunt Gratiani, non autem Auguſtini, à cuius ſenſu ea Gratianus intulit, & præterea falſa eſt ſua illatio iuxta ſenſum ipſius Gratiani, vt optime docet Couar. *vbi ſuprà*, quem ſequitur Menoch. *d. præſumpt.* 33. *n.* 33. *cum ſeqq.*

Ad ſecundum reſpondeo, quod etſi nulla ſit lex, quæ nominatim filios ante hæreſin natos condemnet, attamen ſatis expreſſum id dicitur; Quandoquidem ſub generalitate & præciſa deciſione iuris canonici neceſſario comprehenditur, vt patet *in d. c. filij, & in c. ſtatutum, el* 2. *de heretic. in* 6. & præterea propter immanitatem criminis eadem eſt ratio omnium filiorum, vt *ſuprà* docuimus.

Ad tertium reſpondeo, id verum eſſe in crimine læſæ Maieſtatis humanæ, quia leges Regiæ, ad quas hoc decernere ſpectat, id ſancierunt, non tamen inde ſequitur neceſſario, idem eſſe in crimine hæreſis & læſæ Maieſtatis diuinæ, quod multo grauius eſt.

Ad quartum reſpondeo, maiorem rationem in noſtra ſpecie concurrere ad nocendum filiis antea natis, propter tanti ſceleris prauitatem, quem in cæteris, ex quibus prædict. argumentum ſumimus, ideoque nil mirum, ſi diuerſa iuris diſpoſitio in ea ſtatuatur.

Ad quintum & vltimum † reſpondeo, Concilium illud Toletanum atque argumentum contra hanc ſecundam ſententiam ſumptum, non omnino conuincete contrariam, præterquam quod Concilium illud Toletanum generale non eſt, quamuis nec proprie prouinciale, quippe quod ex totius Hiſpaniæ fere Prælatis congregatum fuerit, ſecundum Couarr. *vbi ſuprà num.* 6. 47

Laus Deo.



# INDEX RERVM ET VERBORVM,

## ORDINE ALPHABETICO DIGESTORVM,

quaſcunque materias & quæſtiones quam breuiſſimè, eaſque ſub ſuis rubricis locatas facillimè complectens.

### A

ABSENTES ab Eccleſia pro vtilitate ipſius, lucrantur etiam diſtributiones quotidianas. cap. 1. n. 144. lib. 1
Abſentem non citatum diuinæ atque humanæ leges iudicare prohibent. cap. 16. n. 9 lib. 1
Abraham iam prouectæ ætatis factus, ſeniorem ſeruum ſuum adiurauit, ne de filiabus Cananæorum filio ſuo Iſaac vxorem acciperet, ſed ex terra & cognatione ſua, & idem prope præcepit Iſaac filio ſuo Iacob. c. 10. n. 15. l. 1
Abſolutus in animæ iudicio, etiam pœnitentia peracta, poteſt in exteriori foro accuſari & puniri. c. 2. n. 3. lib. 1
Abſolutus ab excommunicatione, in qua permanſit per tempus prohibitum à l. 1. tit. 5. *de los deſcomulgados*, lib 8. nouæ Collect. Regiæ, an poſſit poſt abſolutionem pœnis ab eadem l. impoſitis puniri? c 12 n 8. & ſeq. & n. 19. aſſignatur concordia, l. 1
Abſolutus in foro pœnitentiali, non remanet abſolutus in exteriori, quin de eo crimine puniri poſſit. c. 12. n. 16. lib. 1
Abſoluere aliud eſt quam diſpenſare. c. 3. n. 4. l. 1
Abſoluere qui poteſt, in foro conſcientiæ diſpenſare non poteſt. c. 3. n. 1. lib. 1
Abſolui an quis poſſit virtute bullæ Cruciatæ, ab irregularitate contracta ratione peccati. cap. 3. num. 1. & ſeqq. lib. 1
Abſolui an poſſit excommunicatus à iudice per confeſſarium, virtute bullæ Cruciatæ vel iubilæi, ſatisfacta parte in vtroque foro. c. 2. n. 1. & ſeq. præcipuè n. 10. 11. & 12. lib. 1
Abſolutio à cenſuris in vtroque vel in altero foro, virtute iubilæi facta, intelligitur tantum quoad effectum conſequendi iubilæum, eo autem conſequuto, cenſura reincidirur. c. 2. n. 19. lib. 1
Abſolutio in foro conſcientiæ tantum, parte non ſatisfacta, parum prodeſſe poſſet ad conſequendum iubilæum, contradicente parte vel parocho, aliove ſacerdote, cui excommunicatio innoteſceret. c. 2. n. 10. lib. 1
Abſolutio ab irregularitate ratione peccati contracta; eſt reſeruata Summo Pontifici. c. 3. n. 2. lib. 1
Abſolutio vel diſpenſatio ab irregularitate, non continetur in generali conceſſione abſoluendi à quibuſuis peccatis, cenſuris, & pœnis. c. 3. n. 3. l. 1
Abſolutio ab irregularitate contracta ratione peccati, quæ virtute bullæ Cruciatæ fieri poteſt, procedit tantum in foro interiori, ſecus in exteriori. cap. 3. n. 7. lib. 1
Abſolutio ab excommunicatione eſt meri imperij, c. 5. n. 26. lib 1.
Abſolutio à ſententia excommunicationis maioris, eſt reſeruata ſolis Epiſcopis. c. 5. n. 27. lib. 1
Accipere vel dare aliquid pro ſuſtentatione ſpiritualia adminiſtrantium, licitum eſt, ſecundum ordinationem Eccleſiæ, & conſuetudinem approbatam, ac conſtitutiones Epiſcoporum, qui taxare poſſunt, quanto ſtipendio ille dignus ſit, qui tali ſeruitio Eccleſiæ mancipatur, dum tamen abſit emptionis vel venditionis cogitatio. c. 29. n. 3. lib. 1
Accipiens beneficium non curatum, hæſitans & non deliberans permanere in eo ſtatu, ſatisfaciens tamen eius oneribus an peccet. c. 5. n. 27. l. 2
Acta in Concilio Conſtantienſ. & Baſilienſ. circa damnationem quorundam articulorum hæreticorum, & cauſas beneficiales ac cenſuras, approbata fuerunt auctoritate Apoſtolica, & quomodo hoc intelligatur. c. 1. n. 2 & 15. l. 1
Actus omnes ab occultè excommunicato geſti, ſiue ſint ciuiles, ſiue ſpirituales, ſunt validi. cap. 1. n. 81. & ſeqq. lib. 1
Actus in dubio potius debet interpretari vt valeat, quam vt pereat. c. 2. n. 4. lib. 1
Actus à principio nullus, accedente poſtea conſenſu incipit valere, prout ex tunc. c. 18. n. 6. l. 1
Actus contra iuramentum factus, non eſt nullus, ſed validus, licet contra faciens ſit periurus. c. 8. n. 55. lib. 2
Actus ſi non valet vt ſit, nec valebit vt fieri poteſt, vbi agitur de obligatione contrahenda in his quæ pendent à voluntate duorum. c. 13. n. 3. lib. 2
Actus quidam ſunt directè & immediate tendentes ad mortem ex propria natura: alij vero mediatè, & ex accidenti ad mortem opportuni & proximi, vt hic declaratur. c. 24. n. 20. lib. 2
Actio pœnalis oriens ex contractu, tranſit ad hæredem, etiam iure ciuili attento, ſi dolus commiſſus in contractu, vel circa contractum, purgatur per actionem orientem ex illo contractu, & non per actionem aliunde deſcendentem: natura contractus eſt, vt actiones ab eo deſcendentes tranſeant ad hæredes, & ideo merito ipſi tenentur. c. 18. n. 58. & 59. l. 2

# Index Rerum, & Verborum.


Actio pignoratitia an præſcribi poſſit triginta annis à ceſſatione oblationis debiti. c.26.n.6.l.2

Actio hypothecaria à tertio poſſeſſore contra creditorem, quo tempore præſcribatur? c.26.n.8.l.2

Adrianus Sextus Pontifex maxim. vtriuſque iuris peritiſſimus, ſimul & Theologus, quid reſponderit, cum ab eo peteretur diſpenſatio matrimonij rati, & non conſummati. c.17.n.39.lib.1

Aduerbium *Ex tunc*, licet ſit præſentis temporis, futurum tamen denotat effectum. c.4.n.21.lib.1

Aduocatus, medicus, confeſſor, obſtetrix, & alij ſimiles non tenentur reuelare ſecretum ſibi communicatum ad præceptum ſuperioris, nec id debent facere, niſi in caſibus, de quibus hic. c.11.n.58.l.1

Aduocatus in dubiis vbi ſunt diuerſæ opiniones probabiles, poteſt defendere quamlibet earum. c.13. n.24. lib.1

Aduocatus licitè poteſt defendere quem noxium ſcit, ſi noxium conſtat eſſe ex proceſſu. c.29 n.18.l.2

Adulter, qui ex aliena vxore filium ſuſtulit, an teneatur marito & aliis hæredibus aliquid reſtituere. c.38. n.37.38 & 39.lib.1

Adulter, cuius ob cauſam maritus ſuam vxorem occidit, an ſit irregularis. c.6.n.39.42.lib.2

Æquiparatio ceſſationis à diuinis, & interdicti generalis, non in omnibus procedit, ſed in caſu tantum de quo in Clement.1.de ſentent. excomm. cap.10. n.7.lib.1

Ætas in ſingulis ordinibus iure antiquo requiſita. c.26.n.1.lib.1

Ætas triginta annorum requiritur ad Epiſcopatum. c.26. n.39.lib.1

Agitationem taurorum prohibuit Pius V. ſuo motu proprio, Romæ dato Cal. Nouembris, anni 1567. c.7. n.1. & 2. ſed ante quibuſdam idem placuit ex rationibus, de quibus num.2. & ſeqq. aliis contrarium, vt in n.9. eiuſdem cap.lib.1

Alieni parochiani qui proprio contempto parocho ad aliam Eccleſiam accedunt ad Miſſam audiendam in Dominicis & aliis feſtiuis diebus, eiiciendi ſunt ab Eccleſia, & Sacerdos admittens eos, committit quodammodo furtum & rapinam. cap.30.n.5. & 6. lib.1

Alienatio quocunque titulo à delinquente bonorum facta, vbi ipſa prohibetur, eſt nulla, fiſcuſque ea repetet, atque vendicabit à poſſeſſoribus poſt ſententiam. c.5.n.74.lib.2

Alimenta non ſunt miniſtranda ex redditibus beneficij clerico actu & ſolemniter depoſito, & ex auctorato militia ſacerdotali, ſed tantum depoſito verbaliter per ſententiam. c.1.n.97.lib.1

Alimenta exhibenda non ſunt ex redditibus beneficij clerico ſuſpenſo propter contumaciam, à qua poteſt reſipiſcere, & non reſipiſcit, ſicut nec excommunicato. c.1.n.100.lib.1

Alimenta excommunicato ex redditibus beneficij exhibenda ſunt, quoties excommunicatus eſſet impeditus ex aliqua cauſa abſolutionem petere, vel obtinere, etiamſi eam petat, vt hic. c.1.n.101.lib.1

Alimenta miniſtranda ſunt excommunicato ex fructibus beneficij in caſu extremæ neceſſitatis ne fame pereat. c.1.n.102.lib.1

Alimenta ſunt miniſtranda ex redditibus beneficij clerico depoſito, & ſuſpenſo à beneficio propter crimen, excommunicato autem minimè, etiamſi is egenus & pauper ſit. c.1.n.96.lib.1

Ammon Dauidis filius cum Thamar deperiſſet cubauit cum ea, & deinde exoſam eam habuit odio magno nimis, ita vt maius eſſet odium, quo oderat eam, quam amor, quo antea dilexerat. c.20.n.19.l.1

Ammon in conuiuio Abſalon tumulentus vino, eo, quod violaſſet Thamar ſororem ſuam, occiſus fuit. c.4. n.6.lib.2

Annales & triennales poſſeſſores poſt annum & triennium ſunt tuti beneficialibus per regulas Cancellariæ. c.34.n.74.l.1

Agens quod lex iubet, non peccat, ſecus, qui agit quod lex humana permittit. c.11.n.18.l.2

Aggrediens aliquid illicite, quod eſt cauſa, vt alium occideret propter ſui defenſionem neceſſariam, non ſolum peccat id agendo, ſed etiam eſt homicida, quando opus illud illicitum erat quædam via ad homicidium perpetrandum. c.6.n.44.lib.2

Anniculus non ſtatim vt natus eſt, ſed trecenteſimo ſexageſimo quinto die dicitur. c.26.n.7.lib.1

Anima pretioſior eſt omnibus rebus. c.9.n.7.lib.1

Animæ omnes diœceſis ſunt commiſſæ ſub poteſtate Epiſcopi. c.27.n.25.lib.1

An, quando quis teneatur ad damni reſtitutionem, in foro exteriori & conſcientiæ ex culpa lata leui & leuiſſima. c.6.n.90.lib.2

An cuncta ſint conſilio deliberanda ad votum, quorum ignorantia cohibere hominem poſſet à vouendo. c.21.n.5.l.2

Animalia retineri poſſunt ob ſumptus alimentorum eis præſtitorum. c.8.n.57.lib.2

Antiſtes, qui in propoſito habet, aut omnia beneficia, ut pinguiora conſanguineis conferre, etiam dignis, non eſt ſecurus, & vix poteſt à peccato mortali excuſari. c.23.n.62.l.2

Antonius à Corduba circa intellectum motus proprij improbatur. c.23.n.81.lib.2

Anteceſſor Eccleſiæ parochialis, qui eius omnes fructus percepit; debet ſoluere ſucceſſori ſeruienti congruam ſuſtentationem. c.31.n.3.lib.1

Appellatio ab excommunicatione conditionali, medio tempore interpoſita, ſuſpendit excommunicationem. c.4.n.24.lib.1

Appellatio prædict. caſu ſatis eſt quod interponatur ante conditionis vel diei euentum, etiam poſt lapſum decem dierum datorum ad appellandum, alias regulariter. c.4.n.25.lib.1

Appellatio prædict. non ſuſpendit excommunicationem; quoties debitor ab initio conſenſit, vt poſt diei vel conditionis aduentum poſſet excommunicari, ſi non ſolueret. c.4.n.26.lib.1

Appellatio ex cauſa probabili intra terminum executorialium vel monitorij interpoſita ſuſpendit effectum eorundem. c.4.n.27.lib.1

Appellatio poſt excommunicationem prolatam interpoſita, non ſuſpendit excommunicationis effectum, ſed appellatione non obſtante ſententia excommunicationis operatur effectum ſuum executionis quem ſecum habet, & poteſt iudex à quo eum denunciare & publicare excommunicatum, vt ab aliis euitetur. c.16.n.13.l.2

Appellare licet de iure canonico à quacunque ſententia in poſſeſſorio lata. c.34.n.87. Fallit tamen in interdicto retinendæ ſi notorie conſtat de poſſeſſione actoris reuſque nihil peremptorium alleget contra eum, vt ibid. n.88.lib.1

Appellare non licet, etiam de iure canonico in poſſeſſorio extraordinario. c.34.n.96.lib.1

Appellare an liceat à ſententia lata in remedio cap. reintegranda, 3.quæſt 1.cap.34.n.86. & numeris ſequentibus, præcipue n.89 93.94.& 95.l.1

Appellare non poteſt notorius ſpoliator, etiam attenta benignitate iuris canonici. c.34.n.95.l.1

Appellare licet à prima ſententia lata in poſſeſſorio de iure noſtro Regio, ac proinde, pendente appellatione, non eſt mandanda executioni. c.34.n.97. & 98. lib.1

Appellare non licet de iure ciuili neque Canonico à ſententia miſſionis in poſſeſſionem, ex l. final. C. de edicto D. Adrian. tollend. niſi conſtet de notoria iniuſtitia. c.34.n.99.& 101.l.1

Appellare non licet à ſententia lata in remedio, quod Hiſpani del interim vocant, de iure ciuili. cap.34. n.108. quod etiam non licet de iure Canonico. ibid. n.109. lib.1

Appellare licet hoc caſu de iure noſtro Regio, niſi conſtaret de notoria iuſtitia appellati & malitia præſumpta appellantis. c.34.n.110.lib.1

Appellare non licet hoc caſu, ſi periculum eſſet in mora, & ſic cauſa celeritatem deſiderante, tunc enim ne partes ad arma & contentionem accedant, iudicis officio incumbit componere, ne id fiat. c.34.n.111.lib.1

Appellatione ſententiarum veniunt excommunicatio, ſuſpenſio & interdictum. c.5.n.32.lib.1

Appellatione pendente à ſententia lata ſuper miſſione in poſſeſſionem bonorum in fauorem hæredis, non fit reuocatio attentatorum in Regiis prætoriis Hiſpaniæ, ſecundum vſum forenſem receptum: c.34. n.100. lib.1

Appellatione partis ſimpliciter, licet in dubio veniat dimidia: dictio tamen, Aliqua, vel aliquid, verificatur in minima parte. c.3.n.2.l.2

Appellari valet à ſententia lata in remedio l. ſi quis incantam, C. vnde vi. c.34.n.90.l.1

Appellari non poteſt de iure ciuili à ſententia in poſſeſſorio lata, quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed tantum quoad deuolutiuum, quare non dicetur attentatum hoc caſu, ſi ſententia prima in poſſeſſorio lata, appellatione non obſtante exequatur. cap.34. n.91.& 92.l.1

Appellari & de nullitate ſententiæ dici bene poteſt in poſſeſſorio, etiam de iure ciuili ratione inordinati proceſſus, & reſtitutio in integrum peti contra prædictam ſententiam. c.34.n.94.lib.1

Appellans ſaluo iure nullitatis, quid velit ſentire. c.2. n.4.lib.2

Appellans non dicat, Appello, ſaluo iure nullitatis, ne ex hoc ſibi obiiciatur reſeruaſſe nullitatem, ſed dicat: *No haziendo alguno lo que en ſi es ninguno.* c.2.n.5. lib.2

Apices iuris non ſeruantur in foro Eccleſiæ. cap.11. num.18 lib.1

Apoſtoli fuerunt coniugati, ſed verius eſt, excepto Petro, non probari aliquem ex Apoſtolis fuiſſe coniugatum. c.25. n.10. & n.11. quid de beato Ioanne Apoſtolo? ibid.1

Apoſtoli, vt ex traditione Eccleſiæ habemus, poſt Paſſionem Domini diuiſerunt prouincias, & vnuſquiſque ibat ad prædicandum Euangelium Chriſti in prouinciam, quæ ſibi ſorte obtigerat. cap.27. num.10. lib.1

Apoſtoli non ſe intromittebant in alterius prouinciam, præter Paulum, quamuis poſſent ac valerent. c.27. n.11. lib.1

Apoſtoli omnes erant ac fuerunt vniuerſales Pontifices totius orbis, eandemque poteſtatem habebant (ſub Petro tamen) in vniuerſum mundum, quamuis non haberent ſucceſſores in eandem præter Petrum. c.27. n.12.l.1

Approbatus in vno Epiſcopatu, an virtute Bullæ Cruciatæ poſſit eligi in confeſſarium in alio, ſi non ſit in eo approbatus c.27.n.1. Affirmatiua probatur vſque ad num.6. ſed eo num.& ſequentib, contraria eligitur lib.1

Approbatus tantum à ſuo ordinario ad audiendas confeſſiones, licet facultas vel iuriſdictio abſoluendi ſibi data non ab eodem, poteſt eligi in confeſſarium virtute Bullæ, cap.27.n.22.& quæ differentia ſit inter vtramque licentiam, ponitur, ibid.num.25. & 27. lib.1

Approbatus qui eſt idoneus ad audiendas confeſſiones alicuius certæ perſonæ, non ex eo cenſebitur idoneus ad alios, vel quæcunque loca. c.27.n.18.l.1

Approbatio confeſſarij, vt idoneus iudicetur ab ordinario loci, vbi confeſſiones auditurus eſt, fieri debet. c.27.n.7.l.1

Approbatio confeſſarij ea tantum mente fit, vt in proprio Epiſcopatu approbantis proſit, non verò in alio. c.27.n.15.l.1

Arbitrio iudicis relinquitur, quando tanta ſit ſæuitia viri, vt vxori prouideri non poſſit remedio cautionis. c.14.n.10.& 11.l.1

Arbitrio iudicis Apoſtolici relinquitur, quæ cauſa vel qualitas falſo expreſſa, vel veritas occultata mouerit leuiter vel grauiter aut notabiliter Principem ad concedendum in ſpecie prædictæ communis ſententiæ. c.15.n.44.l.2

Arbitria redacta ſunt ad inſtar iudiciorum. c.2. n.32. lib.2

Arbiter poſtquam laudauit, functus eſt officio ſuo, ſiue bene, ſiue male, etiamſi per errorem pronunciauerit. c.2.n.31.l.2

Argumentum à contrario ſenſu in iure non procedit, quoties ſenſus contrarius eſſet contra legem vel canonem, neque etiam, quando ex eo ſequeretur correctio iuris. c.22.n.23.l.1

Argumentum de maiori ad minus locum non habet in diſpenſatione iam facta. c.15.n.26.l.2

Argumenta in caſu cap. cum diœceſi, de vſuris, appellantur indicia vel aliæ apertiſſimæ & vrgentiſſimæ probationes. c.19.n.19.l.2

Arguere non licet à ratione non expreſſa. c.15.n.72. lib.2

Articulus mortis quis dicatur remiſſiue. c.1. num.66. lib.1

Arma & inſignia, quæ in maioratuum creatione imponuntur Reipublicæ vtilia ſunt, vt hic. c.14.n.11

Arreptio itineris ad Papam ſuper cauſa, quæ coram ordinario vertebatur, habetur pro appellatione, ſi eam coram Papa grauatus proſequatur. c.16. n.72. lib.2

Artifex ex ferro furtim ſublato enſem faciens, non erit irregularis, ſi emens ab eo enſem hominem occiderit. c.6.n.155.l.2

Audiens Miſſam à ſacerdote exſiſtente in crimine notorio, non peccat mortaliter. c.1.n.46.l.1

Audire Miſſam vel ſuſcipere Sacramenta Eccleſiaſtica à notorio concubinario, iure communi non licebat, etiam ſine monitione Superioris: hodie ſecus, niſi clericus publicus concubinarius fuerit nominatim publice denunciatus per prælatum, vel ſuſpenſus, vt euitetur. c.1.n.44.& 45.l.1

Auditor generalis Cameræ Apoſtolicæ, vrbis Gubernator, Vicarius, Senatus Mareſcallus, & Auditor contradictarum, qui in Romana Curia pro ordinariis iudicibus reputatur, ſuas ſententias nullas reuocare & ex integro renunciare poterunt, vt hic. c.2.n.17.l.2

Auditores ſacri Palatij Rotæ non poſſunt cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ definitiuæ; quia quamuis in cognoſcendo habeant ordinariam poteſtatem, in pronunciando tamen & definiendo habent delegatam. c.2.n.15.l.2

Aues & cæteræ beſtiæ feræ & piſces maris vel fluminum

nem occupantis fiunt, quando in ſua plena libertate capiuntur, ſecus vero ſi aues habeant vel portent aliqua ſigna contraria, c.9.n.3.& 5.l.2

Auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis, §. ſed & hoc præſenti, loquitur in monaſterio capace bonorum. cap.1. n.68. lib.2

Authentica, ſi qua mulier, C. de ſacroſanct. Eccleſiis, & l.17. tit.1. partit.6. cum ea concordans, licet in deſcendentibus ſolum loquatur, ad aſcendentes tamen ex paritate rationis extendendæ ſunt. cap.1. n.96. lib.2

Authoritas Beati Pauli ad Rom.7. declaratur. cap.12. num.16. lib.2

B

BAptiſmi Sacramentum an in caſu extremæ neceſſitatis liceat recipere à præciſis ab Eccleſia & hæreticis. c.1. n.55. & quid in Sacramento pœnitentiæ, in articulo mortis, vbi alius miniſter deeſt, ibid. n.55.& ſequent.& n.61.& ſequent.lib.1

Beatus Hilarius fuit vxoratus & Epiſcopus, & habebat filiam & vxorem exſiſtens Epiſcopus, & quidem Genebaldus fuit etiam vxoratus & Epiſcopus. c.25. n.9. lib.1

Beatus Apoſtolus ad Epheſ.5. in criminis ebrietatis deteſtationem inquit: Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria. c.4.n.12.l.2

Beatus Apoſtolus Paulus mulieres ſobrias eſſe præcipit. c.4.n.23.lib.2

Beatus Paulus maximè abhorrens fornicationem, præcipit eam fugiendam & alia plura in propoſito dicit, c.7.n.8.lib.2.& exhortatio auctoris circa idem, c.7. n.9. lib.2

Beneficium Principis ſiue priuilegium eſt latiſſimè interpretandum. c.2.n.3.l.1

Beneficium nullus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus, poteſt obtinere ante decimum quartum annum. c.26.n.33.l.1

Beneficia ſunt bona Eccleſiaſtica. c.8.n.16.l.1

Beneficium curatum habens, non poteſt audire alienas oues ſine licentia expreſſa vel interpretatiua proprij parochi. c.27.n.21.lib.1

Beneficium & officium Eccleſiaſticum non ex affectu carnali, ſed diſcreto iudicio in perſona magis idonea diſpenſandum eſt. c.23.n.10.lib.2

Beneficium ſimoniace acquiſitum renunciandum eſt cum fructibus, de quibus hic, & quid ſi per ignorantiam ſimoniace ſit acquiſitum. c.23.n.14.& 15. lib.2

Beneficia Eccleſiaſtica ex bonis communibus populi, veluti ſtipendia & præmia virtutis & literarum inſtituta, ſunt Eccleſiæ miniſtris propoſita, vel ſecundum Ledeſm. ſunt diſtribuenda iuxta Eccleſiarum vtilitatem, quia illorum redditus ſunt inſtituti propter Eccleſias, & non propter conditiones miniſtrorum. c.11.n.4.& 5.lib.2

Beneficia ſimplicia an neceſſario ſint dignioribus conferenda. c.11.n.12.lib.2

Bis peccat, qui diem Dominicum ſcortis, rixis & pugnis aliiſque obſcœnis agit, vt docet Concil. Colonienſ. c.31. n.6. ſed illud Concilium non eſt generale, ſed tantum prouinciale, nec eſt approbatum à Sede Apoſtolica, & in materia iuſtificationis errauit, vt ibid.n.36.l.1

Bigamus ſi per Eccleſiaſticum iudicem condigna pœna non fuerit punitus, poteſt per ſæcularem iterum puniri. cap.12. n.12. Idem eſt in blaſphemo, quamuis his caſibus moderanda ſit pœna, ibidem n.13. & 14. lib.1

Bibere multum & immoderatum, multorum malorum cauſa eſt. c.4.n.2.lib.2

Bona confraternitatum poſſunt ad libitum alienari per corpus earundem, abſque ſolemnitate requiſita à iure Canonico in alienatione rerum Eccleſiaſticarum. c.35.n.16.& vide n.22.& 23.lib.1

Bona hæreditaria ſiue legatum per profeſſionem monachi teſtatoris, ſtatim ad inſtitutum hæredem vel legatarium pertinent; ſi monaſterium ſit incapax bonorum: quod ſi eorum ſit incapax, hæreditas vel legatum morte naturali ipſius monachi ad hæredem vel legatarium pertinebit in eius vita ad monaſterium. c.1.n.47.l.2

Bona monachi, qui infra annum probationis deceſſit in monaſterio capaci bonorum, teſtamento non condito, nec renunciatione legitime facta, an acquirantur eius venientibus ab inteſtato, vel monaſterio. c.1.n.101.cum ſeqq.l.2

Bona ingredientis monaſterium decedentis intra annum probationis, an pertineant ad monaſterium, vel ad venientes ab inteſtato ipſius nouitij; præterquam in dotibus monialium, vt in n.109. & hodie in reliquis bonis. c.1 n.105.& 109 & 110.l.2

Bona occidentis ſe, ſtantibus hæredibus deſcendentibus quocunque modo cauſa vel tempore ſe occidat, ad fiſcum minime pertinent, ſed ad ſuos hæredes deſcendentes. c.5 n.33.l.2

Bona delinquentis an ſint tacite obligata & hypothecat fiſco, vel parti; cui debent applicari. c.5. n.56. & ſeqq. lib.2

Bona ſtatim commiſſo delicto læſæ maieſtatis confiſcantur ipſo iure. c.5.n.66.l.2

Bona in noſtro regno hodie confiſcantur ipſo iure in crimine læſæ maieſtatis, & adminiſtratio & dominium bonorum tollitur, & alienatio prohibetur, tam titulo oneroſo, quam lucratiuo à die commiſſi delicti. cap.5. n.67.lib.2. Idem in crimine hæreſis, quid alias diſponat. l.4. in fin.tit.26.partit.7.de cuius intellectu agitur in n.69. cap.5. n.65. Idem eſt in peccato nefando contra naturam. c.6.n.21.l.2

Idem in aliis caſibus, in quibus bona confiſcantur ipſo iure. c.5. n.72.l.2

Bona maioratus an pro eiſdem alienari poſſint, cap.5 n. 87. 88.l.2.

Bona inuenta, quæ Hiſpanice dicuntur *Moſtrencos*, in locis oppidis dominorum, Ducum, Comitum & Marchionum ac ſimilium, competunt Cameræ Regiæ, etiam in foro conſcientiæ, niſi ex priuilegio vel conſuetudine aliud appareat. c.9. num.17. lib.2

Bona vſurarij an iure ſint tacite hypothecata vſurarum reſtitutione. c.18 n.42.& 43.l.2

Breue Sixti Quinti ſuper agitatione taurorum non ſuſtulit ordinariis locorum facultatem procedendi contra clericos agitationibus taurorum intereſſentes. c.7.n.41.l.1

Bulla Cruciatæ quid operetur vltra ius commune circa facultatem eligendi confeſſorem approbatum ab Ordinario. c.27.n.29.l.1

C

CAmera Apoſtolica, cuius ſunt fructus ſedium vacantium Epiſcopatuum, ſoluit penſiones ſuper ipſis reſeruatas. c.1.n.118 l.1

Canonicatus cæteræque præbendæ horum Regnorum, quamuis pinguiſſimi ſint, ſemper in Romana Curia æſtimantur in valore annuo viginti quatuor ducatorum auri de Camera, non plus. cap.1. n.122.lib.2



Canonici Ciuitatenſes abſentes ab vrbe pro negotiis Eccleſiæ, ex conſuetudine lucrantur diſtributiones quotidianas. c.1.n.n.146.l.1

Canonici & alij beneficiati acceptantes iuriſdictionem aliquam Apoſtolicam, ſi ob eam cauſam excommunicentur, lucrari debent fructus ſuarum præbendarum, vt hic. c.1.n.151.l.1

Canonicus, Prouiſor ſeu Vicarius generalis Epiſcopi, ſi ob eam cauſam excommunicetur, lucratur fructus ſuæ præbendæ, præmaxime, ſi ſtatuto Eccleſiæ id caueatur. c.1.n.148.& ſeq. l.1

Canonicus vel alius capitularis an poſſit aliquando pro illa vice votum ſuum caſſare. c.11.n.87.l.2

Capitulum eccleſiaſticum, quo fructibus præbendæ vacantibus fruitur, an pro illo tempore teneatur ſoluere penſionem auctoritate Apoſtolica ſuper ipſis conſtitutam? c.1. n.109.& ſequentibus. Sed præmaxime eam ſoluere non tenetur, quando eſt reſeruata ſuper fructibus & diſtributionibus quotidianis præbendæ. ibidem n.121.l.1

Capitulum eccleſiaſticum percipiens medietatem fructuum duorum primorum annorum nouorum reſidentium vigore ſtatuti vel alterius conceſſionis, tenetur ſoluere dimidiam partem penſionis ſuper ipſis fructibus reſeruatæ. c.1.n.119.l.1

Capitulum eccleſiaſticum fructus præbendæ vacantis iure proprio, propter perſonalem reſidentiam iure non decreſcendi percipit atque eis fruitur tanquam propriis ſuiſque præbendis addictis. c.1.n.120.l.1

Capitulum eccleſiaſticum tenebitur ſoluere penſionem præbendæ vacantis vſq; ad quantitatem fructuum, quos percipit diſtincte à menſa capitulari, vt in exemplis hic poſitis. c.1.n.123.l.1

Capitulum eccleſiaſticum tenetur adimplere, ſuis ſumptibus atque ſoluere onera præbendæ vacantis eidem cohærentia. cap.1. num.124. Ad idem tenetur fructus percipiens ex priuilegio Apoſtolico beneficiorum vacantium primi vel aliorum annorum, ibidem num. 127. Inique & contra; ius expenſæ ſiue ſalaria horum onerum ſucceſſori imponuntur, non obſtante conſuetudine contraria, ibidem, n.128. Et quid in expenſis factis in affigendis edictis & aliis pro electione facienda Magiſtralium & Doctoralium præbendarum. ibidem n.129.l.1

Capitulum quomodo habeat expenſas factas pro electione prælati, duplex praxis refertur. c.1.n.130.l.1

Capitulum ſede vacante deficientib. aliis bonis poteſt recipere mutuum inſtante neceſſitate pro negotio electionis prælati. c.1.n.132.l.1

Capitulum ſede vacante ſuccedit generaliter in iuriſdictione prælati ſui, & etiam in adminiſtratione temporalium & ſpiritualium, & habet iuriſdictionem ordinariam à iure communi, poteſt iudices dare ac conſtituere, & omnia, quæ ad iuriſdictionem pertinent, expedire. c.11.n.10.l.11

Can.7. Seſſion. 14. ſacri Concil. Trident. intellectus. c.1.n.73.l.1

Cap.3.de reformat. Seſſion.21. ſacri Concilij Trident. & c.4.de reformat. Seſſio.eiuſdem conciliantur.c.1. n.106.l.1

Cap.9 in principio, de reformat.Seſſio.24. ſacri Concil. Trid. declaratur. c.13.n.18.& n.27.& 29.l.1

Cap. 9. ad fin. de reformat. matrim. ſeſſion. 24. ſacri Concil. Trident. declaratur. c.20.n.32.l.1

Cap.15. de reform. Seſſione 23. Concil. Trident. declaratur. c.27.n.23.& n.28.l.1

Cap. 14. in Decreto, de reformat. Seſſion. 24. ſacri Concil. Trid. refertur. c.19.n.27.l.1

Cap.4.in Decreto reform.matrim.Seſſ.24.Conc. Trid. allegatur & declaratur. c.30.n.7.33.& 34.l.1

Cap.vnic.§.qui verò, de cler.non reſid.in 6.& cap.cum non deceat, de elect. eodem libro, quæ videntur contraria circa diſtributiones quotidianas lucrandas abſentibus pro vtilitate eccleſiarum, concordia & intellectus. c.1.n.145.l.1

Cap. Romana, §. caueant, de ſentent. excom. lib. 6. interpretatur. c.4.n.8.l.1

Cap. à nobis, el 1. de ſent. excom. intellectus.c.4.n.9. lib.1

Cap.5. inſtructionis primæ Hiſpalenſis declaratur, vt procedat in heretico occulto per accidẽs.c.13.n.8.l.1

Cap. cum ſocietas, 27.qu.2.interpretatur. c.17.n.24.l.1

Cap. ex parte de ſponſal. iuncta ſua gloſ. communiter approbata intellectus. c.21.n.31.l.1

Cap. ſi quis diuinis, in prin.30. q.3. intellectus. c.21. n.32. & ſeq. l.1

Cap. ſuper eo, de condit. appoſit. inducitur, vt probet communem ſententiam Theologorum aduerſus Canoniſtas, quod matrimonium per verba de præſenti contractum ſub aliqua conditione, licet honeſta, non perficiatur ſtatim adueniente conditione, abſque nouo conſenſu. c.22.n.22.l.1

Cap. fin. cum ſimil. de ſententia & re iudic. loquens in matrimonio, dote ſeu teſtamento, locum habet in quacunque alia cauſa fauorabili, prout eſt monaſterij ſeu eccleſiæ. c.32.n.70.l.1

Cap. petimus, 11. quæſt.1. intellectus. c.34.n.27.l.1

Capit. cauſam quæ, el 2. qui filij ſint legitimi, intellectus. c.34.n.28.l.1

Cap. vltim. de iudic. intellectus. c.34.n.29.l.1

Cap. reintegranda, 3. quæſt.1. non tollit legitimam præſcriptionem, ſed loquitur in fauorem bonæ fidei poſſeſſoris, contra malæ fidei poſſeſſorem.c.34. n.67.l.1

Cap.Epiſcopi, 3. qu.1. & c. eccleſia, 3. quæſt. 2. in illis verbis, Et à quibuſcunque, &c. intelliguntur de malæ fidei poſſeſſoribus. c.34.n.75.l.1

Cap.1.de adulteriis, diſpoſitio in noſtro regno de communi ſtylo & conſuetudine ſeruatur in practica. c 37.n.6.l.1

Cap.22.Exod.& c.1.de adulter.in illis verbis. Dormieritque cum ea, quomodo intelligantur. cap.37.n.13. lib.1.

Cap. officij, de pœnit & remiſſ. intellectus. c. 38 n.15.16.& 17.l.1.

Capitul. in ciuitate, & naniganti, de vſur. literæ referuntur. c.39. n.1. & num ſeq. per totum cap. late declarantur, vbi n. 5. intellectus Magiſtri Palacio ad illa iura exploditur. lib.1.

Cap.16.de regul.& monialibus ſancti Concil. Triden. ſeſſio. 25.an ſeruandum ſit in teſtamento. c.1.n.26. & ſeqq.l.2.

Capit.16. de regularibus & monialibus ſacri Concil. Tridentin. ſeſſion 25. licet loquatur tantum quando nouitius vel nouitia exeunt à religione ante profeſſionem, idem tamen videtur hodie dicendum ex ratione in eo expreſſa, quando nouitius vel nouitia decedit in religione infra annum probationis, vt bona ipſius minime ad monaſterium pertineant, &c. c.1.n.111.l.2.

Capitulum Eccleſiaſticum ſede Epiſcopali vacante, an & quando has reuerendas dare poſſit, cap.17. n.13.l.2.

Cap. ad decimas, de reſtitutione ſpoliatorum in 6. tunc obtinet, cum aduerſus agentem eſt iuris præſumptio, & ea palam reo ſuffragatur, ſecus vero ſi pro reo illa iuris præſumptio non adſit. licet ipſa exſiſtat contra agentem. cap. 21. numer. 75. lib.2.

Cap. fin de ſimonia, loquitur in ſimonia prohibita



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

iure poſitiuo, & in prohibita iure diuino, & in vtroque foro. c.13.n.36.& 37.l.2

Cap final de ſimonia, in ſecunda parte loquitur & procedit in aquiſitis ab vtraque parte per ſimoniam mentalem. c.23.n.45.l.2

Cauſa quæ dicatur parua, & quæ magna, relinquitur à arbitrio iudicis. c.11.n.62.l.1

Cauſæ magnæ dicuntur reſpectu perſonarum, nam inter aliquos cauſa decem librarum eſſet magna, & inter aliquos cauſa centum florenorum eſſet parua. c.11.n.65.l.1

Cauſam magnæ ſæuitiæ eſſe ſimilem cauſæ fornicationis, vt ob eam quoque fieri diuortium debeat. c.24.n.21.l.1

Cauſæ cognitio requiritur, vbi quis ſuo arbitrio cauſam finire poteſt. cap.19. n. 8. & iure, ratione & æquitate diffinire eam debet, & ibid n.9.l.2

Cauſa aliqua rationabilis requiritur, vt ordinarius remittere poſſit denuntiationes requiſitas ad celebrationem matrimonij. c.19.n.6.l.1.

Cauſa vitandi diſcordiam & diſſidium, iuſta & rationabilis eſt, vt monitiones remittantur & vt ab ſponſalibus recedatur. c.20.n.17.& 20.l.1

Cauſa poſſeſſoria rei ſpiritualis, vel quaſi ſpiritualis, temporalis eſt. c.34.n.18 l.1

Cauſa poſſeſſoria in beneficiis Eccleſiaſticis ſpiritualis dicitur, ac proinde ad iudicem eccleſiaſticum pertinet. c.34.n.24.l.1

Cauſæ eccleſiaſticæ de rebus ſpiritualibus, vel quaſi ſpirituales cenſentur, ac proinde tractandæ & examinandæ ſunt apud iudices eccleſiaſticos, non verò apud ſæculares. c.34.n.25.l.1

Cauſa beneficialis habens admixtam proprietatis rationem, proculdubio tractari non poteſt apud iudicem ſæcularem, ſed omnino apud eccleſiaſticum. c.34.n.26.l.1

Cauſa poſſeſſionis & proprietatis nihil commune habet intelligitur quoad acquiſitionem & inquiſitionem, non verò quoad cognitionem. c.34.n.30.l.1

Cauſa occiſionis ad hoc, vt operetur irregularitatem, oportet, eſſe propinquam & immediatam. c.4.n.97. lib.2

Cauſa propinqua eſt illa, quæ damnum dat, non accedente alia extrinſeca cauſa. c.6.n.19.l.2

Cauſa finalis quæ ſit. c.15.n.1.l.2

Cauſa impulſiua quæ ſit. c.15.n.2.l.2

Cauſa ea propriè dicitur quæ finalis eſt, impulſiua autem cauſa abuſiua & impropria eſt. cap.15. num.15. lib.2

Cauſa finalis eſt fons cauſarum, & præſumitur finalis illa, quæ ſecundum iuris ordinam debet eſſe finalis. c.15.n.16.l.2

Cauſa finalis ſubſtantia appellatur & forma. cap. 15. n.17.l.2

Cauſa finalis eſt primum principium intentionis, licèt ſit vltimum exſecutionis. c.15.n.18.l.2

Cauſa finalis apud ſapientes optima habenda, & ea prima præcipuaque cauſarum atque potentiſſima eſt. c.15.n.19.l.2

Cauſa expreſſa in diſpenſatione ſemper præſumitur eſſe finalis. c.15.n.104.l.2

Cauſæ iuſtæ in curia ad diſpenſandum ad contrahendum matrimonium. c.15.n.107.l.2

Cauſa diſpenſationis ceſſante, quando ceſſet vel non diſpenſatio. c.15.n.132.l.2

Cautio idonea ad hoc vt vxor ſeparata à viro propter ſæuitiam, ei reſtituatur, intelligitur, fideiuſſores, pignora, vel forte iuramentum, ſi hoc magis timeat vir. c.24.n.3.l.1

Cautio idonea in propoſito, vt vſurarij ad ſacram ſepulturam admittantur, intelligitur fideiuſſoria vel pignoratitia, non autem ſimplex cautio, niſi cum fideiuſſorem, vel pignora dare non poſſet idque ſit veriſimile. c.19.n.4.l.2

Cadauer eius, qui ſe ipſum occidit, furca ſuſpendi non debet. c.3.n.22.l.2

Capta per venationem veritam aut à dominis prohibitam, an ſint in foro iudiciali & conſcientię ante condemnationem dominis reſtituenda. c.28 num.18. & ſeqq. diſtinguuntur tres caſus, n.22.& ſeqq.& n.19. quid ſi à iudice prohibita ſit venatio, lib.2

Capta tempore niuium, vel cum inſtrumentis aptis ad ferarum de populationem, & in ſimliibus caſibus contra prohibitionem legum, non ſunt reſtituenda in animæ iudicio, licèt ſic capiens puniri poſſit. c.28.n.48.l.2

Captus iniuſte poteſt abſque vllo peccato à carceribus fugere, data ſibi fugiendi opportunitate: quinimo inique damnatus ad mortem ſi aliter non poſſit eam euitare, quam effugiendo carcerem, vinculàque rumpendo, poterit, idque abſque peccato, facere. c.24.n.33.34.l.2

Captus iniuſte ſi aufugit, in foro exteriori non tenetur aliqua pœna, imò capite punitur, ſi cum ſit iniuſte captus. non fugit, vt in n.37. vbi quod nec cuſtos de fuga huius tenetur. c.24 n.36.l.2

Captus iniuſte & damnatus ad mortem, qui aliter euadere non poteſt iniquam pœnam, an poſſit cuſtodes carceris occidere. c.24.n.38.& ſeqq.l.2

Cardinalis vel alius procurans beneficium alteri propter donum, vel ſeruitium ab eo receptum, ad hoc vt liberetur ab obligatione ad antidora, qua illi tenebatur, an & quando committat ſimoniam. c.23. n.74.l.2

Caſus eſt cauſa agens præter intentionem, ſicque caſualia ſimpliciter ſecundum illam rationem nihil habent culpæ. c.6.n.2.l.2

Celebrans tempore interdicti, efficitur irregularis, non verò qui celebrat tempore ceſſationis à diuinis, quamuis multi in hoc vltimo contrarium teneant. vt in n.8.c.10.n.4.l.1

Celebrantibus diuinas laudes in eccleſiaſtico officio, & proceſſiones facientibus aliquid dari poteſt, & quandoque annui redditus ad hoc aſſignantur, non quaſi pretium, ſed quaſi ſuſtentationis ſtipendium: ſi autem hæc pacto interueniente fierent, aut cum intentione emptionis, aut venditionis, ſimoniaca eſſent. c.29.n.22.& 23.l.2

Cenſus, collecta, decima, & penſio, ſunt onera realia. c.1.n.111.l.1

Ceſſatione à diuinis durante, nulla die, nullo caſu, nulloque modo Miſſa, aut officia diuina celebrari permittebantur ante deciſionem text. in capitulo alma mater, §. in feſtiuitatibus, de ſententia excommunicationis. l.6.c.10.n.11.l.1

Ceſſationis à diuinis & interdicti generalis æquiparatio non in omnibus procedit, ſed in caſu tantum, de quo in Clementina, 1. de ſententia excommunicationis. c.10.n.7.l.1

Chirurgus laicus periтiſſimus, prohibitus tamen à iudice ad tempus vti ſuo officio aliqua ex cauſa, quæ non reſpiceret imperitiam artis, ſed pœnam aliunde inflictam, ſi non obſtante prohibitione huiuſmodi, eodem officio vtatur, atque ob aliquam inciſionem perfecte & ſcientifice factam, culpa ægroti mors ſecuta ſit, non erit ob hoc irregularis. c.9. n.29.l.2

Citatio per edictum præſumptiuam ſcientiam inducit, quæ non ſufficit quando vera notitia exigitur. c.34. n.56.l.1





Citatio videtur à Deo omnipotenti duxiſſe originem. c.16.n.3.lib.2

Citatio quatenus continet defenſionem, eſt de iure naturali. c.16.n.4.l.2

Citatio etiam fomentum habet à iure Canonico. c.16. n.8.l.2

Citatio eſt de ſubſtantia ordinis iudiciarij, eiuſque defectus vitiat proceſſum. c.16.n.11.l.2

Citatio requiritur, etiamſi à partibus ſit data poteſtas arbitris ſententiandi etiam ipſis Abſentibus, niſi adiiciatur etiam non citatis, aliàs erit nulla. c. 16. n.12.l.2

Citatio iure Canonico requiritur, & trina monitio, vel ex cauſa, vna pro tribus, cum diſtinctis dierum interuallis ad excommunicationem proferendam. c.16.n.14.l.2

Citatio ſeu monitio quæ requiritur ad excommunicationem proferendam, perſonalis eſſe debet. c.16.n.15. lib.2

Circumſtantia temporis feſti, in quo peccatum lethale eſt admiſſum, an ſit neceſſario ſacerdoti confitenda. cap.31. per totum, num.1. & ſequentibus, vbi in fine capitis reſoluitur, partem negatiuam calculo Doctorum probatam, quamuis laudabile ſit prædictam circumſtantiam ſacerdoti propalare, præterquam ſi peccatum commiſſum ea mente ab aliquo eſſet, vt feſtum violaret, lib.1

Circumſtantia temporis ſacri peccati admiſſi, an ſpecialiter rationi repugnare videatur. cap. 31. num. 2. & n.31. lib.1

Circumſtantiæ, quæ ita peccatum adaugent, vt ex paruo magnum, vel ex magno maius efficiant, an ſint confitendæ. c.31.n.25.26.& 27.l.2

Circumſtantia virginitatis, ſi voluntas fornicandi non peruenit ad actum, an ſit neceſſario confitenda. c.31. n.28.l.1

Ciuitatenſi à tempore immemoriali prædia, & fundi menſæ capitularis atque fabricæ eiuſdem Eccleſiæ ad nouem annos locantur. c.8.n.11.& idem in Caurienſi ciuitate, ibidem, n.12.l.1

Ciuis interdictus ſi ſe ipſum alibi cauſa vitandi domicilium tranſtulerit, immunis erit ab eo interdicto. c.30.n.10.l.2

Ciuibus interdictis, & hi interdicti cenſebuntur qui in locum aliorum ciuium poſt ſententiam ſucceſſerunt, in eam ciuitatem domicilium transferentes. c.30.n.9.l.2

Ciuitas quæ proprium Epiſcopum occiderit, licèt omnes ciues, nec peccati, nec criminis rei ſunt, priuatur honore, & dignitate Epiſcopali. c. 30. n.11. lib.2

Clauſula ſi ſenſeris te grauatum, compareas reſponſurus, iuſtificat excommunicationem, nam ſi reus compareat, reſoluitur in ſimplicem citationem. c.4. n.18.l.1

Clauſula ſi preces veritate nitantur, ſemper eſt intelligenda appoſita in reſcriptis Papæ, etiamſi non apponatur. c.15.n.52.l.2

Clericus an citari poſſit per edictum generale, ſi ſua intereſſe putauerit. c.34.n.31.& ſequent.l.1

Clericus comparens virtute dictæ citationis dicitur comparere vt actor, non vt reus, ſicque ſua comparitio eſt voluntaria, non verò neceſſaria. cap.34. n.32.l.1

Clericus citatus à iudice ſæculari per edictum non cogitur comparere. c.34.n.33.l.2

Clericus citatus per edictum iudicis ſæcularis ſi compareat & ſe poſſidere alleget, poterit etiam priuilegium fori deducere, declinareque iuriſdictionem iudicis, & ad ſuum eccleſiaſticum remitti petere. c.34.n.37.l.1

Clericus virginem ſtuprans deponi debet. c. 37. n.3. lib 1

Clericus non bis peccat ſingulis diebus, quibus ſemel mortaliter peccat. cap. 31. num. 21. & 22. lib.1

Clericum continget peccare quando alij clerici precibus horariis incumbunt, atque incumbere debent, non tamen ob hoc bis ille peccabit. cap. 31. n. 22. lib.1

Clericis etiam ante motum proprium, Pij V. non licebat tauris intereſſe. c.7.n.6.l.1

Clerici non debet intereſſe ludis, oſtentationibus, duellis, exſecutionib. damnatorum ad mortem, clandeſtinis matrimoniis, & aliis voluptuoſis, ſeu inhumanis actib. laicorum. c.7.n.7.lib.1

Clericus ludum mortaliter malum ſpectans peccat mortaliter. c.7.n.8.l.1

Clericus depoſitus non habet facultatem, neque eſt in ſua manu, vt à depoſitione liberetur, excommunicatus autem ſecus, vt abſoluatur, ideo illi dantur alimenta, huic verò minimè. cap.1.num.99. lib.1

Clericis, tam regularibus, quam ſæcularibus, beneficiatiis, vel in ſacris ordinibus conſtitutis prohibitum eſt hodie quibuſcunque diebus taurorum agitationibus intereſſe ſub pœna excommunicationis, non tamen eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ. c.7. n.16.& 17.l.1

Clerici taurorum agitationibus intereſſentes, an peccent mortaliter, vel venialiter tantum? latè dicitur. c.7.n.18.& n.ſeq.l.1

Clerici occulte mutatis veſtibus facieque tecta videntes tauros agitari, grauius peccant. c.7.n.34. idquo hodie non licet, vt ibid. n.38.l.1

Clerici in duobus caſibus videntes taurorum agitationes excuſantur. c.7.n.42.& 43.l.1

Clericus celebrans poſt completam ab altera parte ſimoniam ante implementum alterius, non incurrit irregularitatem. c. 9. n. 15. caſus practicatus. ibid. n.17.l.1

Clericus celebrans tempore interdicti efficitur irregularis, non verò qui celebrat tempore ceſſationis à diuinis, quamuis multi in hoc vltimo contrarium teneant. c.10.n.4.& 8.l.1

Clerici accedentes ad Sedem Apoſtolicam pro negotiis ſuarum Eccleſiarum, integre recipere debent fructus ſuarum præbendarum. c.1.n.143.l.1

Clerici in conuiuiis debent ſe oſtendere honeſtos ſobrios in cibo, & potu & verbis. n. 48. quod honeſtati ita debent ſtudere, vt nec fabulas inanes ibi referant. c.4.n.49.l.2

Clerici in conuiuiis non debent aliquos ab bibendum cogere, vel ſe aliena precatione ingurgitare, neque plauſus & riſus, & fabulas inanes ibi referre. c.4.n.50.l.2

Clericos adeo in potu ſobrios eſſe oportet vt vltra trinam vicem bibere non debeant, & clericus hoc non ſeruans peccat, n.52. ſed hoc tantum in elligitur quando appetitus naturalis vltra non exegit. c.4. n.54.l.2

Clerici à crapula & ebrietate diligenter abſtineant, inde vinum ſibi temperent, & ſe vino: & alia in propoſito. c.6.n.14.l.2

Clerici debent vinum aqua temperare. cap.4 num.56. lib.2

Clericus bibens vinum purum, peccat mortaliter, niſi ex cauſa aliud faceret, quia vinum eſt minus potens. c.4.n.57.lib.2

Clerici in conuiuiis non debent inuitare alios

ad bibendum, hoc eſt brindar. cap. 4. num. 58. lib.2

Clerici in conuiuiis non debent ſe obligare ad æquales potus, hoc namque maximè perniciofum eſt. c.4.n.59.l.2

Clericus non debet priuari beneficio, nec etiam ſuſpendi propter crapulam vel ebrietatem ſi vult agere pœnitentiam. c.4.n.65.l.2

Clericis eſt prohibitum ingredi tabernas, niſi peregrinationis vel itineris neceſſitate compulſis. c.4.n.67. lib.2

Clerici poſſunt habere tabernas, & etiam vendi facere vinum in domo, dummodo per alios id faciant. c.4.n.73.l.2

Clericus homicida voluntarius non eſt ipſo iure beneficio eccleſiaſtico priuatus ſed per ſententiam priuandus. c.5.n.6.l.2

Clericus homicida interim quod beneficio non priuatur per ſententiam, fructus eius licite recipit atque conſumit, ita quod neque iudex eoſdem fructus in ſententia poſſit fiſco adiudicare ſiue ſint exſtantes, ſiue conſumpti. c.5. num.8. contra num. ſeqq. vbi limitatur quod eſt prædictum, lib.2

Clericus homicida poſtea deſeruiens beneficio, vel dignitati non priuatur fructib. niſi à die accuſationis vel inquiſitionis, niſi delictum ipſo iure miniſtrare impediret, vel priuatio beneficij pro eo ipſo iure induceretur. c.5.n.10.& 11.l.2

Clericus quoties propter crimen damnatur ad reſtitutionem fructuum, ſolum condemnatur ad reſtitutionem perceptorum non verò qui percipi potuerunt. c.5.n.28.l.2

Clericus homicida interim quod non priuatur beneficio, poterit id renuntiare, & procedit etiam in renuntiatione in fauorem certæ perſonæ, & procedit etiam poſt concluſum in cauſa ante ſententiam, & etiam poſt eam, ſi legitime eſt ab ea appellatum. cap.5. num.29.30.cum ſeqq. & 37. & 38.l.2

Clericus homicida condemnatus pœna perpetui carceris, ſi tamen per ſententiam non priuatur beneficio, poteſt illud reſignare etiamſi exſpectans Apoſtolicus illud acceptauerit. c.5.n.36.l.2

Clericus homicida ante ſententiam priuationis beneficij, poteſt ei renuntiare, etiamſi alius id prius impetrauerit in euentum priuationis, num. 39. Limitatur ſi in impetratione appoſita fuerit clauſula expreſſa quod renuntiatio lite pendente facta cedat in vtilitatem impetrantis. cap. 5. numer. 40. lib.2

Quid quando huiuſmodi renuntiatio, vel reſignatio beneficij fit cum ignorantia impetrantis ipſius, vel ſcienter. c.5.n.41.42.l.2

Clericus propter crimen priuatus à canone beneficio ipſo iure, non poteſt ei renuntiare. cap.5. n. 44.l.2

Clericus priuatus beneficio ipſo iure à canone propter non promotionem intra annum ad ſacerdotium, non poteſt illud reſignare, vel retinere in conſcientia. c.5.n.45.l.2

Clericus periurus priuandus eſt per ſententiam beneficio eccleſiaſtico, non tamen eſt ipſo iure priuatus. c.5.n.95.l.2

Clerici qui ſunt crimine periurij irretiti, non merentur regere eccleſias. c.5.n.5.l.2

Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus beneficium eccleſiaſticum habens irregularis eſt ſi ex Chirurgiæ officio, cui operam dat, aliquis moriatur, etiam abſque eius culpa: hoc tamen eſt intelligendum, quoties ægrotus moritur ex cauſa alicuius aduſtionis, vel inciſionis Chirurgo illatæ, aliàs ſecus etiam in laico, aut clerico minorib. beneficium eccleſiaſticum obtinente. c.6. n.22. 23. 24. lib.2

Clericus adulter occidens inuaſorem cum moderamine inculpatæ tutelæ, an ſit irregularis.cap.6.n.43.l.2

Clericus præſtans oppreſſis, vel obſeſſis iniuſte, & adiuuans eos, qui repellant iniuriam proiiciendo lapides, & huiuſmodi, non eſt irregularis, dummodo ipſe neminem occiderit. cap. 6. num. 50. lib.2

Clericus abſque irregularitatis nota & pœna poteſt intereſſe bello iuſto, & hortari milites ad pugnam, & quomodo hoc intelligatur. cap.6.num.52. lib.2

Clericus an poſſit bellum gerentib. arma portare. c.4. n.53.l.2

Clericus in ſacris conſtitutus non erit irregularis, ſi pugnauerit in bello iuſto, & neminem occiderit aut mutilauerit, etiamſi in eo conflictu fuerunt plures occiſi, aut membris mutilati: idem eſt ſi, ipſe percutiat, vel vulneret, ſi clarum eſt quod ex tali percuſſione non fuit ſecuta mors, vel mutilatio: licèt alij in pugna illa per alios ſint mortui. Quid ſi hoc caſu clericus adhortetur ad victoriam generaliter, & percutiet multos propriis manibus, & efficiat vt commilitones eius ope, & hortatu multos occidant, an ſit irregularis. c. 6. n.54.55.56.l.2

Clericus in minorib. conſtitutus poteſt abſque peccato in bello iuſto propria pugnare manu ſicut laicus, neque ex hoc eſſet irregularis, dummodo aliquem non occideret, neque membro mutilaret. c.6.n.57. lib.2

Clericus in neceſſitatis articulo non peccaret arma ſumendo in bello, vbi dupliciter diſtinguitur articulus neceſſitatis,&an tunc ſit irregularis ſi aliquem occidat vel mutilet. c.6.n.58.l.2

Clericus miniſtrans balliſtam, enſem, lanceam vel alia arma in conflictu pugnantibus an & quando ſit irregularis. c.6.n.76.cum ſeqq.l.2

Clericus venans, aut balliſtas exercens, ſi aliquem caſu occiderit,an & quando ſit irregularis.c.6.n.84. 85.87.88.& 89.l.2

Clericus etiam licite venans, ſi tamen id faciat tempore quo diuinis intereſſe tenetur, peccat. c.6.n.86. lib.2

Clericus percutiens non lethaliter aſportantem rem Eccleſiæ, ex qua percuſſione ille fugere non potuit, & ob id occiſus fuit, eſt irregularis. cap.6. num.91. lib.2

An idem ſit dicendum in eo, qui latronem res ſuas aſportantem percuſſit, &c. c.6.n.92.l.2

Clericus introducens meretricem per tectum in domum ſuam, ſi decidens ipſa moriatur, vel abortiat, an ſit irregularis. c.6.n.94.l.2

Clericus mittens puerum ad equitandum æquum, vel ad flumen, monens, vt ab eo caueret, & tamen ſubmerſus eſt, an ſit irregularis. cap.6. num.95. 96. lib.2

Clericus dans operam rei bellicæ, licèt imprudens, & neſciens alium præter ſuam intentionem occidat,eſt irregularis: item & is qui torneamenta atque alia pugnæ ſimulacra, quæ clericis ob periculum homicidij ex ſuo genere interdicta ſunt, exercet. cap. 6. n.103.l.2

Clericus præſens vindictæ ſanguinis, an ſit irregularis. c.6.n.163.l.2

Clericus mercans illicite, & caſu aliquem occidens, vel ludens ludo ei interdicto, an ſit irregularis. c. 6. n.165.l.2



Clericus qui pro ædificatione Eccleſiæ vel domus vocauit aliquem in adiutorium, qui caſu interiit ruens cum aliquo ligno, an ſit irregularis. cap.6. n. 167. lib.2

Clerici, maxime in ſacris conſtituti, & ſacerdotes pro laicis pudicitia præeminere debent. cap.7.num.1. & ſeqq. l.2

Clerici licèt votum caſtitatis explicitum non emittant, nec ſit eſſentialiter annexum ordini ſacro debitum continentiæ, conſtitutione tamen Eccleſiæ tenentur ſeruare. c.7.n.2.l.2

Clerici fornicantes duplici culpa maculantur. c.7.n.3. lib.2

Clericus in ſacris conſtitutus fornicando ſimpliciter quinque crimina committere dicitur ſecundum DD. nempe adulterium, ſacrilegium, ſtuprum, inceſtum, & contra naturam, capit. 7. numer. 37. 38. & ſequentibus probatur, quoad adulterium. lib.2

Quoad ſacrilegium probatur hic. capit. 7. num. 40. lib.2

Quoad ſtuprum. idem, n.41. lib.2

Quoad inceſtum. idem, n.42. l.2

Quoad contra naturam. idem, n.43. l.2

Verius & receptius eſt contrarium, nempe quod clericus in fornicando cum muliere ſoluta, tantum committat ſimplicis fornicationis crimen, non verò cætera ſupra enumerata, vt nuncupatim probatur num. 48. cum ſeqq. d. cap. 7. num. 44. lib.2

Clericus in ſacris proprie non contrahit matrimonium cum Eccleſia, neque etiam canonicus cum præbenda. c.7.n.48.l.2

Clericus concubinarius cum ſoluta deponi non debet, ſed tantum ſuſpendi ab officio & beneficio ad tempus. c.7.n.53. l.2

Præterquam ſi fornicatio habeat inſignem deformitatem, vt adulterium, inceſtus, ſtuprum, & ſimilia. c.7.n.55.l.2

Secundò limitatur in clerico rem habente cum moniali, is enim deponendus eſt. idem, n.56.l.2

Tertiò limitatur, in clerico matrimonium de facto contrahente cum ſoluta. idem, n.57. l.2

Et an pro fornicatione continuata. idem, num. 58. lib.2

Pro crimine contra naturam deponitur. idem, num. 59. lib.2

Cognoſcens filiam ſuam ſpiritualem. idem, num. 60. lib.2

Idem in cognoſcente eam quæ propter Sacramentum pœnitentiæ effecta ſibi fuit filia ſpiritualis. idem, n.61.l.2

Idem in ſacerdote cognoſcente parochianam ſuam. idem, n.65.l.2

Et eam quam tenuit in Sacramento confirmationis. idem, n.64.l.2

Idem in Religioſis fornicantibus, vt in numer. 66. lib.2

Idem in Epiſcopo fornicante ſecundum aliquos, ſed verior & communis ſententia eſt in contrarium in hoc. vt in n.67.l.2

Probari tamen teſtibus debet hoc crimen in prædictis caſibus, quibus pœna depoſitionis pro eo imponitur, alias ſi in occulto reuelatur ſuperiori, mitiori pœna delinquens puniendus eſt. idem, n. 62. lib.2

Clericus ob ſimplicem fornicationem arbitrio ſui iudicis punitur, & ſacrum Concil. Trident. quid in hoc diſponat, refertur. c.7. n.68.l.2

Clericus concubinarius in propoſito dicitur, qui ſolutam mulierem, & corruptam nullo ſibi ſpiritualis vel carnalis cognationis vinculo coniunctam domi retinet, cum qua conſueuit carnaliter commiſceri. c.7.n.71.l.2

Clericus poſt monitionem præmiſſam concubinam non dimittens, publicus concubinarius reputatur. c.7.n.78.l.2

Clericus publicus concubinarius, ſi ante pœnitentiam celebret, an ſit irregularis. c.7.n.83.cum ſeqq.l.2

Clericus propter aliquod crimen ſuſpenſus, quoad ſe, & quoad alios irregularis eſt, ſi nondum cauſa ſuſpenſionis ſublata, proprio fuerit vſus officio, c.7. num. 84. idem eſt de diaconis & ſubdiaconis. vt in n.85. l.2

Clericus ſuſpenſus ab homine, vel à iure, cui pœnam directam & propriam delicti etiam ad tempus certum, vel donec pœniteat, ſi celebret durante ſuſpenſione, erit irregularis. c.7.n.86.l.2

Clerici in ſacris contrahentes de facto matrimonium, quibus pœnis afficiantur remiſſiue. cap. 7. num.87. lib.2

Clericus qui principaliter ob lucrandas diſtributiones quotidianas præſens eſt diuinis officiis, peccat, & ſymoniam committit. c.15.n.8.l.2

Clericus volens potius diuinis officiis intereſſe in ſolemnibus diebus propter maius lucrum, quam in aliis, ſi hoc principaliter faciat ob cultum diuinum, non peccat. c.15.n.10.l.2

Clericus ſi poſt legitimam appellationem à ſe interpoſitam, de qua confidit, de facto excommunicetur, cum de iure non ſit excommunicandus, ſi interim celebret, non erit irregularis. cap.16.n.25. lib.2

An hoc etiam procedat, quando lapſo termino ad appellationem à iure vel à iudice ſtatuto proſequendam, eam proſequitur. ibidem num.26.& ſeqq. lib.2

Quid ſi ſit in hac ſpecie poſtrema iam publice denuntiatus hic celebrans: limitatur communis præcedens. ibid.n.33.l.2

Clerici vſurarij pœna remiſſiue. cap.18. numer. 11.l.2

Clerici hæredes defuncti an teneantur vltra vires hæreditarias, ſi inuentarium non confecerunt. c. 18. n.75. l.2

Clerici an pœnam conuentionalem poſſint exigere vltra quam intereſt,& quid in Eccleſia.c.10.n.15.& 16. lib.2

Clerici decimam decimarum ſoluere tenentur Romano Pontifici, & quo iure. c.21.n.10.l.2

Clerici etiam eccleſiarum rectores, decimas tenentur ſoluere. c.21.n.52.l.2

Clerici à ſolutione decimarum poſſunt eximi conſuetudine vel præſcriptione. c.21.n.53.l.2

Clerici poſſunt præſcriptione legitima ſe à ſolutione decimarum liberare, & quomodo hoc intelligatur. c.21.n.59.l.2

Clerici an poſſint ſibi præſcribere decimas ab aliis ſoluendas. c.21.n.60.l.2

Clerici ſiue monachi, an poſſint reum in actu executionis ſententiæ pœnam mortis continentis, ſi aliquo caſu ceciderit in terram, liberare atque defendere, & eripere à manib. familiæ, & in eccleſiam eum introducere. c.24.n.41.l.2

Clerici eripientes condemnatum à manu familiæ, quando ſint puniendi, & quando non. cap.14.n.45. lib.2

Clericis prohibita eſt iure humano venatio ſaltuoſa, quæ fit in ſyluis per ſaltus, non quieta, ſed clamoſa cum ſtrepitu canum & accipitrum, & falconum, c.28.n.16.l.2

Clerici illicite venantes non tenentur ad captorum reſtitutionem in foro conſcientiæ, neque quod capit laicus tempore, quo ſibi eſt prohibita venatio, nempe die feſto, ne impediatur ab officiis diuinis. c.28. n.47. l.2
Collatio beneficij facta ſub pacto de aliquid ob id dando, eſt nulla, etiamſi pretium non tradatur, ſed tantum promittatur. c.9.n.9.l.1
Contrarium tamen, tam reſpectu nullitatis collationis, quam excommunicationis, praxis recepit. bid. n.10 & 11.l.1
Collatio beneficij irregulari facta, ipſo iure eſt nulla. c.5.n.92.l.2
Collatio beneficij facta excommunicato, ipſo iure eſt nulla. c.5.n.93.l.2
Collatio beneficij facta à Papa excommunicato, præcedente abſolutione à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, &c. vt communiter de ſtylo curiæ fit per illam clauſulam, *Teque abſoluentes*, valet, &c. c.5.n 94.l.2
Collatio beneficij periuro facta, eſt nulla ipſo iure. c.5.n 97.l.2
Hoc tamen procedit, quoties quis eſſet per ſententiam declaratus periurus, & poſtea fieret ei collatio, & non aliàs, quia ante ſententiam facta collatio eſſet valida. c.5.n.98.l.2
Collatio beneficij periuro facta, nulla eſt ipſo iure, quando infamia hæc periurij notoria ſit, non aliàs, prout contingit eſſe poſt ſententiam. cap. 5. n. 99. lib.2
Collatio beneficij periuro facta auctoritate literarum Apoſtolicarum ad beneficia, eſt nulla. cap.5.n.100. lib.2
Collatio beneficij vel electio, & muneris prælatio digno facta, omiſſo digniori, valida eſt in vtroque foro, nec reſcindi ex hoc poteſt, quamuis prouidens peccet. c.11.n.13.& 16.l.2
Quod procedit, etiamſi ante electionem vel promiſſionem denuntietur electoribus, vt digniorem eligant, & à contraria electione ab initio appellatum. ibid.n.14.l.2
Etiamſi electores iurauerint eligere digniorem, quamuis aliter faciendo, ſint periuri. ibid. n.15.l.2
Collatio beneficij indigno facta, eſt nulla in vtroque foro, & ſic prouiſus per appellationem, priuabitur beneficio, & damna inde ſecuta tenetur reſarcire. c.11. n.45.l.1
Collatio ſacrorum ordinum & ſimilia, an ſint de lege diœceſana, vel iuriſdictionis. cap. 17. numer. 20. lib.2
Collatio beneficij ſimoniace facta eſt ipſo iure nulla ab initio, ac proinde nullum ius tribuit ei cui, fuit collatum. c.17.n.23.cum ſeqq.l 2
Quid in collatione ignoranti ſimoniace facta, vſque ad n.30.l.2
Collector ſi poſtquam contulit vni beneficium, mutata voluntate alteri beneficium idem contulerit, peccabit, & non valebit collatio, & tenebitur ad reſtitutionem; etiamſi ſecundus eſſet longè dignior. c.11.n.81.lib.2
Collecta, decima, cenſus & penſio, ſunt onera realia, obligantque poſſeſſorem. c.1.n.111.l.1
Columbas occidens intra vel extra leucæ ſpacium à columbario, an reſtitutionem teneatur. c.28. n.25. cum ſeqq.n.56.l.2
Columbas deducens ab alterius columbario, ad proprium attrahens, ad quid teneatur. c.28.n.53.& 54. lib.2
Columbæ quæ in priuatis columbariis nutriuntur, occidi non poſſunt ab aliis. c.28.n.57.l.2
Columbarium an & quando liceat habere. c.28.n.57. lib.2
Colonus in caſibus in quibus per ſingularem ſucceſſorem expelli poteſt, poterit rem retinere, donec ſibi reſtituatur penſio, ſi forte eam anticipatam ſoluit. Idem pro melioramentis. c.8.n.19.l.2
Committens inceſtum, ſi ſit iuuenis, non ex hoc ei licebit debitum coniugale exigere, vel vxore mortua cum alia de nouo contrahere abſque diſpenſatione, quamuis inuentus iuſta cauſa ſit eam impetrandi. c.23.n.7.l.2
Communis ſenſus verborum in dubio attendendus eſt, ad ſciendum quem valorem habeant in matrimoniis contrahendis. c.21.n.3 l.1
Communis ſenſus verborum præualet propriæ dictionis ſignificationi. c.21.n.4.l.1
Communis opinio in dependentibus ab interpretatione prudentium plene excuſat, & ſequenda eſt, nec ab ea recedere licèt, niſi euidenter falſa. c.9. n.14. lib.1
Communis ſenſus illorum verborum, Non ducam in vxorem, niſi te, & ſimilium, videtur eſſe, vt inducant matrimonium de præſenti, alij exiſtimant, vt ſponſalia de futuro inducant, alij diſtinguunt. c.20. n.7.& 12.l.1
Tertia opinio tenenda ponitur. ibidem n.15.& n.18. lib.1
Communis vſus loquendi ſemper attendi debet. c.32. n.47. l.1
Compellens nimia prece & importunitate colluſorem, tenetur eidem ad reſtitutionem lucratorum, ſicut is qui vi aliquem trahit ad ludendum. cap.37. n.18. lib.1
Concilium Conſtantienſ. circa excommunicatos vitandos, vel non, refertur, item & Baſilienſe. c. 1. n.6.& 7. & n.14. reſoluitur verum eſſe in Concilio Conſtantienſi ſub Martino V. celebrato editam fuiſſe ſaluberrimam conſtitutionem, iuxta literam & ſenſum dict. n.1. relatam, & quamuis inter acta eiuſdem Concilij ipſa non extet, eſt tamen hoc receptiſſimum apud crebriores & grauiores auctores, & in dict n. 14. reſolutio præcedentium ponitur. l.1
Concilium Conſtantienſe, dum excipit duos caſus, quibus non licèt communicare cum excommunicatis, non loquitur neque procedit in articulo mortis, ſed regulariter extra illum. c.1.n.60.l.1
Concilium Lateranenſe ſpatium ſex menſium præfiniuit ad prouidendas præbendas, cæteraque beneficia eccleſiaſtica, quo tranſacto capitulum prouidere iuſſit, & è contra, data negligentia capituli, vt Epiſcopus prouideat. c.28.n.1.l.1
Concilium Lateranenſe præfiniens ſemeſtre tempus ad prouidendas præbendas procedit, quando quis diſtulit per negligentiam, ſecus ſi per impotentiam iuris vel facti, etiam ex culpa ſua proueniente, & ideo ſi pendente termino ſuperueniat impedimentum, tota dilatio debet redintegrari. c.28.n.5.l.2
Concilio Toletano permiſſum erat habere concubinam, id eſt vxorem minus ſolemniter ductam, his, qui iuſta vxore carebant. Concilium Toletanum XIII. c.1. refertur, §. prius, n.36. in verſ. quinto & vltimo. c.30.n 47.l.1
Conditio, ſine liberis deceſſerit, monaſterium ingrediente grauato, pro inualida & non ſcripta habetur. c.32.n.3.l.1
Et an hoc procedat in foro conſcientiæ. ibidem n. 5. lib.1
Conditio debet adimpleri in ſpecifica forma, atque ad vnguem obſeruari, non verò per fictionem. c. 32. n.9.l.1

Conditio

Conditio quæ aucrit à matrimonio carnali reiicitur. c.32. n.13.l.1
Et fortiori ratione reiicienda eſt illa, quæ à matrimonio ſpirituali deterret. ibid.n.14.l.1
Conditio in maioratibus adiecta, vt in eis non ſuccedant monachi, neque preſbyteri, valida eſt. c. 32. n.30 lib.1
Conditio mixta non continetur ſub ſimplici. c.32.n.42. lib.1
Conditio ſi Papa diſpenſauerit, tacite non poteſt intelligi in matrimonio de præſenti de facto pure contracto inter conſanguineos, vel affines abſque ea conditione, ac proinde ſi ſimpliciter & pure contrahant, incurrunt in pœnam excommunicationis, ſecus in ſponſalibus de futuro inter eoſdem pure contractis, quia forte poteſt in eis tacite intelligi præfata conditio. c.22.n.25.l.1
Conditio illa ſi patri placuerit, in contrahendis matrimoniis honeſta, ac valida eſt, non verò turpis. c.20.n.16.l.1
Conditio contrahendi matrimonium inter conſanguineos, vel affines in ſecundo gradu conſtitutos, quamuis iudicanda ſit impoſſibilis, nedum de iure, ſed etiam de facto, attamen ſubſiſtente iuſta cauſa valida erit, & ideo non reiicienda ex inſtitutione. c.22.n.11.& 12.l.1
Conditio quoties præambula eſt, & neceſſaria ad validitatem actus, nonquam reiicitur, & ſi ſumme difficilis ſit, ſed eius euentus exſpectatur. c.2.n.13. lib.1
Conditio ſi Papa diſpenſauerit, & ſi impoſſibilis quodammodo dici poſſit, eo quod dependeat à Principis voluntate, non tamen propriè & ex ſtricta interpretatione. c.22.n.14.l.1
Conditio fundationis beneficij, vel capellaniæ, vt patroni ſemper nominent, ac præſentent clericum ex genere & parentela fundatoris, valida eſt. c.11.n.37.l.2
An tunc dignior ex illo genere & familia, etiamſi remotior ſit, præſentandus ſit necne, vide. ibidem n.38.l.2
Et quid ſi detur facultas in fundatione eligendi quem velint dignum omiſſo digniori. c.11.n.40.l.2
Conditio maioratus vt poſſeſſor eiuſdem nomen & arma conditoris ferat, & in tumulo fundatoris ſepeliatur, ad vnguem obſeruanda eſt, alioquin maioratu erit priuandus. c.14.n.12.l 2
Conditio inducens omnimodam viduitatem iure antiquo digeſtorum ſpernebatur: ſecus ſi induceret viduitatem reſpectu certæ perſonæ, loci, vel temporis. 25.n.2.l.2
Hodie iure nouo authenticorum quid in hoc diſpoſitum ſit. ibid.n.1.l.2
Conditio illa quæ à matrimonio ſpirituali deterret, fortiori ratione reiicienda eſt, ſed non eſt idem obſeruandum in conditione, ſi religionem non ingrediatur, ſi monachus non fuerit. cap.25.n.4.& 5. lib.2
Conductor laicus, decimarum non poteſt apud iudicem eccleſiaſticum conueniri actione perſonali ex locato ad mercedem. c.34.n.49.l.2
Conductores decimarum eas poſſunt petere aduerſus decimare debentes coram iudice eccleſiaſtico virtute conceſſionis ſibi factæ, hoc eſt, *del arrendamiento, o recudimiento.* c.34.n.50.l.2
Conductor non tenebitur ſimiliter locationi Prælati, tutoris, vel maioratus poſſeſſoris ſtare, quinimo poterit locatore mortuo ab ea libere reſilire. c. 36. n.12.l.1
Conductor expulſus à ſingulari ſucceſſore, habet actionem ad intereſſe aduerſus locatorem ipſiuſque hæredes. c.8.n.9.l.2
Conductor ad longum tempus naturaliter poſſidet. c.8. n.26.l.2
Conducere redditus eccleſiaſticos alicuius præbendæ, beneficij, vel teſtimonij anticipata ſolutione, multo viliori pretio quam reuera valeant tempore perceptionis eorundem, pauloue poſt terminis quibus ſolutio fiat locari ſolitorum an liceat. c.39. n.61. & ſeqq. l.1
Confeſſarij quamuis per bullas Cruciatæ non poſſint abſoluere à crimine hæreſis, fallit in hæreſi mentali. c.13.n.18 l.1
Confeſſario aſſerenti ſe abſoluiſſe aliquem à ſententia excommunicationis quam incurrerat, credendum eſt, cap.2. num 9. ſed contrarium. ibidem num. 17. lib.1
Confeſſarius non debet reuelare hæreticum ſibi confeſſum nolentem pœnitere, neque alios prodere. c.11. n.51.l.1
Confeſſarius alicuius vici, aut pagi ruſticorum, non tanta indiget ſcientia, quam ille, qui audit in ciuitate, &c. c.17.n.19 l.1
Confeſſarius non debet ſecundo abſoluere pœnitentem, qui tenetur ad reſtitutionem ſtatim faciendam, & eam primo iuſſus omiſit niſi actualiter eam nunc faciat, niſi talis eſſet pœnitens, & cauſa ob quam reſtitutionem omitteret, & præterea tempus & locus vbi confeſſio fit, quod abſolutionem impartiendam indicarent arbitrio prudentis confeſſoris cum verò propoſito reſtituendi. cap. 40. numer. 9. lib. 1
Confeſſarius an poſſit abſoluere debitorem, vbi creditor non vult reſtitutionem exſpectare, & debitor induci non poteſt ad reſtituendum, ſi ab eo cautionem capiat, quod certo poſt tempore ſoluet: ſecus ſi debitor cum poſſit, nollet ſimul ſeu integre ſoluere, ſed annuatim, aut paulatim. c. 40. n. 13. lib.1.
Confeſſarius qui dum reum ad patibulum comitaretur, caſu iumentum quo ille vehebatur pepulit, non eſt irregularis. c.6.n.32.l.2
Confeſſio iudicialis & ſententia inducunt notorium iuris, non verò notorium facti, vt hic declaratur. c.19.n.18.l.2
Confitens legitime alicui ſacerdoti, ſe illi ſubiicit, ſi cum licentia expreſſa, vel tacita proprij ſacerdotis id faciat, cap.6. num.5. credendumque eſt hanc licentiam tacitam habere à lege, vel legiſlatore eos qui venialiter tantum peccauere, imò nunquam fuiſſe presbyteris id ademptum. capit. 6. numer. 6. lib 2
Confratres diſciplinatorum ſunt laici, vxores ducunt, & per ſe domi viuunt, mercaturáſque exercent ac proinde non coram iudice eccleſiaſtico, ſed coram ſæculari conueniuntur. c.35.n.10.l.1
Limita vt ibid. n.24. & 25. l.1
Confratres huiuſmodi non gaudent beneficio reſtitutionis in integrum. c.35.n.4.l.1
Confratres poſſunt renunciare confratriæ, dum tamen nihil retineant de bonis illius. cap.35.num.21. lib.1
Confratriæ approbatæ ab Epiſcopo, ſi de bonis agatur, vel de recipiendis; vel de excludendis confratribus, coram iudice eccleſiaſtico, non verò coram ſæculari diſcutiendum erit. cap.35. num. 24. lib.1
Confraternitatum bona poſſunt ad libitum alienari per corpus eorundem abſque ſolemnitate requiſita à iure Canonico in alienatione rerum eccle-

 ſiaſtica

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſiaſticarum. cap.35. num.16. & vide num.22.& 23. lib.1

Confraternitates diſcipuli natorum, aliæque ſimiles, cum ad bonum finem tendant, ſunt licitæ & permiſſæ. c.35.n.1.l.2

Confraternitates huiuſmodi, an ſint pia loca & religioſa, ita vt leges, & aliæ diſpoſitiones loquentes in piis locis habeant locum in eis. cap.35. num.2.& ſeq. l.1

Et num.4. quod in prædictis confratriis opera multa pietatis & miſericordiæ exercentur. lib.1

Coniux, deſcendentes, & alij qui iure non tenentur teſtificari contra alterum, neque propalare admonitorias. cap.11.n.54.& n.55. quomodo intelligatur, lib.1

Coniux ſi propter inceſtum à ſe commiſſum cum conſanguinea vxoris ſuæ non poſſit ab ea debitum exigere, poterit tamen eidem nonnunquam inſinuare, ſe eſſe paratum ad illum vſum. c.23.n.9.l.1

Coniux committens ſcienter inceſtum cum conſanguinea vxoris ſuæ intra quartum gradum, ſecundum ius antiquum duplici pœna punitur: primo, quia non poteſt petere debitum ab vxore ſua: ſecundo quia ipſa mortua non poteſt cum alia quacunque contrahere ſine diſpenſatione. c.23.num.5. lib.1

Coniugium Epiſcopi cum ſua Eccleſia eſt dignius & perfectius matrimonio carnali, non tamen fortius reſpectu indiſſolubilitatis. c.17 n.38.l.1

Coniugati accipientes penſiones ſuper beneficiis eccleſiaſticis auctoritate Apoſtolica in ſuſtentationem ſui ſtatui neceſſariam, non peccant. cap.5.num.26. lib.2

Conſanguinei contrahentes ſponſalia de futuro, non incidunt in pœnam excommunicationis. c.22.n.16. lib.1

Conſanguinitas in gradu remotiori in linea inæquali computanda eſt. c.15.n.118.l.2

Conſenſus excommunicandi ſatis rationabilis cauſa eſt, vt ſi tranſacto termino ſolutionis debiti, excommunicari poſſit. c.4.n.16.l.1

Conſentiens perſonaliter conſtitutioni penſionis ſub ſolitis cenſuris & pœnis, poteſt excommunicari à iudice competente, ea conditione ſi penſionem die conſtituto non ſoluerit etiamſi ipſi literæ penſionis intimatæ non fuerint. cap. 4. numer. 17. lib.1

Conſtitutio Eccleſiæ, vt clericus excommunicatus pro cauſa Eccleſiæ lucretur fructus ſuæ præbendæ, valet, & eſt ſeruanda. c.1.n.147.l.1

Conſtitutus in extrema vitæ neceſſitate poteſt pro vita ſeruanda alienum capere, & detinere, & an veniens poſtea ad pinguiorem fortunam reſtituere teneatur. c.38.n.12.& n.19.l.1

Conſuetudine obtentum eſt, vt in caſu inceſtus non petatur diſpenſatio ab Epiſcopo. cap. 15. num. 8. lib.1

Conſuetudini loci, ſiue prouinciæ ſtandum eſt ſuper obſeruatione extrauagantis ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ non alienan. vt in quibus locis ipſa extrauagans recepta ſit, & quoad id in quo recepta fuerit, ſeruetur in aliis verò partibus, vbi ipſa in totum, vel in partem recepta non fuerit, vel contrarium obſeruatum, obſeruantiæ huiuſmodi & legitimæ conſuetudini ſtetur. c.8.n.9.l.1

Conſuetudo legitima in propoſito erit quadragenaria cum ſuis requiſitis. c.8.n.10.l.1

Conſuetudo Romæ in Hiſpania in cauſis Eccleſiaſticis ſpectanda eſt, ſiue ſpecialis, ſiue generalis ſit. c.33. n.36.l.1

Conſuetudo, vt clericus poſſit conueniri coram iudice laico, non valet. capit. 54. numero 25. lib.1

Conſuetudine tolli poteſt ſolemnitas, cap. 1. de ſententia excommunicationis in 6. quæ ſe habet, vt ſententia excommunicationis in ſcriptis feratur. c.4. n.15.l.1

Conſuetudo legitime præſcripta, an ſufficiens ſit ad eximendos laicos à ſolutione decimarum. c.21.n.31. & ſeqq. reſoluitur n 33.l.2

Conſuetudo, vel vſus non eſt in Hiſpania ſoluendi decimas ex opificum negotiatorumque lucris. cap. 21. n.34.l.2

Conſuetudo legitime præſcripta minorem partem decimæ ſoluendi pro ea, tunc valet, cum illa pars quæ ſoluitur, ſufficiens eſt ad congruam ſuſtentationem clericorum ſpiritualia miniſtrantium, alias ſecus. c.21.n.36.l.2

Conſuetudo rationabilis & legitimè præſcripta non ſoluendi decimas perſonales quando excuſet. c. 21. n.37. l.2

Conſuetudo quantumcunque longa nullas ſoluendi decimas perſonales, nec prædiales, non valet. c.21. n.38.l.2

Conſuetudo vt ex certis fructibus nulla ſoluatur decima, nec eius aliqua portio, vtpote de fœno, herbis, vel oleo, & ſimilibus, valet, ſi ex aliis redditibus ſuperſit iuſta ſacerdotum ſuſtentatio. c.21.n.40. lib.2

Conſuetudo immemorialis Epiſcopatus Placentini non ſoluendi decimam ex herbis, pecoribus propriis domini fundi depaſtis valet. cap.21, num. 41. lib.2

Conſuetudo immemorialis Ciuitatenſi exſiſtens nullam ſoluendi decimam herbarum indiſtincte valet. c.21.n.42.l.2

Conſuetudine induci poteſt contrarium, nempe, vt laici libere colligant frumentum, cæteróſque fructus, & eos in propria horrea ſine teſtibus condant, & poſtea decimas miniſtris ſpiritualium ſoluant. c.21.n.50.l.1

Conſuetudine ſtante non ſoluendi decimas, quia non fuerunt petitæ, an poſſint peti vbi timeretur ſcandalum, & an ſic non ſoluentes ſint in ſtatu damnationis. c.21.n.51.& 56.l.2

Conſuetudo quod decimæ vni Eccleſiæ debitæ, de iure communi alteri ſoluantur, valida erit. c.21.n.58. lib.2

Conſuetudine tamen legitime præſcripta obtineri poterit libertas ab harum decimarum ſolutione. c. 21. n.55 l.2

Conſuetudo legitima non ſoluendi decimas ſufficiens cenſetur per curſum atque vſum quadraginta annorum, & in ea non requiritur titulus, nec bona fides. c.21.n 65 66.l.2

Conſuetudo & præſcriptio qualiter diſtincte cognoſcantur, vt plures differentiæ inter eas remiſſiue referuntur. c.21.n.68.l.2

Conſuetudo ex ſui natura in vniuerſo quærit, hoc eſt, in omni fructu. c.21.n.140.l.2

Conſuetudo offerendi clericis, vel aliquid eis dandi tempore, quo mortuos ſepeliunt, vel tempore velationum, vel conſecrationis Epiſcoporum, valida eſt, & laici ab Epiſcopo compellendi ſunt eam obſeruare. c.21.n.140.& 141.l.2

Conſuetudo decem annorum ſufficit ad prædicta, diutinave præſtatio. c.21.n.143.l.2

Conſuetudo ex actibus voluntariis inducitur in fauorem Eccleſiæ. c.21.n.144.l.2

Conſuetudo offerendi in Eccleſia clericis ad hoc vt laicos obliget, & poſſint compelli ad obſeruantiam ipſius, primo requiritur quod grate, pure, & ſimpliciter, nulla neceſſitate cogente vel pactione, obtulerint. c.21.n.148.l.2

Secundò quod oblatum, ſit certum, taxatum tamen arbitrio offerentium, non verò rectoris Eccleſiæ. ibid.n.149.l.2

Tertiò quod totus populus, vel maior pars perſiſtat in ſeruando prædictam laudabilem conſuetudinem. ibid.n.150.l.2

Refertur caſus practicatus circa prædicta contingens. c.21.n.151.l.2

Conſuetudo quod clerici laicis candelas ceræ offerant in Eccleſia in die Purificationis, an ſit valida. c.21. n.156.& ſequentib.l.2

Conſuetudo, vt iudici non teneantur ſoluere decimas, niſi curatus ei præſtet aliquid, non valet. c.21.n.157. lib.2

Conſuetudo quod presbyteri teneantur dare in Paſchate ſuis parochianis agnum Paſchalem, vel aliud, an valeat. c.21.n.158.l.2

Conſuetudo luctuoſæ dandæ Epiſcopo vel parocho, an ſit valida, & quid in veſte ſciſſa exſiſtente penes ſartorem nondum ſuta nec completa. c.21.n.160. & 161.l.2

Conſummatio ſimoniæ conuentionalis ab vtraque parte, an requiratur ad hoc, vt pœna excommunicationis & reſtitutionis fructuum apppoſita contra dantes vel recipientes beneficia ſimoniace procedatur. c.9.n.2.l.1

Contemnere idem eſt, quod alteri indignari. c.30.n.17. lib.1

Contemnere proximum, eſt peccatum mortale. c.30. n.18.l.1

Contemptus in quacunque præcepti materia mortalem inducit culpam. c.30.n.16.l.1

Contractus quo res venditur pretio, quo pluris valebit, à tempore contractus vſque ad menſem Maij aut Iulij, eſt illicitus. c.39.n.9.l.1

Non tamen erit vſura neque peccatum, vt ſoluatur medium pretij rei venditæ, quod magis aut minus eſſet valitura, à die contractus vſque ad tempus in quod eam eſſet ſeruaturus, ſiue excreſceret, ſiue creſceret eius valor. c.39.n.10.l.1

Contractus non eſt vſurarius iudicandus in foro exteriori, niſi conſtiterit ob dilatam pretij ſolutionem carius merces venditas fuiſſe, quam in promptu valerent, vltra latitudinem iuſti pretij, vel niſi pars fateatur quod aliàs eſſet venditurus tempore contractus iuſto pretio, vel ob anticipatam ſolutionem vilius fuiſſe venditas. c.39. n.14.l.1

Quare doctores exiſtimantes vendentem ad creditum carius quam in promptu, eſſe vſurarium, ſupplendi ſunt, quando ob dilatam pretij ſolutionem carius venditur. ibidem, n.15.l.1

Contractus ratione incertitudinis fructuum futurorum iudicatur iuſtus, qui aliàs eſſet iniuſtus. c.39. n.62. & n 70. quomodo id intelligatur. l.1

Contractis ſponſalibus de futuro coram parocho & teſtibus, poſtea cum inter eoſdem contrahitur matrimonium de præſenti, ſeruari debet forma ſacri Concil. Trid. parochi & teſtium, aliàs non valebit matrimonium. c.18.n.5.l.1

Contractus ſponſaliorum inter conſanguineos, vel affines ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit, etſi ſit validus, poterit tamen ante vel poſt diſpenſationem impetratam quilibet ex contrahentibus pœnitere: tenebitur tamen huiuſmodi pœnitens alteri conuentioni ſtare volenti refundere expenſas ad diſpenſationem impetrandam factas. cap.22.n.18. lib.1

Et num.20. difficultas quædam circa prædicta diſſoluitur. lib.1

Contractus ab vxore factus propter nimias preces mariti, reſcindi poteſt ac ſi metu eſſet celebratus. c.37.n.17.l.1

Contrahentes de futuro ſponſalia conſanguinei non incidunt in pœnam excommunicationis. c.22.n.16. lib.1

Contrahens cum Eccleſia non tenetur reddere rem, niſi primo ſatisfiat ſibi de pretio, ſumptibus & labore, ſicque poteſt vti retentione rei etiam poſt conceſſam reſtitutionem, pro pretio, ſumptibus, & labore. c.8.n.55.l.2

Contritio de venialibus neceſſario habenda non eſt, nec confeſſio facienda. c.6.n.7.l.1

Contritio in articulo mortis ſatis eſt deficiente confeſſario habili, cui voto Sacramenti quando fas fuerit, & copiam confeſſarij dari contingat, quamuis difficile ſit contritione legitima & ſufficienti, illo tempore potiri. capit. 1. numer. 57. lib.1

Conueniri an quis poſſit in loco contractus, ſi ibi quis inueniatur, ad reſciſſionem eiuſdem contractus. c.34.n.9.l.1

Commorantibus in vino, & ſtudentibus calicibus epotandis rixæ, foueæ, & ſine cauſa vulnera, & ſuffoſio oculorum. c.4.n.14.l.2

Conceſſio corporum ad copulam æſtimabilis eſt pretio, ſiue pecunia. c.10.n.11.l.2

Conceſſio vel locatio in emphyteuſin rerum Eccleſiæ, vltra tempus permiſſum facta, an in aliquo teneat, & per totum. c.13.n.1.& 5.l.2

Refertur pars legatiua. ibid.n.6.l.2

Affirmatiua. ibid.n.7.l.2

Concordia aſſignatur. ibid.n.8.l.2

Limitatur. ibid.n.10.l.2

Aliæ limitationes referuntur. ibiem numero 11. lib.2

Concubinæ olim erant non illegitimæ, & fornicariæ, ſed vxores minimè principales, quarum filiis non debebatur hæreditas, neque æqualis honor, non ſacerdotium, non primogenitura, ſed munera tantum recipiebant, & mutua ſe charitate complectebantur, & ſeſe iuuabant. capit. 7. num. 32. lib.2

Concubinæ nomen apud veteres erat honeſtum. c. 7. n.34.l.2

Concubina large accipitur pro quacunque muliere, quam clericus retinet in domo ſua luxorioſo affectu, vel conducta, &c. c.7 n.72.l.2

Concubina publica clerici ad hoc vt puniatur pœnis, de quib. in legibus huius regni, quæ dicatur. c. 7. n.73. & 75.l.2

Concubinatus atque omnis fornicationis crimen lege diuina prohibetur. c.7.n.13.l.2

Item iure naturali. c.7.n.14.l.2

Concubinatus per ſacrum Concilium Tridentinum maximè damnatur atque punitur. vt in cap.7. n.21. lib.2

Concubinatus crimen eſt mixti fori. cap. 7. num. 24. lib.2

Condemnatus ad mortem, ſeruus pœnæ exiſtimatur, ac proinde inteſtabilis: quod hodie ceſſat, attenta l.4. Tauri. c.3.n.24.& 25.l.2

Condemnato ad mortem an liceat ſe defendere, ſi poſſit. c.24.n.1.& ſeqq.l.2

Condemnatus iuſte à iudice pro crimine mortis pœna digno, an teneatur in conſcientia ſub reatu peccati

à carcere fugere, cum primum poterit. c.24. n.18. & 19. l.2
An liceat ei manere. ibid.n.29.l.2
Condemnatus iuſte, vt fame pereat, peccat mortaliter, ſi oblatum ſibi cibum non ſumat, & alij adminiſtrantes ei alimenta, ſi non ſint eius cuſtodes, non peccant. c.24.n.19. & 21. l.2
Condemnatus ad mortem iniuſte, an teneatur, cum poſſit, effugere à carcere. c.4.n.40.l.2
Condemnatio non fit (de ſtylo curiarum) pœnæ conuentionalis, niſi quatenus intereſt, & non vltra. c.20.n.5.l.2
Conferens alicui beneficium eccleſiaſticum, vt per hoc liberetur ab obligatione qua ad antidora tenebatur, an ſimoniam committat. c.5.n.5.l.2
Conferens præbendam, vel aliud beneficium conſanguineo reſpectu conſanguinitatis, an committat ſymoniam necne. c.23.n.60.& ſeqq.l.2
Conferens beneficium conſanguineo, vt ſe exoneret ab obligatione vel ſeruitio, quo ei tenetur, ſymoniam committit. c.23.n.63.l.2
Conficiens illicite cartas ad ludendum non erit in prædicta ſpecie irregularis. c.6.n.154.l.2
Confidentia in beneficialibus quædam eſt licita, & quædam illicita, vt hic latius declaratur. c.23.n.80. lib.2
Confirmans ſi ſibi non conſtet electum confirmandum indignum eſſe, poteſt ſecure eum confirmare, ſi tamen plures ſint nominati, liberum eſt confirmatori eligere inter illos in quem conſentiat, tenetur meliorem illorum ad hoc præferre. c. 11. num. 22. lib.2
Conſequentia neceſſaria non eſt, hoc non contingente actus hic non fieret, igitur hoc, quod modo contingit eſt cauſa finalis: ſicut nec illa, hoc remoto ipſe non agerem iſtum actum, ergo hoc eſt cauſa finalis actus. c.15.n.3.l.2
Conſortium mulierum fugiendum propter plura de quibus hic. c.7.n.11.l.2
Canoniſtæ contra quoad impediendum matrimonium contrahendum; non verò ad dirimendum contractum. vt ibidem n.7.l.1
Copia indiciorum an ſit danda à iudice reo ad hoc, vt ipſe teneatur dicere contra ſe veritatem. c.11.n.43. 44.lib.1
Copulæ taciturnitas intercedentis ante impetratam, vel poſt conceſſam diſpenſationem ad contrahendum matrimonium inter conſanguineos vel affines, commiſſam ordinario loci, priuſquam tamen ab eo expediatur, an vitiet diſpenſationem. c.15. n.1.& ſeqq.l.1
Copula habita à marito cum conſanguinea vxoris ſuæ producit impedimentum inceſtus, non verò habita cum propria conſanguinea. c.15.n.6.l.1
Copula ex illicita inceſtus contrahitur impedimentum affinitatis, quod impedit & dirimit matrimonium non tamen inter eos, qui fuerunt principium huius impedimenti, & inter quos copula illicita interuenit. c.15.n.9.& 10.l.1
Copula habita ſpe diſpenſationis conſequendæ, eſt neceſſario exprimenda, aliàs diſpenſatio erit nulla. c.15.n.20.l.1
Copula poſt ſponſalia de futuro ſequuta hodie non ſufficit ad præſumendum coniugalem conſenſum, neque aliquod aliud ſignum, niſi expreſſus ſimultaneus conſenſus vtriuſque partis coram parocho, & teſtibus verba de præſenti, vel ſigna ſufficientia exprimatur. cap. 18. numer. 4. lib.1
Correctio fraterna, quando ipſa eſt neceſſaria, præcedere debet, antequam quis moueletur ad monitorias. c.11.n.20.& 73.l.1
Corrumpens virginem, ſiue ducere eam poſſit, vel dotare, poteſt puniri iuxta pœnas iuris ciuilis.c.37. n.10.l.1
Quinimo in prædicto caſu, ſi forte nollet contrahere cum ea, debet eam dotare, & præterea vapulabit. ibidem n.11. l.1
Corrumpens virginem ſeductam, vel importunis, vel magnis precibus illectam, tenetur eidem damnum illatum reſarcire. c.37. n.12. l.1
Corrumpens virginem volentem abſque ſeductione, an teneatur eam dotare. cap.37. n.22. & n.23. referuntur tres caſus pro reſolutione. lib.1
Corrigere idem eſt quod emendare, emendare nihil aliud eſt quam actum in ſe validum aliqua parte reficere ſubſtantia ipſa permanente. cap.2. num.14. lib.2
Crapula dicitur quantum ad ſuperfluitatem ciborum quaſi cruda epula: ebrietas verò quantum ad potum, & dicitur ab eo, quod eſt ſine, & bria, quod eſt menſura: vnde ebrius eſt, qui ſine menſura bibit. c.4.n.54.l.2
Creditor exigere poteſt à debitore, quidquid ipſe creditor in recipiendo debitum diſpendit, quamuis multo tutius ſit, dum hominis vafricies, & infidelitas timetur, nihil ei mutuare neque credito vendere, vel ſi hoc fiat, expectare ſolutionis terminum, nam expenſarum anticipatæ conuentiones vix vſuræ ſuſpicione vacant. cap.39. num.31. lib.1
Creditor ex cauſa mutui an poſſit ab initio contractus pactum inire cum debitore de repetendo eo, quod creditoris intererit, ſiue in damno, ſiue in lucro pendente dilatione data ad mutui ſolutionem, etiam ante moram. cap. 39. numer. 24 lib.1
Creditores vbi omni procul fraude bonis coniecturis timentur expenſæ, nempe vbi debitor ab vrbe loco diſtat, poſſunt abſque iniquitate cum debitoribus paciſci de expenſis & laboribus, conſtitutumque, pretium recipere, etiamſi nullos ſit poſtea facturus, nam etiamſi eſſet plura expenſurus, non poſſet amplius recipere quam fuit conditione firmatum. capit. 39. numer. 32. lib.1
Crimina quædam ſunt grauia depoſitione digna ab ordinis miniſterio, quæ tamen non inducunt irregularitatem, vt ſunt adulterium, falſi crimen, ſimonia in beneficio acquirendo commiſſa, & periurium: alia tamen crimina ſunt, quæ inducunt irregularitatem, nempe homicidium, ſimonia in ordine commiſſa, & ſimilia. c.13. n.15. lib.1
Criminis non eſt facienda mentio in impetratione gratiæ vel conceſſionis. c.15.n.4. & 19. quomodo hoc intelligatur, lib.1
Crimen vſurarum contra naturam vocant Ariſt. & omnes Philoſophi, & diuus Thomas, ſicut nefandum, quia vis fit pecuniæ. c.18.n.3.l.2
Crimen vſurarum vltra modum à legib. permiſſum eſt mixti fori, intra verò eccleſiaſtici fori tantum eſt, c.18.n.16.& 17.l.2
Crimen vſurarum hodie mixti fori eſt, ita vt iudex ſæcularis contra laicos vſurarios cognoſcat: Eccleſiaſticus verò contra clericos huiuſmodi, ſed praxis accepit vt hic contra vtroſque poſſit. c.18. n.18. & 19 lib.2
Curatus excommunicatus nominatim & ſpecialiter ante denuntiationem, an debeat euitari ab eo, qui eius excommunicationis habet notitiam. c.1. n.53. lib.1
Curatus vel Prælatus non excommunicatus non tenetur in Sacramentorum adminiſtratione vitare parochianos ſibi ſubditos excommunicatos, quando volunt ab eo recipere Sacramenta, imò ea tenetur ipſis miniſtrare, quamuis hi male faciant ſe illis ingerendo. c.1.n.49.l.1
Cura animarum eſt neceſſario exprimenda in impetratione beneficij curati. capit. 15. numer. 82. lib.2
Chriſtus Saluator noſter cœnans cum diſcipulis, accepit Calicem, & gratias agens, vinum in ſanguinem ſuum conuertit, deditque illis, &c. c.4. n.55. lib.2
Culpa ordinata ad caſum tunc dicitur, quando illa culpa fuit cauſa proxima ipſius: ſecus ſi remota. c.6. n.12.l.2
Culpa leuiſſima non ſufficit ad irregularitatem incurrendam, ſed tantùm grauis, vel leuis. c.6. n. 140. & 141.l.2
Quando incurratur ex culpa conſiſtente in omittendo, vide etiam de primo. n.142.l.2
Cum plura narrantur, quæ de iure minimè neceſſaria ſunt tunc copula in diſiunctiuam reſoluitur. cap.15. n.54.l.2
Cum vnus vocationis modus exprimitur, alter non continetur, niſi aliud conſtet de intentione impetrantis vel concedentis. c.15.n.60.l.2
Cuſtos infirmi, vel alius faciens aliquid, quo ipſe citius moriatur, vel ne amplius crucietur mortis tormentis, ſi propter id citius moriatur, irregularis erit, tam ipſe quam conſulens, iubens, aut rogans, etiam medicus: ſecus ſi id fiat bona fide. c.6. n.30. lib.2
Cuſtodes infirmi eum in lecto mouentes, vt vel aptius ei cibum miniſtrent, vel quietius iaceat, & inde moriatur, an & quando fiant irregulares. c.6. n.31. lib.2
Cuſtos infirmi non bene illum cuſtodiens quare ipſe infirmus ex phreneſi ſe proiecit, & mortuus eſt an & quando ſit irregularis. c.6.n.33.l.2
Cuſtos montium & ſimilium, iuratus, an poſſit cum aliquibus diſſimulare precibus, amicitia, vel pretio, corruptus, & ſic diſſimulans ad quid teneatur. c.28. n.59.& ſeqq.l.2
Et quid ſi diſſimulet cum conſanguineis, vel valde amicis Domini, ita quod crederet eum permiſſurum. num.61
Et quid ſi cum venatoribus & aliis damnificantibus diſſimulet ſe abſcondendo, vt eos in fragranti delicto comprehendat. idem n.62 l.2
Cuſtodes & præfecti in confinibus regnorum importandis & exportandis mercibus, eas vetitas permittentes importari, vel exportari, peccant mortaliter, & ſunt periuri, & ad emendam vectigalium alias ſoluendorum tenentur, non tamen ad reſtitutionem pœnarum quas ſoluiſſent tranſgreſſores, ſi denuntiati fuiſſent, neque bonorum, quibus ob id priuarentur. cap.28. num. 63. lib.2
Cuſtodiens depoſitum ſibi ad hæretico commiſſum, non debet illud reddere hæretico manifeſto id petenti. c.1.n.19.l.1

## D

DAmnificans alteri, omni iure tenetur ſatisfacere læſis, & fur rem furtiuam vero domino reddere atque reſtituere. c.38.n.2.l.1
Damnata eſt hæreſis Seueri dicentis non licere vllo pacto bibere vinum. c.4.n.56.l.2
Damnata eſt hæreſis condemnantium ſecundas nuptias. c.12.n.18.l.2
Damnatus iuſte vel inique ad mortem, licite poteſt adſcendere furcam abſque peccato. cap. 14. n. 27. lib.2
Damnatus ad mortem iuſte, vel captus pro delicto ea pœna digno, poteſt in carcere manere etiam data fugæ oportunitate. c.24.n.19.l.2
Damnatus ad mortem iniuſte, an teneatur cum poſſit effugere à carcere. c.24.n.40.l.2
Date vel accipere aliquid pro ſuſtentatione ſpirituali miniſtrantium licitum eſt ſecundum ordinationem Eccleſiæ & conſuetudinem approbatam ac Epiſcoporum conſtitutiones, qui taxare poſſunt quanto ſtipendio ille dignus ſit, qui tali ſeruitio Eccleſiæ mancipatur, dum tamen abſit emptionis vel venditionis cogitatio. c.29.n.3.l.1
Dans operam rei illicitæ, ſi ex huiuſmodi actione fuerit homicidium caſuale ſubſecutum ex culpa ſufficiente directa ad illud, irregularis fit ſiue adhibuerit diligentiam quam potuit ne ſequeretur, ſiue non: quæ diſtinctio quoad peccatum non procedit, ſed tantùm quoad irregularitatem. cap. 6. num. 5. & 6. & allegantur iura quibus probantur, n.20. l.2
Datum ob cauſam neceſſariam, ad quam tenetur recipiens neceſſitate præcepti quoad iuſtitiam eſt omnino reſtituendum. c.9.n.26.l.2
Datum meretrici ob actum venereum poteſt iuſte ab ea retineri, etiamſi cauſa turpis non ſequatur poſtea, vel ſi turpitudo ex parte dantis, vel accipientis verſetur. c.10.n.1.l.2
Quod nedum procedit in foro contentioſo, ſed etiam in foro conſcientiæ. idem in num.2. & 14.cum ſeqq. lib.2
Dum tamen non interueniat fraus, exceſſus, quia lex donationis titulum exigit, vt datum recipi, & retineri valeat. idem n.3.l.2
Item, dummodo dantes vel promittentes concubinæ, vel meretrici, habeant ius donandi & promittendi, aliàs ſecus, vt ſunt illi, qui alieni iuris ſunt. cap. 10. n.4.l.2
Debitum coniugale ſi forte petatur, licite denegatur ob inceſtum cum affine commiſſum. cap.23.num.6. lib.1
Decima, collecta, cenſus, & penſio ſunt onera realia, obligántque poſſeſſorem. c.1.n.111.l.1
Decimare debentes tenentur certiorare clericos, vt mittant pro decimis, vbi eas ad eorum horrea non tenentur deferre. c.21.n.41.l.2
Decimare debentes, an & quando teneantur deferre decimas, etiam clericis non petentibus, ad horrea publica, ad hoc deputata. cap. 21.num. 47. lib.2
Decimare debentes tenentur tradere decimas clericis, etiam ſcientibus quantum iure decimarum ſibi pertineat, modo leui ſumptu & labore id fieri poſſit, ſecus alias, præcipue ſtante de hoc conſuetudine, vel nulla in contrarium exiſtente. c. 21. n.48.l.2
Decimare debentes ceſſantibus conſuetudinibus, non poſſunt frumentum alioſve fructus in propria horrea condere, niſi prius clerici certiores fiant, &c. & refertur litera l. Regiæ ſuper hoc ſancitæ. cap. 21. n.94.lib.2
Decimæ iure diuino & naturali inſtitutæ ſunt. c.21.n.3. lib.2
Decimæ multiplici ratione præcipiuntur à Deo. c. 21. n.2.l.2

Decimæ perſonales & reales omnes ſunt integre perſoluendæ. c.21.n.4.l.2

Decimæ perſonales an iure Diuino ſint inductæ ſiue præceptæ. c.21.n.3.& 33.l.2

Decimæ tam prædiales quam perſonales, licet in genere iure Diuino ac Naturali debentur, iuxta tamen veram ac præciſam decimæ partis aſſignationem, iure tamen humano ſtatutæ ſunt. cap.21. n.7. & 9. lib.2

Decimæ an ſint petendæ à ſacerdotibus, vel deferendæ vltro ad eorum horrea, etiam ſi non petantur, & num. ſequentibus, vbi reſoluitur ſtandum eſſe conſuetudini in hoc. c.21.n.43.l.2

Decimæ debentur eccleſiæ ex prædiis intra eius limites exſiſtentibus, quæ tamen ſunt alterius eccleſiæ. c.21. n.54.l.2

Decimæ de terris eccleſiæ quandò ſunt ſoluendæ, & quando non. c.21.n.57.l.2

Decimis olim conſuetis perſolui de paſcuis, de eiſdem ad frugum fertilitatem tranſlatis decimæ ſoluendæ nunc ſunt. c.21.n.98.l.2

Decima vini, ſi vni eccleſiæ ſoluebatur (alicuius vineæ) & in ea poſtea fiat caſtanetum, vel aliæ arbores fructiferæ plantentur aut naſcantur, ex quibus alias regulariter de conſuetudine vel præſcriptione, deberetur decima alteri eccleſiæ vel Epiſcopo: nihilominus ipſa priori eccleſiæ deberetur. cap.21.n.99. lib.2

Decimæ debitæ non ſunt negandæ ſacerdotibus, etiamſi ipſi cum ſint diuites, pauperibus eas non diſtribuant, nec rectè officium commiſſum exſequantur, nec ſint quales oporteat. cap.21. num.138. lib.2

Decedens in torneamentis iure Canonico prohibitis, non eſt ſepeliendus in eccleſiaſtica ſepultura, etiamſi Sacramento Pœnitentiæ & Communionis munitus deceſſerit. c.3.n.9.l.2

Decipiens in conſcientia tenetur reſtituere decepto exceſſum iuſti pretij vltra latitudinem, vel ſupplere defectum, vſque ad iuſtum vilius pretium. c.39.n.12. lib.1

Decretum 3. de reformat Seſſion.25. ſacri Concil. Trid. expenditur. c.11.n.2.l.1.

Decretum Concilij Trident. ſeſſ.24. c.5. de reformat. matrim. interpretatur. c.15.n.2.& n.17.l.1

Decretum de obſeruandis & euitandis in celebratione Miſſæ ſacri Concil. Tridentin. Seſſion.22. late declaratur. c.29 n.1. per totum, lib.1

Item & in verſic moneant, & in cap.4. Decretor. de reformat. Seſſ.24. eiuſdem Concil. allegatur & declaratur. c.30.n.7.33.& 34.l.1

De auibus & earum venatione. capit. 28. numer. 58. lib.2

Delictum ſemel commiſſum non aboletur ad euitandam pœnam temporalem propter pœnitentiam impoſitam à iudice ſpirituali, pro conſequenda abſolutione, niſi eſſet ſufficiens in vtroque foro & publice impoſita, alias puniri poteſt à iudice laico. c.12.n.11.l.1

Delegatus Principis ad vnam cauſſam, non poteſt cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ. cap.2. num. 18. lib.2

Delegatus à Principe ordinario æquiparatur, ac proinde ſubdelegare poteſt ſicut ordinarius. c.2. n.19. lib.2

Delegatus à Papa poteſt intra annum ſuam ſententiam exſequi, non tamen annullare. cap. 2. num. 23. lib.2

Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, poteſt de nullitate ſuæ ſententiæ cognoſcere. cap.2.n.24.& 25.l.2

Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum æquiparatur ordinario. c.2.n.26.l.2

Delegatus qui iudicauit contra formam mandati, iudicare, iterum poteſt. c.2.n.28.l.2

Delegatus iudicans contra formam mandati, abutitur poteſtate. c.2.n.29.l.2

Delegatus qui nulliter iudicauit per errorem facti an cognoſcere poſſit de nullitate ſuæ ſententiæ, atque eam reuocare. c.2.n.30. cum ſeqq.l.2

Delegatus datus ad conferendum beneficium, nulliter conferens, poteſt iterum conferre. cap.2.n.33. lib.2

Delegatus an poſſit reſtitutionem in integrum concedere aduerſus ſuam ſententiam diffinitiuam, conſtito de læſione? c.2. n. 34. & numeris ſequentibus, præcipue 37. lib.2

Delegatus à Principe poteſt reſtitutionem in integrum concedere aduerſus ſuam ſententiam. cap.2. num.35. lib.2

Delegatus nullatenus egredi poteſt commiſſionis ſuæ fines. c.15.n.120.l.2

Delegato non creditur niſi oſtendat mandatum, & reſcriptum ſuæ commiſſionis, in his quæ ſunt in præiudicium alterius: in his verò quæ in nullius præiudicium ſunt, veluti in facultate conceſſa ad abſoluendum, diſpenſandum, concedendum indulgentias, & ſimilibus bene creditur. cap.17. num.31. lib.2

Deliberatio includit duo, conſultationem, ſiue collectionem mediorum inter plura media, & determinationem ad votum, ea enim deliberatio quæ ſufficit ad propoſitum, ſufficit ad votum. cap.22 n.6.l.2

Deliberatio quæ ſufficit ad obligandum nos diabolo per peccatum mortale, eadem ſufficit ad obligandum nos Deo per votum ad vitam æternam. cap.22. n.7.l.2

Delinquere per ebrietatem, lata culpa eſt. cap.4.n.83. lib.2

Delinquens poſt delictum ante ſententiam priuationis bonorum, poteſt bona ſua adminiſtrare & alienare, quando propter delictum non eſt priuatus ipſo iure à lege vel canone ſuis bonis, nec ea ſunt ipſo iure confiſcata: procedit etiam hoc in conſcientia. c.5.n.53.l.2

Delinquens huiuſmodi poteſt debita ſoluere & ei debitum ſolui, niſi ſit contumax. capit. 5. numer. 54. lib.2

Poteſt etiam de bonis ſuis dare in ſolutum creditoribus. c.5.n.55.l.2

Delinquens poſt ſententiam condemnatoriam contra eum latam pro delicto tranſactam in rem indicatam, non poteſt bona ſua alienare. cap.5. num. 59. lib.2

Delinquens ob hoc quod ſcit ſuis bonis priuandum propter crimen quod intendit committere, an in conſcientia poſſit ea antea alienare. capit.5. num.62. lib.2

Delinquens eius bona propter delictum ipſo iure ſunt confiſcata, ſi alienet titulo gratioſo, minus peccat, quam ſi titulo oneroſo alienaret. cap.5.n.82.l.2.

Delinquens cuius bona ipſo iure pro delicto ſunt confiſcata, vel alteri in pœnam applicata, non poteſt ſine peccato mortali rem aliquam in caſu non permiſſo alienare, etiam reuelata emptori conditione rei, vt in num.23. & an titulo lucratiuo. c.5.n.79. & 80 lib.2

Delinquens tamen huiuſmodi ex cauſa neceſſaria poteſt alienare, nempe pro alimentis, aduocatis, & aliis neceſſariis. c.5.n.84.l.2

Delinquens, cuius bona ſunt ipſo iure confiſcata pro delicto, quando alias eſt ſoluendo, poteſt alienare. c.5.n.89.l.2

Item, quando delictum eſſet ita occultum, vt nullo modo probari poſſit. c.5.n 90.l.2

Decurio, Rector, vel tabellio ciuitatis, vel villæ, aliive officia perpetua habentes, committentes delictum priuatione dignum, an interim pendente proceſſu, poſſint renunciare huiuſmodi officiis. c.5. n.46. & ſeqq. & n.50. quod non, quando propter delictum ſunt priuati ipſo iure officio. &c. lib.2

Defendere iure Pontificio quis tenetur alterum ab iniuria, ſi commode poſſit, alioqui erit reus commiſſi criminis, & quando dicatur id commode facere poſſe. c.6.n.105.& 106.l.2

Non tamen tenetur id gratis agere, & ideo poteſt iuſte pro eo pretium accipere. idem n.7.l.2

Defendere omittens proximum, cum poſſit, etſi grauiter peccet, non tamen tenebitur ad damni illati reſtitutionem. c.6.n.108.l.2

Deformatio eſt triplex, mere voluntaria, mere caſualis, & mixta: & quæ ſit vnaquæque earum. cap.6. n.4. lib.2

Denunciationes excommunicatorum quomodo fiant. c.1. n.5.l.1

Denunciatio & publicatio nihil ad excommunicationem adducunt. c.1.n.36.lib.1

Denunciatio, quæ fit per monitorias, dicitur iudicialis, ad quam non requiritur monitio neque correctio. c.11.n.24.l.1

Denunciationes, quæ præcedere debent matrimonium contrahendum, quis remittere cum cauſa poſſit? parochus, an ordinarius, reſoluitur, quod ordinarius. c.19. n.2.l.1

Denunciationes alias requiſitæ ad matrimonium contrahendum remitti poſſunt, quando filij ſub poteſtate nouercali eſſent poſiti, vt hic. c.20. num.30. lib.1

Cauſæ tamen cognitionem tunc interuenire oportet, vt ibid.n.31.l.1

De natura primogeniorum eſt, vt ipſa de primogenito in primogenitum tranſeat. c.14.n.45.l.2

Deponens enſem vel gladium apud alium cuſtodiendum obligatur velle, vt ſibi non reddatur ad percutiendum innocentem. c.38. n.11.lib.1

Deus odio non habet illum, qui vxorem ducit, cum tamen illum odio habeat, qui inter fratres diſcordiam ſeminat. c.20.n.21.l.1

Deus filios prouectæ ætatis pro parentum peccatis affligit, vt ipſos parentes puniat, non vero filios. c.30. n.5.l.2

Deus non prius eſt vltor, quam aliquis ſit peccator, ſecundum D. Auguſtinum. c.30.n.13.l.2

Deus ſæpe ob parentum merita non ſolum mercedes plurimas filiis confert, ſed mortem & alias multas, quas merebantur pœnas remittit. cap.30.n.20. lib.2

Deuteron. cap.24. non occidentur parentes pro filiis, nec filij pro parentibus, ſed vnuſquiſque pro peccato æterno morietur. c.30.n.14.l.2

Diaconus & non ſolum ſimplex ſacerdos habens iuriſdictionem poteſt abſoluere ab excommunicatione minori, multo magis quam à maiori. cap.6. n.11. lib.1

Dictio taxatiua non excludit caſus ſimiles. cap.14. n.5. lib.1

Dictionis maxime natura eſt, vt explicet caſum minus indubitabilem & implicet magis dubitabilem. c.20.n.6. lib.1

Dictio, niſi, præcedentem negationem ſequuta, affirmat quod ponit, ſequuta vero affirmationem negat. c.21.n.2.l.1

Dictio, niſi, ſubſequuta, quando oratio præcedens inducit ſolam potentiam, ſolum negat potentiam, ſi vero oratio præcedens actum induxerat dictio, niſi, actum quoque negat. c.21.n.10.l.1

Dictio hæc Quibuſcunque, vel quacunque, cum ſit valde generalis, comprehendit omnes caſus, etiam priuilegiatos. c.34.n.57.l.1

Dictionis ſaluo, natura eſt modificare & reſtringere præcedentia. c.2.n.6.l.2

Dictio Bene, idem ſignificat quod dictio, Recte. cap.2. n.12. lib.2

Dictio, Denuo, cauſam iam ſemel commiſſam inſinuat. c.2.n.21.l.2

Dictio, Alius, alia, aliud, eſt repetitiua ſimilium. c.15. n.89.l.2

Dictio, Si, &c. inducit conditionem. cap.15. num.113. lib.2

Diœceſanus ex officio ſuo debet denunciare excommunicatum nominatim, & eum facere euitare, quando ſibi conſtat. c.11. num.92. & ſequentibus, lib.1

Dies fideicommiſſi non intelligitur cedere per ſeruitutem pœnæ. c.1.n 61.l.2

Differentia inter dictiones, Rite, & Recte, rite enim ad ſolemnitatem refertur, recte vero ad iuſtitiam. c.2. n.13. lib.2

Differentia inter furtum & rapinam, de quibus in cap. ſi quid inueniſti, 14. q.5. c.9.n.1.l.2

Differentia inter deciſionem text. in cap. quanquam, de vſuris, in 6. & in cap. quia in omnibus, de vſuris, vbi prædicta continentur. c.19.n.3.l.2

Differentia magna eſt inter arbores & feras agrorum, reſpectu capientium eas. c.27.n.28.l.2

Differentia magna conſtituitur inter feram, vel auem captam, quæ poſtea manus capientis effugit, & illam quæ vallum egreſſa eſt, & habet conſuetudinem regrediendi ad eundem locum, vt hic demonmonſtratur. c.28.n 28.l.2

Diffidentes ſe ad dandum vnum ictum, vel occidendum, debent condemnari ad emendam erga Regem, aut aliud damnum, ſed non vnus erga alium, quia ſcienti & volenti non ſit iniuria. cap.6.n.133. lib.2

Difficilius hodie diſpenſatur, quam olim, cum impeditis, qui iam etiam ſcienter contraxerunt, & conſummauerunt matrimonium. c.15.n.136.lib.2

Dicenti plures rationes diſpoſitionis eſſe creditur, & qui dicit vnicam, probare debet, & eam eſſe ſolam, c.15.n.70.lib.2

Dignior prætermiſſus ab Epiſcopo in prouiſione beneficij parochialis, hodie ex Bulla Pij V. appellare poteſt, licet ea appellatione non obſtante, electio ordinarij ſit mandanda ſtatim executioni, ſed non ſuperioris priorem reuocantis, ſi à ſententia eiuſdem fuerit appellatum. c.11. n.24.& 25.l.2

Dignus & idoneus, cui beneficium Eccleſiaſticum, vel minus publicum collatum fuerit, prætermiſſo digniore, tutus eſt in animæ iudicio, tametſi qui eum propoſuerint & elegerint, peccauerint mortaliter omittendo digniorem. c.11.n.43. l.2

Diligere me ipſum ſicut magis teneor, ita & eodem modo magis debeo famam meam quam proximi illæſam ſeruare. c.38.n.14.l.1

Diſſimulatio Papæ habet vim & effectum diſpenſationis, quando ipſe hoc exprimit, nempe quod diſſimulat, alias ſecus. c.15.n.19.l.2

Diſſidium ſiue diſcordia vere inter eos, qui ſe amore obcæcati ducunt, facile exoritur, matrimonia-




UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

que ex eo infelicem exitum habent, ſicut illa, quæ coactione fiunt. c.16.n.18.l.1

Diſpenſandi facultas in lege ſuperioris inferioribus nunquam conceditur, niſi cauſa cognita, & ſumma maturitate. c.19.n.5.lib.1

Diſpenſandi poteſtas non continetur, neque tranſit in generali commiſſione. c.19.n.15.l.1.

Diſpenſandi aut legitimandi difficultas, licet vt fauorabilis ſit extendenda, ac benigne intelligenda, non vero ſtricte: ipſa tamen diſpenſatio odioſa eſt, & ſtricte interpretanda, ita vt in ea non ſit locus argumento de maiori ad minus. c.15.n.127.l.2

Diſpenſatio vitiatur, quando fuit habita copula antequam ab ordinario diſpenſatio expediretur, niſi iterum ad Summum Pontificem recurratur, mentioque copulæ fiat eidem, atque abſolutio ab eo impetretur. c.15.n.21.l.1

Et quod ſic fuit declaratum ab Abbreuiatore Nuncij Apoſtolici eius iuſſu, vt creditur. ibid. n.25.lib.1

Diſpenſatio, quæ ſine cauſa fit, non dicitur diſpenſatio, ſed potius diſſipatio. c.17.n.43.lib.1

Diſpenſatio non eſt vlla hodie neceſſaria inceſtuoſo cum conſanguinea vxoris ſuæ vltra primum & ſecundum gradum, ad petendum debitum ab vxore ſua. c.23.n.21.l.1

Diſpenſatio, nulla cauſa expreſſa, præſumitur fieri ex pluribus cauſis. c.15.n.69.l.2

Diſpenſatio ſuper pluralitate beneficiorum ab eo obtenta, cum quo prius per Sedem Apoſtolicam fuerat diſpenſatum ſuper defectum natalium ad ordines ſacros, & ad obtinendum beneficium curatum, hoc tacito, erit nulla veluti per ſurreptionem obtenta. c.15.n.90.l.2

Diſpenſatio ſecunda alicuius vitij ad hoc vt valeat, debet in ea fieri mentio primæ diſpenſationis circa eam conceſſæ. c.15.n.91.l.2

Diſpenſatio Papæ ſuper matrimonio inter conſanguineos contrahendo non valet, ſi ibi cauſa falſa ſit expreſſa, niſi eam poſtea Papa confirmet, & quomodo hoc ſit intelligendum. c.15.n.98.&.100.l.2

Diſpenſatio Apoſtolica ad matrimonium contrahendum vnica cauſa expreſſa, & ordinario loci commiſſa cum clauſula ordinaria, ſi preces veritate nitantur corruit, ſi illa cauſa eſt falſa. c.15.n.103.l.2

Diſpenſatio circa impedimenta matrimonij, cum dependeat à voluntate Principis, præſumitur difficilis, & etiam impoſſibilis, licet ſit de ſolitis concedi, præterquam in tertio & quarto gradibus conſanguinitatis & affinitatis. c.15.n.189.l.2

Diſpenſatio ad matrimonium contrahendum, continens plures cauſas, quarum nulla eſt de per ſe ſufficiens, an & quando vitietur ob falſitatem vnius. c.15.n.125.l.2. Quando ſi cauſa minus principalis non ſit vera, non vitiatur diſpenſatio. n.129.l.2

Diſpenſationes ſunt ſtricti iuris, ac proinde de vno caſu ad alium, etiam maiorem rationem habentem, extendi non valent. c.15.n.124.l.2

Diſpenſatio facta in materia matrimoniali, debet intelligi large in fauorem matrimonij, niſi alias ſequeretur ſcandalum. c.15. n.127.l.2

Diſpenſatio pro matrimonio contrahendo, ſcienter impetrata ex falſa cauſa per fraudem, erit ſubreptitia. c.15.n.134.l.2

Diſpenſatio, quæ dicitur gratia, morte concedentis re integra non exſpirat. c.17.n.8.l.2

Diſpoſitio ſeu vocatio teſtatoris ad maioratum vel aliud legatum Seij, *ſi Titiam conſanguineam ſuam vxorem ducat*, non valet niſi adiiciatur, *ex diſpenſatione Summi Pontificis*. cap.22. n.8.l.1. Contrarium tamen. ibid. n.23.& 24.l.1

Diſpoſitio text. *in auth. de ſanctiſſimis Epiſcopis*, §. *ſed & hoc præſenti*, *collat*.9. non eſt trahenda neque extendenda ad alios caſus & conditiones, quam in eo expreſſas, nempe nuptiarum ſiue defectus liberorum. c.32.n.45.l.1

Diſpoſitio *authent ſi qua mulier*, ſpecialis eſt & ex gratia, ac proinde in propria ſpecie & in ſuo tantum caſu ſeruanda, nempe, &c. c.1.n.41.& 88.l.2

Diſpoſitio *auth. bona damnatorum*, *C. de bonis proſcriptor*. non habet locum in eo, qui damnatur ad mortem ciuilem, & ſic remanet viuus, nam tunc bona publicantur. c.3.n.27.l.2

Diſpoſitio quæcunque habens duas vel plures cauſas, etiam vna ceſſante ſuſtinetur, & quomodo intelligatur. c.5.n.65.66.67.l.2

Diſpoſitio text. *in auth. de ſanctiſſimis Epiſcop.* § *ſed & hoc præſenti, collat.*9. *& in auth. niſi rogati, C. de Trebell.* habet locum in conſcientiæ foro. c.25. n. 12. & 17. lib.2

Quomodo intelligatur id non procedere, quando expreſſe conſtaret de voluntate teſtatoris. ib.n.16.l.2

Diſponens ſi aliud velit, exprimat. c.1.n.32.l.2

Diuiſio fructuum quomodo fieri debeat inter nouum beneficiatum & hæredes prædeceſſoris, & inter virum & vxorem ſoluto matrimonio, & inter ſucceſſorem maioratus & hæredes vltimi poſſeſſoris, & alia in materia vide in verbo, *fructuum beneficiorum*, & in verbo, *fructus dotis*, & verbo, *fructuum diuiſio*, & verbo, *fructus ad maioratus ſucceſſorem*, *&c.* l.1.c.33.n.12.14 & 16

Diuortium inter virum & vxorem ex cauſa ſæuitiæ an fieri poſſit, & plura circa materiam. c.24.per totum, lib.1

Diſtinctio Imolæ in prædicta ſpecie refertur, & de eius veritate agitur. c.1.n.48 & 99.cum ſeqq.l.2

Diſtinctio Cardinalis & aliorum in propoſito potius conuenit Concil. Agathenſi, de quo ſupra, quam diſpoſitioni dicti capituli à crapula. c.4.n.64.l.2

Diſtinctio communis iuris gentium primæui & ſecundarij non eſt vera. c.14.n.22.l.2.

Diſtributio bonorum inuentorum, quorum dominus ignoratur, pauperibus facienda, Epiſcopis eſt reſeruata. c.9.n.10.l.2

Diſtributiones quotidianæ, ad quæ propria natura in Eccleſiis inſtitutæ ſunt. c.15.n.9.l.2

Diſtributiones quotidianæ vbi non ſunt adeo tenues, vt veroſimiliter negligantur, non poteſt ordinarius eas augere. c.15.n.11.l.2

Diſtributiones quotidianæ non dantur in abſentia, etiam ſtudentibus Theologiam. c.15.n.12.l.2

Docere non licet, clericos licitè vel ſine peccato poſſe intereſſe taurorum agitationibus. c.7.n.39.l.1

Doctor vel Licentiatus in Theologia, vel iure Pontificio non poterit audire confeſſiones, neque prædicare abſque licentia ordinarij. c.6.n.9.l.1

Doctores noſtri plerunque rationes non perſerutantur, & aues imitantur, quæ, quando vna volat, aliæ omnes ſequuntur, & communis opinio non attenditur, quando alia opinio contra communem fundata eſt melioribus rationibus. c.32.n.59.l.1

Doctor publice profitens, vel ſcholaris ſicut poteſt expellere fabrum, ita & confratres diſciplinatorum, ne alta & inconcinna voce eorum impediatur. c.35.n.15.lib.1

Doctior & ſanctior ſi vnus ſit, ſed non miniſtrabit Eccleſiæ, quia non reſidebit, & alius non ita doctus & minus ſanctus reſidebit, & ſeruiet Eccleſiæ ſedulo, hic indoctior, dummodo bonus & dignus ſit, erit dignior ac conuenientior miniſter. c.11.n.66.l.1

Dominus noſter Ieſus Chriſtus miſit diſcipulos ſuos in vniuerſam terram ad prædicandum ſuum Euangelium. c.27.n.8.l.1. Et ad Apoſtolos dixit: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remiſſa erunt, quilibet enim habuit principatum ſibi à Deo decretum magnæ prouinciæ vel Regni. c.27.n.9.l.1

Dominus rei ſubtractæ poteſt eam in iudicio ſibi reſtitui petere, quamuis ex repetitione ſit mors furis veriſimiliter ſequutura. cap.38.n.5.l.1.& ibid.n.24. quomodo hoc intelligatur.

Dominium rei acquiſitæ per vſuram, an tranſeat in vſurarium. cap.18.n.33.34. & 35. quod dominium aliarum rerum acquiſitarum ex pecunia vſuraria bene tranſit. lib.2

Dominium non transfertur ex inutili contractu & à iure reprobato ſecuta traditione, licet ſecus ſit in poſſeſſione. c.23.n.26.l.2

Dominium rei legatæ tranſit in legatarium à die mortis defuncti vel aditæ hæreditatis reuocabiliter, nempe vt legatarius poſſit illud agnoſcere vel repudiare, ſecus irreuocabiliter, vt hic latius declaratur. c.26.n.12.l.2

Dominus ad Aaron dixit: Vinumque & omne, quod inebriare poteſt, non bibetis, &c. Leuit.cap.10.c.4. num.5.lib.2

Dominus fundi poteſt etiam cum contradictione curati vineam in agrum arabilem mutare vel è contra, nec curatus poterit ſe opponere, quandoquidem decima fructuum nouorum eidem ſoluenda eſt, cui & antiquorum eiuſdem fundi. c.21.n.100.l.2

Dominus ſyluæ habet verum lignorum in illa naſcentium dominium herbæ ibi naſcentis. c.27.n.7.l.2

Domini temporales non poſſunt prohiberi piſcari in mari aut publicis fluminibus. c.9.n.4.l.2

Domini temporales inferiores à Principe, poſſunt in ſuis propriis & priuatis fundis venationem prohibere, ſicut alij priuati: item & in publicis & communibus ſuorum populorum ex iuſta cauſa ad tempus, non vero perpetuo, neque per legem, ſed per edictum: idem erit ex conſenſu libero populi vel ex conſuetudine immemoriali legitime præſcripta, vt in n.4. & quæ ſit iuſta cauſa in propoſito declatur. n.5.& c.28.n.2.l.2

Dominia rerum iure gentium ſunt diſtincta, & vnicuique rei ſuæ competit dominium priuatiue ab aliis, & ideo nemini licet alterius res poſſeſſiones aut fructus, inuito domino ſurripere. c.29.n.9.l.2

Dos pro moniali, vt licite exigatur, vſus receptiſſimus habet ſine ſcrupulo. c.32.n.61.l.1

Dos quæ danda ſit mulieri ſtuprum paſſæ, quando ipſa & pater ſuus recuſant matrimonium cum ſtupratore. c.37.n.8.lib.1

Dotes amittuntur propter adulterium commiſſum in matrimonio putatiuo, quod verius dicitur ſtuprum, n.6. ſed contra n.22. vbi ponitur concordia. c.12. n.22. lib.2

Domus Magnatum ſunt veluti oſſa firmiſſima totius corporis reipublicæ, vt hic latè oſtenditur. cap.14. num.4.lib.2

Dormiens occidens hominem, qui in vigilia valde iratus erat contra illum, non efficitur irregularis. c.4.n.96.lib.2

Duces militeſve belli iuſti exponentes ſe maximo periculo belli, ex quo certior eſt mors, quam eius euaſio, an ſint mortalis criminis ſtatim damnandi. c.24.n.30.lib.2

Dubia res non cenſetur, quando aliquid creditur eſſe verum per legem, rationem, & auctoritatem ſufficientem, etiamſi contrarium maior pars docentium teneat. c.31.n.38.lib.2

Dubitans an faciens aliquid, an ſit peccatum mortale, necne, peccat mortaliter. c.31.n.40.l.1

Dubitare an tale quid ſit faciẽdum, aliud eſt, aliud vero eſt credere ratione probabili, & auctoritate alicuius illuſtris Doctoris id admonentis. c.31.n.41.l.1

Duplex eſt vnio Chriſti & Eccleſiæ, vt in c.17.n.25. lib.1

E

ECcleſia vacans, ſuper cuius fructibus eſt appoſita annua penſio, tenetur ad ſolutionem eius, eamque ſoluere tenetur œconomus eius, qui pro ea conueniri poteſt. c.1.n.116.l.1. Idem eſt in ſolutione charitatiui ſubſidij. ibid.n.116.l.1

Eccleſia vtrum habeat poteſtatem ſuper actus animæ pure interiores? negatiua eligitur. c.13.n.14.l.1

Eccleſia Catholica diuiſit totum orbem per prouincias in Epiſcopatus, & Archiepiſcopatus, &c. vnicuique præficiens ſuum Epiſcopum & Paſtorem, atque gubernatorem, qui Epiſcopi in locum Apoſtolorum ſucceſſerunt. c.27.n.13.& 14.l.1

Eccleſiæ ordinatio eſſet illicita, qua ſtatueretur, quod non fieret proceſſio in funere alicuius, niſi ſolueret certam pecuniæ quantitatem: licita autem magis eſſet, ſi ſtatueretur, quod omnibus certam eleemoſynam dantibus talis honor exhiberetur. c.29. n.24. lib.1

Eccleſia ſicut honorat ſuos parochianos donis cœleſtibus eos dotando, &c. ita videtur vt ipſi teneantur in ea ſpecie officiis diuinis Dominicis, & aliis feſtiuis diebus aſſiſtere. c.30. n.4. l.1. ſed hoc latè per totum cap.

Eccleſia ſi lædatur in contractu, poteſt petere reſtitutionem in integrum contra laicum coram iudice Eccleſiaſtico. c.14.n.10.l.1

Eccleſia vel clericus agentes de rebus ſuis actione reali vel perſonali, poſſunt conuenire laicum coram iudice ſæculari vel Eccleſiaſtico. c.34.n.13.l.1

Eccleſia in contractibus ſuis nullam debet fraudem adhibere. c.36.n.2.l.1

Eccleſia meretrices ac lupanaria tolerat ob euitandum maius malum. c.7.n.25.l.2

Eccleſia in dubio vtitur iure communi, cum in aliquo caſu non reperitur priuilegiata. c.8.n.69.l.2

Eccleſia & clerici hæredes defuncti, an teneantur vltra vires hæreditarias, ſi inuentarium non confecerint. c.18.n.73.l.2

Eccleſia vna, vel parochia, ſi recipiat ex conſuetudine decimam de blado, alia de vino, & terra bladum reddens mutetur, & vinum reddat, & è conuerſo. c.21.n.107.l.2

Eccleſiaſticos oportet viros in conuerſationibus ſacrorum Euãgeliorum lectionem audire. c.4.n.5.l.2

Ea quæ ſpeciali indigent adnotatione, niſi notentur, videntur quaſi neglecta. c.1.n.13.l.2

Ea quæ tacitè iure inſunt, ſi ab homine exprimantur, nihil operantur, & quomodo hoc intelligatur. c.15. num.121. lib.2

Ebrietas omnium vitiorum fomes ac nutrix eſt. c.4. num.1.lib.2

de Ebrietate plura remiſſiue. ibid.n.10.l.2

Ebrietas voluntaria an peccatum mortale ſit, vel veniale. c.4.n.30.& ſeqq.l.2

Ebrietas modica non excuſat, neque minuit delictum. c.4. n.88.l.2

Ebrius homicidium committens, an debeat pœna mortis condemnari. c.4.n.80.cum ſeqq.l.2

Ebrius omnino homicidium committens non punitur pœna ordinaria, ſed mitiori: ſecus ſi ebrietas erat leuis: hodie iure Regio pœna exſilij in quin-

quennium imponitur omnino ebrio pro homicidio. c.4.n.85.& 87.l.2
Ebrius non punitur propter culpam criminis ab eo commiſſi, ſed propter ipſius ebrietatis cauſam. c.4. n.86. lib.2
Ebrius, qui durante ebrietate hominem occidit, an efficiatur irregularis. c.4.n.94.cum ſeqq.l.2
Ebrius ſi conſueuiſſet in ebrietate arma ſumere, & homines offendere, erit irregularis ſi aliquem occiderit. c.4.n.10.l.2
Ebrius abſque ſua culpa, ſed dolo alterius, non erit irregularis, ſi aliquem occiderit. c.4 n.106.l.2
Ebrius matrimonium contrahere non poteſt, ſi ebrietas illum conſenſum impediat. cap. 4. n. 107.l.2
Ebrius teſtis eſſe non poteſt, neque facere teſtamentum. c.4.n.109.l.2
Ebrius contrahere non poteſt etiam cum iuramento in ſui præiudicium, & contrahens cum eo, quem inebriauerat in prædio, ad quod eum inebriauerat, dolo dicitur contraxiſſe. c.4.n.110.& 111.l.2
Superiora ſunt intelligenda in penitus ebrio, ſecus alias in parum ebrio. c.4.n.112.l.2
Ebrij ſi percuterent, plus punirentur, quam ſobrij, quia plures iniuriantur, ſecundum legem ſtatutam à quodam Pythagorico, & quomodo hoc intelligatur. c.4.n.84.& 87.l.2
Edicta quæ leguntur in viſitationibus circa peccata manifeſtanda, intelliguntur de publicis, non vero de occultis. c.11.n.75.l.1
Effectus iuriſdictionis cauſatæ à iure reali, extenditur ad omnes illos, aduerſus quos præſcriptum non fuit. c.21.n.110.l.2
Electio fieri non poteſt durante lite ſuper iure eligendi, aliiſque rebus ad id pertinentibus. c.28. n.13. & 14. & quid in iure præſentandi. lib.1
Eligens indignum ad beneficium Eccleſiaſticum, vel munus publicum, tenetur ad reſtitutionem Eccleſiæ vel reipublicæ læſæ faciendam, non vero digno prætermiſſo. c.11.n.44.l.2
Eligens indignum peccat mortaliter, etiamſi ex ea electione nullum damnum Eccleſiæ vel reipublicæ poſtea immineat, idem in reſignante in fauorem indigni. c.11.n.46.l.2
Eligens dignum prætermiſſo digniore, an teneatur ad reſtitutionem digniori faciendam. c.11.n.47.l.2
Eligens dignum prætermiſſo digniori, quoties per edictum propoſitum digniori præbenda vel beneficium fuit promiſſum, tenetur eidem ad reſtitutionem. cap.11. n.55. l.2. An idem ſit dicendum in quocunque beneficio, quod per concurſum prouidetur. ibid.n.56.l.2
Eligens dignum prætermiſſo digniori non peccat, quando meritorum exceſſus non eſt tantus, vt videatur ad rem multum referre, & quomodo hoc intelligitur. c.11.n.58.l.2
Eligens dignum prætermiſſo digniori ad munus exigui momenti, non peccat mortaliter. c.11. n.59.l.2
Eligere dignum omiſſo digniſſimo, licet in caſu hic poſito. c.11.n.60.l.2
Eligere dignum, an ſatis ſit prætermiſſo digniori. c.11. n.1. & ſeqq.l.2
Eleazarus vir fortiſſimus à peccato defendendus eius quod fecit Machabæorum 1. cap.6. c.14.n.31.l.2
Emere debitum minori pretio licet quod expoſitum eſt periculo, vel quod cum expenſis exigi exſpectatur. c.39.n.33.l.1
Emens ad vitam ſuam annuum redditum certo pretio, non facit contractum vſurarium, quia principio perceptio, de annui redditus eſt incerta. c.39. n.64. lib.1
Emptio ad vitam fructuum alicuius fundi certo pretio licita eſt, propter incertitudinem ementis, licet ille viuat tantum, quod ex longa vita plus percipiatur ex dictis fructibus, quam ſit pretium, quia etiam poſſibile fuit mori in modico tempore. c.39. num,63. lib.2
Emptor licet non teneatur ſtare colono, venditor tamen tenetur eidem reddere partem penſionis, quam acceperat, pro tempore reſiduo locationis non impleto, & ad intereſſe præterea idem tenetur. c.36. n.26. lib.1
Et erit cautela neceſſaria pro clericis locantibus, vt excipiant caſum, quo deſinant beneficia poſſidere, vt in eo de euictione, nec ad vllum intereſſe teneantur, vt ibid. n.29.l.1
Emptor fiſci percipit penſionem cedentem poſt ipſam venditionem, etiamſi ea ſoluatur pro fructibus ante venditionem perceptis, & hoc ſpeciali fiſci fauore, quia hoc priuilegium emptori fiſci datur in compenſationem damni, quod cogitur ſtare colono fiſci. c.33.n.15.l.1
Emptor fundi non tenetur ſtare colono, niſi aliud conuenerit. c.8.n.1.& 31.& 5.l.2
Ratio communis aſſignatur, quod procedit, etiamſi in locatione adſit pactum de non alienando, dummodo cum eo non adſit hypotheca ſpecialis, idem num. 14. ſecus ſi adſit, idem num. 25. & 30. lib.2. vbi quod non ſufficit generalis: & quid ſi vltra obligationem perſonalem conductor pro obſeruantia ſuæ locationis habeat obligata omnia bona locatoris. idem n.15.cum ſeqq.l.2
Emptor an poſſit expellere colonum, vel inquilinum, quando hic habet omnia bona locatoris obligata pro ſecuritate locationis vltra obligationem perſonalem. c.8. n. 15. & ſeqq. vbi latè agitur de hoc lib.2
Enormis læſio circa manuum iniectionem in clericum quæ dicatur: exceſſus notorius, quando dicatur: exceſſus notorius, quando dicatur enormis læſio. c.5. n.16. & 17.l.1
Epiſcopus publice excommunicatus non poteſt iudicem aliquem inſtituere, quinimo nec ipſe Epiſcopus excommunicatus, nec eius vicarius inſtitutus de cauſa cognoſcent, ſed adiri debet Papa, vt prouideat. c.5. num.83. l.1. Secus eſt in delegato, nam ipſius iuriſdictio non ſuſpenditur per excommunicationem delegantis. ibid.n.84.l.1
Epiſcopo exſiſtente ſuſpecto, cenſetur etiam in conſequentiam ſuſpectus eius officialis. c.1.n.86.l.1
Epiſcopo abſoluto ab excommunicatione, ipſius vicarius poterit iuriſdictionem exercere, ſicut ante excommunicationem. c.1.n.87.l.1
Epiſcopus duos canonicos in ſuo ſeruitio habere, occupareque poteſt, ad idque eos compellere. cap.1, n.149. lib.1
Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate occulta. c.3.n.8.lib.1. ſecus ſi ſit publica, vel deducta in iudicium, vt ibid. n.9. & 10. caſus practicatus. l.1
Epiſcopus ſiue eius vicarius generalis poteſt abſoluere ſubditum à ſententia excommunicationis lata à iure, nulli tamen reſeruata. c.5.n.1.l.1
Idem eſt in excommunicatione lata per conſtitutionem inferioris, confirmata tamen à Romano Pontifice. ibid. n.2. atque in ſuſpenſione lata ob contumaciam & non in pœnam, ſine termino & reſeruatione. ibid.n.3.l.1
Epiſcopus non poteſt abſoluere à ſuſpenſione temporaria intra tempus. c.5.n.6.l.1
Epiſcopi nequeunt contra Concilia diſpenſare. cap.5. num.10. lib.1
Epiſcopus non poteſt abſoluere à ſuſpenſione lata in pœnam alicuius delicti, etiam à iure, ſiue temporalis, ſiue perpetua ſit. c.5.n. 4.l.1. niſi in ſuſpenſione impoſita ob adulterium, vel alia minora delicta. ibid.n.5.l.1.
Epiſcopus non poteſt diſpenſare circa ſuſpenſionem triennij, quam incurrit parochus, qui interfuit matrimonio clandeſtino. c. 5.n.9.l.1
Epiſcopus poteſt abſoluere à ſententia excommunicationis, quæ ob manuum violentarum iniectionem in clericum ob leuem & modicam iniuriam incurritur. c. 5. n.11.l.1
Et quæ dicatur iniuria leuis in propoſito, relinquitur arbitrio Epiſcopi, ibid.n.14.& 15.colaphus eſt leuis percuſſio in propoſito. ibid.n.18.l.1
Epiſcopus Salmantinus recte procedere poteſt virtute breuis Sixti V.P.maximi aduerſus clericos & præceptores contra præfatam conſtitutionem, & literas Apoſtolicas facientes, docentes vel aſſerentes, monitione præmiſſa. c. 7. n.40.l.1
Epiſcopus tempore ceſſationis à diuinis poteſt celebrare, vt quilibet ſacerdos tempore interdicti. c.10. n.6.l.1
Epiſcopus poteſt concedere monitorias generales, hoc eſt, cartas de excommunion. ad inſtantiam cuiuſcunque petentis eas. c.11.n.1.l.1
Sed ſolus Epiſcopus eas decernere poteſt, alij vero inferiores minime. ibid. n.3.l.1
Epiſcopus an diſpenſare poſſit cum homicida occulto, c.13.n.16.& ſeqq.lib.1
Epiſcopi, non vero eorum Vicarij, poſſunt, abſoluere ab hæreſi occulta, attento Concilio Tridentino, c.13.n.26.l.1. Hodie ſecus per bullam in Cœna Domini. ibid, n.31.l.1
Epiſcopus poteſt poſt contractum matrimonium ante illius conſummationem, ſi ita expedire iudicauerit ex aliqua cauſa remittere denuntiationes, & ſi non ſit ſuſpicio, quod matrimonium malitioſe impediretur. c.19.n.11.l.1
Non tamen id facere poteſt ſine aliqua cauſa. ibid. n.12. lib.1.
Epiſcopus ex rationabili cauſa poteſt diſpenſare ne denuntiationes alias ad matrimonia contrahenda requiſitæ fiant, vt in exēplis hic poſitis. c.20.n.10.l.1
Epiſcopus poteſt diſpenſare cum inceſtuoſo, vt contrahat cum illa muliere quæ ſibi ratione inceſtus affinis affecta non eſt, & ita ſe habet conſuetudo, c.23.n.10.& 12.l.1
Epiſcopus poteſt contra canonem Papæ, aut Concilij pure pœnalem diſpenſare, quando ei ſpecialiter hoc non prohibetur. c.23.n.11.l.1
Epiſcopus an poſſit diſpenſare cum inceſtuoſo ad exigendum debitum ab vxore ſua. c.23.n.15.& 20.l.1.
Et quid ſi inceſtus ſit ſceleratiſſimus, vtputa commiſſus cum ſorore vxoris, aut cum ſocru. n.16.l.1
Epiſcopus an poſſit diſpenſare cum contrahente matrimonium contra votum ſimplex ad exigendum debitum. c. 23.n.17.l.1
Epiſcopus licet regulariter non poſſit condere ſtatuta, aut diſpenſare contra canones, fallit tamen ex cauſa euidenti & neceſſaria. c. 23. n.18.l.1
Epiſcopi in locum Apoſtolorum ſucceſſerunt in eo quod ſunt Paſtores, non vero in ordine quo Apoſtoli fuerunt religioſi. c.25.n.12.l.1
Epiſcopus, qui confert ordines, aut ſubditus, qui eos recipit citra ætates ſtatutas à Concil. Trident peccat mortaliter, & ordinator huiuſmodi per annum à collatione clericalis tonſuræ, ob huiuſmodi culpam ſuſpenditur. c.26.n.17.l.1
Epiſcopi debent cauere ab ordinando pueros in aſpectu, quamuis vigeſimum quintum annum attigerint, ne forte ſubrepat in opprobrium ordinis clericalis. c.26.n.35.l.1
Et præterea ne iis ſacri muneris diſpenſationem committant, qui ob imbecillitatem intellectus, atque debitæ conſiderationis diuina miniſteria parui pendant. ibid.n.36.lib.1
Caueant etiam, ne indoctos ordinent, atque eos, qui male legunt, ne ignorantia cauſet contemptum, n.37. lib.1
Epiſcopi taxare poſſunt quando ſtipendio ille dignus, ſit, qui tali ſeruitio eccleſiæ mancipatur, dum tamen abſit emptionis vel venditionis cogitatio. c.29.n.3. l.1.
Epiſcopi, clerici, monachi, & monachæ licite accipere poſſunt portiones, eleemoſynas, & ſtipendia, quæ pia conſuetudine aut lege naturali, diuina aut humana iuſta aliquod tale opus ſpirituale facientibus debentur. c.19.n.14 Secus ſi alias ad id tenerentur, vt in n.15. Gratis tamen oblatum accipere poſſent. vt ibid. l. 1.
Epiſcopus ſicut non poteſt tollere aut reſtringere ius commune, ita nec conſuetudinem generalem, c.30. n.22. lib.1
Epiſcopi non debent pati celebrari diuina in domibus priuatis, atque omnino extra eccleſiam & oratoria ad diuinum tantum cultum dicata, ab eiſdem ordinariis aſſignanda & viſitanda. c.30. n.24.l.1
Hodie licet ex cauſa neceſſitatis, & cum licentia Epiſcopi. vt ibid.n. 28. & 29.l.1
Epiſcopus poteſt & debet viſitare omnia hoſpitalia, & curare, vt ad eum vſum teneantur, in quem ſunt inſtituta. c.35.n.6.l.1
Epiſcopus non poteſt ſe intromittere ſuper bonis hoſpitalis pauperum infirmorum, neque ſuper redditibus ipſorum, neque aliquid debet agere cum adminiſtratoribus dictorum locorum, neque eos cogere ad reddendam rationem. c.35.n.17.l.1
Hoc fallit, quando pia loca eſſent conſtructa auctoritate Epiſcopi, vel quando eſſemus in dubio, & dicta loca haberent aliqua ſigna, per quæ oſtenderetur ea eſſe conſtructa auctoritate Epiſcopi, vel quando eſſemus in dubio, & dicta loca haberent campanile, &c. ibid.n.18.& 20.l.1
Hodie attento ſancto Concilio Tridentino indiſtincte poteſt Epiſcopus viſitare omnia pia loca. c.35.n.19. & n.26.l.1
Epiſcopus in viſitatione hoſpitalis, aliorumque piorum locorum quid poſſit facere. c.35. n.27.l.1
Epiſcopus viſitare poteſt depoſita publica frumenti, nempe, las alhondigas, ac rationes reuidere. cap.35. n.28.l.1.
Epiſcopo quarta an debeatur ex relictis confratriis. c.35.n.55.n.7.& n. 13.l.1.
Epiſcopus poteſt concubinarios, &c. laicos punire. c.7. n.22.l.2
Epiſcopus ex duobus præſentatis à diuerſis patronis inſtituere tenetur præſentatum à maiori parte, ſi idoneus & dignus, ſit etiamſi præſentatus à minori parte dignior ſit: idem erit, ſi patronus dignum Epiſcopo præſentauerit, omiſſo digniori. c.11. n.20. & 21, lib.2.
Epiſcopus ex pluribus clericis præſentatis ab vno eodemque, patrono, vel æquali patronorum ſuffragio, tenetur in vtroque foro digniorem eligere. c.11. n.23.lib. 2
Epiſcopus tamen poterit reuocare quæ nondum ſortita fuerunt effectum. c. 17. n.16.lib.2
Epiſcopum offendere videtur, qui ſuum Vicarium offendit. c. 17. n.16.l.2

Epiſcopi & eius Vicarij vnum & idem conſiſtorium & tribunal. c.17.n.16.l.2

Epiſcopus ſemper poteſt in iuramentis diſpenſare, quando impleri non poſſunt ſine interitu æternæ ſalutis, alias ſolus Papa. c.22.n.23.l.2

Epiſcopus an poſſit diſpenſare in votis conditionalibus, ſiue pœnalibus, quæ alias ſi abſolute fiunt, minime poſſet. c.22.n.45 & ſeqq.50.51.53.l.2

Epiſcopus diſpenſare poteſt cum ſuis parochianis in cæteris votis, præter ſupradicta, & etiam in voto caſtitatis non perpetuæ. c.22.n.48 l.2

Epiſcopus an poſſit diſpenſare in voto continentiæ perpetuæ in caſu capituli veniens, qui clerici vel vouentes. c.22.n.49.l.2

Epiſcopus omiſſo digniori non debet eligere conſanguineum minus idoneum. c.23.n.64.l.2

Epiſcopus qui iuſtam mercedem temporalem ſuis famulis ſoluit, poteſt idoneis beneficia conferre. c.23. n.67.lib.2

Epiſcopus recipiens famulum cum certo ſalario annuatim præſtando, donec ſibi prouideat de beneficio competenti, an ſimoniam committat. cap.23. n.70.cum ſeqq.lib.2

Epiſcopi iure communi vti debent, iudicando ſecundum allegata & probata, non vero ſecundum priuatam conſcientiam ſuam. c.19.n.20.l.2

Eunuchi quid diſtent à ſpadonibus. c.16.n.15.l.1

Euentus ex aliquo ſequuti opere minime quidem ab operante præcogitati, ſed præter eius intentionem contingentes, imputantur operanti, ſi illi euentus per ſe & neceſſario ſequuntur ex opere priori, aut ſaltem, vt in pluribus ex illo eueniunt & euenire ſolent. c.6.n.45.l.2

Exceptio tituli vel dominij non impedit poſſeſſionis reſtitutionem: ergo agi poteſt contra ſingularem poſſeſſorem habentem titulum & bonam fidem, non eſt bona conſequentia. c.34.n.78.& 80.l.1

Exceptio retentionis ratione expenſarum factarum in re, quam quis condemnatus eſt reſtituere, poteſt obiici in executione ſententiæ, etiamſi iure retentionis reſeruatum non ſit in ea, & an procedat in exceptione retentionis melioramentorum liquidandorum. c.8.n.59.l.2

Excommunicatio hæreſi cohæret, ſicut lepra leproſo, & homini vmbra. c.1.n.9.lib.1

Excommunicatus occulte hodie nullo modo vitandus eſt, nec etiam ante denunciationem, cuius excommunicatio duobus etiam teſtibus probari poſſet. c.1.n.24.l.1

Excommunicationis fama publica non ſufficit ad hoc vt teneamur aliquem vitare ante denunciationem. c.1.n.25.l.1

Excommunicatio quotuplex ſit in propoſito, ad ſciendum an excommunicatus vitandus ſit, vel non. c.1. n.26.lib.1

Excommunicatus nominatim dicitur, qui nomine proprij officij vel dignitatis, aut aliquibus poſitis ſignis indubitatis excommunicatur, vt hic, quamuis vitandus non ſit, etiam à ſciente quouſque fuerit declaratus & denunciatus per iudicem. cap.1. num.28. lib.1

Excommunicatus nominatim non eſt, quicunque fecerit aliquid contra canonem id ipſum facientem excommunicantem. c.1.n.27.l.1

Excommunicatus nominatim, & declaratus per iudicis ſententiam, quæ illum denuntiat, mandatque denunciandum publicum excommunicatum, vitandus eſt, antea vero non. c.1.n.29.l.1

Atque vſus, communiſque interpretatio Chriſtiani orbis in hunc ſenſum accepit conſtitutionem Concilij Conſtantienſis, per quam nunc non negatur ſepultura iis, qui excommunicati moriuntur, niſi ſunt denunciati. ibid n 30.lib.1

Et an ſuperiora procedant in interdictis vel ſuſpenſis nominatim, &c. ibid.n.43

Excommunicationis publicatio vbi fiat. c.1. num.31. lib.1

Excommunicationis publicatio facta in conſiſtorio iudicis coram paucis non ſufficit. c.1.n.33.& 34.l.1

Excommunicatio non eſt neceſſarium vt omnibus de ciuitate ſit manifeſta, ſed ſatis eſt quod tranſeat in notitiam viciniæ, ſeu maioris partis in qua actus geritur, ſicut de notorio dicitur. c.1.n.34.l.1

Excommunicatorum denunciationes quomodo fiant. c.1. n.35. lib.1

Excommunicationis pœna ipſo iure affligit & inhabilitat quoad omnes ſuas potentias illum, qui in eam incidit, abſque alia declaratione, trahit namque ſecum executionem paratam. cap.1. n.37.lib.1

Excommunicatus regulariter peccat aliis communicando, etiam ante denunciationem & magis quam alij eidem communicantes poſt denunciationem; quo fit, vt ipſe excommunicatus ante denunciationem teneatur ſe abſtinere à communicatione fidelium, & à diuinis. c.1.n.38.l.1

Excommunicatus occulte tenetur ſe vitare à communione fidelium, & à diuinis abſtinere ante denunciationem. cap.1.n.39. lib.1. & an id procedat, quando ex hac euitatione occultum eius crimen, occultaque excommunicatio prouideretur cum graui ſcandalo. ibid.n 40

Excommunicatus occultus, ſi habeat alias ius compellendi ſacerdotem, vt habet parochianus eius, petit autem Euchariſtiam in publico, tenetur ei parochus miniſtrare, ſicut occulto peccatori: ſecus ſi occulte petatur, vel in publico & notorio excommunicato, etiamſi non ſit denunciatus. cap.1. n.50.l.1

Excommunicato cuicunque non eſt exhibendum Sacramentum Pœnitentiæ. c.1.n.51.l.1

Excommunicatis dubiis (hoc eſt) occultis licitum eſt porrigere Euchariſtiam, etiam ceſſante ſcandalo, ſi non porrigeretur. c.1.n.52.l.1

Excommunicatus abſoluendus eſt in articulo mortis à quolibet ſacerdote, nullaque reſeruatio eſt in illo articulo. c.1.n.58.l.1

Excommunicatus tunc dicitur nominatim declaratus, quando in ſua parochia publicatur illum eſſe excommunicatum, vel in concione publica, & alias, vt hic. c.1.n.77.l.1

Excommunicationis ſententia publice lata intelligitur, ſi iudex eam tulerit in loco, vbi publice iudicare conſueuit: hoc tamen hodie non procedit. c.1.n.78.l.1

Excommunicati occulti omnes actus geſti, ſiue ſint ciuiles, ſiue ſpirituales, ſunt validi. c.1. n.81.l.1

Excommunicatus iudex occulte, ac proinde toleratus ab Eccleſia, an poſſit alterum excommunicare. c.1.n.82.lib.1

Excommunicatio lata à iudice excommunicato tolerato ab Eccleſia, operatur omnes ſuos effectus. c.1.n 88.lib.1

Excommunicatus occulte licite ſaltem valide poterit alteri facultatem concedere audiendi confeſſiones, publice autem excommunicatus minime. cap.1. n.89. lib.1

Excommunicatus non lucratur fructus ſui beneficij, vel præbendæ, dum excommunicatus exſiſtit, licet à ſententia excommunicationis appellauerit. cap.1. n.90.lib.1





Excommunicatus, durante excommunicatione non facit fructus beneficij ſuos, & ſi quos percepit, tenetur ad eorum reſtitutionem. c.1.n.29.l.1

Nec requiritur ad hoc quod ſit denunciatus, ibid. n.93.lib.1.

Excommunicatus ipſo iure amittit fructus ſui beneficij, abſque eo, quod in ſententia hoc exprimatur. c.1. n.94. lib.1

Excommunicatus fortius priuatur diſtributionibus quotidianis. c.1.n.95.l.1

Excommunicatus iuſte, etiam ante denuntiationem non lucratur fructus, neque diſtributiones quotidianas ſui beneficij, vel præbendæ. c.1.n.103.l.1

Excommunicatis & reipublicæ hoſtibus ſunt beneficia ſubtrahenda, in quantum propter hoc arceantur à culpa. c.1.n.104.lib.1

Excommunicatus vel ſuſpenſus iuſte, etſi ſua culpa, tenetur ſoluere penſionem, ſi beneficij retinet poſſeſſionem; idem ſi iniuſte ſit excommunicatus, cum nõ amittat fructus ſui beneficij. c.1.n.124.& ſequen. l.1. Idem eſt in charitatiuo ſubſidio. ibid. n. 125

Excommunicatus iuſte lucratur fructus ſui beneficij, ſi hoc in ſententia Papæ declaretur. c.1.n.133.l.1

Excommunicato in caſu extremæ neceſſitatis ſubueniendum eſt de fructibus ſui beneficij, ne fame pereat. c.1.n.134.l.1

Excommunicatus iniuſte non amittit fructus ſui beneficij vel præbendæ, quos tunc recuperabit per viam iuſtitiæ, principaliter querelando vel ſuper hoc agendo, non vero per viam attentatorum. c.1.n.135.& 136.l.1.

Excommunicatus iniuſte non amittit diſtributiones quotidianas, quas etiam percipiet ita demum, &c. vt hic c.1.n.137.l.1

Excommunicatus ob cauſam ſuæ eccleſiæ, etiam iuſte, lucratur fructus ſuæ præbendæ. c.1.n.149.l.1.

Excommunicatus à iudice an poſſit per confeſſarium abſolui virtute bullæ Cruciatæ, vel iubilei, ſatisfacta parte in vtroque foro. c.1.n.1.& ſequentib. præcipue. n.10.& 11. & 12.l.1

Excommunicationis ſententia pro futuris culpis non eſt in quenquam infligenda. c.4.n.2.l.1

Excommunicationis ſententia lata, non præcedente trina monitione, non eſt nulla, ſed iniuſta. cap. 4. n.4.lib.1

Excommunicatio generalis à Canone vel ſtatuto ferri poteſt, tam pro præteritis, quam pro futuris culpis. c. 4. n.6.l.1

Excommunicatio generalis poteſt in hunc mundum ferri, Quiſquis furtum fecerit, ſit excommunicatus. c. 4.n.5.lib.1

Excommunicationis ſententia generalis ferri poteſt ab homine in eos, qui tale crimen commiſerint, quoties illud in aliqua vrbe, oppido vel prouincia ita frequens ſit, vt merito pro quiete & ſecuritate, ac bono regimine reipublicæ, generalis monitio, atque animaduerſio requiratur. c.4.n.10.lib.1. Idem erit, quoties ob præcedentem cauſæ cognitionem, vel aliud, iudex futuram contumaciam coniectura veroſimili præſumit, vt in exemplo de quo hic, c.4.n.11.lib.1

Excommunicare quis poteſt ea conditione, ſi intra certum terminum non ſatisfecerit huiuſmodi, tunc ſententia appellatione medio tempore interpoſita ſuſpenditur. c.4.n.19.l.1

Quod procedit, etiamſi ſententia excommunicationis dicat, niſi ſatisfecerit creditori intra menſem, ex tunc excommunicatus ſit. ibi n.20.l.1

In hac ſententia excommunicationis conditionalis, adueniente die vel conditione, ipſa excommunicatio ſtatim locum habet abſque aliqua denuntiatione. ibi n.21.l.1

Non tamen retrotrahitur ad diem pronuntiationis, ibid.n.23. ſed appellatio medio tempore interpoſita eam ſuſpendit, ibid. n.14.l.1

Et ſatis eſt quod appellatio prædicto caſu interponatur ante conditionis vel diei euentum, etiam poſt lapſum decem dierum damnatorum ad appellandum, alias regulariter, ibid.n.25.l.1

Excommunicatio generalis vt feratur aduerſus participantes cum excommunicato, quam monitionem requirat, c.4.n.32. l.1. & n. 43. praxis excommunicandi nominatim participantes cum excommunicato, vt iuridica ſit. lib.1

Excommunicatus iniuſte reſpectu cauſæ, non eſt priuatus communibus & generalibus ſuffragiis Eccleſiæ Catholicæ. c.4.n.34.l.1

Si tamen ſit iniuſte excommunicatus ex defectu notabilis ordinis iuris, ligat in vtroque foro, ibid.n.35. lib. 1

Excommunicationis ſententia iniuſta reſpectu cauſæ non priuat communibus & generalibus ſuffragiis Eccleſiæ Catholicæ: ſecus ſi ſit nulla ex defectu notabilis ordinis iuris. c. 5. n.34.& 35.l.1

Excommunicationis ſententia nulla non eſt timenda, nullitatis cauſa publicata. c. 4. n.36.l.1

Excommunicatio nulla, neque in animæ iudicio, nec in exteriori vllum effectum habet, ſi conſtet eam eſſe nullam c.4. n.37. l.1. Quomodo autem non ſit ſeruanda, docetur. n.38.l.1.

Excommunicationis nullitas ſi ſapientibus nota ſit, vulgus autem ignorat, poteſt excommunicatus coram illis ſapientibus eam non ſeruare, in publico vero eam ſeruare, debet, quouſque ſcandalum rationabiliter ſedauerit. c. 4.n.41.l.1

Excommunicatus publice ſi nulliter denuntiatus publicet ſufficientem cauſam nullitatis ad euitandum ſcandalum, quo facto, ſi aliquis tunc ſcandalizetur, non erit ſcandalum puſillorum ſed Phariſæorum, c.4.n.42. lib.1

Excommunicatio eſt meri imperij. c. 5.n.25.l.1

Excommunicatio gladius cenſetur ſpiritualis. cap. 7. n.26.lib.1

Excommunicatio non incurritur vbi quis certus eſt propter aliquam circumſtantiam, neque peccaſſe mortaliter. c.7.n. 29. & 30. l.1

Excommunicatio infligi poteſt pro re futura prohibenda, etiamſi alias non eſſet peccatum. cap.7. n.31.& declaratur n. 32.l.1

Excommunicationis nullitas quibus ex cauſis contingat. c. 4.n.40.lib.1

Excommunicatio eſt maior pœna, quæ eſt in eccleſia, c.9.n.5.lib.1

Excommunicatio dicitur mucro Epiſcopi, & eſt maxima pœna, ſicque non debet infligi pro leuibus criminibus ſed pro peccato mortali. c.9.n.6.l.1

Excommunicatio generalis lata in ſcientes furtum, & non reuelantes, non obligat eum qui aliquid accepit ſine ſcandalo, in recompenſam certi debiti liquidi ſibi ex iuſtitia, quod alio modo non poterat recuperari, neque etiam obligat id ſcientes, modo pro comperto habeant pro debito legali res illas fuiſſe ſubtractas: ſecus tamen ſi dubitaret, licet ſubripiens id affirmet, niſi tanta fide & virtute apud eos polleret, vt merito propter eius dictum certi efficerentur: quod procedit, etiamſi Epiſcopus iuberet reuelare eos, qui rem illam pro recuperatione ſui debiti acceperint: quia huiuſmodi monitoriæ continerent errorem intolerabilem, ac proinde non valerent; c. 11. n.67.l.1. vbi n.68. ampliatur

in vxore aliquid ſubripiente de bonis mariti prædicto modo. n. 69. vbi quod debet cauere ne iterum ſibi debitum ſoluatur. lib.1

Excommunicatio regulatur ab intentione excommunicatoris. Idem eſt in excommunicatione generali. c.11.n.78. & 79.l.1

Excommunicati impœnitentes per Principem ſæcularem puniuntur. c.12.n.5.l.1

Excommunicati, de quibus in l.1. tit. 5. de los deſcomulgados, l.8 Nouæ Collection. Regiæ poſſunt puniri à iudice eccleſiaſtico. c. 12.n.5.l.1

Excommunicatus punitus in vno foro pœnis dictæ l. Reg. non poterit in altero amplius eiſdem puniri, c.12.n.7. lib.1

Excommunicatio incurritur propter crimen occultum per accidens, & propter pene occultum alias à iure impoſita. c.13.n.6.lib.1

Excommunicati non poſſunt, etiamſi velint, eligere durante tempore excommunicationis. c.28.n.3.l.1.

Excommunicato non currit præſcriptio, non ſolum quando eſt excommunicatus pro iuribus ſuæ Eccleſiæ, ſed etiam pro rebus propriis. c.28.n.7.l.1

Nec tunc eſt neceſſaria reſtitutio ad ſubducendum illud tempus impedimenti excommunicationis de medio. ibid.n.9.lib.1

Excommunicatio proferri non debet niſi pro peccato mortali, aut inobedientia iuſti præcepti, &c. c. 16. n.16.lib.2

Excommunicatio iniuſta ratione notabilis ordinis iuris omiſſi ligat in vtroque foro: idem in excommunicatione iniuſta ratione cauſæ, hæc namque timenda & obſeruanda eſt, licet non priuet communibus & generalibus ſuffragiis eccleſiæ. c. 16. n.19. lib. 2

Excommunicatio autem nulla, ſi id notorie conſtat, non eſt timenda quoad Deum, neque quoad eccleſiam, vt latius eodem n.19.l.2

Excommunicatio lata poſt appellationem legitimam eſt nulla, quod procedit in extraiudicialibus, vt in n. 22. limitatur tamen hæc concluſio, quando prælatus procedit extraiudicialiter, vt pars ad conſeruationem iurium ſuorum, vt in n.24. vbi quomodo hoc intelligatur. c. 16.n.2.l.2

Excommunicatio lata poſt appellationem legitimam non habet effectum, neque vires aſſumit, licet poſtea appellatio fuerit deſerta, vel eidem renuntiatum tacite: ſecus ſi expreſſe. c.16.n. 30.l.2

Excommunicatio lata poſt legitimam appellationem, tunc non impedit celebrationem, quoties excommunicatus iuſtam eſſe credat ſuam appellationem: ſecus ſi iuſte crederet ſe eſſe excommunicatum, quia tunc celebrando efficitur irregularis. c.16.n.33. l.2

Excommunicatio eſt ſpiritualis pœna, non autem quæcunque alia pœna eccleſiaſtica, canonicane, prout eccleſiaſtici interdicti, aut irregularitas quæ non eſt ſpiritualis pœna. c.30.n.21.l.2

Excommunicationis nullæ plures caſus remiſſione referuntur. c.16.n.20.l.2

Excommunicatus eſt qui cum poſſit, noluit, obuiare manifeſto facinori percuſſionis in clericum commiſſo. c.6.n.69.l.2

Excommunicatus poſt ſuam legitimam appellationem quare denuntiatur publice, & euitari præcipitur in omnibus, ſi vere non eſt excommunicatus. cap.16. n.32.lib.2

Excuſatur à reuelatione facienda aliquid ſciens, ſi iis à quo id ſciuit denuntier. c.11.n.27.l.1

Examen nouitiarum faciendum. c.1.n.29.l.2

Exſecutiua via agi poteſt contra illum, cui literæ penſionis intimatæ fuerunt: ſecus aduerſus illum, cui intimatæ non fuerunt, ſed via ordinaria tunc procedendum erit. c.1.n.133.l.1

Exſecutio inſtrumenti annuas præſtationes continentis retardari non debet per exceptionem vſuræ, vel nullitatis contra id oppoſitam, ſi iterum atque iterum fuit iam exſecutioni mandatum. cap. 18. n.31. lib. 1

Exſecutor ſuper gratia datus à Papa, mortuo Papa, etiam re integra gratiam exſequitur. cap. 17. n. 3. lib. 2

Exhæredari poſſunt filij non ſolum vna ex quatuordecim cauſis à iure expreſſis, ſed etiam ex ſimilibus: idem in donatione, quæ non ſolum ob cauſas à iure expreſſas reuocari poteſt, ſed etiam ob ſimiles. c.14.n. 4. & vide ibid. n. 6.lib.1

Exhortatio ad ſobrietatem. c. 4. n 44.l.2

Exercens in arena operas ſuas cum beſtia detenta, peccat mortaliter, & aſpiciens eſt infamis. c.7.n.5. lib. 1

Exercens vnum actum iuriſdictionis, animo acquirendi vniuerſalem in loco, videtur in totum iuriſdictionem acquirere, dummodo alius non ſit in poſſeſſione generali. c. 21.n.108.l.2

Expenſæ prodigæ & profani apparatus fieri ſoliti ex pacto tacito vel expreſſo, dum vel ingrediuntur monaſterium, vel profeſſionem emittunt, non ſunt liciti. c. 31.n.69.l.1

Expenſæ factæ in affigendis edictis, & aliis pro electione facienda Magiſtralium, & Doctoralium præbendarum vnde ſoluendæ. c.1.n.129.l.1. Et quid in expenſis factis in electione prælati, ibid. num.130. lib. 1

Expedjentior & aptior ad munus Paſtorale eligendus eſt neceſſario ad Epiſcopatum, & præſtantior Eccleſiæ tribuendus. c.11.n.64 l.2

Expreſſio non ſufficit quod in genere fiat, vt interpretatio ſaluetur à ſubreptione. c.5.n.23.l.2.

Exprimendum eſt neceſſario matrimonium fuiſſe ſcienter contractum ante diſpenſationem, ad hoc, vt diſpenſatio poſtea impetrata teneat. c. 15. n.135. lib. 2

Exponens ſe periculo probabili peccandi, peccat tale peccatum, quale periculum eſt. c.1.n.68.l.1.

Exodi c.20. intellectus c. 30.n.22.& 18.lib.2

Extrauagans, quæ Ioanni 22. tribuitur, quamuis male refertur, declarans quæ percuſſio dicatur leuis, ad hoc vt Epiſcopus abſoluere poſſit à ſententia excommunicationis ob eam incurſam. c.5.n.15.l.1

Extrauagans ambitioſæ, de rebus eccleſiæ non alien. Pauli Veneti eſt ſeruanda, vbi fuit à principio recepta. c. 8.n.4.l.1

Extrauagans ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ non alienand. an ſit in vſu. c.8.n. 9. & 7. lib.

Extrauagans ambitioſæ, an habeat locum, & procedat non ſolum in bonis eccleſiarum, ſed etiam in locatione fructuum ſiue reddituum beneficiorum. c.8.n.14. & 15.lib.1

Extrauagans ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ, dubium eſt an ſit apud Hiſpanos deroganda, quandoque enim admiſſa eſt, quandoque neglecta. c.8.n.8.l.1

Extrahens ſagittam, aut aliud telum corpori alicuius infixum, cum non ſit medicus vel chirurgus, vt citius moriatur, vel ſi ex hoc ipſe vulneratus moriatur, celeriuſque alias moreretur, irregularis eſt, alias non: idem in iubente & rogante & conſulente, c.6. n.35. lib.2

Exteri à populo prædicta furantes, proculdubio indiſtincte ad reſtitutionem damni, præter peccatum mortale, quod committunt, tenebuntur. c.27.n.21. lib. 2

Factum

F

FActum iudicis reputatur factum patris, c. 2. n. 2. & quomodo hoc intelligatur ibid. n.16.l.1

Factum non ſufficit generaliter exprimi, niſi exprimatur modus. c.15.n.24.l.2

Facto diuortio quoad thorum ob culpam viri, vxori reſtituenda eſt dos & medietas lucrorum ante quæſitorum: idem eſt in lucris poſt ſeparationem quæſitis. c.14.n. 14. & 15. lib. 1. Neque hoc caſu vxor aliquid viro acquirit, nec communicat, vt in n.16. lib. 1. Secus ſi culpa vxoris, non viri fiat diuortium quia tunc quidquid ipſa acquirit, viro communicare tenetur. n.17. lib.1. Nec in hac ſpecie vxor aliquid habebit ex bonis antea per maritum quæſitis, vel poſtea quærendis n. 18.l.1

Facultas in diplomate Cruciatæ conceſſa ad abſoluendum ab excommunicatione, ſatisfacta parte, non eſt amplior, quam verba ſonant, vnde abſolui non poterit virtute bullæ, qui ob impotentiam ſoluere non poſſit, quamuis hic quoad Deum ſit abſolutus. c.5. n. 29. lib. 1. Et nomine patris in propoſito non intelligitur iudex, vt in exemplo hic poſito cum ſua limitatione. ibid.n. 30. lib. 1. Neque hoc caſu excommunicatus non data rebellione, tenetur ſoluere iura iudici, nec tabellioni, ad hoc vt poſſit abſolui. ibid. n.31.l.1

Facultas Regia ad faciendum maioratum de omnibus bonis alicui conceſſa, conditione adiecta, vt cæteris filiis alimenta competentia relinquantur, eſt iuſtiſſima, & in foro conſcientiæ tuta, reſpectu omnium ea forma ſeruata. c.14.n.40.l.2

Facultas Regia ad faciendum maioratum de omnibus bonis conceſſa ei, qui quamuis non habeat deſcendentes legitimos habet tamen aſcendentes huiuſmodi, an valeat. c.14.n.41.& ſeqq l.2

Facultas Regia ſecunda ad faciendum maioratum, debet mentionem prioris facere, alias non valebit. c.15.n.94.lib.1

Facultas ſecunda ad bona maioratus alienanda, vel hypothecanda, prioris debet meminiſſe, vt valeat. c.15.n.95.l.1.

Facultas Regia ad primogenium inſtituendum, non facta mentione liberorum, quos habebat impetrans eorum tamen in genere meminit, an valeat. c. 15. n.95.lib.1. Et quid in legitimatione filij. c.15.n.97. lib. 2

Falſitas, aut ſubreptio cauſæ impulſiuæ, quæ Principem mouet, aut moueret ad difficilius concedendum, quod ab eo petitum eſt, Principis gratiam inualidam efficit. c. 15.n.23.l.1

Falſitas, aut defectus cauſæ, an & quando vitiet reſcriptum, ſeu gratiam, & priuilegium Principis. c 15. n.14. cum ſequentibus lib. 2

Falſitas aut ſubreptio cauſæ impulſiuæ, quæ non leuiter Principem mouiſſet ad concedendum, ſed difficiliorem eum redderet, licet adhuc precibus annuiſſet, an vitiet conceſſionem Principis, necne. c.15.n.21. cum ſeqq. lib.2

Falſitas veri valoris beneficij expreſſa, an vitiet gratiam, etiam motu proprio conceſſam. c.15.n.74.l.2

Falſum teſtimonium contra aliquem innocentem in iudicio ſi quis dixerit, ad quid teneatur. c. 38.n.4. lib.1

Fama publica excommunicationis non ſufficit ad hoc, vt teneamur aliquem vitare ante denuntiationem. c.1.n.25. lib.1

Fama ſola impedimenti duobus teſtibus probata ſufficit ad impediendum matrimonium contrahendum. c.11.n.33.l.1

Famulus qui cuſtos eſt domus, vel ex qua latro exiit ad furandum, vel quam adit ad furandum, ſimiliter tenetur. c 6.n.111.l.2

Fauoris ratio attendi non debet, cum ius tertij læditur. c.32.n.43.l.1

Fauorabilis mere dici non poteſt ea diſpoſitio, quæ mixtum in ſe fauorem & odium continet. cap. 32. n.44. lib.1

Fauorabilibus perſonis ſic debitores ſumus ex iuſtitia, quod aliis iniuſtitiam facere non debeamus. cap.32. n.71. lib. 1

Fœminæ ſunt vicinitatis vitio ex amore, & ſexus natura admodum obnoxiæ. c. 4. n.22.l.2

Fœmina capere poteſt mercedem pro fornicatione à viris vxoratis, monachis & clericis, atque, retinere ab eiſdem ſecure, dummodo moderatum ſit, ac ſine fraude, & datum à perſona ſui iuris. cap. 10. n.24. lib.2

Fœmina fornicaria, quæ publica meretrix non eſt petere poteſt, & retinere ſecure in conſcientia, quod ſibi ob copulam promiſſum, aut ſolutum eſt. ibid. n.25.lib.2. Sed in foro exteriori actio eidem ad petendum denegatur. c 10.n.27.l.2

Fœtus ſi maſculus ſit, dicitur animatus 40. die à conceptione, fœmineus vero die 80. ab ipſo conceptu. c.6 n. 38. l. 2

Fera ab vno vulnerata, & ab altero capta, cuius ſit, c.28.n.49. & 50. lib. 2. Quid ſi fera per retia, & inſtrumenta venatoris illaqueata ſit, c.28.n.51. cum ſequentib. lib. 2

Fictio iuris ciuilis non eſt admittenda in cenſuris, vt retrotrahatur. c. 16.n.31.l.2

Fictio à lege introducta ſuper eo, de quo lex ipſa diſponere poteſt, habetur pro veritate cap.32.n.11. lib.1

Filius patrem hæreticum occultum accuſare, aut iudicibus indicare non tenetur, duobus caſibus exceptis, de quibus hic. c. 11.n.57.l.1

Filius preſbyteri, ex matre coniugata genitus, ſic ſciat ſecrete per vtriuſque parentis relationem ſe non eſſe legitimum, ſed filium preſbyteri, dummodo hoc ſit omnino occultum, poterit ſine diſpenſatione ad ſacros ordines promoueri, & beneficium curatum recipere. c.15.n.12. ſed contra, ibid. n.20. lib.1

Filius matrimonium contrahere poteſt ſine patris conſenſu. Idem in filia de iure Canonico. c.20.n.1. & 2. lib.1

Filius nihilominus cum conſilio patris vxorem ducere debet: quod à ſancto Concilio Tridentino non reiicitur, cap.20.n.3. & 4. & n. 7. ratio huius aſſignatur. lib. 1

Filius etſi ſine patris conſenſu poſſit matrimonium contrahere, non tamen ſine peccato poteſt patris conſilium ſpernere. c. 20.n.8.l.1

Filiusfamilias ducens vxorem indignam patre inuito vel neſcio, lædit ius patriæ poteſtatis ac proinde ei iniuriam facit, capit. 20. num. 13. lib. 1.

Filij communes facto diuortio inter coniuges, apud quem eorum morari ac nutriri debent. cap.14.n.19. lib.1

Filius fictus, ciuilis & improprius non excludit ſubſtitutum ſub ea conditione vocatum, ſi grauatus ſine liberis deceſſerit. c.32.n.10.l.1

Filius melioratus in tertia hæreditatis parte, cum grauamine, vt ſi ſine liberis deceſſerit, alteri filio teſtatoris reſtituat, ſi monaſterium ingrediatur, non ſuccedit monaſterium in ea parte, quæ legitima eſt filiorum, ſed alter filius vocatus. c.32.n.35.lib.1

Filius

Filius adoptiuus non operatur defectum ſubſtitutionis factæ alicui, ſi ſine liberis deceſſerit, cap. 32. n. 51. l. 1

Filius primogenitus ſi conſenſit locationi à patre factæ de rebus maioratus, tenebitur poſtea in eo ſuccedens eidem locationi ſtare, cap. 36, num. 10. lib. 1

Filius adulterinus vel ſuppoſitus, non tenetur credere matri id ſibi reuelanti, neque hæreditatem reſtituere, ſtulteque egiſſe filium Regis quendam, qui nimis credulus matri credidit ſibi dicenti ſe non Regis, ſed militis filium eſſe, & ob id Regno renuntiauit, cap. 38. num. 30. & 31. lib. 1. Quod procedit in foro etiam conſcientiæ, vt ibi n. 32. niſi tam vehemens eſſet matris perſuaſio, vt talis filius credere intus mente conuincatur, vt ibid. n. 33. lib. 1

Fallit ſecundo, ſi mater filium benigne, & amanter tractauerit, ipſaque ſit moribus reformata, &c. vt in n. 34. l. 1

Fallit tertio, niſi veritas tam euidenter probetur, vt nulla poſſit tergiuerſatione celari, tunc enim in conſcientiæ foro tenetur ei credere, vt in n. 35. lib. 1

Fallit quarto, ſi filius hic ex reuelatione matris haberet conſcientiam læſam. vt in n. 36. l. 1

Filia renuntians hæreditati paternæ nullo accepto, non excludit eius filios ab hæreditate aui, etiamſi præceſſerit filiæ iuramentum, ſi auus poſt filiam obierit cap. 1. num. 56. lib. 2. Idem erit, ſi filia tempore renuntiationis dotem congruam receperit, c. 1. n. 57. lib. 2

Filius in vita patris nullum ius habet in bonis ipſius, etiam pro legitima, nec in ſpe conſiderabili, niſi tantum poſt mortem patris & tunc dicitur quaſi debita ſibi legitima. cap. 1. n. 55. l. 2

Filius vel alius hæres per renuntiationem non excluditur à futura ſucceſſione, niſi demum ſucceſſione delata, & non ante, quia renuntiatio tacitam habere conditionem, ſi hæreditas renuntianti fuerit delata. c. 1. n. 58. l. 2

Filius legitimus an in vita patris religionem profitentis bonorum capacem poſſit petere legitimam portionem ſibi competentem in bonis ipſius, necne. c. 1. n. 75. l. 2

Filius in vita patris religionem profeſſi non poteſt petere legitimam ſecundum veriorem & receptiorem ſententiam, & proinde tenendam in iudicando & conſulendo, cap. 1. num. 79. lib. 2. Limitatur, ſi pater ingrediatur religionem incapacem bonorum ſaltem in communi. c. 1. n. 94. l. 1

Filius qui ingreditur monaſterium, patre viuente, non poterit legitimam conſequi. c. 1. n. 92. l. 2

Filius non dicitur petere debitum ex ſucceſſione, niſi quando pater eſt mortuus. c. 1. n. 80. l. 2

Filij preſbytorum ſunt adulterini, n. 38. ſed contrarium c. 7. n. 49. lib. 2

Filij ſacerdotis an & quando ſint ſerui illius Eccleſiæ, cuius parens eſt clericus. c. 7. n. 88. & 89. l. 2

Filius primogenitus efficit primum caput in linea deſcendentium: & filius ſecundogenitus ſecundum, ac tertius tertium, vt hoc ordine ad maioratus ſucceſſionem admitantur c. 14. n. 51. l. 2

Filius ſecundogenitus, nunquam dicetur primogenitus, dum aliquis filius, vel deſcendens à primogenito ſupereſt. c. 14. n. 53. l. 2

Filij & nepotes eorum qui diuinam vel humanam læſerint Maieſtatem, infamia notantur, & indigni cenſentur ad obtinenda officia publica & beneficia eccleſiaſtica. c. 30. n. 30. l. 2

Filij hæreticorum ante crimen commiſſum nati, an ſint infames, & in prædicta prohibitione cæteriſque pœnis canonicis comprehendantur, c. 30. n. 31. & ſeqq. & reſoluitur affirmatiue. n. 57. l. 2

Filij eius qui humanam læſit Maieſtatem, nati ante crimen, non puniuntur. c. 30. n. 32. l. 2

Filius natus ante dignitatem patris non conſequitur prærogatiuas & honores eius, & multo minus debet ei nocere crimen patris poſt eius natiuitatem commiſſum. c. 30. n. 34. & 35. l. 2

Filij nati ante priuilegium nobilitatis à Principe datum alicui, an cenſeantur nobiles. c. 30. n. 36. l. 2

Filij hæreticorum & receptatorum, an priuentur beneficiis obtentis tempore commiſſi criminis ipſo iure, vel per ſententiam. c. 30. n. 38. l. 2

Filij eorum qui in articulo mortis hæreſin commiſerunt pœnas canonicas patiuntur. c. 30. n. 39. l. 2

Filij hæreticorum, qui tales eſſe, vel deceſſiſſe probantur, non ſunt admittendi ad beneficium eccleſiaſticum, nec publicum officium. c. 30. n. 40. l. 2

Finis præcepti extrinſecus, & ad quem præceptum ordinatur, ſcil. cultus interior per fidem & charitatem, non eſt id, quod præcipitur, & ideo non cadit ſub præcepto. c. 31. n. 11. & 15. l. 1

Finis præcepti quod fertur de virtute aliqua morali, charitas eſt. c. 31. n. 16. l. 1

Fiſcus vendicans bona hæreticorum à poſſeſſoribus non tenetur eiſdem pretium ſoluere neque aliis tertiis poſſeſſoribus, quantumcumque per plures manus tranſierint. c. 5. n. 76. & 77. l. 2

Limitatur præterquam ſi pretium datum ab emptore, reciperetur inter bona ipſius delinquentis, vel ſi fuit conuerſum in vtilitatem bonorum delinquentis, & illa vtilitas cum bonis ad fiſcum fuit delata, ibid. n. 78. l. 2

Fiſcus num tenetur ad ſoluenda debita ab ipſo debitore contracta poſt commiſſum delictum, ſed ea tantum, quæ tempore criminis perpetrati ipſe delinquens contraxerat. c. 5. n. 91. l. 2

Fiſcus non debet diteſcere calamitatib. miſerorum. c. 9. n. 21. l. 2

Flebotomans cauſa medicinæ, non tenetur in aliquo, nec eſt irregularis, ſi infirmus deceſſit, ſi erat peritus in arte, & adhibuit diligentiam debitam, &c. vt hic c. 6. n. 168. lib. 2

Forma eſt indiuidua, & diuiſio formam corrumpit, c. 15. n. 114. l. 2

Forma eſt de genere indiuiſibilium, & quando plures ſolemnitates requiruntur ad actum omnes ſunt obſeruandæ, & ſi vna deficiat, omnes ſunt ex integro faciendæ. c. 15. n. 115. l. 2

Forma à lege inducta, vel à ſtatuto, in dubio cenſetur ſubſtantialis, & ſemper ad vnguem ſeruari debet. c. 15. n. 118. lib. 2

Formæ omiſſio, etiam in qualitate minima, vitiat. c. 15. n. 119. lib. 2

Forma cenſetur dari & conſtitui à delegante, etiamſi ordo alioqui à iure requiſitus inibi exponatur. c. 15. n. 121. lib. 2

Fornicarij, neque idolis ſeruientes, nec molles, nec maſculorum concubitores, neque adulteri, neque ebrioſi, regnum Dei poſſidebunt. c. 4. n. 11. l. 2

Forus conſcientiæ ſemper veritate innititur, atque ipſam comitatur aduerſus præſumptionem legis. c. 25. n. 14. l. 2

Fraus in propoſito cenſetur probata, ſi alienatio tunc fiat omnium bonorum, & aliis modis de quibus hic, cap. 5. n. 66. lib. 2.

Fraus ad damnum proximi tendens eſt pernicioſa, & peccatum mortale, niſi circa minima verſetur. c. 5. n. 81. lib. 2

Fructus

Fructus pendentes pars fundi ſunt, propter vnitatem, c. 8. n. 6. lib. 2

Fructus præbendæ, durante excommunicatione vel ſuſpenſione contingentes, in vtilitatem Eccleſiæ conuertuntur; diſtributiones vero quotidianæ præſentibus accreſcunt, & quomodo hoc intelligatur, c. 1. n. 105. & ſeq. lib. 1

Fructus principales præbendæ, durante excommunicatione præbendati, aliis accreſcunt, vbi patrimonium Eccleſiaſticum in duas eſt diuiſum partes diſtinctas, quarum vna ad fabricam pertineat, altera vero ad miniſtrorum victum, & laboris mercedem ſit deſtinata. c. 1. n. 107. l. 1

Fructus beneficij, ſiue præbendæ, ſuper quibus Eccleſiaſtica penſio Apoſtolica auctoritate eſt reſeruata, ſunt obligati, atque hypothecati pro ſolutione penſionis, ideoque agi poteſt contra quemcunque illorum poſſeſſorem, ſiue ſit vniuerſalis, ſiue particularis ſucceſſor. c. 1. n. 115. l. 1

Fructus percipiens ex priuilegio Apoſtolico beneficiorum vacantium primi, vel aliorum annorum tenetur ſuis ſumptibus adimplere onera beneficiis ipſis cohærentia. c. 1. n. 127. l. 1

In que & contra ius expenſæ, ſiue ſalaria horum onerum ſucceſſori imponuntur, non obſtante conſuetudine contraria. ibid. n. 128. l. 1

Fructus beneficiorum vltimi anni quomodo diuidendi ſunt inter hæredes defuncti, & nouum beneficij ſucceſſorem. c. 33. n. 1. & num. ſequent. vbi quod pro rata diuidantur. lib. 1

Fructus qui poſt acquiſitum ex cauſa fideicommiſſi dominium ex terra percipiuntur, ad fideicommiſſarium pertinent, quamuis maior pars anni ante diem quo fideicommiſſum ceſſit, præterita ſit. c. 33. n. 2. lib. 1

Fructus ſeparati à fundo licet non ſint reconditi tempore obitus beneficiati, ad hæredes eius pertinent. c. 33. n. 4. l. 1.

Fructus beneficiorum (præter Eccleſiæ Cathedralis) Epiſcopatus Ciuitatenſis diuiduntur pro rata inter hæredes defuncti, & nouum ſucceſſorem vltimi anni, quo prædeceſſor deceſſit, annuſque incipit à die ſancti Martini menſis Nouembris, c. 33. n. 12. libr. 1. Idem obſeruari ſolitum eſt in diuiſione fructuum Commendatorum S. Iacobi, & Calatrauæ, ex conſtitutionibus eorumdem ordinum, c. 33. n. 13. l. 1

Fructus dotis vltimi anni, quo durauerit matrimonium, diuiduntur pro rata inter partes, c. 33. n. 14. & ibid. n. 15. hic annus quomodo debeat computari. lib. 1

Fructuum diuiſio prædij venditi ad vitam vendentium fit pro rata temporis, quo vixerit emptor c. 33. n. 27. lib. 1.

Fructuum diuiſio dotis vltimi anni, quo matrimonium durauit, an hodie locum habeat, c. 33. n. 16. lib. 1

Fructus integri vltimi anni (legatis fructibus alicuius fundi quotannis, dum viueret legatarius, vel dum vxor eſſet vidua, vel durauerit in aliquo miniſterio) ad legatarium pertinent, cap. 33. n. 18. lib. 1

Fructus ad maioratus ſucceſſorem à die delati maioratus indiſtincte pertinere debent. cap. 33. num. 30. Sed verius eſt tenendum, vt pro rata diuidantur inter hæredes vltimi poſſeſſoris, & nouum ſucceſſorem. vt ibid. n. 31. l. 1

Et à quo tempore hoc caſu numerandum ſit anni principium, n. 32. vbi quod mos regionis eſt obſeruandus. lib. 1

Fructus beneficij renuntiati, an inter renuntiantem & ſucceſſorem diuidantur pro rata cap. 33. num. 33. l. 1

Frumentum anticipata ſolutione ne quo pretio emi poſſit hodie attenta, l. Regia. c. 39. n. 48. l. 1

Frumentum vetus an permutari poſſit cum nouo recipiendo tempore colligendarum meſſium, quod vulgo dicitur, darlo à renouar. c. 39. n. 49. & ſeq. l. 1

Frumenti granum vetus quando mutuatur ad renouandum, ſeu vt nouum recipiatur ne illud vetus pereat, & vt recipienti gratia fiat, & ſic bona intentione, non eſt vſura, ſi granum vetus tantum vel plus valet tempore quo traditur, vel quo reddendum eſt, quantum nouum cum redditur, vel ſaltem id ſit veriſimile, c. 39. n. 50. lib. 1. Quod adeo procedit & ampliatur primo vt in præd. caſu etiam ſit licitum plus expetere de nouo grano, ſi vetus melius exiſtimaretur, vel plus valere quam nouum tempore redditionis, dum veriſimiliter plus non valeret nouum reddendum, quam valeat vetus tempore mutui, vel quando erat vendendum, vt ibid. n. 51. lib. 1 Quinimo ſi tempore mutuationis valet faneca frumenti octo regalia & tunc eſt veriſimile quod tempore ſolutionis valebit quatuor, & infra, poterit mutuator conuenire, vt pro ſingulis fanecis duplices reddantur, dum tamen veroſimile dubium ſit plus, minuſue duas fanecas tunc valituras quam tempore mutuationis valeat vna, ibid. n. 52. lib. 1. Secundo ampliatur vt procedat etiam non ſolum quando conſtat, vel eſt veriſimile quod granum vetus tantum, vel plus valebit, tempore quo reddendum eſt, quantum nouum cum redditur, ſed etiam ſi id non conſtet modo dubium ſit, an frumentum nouum, ſit plus vel minus valiturum quam vetus, vel quando qui dat frumentum vetus, eſſet illud ſeruaturus in tempus meſſium colligendarum habita ratione eius, quo pluris eo tempore ſolet æſtimari frumentum nouum quam vetus ibid. n. 53. lib. 1

Frumentum vetus mutuans ad renouandum, vt melius ſeu præualens recipiatur, eſt vſura, cap. 39. num. 54. Præmaxime ſi auferatur mutuatario libertas ſoluendi, quando voluerit, obligans eum ad nouum reddendum, vt ibi, quod lib. 1. ampliatur, vt procedat non ſolum quando ſcitur nouum melius & pretioſius futurum, ſed etiamſi veriſimiliter credatur plus frumentum valiturum tempore redditionis, & non erat vſque ad illud tempus ſeruaturus: ſecus ſi veriſimiliter dubitabatur plus vel minus illo tempore valiturum vel ſi vſque ad illud tempus erat ſeruaturus & libertas non auferatur ſoluendi in triennium. cap. 39. n. 55. lib. 1

Frumentum putrefactum, vel corruptum, corruptioniue proximum, aut ſubmarcidum, aut impurum, pro nouo vel etiam veteri, meliori tamen, mutuari non poteſt, alias mutuans peccat mortaliter cum obligatione reſtituendi, quod plus valet nouum ſoluendum. c. 39. n. 56. l. 1

Frumentum mutuari poteſt tempore egeſtatis ipſius æſtimatum, vt tunc communiter valet in frumento reddendo eo pretio, quo tempore ſolutionis valuerit, modo circa valorem frumenti attendatur ad deciſionem, l. 17. tit. 11. lib. 5. Nouæ Collect. Reg. c. 39. n. 58. lib. 1

Frumentum, vinum, vel oleum emens alicuius fundi, antequam fructus eſſent maturi viliori pretio quam infimo, quo valiturum veriſimiliter tempore collectionis eſſe ſperatur ratione anticipatæ ſolutionis, committit vſuram mortalem cum obligatione reſtituendi. c. 39. n. 60. lib. 1

Fugam

Fugam alterius iuuare quando liceat, c. 24. num. 13. lib.2

Fugiens à carcere, ac videns oſtium apertum, non punitur vt effractor carceris, ſed vt euaſor arbitrio iudicis mitius. c.24.n.6.l.2

Fugientem à carcere, qui erat iuſte captus, & condemnatus, an liceat adiuuare dando ei conſilium & auxilium. c.24.n.15.& ſequen. vbi an liceat ei miniſtrare limam & aliud inſtrumentum, quo poſſit ſe abſoluere à vinculis & carcere, & concurrere in effractione carceris eum ſimul effrangendo cum condemnato. l.2

Fugiens vt ab aliqua oppreſſione liberetur, ſi ſeipſum in periculum mortis imminens commiſerit, & tamen perierit, non eſt peccati mortalis reus. c.24. n.32.l.2

Fundator maioratus poteſt tempore fundationis conditiones apponere, vt ipſe per monachationem, & clericatum amittatur. c.25.n.6.l.2.

Fundi & res Eccleſiæ ſi eius ſint conditionis, vt ex eiſdem quolibet triennio vnicus tantum fructus percipiatur, poterunt in nouem annos locari. cap.8. n.12.l.1

Furantes ligna vel paſſim, aut venantes, & piſcantes in alieno in extrema neceſſitate excuſantur. c.27. n.18. lib.2

Furioſus etiam ſua culpa occidendo alterum durante furore, non efficitur irregularis. cap.4. num.95. lib.2

Furioſus, aut ebrius, quamuis ſit ſua culpa vſu rationis priuatus, non poteſt nouam culpam committere, ſed circumſtantiam, quæ aggrauat ebrietatem, aut furiæ peccatum. c.4.n.102.l.2

Furioſus matrimonium contrahere non poteſt, & ſi de facto contrahat, erit nullum ob defectum conſenſus. c.4.n.108.l.2

## G

GRatia facta à Principe ex aliqua cauſa finali, an & quando valeat & duret ceſſante cauſa prædicta. c.15.n.22.l.1

Gratia non vitiatur, ſi cauſa impulſiua à principio fuit vera, licet poſtea ceſſet. c.15.n.30.l.2

Gratia à Principe facta vitiatur ex falſitate, vel ſubreptione vnius ex pluribus cauſis narratis, vbi quomodo procedat. c.15.n.68.l.2

Gratia à Romano Pontifice impetrata ſimplicis beneficij, facta tamen falſo mentione abſque dolo quod eſſet curatum, an ſit nulla. c.15.n.81.& ſeqq. præcipue. n.83.l.2

Gratia facta de ſacriſtia, narratione facta per ignorantiam & ſimplicitatem, quod eſſet dignitas, cum tamen non ſit ita, ſed ſimplex officium, non eſt ſubreptitia. c.15.n.84.l.2

Gratia ſeu remiſſio homicidij à Principe impetrata mentione non facta Principi prioris indulgentiæ ſimile crimen eidem impetranti remittentis, vti ſubreptitia inualida eſt. c.15.n.86.& tribus ſequentibus, lib.2

Gratia per verbum fiat conceſſa, morte concedentis non exſpirat, ſed Princeps eius ſucceſſor debet facere eam expedire, gratia vero quæ ad aliquid faciendum conceditur, morte concedentis literis non expeditis ſpirat. c.17.n.4.l.2

Grauatus reſtituere hæreditatem, ſi damnetur in metallum, ſtatim ſit locus fideicommiſſo, hodie ſecus, ſed exſpectanda erit mors naturalis ad reſtitutionem ipſius, & interim fiſcus potietur dictis bonis. c.1.n.66.& 73.l.2

Gener accipiens in dotem bona vſuraria, vel reſtitutioni obnoxia, an & quando teneatur reſtitutionem. c.18. n.40. & quid in filia, & vxore. num.41. ibid.lib.2

Geneſis cap. 19. c.30.n.4.l.2

Geſta à capitulo ſede vacante, ſi rectè geſta ſunt, valent & durant. c.17.n.9.l.2

Giezi famulus Propheta Eliſæi, fuit à Deo lepra conſperſus, quia pecuniam recepit pro beneficio ſanitatis, quod Eliſæus contulerat Naaman leproſo. c.23.n.8.l.2

## H

HAbens poteſtatem publicam, aut priuatam iure familiæ in percuſſorem clerici, ſi cum poſſet impedire, non fecit, remanet excommunicatus. c.6. n.112. l.2. Idem erit in eo qui doloſè deſinit obuiare percutienti clericum, cum poſſet. cap.6. n.113. lib.2

Habens duas voces vnam nomine proprio, & alteram alieno, non poteſt vnum ſuo nomine, & alterum alieno eligere, etiam vbi merita duorum, vel trium eſſent adeo æqualia, vt diſcerni non poſſit ab electoribus quis melior aut idoneior ſit. c.11. num.8. & 9. l.2

Hermenigildus Rex, filius Leuuigildi Regis olim Hiſpaniæ, qui ob Catholicæ fidei profeſſionem ab hæreticis in carcerem coniectus fuit, maluit oppetere mortem, quam communionem ſacram è manibus Epiſcopi Arriani ſumere. c.1.n.72.l.1

Hæreticum ante condemnationem non tenemur vitare, etſi ſciamus illum eſſe hæreticum. c.1.n.8.l.1

Hæreticus notorius cur non ſit vitandus ante condemnationem. c.1.n.13.l.1

Hæretici, ſchiſmatici & apoſtatæ, ſi ſint hæreſis, apoſtaſiæ, aut ſchiſmatis condemnati, veniunt nomine excommunicatorum nominatim, atque etiam ſimoniaci, & omnes qui per ſententiam fuerint pronunciati & condemnati alicuius criminis, cui annexa ſit excommunicatio, & præterea quicunque proprio nomine propter aliquod aliud delictum fuerit pronunciatus excommunicatus. cap.1. num.42.lib.1

Hæreticus moriens, ſi Epiſcopus, & Inquiſitores deſint, abſolui poteſt à quolibet ſacerdote. c.1.n.59. lib.1

Hæreticus vere de Eccleſia non eſt: non poteſt erga homines eſſe fidelis, qui Deo exſtitit infidelis. c.1. num.70.l.1

Hæreticus & ſchiſmaticus eſt, qui putat Eccleſiam alibi eſſe, vel eſſe poſſe, quam penes Petri ſucceſſorem. c.1.n.72.l.1

Hæreticus occultus interrogatus ab Inquiſitoribus, vtrum ſciat aliquem hæreticum eſſe, an teneatur ſe prodere. c.11.n.40.l.1

Hæretici occulti protinus ſunt iudicibus Apoſtolicis, hoc eſt Inquiſitoribus, indicandi, nulla præcedente correctione fraterna, etiamſi fere compertum ſit, quod per ſolam correctionem reſipiſcent: quia eidem non eſt fidendum. c.11.n.53.l.1

Hæreticus mentalis ſolum non incurrit excommunicationem, nec aliam pœnam. c.13.n.5.l.1

Hæreticus occultus per accidens, ſi ſecreto confiteatur Inquiſitori crimen iſtud, & pœniteat eiuſdem, erit ab eodem Inquiſitore abſoluendus, quoad pœnitentiæ iudicium. c.13.n.7.lib.1

Hæreticus pure mentalis, ſi coram inquiſitoribus occultiſſimam hæreſin confiteator, vel eam amico non reuelet, petens ab eo conſilium, non incidit in excommunicationem. c.13.n.9.l.1



Hæreticum & impium eſſet aſſerere, poſſe laicos denegare ſacerdotibus decimarum ſolutionem iuſtiſſima lege debitam, etiamſi diuites ſint. cap. 21. num.173.l.2.

Hæreſis etſi à carnalibus vitiis aliquando oriatur, præcipua tamen illius cauſa eſt ſuperbia, quoniam hæc eſt omnium hæreſium parens, à qua potiſſimum omnes hæreſes generantur. cap.30.n.44. lib. 2.

Hæreticus attento iure Canonico, cui ſtare debemus, non poteſt vllo modo condere teſtamentum, neque ex eo aliquid capere. c.5.n.73.l.2.

Hæreticus non poteſt donare, neque alio titulo alienare, neque dotare filias in matrimonio carnali neque ſpirituali. c.5.n.75.l.2.

Hæreticum eſſet affirmare ſimplicem fornicationem non eſſe peccatum mortale. cap. 7. numero 16. lib. 2.

Hæres vſufructuarij locantis fundum in quinquennium, & ante decedentis, non tenetur vti frui præſtare neque ſumptus quos fecit conductor in fundo tanquam quinquennio fruiturus. cap. 36. num.9.l.1.

Hæredes vel fideiuſſores Prælati, Rectoris vel alterius beneficiati, vel etiam poſſeſſoris maioratus, qui locauerat ad certum tempus, ante adimpletum decedentis, an teneantur de euictione, cap.36. numero 16. & num. ſequentibus vbi & num. 27. & 28. l. 9. tit. 17. part. 1. expenditur, lib. 1. Quid in optante alteram præbendam, ibid. n.14.lib.1.& in reſignante beneficium ante tempus locationis impletum, ibid. num.28.

Hæres vniuerſalis non admittitur contra factum defuncti, quando ille actus fuit validus & efficax: ſecus ſi fuit nullus. c.36.n.22.l.1.

Hæres vxoris non tenetur vllo modo ſtare locationi per maritum factæ mala fide, id eſt, tempore maximæ infirmitatis vxoris, quæ in continenti defuncta eſt. c.8.n.46.l.2.

Hæres concumbens cum vxore teſtatoris defuncti, efficitur indignus, & aufertur ab eo hæreditas, fiſcoque defertur. c.21.n.3.l.2.

Hæredes vſurarij tenentur ad reſtitutionem vſurarum, ſiue filij ſint, ſiue extranei. cap. 18. num. 46. lib. 2.

Hæreticum eſſe exiſtimare legem veterem ſeruandam eſſe cum noua lege. c.21.n.14.l.2.

Hæredes iure ciuili ex delicto defuncti non tenentur, niſi lite cum defuncto conteſtata, vel ex ea parte quæ ad eum peruenit, cap. 18. numero 147. & 55. & 56. lib. 2. Quod procedit etiam in actione pœnali pro ipſa, vel pro intereſſe, vel damno, ibidem, numero 58. lib. 2. Limitatur in conditione furtiua, propter furti frequentiam, ibid. numero 49. lib. 2. Item, de iure Canonico id regulare eſt, ibidem, numero 50. lib. 2. Itaque in hoc eſt diſcrimen interius Canonicum, & ciuile, ibidem, num.51.lib.2. Quomodo procedat de iure Canonico diximus. lib.2.

Hæredes ſtupratoris virginis decedentis ante litem conteſtatam, non poſſunt iure ciuili attento conueniri pro damno, intereſſe, vel dote: ſecus iure Canonico. c.18.n.53.l.2.

Hæredes vſurarij non inſolidum, ſed pro portionibus hæreditariis tenentur, ſicut pro aliis debitis: & quid ſi alter eorum fiat non ſoluendo. c.18.n.63. & 64. lib. 2.

Hæredes vſurarij an teneantur in conſcientia vltra vires hæreditarias, ſi inuentarium non fecerint. c.18. num.65.l.2.

Hæres in foro animæ regulariter non tenetur ad debita defuncti vltra vires hæreditarias non confecto inuentario, ſi reuera nihil occultauit, & quantum habuit ſoluit. Sunt qui hoc verum intelligant quoad legatarios, ſecus vero quoad creditores, vt in num. 69. ſed quoad vtroſque eorum ſententia negatiua verior, & tenenda eſt, vt in numero 70. Limitatur numero 71. cap. 18. numero 67. lib. 2.

Hæres non conficiens inuentarium in foro contentioſo Canonico tenetur vltra vires hæreditarias. c.18. num.72.l.1.

Hæres ſi probabiliter in propoſito de animo legantis dubitat, non eſt per confeſſarium ad ſolutionem legati adſtringendus, antequam per iudicem condemnetur. c.25.n.8.l.2.

Hæres an non petente legatario legatum, poſſit illud præſcribere. c.19.n.1.& ſeqq.l.2.

Hæres grauatus etiam poſt multum temporis differens reſtitutionem fideicommiſſi, lucratur fructus perceptos negligentia fideicommiſſarij non petentis. c.26.n.2.l.2.

Hæres tenetur certiorare legatarium legati ſibi relicti, alias erit poſſeſſor malæ fidei, & præſcribere illud minime poterit, & competit tunc temporis legatario contra præſcriptionem triginta annorum reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ, & clauſula generali prætoris: Si qua mihi iuſta cauſa, & capite 26. numero 18. & 19. lib. 2.

Hæreditas vel legatum relicta, vel relictum à monacho ingreſſo religionem bonorum mobilium capacem, efficitur caduca, vel caducum, ſi interim viuente monacho hæres vel legatarius decedat, c.1. numero 53. & 91. lib. 2. Limitatur quod prædictum eſt numero præcedenti, quando hæreditas vel legatum eius conditionis eſſet, vt in vita ipſius hæres, vel legatarij monachi verificati aut deferri non poſſit, ſed poſt mortem eiuſdem hæredis, vt his cap. 1. numero 54. & 59. quem ſenſum habebit hac in ſpecie voluntas teſtatoris. lib.2.

Homicida occultus per accidens, an incurrat irregularitatem. capite 13. numero 11. & ſequentibus lib. 1.

Homicida occultus an poſſit celebrare, quando alias probabiliter timeretur reuelatio delicti. cap. 13. num.21.l.1.

Homicidio ab ebrio commiſſo tres actus conſiderantur: primus ipſa potatio, ſecundus ebrietas, tertius hominis occiſio. In primum profertur voluntas directe, in ſecundum indirecte, & per accidens in tertium neque per ſe, neque per accidens. cap. 4. num.98.l.2.

Homicidium inter grauiora crimina computatur. c.5. num.1.l.2.

Homicida voluntarius publicus vel occultus irregularis eſt. c.5.n.2.l.2.

Homicidium voluntarium bifariam dicitur: vno modo directe, quia intentum, alio modo per accidens, cap.6.n.1.l.2.

Homicida voluntarius erit quodammodo ille, qui non remouet ea, ex quibus ſequitur homicidium, ſi debeat remouere. c.6.n.3.l.2.

Homicidium ſubſecutum in caſu numeri 7. quoad pœnam exteriorem ordinariam non imputatur rixanti, ſed tantum quoad arbitrariam, nec quod aliquem, ſi ille non dedit cauſam rixæ, nec fuit in culpa. c.6.n.9.& ſeqq.l.1.

Homicidium ex puro & mero caſu accidens, ceſſante animo occidendi, & nulla culpa interueniente

nullam pœnam meretur, c. 6.n.14. & 15.lib.2.Caſus in praxi contingens in propoſio refertur ibidem dictis numeris. lib.2.

Homicida reputetur, qui vulneratum ad mortem nouo actu, vel alio modo ad mortem accelerat.cap.6. num.34.l.2.

Homicidium caſuale tunc demum ad irregularitatem imputandum eſt danti operam rei illicitæ, quando actus ille ordinatus eſt ſua propria natura ad mortis læſionem, vel ad homicidium, aut quoties homicidium illud procedit ab illo actu illicito per ſe quidem, & neceſſario, non per accidens, aut ſaltem vbi illicitum illud opus per ſe volitum genere ſuo eſt periculoſum, aut ſaltem ſæpe inde mors ſequitur, aut frequenter. cap. 6. num. 41. lib. 2.

Homicida mentalis tantum, niſi actu homo interficiatur, non fit irregularis. cap. 6. numero 114. lib. 2.

Homicidium actu commiſſum abſque voluntate & culpa, an committenti imputetur quoad ordines ſuſceptos. c.6.n.169 l.2.

Homicidium commiſſum per iudicem, aut iuſtitiæ miniſtros, eſt cauſale ac proinde diſpenſari valet ab eo, qui facultatem habet diſpenſandi ſuper irregularitate contracta ex homicidio caſuali, cap.6. num.170.l.2.

Homo agit contra naturam, alium coitum, quam vxorium ſectando. c.7.n.19.l.2.

Homo homini non poteſt quicquam promittere, niſi voce, aut ſignis, Deo autem per ſolam mentis loquelam fieri poteſt promiſſio. cap.22. numero 3. lib. 2.

Homo in his quæ ad propriam conſcientiam pertinent ad publicam poteſtatem, debet informare conſcientiam ſecundum ea, quæ in publico iudicio ſciri poſſunt. c.29.n.5.l.2.

Hodie per decretalem à crapula, de vita & honeſtat. clericorum alia mitior pœna clericis ebriis iubetur imponi, nempe vt niſi à ſuperiore commoniti ſatisfecerint, ab officio & beneficio ſuſpendantur arbitrio ſuperioris. capite 4. numero 6. lib. 2.

Hoſpitalia an viſitare poſſit & debeat Epiſcopus, & quid debeat facere in viſitatione. cap. 35. n. 17. & ſeq. l. 1.

Et an Hoſpitalia dicantur loca pia, ibidem. num. 29. lib. 1.

Hoſpitalarij, Ciſtercienſes, Templarij, decimas laborum ſuorum, quos propriis manibus vel ſumptibus impendunt, ſoluere non tenentur, cæteri vero religioſi de noualibus ſuis, quæ propriis manibus, aut ſumptibus excolunt,& de nutrimentis animalium ſuorum, & de hortis ſuis decimas ſoluere non tenentur. c.21.n.134.l.2.

Hoſpitalitas quæſtuaria, quam cauponariam vocamus, illiberalis, aut ſordida admodum eſt. cap.4. n.91.l.2.

I.

IOannem Euangeliſtam an Chriſtus Ieſus à nuptiis ad caſtitatis profeſſionem vocauerit, cap. 17. numero 13. & 14. & ſequentibus cap. 25. num. 11. lib. 1.

Ioannes Maior audiendus non eſt, dum exiſtimauit, non licere capto iuſte fugere, ad euadendam mortis pœnam, vbi ex ea fuga cuſtodi damnum ſequeretur. c.14.n.7.l.2.

Ioannis à Methymna opinio in propoſito ab argumentis Couarr. eiuſque ſenſu defenditur ipſiuſque verba expenduntur. c.25.n.20.l.2.

Ioannes Segura Ouetenſis carpitur. c.18.n.10.l.1.

Iudex ad petitionem partis læſæ poteſt auctorem damni occultum generaliter excommunicare: quinimo ſi illud ſciat in confeſſione, poteſt eum indeterminate arguere, non vero nominatim, ſed in genere à communione remouere, quia nec Chriſtus Iudam à communione remouit. cap.11.numero 16. lib. 1.

Iudex dicitur procedere ex officio ſuo puro & mero, quando nemo petit ſeu defert. cap. 11. numero 19. lib. 1.

Iudex requiſitus omnino tenetur impartiri officium ſuum, etiam nobile, conſiſtens in ipſomet iudice. c.11.n.17.l.1.

Iudex caueat, ne non rite procedat interrogando reum illicite, & non legitime, quia alias damnaret animam ſuam. c.11.n.45.l.1.

Iudex Eccleſiaſticus tenetur remittere laicum exeuntem ad monitorias, & allegantem rem tenere iuſto titulo ad ſuum iudicem, ſi hoc petatur: cognoſcit tamen iudex Eccleſiaſticus, an legitime propalauerit, vel non. cap. 11. numero 84. & 85. & ſeq. lib. 1.

Iudex Eccleſiaſticus poteſt cognoſcere contra laicum perſeuerantem in excommunicatione, ipſumque mulctare, & temporaliter punire. cap. 12. num. 6. lib. 1.

Iudex ſæcularis etiam inter clericos eſt iudex competens ad cognoſcendum de cauſa poſſeſſionis rei ſpiritualis. c.34.n.19.l.1.

Iudicis cuiuſlibet, etiam ſæcularis, intereſt, ne violentiæ, & ſpolia fiant inter clericos & laicos. c.34. num.20.l.1.

Iudices ſæculares apud Gallos ſecundum vſum forenſem, & ex priuilegio Martini V. & Leonis I I. cognoſcunt etiam inter clericos de poſſeſſorio cuiuſlibet cauſæ ſpiritualis: ſed contraria ſententia verior eſt de iure, & in iudicando & conſulendo tenenda. c.34.n.22.l.1.

Iudex laicus poteſt cognoſcere de cauſſis poſſeſſoriis beneficialibus, ex priuilegio & conceſſione Summi Pontificis, prout in Regno Franciæ fit: item & quando iudex Eccleſiaſticus eſſet negligens in adminiſtranda iuſtitia ipſi laico turbato à clerico. c.34.n.38.& 39.l.1.

Iudex laicus poteſt cognoſcere de cauſſis poſſeſſoriis beneficialibus, quando ipſe requiritur in auxilium iudicis Eccleſiaſtici. c.34.n.40.l.1.

Iudex laicus in adipiſcenda poſſeſſione beneficij inter clericos minime ius dicere poteſt. cap.34.num 41. lib. 1.

Iudex ſæcularis an poſſit cognoſcere de cauſa ſpolij poſſeſſionis beneficialis inter laicos, vel quando ſpoliator, ſeu turbator tantum eſt laicus. cap.34. num.42.l.1.

Iudex Eccleſiaſticus in præd. caſu erit competens, d. ca.34.n.43.l.1.

Iudex ſæcularis non cognoſcit de cauſa poſſeſſoria beneficiali, quoties in ea principaliter agendum eſt de titulo ſimul, cap. 34.num.44. Secus ſi de titulo incidenter cognoſcendum ſit.cap.34.num.45. lib. 1.

Iudex ſæcularis poteſt de cauſa ſpirituali cognoſcere, cum incidenter de ea agitur in cauſa ſæculari.c.34. num.45.l.1.

Iudex ſæcularis abſque dubio poterit de cauſa poſſeſſionis beneficiali cognoſcere, quando incidenter de titulo agendum eſt ſi de eo euidenter conſtaret, vtputa per confeſſionem aduerſarij. c.34.num.47. lib. 1.

Idem eſt, ſi notorie ex actis conſtaret de titulo, vel ſi aduerſarius conuentus nihil obiiceret, ibidem. num.48.l.1.

Iudex Eccleſiaſticus poteſt clerico ſtuprum committenti imponere pœnam pecuniariam arbitrio ſuo, vltra alias ſpirituales, quando illæ non ſufficiunt, quam ſi non ſoluerit, luet in corpore. cap.37.n.4. lib.1.

Iudex Eccleſiaſticus ſicut iura Cæſarea grauiori pœna puniunt vt corrumpentem virginem, quam ſpontaneam, ita idem ſeruare debet. cap. 37.n.5. lib. 1.

Iudex occulte excommunicatus bene poteſt ſuo officio vti, validaque erunt ab ipſo geſta, & pronuntiata, fauore iuris publici, publicæque vtilitatis. cap.1.n.79.lib.1.

Iudex in arbitrariis requiri non debet, vt rationem reddat cur ita egerit. c.19.n.10.lib.1.

Iudex occulte excommunicatus, ac proinde toleratus ab Eccleſia, an poſſit alterum excommunicare. cap.1.n.82.l.1.

Iudici excommunicanti præiudicium infertur, ſi abſque ipſius licentia cum ſatisfactione partis abſolutio fieret in vtroque foro. capite 2. numero 15. lib.1.

Iudex ordinarius poteſt iterum iudicare, ſi ſententia quam primo tulit, nulla ſit, cap. 2. num. 1.lib. 2. Hoc tamen intelligitur, quoties quæſtio nullitatis venit incidenter: ſecus ſi ſimpliciter, nam poteſt coram eodem iudice proponi, & coram ſuperiori: Hoc tamen vltimum intelligitur, quando ſuperior non habet limitatam iuriſdictionem, alias oportet ſimul appellare tunc cum agitur de nullitate. c.2.n.2.& 3.l.2.

Iudex nullitatis ſententiæ non ſolum poterit ſuper nullitate pronuntiare, ſed etiam ſuper cauſa principali. c.2.n.7.l.2.

Iudex delegatus non poteſt cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ diffinitiuæ. c.1.n.8.l.2.

Iudex delegatus non poteſt declarare ſuam ſententiam, ſed delegans. c.2.n.16.l.2.

Iudex delegatus an ex noua delegatione poſſit de eadem re iudicare. c.1.n.17.l.2.

Iudex quare attenta perſona, & exceſſus qualitate, ac facti publicitate, pœna carceris, aut ſuſpenſionis, in delinquentem huiuſmodi poterit animaduertere. c.4.n.76.l.2.

Iudex Eccleſiaſticus ratione peccati publici poteſt contra laicos procedere, eoſque punire. cap.7.n.23. lib. 2.

Iudices Eccleſiaſtici an in puniendis clericis concubinariis ſeueritatem potius quam æquitatem, vel econtra ſeruare debeant. c.7.n.69.lib.2.

Oportet tamen huiuſmodi iudices contra concubinarios clericos procedentes eſſe viros graues. c.7. num.70.l.2.

Iudex Eccleſiaſticus an poſſit punire clericum adulterum, id eſt, qui cum muliere nupta fornicatur, cap. 7. numero 79. lib. 2. Et quod vno tantum caſu poſſit procedere contra mulierem nuptam concubinam duobus concurrentibus. c.7.num.82. lib. 2.

Iudex ex officio poteſt inquirere de adulterio. cap. 7. num.81.lib.2.

Iudice ordinario conferente beneficium vacans duplici cauſa, ſi vera vna ſit, collatio ſuſtinetur, ſi habuit poteſtatem prouidendi vtroque caſu. c.15. num.57.lib.2.

Iudex laicus, & ſic ſæcularis, an poſſit de cauſa vſuraria cognoſcere criminaliter, pœnaque pecuniaria vſurarios punire, cap. 18. numero 13. & ſeqq. numero enim 14. ponitur opinio negatiua, numero vero 15. affirmatiua, & hæc probatur. lib.2.

Iudex ſæcularis de cauſa vſuraria cognoſcere poteſt tantum, quando vertitur quæſtio facti, ſecus autem ſi ſit quæſtio iuris, quia tunc ſolus Eccleſiaſticus cognoſcet, non autem laicus. cap.18.n.21. lib. 2.

Iudex ſæcularis non poteſt etiam incidenter cognoſcere ſuper vſura, nec parte excipiente contractum eſſe vſurarium, nec illi ſtatuere terminum, intra quem probet prædictam exceptionem, c. 18. n.24. & 25.ſed contra n.27.l.2.

Iudex ſæcularis, coram quo inſtrumentum exſequitur, oppoſita contra id exceptione vſuræ, quod poſſit ac debeat eam admittere, ac cognoſcere de ea, cauſamque decidere, ſiue quæſtio ſit iuris, ſiue facti. Quod procedit, etiamſi coram Eccleſiaſtico pendeat lis ſuper vſura dicti contractus, cap.18. num. 26. & 28. etiamſi iudex Eccleſiaſticus inhibeat ſuper hoc ſæcularem, vt in num. 29. & 30. & quid tunc temporis facere debeat iudex ſæcularis ad euadendam excommunicationem Eccleſiaſtici. num.32.l.2.

Iudex an teneatur iuxta allegata & probata ſententiam dicere, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, an vero poſſit ſecundum conſcientiam priuatam eam proferre, cap. 29. num. 1. & ſeqq. vbi tres opiniones principales in hoc referuntur. Reſoluitur cum communi, ſecundum allegata & probata id facere debere. lib.2.

Iudex non poteſt ſententiam dicere contra propriam conſcientiam atque priuatam ſibi ſtimulantem, exiſtimans, aut dubitans ſe non poſſe ferre ſententiam ex probationibus contra propriam ipſius ſcientiam: opinari tamen poteſt iuſtiſſime ex probationibus ſe poſſe ferre ſententiam, & ita depoſita conſcientia priuata, poterit ſecundum allegata & probata proferre ſententiam abſque vlla culpa. cap. 29. n.6. & 7.l.2.

Idem eſt in iudice habente arbitrium in cauſa, numero 8. Debet tamen prius diligentius examinare teſtes, eos inſtantius interrogando, diſtinctiuſque ſcrutando horam, locum, & formam delicti, vt inueniat occaſionem liberandi innoxium, vt fecit Daniel ad Suſannæ innocentiam patefaciendam: quod ſi hoc non ſufficiat, debet remittere eum ad ſuperiorem iudicandum, vt in numero 9. cum ſeqq. late diſſeritur & declaratur num. 14. quod cauſam remiſſionis populo cum iuramento declaret. lib.2.

Iudex in præd. ſpecie ſciens remiſſionem à ſe faciendam ad ſuperiorem profuturam, proculdubio peccabit mortaliter, ſi reum damnauerit, negando ei appellationem, vel ante ſententiam non remittendo cauſam ſuperiori de illius innocentia teſtificando, & præterea tenebitur omne damnum illatum reſtituere. capite 29. numero 11. lib. 2.

Iudex huiuſmodi an teneatur tunc temporis magiſtratui cedere, & ſic deponere officium potius quam condemnare talem hunc reum. cap. 29. num. 12. lib. 2.

Iudex in prædict. ſpecie an debeat diſſimulando, & ſine ſcandalo dimittere carceres apertos ad fugam. cap.29.n.13.l.2.

Iura inter dubias opiniones vnam eligere indiſcrimi-



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

natim, bona tamen fide, concedunt. cap.13.n.15. lib.1.

Ius eligendi Doctorem vel Magiſtrum in Eccleſiis Cathedralibus horum Regnorum ad præbendas Doctorales, & Magiſtrales, competit Epiſcopis & capitulis ex indulto Sedis Apoſtolicæ. cap. 1. num.131.l.1.

Ius eligendi Prælatum fuit conceſſum capitulo in priuilegium, cum olim ſpectaret ad ſuperiorem. c.1. num.31.l.1.

Ius parochiale in quibus conſiſtat. cap.30. num. 2. lib.1.

Ius Pontificium magis ſequitur legem Dei quam ſæculi. c.32.n.5.l.1.

Ius Canonicum animas ad Deum dirigit. cap.32.n.6. lib. 2.

Ius naturale & diuinum tunc obligat ad reſtituendum alienum, quando iniuſte ſeu iniurioſe illud detinetur: ſecus quando ex conſenſu domini elicito, aut debitoris eius detinetur. cap. 38. num.18. lib. 1.

Ius dicenti extra territorium impune non paretur, quod circa approbationem confeſſatij adducitur. cap.27.n.16.l.1.

Ius acceptoris extinguitur finito iure datoris. cap.8. num.7.l.2.

Iure Canonico fornicatio eſt prohibita. c. 7. num.15. lib.2.

Iure ciuili antiquo an ſit licitus concubinatus. cap.7. num.17.l.2.

Iure ciuili nouiori fornicatio ſimplex eſt illicita. c. 7. num.18.l.2.

Iure etiam Regio reprobatur concubinatus, & grauibus pœnis punitur. c.7.n.20.l.2.

Iure etiam diuino fœminæ excludebantur, admiſſis maſculis pro conſeruatione familiarum. cap. 14. num.19.l.2.

Ius primogenituræ ſimpliciter ſumptum à iure naturali, quod naturale omnia animantia docuit, originem ducit. c.14.n.20.l.2.

Iura nullum inducunt, nec cogunt ad faciendum maioratum, vel meliorationem, ſed tantum id permittunt, concedunt atque indulgent ob bonum publicum. c.14.n.27.l.2.

Ius totum & poteſtas Epiſcoporum conſiſtit ſub lege diœceſana iuriſdictionis. cap. 17. numero 16. lib.2.

Ius Canonicum præcipiens, vt actiones pœnales tranſeant in hæredes, licet nihil ex crimine ad eos peruenerit, nec lis fuerit cum defuncto conteſtata, ſeruandum eſt, etiam in foro ciuili. cap.18.n.62. lib.2.

Iure Regio pœna adiecta dationi quantitatis in fauorem hominis ſoliti fœnerari, exigi non poteſt, ſed ſi non ſit ſolitus fœnerari, exigi poteſt idem in conſcientia. c.20.n.3.& 17.l.2.

Ius poſitiuum quoad quotam decimarum imitatur legem à Deo Iſraelitis datam, & ſic ad exemplum legis veteris id ſtatuit, non vero l. vetus præd. vim obligationis nunc habet, quia ipſa ceſſauit per aduentum Chriſti, & promulgationem nouæ legis. cap.21.n.24.l.2.

Ius ex præſcriptione acquiritur priuato, ſiue illud trahatur ex publico, ſiue ex priuato, per conſuetudinem vero non acquiritur ius alicui priuato, ſed in publico, vndecunque cauſſetur, & etiamſi ius trahatur ex priuato, acquiritur tamen in publico, & communi. c.21.n.69.l.2.

Ius petendi legatum vel fideicommiſſum, præſcribitur 30. annis. c.16.n.7.l.2.

Ius adeundi præſcribitur triginta annorum ſpatio. c.16.n.14.l.2.

Ius ſupplementi legitimæ præſcribitur, ſi non petatur. c.26.n.15.l.2.

Ius piſcandi, aut venandi in aliquo flumine publico, vel in aliqua parte fundi publici priuatiue ab aliis, poteſt acquiri præſcriptione immemoriali, & priuilegio Principis, etiamſi ibi capta poſt prohibitionem ſint in animæ iudicio reſtituenda. cap. 28. num.45.l.2.

Iura Pontificia puniunt hæreticos priuando filios eorum orthodoxos bonis & ſucceſſione parentum damnatorum, cap. 30.num.6.lib.2 Similiter & in c. in quibus, de pœnis puniuntur hæredes delinquentium, vſque ad quartam generationem. cap.30.n.7. lib.1.

Iuriſdictio iudicis delegati à Principe durat poſt ſententiam intra annum quoad executionem ipſius ſententiæ, non vero quoad reſtitutionem contra eam concedendam. c.2.n.40.l.2.

Iuſte quis an puniatur pro peccato alterius. c. 30.n.1. cum ſeqq.l.2.

Iuſtitia diſtributiua agit de diſtribuendis bonis communibus alicuius, nempe communitatis, inter eos qui eiuſdem ſunt, commutatiua autem agit de bonis priuatis vnicuique cuius ea propria ſunt, dandis. cap.11.n.52.l.2.

Iuſtitia ratione naturali miniſtranda eſt à quocunque Principe, alioqui tyrannidem exercebit Princeps, qui ius ſuum vnicuique non reddiderit. cap.16.n.5. lib.2.

Iuuenis inceſtuoſus, qui eſt in ea ætate, qua de iure de eius incontinentia timeatur, poterit abſque diſpenſatione cum legitima alias vxore contrahere, & ab ea debitum petere, quæ ſibi per inceſtum affinis effecta non eſt: & iuuenis in propoſito dicitur, qui ſexageſimum ætatis ſuæ annum non attigerit. c.23. n.13.l.1.

Et an quilibet inceſtuoſus idem facere poſſit, vide ibid. num. 14.lib.1. Id quod à voluntate Principis pendet, reputatur quaſi impoſſibile, hoc tamen fallit in eo, quod Princeps ſolet faciliter concedere. c.22.n.9.& 30.l.1.

Incarcerati propter hæreſin priuſquam pro talibus declarentur, deuitari ſolent, neque diuina officia, neque ſacrificia permittuntur audire, neque aliis Sacramentis Eccleſiæ vti, neque traduntur Eccleſiaſticæ ſepulturæ, donec cauſa peragatur. cap. 1. num.10.l.2.

Incarceratus condemnatus ad mortem, vel ad membri abſciſſionem etiam iuſte, licite poteſt in foro conſcientiæ, ſi ei fuga patet, eam accipere, & hoc ſiue peccatum ſit publicum ſiue occultum, & ſiue condemnatus ſit reus, ſiue non. cap. 24. num. 4. & 5. lib.2.

Incarcerato, & etiam iuſte damnato, an liceat fugere à carcere rumpendo compedes, & infringendo ſeras, murumque perforando, & ibi an teneatur ad ſatisfactionem damni illati ex fractione vinculorum, ſerarum, aut muri perforatione. cap.24. num.8.& vide in num.3.§.illud autem. lib.2.

Incarceratus fugiens non poteſt licite cuſtodem carceris ligare, aut os illi, ne clamet, obſtruere, poſſet tamen eum ſi ſe teneret, poſt ſe fugiens trahere. cap.24.n.10.l.2.

Incarceratus poteſt nedum funem qua eſt ligatus diſſoluere, imo & funes ſcindere, & ſeras aperire cum claue adulterina, etimſi ſciat occluſos ſecum alios exituros. c.24.n.11.& 14.l.1.

Incarceratus ad carceris pœnam temporariam, vel perpetuam condemnatus non poteſt licite fugere à carcere, etiamſi id agere poſſet ſine effractione. c.24. num.17.l.2.

Incertitudo & dubius euentus cauſſat tolerantiam contractus, & ab eo vſuram excludit. cap.39.n.62. lib.1.

Inceſtus impedit matrimonium contrahendum. c.15. num.5.lib.1.

Conſuetudine tamen obtentum eſt, vt hoc caſu non petatur diſpenſatio ab Epiſcopo, ibidem num. 8. lib.1.

Inceſtus mentio facienda eſt vbi cum eadem, cum qua inceſtus commiſſus eſt, contrahi prætenditur. c.15.n.24.l.1.

Inceſtus punibilis propter affinitatem, an hodie committatur ex illicita copula, in tertio & quarto gradibus. c.23.n.3.l.1.

Indicare furem iure ciuili tenetur quis, quando iudex procedit ex officio ſuo conſiſtente in ipſomet, quod habet, vt debeat purgare prouinciam malis hominibus: ſecus quando procederet ad inſtantiam partis, ſeu ex officio conſiſtente in parte: ſed de iure Canonico, & attenta praxi communi Eccleſiæ, indiſtincte indicare tenetur. cap. 11.num.11.& 13. & ſequentib.l.1.

Indicandi ſunt hi, qui occulte iniuriam irrogauerunt, aut damnum dederunt, ad monitorias generales. c.11.n.14.l.2.

Indiſſolubilitas matrimonij, etiam rati, eſt immediate de iure naturali & diuino abſoluto. cap. 17. num.13.l.1.

Indiſſolubilitas matrimonij non ſumitur ex ſignificatione, ſed ex ſui natura, & inſtitutione diuina. c.17. num.35.l.1.

Inducere aliquem ad contrahendum matrimonium plus eſt, quam eum inducere ad non contrahendum cum vna. c.20.n.21.l.1.

Inducere non licet ad mutuandum ſub vſuris, etiam ad id paratum. c.23.n.40.l.2.

Inducere alterum ad mutuandum ſub vſuris licet, quando quis eſt conſtitutus in extrema neceſſitate, vt hic. Idem in conſulente & inducente alium ad minus malum ob aliud maius certiſſime alias perpetrandum euitandum. cap. 23. num. 43. 44. lib. 2.

Indulgentiæ & remiſſiones conceſſæ à Prælato durant in perpetuum, dummodo habeant tractum ſucceſſiuum. c.17.n.6.l.2.

Idoneior & dignior quis dicatur. c.11.n.63.l.2.

Idoneior vel dignior non dicitur ille ſimpliciter qui doctior eſt, vel qui ſanctior, ſed is qui iuxta munus & rem, cui præficiendus eſt, aptior eius miniſterio apparet. c.11.c.6.l.2.

Idoneus ſiue dignus in propoſito quis dicatur. cap.11. num.61.l.2.

In datione permittendi ad libertatem nulla contingit perſonarum acceptio, nec iuſtitia aliqua infringitur. cap.11.n.90.l.2.

Indiffinita æquipollet vniuerſali, cum eadem ratio ſubeſt. c.11.n.28.l.2.

In dubio quando non conſtat ex mente teſtatoris, quæ mors ſit exſpectanda, naturalis, vel ciuilis, nec alicuius mortis mentionem fecerit, quid dicendum ſit. c.1.n.51.l.2.

In dubio facta mentione mortis in propoſito, intelligitur de naturali tantum. c.1.n.50.l.2.

In dubio licet aliquis reperiatur mortuus, non eſt præſumendum ſe ipſum occidiſſe, cum nemo immemor ſuæ ſalutis præſumatur. c.3.n.11.l.2.

In ciuilibus, ad hoc vt ex culpa præcedenti obligetur quis ad caſum, requiritur quod culpa illa ad caſum ordinata fuerit. cap 6.num.11.lib.2.

In criminalibus ex ſola datione operæ rei illicitæ conſideratur id, quod in conſequentiam venit, & ſic caſu. c.6.n.13.l.2.

Inconueniens maximum daretur, ſi pauperibus pro ſuis vſibus neceſſariis, aut propriis pecoribus ligna, aut paſcua aliena ſumere liceret. cap.27.n.26. lib. 2.

Inebriatus non totaliter, quia ſcit quid facit, licet ſit valde grauatus, quia ſibi videtur quod domus moueretur, an peccet mortaliter. c.4.n.31.l.2.

Inebriari conſuetus minime poteſt ſacris ordinibus initiari. c.4.n.80.l.2.

Inebrians ſe malitioſe, vt excuſaretur à delicto, quod prius deliberauerat committere, pœna ordinaria plectendus eſt. Idem in eo, qui poſt ebrietatem gloriatur de delicto, cap. 4. num. 89. & 90. lib.2.

Inebrians ſe conſulto, vt hominem occideret, ſi ipſum occidat, eſt irregularis. cap. 4. num. 104. lib. 2.

Ignorantia probabilis eſt æqua & iuſta cauſa concedendi reſtitutionem in integrum his, qui læſi ſunt lapſu temporis, cap. 26. num. 20. lib. 2. Quod procedit etiam aduerſus præſcriptionem triginta annorum, vt ibid. num. 21. lib. 2. Vbi quod, ignorantia hoc caſu præſumitur, & poteſt tunc temporis peti in integrum reſtitutio intra quadriennium à die ſcientiæ ex capite ignorantiæ, quia eſt vtile ab initio, quamuis in proſecutione ſit continuum, ibid.n.22.l.2.

Etſi per centum annos ignoraret, & non peteret quis prædictam reſtitutionem, nunquam ei curreret prædictum tempus quadriennij, ibid. n.23.l.2.

Ingrediente monaſterium expreſſe bona ſua dedicante, intelligitur tacita conditio, ſi in monaſterio perſeuerauerit, vnde eo redeunte ad ſæculum, bona recuperabit: quod intelligitur vbi nouitius vere receſſit à monaſterio infrà annum probationis: ſecus vero erit, vbi in eo permanens ſine animo recedendi, ibi deceſſit. cap. 1. n. 102. & 103.l.2.

Infamans cum aliis innocentem, tenetur palinodiam recantare, etiam ſe infamando, vt pro parte ſua famam innocenti reſtituat, quamuis ſciat ſibi non eſſe præſtandam fidem, propterea quod videt alios, qui ſecum illum infamauerunt in ſua priori ſententia perſiſtere. cap.38.num.8.l.1.

Inferior poteſt abſoluere à ſententia excommunicationis lata per conſtitutiones Epiſcoporum, & aliorum inferiorum, quando alteri non eſt reſeruata. cap.5.n.11.l.2.

Infirmus ita demum diſtributiones quotidianas habere debet, ſi tempore rectæ valetudinis ſolitus erat reſidere, alias ſecus. cap. 1. numero 138. lib. 1.

Item hoc procedit, vbi infirmus eſt præſens in loco vbi eſt Eccleſia, alias ſecus, niſi aliud ſit conſuetum, ibid. n.139.l.1.

Infirmus præſens in loco vbi eſt Eccleſia, iure communi, remota conſuetudine lucratur diſtributiones quotidianas, ſi ſolitus erat antea reſidere, niſi aliud habeat conſuetudo, quia hoc caſu ipſa eſt ſeruanda: idem eſt in excommunicato iniuſte ſtante conſuetudine, vt etiam abſens à loco ipſas lucretur, capite 1. numero 40. & ſequentibus, lib.1.

Iniuria ita leuis poteſt eſſe ex iniectione manuum violentarum proiectarum in clericum, vt non perueniat ad peccatum mortale, ſed veniale, c.5.n.12.

quo caſu non incurritur ſententia excommunicationis, cum ea non incurratur niſi ob peccatum mortale. c.5.n.13.l.1.

Iniuria leuis quæ dicatur, vt Epiſcopus à ſententia excommunicationis ob eam abſoluere poſſit, relinquitur arbitrio Epiſcopi. c.5.num.14.l.1.

Inimicus Dei & Eccleſiæ non debet de patrimonio Ieſu Chriſti viuere. c.1.n.91.l.1.

Impediens ſeu prohibens teſtatorem ne aliquod legatum, vel hæreditatem alteri relinquat, quando teneatur eidem ad reſtitutionem. c.37.n.10.l.1.

Impedimentum ſciens ſubeſſe inter volentes contrahere matrimonium, ſi iuſtus ſub pœna excommunicationis, vt denunciet, id non denunciauerit peccat, mortaliter. c.11.n.26.& n.27.modus denunciandi præfigitur. lib.1.

Impedimentum ex illicita copula proueniens hodie per Concil. Tridentin. reſtricta eſt ad primum & ſecundum gradum, in tertio autem & quarto non impedit neque dirimit. c.15.n.11.l.1.

Impedimenta vbi plura obſtant difficilius ſolent concedi diſpenſationes, & reſcripta. c.15.n.14.l.1.

Impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ nullum oritur ex ſponſalibus conditionalibus ante conditionis euentum. c.22.num.3.l.1.

Impedimentum quod propter affinitatem ex illicita copula contrahitur hodie per ſanctum Concil. Trident. ad primum & ſecundum gradum reſtrictum eſt, in vlterioribus vero gradibus neque impedit, neque dirimit, vt Pius V. ſuo motu proprio declarauit. c.23.n.1.& 2.l.1.

Impedimentum contractum ex illicita copula, in 3. & 4. gradu affinitatis ante confirmationem Concil. Trident. eſt hodie diſpenſatum motu proprio Pij V. c.23.n.4.l.1.

Impedimentum ſi inceſtus occultus ſit, an aliquod ſit cum alia legitima contrahendi. c.23.n.8.lib.1.

Impediens ne detur beneficium digniori tenetur ad reſtitutionem. c.11.n.48.l.2.

Impediens dolo, fraude, vel vi, quod beneficium non detur digniori, vt idoneo conferatur, tenetur ad reſtitutionem. c.11.n.67.l.2.

Impediens ne detur beneficium digno, vel digniori, etiam ſine dolo & fraude, precibus tamen aduertens id fieri, vt immerito & indigno detur, tenetur ad reſtitutionem digno, vel digniori faciendam. c.11.n.68.l.2.

Impediens vtcunque & quomodocunque ne beneficium detur alicui, etiam digno, vt digniori conferatur, non tenetur ad reſtitutionem. c.11.n.69.l.2.

Impediens beneficij, aut publici muneris collationem ne ea fiat digno, vt detur, & fiat æquali digno, non tenetur ad reſtitutionem, c.11.n.70. Limitatur, vt in n.74.& 75.l.2.

Impediens eum qui erat in via ad obtinendum præbendam, niſi iuſte id faciat, tenetur ad reſtitutionem. c.11.n.73.l.2.

Impediens indignum à conſecutione beneficij, ad nullam reſtitutionem tenetur. c.11.n.76.l.2.

Impediens alterum à conſecutione beneficij, quando Prælatus conſtituerat illi dare, an & quando teneatur illi ad reſtitutionem. c.11.n.79.lib.2.

Impediens iniuſte poſſeſſionem beneficij iam collati alteri, tenetur in totum eidem ad reſtitutionem. c.51.n.80.lib.2.

Impediens dignum à conſecutione beneficij, an ad hoc vt teneatur eidem ad reſtitutionem, requiratur ſimul, quod violet iuſtitiam diſtributiuam, & propoſitum prouiſoris. c.11.n.82.l.2.

Impediens alterum à conſecutione legati, hæreditatis, vel gratuitæ donationis, quando teneatur eidem ad reſtitutionem, & quando non. c.11.n.83.l.2.

Impediens alterum à conſecutione cathedræ, an & quando teneatur eidem ad reſtitutionem. cap.11. n.85.l.2.

Impedimentum inter eum qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium, & ipſam adulteram, non ſolum impedit, ſed etiam dirimit tribus in caſibus de quib. hic, cap. 12. n.23 & in n.24. ponitur quoddam requiſitum. lib.2.

Impeditus non excuſatur, niſi probet ſe talem adhibuiſſe diligentiam, quod niſi fuiſſet impeditus, impleuiſſet. c.6.n.11.l.2.

Impeditus piſcari, aut venari ab eo qui iure impedire non potuit, agere valet non tantum ad retia rupta, eorumque æſtimationem, ſed etiam ad æſtimationem piſcaturæ, quæ iuxta tempus, & locum certa imminebat. c.28.n.42.l.2.

Imperitia medici, aut incuria parentum in medendo vulnere filij, an excuſet percutientem illicite. c.6. num.72.l.2.

Impetrans aliquid à Principe, non tenetur facere mentionem eius, quod expreſſum impetrationem non impediret. c.15.n.32.l.2.

Impetrans beneficium curatum, illud habebit, licet in impetratione non ſignificauerit ſe ſacris ordinib. non eſſe inſignitum, ſed ſaltem de ſtylo curiæ narrare debet ſe clericum eſt. c.15.n.33.& 34. lib.2.

Impetrans diſpenſationem ad matrimonium contrahendum cum pluribus cauſſis, tenetur eas prius verificare: & quid ſi vna earum falſa ſit, cæteræ autem veræ. c.15.n.105.& 106.cum ſeqq.l.2.

Impetrare nemo debet à Summo Pontifice literas Apoſtolicas ad beneficia patrimonialia in derogationem prædictæ laudabilis conſuetudinis, nec eis vti, donec in Concil. Regali videantur, & licentia præſtetur eis vtendi, vt in l. Reg. Hiſpaniæ cauetur. cap.11.n.31.l.2.

Impetratione facta vnius beneficij pluribus modis vacantis, ſufficit probare primum modum vacationis, de expreſſis. c.15.n.58.& 59.l.2.

Impotentia ad actum generationis eſt, quæ impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit: ſecus vero in impotentia ad generationis effectum. c.16.n.13.l.1.

Impuberes, qui ſponſalia contraxerunt, facti puberes poſſunt pœnitere. c.18.n.10.l.1.

Illud Matth.23. Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, qui decimatis mentham, &c. ad tempus præteritæ legis magis referendum cenſetur. cap.3.n.23. lib.2.

Inique atque infide diſpenſationem illius voti procuratis, qui poſtea ſaluus, illud emiſit Deo, ſi eum eriperet ab aliquo imminente periculo. c.22.n.16.l.2.

Irregularitas duplex eſt: vna, quæ in pœnam peccati eſt impoſita, altera, quæ incurritur citra culpam, ſed eſt alia ſpecies irregularitatis, quæ ex homicidio vel membri mutilatione contrahitur ob dolum vel culpam: à priori abſolui poteſt virtute bullæ Cruciatæ, à poſterioribus minime. c.3.n.6.l.1.

Irregularitas non contrahitur niſi in caſibus à iure expreſſis. c.10.n.9.l.1.

Irregularitas induci poteſt humana Pontificia conſtitutione in pœnam criminis exterioris, etiam occulti. c.13.n.14.l.1.

Irregularis eſt ille qui dabat operam rei illicitæ, nempe rixando cum alio, & conſanguineus illius interfecit eum, cum quo rixabatur, nullo præcedente conſilio, vel tractatu rixantis, imo contra eius prohibitionem. cap.6.num.7.l.2.

Limitatur, ſi clericus non fuerit in culpa rixandi, quia tunc factum aliorum non eſt ei imputandum. c. 6. num.8.lib.2.

Irregularis quis non ſit propter ſolum homicidium, niſi culpa, vel voluntas præcedat. c.6.n.16.l.2.

Irregularis non eſt, qui mortem aliter vitare non valens ſuum occidit, vel mutilat inuaſorem, & poſſet ſtatim poſt huiuſmodi occaſionem miniſtrare, niſi alium interficeret pro defenſione proximi, vel pro rebus ſaluandis, vel vbi neceſſitas non fuiſſet ineuitabilis. c.6.n.60.& 61.l.2.

Irregulares an ſint, qui ex licentia & permiſſione Summi Pontificis in bello iuſto pugnant propria manu, & aliquem vel aliquos occiderent. c.6.n.62. & ſeqq.l.2.

Irregulares ſunt exiſtentes in bello iuſto ex parte ſe defendentium, ſi occidant vel mutilent, niſi in caſu, quo aliter euadere non poſſunt, alij vero, qui non occidunt, neque mutilant, non ſunt irregulares: licet ibi multi occidantur, etiamſi percutiant aliquos, non tamen lethaliter, qui deinde occidantur ab aliis: & quid ſi animo deformandi percutiat, & ex percuſſione ſequatur deformatio culpa percuſſi vel Medici, cap. 6.n.67.& 71.l.2. Quod tamen limitatur ibi. num. 75. niſi in morte culpam contraxerit. lib.2.

Irregularis non eſt, qui iuſte aliquem percuſſit, & non occidit, licet ab aliis ſine ipſius culpa occidatur. c.6.n.70.l.2.

Irregularis nemo conſtituitur ex animo occidendi, etiam deliberato, & cum inſidiis, ſi non occidit, neque deformauit. c.6.n.74.l.2.

Irregulares, & homicidæ reputantur detrudentes homines in carcerem ita arctum, quod incarcerati non viuunt vltra ſex vel octo menſes, propter arctationem carceris, cap. 6. num. 80. 81. hoc eſſe contra Prælatos detrudentes clericos in gabiam, vbi veriſimile eſt eos intra paucos dies morituros. lib.2.

Irregularis eſt qui domui ſuæ alit, aut cuſtodit feram aliquam beſtiam, vt leonem, elephantem, aut vrſum, vel canem, ſi ſua culpa aliquem deformet, puta ſoluendo, vel habendo ſoluta prædicta animalia: ſecus alias, niſi in via, vel alio loco publico habeat ea, etiam ligata. c.6.n.82.& 83.l.2.

Irregularis an ſit qui miſit lapidem in alium, & is lapide fugiens, ac demum procidens caput offendens culpa medici vel conſanguineorum eum curantium mortem obierit. c.6.n.93.l.2.

Irregularis eſt, qui ad ſeditionem & arma pulſauerit campanam, ſi inde fuerit ex prælio inito aut pugna ſecuta mors. c.6.n.97.l.2.

Idem in eo qui campanam pulſauerit, in ſignum quod aliquis eſt furca ſuſpendendus, aut à miniſtris iuſtitiæ iugulandus: ſed contrarium eſt verius. c.6. n.98.l.2.

Irregularis non eſt, qui ligna aut ſtramenta dederit ad comburendum hæreticum iam mortuum: ſecus alias: irregularis an & quando ſit pulſans campanam illicite, ſi inde ſequatur mors alicuius. cap.6. n.100.& 101.l.2.

Irregularis eſt qui auertit aliquem à liberando alium ab iniuſta deformatione. c.6.n.117.l.2.

Irregularis nemo eſt ex ſola complacentia, quod deformetur alius. c.6.n.118.l.1.

Irregularis an & quando ſit, qui in ludo paleſtræ & alio licito alterum occidit. c.6.n.135.& 139.l.1.

Irregularis an ſit reficiens tecta, aut lapidem in aliquem locum iaciens, ſi aliquem præter intentionem occidat vel deformet. c.6.n.139.l.1.

Irregularis an ſit currens equum, ſi alium ideo occidat vel mutilet. c.6.n.137.l.2.

Irregularis an ſit, qui in proprio nemore vel alieno venans mere caſualiter hominem occiderit. cap. 6. num.138.l.2.

Irregularis non eſt qui ſciens tractari de alicuius deformatione illicita, ei non ſignificat, quamuis peccet mortaliter, ſi neque dicto neque facto ad id iuuet. c.6.n.164.l.2.

Irregularis an ſit, qui vt pecora aliena de ſuo agro pelleret, lapidem proiiciens, puerum interfecit. cap.6.n.166.l.2.

Irregularis an in dubio quis iudicari valeat? optima reſolutio. c.6.n.171.cum ſeqq.l.2.

Irregularitas iure tantum humano Pontificio ſtatuta eſt. c.6.n.172.l.2.

ad Irregularitatem incurrendam per homicidium vel deformationem ex opere illicito caſu ſubſequutam requiritur, quod cauſa illiciti operis ſit propinqua, cap.6.num. 18. lib. 2. Ad irregularitatem incurrendam in caſu dict. cap. ſicut, eſt neceſſarium, quod fœtus ſit animatus: hodie idem ſi non ſit animatus. c.6.n.38.l.2.

Inſtitutio filij ſpurij ſimpliciter facta, pro non ſcripta habetur, niſi fiat ſub conditione, ſi Princeps eum legitimauerit. c.21.n.6.l.1.

Inſtituti in poteſtate eſſe non debet ſubſtitutionem à teſtatore factam illudere, irritamque reddere. c.32. num.50.l.1.

Inſtitutio canonicatuum magiſtralium & Doctoralium iuſtiſſima eſt, atque his regnis vtiliſſima, & electores qui aliis quam qualificatis huiuſmodi præbendas contulerunt, tenentur illis ad reſtitutionem. Idem in obtinente eas, qui per mendacium affirmauit, ſe eſſe talem, cum vero non ſit, c.11.n.32.33.34. lib.2.

Is qui data opera inebriatur, ſciens ſe ſolitum manus ad arma impellere, hominesque percutere cum inebriatus eſt, an pœna ordinaria vel extraordinaria plectendus ſit? reſoluitur, quod extraordinaria, cap. 4. num. 91. Limitatur, quando quis ſe conſulto inebriauit, vt occideret quendam lib. 2.

Is qui ex officio tenetur delictis obuiare, vt eſt Princeps vel Prætor, ſi cum poſſet non fecit, peccat, & tenetur ad reſtitutionem: ſecus vero in priuatis, licet peccent. c.6.n.110.113.114.l.2.

Is qui cum muliere publica, vel ea fœmina, quæ ſui corporis quæſtum fecit, coierit, abſque expreſſa conuentione mercedis, cenſendus eſt à iudice lege taciti ac ſubintellecti pacti, eidem fœminæ hoc poſcenti conſuetam venerei vſus mercedem ſoluere. c.10.n.8.& 10.l.2.

Is qui quæritur, vt capiatur iuſte aut iniuſte, poteſt licite fugere, cum voluntate tamen ſatisfaciendi tantum, quantum conſcientia recta dictat, dummodo non interueniat violentia contra officiales. c.24. num.12.l.2.

Iuramentum quo quis promittit aliquid non facere, non videtur ei legem imponere, quominus illud facere poſſit. c.8.n.37.l.2.

Iuramentum recipit omnes limitationes, & ſubauditiones quas habet & recipere ſolet contractus ille, ſuper quo interponitur. c.8.n.38.l.2.

Iuramenta emiſſa à luſoribus de amplius non ludendo, fere ſemper ſunt obligatoria. c.22.n.17.l.2.

Iuramentum de re parua & leui, licita tamen, non obligat ſub mortali; quamuis illud non ſeruans peccet venialiter. c.22.n.20.l.2.

Iurans aut venans ſe iturum Hieroſolymam, ſi iterum

Iudat, primo iræ motu laborans, & non perpendens ſitne bonum, aut malum tale votum facere, quamuis illud non adimpleat, non erit voti aut iuramenti reus. c.22.n.21.lib.2.
Iurans quis vendere Titio domum, ſi poſtea illam vendat Seio, eique eam tradat, ſtatur huic venditioni contra iuramentum, licet venditor ex hoc ſit periurus. Idem in iurante non vendere librum. cap.8. n.34.l.2.
Intentio legiſlatoris Eccleſiaſtici vtentis in ſua l.verb. præceptiuo aut prohibitiuo, eſt obligare tranſgreſſorem ad culpam mortalem, niſi aliquo ſigno vel verbo ſignificetur, aut exprimatur contrarium.c.7. num.11.l.1.
Intentio mala ſine opere iniurioſo non obligat ad reſtitutionem damni. c.11.n.72.l.2.
Integra Ant. Concij decretalis cum ſimus, de regul. refertur, cap.1.num.81. lib. 2. Ex hac integra non conſtat quod pater viueret, neque quod mortuus eſſet. c.1.n.82.l.2.
Integra Anton. Auguſtini decretalis cum ſimus, de regularibus refertur. c.1.n.83.l.2.
In hac integra adeſt aduerbium, Recte, quod in decretali cum ſimus non fuit tranſlatum. cap.1.n.84. lib.2.
Intellectus Menochij ad.d.c.16.15.55.25.Concil.Trident. reprehenditur. c.1 n.34.l.2.
Interdicta poſſeſſoria an competant & dentur pro iuribus annuis mere perſonalibus. cap. 21.num.147. lib.2.
Interdictum ad tempus, lapſo tempore ceſſat. cap.5. num.8.l.1.
Interdictum generale relaxatur in quibuſdam feſtiuitatibus hic expreſſis, non ſic ceſſatio à diuinis: ſed contrarium eſt verius, vt num. 12, cap.10.num.10. lib. 1.
Intereſſe in recompenſationem fructuum ex re vendita perceptorum interim dum pretium non ſoluitur, etiam attento iure Canonico, eſt licitum aut permiſſum. c.39.n.10.l.1.
Intereſt Reipublicæ illuſtres habere familias, earumque patrimonia conſeruare. c.14.n.3.l.1.
Interpretatio in dubio facienda eſt, vt reſtitutio aduerſus præſcriptionem concedatur.cap.26.num.24. lib.2.
Inteſtabiles quando fiant hi qui ſe ipſos occiderunt. cap.5.n.13.l.2.
Inuentor rei alienæ tenetur ad eius reſtitutionem ſub pœna peccati mortalis. c.9.n.7.l.2.
Inuentor rei alienæ, ſi dominus eius ſit incertus, ad quid teneatur in vtroque foro. c.9.n.8.l.2.
Inuentor quod non teneatur hoc caſu neceſſario bona inuenta reſtituere pauperibus, ſed quod poſſit ea retinere ſyncero animo, vt domino reſtituat, atque diligentiſſime eum conquirat, nonnulli tenent: ſed communis in contrarium. c. 9. n. 10. 11. & 12.l.2.
Inuentor rei alienæ eam domino reſtituere tenetur gratis, hoc eſt, ſin pedir hallazgo. cap.9.num.25. & ſeqq.l.2.
Inuentus dicitur, qui eſt inuentus & captus, & repræſentatus curiæ. c.12.n.9.l.1.
Inuitus nemo fit bonus: vnde ſuppoſita neceſſitate omnes debent cogi ad ſubeunda media, quibus tandem volentes boni fiant. c.31.n.17.l.1.
In veteri Teſtamento quommodo intelligatur id quod legitur, aliquos ſanctos viros habuiſſe concubinas. c.7.n.31.l.2.
Iratus aut bene potatus vouens aut iurans ingreſſum religionis, ſi ſic ſubito id faciat, quod non feciſſet per deliberationem & ſententiam rationis, quæ tamen moram temporis magnam non requirit, non tenetur: ſecus autem ſi hoc agit ſciens quod iurat aut vouet, licet non plene deliberauerit, c.22.n.12. Idem in iurante. n.17.l.2.

## L.

Laicus conuentus rei vendicatione pro re Eccleſiaſtica, ſi probabiliter neget eſſe rem Eccleſiæ, iudex ſæcularis adeundus eſt. c.34.n.7.l. 1.
Laicus ratione ſacrilegij conueniri poteſt coram iudice Eccleſiaſtico. c.34.n.14.l.1.
Laicus poteſt diffinire quæſtionem facti, etſi de re ſpirituali. c.34.n.17.l.1.
Laicus conductor decimarum non poteſt apud iudicem Eccleſiaſticum conueniri actione perſonali ex locato ad mercedem. c.34.n.49.l.1.
Laici coniugati fornicantes magis peccant, quam clerici non coniugati. c.7.n.54.l.2.
Laici veluti incapaces decimarum quaſi poſſeſſione præſcribere non poſſunt earum immunitatem.c.21. n.61.ſed contra. n.64.l.2.
Laici contra laicum cui eſſent priuilegio conceſſæ ante Concilium Lateranenſe, bene poſſunt eas præſcribere. c.21.n.62.l.2.
Laicus poteſt præſcribere quotam decimæ, nempe vt non ſoluat niſi duodecimam, vigeſimam vel aliam partem. c.21.n.63.l.2.
Laici præſcribere non poſſunt ius percipiendi decimas ab aliis, quia ſunt huius iuris omnino incapaces. c.21.n.17.l.2.
Laici iure percipiendi decimas ſpoliati, & agentes interdicto recuperandæ, an ſint ante omnia reſtituendi. c.21.n.72.cum ſequentib.l.2.
Laicus ſpoliatus ab alio laico iure percipiendi decimas, eſt ante omnia reſtituendus: ſecus ſi ab Eccleſia vel clericis, pro quibus ſit iuris præſumptio, vt hic. c.21.n.77.l.2.
Lanas non eſt licitum reuendere carius in diem quam numerata pecunia, vltra latitudinem iuſti pretij. c.39.n.45.l.1.
Lanæ an emi poſſint vilius ad creditum, quam cum traduntur valeant: cap.39.num.44.& 45.vbi quid in frumento, vino & oleo, negatiue reſoluitur, præterquam primo, ſi veriſimile dubium ſit plus vel minus lanas valituras tempore traditionis. Secundo, ratione veri damni emergentis, vel lucri ceſſantis, certis quibuſdam concurrentibus, vt in n.46. & 47. quid ſi emptor ſuſcipiat in ſe periculum lanarum futurarum. lib.1.
Lapidandi vſus inter pueros, ſiue ludus prohibitus eſt, nihilominus propter tolerantiam excuſat à pœna ordinaria homicidij, quoad pœnam temporalem: ſecus quoad æternam, cap.6.num.146.cum ſequentib. lib.2. Idem in alio ludo prohibito, ſed vſitato. num.149.l.2.
Legatus à latere poteſt diſpenſare in omnibus caſibus, in quibus quilibet Ordinarius ſuæ prouinciæ. c.11.num.6.l.1.
Legatus à latere omnia videtur poſſe, quæ Papa ſibi ſpecialiter non reſeruauit, quia eius vices gerit, ibid. n.7.l.1.
Legati à latere officium non exſpirat per mortem Papæ eum mittentis. c.11.n.5.l.1.
Legatum factum puellæ de centum, ſi nupſerit, & quinquaginta ſi religionem ingrediatur, conſequitur mulier maius, etiamſi religionem ingrediatur, niſi relinquatur ei, qui ducet eam vxorem, addat tamen teſtator, quod legatum ſit pretium dotis, ne alias maritus ſibi habeat legatum, cap. 32. numero 15. lib. 1. Et numero 16. limitatur etiamſi legatum ſit relictum pro dote mulieris, vt nubat certæ perſonæ, vt numero 17. l. 1. Falit quoque, ſi contrarium expreſſe teſtator cauerit, num. 16. l. 1. Item in legato facto pro incertis virginibus maritandis, vt in num.20.ſed contra primum dictum in. num.58.c.60.l.1.
Legatum piæ cauſæ factum confraternitati diſciplinatorum, vel ſimilibus vtrum concedi poſſit. c.35. num.3.l.1.
Legatarius fundi non tenetur ſtare colono teſtatoris. cap.8.n.2.l2.
Legatarius vel donatarius certo ſciens animum legantis fuiſſe non aliter legandi nec donandi, niſi exiſtente & adimpleta conditione non nubendi ab eo appoſita, non erit tutus per exceptionem rei iudicatæ, ſi pro eo fuerit iuris interpretatione aliud iudicatum: ſecus ſi animus legantis fuit incertus. cap.25.n.18.& 19.l.2.
Legatum redictum alicui ſub conditione, ſi non nupſerit, an poſſit in foro conſcientiæ peti, ac habitum ſecure retineri, ſi nuptias contraxerit? cap.25. n.7.& ſeqq præcipuè 1. cum ſeqq. lib.2.
Legato relicto conſanguineis pauperibus præfertur propinquior pauper remotiori aut pauperiori, aut maioris ætatis. c.11.n.39.l.2.
Legatum relictum alicui, ſi non nupſerit, quod ſi nupſerit, nihil legabat, nec aliquid conſequatur legataria, non debetur etiam in foro exteriori, ſi legataria nupſerit. c.25.n.15.l.2.
Legatum ante acceptationem acquiritur legatario, quandoque à morte teſtatoris, quandoque ab adita hæreditate: quod procedit, nedum in rebus corporalibus, ſed etiam in incorporalibus, nempe in ſeruitute legata, cap.19.n.9. & 10.etiamſi res incorporalis legetur vel relinquatur per fideicommiſſum, ibid. n.11.l.2.
Legatum ita dominium rei legatarij facit, vt hæreditas hæredis res ſingulas. cap.26. n. 13.lib.2.
Legatum relictum legatario, ſi volet, vel ſub alia conditione mere voluntaria, vel onere, abſque dubio præſcribitur ſpatio 30. annorum, legatario illud non petente vel voluntatem ſuam non petente vel voluntatem ſuam non declarante, onus vel grauamen non adimplente. cap. 26. numero 16. 17. lib. 2.
Legitima filio non debetur, niſi poſt mortem patris. cap.1.n.76.l.2.
Legitima aſcendentium lege, conſuetudine, reſcripto, ſeu etiam ſtatuto, non ſolum minui, ſed etiam omnino tolli poteſt. c.14.n.42.l.2.
Lex humana iuſta & de re graui aliquid ſtatuens, quando obliget tranſgreſſorem ad culpam mortalem. c.7.n.20.l.1.
Lex ad hoc vt valeat, atque liget, neceſſarium eſt vt ab initio fuerit recepta. c.8.n.2.l.1.
Lex naturalis & diuina de defendenda fama propria, præſtat legi humanæ de abſtinendo ſacro in irregularitate. c.13.n.22.l.1.
Lege lata, cui adiecta ſit excommunicationis pœna, euidenter colligitur intentionem fuiſſe obligandi ad mortalem culpam: quod procedit, licet non ſit lata ſententia, ſed comminatoria, vt in num. 28. cap.7.n.25.l.1.
Legem tunc dicitur non fuiſſe receptam, quando Principe ſciente per aliquos actus contrarios excluditur, eo autem ignorante, vbi per decennium lex negligitur, nec vllo pacto admiſſa fuerit. cap.8. num.3.l.1.
Leges Cæſarum in decretorum libro relatæ, tunc cenſentur canonizatæ, cum in ipſomet canone ab aliquo Pontifice edicto incorporatæ aut inſertæ fuerint. c.21.n.33.l.1.
Legis vel conſtitutionis licita eſt extenſio ad caſum omiſſum ex ratione expreſſa in lege, vel eadem ratio concurrit ac militat, etiam in correctoriis, præcipuè fauore animæ. c.10 n.31.l.1.
Lex 2.tit.5.de los deſcomulgados lib.8.Nouæ Collectio.Reg.interpretatur. c.12.n.17.l.1.
Lex 1. tit. 5. de los deſcomulgados, l. 8. Nouæ Collect. Reg.merito ſtabilitur, & iuſtiſſima eſt cap. 12. num.3.& 4.l.1.
Legis ſi ſerua §. 1. ff. de iur. dot. intellectus. cap. 16. num.7.l.1.
Legis, qui ante calendas 13. ff. de verborum obligat. intellectus, cap. 6. num. 14. lib. 1. & num. 15. de concordia, l. anniculus, la 1. 131. in ordine, ff. de verb.ſignif.remiſſiue. l. 1.
Legis anniculus la 2. 134.in ordine, ff.de verb.ſignif. intellectus. c.26.n.16.l.1.
Lex 10. tit. 4. *de los labores y particiones*, l.3.fori, obſeruatur in his regnis. c.33 n.17.l.1.
Lex Iulianus, § fructibus, ff. de actionib.empt.procedit etiam in eo, qui ex pacto retrouendendi rem retraxit. c.33 n.29.l.1.
Lex 9.tit.17.part.1.expenditur. c.36.n.16.l.1.
Legis 1. tit. 9. part. 7. verba optima referuntur. c.37. num.12.l.1.
Lex curauit, C. de action. empt. non procedit ſi ad terminum ſolutioni pretij conſtitutum ſolutio fiat, nam tunc non debentur eius vſuræ hoc eſt, intereſſe licitum in recompenſationem fructuum. cap. 39. num.19.l.1.
Legis 2. C. de reſcindend. vendit. cum ſimilib. beneficium non habet locum, cum locatio dependet à viribus fortunæ nempe in conductionibus fructuum alicuius præſtimonij ſeu beneficij, vel quartatum Regiatum vel Epiſcopalium, niſi ſpes illa æſtimata à principio excedat dimidiam partem iuſti pretij, vel niſi fructus propter fortuitum caſum inopinatum omnino non naſcerentur. cap. 29.n.66. lib. 1.
L. res vxoris, C. de donationib. inter vir & vxorem, in primo reſponſo, non habet locum in donatione cauſa mortis, quia illa non confirmatur, ſed irritatur per mortem ciuilem, ex qua amittitur ciuitas & libertas. c.1.n.46.l.2.
L. iudex poſteaquam, ff. de re iud. procedit, non ſolum in iudice delegato, ſed etiam in ordinario c. 2. num.10.l.2.
L. iudex poſteaquam, ff. de re iudic, non loquitur de ſententia nulliter lata, ſed de æqua vel antiqua.c.2. num.11.l.2.
L. ſi vt proponis la 1. Cod. quomodo & quando iudex, loquitur in delegato inferioris à Principe. c.2. num.20.l.2.
L. fin. C. vbi & apud quem, procedit in reſtitutione petita coram iudice delegato, aduerſus ſuam ſententiam interlocutoriam, quam concedere poteſt, ſi non habeat vim diffinitiuæ, alias ſecus. cap.2. num.39.l.2.
L. fin. titulo 25. part. 3. intelligi debet de ordinario iudice, de quo ipſa lex agit, nempe vt is reſtitutionem in integrum aduerſus ſuam ſententiam diffinitiuam concedere poſſit, non vero in iudice delegato. c.2.n.41.l.2.
L. 4. Tauri concedit damnato ad mortem ciuilem vel naturalem factionem teſtamenti, non vero tollit confiſcationem bonorum à lege inductam in eo, qui

qui ſe interfecit : vel limitatur in hoc qui ſe interfecit antequam damnetur ad mortem. cap. 3. n. 28. lib. 2.

L. 24. tit. 1. part. 7. ibi, deue morir por ende, & ibi, prender muerte, ad vtramque mortem, tam ciuilem quam naturalem referri poteſt. c. 13. num.29. lib. 2.

L. 3. tit. 5. part. 1. pulchra verba de ebrietate agentia referuntur. c.4.n.21.l.2.

L. antiquitus lata fuit, ac vſu receptum apud pleroſque populos, vt vini vſus eſſet interdictus fœminis. cap.4.n.27.l.2.

Leges ſeu conſtitutiones collegiorum inducentes priuationem ipſo iure, propter aliquod crimen, obligant in conſcientia, abſque iudicis ſententia. c. 5. num.17.l.2.

Leges Regiæ iudicibus & aliis miniſtris pœnas infligentes, ſi iudicium vendiderint, munuſculaque receperint, quas incurrant eo ipſo, nulla exſpectata ſententia, obligant in conſcientia. c.5.n.18.l.2.

Leges Partitæ nunquam cenſentur derogare iuri ciuili & canonico, in his in quibus iuri canonico derogare poſſunt niſi in caſib. in quibus ipſæ leges aperte id docent. c.5.n.70.l.2.

L. emptorem, Cod. de locat. & conduct. an procedat in locatione facta ad non modicum tempus & vltra, vel ad vitam. c.8.n.21.& ſeqq.lib.2.

L. 19. tit. 8. part. 5. an procedat in locatione ad decennium, dum excipit alios caſus. c.8.n.28.l.2.

L. emptorem, C. de locat. & conduct. an procedat in colono partiario, cap. 8. num. 52. cum numeris ſeqq. & præcipuè num. 63. & 64. concordantia ponitur inter contrarias ſententias, & num. 65. declaratio quædam. lib.2.

L. emptorem, Cod. de locat & conduct. an procedat, quando in contractu locationis appoſitum eſt iuramentum. c.8.n.32.l.2.

L. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ. &c. agens in ciuitate, an locum habeat in Eccleſia. c.8.n.67.l.2.

L. Regia 6. tit. 13. lib. 6. Nouæ Collect. loquens de los moſtrencos, refertur, vbi quomodo dicantur hæc bona apud Græcos, & in Francia. cap.9.n.16. lib. 2.

L. Regia 7. tit. 13. l.6. Nouæ Collect. præfigens formam omnino ſeruandam ad acquiſitionem prædictorum bonorum, refertur, cap. 9.num.18.l.2. Similis fere conſuetudo eſt apud Aurelanienſes, idem num.19.lib.2.

Prædictarum legum Regiarum iuſtitia defenditur, ibid.n.22. & ſequentib.lib. 2. ibid. Non obſeruans diligentias requiſitas à dictis legibus ius ſuum perdidit, atque ad reſtitutionem rei inuentæ tenetur tanquam pro furto, & ſic in vtroque foro erit ſecurus. c.9.n.23.l.2.

Leges Regiæ prædictæ non ſolum procedunt & loquuntur en los ganados moſtrencos, ſed etiam in aliis bonis, cap. 9. num. 30. lib. 2. Sententia an requiratur in caſu prædictarum legum Regiarum, ibidem. n.31.lib.2.

Leges Regiæ de beneficiis patrimonialibus loquentes, inſuper & conſuetudo immemorialis ſuper eodem, nempe vt ea ciuibus & originariis, & non aliis conferantur, æquiſſimæ & iuſtæ ſunt, & aliter ea prouidens tenetur ad reſtitutionem. cap. 11. num.29.& 30.l.2.

Leges huius Regni quæ prohibent exteris conferre beneficia Eccleſiaſtica, & penſiones, ſed tantum regnicolis & originariis, iuſtæ ſunt. c.11.n.35.l.2.

L. 2. tit. 15. part. 2. quamuis loquatur in ſucceſſione regni, ſeruanda quoque erit in ſucceſſione alterius cuiuſcunque maioratus particularis Hipaniæ. cap.4. n.58.& 59.& 62.lib.2.

Lex vel ſtatutum introducens aliquid cum certis modificationibus, cenſetur in illis formam inducere. c.15.n.111.l.2.

Lege Euangelica nihil præcipitur, nec vt illicitum prohibetur, quod non ſit iuris naturalis legibus, vel præceptum vel prohibitum, præter ea quæ circa Sacramenta & fidei Catholicæ Articulos inſtituta ſunt. cap.18.n.2.lib.2.

Lex ciuilis præcipiens, vt hæres non conficiens inuentarium, teneatur vltra vires hæreditarias, eſt fundata ſuper præſumptione, quod bona defuncti occultauerit hæres qui inuentarium non fecit, atque ea ſubtraxerit. c.18.n.66.l.2.

Lex humana quæ iuſta eſt, etiam in foro animæ eſt ſeruanda. c.18.num.68.l.2.

Lex in quibus caſibus deficit, non eſt nec actio vtilis danda. c.19.n.21.l.2.

Legis veteris tria tempora in hoc ſunt conſideranda, vt hic latius docetur. c.21.n.21.l.2.

Lex de decimis ſoluendis ex ea parte qua cæremonialis fuit, vel etiam iudicialis, ſecundum magis communem amiſit vim, & oblitionis ius per Euangelicæ legis promulgationem. cap.21.n.22.l.2.

Leges humanæ Imperatorum & Regum, obligant etiam in conſcientia, quando fundantur ſuper certo, & non ſuper præſumptione. c.27.n.11.l.2.

Lex pœnalis non tollit obligationem ad culpam quæ per priorem legem moralem fuerat impoſita. c.27. n.12.l.2.

Lex pœnalis contra ſcindentes & aſportantes ligna; vel paſtum furantes ex alienis fundis, quibus in cauſſis excuſet à peccato & à reſtitutione, cap.27. num.15.& 16. cum ſequentibus. lib.2.

Lex pœnalis obligat ad peccatum. c.27.n.25.l.2.

Lex ciuilis iuſta an ſemper obliget ad peccatũ mortale, c.28.n.12.& 13.quid quando ceſſat pars cauſæ l.l.2.

Lex humana minime poterit imitari diuinum iudicium, quo pro alterius culpis & criminibus innocentes corporis pœna afficiuntur non licet igitur quempiam propter crimen alterius occidere, nec excommunicare, nec fuſtibus cædere, nec alia corporali pœna punire. c.30.n.22.l.2.

L. quiſquis, C. ad leg. Iul. de vi, non recte dicit, ex imperatoria lenitate vitam condonari filiis eorum, qui Regiam læſerunt maieſtatem, quia hoc ſecluſo, Imperatores iuſte minime poterant filios pro peccatis parentum interficere. c.30.n.23.lib.2.

Lex humana, cum iuſta ſubeſt cauſa, & propter Reipublicæ vtilitatem, quo promptius & cautius à delictis & criminibus homines abſtineant, filios, & nepotes, pœna bonorum aliaue ſimili, ſancte & iuſte poteſt afficere, vt paſſim legibus & canonibus diffinitum eſt, nunquam tamen abſque iuſta cauſa poteſt iudex prædictas pœnas imponere. c.30.n.25.l.2.

Læſio enormis circa manuum iniectionem in clericum, quæ dicatur : Exceſſus notorius, quando dicatur enormis læſio. n.16.& 17.l.1.

Læſio intra dimidiam iuſti pretij in conſcientia eſt licita tametſi iure Canonico contractus in qua ipſa interuenit, non reſcindatur, ſicut nec iure ciuili, c.11.n.17.l.2.

Licentia ab Epiſcopo conceſſa eundi ad ſtudium, morte Epiſcopi re integra non exſpirat. cap.17.n.7.l.2.

Licentia ſeu facultas ordinandi à quocunque Catholico Antiſtite in propria diœceſi reſidenti, an ad alium de licentia proprij ibi Pontificalia exercente extendatur. c.26.n.26.l.1.

Licitum

Licitum eſt ſecundum ordinationem Eccleſiæ, & conſuetudinem approbatam, ac Epiſcoporum conſtitutiones dare vel accipere aliquid pro ſuſtentatione ſpiritualia miniſtrantium, & Epiſcopi taxare poſſunt, quanto ſtipendio ille dignus ſit, qui tali ſeruitio Eccleſiæ mancipatur : dum tamen abſit emptionis & venditionis cogitatio. cap. 29.n.3. lib. 1.

Licitum eſt dare librum, vel aliam ſupellectilem ſacerdoti pro pictantiis & eleemoſynis quarundam Miſſarum, vſque ad valorem ſupellectilis, ſiue ipſi offeratur, ſiue ipſe ad id ſe exponat. cap. 29. n. 4. lib. 1.

Ligna furari poſſent ſubditi forte ſine mortali culpa, quæ quotidianis vſibus, ſaltem foci eſſent ſibi neceſſaria, vbi domini earum acerba animaduerſione eos à nemoribus arcerent, ita quod prægrauem paterentur inopiam : fallit vbi ex hoc magna ſtrages fieret, cap. 27. numero 4. lib. 2. Item ſi cauſa lucri, hoc eſt vendendi ligna, id facerent, ibidem numero 5. & numero 27. quomodo intelligatur, lib. 2.

Linea recta non ex omnibus, qui ab inſtituente, ſeu potius maioratus poſſeſſore deſcendunt, ſed ex ipſis primogenitis, qui gradatim procreantur, tantummodo conſtituitur, vt inter filios, nepotes & pronepotes, cæteroſque deſcendentes, primogeniti tantum lineam rectam efficiant, & ſucceſſiue admittantur. c.14.n.47.l.2.

Linea vltimi poſſeſſoris conſideranda primum eſt, vt illi qui ex ea procedunt, cæteris præferantur : nec tranſitus fiat ad alias lineas, donec ex ea deſcendentes finiantur : ſecundo conſiderandus eſt gradus, tertio ſexus, quarto ætas, vt latius n. 49. declaratur, & etiam. n.50 c.14.n.48.l.2.

Linea finita primogeniti maioratus, ſtatim ſuccedit ſecundogenitus, eiuſque linea & deſcendentia, & poſtea ſimiliter tertio genitus. cap. 14. num. 51. lib. 2.

Linea recta deſcendentium exſtincta, ad lineam primogeniti collateralium maioratus ſucceſſio pertinere debet, & quomodo primogeniti inter collaterales conſiderari debent. cap.14.n.45.l.2.

Linea vna finita in ſucceſſione maioratus non conſideramus perſonam proximiorem, ſed lineam proximiorem, & in dicta linea ſemper quærimus primogenitum. c.14.n.56.l.2.

Litera l. 4. Tauri refertur, hodie eſt l. 3.tit.4.l.5.Nou. Collect. Reg. c.1.n.71.l.2.

Literæ commendatitiæ ſeu dimiſſoriæ (quas reuerendas vocant ad ordines ſuſcipiendos) an morte concedentis re integra exſpirent, cap. 17. n. 1. & num. ſeqq. & conſilium tunc temporis pro ordinatoribus. n.12.l.2.

Literæ priuationis in forma iuris, cum prouiſio alteri facienda, & literæ in forma dignum & vnionum, & mandatum de prouidendo eſt gratia facta & non fienda, & ideo non exſpirat re integra morte concedentis. Idem in literis penſionis conſtituendæ in partibus. c.17.n.5.l.2.

Literis ordinum credendum eſt, in quib. aſſeritur de licentia ſui Ordinarij ordines collatos fuiſſe. c. 17. num.30.lib.2.

Locatio ad nouennium dicitur facta ad modicum tempus. c.8.n.23.l.2.

Locatio ad vitam dicitur alienatio & conceſſio perpetua. c.8 n.24.l.2.

Locatio ad longum tempus dicitur etiam illa quæ fit ad vitam locantis, vel conducentis, vel ad ipſius voluntatem. c.8.n.25.l.2.

Locatione facta per prælatum, ſucceſſor quando teneatur ſtare colono quoad penſiones ſolutas anticipatas, & quoad ſoluendas. c.8.n.71.& ſeqq.l.2.

Locatio ſeu conceſſio in emphyteoſin rerum Eccleſiæ vltra tempus permiſſum facta, an in aliquo teneat? num.1. & per totum cap. 13. n. 5. refertur pars negatiua, num 6. affirmatiua, n.7. concordia aſſignatur, & n.8. limitatur, & num.10. & 11. aliæ limitationes referuntur. lib.2.

Locator poteſt ob penſionem non ſolutam expellere conductorem, vel eius hæredes. c.18.n.61.l.2.

Locatio rerum Eccleſiæ vltra triennium eſt prohibita ſub variis pœnis per Paulum Venetum Pontificem maximum. c.8.n.1.l.1.

Locatio operarum ſpiritualium locum habet in illis exercitiis ſpiritualibus, quæ principaliter ſunt corporalia, vt vicariatus Epiſcopi, vel parochi, vel concionatoris & ſimilium. cap. 29. numero 25. lib. 1.

Loth etiam inebriatus inceſtum cum filiabus commiſit. c.4.n.4.l.2.

Ludens vſus defenſione & natura ludi, ſi alterum occiderit, ne ictus euadat, de homicidio non tenebitur, niſi ludus eſſet impellendo alium, vt ſolet contingere con los que burlan con armas, o luchan, quia tunc punitur arbitrarie. cap. 6.n. 128. & 129. lib. 2.

Ludens data opera ſocium interficiens vel vulnerans, lege Aquilia, & pœna legis Corneliæ tenetur. c.6. num.143.l.2.

Ludens licite alterum ex aſſiſtentibus occidens, quando teneatur, & quando non? cap. 6. num.144. & ſeqq. l. 2.

Ludentes alea vel cartis, ſi inter ſe contendant, & iurgentur ſuper ludo, & vnus alterum vulneret, vel occidat, punitur, & erit irregularis occidens vel deformans. c.6.n.152.& 153.l.2.

Ludus paleſtræ, hoc eſt, lucha, licitus eſt etiam clericis. c.6.n.125.l.2.

Ludi exercendi vires cauſa introducti ſunt, & quando clericis, ſaltem in ſacris conſtitutis, liceant. c.6. num.126.& 127.l.2.

Ludus ſiue vſus lapidandi inter pueros prohibitus eſt, nihilominus propter tolerantiam excuſat à pœna ordinaria homicidij, quoad pœnam temporalem, ſecus quoad æternam. c.6.n.146.cum ſeqq.l.2.

Idem in alio ludo prohibito, ſed vſitato. n.149.l.2.

Ludus pilæ vel barræ, ſi inde fractura membri ſequatur, & quando imputetur frangenti. cap. 9. n. 150. lib. 2.

Ludus proiiciendi lapides ad vires corporis, & induſtriam experiendas, non vero ad nocendum, licitus eſt : & quid ſi ex eo homicidium ſequatur c.6. num.151.l.2.

Ludi ſunt illiciti, in quibus vt plurimum occiſiones & magna vulnera contingunt. c.7.n.4.l.1.

Luſores offendentes ſuſceptorem eorum, hoc eſt, al tablagero, an & qua pœna puniantur. cap.6 n.156. lib. 2.

Luxurioſa res eſt vinum, & tumultuoſa ebrietas. c.9. num.13.l.2.

M.

MAgiſter nimis caſtigans diſcipulum, an & quando fiat irregularis. cap. 6. n. 157. cum num. ſeqq.l.2.

Magiſtris licet leuis caſtigatio permiſſa ſit, non tamen exceſſiua. c.6.n.158.l.2.

Maioratus conſtitutio fit, vt bona vnita conſeruentur in perſonis primogenitorum. c.14.n.7.l.2.


Maioratuum

Maioratuum Hiſpanorum originem, quodammodo deriuationem ab inſtituto diuino duxiſſe, vt hic late probatur. c.14.n.16.l.2.

Maioratus Hiſpani non modicam habent ab inſtituto diuino deriuationem, & proceſſerunt à legibus & inſtitutis Hebræorum. c.14.n.17.l.2.

Maioratus ac vinculum quinti bonorum, aut tertij, vel tertij & quinti, in vtroque foro liciti ſunt etiamſi fiant in fauorem conſanguineorum vel aliorum, deficientibus deſcendentibus, & aſcendentibus, cap. 14. numero 30. & 31. lib. 2. Idem in maioratu vel vinculo de tertia parte bonorum facto ab eo, qui aſcendentes, non vero deſcendentes legitimos habet, vt in numero 32. lib. 2. Idem in maioratu facto de omnibus bonis in perſona filij naturalis, deficientibus deſcendentibus legitimis, quamuis aſcendentes adſint, vt in. num. 33. lib. 2.

Maioratus omnium bonorum abſque Regia facultate fieri non poteſt, niſi cæteri filij expreſſe cum iuramento eidem conſentiant. c.14.n.37.l.2.

Maioratus ex omnibus bonis cum licentia Regia à parentibus factus, non relictis cæteris filiis alimentis competentibus, ſiue eadem facultas hoc præceperit, vel non, in neutro foro non eſt ſecurus, non tamen erit nullus, ſed potius ſuſtinebitur, aſſignatis cæteris filiis alimentis competentibus. c.14.n.38.l.2.

Maioratus factus cum facultate Regia in fauorem deſcendentium vel aſcendentium in quo grauamen in legitima debita apponitur virtute eiuſdem facultatis, iuſtus & in foro conſcientiæ tutus eſt: ſi vero abſque facultate Regia id fiat, ſed cum permiſſione legis, valebit etiam cum prædicto grauamine cum conſenſu legitimo eiuſdem meliorati & grauati, c.14.n.43.& 44. quid quando deficit prædictus conſenſus. lib.2.

Malæ fidei poſſeſſor nullo tempore, etiam immemoriali præſcribit. c.34.n.68.l.1.

Malæ fidei poſſeſſor in æternum ex Pontificiis conſtitutionibus præſcribit. c.34.n.69.l.1.

Malitioſe fieri dicitur, quod iniuria fit, dolo adhibito, cum malitia ſit calumnia. c.20.n.12.l.1.

Malitioſe is aliquid facere dicitur, qui ſalua conſcientia facere non poteſt. c.20.n.14.l.1.

Malum minus eſt eligendum ex duobus malis, vt euitetur maius. c.38.n.13.l.1.

Manifeſtatio auctoritatiua requiritur, etiamſi facti euidentia ſit, vt quod auctoritas publica inchoauerit lege, auctoritas publica perficiat iudice. c.1.n.17. lib. 1.

Mandans aut conſulens amico, vt alium interficiat, ſi ab hoc ille occidatur, erit irregularis. c. 6.n.18.l.2.

Mandatum Apoſtolicum de recipiendo aliquem in Canonicum cuiuſdam Eccleſiæ, non obſtante certo canonicorum numero ibi ſtatuto, valet ac debet exſequi, etſi in illa Eccleſia nullus ſit numerus canonicorum ſtatutus. c.15.n.85.l.2.

Mandatum ſeu voluntas alicuius morte mandantis finitur, & quomodo intelligatur. cap. 17. num. 2. & 12. lib.2.

Maritus licite poteſt ex cauſa mulierem caſtigare, atque iuxta qualitatem culpæ corrigere, ita quod non procedat ad ſæua: illa enim ſunt iudici relinquenda, etiam in ſeruis propriis. c.24.n.12.l.1.

Maritus propter publicum adulterium vxoris an poſſit ipſa viuente clericus in ſacris effici, c.25.num.1. & ſeq. vbi n.12. ponitur affirmatiua, ſed n. 13. & ſeq. negatiua, quæ eligitur. lib.1.

Maritus propter adulterium vxoris poteſt intrare religionem, ibique ſolemniter profiteri, & in ea perſeuerare inuita vxore. c.25.n.2.l.1.

Marito non licet vxore adultera viuente aliam ducere. c.25.n.4.l.1.

Marito quotieſcunque poſt conſummatum matrimonium licet tranſire ad religionem, licet etiam eidem tranſire ad ſacros ordines remanendo in ſæculo. c.15.n.5.l.1.

Maritus etiam matrimonio copula conſummato poteſt de licentia vxoris conuerti ad religionem, ipſa vxore in ſæculo remanente, ſi non ſit ſuſpecta de incontinentia, ac caſtitatem promittente, alias tenetur etiam profiteri. c.25.n.6.l.1.

Maritus vxore religionem profitente poteſt ordinari. cap.25.n.7.l.1.

Maritus etiam ignorans cognoſcens carnaliter vxorem ſuam adulteram, bigamiam contrahit, cap.25. num.15.l.1.

Maritus, qui vxorem adulteram poſt pœnitentiam ſibi reconciliatam cognouerit, irregularis eſt. c. 25. num.16.l.1.

Maritus quod propter adulterium vxoris poſſit ordinari, nullo iure ſpeciali cauetur, quamuis religionem intrare ac profiteri valeat. c.25.n.18.l.1.

Maritus ſi relinquat aliquid vxori ſi ingreſſa fuerit monaſterium, intelligitur de ingreſſu cum perſeuerantia. c.1.n.23.l.2.

Maritus poteſt legare vxori vſumfructum ea lege ſi pudice vixerit, aut ſi ad ſecundas non tranſierit nuptias. c.5.n.16.l.2.

Marito à lege datur facultas impune occidendi vxorem & adulterum in crimine adulterij deprehenſos. c.6.n.40.l.2.

Maritus ſolum poteſt vxorem adulteram accuſare. c.7. num.80.l.2.

Maritus non tenetur ſtare locationi factæ per vxorem aut ſocerum, ante dotis conſtitutionem. cap. 8. num. 46.l.2.

Martyribus licitum fuit in carceribus tyrannorum manere, nec peccauerunt ob non arreptam fugam, data ipſius opportunitate, etiamſi mors eis imminens fuerit & proxima. c.24.n.26.l.2.

Martyres potuerunt licite colla percutientib. ſubmittere. c.24.n.28.l.2.

Maſculus à fœmina ob actum venereum pretium recipere poteſt. c.10.n.10.l.2.

Mater poteſt facere maioratum in filium ſpurium deficientibus aliis legitimis, & naturalibus. cap. 14. num.34.lib.2.

Matthæi 19. verba illa, Quos Deus coniunxit, &c. intelliguntur etiam de matrimonio rato tantum, c.17. num 15.lib.1.& n. 16. quod nullus homo ſeparare poſſit coniuges, quia hoc ſoli Deo eſt reſeruatum, declaratur etiam. c.24.n.20.lib.1.

Matth. 19. verba illa, Qui dimiſerit vxorem ſuam, &c. quomodo intelligantur. c.17.n.36.l.1.

Matth. illud Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet, declaratur. c.14.n.20.l.1.

Matrimonium contractum à muliere, quæ ſeminare non poteſt, cum viro qui ſeminare poteſt, tenet, c.16.n.16. ſecus è conuerſo, ibid. n.18.l.1.

Matrimonium ratum & non conſummatum diſſoluitur quoad vinculum per religionis ingreſſum, & ſolemnem profeſſionem, c.17.num.2.& 3. lib. 1. Et num.18. ratio differentiæ aſſignatur inter votum ſolemne & ſimplex. lib.1.

Matrimonium ratum ſignificat coniunctionem ſpiritualem inter Chriſtum & animam, & hæc eſt ſolubilis, ideo religionis ingreſſus ſoluit Sacramentum. cap.17.n.4.l.1.

Matrimo

Matrimonium inter infideles contractum diſſoluitur, ſi alter eorum ad fidem conuertatur, & alter nolit cohabitare ſine iniuria Creatoris, propter periculum fidelis coniugis. c.17.n.6.l.1.

Matrimonium conſummatum inter infideles eſt de iure diuino & naturali. c.17.n.10.l.1.

Matrimonij etiam rati indiſſolubilitas eſt immediate de iure naturali & diuino abſoluto, nam matrimonium eſt maris & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens. cap. 17. n. 13. & 14.lib.1.

Matrimonium etiam ante copulam carnalem ſignificat coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ atque ideo eſt vinculum indiuiduum. c.17.n.13.l.1.

Matrimonium ratum ſoluere ille tantum poteſt, qui dedit legem de eius indiſſolubilitate. cap. 17. n. 17. lib. 1.

Matrimonium ratum & non conſummatum, ſi per profeſſionem legitimam diſſoluitur, diuina non humana auctoritate fit, vt nobis mater Eccleſia exemplis declarauit. c.17.n.26.l.1.

Matrimonium ratum & non conſummatum non dirimitur per ſacri ordinis ſuſceptionem, niſi promotio facta ſit cum conſenſu vxoris & an hæc limitatio ſit vera. c.17.n.29.l.1.

Matrimonium non diſſoluitur per Epiſcopalem dignitatem. c.17.n.30.l.1.

Matrimonium ratum & conſummatum non diſſoluitur quoad vinculum etiam per ſolemne votum ſeu religionis ingreſſum & profeſſionem. cap.17.n.31. lib. 1.

Matrimonium ratum tantum ſoluit votum ſolemne religionis, non quod ſit fortius vinculum, ſed quod ſit mors quædam ciuilis. c.17.n.33.l.1.

Matrimonij indiſſolubilitas non ſumitur ex ſignificatione, ſed ex ſui natura, & inſtitutione diuina. c.17. num.15.l.1.

Matrimonium ex cauſa fornicationis ſeparatur quoad torum, non autem diſſoluitur, quad vinculum matrimonij. c.17.n.37.l.1.

Matrimonio contracto ab impuberibus, vel à pubere, ſeruata forma ſacroſancti Concil. Tridentin. an poſtea adueniente pubertate debeat ratificari expreſſe eadem forma repetita, an vero tacite ratificetur interueniente copula, mutua cohabitatione, oſculis vel amplexibus, ante vel poſt Concil. Trid. c.18. per tot. lib.1.

Matrimonio contracto de facto in facie Eccleſiæ, & conſummato, ſi alter coniunx ſit conſcius impedimenti ſecreti ipſum dirimentis, & obtenta diſpenſatione contrahere iterum velit, tunc abſque teſtibus ſufficit contrahere ad euitandum ſcandalum, ſecund. Caiet. & communem, ſed poſt Concil. Trident. non procedit, c. 18. n.3.l.1. quid hoc caſu faciendum ſit, ibid. n.7.& 8.l.1.

Matrimonij contrahendi ſolemnitas requiſita per ſanctum Concil. Trident. c.19.n.1.l.1.

Matrimonium per verba de præſenti contractum ab impuberibus, reſoluitur iuris interpretatione in ſponſalia de futuro: & ideo ſi cum alia factus pubes contrahat de præſenti in facie Eccleſiæ, validum eſſet & ſeruandum hoc ſecundum matrimonium. c.18.n.9.l.1.

Matrimonium de præſenti hodie attento ſacro Concilio Trid. contrahi non poteſt, niſi coram parocho vel alio ſacerdote de ipſius vel ordinarij licentia, & duobus vel trib. teſtibus. c.21.n.11.l.1.

Matrimonium iure communi contrahitur his verbis: Contraho matrimonium, & non cum alia niſi tecum. c.21.n.19.l.1

Matrimonium contractum non videtur, ſi puella iuueni ſe interpellanti reſpondeat: Nolo vt me cognoſcas, niſi honeſte, atque ita ſe factum reſpondeat, ineretque. c.21.n.22.l.1.

Matrimonium an præſumatur ex traductione ad domum. c.21.n.34.l.1.

Matrimonium vel ſponſalia inter conſanguineos vel affines ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit, an ſint valida, ita vt Papa diſpenſante locus non ſit pœnitentiæ, necne: cap.21.n.1.& ſeq. & præcipue n.15. vbi referuntur auctores affirmatiuæ ſententiæ, & num.16. negatiue, & num.17. ſententia auctori ponitur. lib.1.

Matrimonium per verba de præſenti contractum ſub aliqua conditione licita & honeſta, adueniente conditione ſtatim perficitur, & eſt verum matrimonium abſque nouo conſenſu, ſecundum communem opinionem Canoniſtarum, ſed ſecundum veriorem & communem Theologorum ſecus eſt. c.21.n.2.& n.21. ſeq.& l.1.

Matrimonium contrahentes per verba de præſenti ſub aliqua conditione licita & honeſta, non poſſunt pendente conditione dictum conſenſum reuocare, ſed tenentur conditionem ſpectare: ſi tamen interim aliud matrimonium contrahant, tenebit. cap.21.n.4.l.1.

Matrimonium contractum inter conſanguineos vel affines, abſque conditione, ſi Papa diſpenſauerit, eſt illicitum, & contrahentes incidunt in pœnam excommunicationis. c.22.n.5.l.1.

Matrimonium ratum & non conſummatum, quod diſſoluatur per ſacri ordinis ſuſceptionem, nullo iure cauetur, quinimo vxoratus nullum ſacrum ordinem ſuſcipere præſumere debet durante matrimonio, niſi prout ſacris canonibus nouerit expedire, alias neque matrimonio ſoluto in ſic ſuſcepto ordine miniſtrare, nec ad ſuperiores ordines proueni, neque ad aliquod beneficium vel officium Eccleſiaſticum promoueri valet. cap. 25. num. 17. lib. 1.

Medici & Phyſici, ſi nihil ex contingentibus omittant, ſicque conſcientiam non habeant læſum alicuius culpæ, quia eam artem abſque culpæ ſuſpicione exercuerint, bene poſſunt ire ad ſacros ordines promoueri: quatuor tamen aut quinque debent ad hoc concurrere, de quib. hic in c.6.n.26.27. Sed quis eſt hic, & laudabimus eum? n.28.l.2.

Medicus non tenetur ſemper & continuo adeſſe ægroto, niſi ipſe propter maximum ægritudinis periculum cuſtodia indigeret, tunc enim tenetur medicus vel præſens eſſe, vel admonere vt diligenter cuſtodiatur. c.6.n.28.l.1.

Medicus omittens curare infirmum, & diues alere pauperem, qui tamen ex hoc moriantur, non ex hoc illi fiunt irregulares. c.6.n.115.l.2.

Melioratus filius in tertia hæreditatis parte cum grauamine, vt ſi ſine liberis deceſſerit, alteri filio teſtatoris reſtituat, ſi monaſterium ingrediatur, non ſuccedit monaſterium in ea parte, quæ legitima eſt filiorum, ſed alter filius vocatus. c.32.n.15.l.1.

Melior cæteris ſimpliciter non eſt eligendus, ſed magis idoneus ad animarum regimen, qui poſſit Eccleſiam inſtituere & defendere, & pacifice gubernare. c.11.n.3.l.2.

Menſa capitularis, redditusque ipſius, menſæ, in qua inuitati ad comedendum ſedent, aſſimilatur. cap.1. num.108.l.1.

Mentione facta mortis, in dubio in propoſito intelligitur de naturali tantum. c.1.n.50.l.2.

Mentione non facta omnium quæ Principem retardare

dare potuiſſent ad concedendum reſcriptum, nullum & inualidum redditur, & quomodo hoc intelligatur. c.15.n.28.& 29.l.2

Mercatores, vulgo dicti Traperos, & alij ſimiles, cum vt plurimum & prope ſemper non vendant ad creditum merces ſuas rogati, neque mori vt benefaciant proximo, ſed ipſi ob ſui gratiam, lucrum ac intereſſe quærunt, ac capiunt emptores, quinimo ad id ſunt expoſiti atque parati ad vendendum omnib. vtróque modo habere non debent, neque poſſunt reſpectum ad intereſſe lucri ceſſantis, nec damni emergentis ſub pœna peccati mortalis, & reſtitutionis, cap.39. num.28. lib. 1. Præterquam ſi concurrant tres conditiones, de quibus ibi, n.25. reuera & abſque vlla fraude & fictione. ibid. n. 29. lib.1

Mercatores an poſſint merces ſuas carius ad tempus vendere ratione periculi cum venditor ad emptoris inſtantiam rem ſuam exponit vel ratione dubij, ſeu timoris iuſti & probabilis, cui ipſe emptor cauſam præſtat, de litigando, & expenſas faciendo pro capitalis recuperatione. c.39.n.30.l.2

Mercatores qui pecunia credita vendunt merces indigentibus carius vltra pretium rigoroſum quam in promptu valeant, eo pacto vel propoſito principali, vt ſtatim ab eiſdem emant, per ſe vel alium viliori precio de præſenti ſoluendo, impie agunt, quod vulgo mohatra dicitur. c.39.n.71.l.1

Merces ſi dubium ſit plus, minuſve valituras tempore ſolutionis, non ſufficit ad hoc vt carius vendi poſſint tempore venditionis, niſi ſimul & copulatiue concurrat, quod venditor tempore contractus eas non fuerat venditurus, vnum enim ſine altero non ſufficit. c.39. n.2. & alia de mercibus vide n. ſeqq. lib.1

Merx paruo pretio æſtimatur in Republica, quando non reperiuntur emptores parua pecunia eam emere volentes ſic è contra ſi multi reperiantur emptores, qui magno pretio illam emant, ſignum eſt eam mercem plus valere. c.39.n.38.l.1

Meretrix licet turpiter facit eo quod ſit meretrix, non tamen turpiter accipit cum ſit meretrix, cap.10.n.11. & 13. contra hoc arguitur, ſed n. ſeqq. argumenta diſſoluuntur.

Meretrix domina eſt ſui corporis, & materia vendibilis eſt. c.10.n.12.l.2

Meretrix, ſecundum Medin. & Nauar. non minus peccat recipiendo mercedem ſuæ operæ illicitæ, quam cæteri qui pro alio maleficio committendo recipiunt pretium, quamuis ad reſtitutionem non teneatur. c.10.n.15.ſed contra n.16.& 17.l.2

Meretrix tute in conſcientia apud iudicem exteriorem petere poteſt mercedem ſibi promiſſam ſequuta copula: ſecus dicendum eſt in aliis mulieribus, non meretricibus, reſpectu eiuſdem fori exterioris. c.10, n.29.l.2

Miles armatæ militiæ propter ebrietatem deponi poteſt ab omni militia. c.4.n.60.l.2

Miniſter iudicis condemnantis innocentem, an exſequendo ſententiam eius peccet mortaliter. c.29.n.15. lib.2

Minores ordines & ſubdiaconatus an eodem die conferri valeant. c.26.n.30.31.& 32.l.1

Minor læſus poſt ſententiam poteſt à iudice contra eam reſtitutionem petere. c.2.n.56.l.2

Minor finita tutela, an teneatur ſtare locationi à tutore factæ. c.8.n.42.l.2

Minor, miles, & clericus, concubinis ſuis donare minime poſſunt. c.10.n.7.l.2

Miſſus in poſſeſſionem ex 1. vel 2. decreto iudicis, tenetur omnino ſtare colono, niſi locatio præcedens in fraudem creditoris facta fuerit. c.8.n.48.l.2

Miſſam audiens in Eccleſia Cathedrali, adimplet præceptum. c.30.n.12.l.1

Miſſam audire non debet quis in oratorio priuato in ſolemnitatibus maximis, ſed in ciuitatibus aut parochiis. c.30.n.19.l.1

Miſſas totas audire præceptum eſt. cap.30. n.20.& 21. lib.1

Miſſam celebrare non licet ex priuilegio, niſi in loco decenti. c.30.n.27.l.1

Miſſa in feria ſexta in Paraſceue non celebratur ſub pœna peccati mortalis, c. 30. n.35. & 36. quid in die Cœnæ Domini, & Sabbathi ſancti, lib.1

Miſſam iure communi attento non eſt licitum audire, neque ſuſcipere Sacramenta eccleſiaſtica à clerico notorie concubinario, etiam ſine monitione ſuperioris. c.1.n.44.l.1

Hodie ſecus eſt, niſi clericus publicus concubinarius fuerit nominatim publice denuntiatus per prælatum vel ſuſpenſus, vt euitetur. cap. 1. numer. 45. lib.1

Miſſam audiens à ſacerdote exſiſtente in alio crimine notorio, non peccat mortaliter. c.1.n.46.l.1

Mittens puerum ad puteum, aut ad flumen, vbi ſuffocatur, & qui fugiens ictum vnius propellit in alterum, qui ex hoc deformatur, eſt irregularis. c.6. n.160.l.2

Mixta conditio non continetur ſub ſimplici. c.32.n.42. lib.1

Modicum dicitur reſpectu perſonarum. c.11.n.64.l.1

Modus adiectus in contractu, ſi non adimpleatur, res condicitur & vendicatur. c.18.n.60.l.2

Monaſterium non habetur pro filio, niſi tantum in caſibus à iure expreſſis, & ad alios non extenditur, cum hæc ſit fictio quædam. cap.32.n.56.l.1

Monaſterium ſi egens ſit, poteſt acceptare dotem pro alimentis monialis abſque ſimonia. cap.32.num.62. lib.1

Monaſteriorum monialium præfectæ, etiamſi ſit expletus numerus earum quæ ali poſſunt ex redditib. monaſterij, abſque culpa poſſunt ſufficienter donatas admittere. c.32.n.63.l.1

Monaſterium monialium egens ex pacto nihil aliud pro dote monialis recipere poteſt, præter illud quod alendæ moniali ſit neceſſarium, c.32. n.65. lib.1. & num.66. conſuetudo & vſus Hiſpaniæ in recipiendis monialibus, refertur lib.1

Monaſterium capax ſucceſſionis an excludat ſubſtitutum vocatum ſub ea conditione, ſi inſtitutus ſine liberis legitimis & naturalib. deceſſerit, vel ſine liberis ex ſe legitime deſcendentibus, vel ex ſuo corpore procreatis. c.32.per tot.lib.1

Monaſterium loco filij habent, c.32.n.2.& ſeqq. lib.1. Sed contrarium n. 54. Sed procedit per fictionem, non verò ſecundum veritatem. ibid.n.8.& num.55. lib.1

Monaſterium excludit ſubſtitutum vocatum ſub conditione, ſi grauatus ſine liberis deceſſerit, ne ſcil. religionis profeſſio impediatur, & ne quis à vita contemplatiua auertatur, c. 32. n. 12. Sed hoc non eſt præſumendum, vt in n.57. l.1

Monaſterium capax ſucceſſionis quod excludat ſubſtitutum vocatum ſub ea conditione, ſi inſtitutus ſine liberis legitimis & naturalibus deceſſerit, vel ſiue liberis ex ſe legitime deſcendentibus, vel ex ſuo corpore procreatis, plurimi auctores referuntur tenentes & teſtantes eſſe commun. opinion. cap. 32. numer. 24. lib. 1. Fallit primo in monaſterio in communi incapace bonorum num.25. lib.1. Secundò fallit, quoties cl. re conſtaret de expreſſa voluntate teſtatoris in contrarium, num.23. lib.1. Tertiò fallit, ſi in conditione prædicta exprimeretur de veris & naturalibus filiis, non per iuris interpretationem, vel de eorum vero & non ficto matrimonio, aut per alia verba æquipollentia, quæ neceſſario inferant de excluſione monaſterij cogitatum, num. 27. & 28. lib. 1. Fallit etiam ſi appareat teſtatorem voluiſſe agnationi conſulere, bonáque in familia conſeruari, n.29. lib.1. Fallit etiam, ſi ſubſtitutus ſit filius teſtatoris vt n.31.32. & 35. quamuis alij contrarium teneant. vt in n.33. & 34 l.1

Monaſterio & piæ cauſæ magis fauetur in bonis extra legitimam, quam filiis, c. 32. n. 34. l. 1. Sed contra num.36. vbi de intellectu text. in c. quicunque 17. qu.4 l.1

Monaſterium non excludit filium teſtatoris ſubſtitutum, ſi pia cauſa ſecundo loco ſubſtituta ſit. Quod procedit etiamſi primus ſubſtitutus ſit extraneus. c.32.n.37.& 38.l.1

Monaſterium quod non excludat ſubſtitutum ſub conditione ſi grauatus deceſſerit ſine liberis legitimis & naturalib. vel ſine liberis ex ſe legitime deſcendentib. vel ex ſuo corpore procreatis, late probatur, cap.32. num.41. lib.1.& num. ſeq. & num.52. referuntur plures auctores eam tenentes teſtanteſque communem, & num.53. ea eligitur ab auctore. lib.1

Monaſterium loco filij poſthumi habetur, atque cenſetur. c.1.n.5.l.2

Monaſterium habetur loco filij in caſibus à iure expreſſis, in aliis autem non habetur pro filio, & tunc exprimitur à iure, vbi ingreſſus monaſterium nullum prius teſtamentum condidiſſet. c.1.n.8.l.2

Monaſterium tenetur alere filios monachi eo viuente, quia bona tranſeunt cum ſuo onere, poteritque filius hoc caſu petere vt aſſignentur ſibi certa bona, ex quibus ſe poſſit alere. c.1.n.90.l.2

Monaſterium viuente monacho profeſſo reget & gubernabit bona ipſius monachi teſtatoris, & faciet fructus ſuos. c.1.n.99.l.2

Monialis fornicando committit ſacrilegium, inceſtum, & adulterium. c.7.n.50.l.2

Moniales nullo modo debent exire à ſuis monaſteriis, niſi ex cauſa magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidemiæ, c.14 n.1. lib.1. Sed an ex aliis infirmitatibus grauibus, ex quibus iudicio medicorum mors timeatur, id liceat, late diſcutitur, ibi. n.2.& ſeqq.l.1

Monialium exitus à ſuis monaſteriis licitus eſt ob iuſtum timorem belli. c.14.n.9.l.1

Monialis exire poteſt à monaſterio, electa in Abbatiſſam alterius, vt illi. c.14.n.10.l.1

Moniales plures recipi non debent, quam ali poſſunt ex redditibus monaſterij, cap.32. num.64. ſi tamen recipiantur bene dotatæ, abſque culpa id fiet. ibid. n.63.l.1

Monialium numerus vbi non impletus monaſteriumque diues ſit, illicitum eſſet dotem ab ingredientibus exigere, c.32. n.67. hoc autem ceſſante licet. vt in n.68.ibid.l.1

Moniales poſſunt per prælatos monaſteriorum ex cauſa vtilitatem ipſorum concernente mutari de vno in aliud ad inhabitandum. capit. 14. numer. 11. lib.2

Monitio generalis ſufficit ad excommunicationem generalem ferendam: hoc tamen fallit, vbi excommunicatio ferenda eſt aduerſus participantes cum excommunicato, quia tunc neceſſaria eſt monitio ſpecialis nominatim eorum, qui monendi ſunt, nec generalis ſufficit, aliàs erit nulla ipſo iure, cap. 4. num. 31. lib. 1. Quod intelligendum eſt, quoties quis excommunicat participantes cum excommunicatio à ſeipſo: ſecus ſi cum excommunicato ab alio, vel à iure. ibid.n.32.l.1

Monitio prælati præcedere debet pœnam d. c. crapula, ac recidentia à in crimine ebrietatis poſt monitionem, &c. c.4.n.66.l.1

Monitio præcedere debet ad hoc, vt clericus concubinarius puniri poſſit, niſi concubinatus ſit notorius & ſcandaloſus, reſpectu pœnæ pecuniariæ, vel recluſionis in eccleſia ad modicum tempus. c.7. n.67. & ſeqq.l.2

Monitoriæ generales concedi poſſunt, etiam contra teſtes, qui veritatem ſciunt de aliquo negotio, & eorum nomina ignorantur. cap. 11. num.35. & 37. lib.1

Monitoriæ generales concedi poſſunt in omnes impedientes teſtes produci in cauſa mota. cap. 11. n. 36. lib.1

Monitoriæ generales diſcerni poſſunt contra habentes, vel ſcientes quis habeat has vel illas ſcripturas: limitatur vt hic. c.11.n.38.l.1

Monitoriæ generales concedi debent pro occultis, in quibus alias non apparet probatio: ſecus pro notis. c.11.n.59.l.2

Monitoriæ generales concedi non debent pro re leui, & an latæ pro ea ligent. c.11.n.60.& 61.l.1

Monitoriæ generales facilius pro pauperibus pro re parua, quam pro diuitibus concedendæ ſunt. c. 11. n.56.l.1

Monitoria ſpecialia contra certas perſonas pro minori ſumma concedi ſolent. c.11.n.66.l.1

Monitoriis criminoſis reſpondendum non eſt, nec quando præceſſit pactum in contrarium. c.11. n.76. 77. lib.1

Monitoriæ generales intelligi debent ciuili modo, ita quod non quis arctetur ad impoſſibile, & excommunicatio ferri non debet pro debito contra eum, qui ſoluere non poteſt. capit.11. numer. 80. & 81. lib.1

Monitoriarum reliqua vide in d. cap. 11. per totum. lib.1

Monachus ante profeſſionem poteſt valide teſtari, ac proinde eius teſtamentum poſt profeſſionem non reuocatur: quod intelligitur etiam ſine licentia prælati, cap.1. n.20. & 25. & in n. ſeqq. an hodie hoc procedat ſtante Concil. Trid. lib.1

Monachus nouitius intra annum probationis tanquam laicus cenſendus eſt, nec dicitur monaſterium ingreſſus, qui nondum eſt profeſſus. cap. 1. num. 21. & ſeqq. lib.2

Monachus an poſſit in fauorem vnius filij meliorationem facere, vel maioratum conſtituere remiſſiue, c.1.n.38.l.2

Monachus iam profeſſus an poſſit teſtamentum ante profeſſionem à ſe conditum reuocare. c.1. n. 35. & ſeqq.lib.2

Monachus quoad effectum teſtandi, ſeu contrahendi, pro mortuo habetur. c.1.n.37.l.2

Monachus poſt profeſſionem moritur mundo, & ſic non habet velle aut nolle. capit. 1. numer. 39. lib.2

Monachus profeſſus non poteſt reuocare teſtamentum à ſe factum, etiamſi in fauorem monaſterij reuocatio fiat. c.1.n.40.l.2

Monachus antequam grauatus reſtituere alteri hæreditatem, vel quid aliud, ſi ſuperuixerit fideicommiſſario, non euaneſcit fideicommiſſum, ſi monaſterium



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſit omnino incapax ſucceſſionis bonorum, c.1.n.63. lib.2. Secus erit in monaſterio capace bonorum in communi vel particulari, quia in hac ſpecie monaſterium durante vita monachi habebit bona fideicommiſſi, & apud eum perpetuo manebunt, ſi monachus ſuperuixerit fideicommiſſario. cap. 1. n. 64. lib.2

Monachus ſimpliciter ingrediens monaſterium, non declarando quod illud fuerit ingreſſus cauſa ſtandi in probatione, ſi moriatur intra annum probationis, nulla diſpoſitione facta de bonis ſuis, ad quem ipſa pertineant. c.1.n.104.l.2

Monachus aut clericus exercens medici artem, ſi peritus eſt, & abſque eius culpa caſu infirmus moriatur, non erit irregularis. c.6.n.25.l.2

Monachus minor peccans equitando non fit irregularis, ſi mula eius, aliàs manſueta, puerum occidat abſque ipſius culpa, niſi frenum de facili frangi potuit, vel ſi propter eius imperitiam vel impotentiam equus laſciuiſſet, vel ſi non vidit quæ debuit. c.6.n.122.& 123.l.2

Monachus non poteſt dare vel promittere concubinæ vel meretrici. c.10.n.5.l.2

Monachis à fortiori prohibita eſt donatio perſonalis, nam per alios venari poſſunt, & canes extra monaſterium ad id habere, ſi in terris propriis venationem habeant, aut in terris alienis venandi. c. 28. num.17. lib.2

Mohatra vulgo dicta, hoc eſt, vendere aliquid indigentibus carius vltra pretium rigoroſum, quam in promptu valeat, eo pacto vel propoſito principali, vt ſtatim ab eiſdem emant per ſe vel alium, viliori pretio de præſenti ſoluendo, illicita eſt. c.39. n.71. lib.1

Præterquam ſi venditio prædicta fieret ad creditum pretio rigoroſo, emptio verò pretio infimo. vt ibid. num 72.lib.1

Morbus talis & tantus, ex quo euidenter conſtat non poſſe monialem cum aliis abſque graui periculo commorari, eſt ſufficiens cauſa attento iure communi, & Concil. Trident. vt monialis exire poſſit à monaſterio. c.14.n.3.l.1

Moriens alio legitimo confeſſario deficiente tenetur excommunicato ſacerdoti confiteri, licet ſit præciſus ab eccleſia, ipſeque miniſter ſic adminiſtrando non peccat, ſi tamen reſipiſcat, & animo decernat iam eccleſiæ parere mandatis, vt excommunicationem excutiat à ſeipſo. cap. 1. numer. 65. lib. 1. Quod eſt ſpeciale in Sacramento Baptiſmi & Pœnitentiæ, in cæteris verò id non licet. vt in num. 66. lib.1

Mors ciuilis tunc æquiparatur naturali, quando mors ciuilis operatur eundem effectum, quem naturalis. c.1.n.43.lib 2

Mors naturalis non æquiparatur ciuili, neque è contra, niſi in caſibus à iure expreſſis. cap. 1. num. 44. lib.2

Mors ciuilis non operatur eundem effectum in deportato & relegato, quem mors naturalis. c. 1. n. 45. lib.2

Mortuus repertus in puteo vel fonte, non eſt priuandus eccleſiaſtica ſepultura, qui non præſumitur ſe ipſum præcipitaſſe, caſu enim potuit ibi decidere. c.3.n.15.l.2

Idem dicendum eſt in reperto in amne vel fluuio ſuffocato, etiam veſtito, ibid. n. 16. lib. 2. Idem in reperto in via, vel ex feneſtra proiecto. ibid. n.17. lib.2

Mortui bona non publicantur, quando quis non eſſet accuſatus, inquiſitus vel deprehenſus de aliquo crimine, ſi ipſius hæredes parati ſunt eius defenſionem ſuſcipere, atque innocentiam probare, niſi à fiſco contrarium probetur, ſcilicet, ſe ipſum occidiſſe, præterquam ſi tunc temporis occiſus patiebatur dolorem, furorem, vel aliam iracundiam, &c. c.3.n.21.l.2

Motus proprij Pij V. de confidentia beneficiorum intellectus. cap.23. num.78. præcipue numer. 80. 81. lib.2

Motu proprio Pij V. de confidentiis attento, cautela quædam 44. Feratij & aliorum non eſt licita, neque ſecura. c.5.n.33.l.2

Motus proprius Pij V. anno 1568. 15. Calend. Decembr. latus circa abſolutionem à cenſuris, ad effectum conſequendi iubileum, declaratur. c.2. n. 18. lib.1

Motus proprius Sixti V. ſuper agitatione taurorum Epiſcopo Salmantino directus contra præceptores docentes non peccare clericos intereſſentes taurorum agitationib. & contra ipſos clericos. c.7. n. 36. lib.1

Hodieque non eſt dubitandum de obſeruantia motus proprij Pij V. & Greg. XIII. ſuper prohibitione agitationis taurorum lati. ibid.n.37.l.2

Motus proprius Pij V. ſuper clauſura monialium expenditur. c.14.n.8.l.1

Motus proprius Pij V. declaratur, in quo noui reſidentes æque iure ac antiqui fructus beneficiorum ſuorum lucrari debent. c.29.n.29.l.1

Quod ſecus obſeruatur in alma Eccleſia Ciuitatenſi, ex declaratione Illuſtriſſimorum Cardinalium, & ſtatutis dictæ Eccleſiæ, ibid. n.30. lib.1. & nouiter recepti in dicta Eccleſia ex conſtitutione immemoriali ſoluunt fabricæ eiuſdem duodecim aureos pro ſingulis præbendis. d.c.29.n.31.l.1

Mulier quæ precibus pecunias magnas extorquet à ſuo amaſio, an & quando teneatur eas eidem reſtituere. c.37.n.19.l.1

Mulier nupta, quæ falſo ſibi partum ſuppoſuit, vel quæ ex adulterio inſcio marito filium concepit, an teneatur ſe prodere, vel merito ſeu filio reuelare. c.38 n.1.& ſeqq.per totum, l.1

Vbi num.25. cautela, qua vſa fuit in propoſito vidua quædam Auenionenſis, tuta non videtur. lib.1

Mulier iam diffamata adulterij, vel ſuppoſitionis partus, credens ſe ſine periculo corporis & animæ id reuelare poſſe, ac quod ſibi maritus & filius credent tenetur ipſis reuelare. c.38.n.26.l.1

Mulier in quæſt. principali ſupradict. an teneatur reuelare ſecluſo vitæ periculo, quando ingens eſſet patrimonium, quod aliàs auferretur regnum, aut præclariſſima domus. c.38.n.27.l.1

Mulier in præfata quæſtione ſi patrimonium habeat, ex quo valeat commode damnum reſarcire marito ſiue eius hæredibus, tenetur id omnino facere: & quid debeat facere, ſi bona non habeat, quibus læſis ſatisfacere poſſit. c.38.n.28.& 29.l.1

Mulier ebrioſa niſi turpius eſt. c.4.n.24.& 25. ſacrilegium eſſe, vtpote deteſtabile in fœmina, lib.2

Mulier ebrioſa ira magna, & contumelia, & turpitudo eius minimè tegetur. c.4.n.26.l.2

Mulieres ſua ingluuie, voracitate, viuacitate, victus intemperantia ſunt podagræ obnoxiæ. c.4.n.29.l.2

Mulieres coniugatæ donare non poſſunt hominibus propter coitum turpem. c.10.n.6.ſecus de paraphernalibus, lib.2

Mutuans an poſſit deducere in pactum obligationem antydoralem, qua capiens mutuum, tenetur ſimile beneficium exhibere. c.15.n.6.l.2

Mutuans principaliter ob amicitiam, quamuis ſecundario ob ſpem aliquid, vltra ſortem à debitore dandum accipiendi, non committit vſuram. c.15.n.7.l.2

Mutuum accipere ſub vſuris, an & quando liceat. c.23. n.39.& ſeqq.l.2

Mutuum licite ſimpliciter peti poteſt ab eo, qui non eſt paratus dare ſub vſuris: quod ſi ille nolit gratis mutuare, ſed ſub vſuris, poſſunt abſque peccato mortali ab eo accipere ſub vſuris, niſi ob finem talem accipiant. c.22.n.42.l.2

N

NAtura propria inſpicienda eſt, & iuxta illam iudicandum, non vero ſecundum accidentalem. c.18.n.57.l.2

Naual Carmelus erat vir durus, peſſimus & malitioſus, & in conuiuio cor eius iucundum, quia ebrius nimis. c.4.n.16.l.2

Nauar. inaduertenter imponit Epiſcopo Segouienſi Couarr. quod ipſe non legit. c.10.n.28.l.2

Neceſſitatis cauſa multa fieri poſſunt, quæ alias non licerent. c.23.n.19.l.1

Nemo inuitus fit bonus, vnde ſuppoſita neceſſitate omnes debent cogi ad ſubeunda media, quibus tandem volentes boni fiant. c.31.n.17.l.1

Nemo poteſt argui de temeritate, ſi ſequitur maiorum ſenſum. c.9.n.13.l.1

Nemini priuato, nec etiam iudici ſæculari, licet iudicare aliquem hæreticum, etiamſi notorius talis appareat, quouſque ab Eccleſia id iudicetur, aut per ſententiam declaretur: idque procedit indiſtincte, vt in c.1.n.22.l.1

Nemo præſumitur ebrius, niſi probetur: probatio tamen ebrietatis difficilis eſt, & ideo non creditur teſti diſponenti ſuper ebrietate, niſi aſſignet concludentem rationem, etiam non interrogatus. cap. 4. n.113.114.l.2

Nemo pro peccato alterius eſt puniendus, Ezechiel. c.18.c.30.n.12.l.2

Nepos ex filio maiori præmortuo, præfertur filio ſecundogenito, ſecundum communem obſeruantiam in Hiſpania: quod procedit etiam in maioratibus ante d.l. Partitæ inſtitutis. c.14.n.60.& 61.l.2

Nominatim excommunicatus dicitur, qui nomine proprio, officij vel dignitatis, aut aliquibus poſitis ſignis indubitatis excommunicatur, vt hic, quamuis vitandus non ſit, etiam à ſciente, quouſque fuerit declaratus & denuntiatus per iudicem. c.1.n. 28.l.1

Nominatim excommunicatus non eſt, quicunque fecerit aliquid contra canonem id ipſum faciente excommunicantem. c.1.n.27.l.1

Nominatim excommunicatus & declaratus per iudicis ſententiam, quæ illum denuntiat, mandatque denuntiandum publicum excommunicatum, vitandus eſt, antea vero non. c.1.n.29.l.1

Atque vſus, communiſque interpretatio Chriſtiani orbis, in hunc ſenſum accepit conſtitutionem Concil. Conſtantienſ. per quam nunc non denegatur ſepultura his, qui excommunicati moriuntur, niſi ſint denuntiati. ibid.n.30.l.1

Nomina verbalia requirunt frequentiam, & in vno actu non verificantur. c.19.n.17.l.2

Noe inebriatus vino denudatus eſt, &c. cap.4.n.3.l.2

Non ſoluens meretrici ſtatutum pretium cogetur in foro iudiciali ad ſolutionem huiuſmodi. c.20.n.9.l.2

Non ſufficit narrare ſcienter verificari poſt impetratam diſpenſationem, ſed tempore eius impetrationis veritas prout narratur debet ſe habere, vt hic. c.13.n.133.l.2

Non debet fieri aliquid ex ſolo zelo iuſtitiæ, niſi ſubſit iudicium rationes. capit. 11. numer. 46. lib.1

Notorie excommunicatus, ita quod ipſius factum nulla tergiuerſatione celari poſſit, vitandus eſt ante denuntiationem ſecundum literam Concilij Baſilienſis, & citantur auctores huius ſententiæ, capit. 1. numer. 6. lib. 1. Sed contrarium latè probatur rationibus, & auctoritatibus. n.7. & ſeqq. lib.1

Notorius clerici percuſſor cur ſit vitandus ante denuntiationem, cæteri vero notorij excommunicati minimè. c.1.n.12.l.1

Nouitius ſi reuertitur ad ſæculum, poteſt ſua bona recuperare. c.1.n.106.l.2

Nouitius in quibuſdam habetur pro religioſo, & talis eſt de foro Eccleſiæ, & gaudet priuilegio Canonis: & quid in aliis. c.1.n.107.& 108.l.2

Nullitas collationis ſimoniacæ vnde proueniat. c. 23. num.13 l.2

Nullus contrahit ſimoniam, quantum ad eccleſiam ex ſola voluntate, niſi aliquid ſuperaddatur. c. 23. n.52.lib.2

Nullus ita condemnatur quod ipſe ſibi inferat mortem. c.24.n 3.l.2

Nulli humano iudici licet vnquam vnum hominem pro peccato alterius occidere, nec alia pœna corporali eum afficere. c.30 n.24.l.2

Nullitas excommunicationis quibus ex cauſis contingat. c.4.n.40.l.1

Nullitas excommunicationis, ſi ſapientib. nota ſit, vulgus autem ignorat, poteſt excommunicatus coram illis ſapientibus eam non ſeruare, in publico vero eam ſeruare debet, quouſque ſcandalum rationabiliter ſedauerit. c.4.n.41.l.1

Nulla maior pœna eſt in Eccleſia quam excommunicatio, quamuis ex fine ſit medicinalis. cap.7. num. 27. lib.1

Nuntius Apoſtolicus legatus à latere, cum ordinariam iuriſdictionem habeat in prouincia ſibi commiſſa, monitorias generalis decernere poteſt. c. 11. num.4.lib.1

O

OBlationes, quæ fiunt ex conſuetudine, etiam diuitibus & habentibus decimas fieri poſſunt. c.21.n.142.l.2

Oblationes debitæ parochis occaſione paupertatis ſeu conſuetudinis, ſunt voluntariæ quoad quantitatem, & ſpeciem rei oblatæ. cap. 21. num. 146. lib.2

Oblationes an neceſſario ſint faciendæ, necne, miniſtro ſpiritualium, qui ex aliquo artificio particulari poſſit victum quærere, c.21. n.154. lib.2. Quid ni vicario abſentis, qui pingues redditus ab Eccleſia percepit. c.21.n.155.l.2

Oblationes factæ imagini pictæ in muro Eccleſiæ parochialis, ad quem pertineant: reſoluitur cum communi ad rectorem pertinere, non vero ad Epiſcopum loci. c.21.n.161.l.2

Obligatio reſtituendi non procedit à iuſtitia diſtributiua ſed à commutatiua. cap.11.num.51.l.2

Obligatio moralis non imponit tranſgreſſori culpam, ſed legalis. c.11.n.91.l.2

Obligatio legis diuinæ tolli non potuit per legem pœnalem ſequentem. c.27.n.13.l.2

Occulte excommunicatus hodie nullo modo vitandus eſt, nec etiam ante denuntiationem, cuius excommunicatio duobus etiam teſtibus probari poſſet. c.1.n.24.l.1



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Occulte excommunicatus tenetur ſe vitare à communione fidelium, & à diuinis abſtinere ante denunciationem, cap. 1. num. 39. lib. 1. Et an id procedat, quando ex hac euitatione occultum eius crimen, occultaque excommunicatio proderetur cum graui ſcandalo. ibid n. 40. lib. 1

Occulte excommunicatus ſi habet alias ius compellendi ſacerdotem, vt habeat parochianos eius, petit autem Euchariſtiam in publico, tenetur ei parochus miniſtrare ſicut occulto peccatori: ſecus ſi occulte petatur, vel in publico & notorio excommunicato, etiamſi non ſit denunciatus. c. 11. n. 50. lib. 1

Occulte excommunicatis licitum eſt porrigere Euchariſtiam, etiam ceſſante ſcandalo, ſi non porrigeretur. c. 1. n. 51. l. 1

Occulte excommunicatus licite, ſaltem valide poterit alteri facultatem concedere audiendi confeſſiones, publice autem excommunicatus minime. c. 1. num. 89. lib. 1

Occultum duplex eſt, primum quod eſt omnino occultum per ſe, & in ſolo actu animæ conſiſtit. c. 13. n. 1. lib. 1

Occultum ſecundo modo dicitur per accidens, quia exterius prodiit nemine præſente. capit. 13. num. 2. lib. 1

Occultum pene eſt quod vni, vel paucis notum eſt, non tamen adhuc eſt probatum iudicialiter, neque pluribus notum. c. 13. n. 3. lib. 1

Occidens ſe ipſum, in Eccleſia ſepeliendus non eſt. c. 3. n. 2. lib 2

Occidens ſeipſum, cum Pſalmis ſepeliendus non eſt, ſed in canina ſepultura. c. 3. n. 3. l. 2

Occidens ſeipſum in flumine eſt proiiciendus. c. 3. n. 4. lib. 2

Occidens ſe ipſum, ſecundum Platonis ſententiam ſolitaria eſt ſepeliendus ſepultura, vbi alius nemo condatur, & in his locis, quæ de duodecim partibus vltima deſerta, nec ei ſtatua, nec inſcriptione ſepulcrum notetur. c. 3. n. 5. lib. 2

Occidens ſe ipſum cum conſtat in articulo mortis de pœnitentia eius, an ſit ſepeliendus in Eccleſiaſtica ſepultura. c. 3. n. 8. l. 2

Occidens ſe ipſum, ad hoc vt Eccleſiaſtico debeat carere ſepultura, ante omnia conſtare debet de hac qualitate quod ſe ipſum occiderit. cap. 3. num. 10. lib. 2

Occidens ſe ipſum, quocunque modo, cauſa, aut tempore, carere debet Eccleſiaſtica ſepultura. c. 3. num. 12. lib. 2

Occidens ſe ipſum, quomodo & quando, quibuſque pœnis puniatur iure ciuili. cap. 3. n. 17. lib. 2. Idem eſt in illis, qui propter hæreſin vincti ſe ipſos in carcere occiderunt. c. 3. n. 19. lib. 2

Occidens amicum omnino ſine culpa, quia fecit actum licitum, in loco ſolito, & in forma ſolita, ad nihilum tenetur, & tunc liber etiam erit à damnis pecuniariis, quæ inde ſecuta ſunt vxori, & filiis ſic occiſi: ſecus ſi aliqua culpa interceſſerit. c. 6. n. 130. 131. lib. 2

Occidere ſe volens præcipitando ſe in puteum, bona eius confiſcari non debent, niſi appareat quod id fecerit conſcientia criminis. c. 3. n. 20. l. 2

Occidere ſe ipſum volens, ſed occurſu hominum, vel alias non ſe occidit, an puniatur pœna capitis. cap. 3. num. 30. lib. 2. Pœna extraordinaria prædicto caſu imponenda eſt, non vero ordinaria ſecundum praxin Hiſpaniæ, aliquando flagellorum, aliquando vero exilij. c. 3. n. 31. l. 2

Occidere ſe ipſum non licet cuiquam, etiam ex cauſa religionis, & martyrij ratione in fidei teſtimonium, ſecluſa diuina iuſſione. c. 24. n. 25. l. 2

Occidiſſe ſe præſumitur inuentus laqueo ſuſpenſus, & ſufficit ad hoc, vt Eccleſiaſtica debeat carere ſepultura, vel ſi aliis violentis & indubitatis indiciis arguatur ſui propria occiſio, niſi aliquibus probis coniecturis ea excludi poſſit: ſecus alias quamuis reperiatur mortuus per prædicta. cap. 3. num. 13. lib. 2

Occidiſſe ſeipſum, ſi coniecturis aliquot præſumi poteſt aliquem furore, aut mentis alienatione, Eccleſiaſtica tunc gaudebit ſepultura, quamuis laqueo ſuſpenſus inueniatur. c. 3. n. 14. l. 2

Offendens vicarium Epiſcopi, ipſum Epiſcopum offendere videtur. c. 17. n. 16. lib 2

Offendi quis poteſt poſt mortem. cap. 12. numer. 17. lib. 2

Officia publica ſæcularia magiſtratuum & gubernationis, dignioribus ſunt prouidenda. cap. 1. n. 42. lib. 2

Officium Rectoris, decurionis, tabellionis & aliud perpetuum ſub hypotheca bonorum includitur, & in eo exſecutio fieri poteſt, & quæſitum conſtante matrimonio mulieri debetur æſtimatio pro parte eius, & filio imputatur in legitimam. cap. 5. n. 47. lib. 2

Olophernes bibit multum vini, & Iudith eum interfecit. c. 4. n. 7. l 2

Omnis aſſenſus Regis, ſiue Summi Pontificis, eſt gratia, quia Princeps, non cogitur conſentire, c. 5. n. 31. lib. 2

Operarius ebrioſus non locupletabitur, & qui ſpernit modica, paulatim decidit. c 4. n. 9. l. 2

Operæ pro re ſpirituali an mercede aliqua locari poſſint. c. 29. n. 12. l. 1

Opera ea ſolum ne in die feſto fiant Exodi 20. prohibetur, quæ aliis diebus fieri licebat. cap. 31. n. 19. lib. 1

Opinionum varietas vbi eſt, non peccat non ſeruans ius præcepti. c. 39. n. 12. l. 1

Opinio Decij aduerſus communem poſitam ſupra num 21. cum ſeqq. ſed contra eum n. 48. c. 15. n. 35 lib. 2

Opinio Nauarri diſtinguentis concurrit cum communi. c. 15. n. 36. & 49. l. 2

Opinio Couarruu. contra eandem communem ſed contra eum. c. 15. n. 37. 42. & 50. l. 2

Opinio Menochij contra eandem communem diſſeritur de ea. c. 15. n. 38. & 51. l. 2

Orare pro occidente publice non licet, priuatim tamen licet pro eo qui creditur in vltimo vitæ ſpiritu criminis dolore, & contritionem pœnitentia ductum habuiſſe. c. 3. n. 6. l. 2

Ob id inter alia hoc crimen periculoſiſſimum eſt, quia non reſtat tempus, vt pœnitentia iexpietur. c. 3. n. 7. l. 2

Oratio negatiua iuxta dialecticas traditiones nihil aſſerit, neque ponit ex ſe ipſa, niſi aliud extrinſecus affirmatiue addatur, vt in cap. 21. n. 16. & 17. vbi exempla ponuntur. lib. 1

Ordinarius loci procedere poteſt aduerſus Principes & communitates, & Reſpublicas, earumque Rectores, agitantes Tauros in Dominicis & aliis feſtiuis diebus in circo vel in foro, cap. 7. num. 11. lib. 1. Nec ipſi forum Eccleſiaſticum declinare poterunt, quod laici ſint, agitur ſiquidem de peccato publico coercendo. n. 12. l. 1

Ordinarius an remittere poſſit denuntiationes ad celebrationem matrimonij ſequutas abſque aliqua cauſa. c. 19. n. 4. & ſeqq. lib. 1

Et Ordinarius in propoſito intelligitur Epiſcopus, ſiue eius vicarius generalis. cap. 19. num. 13. & ſeqq. lib. 1.

Ordinati per ſimoniam ſunt ſuſpenſi ab exſequutione ſuorum ordinum, & electiones, & omnes aliæ prouiſiones beneficiorum ſimoniace factæ ſunt nullæ, ipſo iure, & prouiſi non faciunt fructus ſuos ſed eos in foro conſcientiæ tenentur reſtituere, & ſinguli ex ſupradictis, qui dando vel recipiendo ſimoniam committunt, item & mediatores ſunt excommunicati, & abſolui non poſſunt niſi à Romano Pontifice præterquam in mortis articulo. c. 9. n. 1. l. 1

Ordines ſacros recipiens ab occulte excommunicato vel hæretico, ſi ab Eccleſia erat toleratus, non ſolum recipit Sacramentum, ſed etiam executionem Sacramenti, vnde etiam poſtquam id ſibi conſtiterit, poterit actus illius ordinis exercere abſque diſpenſatione. c. 1. n. 80. lib. 1

Ordinarius non debet denunciationes remittere, neque licentiam præſtare filio ad contrahendum abſque eis, quando vult ducere vxorem ignominioſam perperam, & ſine conſilio patris. c. 26. n. 10. latius num. 23. & ſeqq. lib. 1

Ordinarij arbitrio relinquitur iure communi an denunciationes ad matrimonia contrahenda requiſitæ remittendæ ſint. c. 20. n. 14. l. 1

Ordinarius quando pater iuſte impedire poteſt matrimonium filij, non debet remittere prædictas denunciationes ſi vero timeatur maius, aut peius damnum ex ipſis denunciationibus ſi præceſſerint ſatius erit eas remittere. cap. 20. num. 18 lib. 1

Ordinatus extra tempora, vel ante ætatem legitimam, vel ſine dimiſſoriis, ſuſpenſus eſt ipſo iure. cap. 16. num. 21. & num. 20. contra nonnullos relatos. n. 23. l. 1

Ordinans alium ſine dimiſſoriis ordinarij ſui, per annum eſt ſuſpenſus ab ordinum collatione, ordinatus vero quamdiu proprio ordinario videbitur expedire. c. 16. n. 24. l. 1

Ordinatus extra tempora, vel ante legitimam ætatem, vel ſine dimiſſoriis, ſi miniſtrauerit in ordine antequam abſoluatur à ſuſpenſione, irregularitatem incurrit, à qua à ſolo Papa abſolui poteſt. c. 16. n. 22. lib. 1

Ordinati ab Epiſcopis non debent omnes habentes ætatem legitimam, ſed digni duntaxat quorum probata vita ſenectus ſit. c. 26. n. 34. l. 1

Ordinatio Eccleſiæ eſſet illicita, qua ſtatueretur, quod non fieret proceſſio in funere alicuius, niſi ſolueret certam pecuniæ quantitatem: licita autem magis eſſet, ſi ſtatueretur, quod omnibus certam eleemoſynam dantibus talis honor exhiberetur. c. 29. n. 24. l. 1

Ordinario loco fieret iniuria ſi aliquis abſque ſua approbatione & licentia in ſuo Epiſcopatu audiret confeſſiones, etiam virtute bullæ. cap. 27. num. 20. lib. 1

Ordines minores & ſubdiaconatus, an eodem die conferri valeant. c. 26. n. 30. 31. 32. l. 1

Ordo iuris an ſit ſeruandus in notoriis. capite 19. num. 11. lib. 2


## P


PActum de non alienando cum iuramento non impedit tranſlationem dominij. cap. 8. num. 33. lib. 2

Pactum initum cum monaſterio vel priuato, de dando certam pecuniæ quantitatem, vt eum alat toto tempore vitæ ſuæ, ſi huiuſmodi alendus cito moriatur, antequam ſit conſumpta pecunia data vel promiſſa, adimplendum eſt, cap. 30. n. 56. l. 1

Pacta continentia moroſum cenſiu debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambium ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria, ſeu expenſas, medio iuramento creditoris liquidandas, ſunt nulla propter ſuſpicionem fraudis vſuræ. cap. 39. n. 34. lib. 1

Papa ſolus cum homicida caſuali diſpenſat, attento iure communi. c. 13. n. 17. l. 1

Papa an diſpenſare poſſit in matrimonio rato, & non conſummato, cap. 17. per totum, & ſeqq. & num. 11. referuntur plures Summi Pontifices, qui in eo diſpenſauerunt, & n. 11. auctores hanc partem affirmatiuam tenentes, & n. 19 & 20. Concilia & auctores plurimi referuntur contrarium probantes. lib. 1

Papa poteſt diſpenſare in voto ſolemni caſtitatis vel religionis, vt religioſus ex magna cauſa communi, puta pro regni conuerſione vel pace, quæ aliter non ſperatur tam commode fieri, religione relicta, vxorem ducat, cap. 17. num. 5. ſed contra n. 32. l. 1

Papa poteſt diſſoluere matrimonium ratum, & non conſummatum, pro promotione viri ad Epiſcopatum. c. 17. n. 8. ſed contra. n. 50 l. 1

Papa poteſt diſſoluere vinculum ſpirituale, quod eſt inter Epiſcopum & Eccleſiam. cap. 17. n. 9. l. 1

Papa non poteſt diſpenſare, vt per ſecundum matrimonium ratum, & conſummatum diſſoluatur, prius ratum tantum, & non conſummatum. cap. 17. n. 25. lib. 1

Papa non poteſt diſpenſare vt matrimonium ratum & conſummatum diſſoluatur. c. 17. n. 12. l. 1

Papa non poteſt diſpenſare, in matrimonio rato non conſummato, vt contrahatur cum alia pro pace reformanda, aut tota vna gente ad fidem conuertenda. c. 17. n. 34. l. 1

Papa an cum legitima cauſa poſſit diſpenſare in matrimonio rato, & non conſummato. c. 17. n. 40. l. 1

Papa ex cauſa poteſt circa ius diuinum diſpenſare. c. 17. n. 41. l. 1

Papa etiam de voluntate amborum coniugum non poteſt de poteſtate abſoluta diſpenſare ſine cauſa, contra Socin. c. 17. n. 42. l. 1

Papa an poſſit clericis licentiam concedere, vt in bello propria pugnent manu, & alios occidant. cap. 6. n. 65. l. 2.

Papa poteſt decimam in octauam, duodecimam, aliamue partem reducere. c. 21. n. 15. l. 2

Papa poteſt ex iuſta cauſa aliquos eximere à ſolutione decimarum, illiſque decimas in aliquibus remittere, vt conceſſit Ciſtercienſibus & multis aliis religioſis. c. 21. n. 26. & ſeqq. l. 2

Papa licet poſſit reducere decimam in aliam partem, & aliquos ex cauſa eximere à ſolutione decimarum intelligitur, dum tamen id quod iuris naturalis eſt, ſit ſemper ſaluum, nempe congrua ſuſtentatio miniſtrorum Eccleſiæ, & ſic non poterit omnino, & vniuerſaliter tollere præceptum de ſoluendis. c. 21. n. 29. & ſeqq. l. 2

Parentes filios ſuos tenellos caſu nocte in lecto ſuffocantes, quando ſint culpabiles, & quando non. c. 6. n. 16. l. 2

Parentes qui ex Regiæ facultatis virtute primogenium inſtituunt, vel ex legis facultate aliquem filium meliorant in tertia & quinta parte ſuorum bonorum, ac teneantur in conſcientia meliorem filium eligere, nec ne. cap. 11. n. 88. & num. ſeqq. lib. 2

Parentes ſolent maxime indignari, quod filij cum inæqualibus contrahant matrimonium, eoſque exhærede facere. c. 20.n.15.l.1

Par ius, & ſoluendi, & ligandi eſt. cap. 5. num. 24. lib. 1

Pars fructuum colonica præſtatur loco operis, laboris & ſumptuum factorum in percipiendis fructibus. c.8.n.53.l.2

Parochus etiamſi penes ſe habeat denuntiatoriam ſcripturam, qua ſpecialiter & nominatim quis ſit excommunicatus, ſibique præcipiatur, vt ſtatim viſis literis teneatur eundem vitare atque denuntiare, nihilominus non tenetur eum vitare, donec eum denuntiauerit, aut denuntiatum eſſe conſtiterit. c. 1.n.41.l.2

Parochus an abſoluere poſſit ſubditum à ſententia excommunicationis maioris, cuius abſolutio alteri non eſt reſeruata, cap. 5. num. 20. & 21. lib. 1. & num. 28. concordia aſſignatur inter varias opiniones. lib.1

Parochus poteſt abſoluere ſuos ſubditos à ſententia excommunicationis minori, quæ regulariter à iure infertur: & an ſacerdos quilibet etiam abſque priuilegio idem facere poſſit, c.6.n.12.ſed quod non poſſit. n.7.l.1

Parochus remittens denuntiationes requiſitas ad matrimonium contrahendum abſque licentia ordinarij, puniri poteſt. c.19.n.3.l.1

Parochus proprius pœnitentis dicitur parochus parochialis, Epiſcopus & delegatus in prouincia, & ipſius pœnitentiarius, & Vicarius Generalis, Epiſcopi, & Archipreſbyter Cathedralis, & ad quemlibet iſtorum non petita alterius licentia poteſt quis recurrere pro pœnitentia. c. 27.n. 24. l. 1

Parochus celebraturus matrimonium, ſciens votum ſimplex alterius contrahentis, quid facere debeat. c.11.n.30. lib. 2

Parochianus Epiſcopi dicitur eſſe quilibet de diœceſi. c.17.n.16.l.1

Parochus non poteſt exigere à ſuis ſubditis ſtipendium pro adminiſtratione diuinorum, ſibi tamen oblatum bene poteſt accipere. c.29.n.11.l.1

Parochus licet pro benedictione nuptiarum non poſſet aliquid accipere, ſponte tamen oblatum recipere poteſt. c.29.n.16.l.1

Parochus ſi nolit dare licentiam alteri ſacerdoti, quod benedicat nuptias, niſi pro pecunia, an ſimoniam committat. c.29.n.17.l.1

Parochiani tenentur in Dominicis & aliis feſtiuis diebus ſubditis miſſam celebrare, eiſdemque quocunque tempore opus, ac petitum fuerit, Sacramenta Eccleſiæ miniſtrare. cap.30. n.1. & 3.lib.1. Sed circa prius dictum ſtandum eſt conſuetudini, vt ibid. n.32. lib.1

Parochiale ius in quibus conſiſtat. c.30.n.2.l.1

Parochiani alieni, qui proprio contempto parocho ad aliam Eccleſiam accedunt ad miſſam audiendam in Dominicis & aliis feſtiuis diebus, eiiciendi ſunt ab Eccleſia, & ſacerdos admittens eos, committit quodammodo furtum & rapinam. c.30. num.5.& 6.l.1

Parochiani an teneantur in Dominicis, & aliis feſtiuis diebus audire Miſſam in propria parochia. cap.30. n.8. & ſeqq lib.1. & ibid. num.15. quando dicatur contemni proprius ſacerdos. lib.1

Parochiani vt in ſolemnitatibus anni præcipuis ſuis parochiis interſint Miſſæ audiendæ, honeſtum eſt. c.30. n.30.lib.1

Parochiani tenentur à parocho, vel aliis ſcire dies feſtos ex præcepto, ieiunia, cæteraque neceſſaria, vt ea obſeruent, alias peccabunt. cap.30. num.33. lib.1

Parochiani iure naturali & diuino tenentur exhibere oblationes preſbyteris, miniſtrantibus ſpiritualia, ſi non habent vnde poſſint neceſſaria miniſtrare, alias ſecus, niſi ſtante conſuetudine. cap.21. n.139. & 140. & ita eſt intelligenda gloſſ. in cap. ſanctorum 10. q.1. vt in n.153. lib.2

Pater iuſte poteſt perſuaſionibus & cohortationibus impedire filium, ne aliquam in vxorem ignominioſe, perperam & ſine conſilio ducat, dummodo non vi, aut violentia quadam id fiat. c.20. num.9. & num.17. l.1

Pater poteſt ad tempus matrimonium filij impedire. c.20. n.21. lib.1

Pater ſi filius coæquali contrahat, vel meliori ſine eius conſilio, etſi conqueri poſſit, non tamen iuſte matrimonium impedire valet. c.20.n.29.l.1

Paterfamilias ſuis infirmis medicum meliorem ſuo arbitrio eligit, non vero extraneus, idem in Epiſcopo, qui approbat aliquos ad curandos peccatores. c.17.n.17.l.1

Patroni Eccleſiaſtici vel laici audiantur exercentes ius patronatus, confratriis, communitatibus vel hoſpitalibus competens. c.35.n.30.l.1

Pater filio viuente, qui ingreſſus fuit religionem, & in ea profeſſus eſt, non poteſt petere ſuam legitimam à monaſterio in bonis filij profeſſi, niſi demum poſt mortem naturalem ipſius. c.1. num.93. & 94. lib.2

Pater monachus, qui poſt ingreſſum monaſterij vult inter filios teſtati, non poteſt plus legitima filiis relinquere, niſi tantundem ipſi monaſterio relinquat: idem eſt in filiis monachis reſpectu parentum. c.1.n.95.lib.2

Pater an per ingreſſum & profeſſionem monaſterij bonorum in communi capacis amittat vſumfructum, quem iure patriæ poteſtatis habet in bonis aduentitiis filiorum, & conſolidetur proprietati, necne. c.1.n.97.cum ſeqq.l.2

Patroni tenentur ad beneficia ſui iuris patronatus digniores præſentare: quod procedit in beneficiis curatis, ſecus in ſimplicibus. c.11.n.19.& 27.& 28. lib.1

Paulus Pariſius conſil.15.num.26. lib.1. dicens quod ſi decimæ tempore collectionis fructuum à ſacerdotibus non petantur, poſtea peti non poſſint, improbantur. c.21.n.44.l.2

Peccata ſuos debent tenere auctores. cap.30.num.15. lib.2

Peccatum mortale ſecundum Ricard. de Sancto Victore, tripliciter diſtinguitur. c.7.n.16.l.1

Peccatur mortaliter propter inobedientiam præcepti iuſti ſuperioris, & contrauentionem pœnæ excommunicationis. c.7.n.33.l.1

Peccatum qui facit, ſeruus peccati eſt. c.31. num.3. & quomodo hoc intelligatur. ibid.n.32.l.1

Peccata in Sabbatho lege Veteri fieri prohibentur, non vero ſolum opera ſeruilia. cap.31. n.37.& 38. lib.1

Sed contrarium in numeris ſequentibus & quomodo hoc intelligatur. ibid.n.34.& 37.l.1

Peccat bis, qui diem Dominicum ſcortis, rixis, & pugnis, aliiſque obſcœnis agit, vt docet Concil. Colon. cap.31.n.6. lib.1. Sed illud Concilium non eſt generale, ſed tantum prouinciale, neque eſt approbatum à Sede Apoſtolica, & in materia iuſtificationis errauit, vt ibid.n.36.lib.1

Peccatum mortale nullo ſpeciali præcepto prohibetur fieri in die feſto. c.31.n.10.l.1

Peccare mortaliter nunquam licet. cap.31. num.20. lib.1

Peccato mortali infectus non tenetur quouis die feſto ſub pœna noui peccati ad peccatorum contritionem. c.31.n.24.lib.1

Peccata voluntatis & operis ſunt eiuſdem ſpeciei, & ſolum differunt ſecundum diuerſos gradus, hoc eſt, ſecundum maiorem vel minorem malitiam. c.31. n.29. lib.1. vbi n.31. cap. conſideret, in princ. de pœnitentia diſt.1. interpretatur, & n.33. cap.16. Leuitici quomodo intelligatur. lib.1

Peccans mortaliter, dicitur dormire in diuinis literis, & peccans venialiter, dormitare. c.37.n.14.lib.1

Peccatum mortale committit, qui ſe facit ordine inſigniri contra Canones Concil. Trident. ſeſſ.10. cap.4. & ſeq.& ſeſſ.7.cap.10.& 11.cap.26.num.25. lib.1

Pecunia etſi pro Baptiſmo adulti exigi neque dari poſſit, quia per contritionem poteſt ſaluari: ſecus tamen eſt pro puero baptizando, quando alius non eſt, qui poſſit eum baptizare. c.29.n.18.& 19. lib.1

Pecunia dari poteſt ſanctis viris ad impetrandum ordinis ſuffragia. c.29.n.10.lib.1

Pœnæ non debentur in foro conſcientiæ ante condemnationem etiamſi ipſo iure impoſitæ ſint. c.1. n.23. lib.1

Pœna excommunicationis ipſo iure affligit & inhabilitat quoad omnes ſuas potentias illum, qui in eam incidit abſque alia declaratione, trahit namque ſecum executionem paratam. c.1.n.37.l.1

Pœna nulla maior eſt in Eccleſia quam excommunicatio, quamuis ex fine ſit medicinalis. cap.7. n.27. lib.1

Pœna ſtatuta aduerſus eos, qui de nocte cum armis incedunt, ad hoc vt poſſit imponi virtute ſtatuti id prohibentis, non ſufficit quod probatum ſit quem cum armis de nocte inceſſiſſe, niſi cum eis apprehendatur, & quomodo hoc intelligatur. c.12. n.10.18. & vide num.lib.1

Pœna eius qui ſe occidit, de qua in iure communi, & in l.24. tit.1. part.7. iuncta l.2. tit.27. part.7. an procedat etiam hodie ſtante l.8. tit. 23. *de los homicidios*, lib.8. Nou.Collect.Regiæ, vel per hanc legem ſit correcta. c.23.n.32.& ſeqq.l.2

Pœna Concil. Agathenſis contra clericos. c.4. n.60. lib.2

Pœnæ dictæ Concil. Agathenſis ſic fuerunt diſiunctiue deſcriptæ, vt diſcretus iudex, quem huic vitio deditum animaduertit, & quod à communicatione priuetur, patui pendere, corporali potius ſupplicio caſtiget. c.4.n.62.lib.2

Pœna clerici ingredientis frequenter tabernam. c.4. n.68. & 69.lib.2

Pœna clerici frequentantis tabernam eſt arbitraria, conſiderando vt hic, &c. c.4.n.79.lib.2

Pœna eorum qui per ebrietatem, aut voracitatem, Euchariſtiam euomunt. c.4.n.79.lib.2

Pœna reſolutionis non ita diuturna debere eſſe contra clericum conſilium præbentem homicidio, ſicut in vere & proprio occidente. c.5.n.4.lib.2

Pœna perpetui carceris imponitur iure Canonico in caſibus, in quibus iure ciuili pœna mortis infligitur pro homicidio. c.5.num.5.lib.2

Pœna non debetur in conſcientia ante condemnationem, etiamſi ipſo iure imponatur. Hoc limitatur, quando contrarium de mente legiſlatoris conſtat, vel non imponitur proprie vt pœna, ſed vt quædam conditio vel modus rei traditæ. cap.5.num.14. & 15. lib. 2. Secundo limitatur, vt procedat in pœna quæ ad ſui executionem aliquam actionem requirit: ſecus tamen in illa in qua nulla actio requiritur, vt cum ſuis exemplis declaratur. num.27. verſ.2. principaliter. lib.2

Pœna in foro conſcientiæ quando incurratur & debeatur ante condemnationem, & quando non, c.5. num.28.lib.2. De pœnis pugnantium per duellum, deque eorum patrinis, & dominis temporalibus duellum permittentibus, remiſſiue. cap.6.num.134. lib.2

Pœna adiecta dationi quantitatis præſumitur in fraudem vſurarum, quando excedit legitimum modum earum. c.20.n.1.lib.2

Pœna conuentionalis, etiam vltra quadruplum exigi poteſt, ſecundum opinionem Innocentij, & magis communem. c.10.n.2.lib.2

Pœna conuentionalis adiecta obligatione faciendi, vel non faciendi, etiam vltra quadruplum, exigi poteſt. c.20. n.4.lib.2

Pœna conuentionalis de rigore iuris, ſi exceſſiua non ſit, ſed moderata exigi poteſt, ſiue interſit, ſiue non. c.10.n.6.l.2

Pœna conuentionalis in contractibus cenſualibus redimibilibus contra moroſum cenſus debitorem conuenta hodie non valet per motum proprium Pij V. poterit tamen conueniri vt ſoluatur, quod in exactione conſtiterit expendendum. cap.20. n.7. & 8. lib.2

Pœna commiſſi in eiſdem contractibus cenſualibus adiecta quando valeat, & quando non. cap.20.n.9. lib.2

Pœna conuentionalis in curia mercatorum vbi proceditur de bono & æquo, an exigi poſſit quando nihil intereſt. c.20.n.10. & ſeqq.lib.2

Pœna conuentionalis in conſcientia exigi poteſt, etſi nihil interſit, vel etiam vltra id, quod intereſt, concurrentibus his, de quibus hic. cap.20.num.11.13. & 14. lib.1

Pœnam conuentionalem non tenetur quis ſoluere, niſi ab eo petatur: ſecus tamen erit ſi ab eo petatur. n.20.n.12.l.2

Pœna conuentionalis iure Canonico non committitur, niſi pro parte non ſoluta tantum: ſecus pro parte ſoluta & adimpleta. c.20. n.18.19.l.1

Pœna merito per ſtatuta, leges, Principem, & conſuetudinem, atque ordinationem oppidorum ſtatuitur contra ſcindentes & aſportantes ligna ex fundis priuatis & publicis, necnon & contra depaſcentes prata, nemoraque aliena. c.27.n.16.l.2

Pœna æterna aut temporali ſpirituali nunquam diuino iudicio puniti fuerunt, nec punientur innocentes ob alterius culpam, nec poterunt humana lege puniri. c.30.n.18.lib.2

Pœna autem temporali & corporali quandoque Deus punit filios in hac vita pro peccato parentum ex cauſis iudicio humano occultis. Ratio autem eius ponitur ibidem, num.19. quia ſcilicet talis filij pœna, & patri nocet, & filio ad ſalutem animæ ſuæ prodeſt. lib.2

Pœnitentia voti ſuperueniens ſtatim tranſacto periculo non eſt indicium ad agnoſcendum, quod votum ſubitum non ſit validum. cap.21. numero 14. lib.2

Pœnitentiæ Sacramentum an liceat recipere in articulo mortis, vbi alius miniſter deeſt, à præciſis ab Eccleſia & hæreticus. c.1.n.56.& ſeqq.& num.61. & ſeqq. lib.1.

Pœnitentiarius perpetuus, qui in Eccleſiis Cathedralibus inſtitui debet, quadraginta annorum eſſe debet. c.26.n.40.lib.1

Penſio eſt onus tale annexum fructibus eiuſdem præbendæ,&c. c.1.n.110.l.1

Penſiones annuæ ex agris, domib. aliiſue prædiis beneficii, mortuo eius poſſeſſore ad eum pertinent iuxta diſtinctionem l.defuncta,ff. de vſufruct. c.33. n.5.lib.1

Penſio Eccleſiaſtica vltimi anni, quo penſionarius deceſſit, ad quem pertineat, c.33 num. 6. idem quod in vſufructibus, ibi d. num. 8. lib. 1. Sed contra num. 9. & ſeqq. nempe vt diuidatur pro rata. Idem ſi penſio quotæ partis ſit, vt in num. 34. ſed de ſtylo Curiæ Romanæ non ſoluitur rata penſionis vt in n.36. lib.1.

Penſio eccleſiaſtica vſufructui ſimilis eſt, quia ea morte extinguitur, ſicut vſusfructus. cap. 33. n. 7. lib.1

Penſionarius fructus beneficij non percipit, ſed is qui titulum habet, qui tamen ineſt vſusfructuario ſimilis. c. 33.n.10.l.1

Penſio eccleſiaſtica, vt frequenter contingit certæ pecuniæ, non fructuum quantitas eſt à poſſeſſore beneficij ſoluenda. c. 33.n.11.l.1

Penſiones locationis rei venditæ ad quem pertineant, c.33.n.18.19.& 20. l.1

Penſio fundi antea locati, & poſtea venditi, ante meſſium & vindemiarum tempus ad emptorem integre ſpectat. c.33. n21.l.1

Idem eſt in penſione exacta, vel cedente poſt venditionem factam, antequam fructus colligantur, ibid.n. 22. lib.1

Secus eſt ſi fundus vendatur, poſt fructus ipſius perceptos, ante tamen diem penſionis ſoluendæ, nam penſio hæc ad venditorem pertinet, niſi venditio ea lege fiat, vt venditor expellere non poſſit colonos vel inquilinos, ibidem, num. 23. & n.24. lib.1.

Penſio domus locatæ, & poſtea venditæ, indiſtincte pro rata ad emptorem pertinet. c. 33.n.26.l.1

Penſionis Eccleſiaſticæ rata non ſoluitur ſecundum conſuetudinem & ſtylum Romanæ Curiæ, cap.33. n.35.lib.1

Penſio rei locatæ, ſeu merces, ad ſciendum, quæ ſit iuſta, in dubio conſuetudo præterita inſpicitur, ſcilicet quanti ea res, ſeu ſibi ſimilis locari ſolita eſt. c. 39.n.67.l.1

Periculoſum eſt dicere quod quid tale ſit in particulari peccatum mortale, necne, ſi auctoritas expreſſa ad id non accedat. c. 7.n.35.l.1

Percuſſiones clericorum qui ſibi ipſis in itinere pugnos & pedes impegerunt, leues ſunt. cap.5. n.19. lib. 1

Percutiens aliquem cum ſpingarda papyro eiecta tempore carniſpriuij, tenetur. c. 6. n.132.l.2

Perſeuerans per tempus aliquod in excommunicatione, poteſt puniri ante annum pœna aliqua temporali. c.12.n.2.l.1

Per peccatum in loco ſacro ſcienter commiſſum ſit ei ſacrilega iniuria mortalis, vel venialis, ſecundum qualitatem modumque peccati ibi commiſſi. c. 31. n.5. lib.1

Sed quomodo hoc intelligatur. ibid. n. 35.l.1

Permanens indurato animo per annum in excommunicatione, contra eum, tanquam ſuſpectum de hæreſi, procedi poteſt, c.12.n.20. Et quomodo hoc intelligatur. n.21.&22.l.1

Poſſeſſor beneficij ſoluens penſionem præteriti temporis ſui anteceſſoris, poterit pro eo, quod ſic ſoluerit, conuenire prædeceſſorem, ſi viuit, qui fructus percepit,&c. c.1.n.114.lib.1

Poſſeſſor beneficij tunc demum conueniri poteſt pro penſione præteriti temporis, quando is poſſet recurrere contra hæredes percipientis fructus, alias ſecus. c.1.n.112.lib.1

Poſſeſſio beneficij virtute executorialium contra poſſeſſorem decretarum non eſt capienda inuito neque renitente poſſeſſore (quamuis alias poſſit propria auctoritate capi) aliter capta poſſeſſio iure attentati reuocatur, iuxta ſtylum & praxin Romanæ Curiæ. cap.4. n.28.lib.1. & num.29. caſus practicatus in vna Archidiaconatus Sabugal Ciuitat. refertur. lib.1

Poſſeſſor quando certus eſt, nominatim citandus eſt, non per edictum & proclama. c.34.n.34.lib.1

Quod præmaxime procedit, cum agitur de transferenda poſſeſſione de vno in alterum. ibid.num.35. lib.1

Poſſeſſione antiquiori probata, noua & recens præſumitur clandeſtina. c.34. n.52. Hoc procedit, niſi conſtaret antiquum poſſeſſorem iuſte poſſeſſionem amiſiſſe. ibid. n.53. quod in dubio non præſumitur, ſed potius contrarium. ibid.n.54.l.1

Poſſeſſio noua præſumitur clandeſtina, antiquiori probata, præcipue ſi hoc fuerit allegatum. cap.34. num.52. & num.55. imo allegari & articulari debet, quod aduerſarius clam poſſidet reſpectu antiquioris poſſeſſionis. lib. 1. & quomodo probetur bona fides iunioris poſſeſſoris, ibidem, numer.56. lib.1

Quod procedit, niſi conſtaret antiquum poſſeſſorem iuſte poſſeſſionem amiſiſſe, hoc autem in dubio non præſumitur, ſed potius contrarium. ibid. num.53. & 54. lib.1

Poſſeſſor malæ fidei nullo tempore, etiam immemoriali præſcribit. c.34.n.68.l.1

Poſſeſſor malæ fidei in æternum ex Pontificiis conſtitutionibus præſcribit. c.34.n.69.lib.1

Poſſeſſor bonæ fidei, etiam re vitio reali affecta, poteſt præſcribere longiſſimo tempore, nempe quadraginta annorum. c.34.n.70.lib.1

Sicque intelligenda eſt communis ſententia, quæ habet quod remedium cap. reintegranda 3. quæſt.1. durat perpetuo vſque ad triginta annos. ibid. n.71. lib. 1. In Regno tamen Neapolitano Regia conſtitutione prouiſum eſt contra milleſimum etiam ſucceſſorem in quem poſſeſſio ſemel vitio affecta tranſit. ibid.n.81.lib.1

Poſſeſſor bonæ fidei, & cum titulo, abſque vitio reali, habens cauſam à bonæ fidei auctore titulato poteſt præſcribere tempore ordinario decem inter præſentes, & viginti inter abſentes,& contra eum non competit remedium, cap. reintegranda 3.q.1. cap.34. num.72. l.1

Quod non procedit in caſibus, in quibus ratione & perſonarum priuilegio maius tempus ad præſcribendum requiritur, vt in Eccleſia. ibid. num.73. lib.1

Poſſeſſores annales & triennales poſt annum & triennium ſunt tuti in beneficialibus per regulas Cancellariæ. c.34.n.74.lib.1

Poſſeſſor nouus cum titulo antiquiori ſine titulo præfertur interdicto vti poſſidetis. cap. 34. num.77. lib.1

Poſſidens de præſenti ex duobus titulum à diuerſis dominis habentibus, præfertur in Publiciana. c.34. num.60. lib.1

Poſtquam ſemel cauſa coram iudice tractari cœpit, illius manus non egreditur, ſicque in ea inferior intromittere ſe non poteſt, niſi ex Principis commiſſione. c.2.n.22.l.2

Poteſtati publicæ licet permittere, vt in aliqua ciuitatis parte ſint meretrices, cap.7.num.26. ſed contra numero 29. Non tamen licebit permittere lupanaria, conſtituendo eis patronos, & locando domus carius quam locarentur honeſtis, vt in numero 27. locari tamen meretrici domum ad meretricandum in ea parte ciuitatis, in qua permittitur eas habitare, non erit peccatum, vt in numero 28. lib. 2.

Potentia coeundi eſt, quæ requiritur ad hoc vt matrimonium validum contrahi poſſit, non vero requiritur quod contrahentes poſſint generare. c.16. num.8.l.1.

Poteſtas vel Capitaneus alicuius ciuitatis, ſi ſit excommunicatus, eorum iudices impediuntur de cauſa cognoſcere. c.1.n.85.l.1.

Potus maxime noxius eſt corpori & animæ: vir inebriatus vacillat. c.4.n.18.l.2.

Plerunque ob culpam vnius tota prouincia vel ciuitas ſubmittitur Eccleſiaſtico interdicto. cap.30.n.8. lib. 2.

Plenitudo poteſtatis dicitur res odioſa. cap.2.num.8. lib. 1.

Praxis obtinuit, vt tempore, quo hoc examen ſit, licentia ſimul ad perſiſtendum,& renuntiandum nouitiis concedatur. c.1.n.30.l.2.

Praxis monitoriarum. cap.11.num.81.& ſeqq.l.1.

Praxis procedendi in denuntiatione Euangelica. c.11. n.90.& ſeqq.l.1.

Praxis hodierna in tribunalibus Eccleſiaſticis, muliere petente diuortium ex cauſa ſæuitiæ, idque in continenti probante, vt deponatur, ex quibus proceſſerit. c.24.n.6.l.1.

Praxis recepit, vt generalis excommunicatio feratur aduerſus participantes cum excommunicato, generali monitione præmiſſa aduerſus ius canonicum: nihilominus tamen niſi feratur ſpecialis, vt eſt prædictum, non ligat, c.4.n.32.& n.43. refertur praxis vera & iuridica excommunicandi nominatim participantes cum excommunicato. lib.1.

Praxis refertur, vt minor dos dari debeat contrahendo cum ſtuprata, quam non contrahendo cum ea. c.37.n.9.l.1.

Precarium morte concedentis non finitur. cap.26.n.2. lib. 1.

Preces importunæ metui æquiparantur. cap. 37.n.16. lib. 1.

Pretium commune alicuius rei, veluti domus, vel prædij, de præſenti, hoc eſt, in promptu, conſiderari debet, omnibus ſuis partibus ac qualitatibus perpenſis & æſtimatis, ac proinde ſi domus, vel prædium fructiferum vendatur ſecundum valorem proprietatis cum fructibus percipiendis, vſque ad terminum ſolutionis pretij conſiderari debet. cap.38. num.18.l.1.

Pretium iuſtum mercium minutatim venditarum non videtur iuſtum earundem mercium omnium ſimul venditarum ad creditum. cap. 39.num.42.l.1.

Præcepti finis extrinſecus, & ad quem præceptum ordinatur, ſcilicet cultus interior per fidem & charitatem, non eſt id quod præcipitur,&ideo non cadit ſub præcepto. c.21.n.15.l.1.

Præcepta non obligant ad intentionem præcipientis, vel ad finem extrinſecum, ſed ad id tantum quod præcipitur. c.31.n.12.l.1.

Præcepta omnia moralia, non in ſenſu ſpirituali & metaphorico, ſed ſecundum plenam literam intelligenda ſunt. c.31.n.13.l.1.

Præcepti ſpecialis vis eſt conſideranda ad hoc, vt neceſſario ſit circumſtantia illius confitenda. cap. 31. num.14.l.1.

Præcepti ſanctificationis Sabbathi vis, non ad internam dilectionem, quæ eſt finis præcepti, cum ipſe non cadat ſub præcepto, ſed ad exteriorem cultum ſpectat. c.31.n.18.l.1.

Præceptum de colendis feſtis, non eſt arctius Chriſtianis quam Iudæis de Sabbatho colendo, imo laxius. c.31.n.23.l.1

Præceptum diuinum de non occidendo, ſeipſum occidentem comprehendit. c.3.n.1.l.2

Præcepta legalia, ſeu iudicialia legis Veteris, non aſtringunt niſi quatenus nouo Teſtamento approbata fuerint. c.11.n.92.l.2

Præceptum nullum continetur in lege Euangelica, quod non ſit naturalis iuris, exceptis de Sacramentis atque fidei præceptis. c.21.n.8.l.2

Præcepta Veteris Teſtamenti quædam ſunt iudicialia, quædam vero moralia, quædam autem ceremonialia. Iudicialia quæ nonnulli legalia appellant, pertinent ad iuſtitiam hominibus exhibendam, iuſque vnicuique tribuendum, ex quibus leges Veteris Teſtamenti cenſeatur, & horum obſeruatio iudicibus ipſis incumbebat. Moralia ad dictamen legis naturalis ſpectant. Cæremonialia autem de his agebant quæ ad cultum diuinum, ad reuerentiam, honorem, & obſequium Deo exhibendum ſtatuebantur. c.21.n.12.l.2.

Præcepta iudicialia, & cæremonialia Euangelica, lege lata omnino ceſſauerunt. cap. 21. numero 13. lib. 2.

Præcepta mortalia legis Veteris adhuc vim habent,& perpetuo habebunt, non auctoritate legis Veteris, ſed ex eo quod ſint natura ipſa inſtituta, & à Chriſto Ieſu in Euangelio eadem ratione, qua & naturali debuerunt,& ſunt præcepta. c.21.n.15.l.2.

Præcepta iudicialia etſi poſſint, poſt Euangelicæ legis prædicationem lege lata à Principe iterum ſtatui, nno tamen ſeruabuntur tanquam ex Veteri lege, ſed quia nouiter lege humana conſtituta ſunt. c.21.n.16. & ſeqq.l.2.

Præcepta cæremonialia mortua ſunt, & mortifera obſeruantibus ea poſt Euangelicæ legis edictum: iudicialia vero mortua ſunt, non tamen ſunt mortifera, quæ poſſunt iterum à Principe ſtatui ſine peccato ad eius principatus regimen. Illud autem de cæremonialibus dictum limitatur. cap.21.num.19. & 20. lib.2.

Præcepta cæremonialia Veteris Teſtamenti minime poſſunt à Principibus Chriſtianis noua lege lata inſtitui. c.21.n.18.l.2.

Prædium vnum poteſt eſſe partim decimale vni Eccleſiæ,& partim alteri. c.21.n.106.l.2.

Prædicator tenetur impio veritatem prædicare, quamuis certo ſciat illum minime crediturum. cap.38.n.7. lib. 1.

Prædicatoribus etiam ſpiritualia ſeminantibus temporalia debentur ad ſuſtentationem, non autem ad emendum prædicationis verbum. cap. 29. num.21. lib. 1.

Prælatus vel curatus non excommunicatus non tenetur in Sacramentorum adminiſtratione vitare parochianos ſibi ſubditos occultos excommunicatos, quando volunt ab eo recipere Sacramenta, imo ea tenetur ipſis miniſtrare, quamuis hi male faciant ſe illis ingerendo. cap. 1. numero 49, lib. 1.

Prælatus proprius poteſt abſoluere ab excommunicatione incurſa à iure, extra ſuum Epiſcopatum,& parochiam. c.5.n.33.l.1.

Prælati non debent ire ad videndos ludos, de quibus. cap.7.n.7.l.1.

Prælatis monaſteriorum monialium licitum eſt ex cauſa vtilitatem ipſorum concernente mutare moniales de vno in aliud ad inhabitandum,c.14. n.11. lib, 1

Prælatus ſeu alius prouiſor, qui omiſſo digniori prouidet dignum, quamuis ad reſtitutionem ei non teneatur, tenetur tamen vbi alia prouiſio occurrerit, accuratiorem rationem habere illius dignioris prætermiſſi pro ſecuritate ſuæ conſcientiæ. c. 11. n.54.lib.2

Prælati non Canonice inſtituti, qui propter eorum demerita ſciunt ſe debere priuari, ſi poſtea priuentur, an teneantur ad reſtitutionem fructuum, c.5.n.9.l.2

Præſcriptio non incurrit impedito illius temporis, quo fuit impeditus, quamuis impedimentum culpa conferre debentis præceſſerit, dummodo non fuerint ordinata ad caſum. c.28.n.6.& 8. l. 1

Præſcriptio impeditur, quando quis directe impeditur, ſeu inhabilitatur à iure ad agendum ipſo facto, durante impedimento: ſecus quando venit extrinſecus impedimentum, quia tunc licet currat præſcriptio datur reſtitutio, capite 28. num. 10. lib. 1

Præſcriptio non ſoluendi decimas, vt ſufficiens ſit, requirit curſum quadraginta annorum cum titulo vel tempus immemorale. c.21.n.67.l.2

Præſcriptio poteſt eſſe quandoque vnum & idem reſpecta cæterorum,& conſuetudo reſpectu aliorum. c.21.n.70. l.2

Præſcriptio decimarum inducta in omnibus vno excepto, ad illud non extenditur. cap. 21. num.79. lib. 2

Præſcriptio percipiendi decimas in aliena parochia, ad noualia minime extenditur, niſi rationabilis cauſa oſtendatur. c. 21.n.21.n.78.l.2

Præſcriptio facta de principali, ad acceſſoria & connexa inſeparabileter trahitur & quomodo hoc intelligatur. c. 21.n.88.l.2

Præſcriptio ad futura non extenditur. cap. 21. n. 84. lib. 2

Præſcriptio eſt ſtricti iuris, & non extenditur ad non poſſeſſa, nec ad ſimilia. c. 21. n. 85.l.2

Præſcribente aliquo decimas in vna villa, in qua ſunt agri diuerſi habentes diuerſos terminos, ſi aliqui agri eiuſdem villæ penitus inculti de nouo redigantur, ad culturam, decima inde proueniens debebitur non præſcribenti, ſed tanquam de noualibus illi ad quem illius villæ ſpectant decimæ iure communi, vel antiqua conſuetudine, cap. 21. num. 80. l.2

Præſcribens decimas maiores in vno loco per tempus immemoriale, ſi nullus alius percepit ibi decimas, poterit eas exigere, capite 21. num. 89. lib. 2

Præſcribens decimas vnius agri, nempe redditus ſyluæ cæduæ, glandium, fœni, aut herbæ, & ſimilium, ſi poſtea ille ager nouiter procidatur, habere debet decimam frumenti, vel alterius fructus nunc primum ab agro collecti. c.21.n.92.l.2

Præſcribens decimas aliquorum fructuum in vno agro, nemine præſcribente aliorum fructuum decimam, videtur ius decimandi in totum acquiſiſſe. c.21.n.9.l.2

Præſcribens decimas frumenti in tali parochia, ſi ſeminetur ibi millium, vel crocus, vel herba ad tingendum commoda, quam vulgus paſtel vocat, vel aliud, habebit decimam eorum, cap. 21.n.94. lib. 2.

Præſcribens decimam vnius prædij, ſi de nouo ibi plantentur nuces, vel vites, habebit decimam ex fructibus illarum arborum: & de lapidibus, ſi de nouo ibi lapides extrahantur, cap. 21. n. 95. & 96. lib. 2

Præſcribens decimas vnius partis fundi, ſi poſtea fiat noualis alia pars eiuſdem fundi & quando præſcripſiſſe cenſeatur decimas huius partis noualis. c.21. n.101.101. l.2

Præſcribens quaſdam decimas in nemoribus vel Paſcuis, ſi illa redigantur ad culturam, habebit & noualis, idem eſt in conſuetudine, cap. 21. n. 103. & 104. niſi decima aliorum fructuum Eccleſia parochiali ſolui conſueuerit. ibid.n.105.l.2

Præſcribens omnes decimas talis villæ, vt de vniuerſo donaria quoque habebit, cap. 21. num. 115. lib. 2

Plures vbi reperiuntur in pugna, in qua aliqui ſunt interfecti & mutilati, & neſcitur à quibus, an omnes, vel qui cenſeantur irregulares? c.6.n. 46. cum ſeqq. lib.2

Præſumptio omnis fraudis, aut metus, ceſſat coram iudice. c. 1. n. 31.l.2

Præſes alicuius oppidi, aut arcis munitæ, qui ſub fidelitate & iuramento illud ab aliquo accepit, non tenetur illud reſtituere notorio hæretico effecto, nec alteri eius mandato, ſed fiſco. capit. 1.num.20. lib. 1.

Hoc tamen procedit ſequuta ſententia declaratoria iudicis, nempe illum eſſe notorium hæreticum, alias ſecus. ibid. n.21.l.1

Princeps in dubio non præſumitur vti plenitudine poteſtatis non valeret. ibid. n. 7. l.1

Principes poſſunt terras ac iura ſua ab vſurpatoribus auferre, eoſque per bellum compellere, vt quæ iniuſte retinent, reddant, etiamſi ſit veriſimile multorum mortem inde ſequuturam, cap. 38. num. 6. lib. 1.

Princeps tute abſque animæ periculo, in vtroque foro poteſt remittere criminis pœnam, quæ in ſatiſfactionem Reipublicæ à legibus ſtatuta fuerit, vbi ex hoc Reipublicæ damnum minime ſequitur, & abſque læſione priuati iniuriam paſſi, alias ſine partis remiſſione mortaliter peccaret. cap. 15. n. 87. lib. 2

Princeps non poteſt tollere primam citationem cum ſit defenſio a iure naturali & deſcendens. c.16.n.6. lib.2

Princeps non poteſt cognoſcere parte non citata.c.16. n.7. lib.2.

Princeps poteſt fundos, montes, ſeu prata communia alicuius ciuitatis vendere priuatis faciendo propria ipſorum & de eis priuilegia concedere, quo facto nullus in conſcientia, nec in iuſtitia præter ipſos, aut de eorum licentia poſſet de illis ligna aut paſcua ſumere. c. 17.n.25.l.2

Princeps ſupremus poteſt ex iuſta cauſa venationes prohibere ſuis ſubditis, non tamen eſt eadem ratio in magnatibus cuſtodiendam ſui gratia venandamque venationem. c.28.n.1.& 2.l.2

Princeps poteſt ſententiam dicere iuxta propriam & particularem conſcientiam, aduerſus allegata & probata, imo æquiſſime ſic faciet. cap. 29. n. 16. & 17. lib. 2

Sed hoc publice populo manifeſtet, ibid. num. 19. lib. 2

Prima tonſura, & omnes minores ordines à ſeptennio etiam ſtatim ſuſcipi poſſunt iure nouiori, cap. 26. n.2.lib.1.

Primitiæ eiuſdem iuris diuini, cuius ſunt decimæ, eſſe videntur. c. 21. n. 6.& 11.l.2

Primitiæ ſecundum conſuetudinem patriæ ſoluendæ ſunt, etſi de iure naturali procedant, cap. 21.n.11, lib.2.

Primogenitus dicitur qui deſcendit per ipſum lineam, ex primogenito. c.14.n.57.l.2

Primogenia in Hiſpania an iuſte inſtitui, poſſunt in conſcientia, tam facultate Regis, quam legis Regiæ tertij & quinti bonorum, cap. 14. num. 1. & ſeqq. præcipue num. 8. vbi opinio affirmatiua probatur, dummodo cæteri filij alimentis ſaltem competentibus non defraudentur, vt in num. 29. lib.2

Primogenia etſi iuri naturæ repugnare videantur, cedunt tamen in decorem & emolumentum Reipublicæ, vt hic. c.14.n.5.l.2

Primogenia noſtri temporis nihilominus à legis veteris primogeniis diſſimilia ſunt, cap. 21. num.18. lib.2

Primogenia à iure etiam gentium non modicum principium duxerunt. c.14.n.21.l.2

Primogenia à iure quoque ciuili originem ducunt: nam etſi facultas teſtandi à iure gentium proceſſerit, id tamen verum eſt inuentione, forma autem & ſolemnitate atque approbatione à iure ciuili prouenit. c.14.n.23.l.2

Primogenia originem etiam ducunt à lege canonica, & etiam conſuetudinaria, cap. 14. num. 25. lib.2

Primogenia Hiſpaniarum ſecundario & certius ab ipſo Hiſpaniæ regno tanquam à capite, eiuſque ſuccedendi ordine deriuantur, propriamque ac veriſſimam originem trahunt. c. 14. n.25.l.2

Priuilegia conceſſa bonis eccleſiaſticis non competunt clericis pro bonis ſuis patrimonialibus: ac proinde ſi clerici minores viginti quinque annorum lædantur, coram iudice ſæculari petere debent reſtitutionem in integrum aduerſus laicum, c.34.n.11.& 12.l. 1

Priuilegiatus à Summo Pontifice, vt fructus in abſentia beneficij percipiat, ac ſi præſens eſſet, non ideo poteſt diſtributiones quotidianas habere.c.15.n.13. lib. 2

Priuilegium eccleſiaſticæ perſonæ conceſſum de decimis percipiendis, noualia, comprehendit, num. 116. contra num. 120. cum ſequentibus: ſecus ſi laicis concedatur, vt in num. 117. Limitatur num. 118. ſi ius decimandi in vniuerſo aliquo territorio, vel in aliqua villa concedatur. Item num. 119. limitatur, quando præter decimam ius decimandi conceſſum reperiretur, vel quando ex longa obſeruantia inueſtitura ita interpretata fuit per longa tempora, vt hic, cap. 21. num. 116. lib. 2

Priuilgium eſt reſtringendum, quatenus concernit, ius tertij, licet, quando agitur de ſolo priuilegio Principis concedentis, latiſſime ſit interpretandum. c.21.n.121.122. & 123.l.2

Priuilegium Papæ concedentis omnes & quaſcunque decimas, vel omnem decimationem talis interritorij, comprehendit noualia, cap. 21. num. 125. lib. 2

Priuilegium alicui conceſſum, quo is eximitur à ſolutione decimarum ex fructibus noualium, intelligendum eſt de his noualibus, in quibus alter non habet tempore dati priuilegij quaſi poſſeſſione iuris percipiendi decimas, ne illi fiat præiudicium præter concedentis intentionem, & num. 127. ampliatur in noualibus tempore datæ immunitatis procilis ex quibus decimæ debitæ fuiſſent alteri, & quomodo hoc intelligatur. c. 21. n. 126.l.2

Priuilegium conceſſum alicui de non ſoluendis decimis de noualibus, quomodo intelligatur.c.21.n.128. lib.2

Priuilegium immunitatis conceſſum alicui à ſolutione decimarum ex agris antiquitus cultis, an intelligatur in præiudicium eorum qui ſunt in quaſi poſſeſſione percipiendi decimas.ibid.c.21.n.129.l.2

Priuilegium non ſoluendi decimas ſimpliciter conceſſum, ad noualia non extenditur, & num. 131. limitatur, ſi priuilegium concedatur de non ſoluendis decimis de laboribus propriis, quia extenditur ad noualia quæ propriis fiunt manibus, & de his noualibus ſemel factis nunquam decima ſoluetur. c. 21.n.130. 131. lib 2

Priuilegium de non ſoluendis decimis conceſſum religioſis, reuocatur, ſi ex poſt facto incipit nociuum eſſe. c.21.n.135.lib.2

Priuilegio impetrato cum limitatione, & certa moderatione, non valet impetratio ſecundi priuilegij facta ſimpliciter, c.15.n.92.lib.2

Priuatus omittens doloſe defenſionem proximi, cum deſiderio mortis eius, cum poſſet eum liberare, eſt irregularis. c.6.n.126.l.2

Priuatio locum non habet, niſi in caſibus à iure expreſſis. c. 12. n.20.l.2

Priuatio acquiſiti non ſolum eſt pœna peccati, ſed etiam quandoque eſt effectus acquiſitionis iniuſtæ, c.23.n. 27. l.2

Probari non poteſt, ab initio ea lege, vel hominum conuentione, dominia rerum ita fuiſſe diuiſa atque diſtincta, & vnicuique diſtributa vt liceret cuique ligna vel paſcua de fundis aliorum ſuis vſibus neceſſaria; & pecoribus propriis opportuna capere, c.27.n.24.l.2

Probatio concubinatus qualis eſſe debeat ad puniendum clericum pœna arbitraria, cap. 7. num. 74. lib. 2

Pro adiſpicenda poſſeſſione rei ſpiritualis, an & quando licet pecuniam, vel aliamrem dare, c 2.n.57. & ſeqq an liceat eam accipere. lib.2

Pro labore impenſo in requirenda & inuenienda re iuſte merces aliqua recipi & retineri poteſt, imo & quod fuerit libere & ſponte datum ob rei inuentæ reſtitutionem. c. 9.n.27.& 28.l.2

Proles non eſt de eſſentia matrimonij, imo nec actus ipſe copulæ, ſed ſolum potentia coeundi neceſſaria eſt: in qua conſiſtit matrimonialis conſenſus ſubſtantia. c.16.n.12.l.1

Promittens non alij quam Titio ſe fundum venditurum, non tenetur abſolute illi eam vendere, ſed tunc demum cum alij venditurus ſit, cap.21. n.14. lib. 1

Promittens non vendere domum hanc, niſi tibi, idem eſt ac ſi diceret, alij quam tibi, cap. 21. num. 15. lib. 1

Promiſſio homini facta per ſolum actum interiorem non obligat promittentem in conſcientia c.22. n.4. lib.2.

Pro maleficio perpetrando nihil accipi aut retineri poteſt, nec etiam pro labore & periculo mortis, cui mandatarius ſe exponit, cap. 10. num. 23. lib.2

Prohibens ſeu impediens teſtatorem ne aliquod legatum alteri relinquat, quando teneatur eidem ad reſtitutionem. c. 37 n.20.l.1

Pronuntiatio iudicis an ſit neceſſaria ſuper hoc manifeſto euidenti & notorio crimine, cap.19.num.20. lib.1.

Propoſitum cum celebratione abſque tamen promiſſione exteriori, vel interiori, an obliget ſub reatu

mortalis culpæ. c. 22.n. 32. & ſeqq. n. 37. ponitur concordia inter opiniones. lib. 2
Propoſitum religionis habens, non tamen promittit explicite, neque implicite profeſſionem religionis non obligatur. c.22.n.33.l.2
Propoſitum deliberatum etiamſi ore enuntietur, atque verbo proferatur, ſi promiſſio illius non ſubſequatur expreſſa vel tacita, non obligat ſub pœna peccati mortalis. c.22.n.34.l.2
Protogatio inſtantiæ facta ab arbitris, etiam vigore facultatis à partibus ſibi conceſſæ, debet eiſdem notificari, alias non valebit. c. 16.n.13.l.2
Prouiſio Eccleſiarum parochialium quomodo ſit facienda iuxta decretum de reformatione, cap. 18. ſeſſion. 25. ſacri Concilij Tridentini, & bulla Pij V. c. 11.n 11.l.2
Prouiſor, Vicarius & officialis generalis Epiſcopi, an abſque ſpeciali eiuſdem mandato poſſit has reuerendas concedere. cap. 17. num. 14. & numeris ſeqq. & num. 21. pars negatiua probatur, niſi habeat ad hoc ſpeciale mandatum, ſicut nec Vicarius capituli Sede Vacante, nec Archidiaconus, vt in numero 22. & 23. Limitatur numeris ſeqq. lib.2
Prouiſor, Vicarius, & officialis generalis Epiſcopi in remotis agentis, poteſt has reuerendas dare, & quando dicatur in remotis agere, & ſi quis locus dicatur remotus, relinquatur arbitrio iudicis, c.17. n.24.& 25.l.2
Poteſt etiam eas concedere, quando in mandato haberet ſpecificata aliqua maiora, quam ſit huiuſmodi licentiam concedere, Poteſt etiam eas concedere quando ſucceſſiſſet aliquibus Vicariis eam facultatem habere, & licentiam huiuſmodi concedere ſolitis. c.17.n.27.l.2
Prouiſores, & officiales, generales à capitulo ſede Epiſcopali vacante deputati ſi excommunicentur ob cauſam officij, lucrantur fructus ſuarum præbendarum. c. 1.n.110.l.1
Idem eſt dicendum in canonicis & aliis beneficiatis acceptantibus iuriſdictionem aliquam Apoſtolicam ſi ob eam cauſam excommunicentur, quia lucrari debent fructus ſuarum præbendarum, ſicut cæteri de quibus ſupra. ibid. n.151.l.1
Prouiſor ſeu Vicarius generalis cuiuſcunque Epiſcopi, ſiue Archiepiſcopi monitorias generales decernere poteſt, & quomodo interpretati ſunt hoc illuſtriſſimi Cardinales. c. 11.n.8.l.1
Prouiſores, ac officiales generales rite deputati à capitulo Sede vacante, idem poſſunt, ibid. num. 9. lib.1.
Prudentia atque iudicium alicuius, cui aliquid committitur, arbitrium boni viri ſignificat, cap.19.n.7 lib.1
Prolomæus conuiuium fecit Summo Sacerdoti, ac duobus filiis eius, & cum ebriati eſſent, occidit eos. c. 4.n.8.l.2
Pudicitiam in primis eſſe retinendam, quoniam ex amiſſa omnis fuit virtus, & libido in potente & honorato eſt deterior. c.7.n.5.l.2
Publice excommunicatus publice eſt vitandus etiam ante denuntiationem, iure communi attento, cap.1. n.5. lib.1
Publicatio excommunicationis vbi fiat, c. 1. num.31. lib. 1
Publicatio excommunicationis facta in conſiſtorio iudicis coram paucis, non ſufficit, cap.1. num.33. lib. 1
Publicatio & denuntiatio nihil ad excommunicationem addunt. c. 1.n.36.l.1
Publice excommunicatus non poteſt alteri facultatem concedere audiendi confeſſiones, occulte autem excommunicatus poteſt, cap. 1. num. 89. lib. 1.
Punitus pro crimine mixti fori ab Epiſcopo pœna canonica, poteſt per iudicem ciuilem puniri ſecundum ius ciuile. c.12.n.15.l.1

## Q

QValitas illa exprimenda eſt, quæ moueret Principem ad non concedendum, vel difficilius concedendum. c. 15.n. 12.l.1
Qualitas copulæ ad diſpenſationem quod exprimatur, ſtylus & communis praxis habet, & valde difficilem reddit Summum Pontificem ad concedendum. c.15.n.13.l.1
Qualitas illa exprimenda eſt, quæ etſi non ſit præcepta à iure, eſt tamen de ſtylo, praxi & conſuetudine curiæ exprimenda. c.15.n.18.l.1
Qualitates requiſitæ in Epiſcopo eligendo, & ad ſacerdotia curata. c. 12.n.626.l.2
Qualitates quæ ſtylo Curiæ vel Cancellariæ, vel conſuetudine Principis exprimi conſueuerunt, narrandæ neceſſario ſunt, alioquin reſcriptum vitiatur, quod ſi nec iure, nec ſtylo curiæ, vel conſuetudine exprimi ſolent, cap. 15.num. 39. & 40. lib. 2. Auctor ſequitur & probat communem præfatam ſententiam. c.15.n.41.l.2
Qualitas in qua lex ſeu diſpoſitio ſe fundat, debet ante omnia conſtare. c. 19.n.20.l.2
Quando lex parificat duos caſus in vna materia, non fit extenſio ad aliam materiam diuerſam, c. 8. n. 70. lib. 2
Quandoque vnum & idem poteſt eſſe præſcriptio reſpectu certorum, & conſuetudo reſpectu aliorum, c.21.n.70.lib.2
Quando non liceat iniuſta impedimenta in ſpiritualibus pecunia remouere, c. 23. n. 53. cum ſeqq. vbi late de ea re diſſeritur, & diſtinguitur. lib.2
Quando ille aduerſus quem eſt præſumptio iuris & de iure, vere ſcit eſſe veritatem pro ſe, & in iudicio, vel agitur, vel conuenitur vt rem illam conſequatur, vel reſtituatur iſte condemnatus parere tenetur ſententiæ, nec poteſt recuſare reſtitutionem, vel à iudicio deſiſtere ſub prætextu quod veritas ſit in contrario. c. 25.n.5.l.2
Quando is qui poſſidet aut debet, non tenetur offerre nec ire ad domum creditoris, nec aliquid facere niſi petatur ab eo, nunc etiam de iure Canonico illo non petente præſcribetur. c.26.n.5.l.2
Quandoque ex cauſa etiam abſque culpa, diuino & humano iudicio pœna pecuniaria infertur, cap. 30. n.46. lib.2
Quarta an Epiſcopo debeatur ex relictis confratriis, c.35.n.7.l.1
Quæ non ſunt voluntaria per ſe vel ratione ſua, ſed per accidens ratione ſuæ cauſæ, non ſumunt illam bonitatis, aut malitiæ dominationem, quæ illis conueniret ſi eſſent in ſeipſis voluntaria, ſed illam, quæ conuenit cauſæ in qua dicuntur eſſe voluntaria. c.4.n.101.l.2
Quæſtio facti etſi de re ſpirituali à laico diffiniri poteſt, c.34.n.17. lib.1
Qui amat periculum peribit in illo, & exponens ſe periculo probabili peccandi peccat tale peccatum quale periculum eſt. c.1.n.68.l.1
Qui ante Calendas ſtipulatur proximas, ſimilis eſt ei qui Calendis ſtipulatur, cap. 26. num. 6. lib.1

Qui



Qui ſacris initiatur in vigeſimo ſecundo anno, non promouetur ante vigeſimum ſecund. c.26. num. 9. lib. 1
Quiſque poteſt ſuam conſcientiam conformare, cum qua maluerit ex duabus opinionibus diuerſis probabilibus. c.13.n.23.l.1
Qui vino ciboque ſe immergunt, ſtolidi, ignaui, obtuſique ſiunt, raroque longæui ſunt, facile ægrotant, difficiliter curantur, à corporis viribus animæque virtute quam primum deſtituuntur, fiuntque deliri, & omnibus contemptui, ludibrioque ſunt, adeo vt neceſſarij ac familiares omnes eis interitum optent. c.4.n.46.l.2
Qui poſt cibum & potum etiam minimum diuina celebrauerit, excommunicationi ſubiacet, & Conſilium Bracharenſe ſeuerius animaduertens in hoc eſt rigidum. c. 4.n.75.l.2
Qui abſque eius culpa, dolo tamen alterius in ebriatus eſſet, & omnino inebriatus homicidium committeret non tenebitur aliqua pœna ob prædictum homicidium. c.4.n.93.l 2
Qui in rixa, vel prælio interſunt ad diſſuadendam rixam vel prælium, licet inde nonnihil animi ſuorum parti, & non nihil timoris aduerſæ redderetur, non ſunt irregulares, niſi verbis pacem, animo vero & facto rixam ſuadeant. c.6.n.48.& 49. lib. 2
Quicunque pugnauerit in bello iniuſto, & in eo auxilium & opem dederit, ſi inde ſequuta ſit mors, aut membri mutilatio, erit proculdubio irregularis, c.6.n.66.l.2
Qui rem inuentam detinet, nec domino reddit, furtum committit, & quomodo hoc intelligatur, c. 9. n.2.lib.2
Qui bene præſunt preſbyteri, duplici honore digni habentur. c. 11.n.6.l.2
Qui facit contra conſcientiam, ædificat ad gehennam, c.11.n.7.lib.2
Qui legis humanæ auctoritate aliquid facit, non peccat, niſi ea lex diuinæ contraria ſit. c. 14.n.36. lib. 2
Qui præſcripſit iuriſdictionem in vno territorio, poterit illam exercere aduerſus aduenas & forenſes, quamuis aduerſus illam nuncupatim non præſcripſerit. c.21.n.109.l.2
Qui præſcripſit ius eligendi in certa eccleſia, cenſetur & præſcripſiſſe ius poſtulandi, alio non exſiſtente in poſſeſſione poſtulandi. c. 2. n.111.l.2
Qui præſcripſit decimas perſonales habitantium in tali loco, ſi quis de nouo venerit, & ibidem habitauerit, ab eo quoque decimas habebit, contra Rebuffum. c. 12.n.112.l.1
Qui calore concupiſcentiæ inflammatus aut bene potatus, non tamen ebrius omnino, iurat vxorem ducere, compellitur eam ducere: & ſimiliter qui ſic occidit hominem, non excuſatur à toto, quin ſit mortale. c.22.n.13.l.2
Qui iurandi aſſiduitate iuraret ſe Hieroſolymam iturum, ſi iterum iurauerit, ad voti adimpletionem non tenebitur, propter defectum actualis deliberationis. c.22.n.25.l.2
Quilibet fratrum conſtituit propriam lineam, & alter de alterius linea non dicitur. c.14.n.55.l.2
Quoties in maioratus ſucceſſione dubitatio inciderit, interpretatio accipienda eſt à regni ſucceſſione, c.14.n.26.l.2
Quoties in lege, vel alia diſpoſitione non poteſt reddi niſi vnica tantum cauſa, vel ratio, illa habetur pro expreſſa. c. 15.n.73.l. 2
Quotieſcunque quis certus eſt non peccaſſe mortaliter contra obedientiam Eccleſiæ, tutam conſcientiam habere poteſt nullam excommunicationem incurriſſe apud Deum nec eſſe priuatum Eccleſiæ ſuffragiis, licet quandoque poſſet eum propter falſam præſumptionem arcere, ab externo fidelium cœtu. c.16.n.17.l.2

## R

RAtio differentiæ inter patrem legitimum adminiſtratorem bonorum filij ingredientem religionem bonorum in communi capacem & alios vſufructuarios eandem profitentes reſpectu amiſſionis, præd. vſusfructus, vel non amiſſionis nulla ſufficiens dari poteſt. c.1.n.100.l.2
Ratio prima quare primogenia licita ſunt & permiſſa, eſt propter bonum publicum. cap. 14. n. 2. lib. 2
Ratio ſecunda, quare primogenia ſunt licita, eſt quoniam bonorum diuiſione patrimonia maxime extenuantur. c. 14.n.6.l.2
Ratio tertia eſt, quoniam ex hac maioratuum inſtitutione nobilitas & familiarum dignitas ſuſtinetur: quod maxime intereſt Reipublicæ. c.14. n. 8. & 9. lib. 2
Ratio quarta eſt, vt nomen & memoria nobilium qui hos maioratus conſtituunt, conſeruetur, plerumque enim ea conditione fiunt, vt ſucceſſores nomen & arma conditorum ferant. c. 14. num. 10. lib. 2
Ratio quinta eſt, quando maioratus fit de oppidis, quorum iuriſdictio & gubernatio ad conſtituentem pertinet, quia per vnicum dominium, caſtra & iuriſdictiones, rectius, & tutius gubernantur, & propter diſcordiam, quæ facile oritur inter plures. c.14.n.13.l. 2
Aliæ plures cauſæ inſtituendæ primogenia reddi poſſunt, vt hic remiſſiue, ibid.num.13.lib.2. Ex ratione finali tantum poteſt argumentum elici, vel extenſio, non tamen ex impulſiua. c.14.n.20.l.2
Ratio differentiæ inter vim illatam rebus rationabilibus, & irrationabilibus. c.24.n.9.l.2
Ratio differentiæ inter filios ante & poſt hæreſin natos, aſſignata à Calderino diluitur. cap.30.n.42. lib. 2
Rebellis antequam priuetur beneficio, poteſt illi renuntiare: idem in clerico periuro & in alio quocunque criminoſo. c.5.n.34.& 35.l.2
Receptum ſimoniace diſſoluto pacto ante collationem rei ſpiritualis, reſtituendum eſt ei qui dedit. c.23.n.19. l.2
Receptum ſimoniace, ſimonia vtrinque exſecutioni mandata, cui ſit reſtituendum. c.23. n. 20. & n. ſeq. lib. 2
Recipiens Eccleſiam parochialem, ad ſacerdotium promoueri non intendens, vt infra annum eius fructus percipiat, illam poſtea dimiſſurus, niſi voluntate mutata promotus fuerit, ad reſtitutionem fructuum tenetur, nec eſt neceſſaria ad hoc ſententia: hoc tamen intelligendum eſt in foro conſcientiæ: ſecus in exteriori, vt in num. 21. Idemque eſt in retentione beneficij, vt in num. 23. Comprehenditur etiam ille qui dubio eſt animo ordines ſuſcipiendi, vel intentione eos ſuſcipiendi ſub conditione, niſi, &c. vt num.22. & 24. lib.2
Quid in aliis beneficiis non curatis, c.5.num.20.& 25. lib. 2
Recipiens ordinem vel beneficium, ſi aliquid dederit aliis, vt impetrent à prælato hoc ignorante,

BBb 2 committit

committit ſimoniam, ac proinde tenetur. &c.c.23. n. 18. lib. 2

Recipiens ordines ſacros ab occulte excommunicato, vel ab hæretico, ſi ab eccleſia erat toleratus, non ſolum recipit Sacramentum, ſed etiam executionem Sacramenti, vnde etiam poſtquam ſibi id conſtiterit, poterit actus illius ordinis exercere abſque diſpenſatione. c. 1.n.80.l.1

Recte aduerbium ſignificat, id eſt, iuſte, y bien y derechamente, c. 1. n. 85.lib. 2. Conſequitur ex ſuprad. aduerbium Recte, poſitum integre, debere intelligi ſecundum ius, hoc eſt, mortuo iam patre, c. 1.n.68.l.2

Rector, Decurio, vel tabellio ciuitatis vel villæ, aliiue officia perpetua habentes committentes delictum priuatione dignum, an interim pendente proceſſu poſſint renunciare huiuſmodi officiis, capit. 5. num.46 cum ſeqq. & num.50. quod non, quando propter delictum ſunt priuati ipſo iure officio. l.2

Rector Eccleſiæ mundus eſſe debet, vt hic late exponitur. c. 7.n.4.l.2

Reges plures ob vitium luxuriæ fuerunt interfecti & expulſi à Regno. c.7.n.6.l.2

Rex noſter Philippus optime ſe habet in prouiſione Epiſcoporum. c. 11.n.2.l.2

Regum c.11.declaratur. c.30.n.50.l.2

Reges, Duces, Marchiones, & ſimiles, qui habent dignitatem non per electionem, ſed ſucceſſiones, tenentur implere omnem contractum & conuentionem, ſicut quilibet ſucceſſor priuatus. c.36.n.3.l.1

Regula iuris, Vtilius ſcandalum naſci permittitur, quam veritas relinquatur, declaratur c.38.n.3.& 10. & ſeq. lib.1

Regula taciti & expreſſi idem eſt iudicium, & ea quæ habent, expreſſionem eorum quæ tacite inſunt, nihil operari, quomodo intelligantur c. 11.n.57.l.2

Regulæ Cancellariæ de exprimendo vero valore beneficij in impetratione rationes. c.15.n.80.l.2

Regularis neque vllus etiam alius hodie poſt Concil. Trident. poteſt confeſſiones ſæcularium, etiam ſacerdotum audire, neque ad id idoneus reputatur, niſi aut parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat c.6. n.8.l.1

Regulares nec in minori ætate, neque ſine diligenti examine ordinetur priuilegiis quibuſcunque ad hoc penitus excluſis. c. 26.n.38.l.1

Reipublicæ maxime hoc conuenit, vt fœminæ abſtemiæ ſint, ſiquidem omnis mulier vinolenta, eadem quoque meretrix eſt. c.4.n.28.l.2

Relatum dicitur eſſe in referente, & cum omnibus ſuis qualitatibus vere & proprie, ſpecialiter & expreſſe, c.15.n.108.l.2

Relictum pro cauſa dotis neceſſario intelligitur pro matrimonio carnali. c.33.n.21.l.1

Religionis vbi fit mentio, intelligitur cum effectu. c.1. n.21 l.2

Religioſi fornicando adulterium committunt, cap. 7. n.45.lib.2

Religioſi omnes, tam exempti, quam non exempti, de poſſeſſionibus ſuis, tam acquiſitis quam acquirendis decimas integras ſoluere debent illis eccleſiis, quibus eædem poſſeſſiones & terræ ſunt decimabiles, niſi ſpeciali iure vel priuilegio ſint muniti.c.21. n.133. lib. 2

Religioſi priuilegiati de ſoluendis decimis eas tenentur ſoluere de poſſeſſionibus acquiſitis poſt Concil. Lateranenſe, etiamſi eas propriis manibus & ſumptibus excolant, c. 21.n.136.l.2

Religioſis eſt prohibitum abſoluere excommunicatos à canone, niſi in caſibus à iure expreſſis vel per priuilegia Sedis Apoſtolicæ conceſſis, c. 5. n. 23. lib.1

Religioſi poſſunt extrahi à religione, vt promoueantur ad Epiſcopatum, quia eſt maius bonum, c. 17. n.7.lib.1

Religioſi, qui Sacramenta conferunt ſine ſpeciali licentia proprij ſacerdotis, excommunicantur ipſo facto, præter Sacramentum pœnitentiæ: nam illud eſt mendicantibus indultum ex priuilegio, debent tamen hodie regulares eſſe approbati ab Ordinario loci Epiſcopo, ad audiendas confeſſiones.c.30.n.31. lib. 1

Remedio canonis reintegranda 3. q. 1. pinguius eſt prouiſum ſpoliatis ad recuperandam ſuam poſſeſſionem, & eſt pleniſſimum remedium, generaliuſque & vtilius inter omnia remedia poſſeſſoria, & cum aliis omnibus concurrit. c. 34.n.1.l.1

Remedium d.c.reintegranda, producit ſpecificum ius agendi & eſt nouum; & competit vbi quis iniuſte & ſine culpa cecidit à poſſeſſione ſua. c. 34. n.2.l.1

Remedio c.reintegranda, eſt agendum coram iudice ordinario rei. c.34.n.3.l.1

Remedium d.c. reintegranda, competit etiam laicis pro rebus profanis recuperandis. cap. 34. num. 4. lib.1

Remedio d.c.reintegranda, an coram Iudice Eccleſiaſtico agere poſſit Epiſcopus vel alius clericus ſpoliatus per laicum. c. 34. n.6.l.1

Remedio c. reintegranda, an agi poſſit coram iudice laico, quando ſpoliator & ſpoliatus eſſent clerici, vel ſi tantum ſpoliator eſſet clericus ſuper cauſa beneficiaria.c.34.n.16.cum ſeq. lib.1

Remedium c. reintegranda, an debeatur & detur contra ſingularem ſucceſſorem titulo & bona fide poſſidentem qui cauſam habuit à bonæ fidei auctore? cap.34.num.51.& ſeq.lib.2.& n. 59. referuntur plurimi auctores, vltra 40.n.tenentes partem affirmatiuam magis communem opinion. Canoniſtarum l.1.& n.63.referūtur alij prope 40.auctores negatiuam ſententiam probantes, quæ eſt magis communis Legiſtarum, verior & tenenda, quæ abſque dubio procedit, ſi tertius hic ſingularis poſſeſſor cum tit. & bona fide per tantum temporis ſpatium rem poſſediſſet, vt legitime eam præſcripſiſſet, vt in n. 64.l.1

Remedium dict. c. reintegranda, durat perpetuo vſque ad 30.annos, & quomodo hoc intelligatur.c.34. n.70.& 71.l.1

Remedium d.c.reintegranda, eſt inductum, ne is qui aliena occupauit, in peccato mortuus iaceat. c. 34. n.61. l. 2.

Remedium d. c. reintegranda, non eſt inuentum ad iuſtos poſſeſſores perpetuo inquietandos, contra nonnullos Doctores aliud volentes, c. 34. num.62. lib.1

Remedium d.c.reintegranda non competit contra bonæ fidei poſſeſſorem, & cum titulo abſque vitio reali habentem cauſam à bonæ fidei auctore titulato, ſi legitime rem præſcripſerit. c.34.n.72. & 73. lib. 1.

Remedium d. c. reintegranda, non datur malæ fidei poſſeſſoribus. c.34.n.76.l.1

Remedium d.c. reintegranda, conceditur contra ſingularem ſucceſſorem cum bona fide, ſed tamen ſine titulo. c.34.& n. 81.l.1

Remedium d.c.reintegranda, conceditur contra ſingularem ſucceſſorem cum titulo & bona fide, quando titulus fuit habitus poſt poſſeſſionem.c.34.n.83.l.1

Remedium d. cap. reintegranda, datur contra ſingularem ſucceſſorem cum titulo & bona fide cauſam habentem ab auctore vitioſo vel malæ fidei. c.34. num.84. lib.1

Remedium d. c. reintegranda, datur contra ſingularem ſucceſſorem cum titulo & bona fide, quoties res eſt affecta vitio reali, vel ob furtum commiſſum, vel ob vim impulſiuam, quia tunc præſcriptio ordinaria locum non habet: ſecus longiſſimi temporis 40. annorum. c.34.n.85.lib.1

Remedium quod Hiſpani del interim vocant. c.34. num. 103. & 107. Galli recredentiam vel caſum nouitatis vocant. ibid.n.106.l.1

Remedium interim eſt præparatorium iudicij poſſeſſorij principalis atque plenarij. cap. 34. num.104. lib.1

Remedium interim eſt iudicium ſummariiſſimum poſſeſſorium, vt nonnulli ita nominant. cap.34. num.105. & an liceat hoc caſu appellare, vide verbo, Appellare. lib.1

Rempublicam nullam totius orbis legimus diuerſa pretia conſtituiſſe mercibus à ſuis ciuibus vendendis præſenti pecunia, & ad creditum, ſed ſemper taxatur idem pretium de præſenti & ad creditum ſoluendum. c.39.n.37.l.1

Renunciare non cenſetur quis regulariter iuri attentatorum ſibi quæſito contra attentata poſt appellationem per diſcretionem eiuſdem. c.16. num.27. lib.2

Renunciatio filij bonorum parentis in vita eiuſdem, ac cum eiuſdem licentia facta, tacite intelligitur facta, ſi ipſi filio deferatur, & non alias. c.1. n.55. lib.2

Renunciatio in fauorem mentione criminis non facta, an ſit valida. c.5.n.32 lib.2

Renunciatio beneficij facta cum fraude non eſt admittenda. c.5.n.43.& 52. lib.2

Renunciatio beneficij facta etiam in manibus inferioris ea intentione, vt alij conferatur, nulla conditione vel pacto expreſſis, valet, & renuncians non admittit ſimoniam etiam mentalem. cap. 23. n.75. & vide n.76. & 77. vbi idem in confidentia ſimili, vel quod reſignatarius cedet in fauorem alterius à reſignante nominandi, ceſſante pacto, modo & conditione. lib.2

Res Eccleſiæ iure antiquo ad modicum tempus, hoc eſt, intra decennium locari poterant. cap. 8. n.5. lib.1

Res ſequeſtrata deficientibus aliis bonis, poteſt vendi pro alimentis, & aliis ſumptibus arbitrio iudicis. c.5.n.85.lib.2

Res quæ ſubiacent reſtitutioni, & quæ prohibentur alienari, poſſunt pro ſumptibus alimentorum alienari. c.5.n.86.lib.2

Res prohibita alienari, non poteſt ad decennium, vel vltra alienari. c.8.n.22.lib.2

Res debita aut communis non eſt proprie nec vere debita, præcipue cum debeatur ad vtilitatem communitatis, vt contingit in beneficiis & publicis muneribus. c.11.n.50.l.2

Res empta ab alio ex pecunia mea, non efficitur mea, ſed illius, qui eam ſibi emit. c.18.n.56.l.2

Res acquiſita ex contractu nullo ob defectum ſolemnitatis conſenſu contrahentium non deficiente, & ceſſante dolo alterius partis, non eſt reſtituenda in animæ iudicio, quia contractus tenet in eo foro, ſicut electio beneficij non ſeruata iuris canonici forma: quidquid in contractu celebrato ab vxore ſine licentia mariti. c.25.n.10.lib.2

Res per fideicommiſſum relicta, & per teſtatorem alienari prohibita, quamuis præſcribi non poſſit, maxime antequam exſiſtat conditio fideicommiſſi, tamen poſt purificatum fideicommiſſum præſcribitur ſine titulo tempore 30. vel 40. annorum c.26.n.3.l.2

Reſcriptum Papæ continens diuerſas gratias, non vitiatur per ſubreptionem in vna. cap. 15. num. 61. lib.2

Reſcriptum tendens ad agendam vel confirmandam conſeruandamque conceſſionem primam, debet mentionem prioris facere, alioquin erit ſubreptitium. c. 15. n.93.l.2

Reſiſtere licet iniquis Principibus ac iudicibus & iniquæ ſententiæ. c. 24. n.35.l.2

Reſtitutio non eſt neceſſaria ad ſubducendum tempus impedimenti excommunicationis de medio. c. 29. n.9.lib.1

Reſtituere quis non tenetur, quoties re aliena indiget ad ſubleuandam propriam neceſſitatem data ipſius debitoris extrema neceſſitate. cap. 40. num. 4. lib.1

Fallit niſi creditor ſit in eodem articulo extremæ neceſſitatis. ibid.n.5.l.2

Reſtituere an quis teneatur, vbi extrema neceſſitas non eſt, ſed tamen debitor habita ratione ſtatus & dignitatis grauiſſimam pateretur ex reſtitutione iacturam, ſi modo hinc detrimentum ex ea dilatione creditori immineat, cap. 40. num. 6. vbi ponitur ſententia affirmatiua, & num. 12. ponitur diſtinguentium opinio, lib. 1. Sed num. 7. ponitur opinio humanior & tenenda, nempe negatiua, quæ procedit, dummodo debitor hoc caſu parſimonia vtatur in viuendo intra vltimum gradum decentiæ ſui ſtatus, quia non debet laute, opipare & ſplendide viuere, & pompoſe veſtiri, & filias nuptui magnis dotibus tradere, ſicut ſi non eſſet obligatus ad reſtitutionem, ſed in omnibus moderate procedere, reſecando ſuperflua, & ſi non poteſt filias æqualibus nuptui tradere, aliis tradat, quibus minores dotes ſufficiant: faciendo enim, quod poſſunt hi debitores ad reſtituendum, & in aliis bene & cum timore Dei ſe habentes, poſſunt abſolui per confeſſarium, & communicare ſacramentaliter: illi vero, qui de eo quod poſſunt ſemper procraſtinant, & annuatim, reſtitutionem promittunt, & non faciunt, non videntur abſoluendi, niſi prius faciant, vel efficaciter negotium diſponant, vt executionem habeat nec etiam communicandi, quatenus ad iudicium confeſſoris ſpectat, ibidem, numero 8. lib. 1

Secundo fallit eo caſu, quo creditor vel dominus, cui eſt facienda reſtitutio, ſit in æquali vel prope æquali neceſſitate, vel incommodo rei, qua debitor, quia tunc integre ſtatim ei eſt facienda reſtitutio, quamuis debitor pauper omnino remaneat, ibid.n. 10.& 11. an hæc limitatio procedat in debitore bonæ fidei. lib.1

Reſtitutionem vſque ad mortis articulum differentes, verſantur in aperto periculo, & nonnunquam in manifeſto iacent peccato, cum poſſint, & teneantur in vita facere. c. 40.n.14.l.1

Idem eſt dicendum de illis, qui ambigentes an id, quod habent, alteri debeant, nolunt in ſua vita id iudicio diſcernere, ſed ſatis ducunt, ſi proponant in teſtamento id hæredi ſuo mandare, ibid. num. 15. lib. 1. Idem eſt omnino iudicandum de illis, qui ſub mortis articulo, cum ipſi poſſint per ſe reſtitutionem facere, id renuunt, arbitrantes ſatis eſſe id hæredibus iubere,

ibid. num. 16. lib. 1. Hoc potiſſimum periculum in magnatibus imminet, quorum teſtamenta nunquam, aut vix hæredes complent, ſed ſatis ſe feciſſe arbitrantur, vt quam reſtitutionem auus patri, & pater ſibi teſtamento præcepit, eandem ipſe aliis recentibus onuſtam filio iubeat, quam ipſe poſtea committat nepoti, &c. ibid. num. 17. lib. 1. Secundo limitatur, niſi moriens omiſerit reſtitutionem in vita faciendam, ſciens eam ſuum hæredem melius facturum, proponens, quod ſi aliud crederet, ipſe ſtatim reſtitueret. ibid. num. 18. lib. 1

Reſtitutio in integrum peti debet coram iudice illius, contra quem petitur. c. 34. n. 8. l. 1

Reſtitutionem alicui certæ perſonæ ad faciendum nunquam quis tenetur, quando ex reſtitutione multo maius damnum pateretur reſtituens, quam res eſſet ipſa, ac valere poſſet læſo, ex ratione de qua hic. c. 38. n. 10. lib. 1

Reſtitutio ablati vel alias debiti, ſtatim facienda eſt, aut petenda dilatio ab eo, qui vſum rei concedere poteſt. c. 40. n. 1. l. 1

Poſſunt tamen ſpecies & caſus aliqui conſtitui, quibus boni viri arbitrio ipſa reſtitutio differri poſſit. ibid. n. 2. lib. 1

Nempe propter inopiam & paupertatem debitoris, quia non tenetur quis reſtituere eo caſu, quo non poteſt reſtitutionem animo deliberato executioni mandare. ibid. n. 3. lib. 1

Reſtituere poſt mortem iuſſus, ſi fiat monachus ordinis mendicantium, qui nihil proprium habere poſſunt in communi, aut in particulari, an ſtatim poſt profeſſionem id reſtituere teneatur, vel exſpectanda ſit mors naturalis ipſius, ita vt interim bona illa permanere debeant apud venientes ab inteſtato ipſius monachi. cap. 1. num. 60. cum ſequentibus, lib. 2

Reſtitutio in quibus caſibus ex ſuprad. inducitur, arbitio boni viri fienda eſt, iuxta modum hic poſitum. c. 11. n. 77. l. 2

Reſtitutio tunc eſt facienda ad arbitrium prudentis viri, quando elector nondum animo conſtituerat huic dare, & erat in via. c. 11. n. 78. lib. 2

Reſtitutio ex interdicto vnde vi, poteſt peti, cum præſumptio iuris non adeſt reo ſpoliati, licet actori contraria ſit. c. 23. n. 76. lib. 2

Retentio multo facilius conceditur quam petitio. c. 8. n. 60. lib. 2

Retentio ſicut tranſit in ſingularem ſucceſſorem creditoris, ita etiam contra ſingularem debitoris creditorem. c. 8. n. 61. lib. 2

Retinens beneficium Eccleſiaſticum, quo eſt priuatus ipſo iure, dicitur intruſus requiritur tamen ſententia priuationis vel declaratoria. Item aliis modis dicitur quis intruſus, vt hic. cap. 5. num. 19. lib. 2

Retineri non poteſt pro debito res, quæ ad creditorem peruenit cum vitio. capite 8. numero 61. lib. 2

Retineri licite non poteſt, quod contra voluntatem domini eſt acquiſitum. ibid. capite 23. numero 27. lib. 2

Reuelare quando quis præcipitur ſub pœna excommunicationis, quod ſciuerit talem rem, intelligitur de eo, quod quis ſcit, & probare poteſt, niſi prælatus is ſit, qui prodeſſe poteſt, & non nocere, in ſecreto tamen tenetur quis reuelare prælato, vt corrigat occulte tanquam patri, ſi hoc intendat facere prælatus. cap. 11. numero 21. & 22. lib. 1

Reuelare neque propalare in ſecreto, neque in aperto nemo tenetur ſuis expenſis, nempe ſi oporteret, ire alibi ad probandum. c. 11. n. 23. l. 1

Reuelare quis non tenetur quod facere non poteſt, ſine magno ſui detrimento, vt latius hic. cap. 11. num. 25. lib. 1

Reuelare non tenetur ad monitorias, qui aliquid audiuit à leuibus perſonis non fide dignis, vt hic. c. 11. n. 71. lib. 1

Reuelare quis non tenetur peccatum ſecretum ſi reus eſt omnino emendatus, vel cum correctione fraterna ſperatur emendatio. capite 11. numero 73. lib. 1

Reus interrogatus de crimine, an illud commiſerit quando contra ſe veritatem dicere teneatur. cap. 11. n. 39. & 42. l. 1.

Reus interrogatus à iudice iuris ordine ſeruato, tenetur omni iure veritatem dicere, cap. 15. n. 15. lib. 1

Rei contra ius requiſiti poſſunt ac debent quacunque vti amphibologia vſitati ſermonis citra mendacium c. 11. n. 41. l. 1

Reus qui veroſimiliter timet iniuſte eſſe damnandum, tenetur fugam arripere, ſi poteſt, cap. 24. num. 41. lib. 2

Reus qui in actu exſecutionis ſententiæ pœnâ mortis continentis aliquo caſu ceciderit in terram illæſus, an fugere poſſit, vel ſit liberandus tanquam innocens. c. 24. n. 42. & 44. l. 2

Ruſticus qui falconem perditum reperit, cum iectis & ſonaliis, ſi falco interiit eius culpa, an domino teneatur. c. 6. n. 6. l. 2

Ruſtici non debent venari apros ac ceruos, & id genus beſtiarum, ſed reſeruantur ingenuis, ex cauſis de quibus hic. c. 28. n. 7. l. 2

S

Sacerdos excommunicatus, denuntiatus, vel notorius clerici percuſſor, quamuis ſuſpenſam habeat iuriſdictionem propter excommunicationem, membrum tamen eſt eccleſiæ (licet præciſum) per fidem informem: at vero hæreticus, apoſtata, & ſchiſmaticus, non ſolum vſu iuriſdictionis ſuſpenſi ſunt, verum etiam iuriſdictionem eradicata fide funditus amiſerunt, cum non ſint membri eccleſiæ, &c. c. 1. n. 69. l. 1

Sacerdotes in ſua ordinatione accipiunt facultatem abſoluendi à peccatis ſaltem in habitu, & illa habitualis, & inefficax facultas reducitur in actualem & efficacem per legitimam ſubiectionem pœnitentis. c. 6. n. 3. & 4. l. 1

Sacerdos ſimplex poteſt abſoluere à peccatis venialibus, & qua ratione id poſſit. c. 6. n. 10. l. 1

Sacerdos etiam ad ſatisfaciendum damnum paſſo compellendus non eſt ad reuelandum furem, qui ſibi id in pœnitentia confeſſus fuit, c. 11. n. 15. l. 1. Et vide n. 74. vbi quod nullo modo reuelare debet, niſi, &c. lib. 1

Sacerdos quilibet licet per ſacerdotalem characterem accipiat poteſtatem, & iuriſdictionem habitualem ad abſoluendum à peccatis, actualem tamen, quæ ad id eſt neceſſaria, non recipit, niſi eam habeat ordinariam vel delegatam. c. 27. n. 4. & 5. l. 1

Sacerdos an poſſit ſibi retinere quod ſupereſt ex pictantiis ſibi datis pro Miſſis dicendis, ſi minoribus eas ſibi celebrari faciat. c. 29. n. 32. l. 1

Sacerdos cognoſcens carnaliter filiam ſpiritualem, inceſtum committit. Idem quando eſt ex eius parochia. c. 7. n. 47. l. 2

Sacerdos magis peccat cognoſcendo carnaliter filiam ſpiritualem, quam vxorem alterius. c. 7. n. 63. l. 2

Sacramenta Eccleſiaſtica licitum eſt cuicunque tam in neceſſitate, quam extra, percipere à quocunque per ſimplicem excommunicationem præciſo, ſi non fuerit nominatim excommunicatus, publicatus vel denunciatus, aut manifeſtus percuſſor clerici, perinde ac ſi non eſſet præciſus: ſecus alias. c. 1. n. 31. & quomodo hoc intelligatur. n. 47. & 48. lib. 1

Sacramenta ſuſcipere Eccleſiaſtica vel rem diuinam audire, attento iure communi à clerico notorie concubinario non licet etiam ſine vlla monitione ſuperioris. c. 1. n. 44. Hodie ſecus eſt, niſi clericus publicus concubinarius fuerit nominatim. lib. 1

Sacramentum Pœnitentiæ non eſt exhibendum cuicunque excommunicato. c. 1. n. 51. l. 1

Sacramenta Eccleſiaſtica non licet regulariter accipere à præciſis ab Eccleſia, quos Concil. Conſtantienſe vitari præcipit, neque cum illis alio modo communicare in diuinis, nec extra. c. 1. n. 54. l. 1

Sacramentum Baptiſmi, an in caſu extremæ neceſſitatis liceat recipere ab huiuſmodi præciſis, vel etiam hæreticis. cap. 1. n. 55. lib. 1. Et quid in Sacramento Pœnitentiæ in articulo mortis, vbi alius miniſter deeſt, ibid. num. 56. & ſeq. & num. 61. & ſeq. lib. 1

Sacramenta nullo modo recipi poſſunt ab extraneo parocho, maximè fratribus mendicantibus, niſi cum licentia proprij parochi, præter Sacramentum Pœnitentiæ: alias excommunicantur religioſi. c. 30. num. 31. lib. 1

Sacramentum Euchariſtiæ, neceſſitate imminente, nempe mortis periculo licite poteſt poſt alios cibos ſumi, non tamen conſecrari. c. 4. n. 77. l. 2

Sacrilegium eſt crimen ſimoniæ, atque ideo naturali, diuinoque iuri contrarium, vt nulla poſſit conſuetudine excuſari, ſi pro ſpirituali Sacramentorum gratia pecunia, vel quidquid pro ea æſtimatur, accipiatur. c. 19. n. 1. l. 1

Sanguinis menſtruoſi contactu plura mala ſubſequuntur, de quibus hic. c. 7. n. 11. l. 2

Sanitas eſt animæ & corporis ſobrius potus, & vinum multum potatum irritationem, & iram, & ruinas multas facit. c. 4. n. 13. l. 2

Scholares ſuffragia præſtantes in prouiſione cathedrarum, tenentur eligere digniorem ſub pœna peccati mortalis. c. 11. n. 84. l. 2

Scholares ſuffragia præſtantes, non teſtes, ſed vere electores eſſe. c. 11. n. 86. l. 2

Scindentes atque aſportantes ligna ex alienis fundis ſuis vſibus neceſſaria, vel paſcua ſuis pecoribus opportuna ex pratis alienis priuatis, an peccent, & ad reſtitutionem teneantur. cap. 27. n. 1. & ſeqq. cum ſuis limitationibus. lib. 2

Scindentes arbores ſylueſtres iure communi attento, etiamſi ex eis ligna aſportent, furtum non committunt, neque infamia latronum. c. 27. n. 2. & 3. lib. 2

Scindentes vel aſportantes ligna, vel paſtum ex ſylua communi ciuitatis, vel villæ, vel ex paſcuis communibus eiuſdem quoad non teneantur, niſi ſtragem magnam fecerint, aut ſi capiantur. Limitatur num. 20. niſi ſola exactione pœnæ communitas de conſuetudine ſe ſatisfactam redderet. Ampliatur in oppidis propinquis nemora communia habentibus, vt in num. 22. vbi limitatur, cap. 27. n. 19. lib. 2

Scriptor poteſt retinere quinternos pro mercede. c. 8. num. 56. lib. 2

Scriptura publica requiritur ad hypothecam in caſu l. emptorem, C. de locat. c. 8. n. 20. l. 2

Secretum confeſſionis ſacramentalis nullo modo, etiam ad ſaluandum totum regnum, reuelandum eſt, nec etiam in cauſa matrimoniali ad id compellendus eſt ſacerdos. c. 11. n. 49. Et vide in num. 50. & n. 47. vbi limitatur. lib. 1

Sequeſtrum bonorum non habet locum in caſibus, in quibus pro delicto bona non confiſcantur ipſo iure. c. 5. n. 60. l. 2

Secundum D. Ambroſium apud ſapientes iudices venia datur his, qui per vim deliquerunt, & de ſola leuitate illos damnari dicit. c. 4. n. 99. l. 2

Seducentes virginem, dormienſque cum ea, tenetur eam ducere in vxorem. c. 17. n. 1. l. 1

Seducens & corrumpens virginem, an ad prædicta duo copulatiue teneatur hoc eſt, ducere & dotare eam, vel adimpleat dotando. c. 37. n. 7. l. 1

Semen verum eſt ſtilla, quæ in ſe calidum continet ſpiritum, & à cerebro excernitur, & per ſpiritualem medullam in membra genitalia defluit, & cum in medullam ſpinæ peruenit, renes confeſtim petit, ex ipſiſque per medios teſtes in pudenda penetrat. c. 16. n. 11. l. 1

Semen viri ſufficit ad generationem, etiamſi ſemen fœminæ non concurrat. c. 16. n. 17. lib. 1

Senatores ſupremi an teneantur iudicare ſecundum allegata & probata, vel poſſint ex propria & priuata conſcientia contra publicam ſententiam dicere. c. 19. n. 21. lib. 1

Sententia excommunicationis lata abſque vlla præuia citatione, an ſit valida. cap. 16. n. 1. & ſeqq. per totam quæſtionem. lib. 2

Sententia lata ſine citatione etiam in fauorem abſentis, eſt ipſo iure nulla. c. 16. n. 10. l. 2

Sentẽtia declarationis non requiritur neque eſt neceſſaria, vbi aliquid ita notorium eſt, quod nullam excuſationem habeat, neque poſſit aliqua tergiuerſatione celari. c. 1. n. 3. ſed contra n. 16. lib. 1

Sententia declaratoria requiritur regulariter, vbicumque pœna aliqua pro crimine etiam ipſo iure infligitur. c. 1. n. 4. lib. 1

Sententia lata à iudice publice excommunicato eſt ipſo iure nulla. c. 1. n. 79. lib. 1

Sententia lata nedum à iudice delegato publice excommunicato, ſed etiam ab ordinario eſt nulla. ibid. num. 75. hoc tamen procedit, quando huiuſmodi iudex eſt nominatim excommunicatus & denunciatus, vel notorius clerici percuſſor. c. 1. n. 76. lib. 1

Sententia excommunicationis publice lata intelligitur, ſi iudex eam tulerit in loco, vbi publice iudicare conſueuit, hoc tamen hodie non procedit. c. 1. n. 78. lib. 1

Sententia excommunicationis, ſiue lata à iudice vel à iure in dubio intelligitur de maiori. c. 7. n. 12. l. 1

Sententia Paſtoris ſiue iuſta, ſiue iniuſta, timenda eſt. c. 4. n. 33. lib. 1

Sententia excommunicationis non debet imponi niſi pro culpa & peccato mortali, ſiue ſit à iure, ſiue ab homine. c. 7. n. 23. & 24. lib. 1

Sententia interlocutoria del interim durat vſquequo feratur diffinitiua ſuper poſſeſſorio ordinario. c. 24. num. 113. lib. 1. Quid ſi fuerit appellatum à ſententia lata ſuper poſſeſſorio ordinario contra eum, pro quo fuit in hoc iudicio ſummario pronunciatum, vide ibid. 114. lib. 1

Senſus teſtatoris cum manifeſtus eſt, verborum interpretatio nuſquam tantum valet, vt melior ſenſu exiſtat. c. 32. n. 48. lib. 1

Separari an poſſit matrimonium ex cauſa ſæuitiæ inter virum & vxorem, & plura circa materiam. c.24. per totum, lib.1

Sermones prolati vulgari lingua iuxta communem vſum loquendi interpretandi ſunt, ſed prolati in literali ſermone ſecundum artem literarum, vel groſſum modum loquendi. c.21.n.5.lib.1. Loquentium qualitas, & conditio in propoſito etiam attendenda eſt. ibid.n.6.lib.1

Seruus pœnæ hodie nemo bene natus à principio ex ſupplicio fit, & ſic non perdit libertatem, neque matrimonium diſſoluitur. c.1.n.69.l.2

Seruus pœnæ non erit hodie damnatus ad mortem, ſiue ciuilem vel naturalem, cum poſſit teſtari vt in II. Reg. c.1.n.72.l.2

Serui pœnæ dicebantur in metallum damnati, & in opus metalli, & ſi quid eis in teſtamento datum fuerat, pro non ſcripto erat, quaſi non Cæſaris ſeruo datum, ſed pœnæ. c.1.n.70.l.2

Seruire prælato ea intentione vel pacto, vt ſacerdotium vel præbendam conferat, an ſit ſimonia. c.23. n.66. & ſeqq.lib.2

Simonia eſt ſeruire principaliter prælato ſpe conſequendi ab eo beneficium Eccleſiaſticum, deficiente etiam expreſſa pactione. c.15.n.4.lib.2

Simoniæ diffinitio aut deſcriptio, & num.10. quod effectus rei promiſſæ non requiritur ad ſimoniam internam, ſed ad externam. c.23. n.1.lib.2

Simonia eſt hæreſis, quamuis ſimoniacus non ſit propriè hæreticus, vt in num.5. vbi quod reipſa & facto videtur profiteri errorem hæreticum, vt hic c.23. n.3.lib.2

Simonia à Simone Mago nomen accepit, & quare, & in num.6. vbi quod fuit hæreticus, & n.7. c.23. num.4. lib.2

Simonia duplex eſt, altera prohibita, quia ſimonia, altera ſimonia quia prohibita, vt hic latè declaratur ſigillatim. c.23.n.11.lib.2

Simonia eſt, ſi electione facta à maiori parte, aliquid detur contradicenti electionem de voluntate electi etiam turbata, & cætera, vt hic cap.23. num.26. lib.2

Simoniæ expreſſæ & mentalis differentia. c.23. n.48. lib.2

Simonia mentalis eſt, quando intentio principalis in mente eſt dandi vel accipiendi aliquid pro ſpiritualibus, ſine qua non fieret actio: ſecus ſi ſit intentio ſecundaria, ſine qua actio fieret. c.23.n.51. lib.2

Simonia in foro exteriori probatur per coniecturas, & præſumptiones, in foro autem conſcientiæ iudicatur per ſolam veritatem. c.23.n.82.l.2

Simoniacus protinus nulla exſpectata ſententia tenetur beneficium per ſimoniam acquiſitum reſignare. c.23.n.22.28. & 29.l.2

Simoniacus mentalis an teneatur ad reſtitutionem eius quod accepit, latè hic, c.23.n.31.& ſeqq. examinantur. lib.2

Simoniacus mentalis quare non teneatur ad reſtitutionem, vſurarius vero mentalis tenetur, plures rationes differentiæ aſſignantur. c.23.n.38.& num. ſeqq. vbi n.46.& 47. vna ratio noua, quæ vera videtur, redditur. lib.2

Simoniæ conuentionalis conſummatio ab vtraque parte an requiratur ad hoc, vt pœna excommunicationis, & reſtitutionis fructuum appoſita contra dantem vel recipientem beneficia ſimoniace procedat. c.9.n.2.lib.1

Simoniacus de iure communi regulariter priuari debet per ſententiam. c.9.n.3.lib.1

Simonia ex ſola traditione rei ſpiritualis ob pretium committitur ad incurrendam ſententiam excommunicationis, licet pretium non ſoluatur: ſecus eſt è conuerſo, quia traditione pretij ſi res ſpiritualis non tradatur, non committitur ſimonia ſubiecta cenſuris Eccleſiæ, quamuis incurratur crimen ſimoniæ. c.9.n 8.lib.1

Simoniæ crimen ſacrilegum eſt, atque ideo naturali diuinoque iuri contrarium, vt nulla poſſit conſuetudine excuſari, ſi pro ſpirituali Sacramentorum gratia pecunia, vel quidquid pro ea æſtimatur, accipiatur. c.20. n.2.l.1

Simoniacum eſſet ſoluere aliquid conbeneficiariis in electione, præſentatione, vel admiſſione ad poſſeſſionem. c.29.n.26.lib.1

Simonia non eſt dare, vel accipere temporale alia ratione quam pro pretio quærendi ſpirituale, puta pro ſuſtentatione miniſtri, vel pro liberalitate vel eleemoſyna, vel pro ſolutione obligationis vel alias. c.29.n.13.lib.1

Significatio propria dictionis, Ante, eſt excludere illud cui præponitur. cap.26.n.11. Et illud dicitur ante, quod omnino ante eſt. n.12.lib.1

Significatio propria & genuina huius dictionis, ceſſatio, plane inducere videtur ceſſationem penitus à diuinis eam, quæ diſtinguitur à prohibitione illa, quæ per interdictum decernitur. cap. 10. num.5. lib.1

Si quis ſibi, vel alteri præbendam procurans, ſit alij obſtaculo, ne eam obtineat, idque faciat non vt alteri noceat, ſed vt ſibi, vel amico proſit, non tenetur ad reſtitutionem, & quid ſi id faciat ex odio & malo animo alterius procurans nocumentum, c.11. n.71.& ſeqq. lib.2.

Si quis ex conſuetudine antiquas perciperet decimas, noualia tamen eius territorij non habebit: ſi vero de noualibus habeat titulum coloratum, tunc quadraginta anni ſufficiunt ad præſcribendum decimas nonalium, ſicut in aliis decimis. c.21. n.81. & 82. lib.2

Si quis ira aut calore percitus, aut mortis metus, quæ rationis iudicium tollerent, votum emitteret, non obligaretur: ſecus vbi illa rationis lux perſiſtat, quæ facere poteſt, aut meritum, aut mortale delictum, quia tunc votum obligat. cap. 22. num.10. lib.2

Si quis non intendit facere quod promittit, nec promittere quod dicit, ſed nugari aut ſeducere, in foro interiori non obligatur, in exteriori vero tenetur & compellendus eſt adimplere, niſi ante iudicis tribunal ſuam intentionem ſe non obligandi deducat, & probet. c.22.n.25.27.& de probatione vide num.19.lib.2

Sobrietas virtus valetudinem noſtram conſeruat, corporis, animæque ſenſus ad vltimum vſque vitæ noſtræ finem perducit integros atque incolumes. c.4. num.45. lib.2

Sola conſuetudo ius ſuccedendi tribuit. cap.14. n.61. lib.2

Somnus non eſt de ſubſtantia digeſtionis, vt quis dicatur ieiunus, ſed ſatis eſt quod ſit perfecta digeſtio, ad hoc vt clericus celebrare poſſit ſine dormitione. c.4.n.78.l.2

Spiritualia non ſunt neganda laicis propria auctoritate, ſub prætextu ceſſationis ab oblationibus, ſed miniſtranda prius ſunt libere, & poſtea compellendi ad præſtandas oblationes. c.21.n.152.lib.2

Spiritualia vendentes conformantur Simoni Mago intentione: ementes vero actu: illi autem in actu Giezi imitantur. c.21.n.9.l.2

Spiritualia gratis ſunt concedenda. cap. 22. num. 10. lib.2

Spadones qui dicantur. c. 16.n.1.l.1

Spadones quibus ambo teſticuli extracti ſunt (vulgo dicti capones) an matrimonium contrahere poſſint? c.16.n.2.& ſeqq. lib. 1

Spadones quamuis non poſſint ſe vltro coniungere per verum matrimonium, attamen quantum ad cohabitionem, & communicationem officiorum domus, poſſunt ſe in totam vitam confœderare & obligare, vt fœmina ſeruiat viro, & vir alat fœminam, non tamen erit matrimonium, ſed ſocietas quædam ciuilis reputatur: periculoſiſſima tamen eſt hæc confœderatio. c.16.n.5.& 6.l.1

Spadones vt contrahere poſſint matrimonium praxis obtinuit. c.16.n.9.l.1

Spadones, vt Medici & Philoſophi affirmant, niſi alias natura frigidi ſunt, aliquid in modum ſeminis emittunt, aut emittere poſſunt, quod Medici Arabes Aguadim appellant, etſi non prolificum neque album, ſed incoctum. c.16.n.10.l.1

Spoliator conueniendus eſt coram ſuo iudice laico vel eccleſiaſtico reſpectiue, & etiam poteſt conueniri coram iudice ordinario competenti illius loci, vbi commiſſum ſpolium eſt. c.34.n.5.l.1

Spoliator ex occupatione rei eccleſiaſticæ ſacrilegium committere dicitur, ſi certum ſit quod eum ſpoliaſſet: ſecus ſi dubitaretur, nam tunc ſuper illa qualitate tribuente iuriſdictionem eſt cognoſcendum. c.34.n.15.l.1

Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus interdicto vnde vi. c.34 n.58.l.1

Spoliator notorius, etiam attenta benignitate iuris Canonici, appellare non poteſt, cap. 34. n.95. lib. 1

Spoliatus non eſt reſtituendum ante omnia, quoties ei obiicitur atque obſtat exceptio, quod neque poſſidet, nec poſſidere poteſt. c. 21. n. 72.l.2

Statutum in ſynodo Conſtantienſi de excommunicatis non vitandis ante denuntiationem, præterquam in notorio clerici percuſſore, ſaluberrimum inſtitutum fuit ad ſedandas timoratas conſcientias, adimendoſque ſcrupulos. c.1.n.11.l.1

Statutum ſeu conſtitutio eccleſiæ, vt clericus excommunicatus pro cauſa eccleſiæ lucretur fructus ſuæ præbendæ, valet, & eſt ſeruanda, cap. 1. n. 147. lib. 1

Statuta condere eſt iuriſdictionis, capit. 4. num. 7. lib.2

Statutum quo caueatur, vt quilibet de collegio & confraternitate teneatur ſoluere ſingulis annis aliquid pro ſeruitio diuino, validum eſt, dummodo hoc fiat propter honeſtam cauſam, & non dicatur in ſtatuto, ne quis recipiatur, niſi ſoluat eam aliamue quantitatem. c.35.n.5.l.1

Statutum fundamentale eccleſiæ cathedralis Placentinæ quo cauetur, vt ſeruitores chori oriundi ex ciuitate vel diœceſi aſſumantur & prouideantur ad præbendas & dignitates pro tempore vacantes eiuſdem eccleſiæ, iuſte, defendi poteſt, ac literis executoriis Regalis conſilij obſeruari iuſſum eſt, & quomodo prædictum ſtatutum intelligatur. cap.11. n.36.lib.2

Statuto ſtante, vt electio fiat ad annum, ſi fiat ad tres, non valet etiam ad annum, cap. 13. num. 4. lib. 2

Statutum vel conſtitutio vel Princeps concedens aliquid exprimens circa actum conficiendum aliter quam à iure communi ſit diſpoſitum, cenſetur ex hoc formam inducere. c.15. n. 110. l.2

Statutum quo cauetur, illos de domo teneri pro conſorte, eſt contra ius diuinum & humanum. c.30.n.16. lib.2

Statuta & conſuetudines, quibus diſponitur, municipia teneri reſarcire damna data in eorum finibus non debent intelligi, quando ſcitur à quo fuit illatum damnum, & eſt ſoluendo, quia tunc non debet quis grauari odio alterius, ſed quando ignoratur, à quo damnum fuit illatum, vel ſcitur, & non eſt ſoluendo qui damnum dedit. cap.30. n. 28. lib. 1

Statuta vel conſuetudines valebunt, vt alij in pœnis pecuniariis pro commiſſis aliorum teneantur & puniantur, ſtante iuſta cauſa, etiamſi nihil vere vel præſumptiue commiſerint, dummodo non corporaliter plectantur. capite 30. numero 27. & 29. lib.2

Steriles matrimonium contrahere poſſunt, licet effectu generationis careant, quia apti ſunt ad actum. c.16. n.14.lib.1

Stylus vetuſtiſſimus eſt Romanæ curiæ à tempore Benedicti XII. vt quando in ſacra pœnitentiaria gratia in foro conſcientiæ petitur, abſolutio confeſſori committatur literis laniatis, & nullis teſtibus adhibitis, nec vlla tunc fit compoſitio pecuniaria cum Datario: ſecus ſi in foro fori gratia petatur, quia tunc gratia cum Datario componenda eſt. c.2.n.14.l.2

Stipendium pro neceſſaria miniſtri ſuſtentatione, an poſſit licite ab initio in pactum deduci. c.19. n.7. & ſeq. lib.1

Stipendium neceſſarium pro miniſtri ſpiritualia miniſtrantis ſuſtentatione ſecundum conſuetudinem approbatam, & ordinationem Eccleſiæ, ac Epiſcoporum conſtitutiones, licitum eſt accipere. cap.19. n.3. l.1. Quod ſi auctoritate ſuperioris vel conſuetudine taxatum non ſit, licitum eſt in pactum deduci, dummodo moderate exigatur, alias ſecus. ibid. n.8. lib.1

Stipendium de quo ſuprà, ſi neceſſarium non ſit pro ſuſtentatione miniſtri, quia ipſe aliunde eam congruam habeat, diueſque ſit, in pactum deduci non poteſt atque exigi ab inuitis per ſpiritualium ſubtractionem ob auaritiam, quæ tunc in foro ſæculari præſumeretur, ſecus in conſcientia, dummodo immoderatum non exigatur. capite 19 numero 9. lib.1

Stipendium neceſſarium pro ſuſtentatione miniſtri, ſi certum ſtatutum ac taxatum ſit, poteſt in pactum deduci à ſacerdote paupere vel diuite. cap.19.n.10. lib 1

Stuprum proprie eſt virginum defloratio. c.37. n.2. lib.1

Stuprator non ducens ſtupratam, debet tanto plus ei dare propter deflorationem virginitatis, quantum oporteret dare. c.37.n.8.l.1

Stuprans ſponte volentem, ad nihilum patri etiam, vel curatori puellæ tenetur quando ſtuprum ita occultum eſt, quod non ſit infamata mulier, neque aliquam iacturam patiatur. cap.37.n.25.lib.1. Idem ſi parens vel curator de lenocinio conuinceretur. ibid. n.26. lib.1. Quid ſi ſtuprans promiſerit vere vel ficte ſe ducturum virginem, vide ibid. num.27. lib.1

Sub legato alicui facto eius quod viuus teſtator præſtabat, ea videntur relicta, quæ certam formam erogationis annuæ, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt. c.21.n.145.lib.2

Subreptio cauſæ impulſiuæ non vitiat gratiam. c.15. num.31.lib.2



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Subreptionem inducunt illa, quæ ratione iuris tertij, vel ob ius commune mouere poſſunt Principem ad non concedendum. c.15.n.27.l.2

Succedens per ſententiam iudicis tenetur ſtare colono vel inquilino, niſi locatio fuerit facta in fraudem. c.8.n.49.lib.2

Succeſſio ab inteſtato ceſſat, quamdiu eſt locus teſtamento. c.1.n.65.l.2

Succeſſiones ſunt de iure ciuili. c.1.n.89.lib.2. In ſucceſſione maioratus linea recta debet ſemper ſuccedi, vt nec ſucceſſio retrocedat, nec de vna linea ad aliam tranſitus fiat. c.14. n.46.l.2

Succeſſor ſingularis non per viam tranſmiſſionis, ſed per viam priuationis iuris, quod erat in prædeceſſore ſuo, non tenetur ſtare colono ſui prædeceſſoris. c.8.n.8.l.2

Succeſſor ſingularis ſi approbauerit locationem à priore domino factam, non poterit illi poſtea contrauenire: approbatio autem videbitur facta per receptionem penſionum à colono pro illis tantum annis, pro quibus penſiones recepit, vt in num.11. Inducitur etiam approbatio, ſi ſucceſſor ſingularis dixerit colono, quod continuaret locationem ei factam à prædeceſſore, & bene poſſeſſionem gubernaret, vt in num.12. Inducitur etiam approbatio, quando emptor poſt emptionem dixit colono: Volo quod ſic ſemines, & ſic facias, vt in num.13. cap.8. n.10.lib.2

Succeſſor non tenetur præciſè ſtare contractui locationis, quando locator non habeat plenum dominium in re, nec plenam eius adminiſtrationem, vt vſufructuarius, fideicommiſſarius, & poſſeſſor maioratus, & ſimiles. c.9.n.47.l.2

Succeſſor vniuerſalis tenetur ſtare colono. c.8.n.51. lib.2

Succeſſor ſingularis Eccleſiæ, an teneatur ſtare colono. cap.8. n.66. & num. ſeq.lib.2

Succeſſor ſingularis fiſci tenetur ſtare colono, ne fiſcus teneatur illi ad intereſſe. capite 8. num.66. lib.2

Succeſſor in prælatione & rectoria, tunc demum tenetur ſtare colono, cum res bona fide & rite geſtæ fuerint, & cum debita ſolemnitate. cap.8.n.73. lib.2

Summus Pontifex poteſt libere compoſitionem facere, ac committere cauſam in quam res iſtæ incerti domini expendantur, vt hic, cap.9. num.13. lib.2. Procurantes huiuſmodi compoſitiones, ſunt in peccato, donec eas adipiſcantur, ſi cum poſſunt, non reſtituunt pauperibus, imò & poſt compoſitionem in caſu de quo hic, capite 9. num.14. lib.2

Si poſt compoſitionem comparerent veri domini, qui ſua debita legitime comprobarent, non reciperetur debitoris exceptio dicentis ſe fuiſſe compoſitum, vt hic. c.9.n.15.l.2

T

Tabellio ciuitatis vel villæ, aliive officia perpetua habentes, committentes delictum priuatione dignum, an interim pendente proceſſu poſſint renunciare huiuſmodi officiis? Huiuſmodi officia publica ſub hypotheca bonorum includuntur, & in eis executio fieri poteſt, & quæſita conſtante matrimonio mulieri debetur æſtimatio pro parte eius, & filio imputatur in legitimam. cap.5. num.47. lib.2

Tabernarij ſunt de genere prædonum. cap.4.num.71. lib.2

Taciturnitas copulæ intercedentis ante impetratam, vel poſt conceſſam diſpenſationem ad contrahendum matrimonium inter conſanguineos vel affines, commiſſam ordinario loci, prius tamen quam ab eo expediatur, an vitiet diſpenſationem. cap.15. n.1. & ſeq. lib.1

Taciturnitas veritatis ea ſola nocet quæ à iure præcipitur vt exprimatur. c.15.n.5.lib.1

Taciturnitas eius, quo expreſſo, adhuc gratia beneficij concederetur, gratiam vitiat. cap.15. num.26. lib.2

Tacita hypotheca competens fiſco poſt ſententiam in bonis delinquentis, quibus creditoribus præiudicet. c.5.n.57.lib.2

Tacita hypotheca videtur inducta in fructibus. c.8. num.54. lib.2

Tactus inhoneſti fugiendi. Referuntur plures qui per mulieres fuerunt decepti. capite 7. numero 10. lib.2

Tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum. cap.21. num.83. & numero 13. & declaratur numero 114. lib.2

Tauros agitari in Dominicis, & aliis feſtiuis diebus in circo vel in foro, minime hodie licet ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententiæ aduerſus Principes, communitates & reſpublicas, earumque rectores. c.7.n.10.l.1

Tauros agitari an liceat, quoties ita moderate fit, vt ex ea agitatione probabiliter credi poſſit non ſequutura notabilia nocumenta perſonalia. c.7.n.13. lib.1

Tauros agitari per calles chordis longis cornibus vel pedibus ligatos non eſt prohibitum. c.7.n.14. lib.1

Tauros agitari non licet per calles chordis non ligatos Dominicis, vel aliis feſtiuis diebus, portis ciuitatis clauſis, ita vt tauri, licet velint, exire non poſſint. c.7.n.15.lib.1

Templarij decimas laborum ſuorum, quos propriis manibus vel ſumptibus impendunt, ſoluere non tenentur: cæteri vero religioſi de noualibus ſuis, quæ propriis manibus aut ſumptibus, excolunt, & de nutrimentis animalium ſuorum, & de hortis ſuis decimas ſoluere non tenentur. cap.21. n.134. lib.2

Tempore interdicti celebrari poſſunt diuina officia ianuis clauſis ſubmiſſa voce, excommunicatis & interdictis excluſis, & campanis non pulſatis. cap.10. n.1. lib.1. Et an idem locum habeat tempore ceſſationis à diuinis. num.2.& ſeq.lib.1

Tempus, quo quis in excommunicatione permanere debet, vt pœnis legis primæ, tit.5. *de los deſcomulgados*, lib.8. Nouæ Collect. Reg. puniri poſſit, debet eſſe continuum. c.12.n.23.l.1

Tempus requiſitum à lege, niſi aliud exprimatur, debet eſſe continuum. c.12.n.24.lib.1

Tempus quo electores ſunt excommunicati excommunicatione maiori, vel alio iuſto impedimento detenti, non computatur in tempore ſemeſtri à Concilio Lateranenſi deputato ad prouidendas præbendas & cætera beneficia Eccleſiaſtica. c.18. n.3.lib.1

Tempus excommunicationis vel ſuſpenſionis, non computatur in ſemeſtri præfinito à Concilio Lateranenſi ad prouidendum præbendas. cap.18.num.4. lib.1

Tempora quæ prouidentiam Eccleſiarum recipiunt, quoad quid ſint vtilia, quia impeditis non currunt. c.28. n.12.lib.1

Terminus datus ad eligendum à Concilio Lateranenſi, non currit quibuſcumque aliis iuſte impeditis, præterquam ibi nominatis. c.28.n.11.l.1

Tertius poſſidens rem per vſuram ab alio acquiſitam, an & quando conueniri poſſit pro ea? & an alienari potuit titulo oneroſo vel lucratiuo. c.18.n.39. & num.44. lib.2

Teſtamentum conditum ab aliquo ante ingreſſum religionis vel dum eſt, nec poſtea per ingreſſum rumpitur, nec vitiatur, ſiue ingrediatur monaſterium bonorum immobilium incapax. cap.1.num.1. lib.2

Teſtamentum eius qui poſtea ingreditur religionem bonorum immobilium capacem, tunc demum per ingreſſum aut profeſſionem non rumpitur, quoties illud condidit cogitans de ingreſſu religionis: ſecus vero ſi de illo non cogitauit, quia tunc teſtamentum rumpitur per ingreſſum religionis, ſecundum magis communem ſententiam. capite 1. numero 2. & ſequentibus, præcipuè numero 10. lib.2

Teſtamentum factum cogitatione religionis bonorum immobilium capacis, ſicut non infirmatur per ingreſſum religionis, pariter per ipſum non confirmatur, donec teſtator naturaliter moriatur. c.1. num.3. lib.2

Teſtamentum agnatione poſthumi rumpitur. cap.1. num.114. lib.2

Teſtamentum ab eo conditum, qui religionem ingreſſurus eſt, vt per eam non infirmetur, oportet relinqui monaſterio legitimam titulo inſtitutionis, alias rumpetur per profeſſionem: ſed contraria eſt verior & communis, & tenenda ſententia, vt in num. 12. & 13. quod ſi aliquid relinquatur monaſterio titulo inſtitutionis, proculdubio non irritatur teſtamentum per profeſſionem. cap.1.n.6. lib.2

Teſtamentum ingreſſuri religionem ad ſciendum, an poſtea rumpatur, necne? diſtinctio quæ iam Antonij de Butrio refertur, agiturque de veritate ipſius. c.1. num.7. lib.2

Teſtamentum etiam factum ab eo qui cogitauerit religionis profeſſionem, etiam portione legitima monaſterio titulo inſtitutionis dimiſſa, per profeſſionem, ſi rumpitur, quaſi per capitis diminutionem, ſecundum opinionem Salyceti & aliorum; ſed falſa eſt. c.1.n.9. lib.2

Teſtamentum conditum ab eo, qui religionem ingreſſurus eſt, cogitante de ingreſſu, an valeat, & teneat, licet in eo non ſit ſeruata ſolemnitas iuris communis. c.1.n.14.lib.2

Teſtamentum conditum abſque illa religione bonorum capacis cogitatione, ſequuta profeſſione, reuocatur ſiue ſeipſum & bona expreſſe religioni dicauerit, ſiue tacitè. c.1.n.1.lib.2

Teſtamentum factum ab eo qui religionis ingreſſum minimè cogitauerat, profeſſione ſequuta rumpitur ſolum quoad legitimam portionem monaſterio competentem. c.1.n.17.l.2

Teſtamentum ingreſſuri religionem incapacem bonorum immobilium, licet de ea non cogitauerit, non rumpitur per huiuſmodi religionis ingreſſum à religione, ſed imo ab ipſa vires aſſumit, non altera ac ſi ipſe ingrediens naturaliter fuiſſet mortuus. c.1.n.18. & 52.lib.2

Teſtamentum ſecundum monachi profeſſi cum duobus vel tribus teſtibus valebit contra primum cum ſeptem teſtibus. c.1. n.36 lib.2

Teſtari libere permittitur à iure ingreſſuris religionem, dummodo eo tempore cogitet? de hoc. c.1. num.16. lib.2

Teſtator in dubio, quandò non conſtat vtrum tempore teſtamenti de religione cogitauerit, nec ne? ex interuallo temporis à teſtamento ad religionis ingreſſum id iudex arbitrabitur, vt hic. cap.1.n.19. lib.2

Teſtis, qui in vno eſt varius, contrarius, vel falſum deponit, an & quando in cæteris fidem faciat, vel non? c.15.n.130. lib.1

Teſtes ſi deponant, aliquem percepiſſe decimas frumenti, & alij teſtes vini, non ſufficient ad aſſignandum totum genus decimarum, ſed tantum in his in quibus probant, minutæ namque & mixtæ ſaltem curato manebunt, cum de his probatum non ſit. c.21.n.86.lib.2

Teſtis periurus, ob quod reus abſoluitur à pœna confiſcationis bonorum fiſco applicandorum, quam incurrerat, non tenetur ad reſtitutionem eorum: ad damnum vero quod intulit ex ſuo falſo dicto, cum iuramento, vel ſine eo, tenetur læſo reſtituendum vltra peccatum mortale. cap.28. n.64. & 65. lib.2

Teſtis vnus quamuis ſufficiat quantum ad excommunicationem in genere: ſecus tamen eſt quantum ad excommunicationem in ſpecie, & nominatim. c.11. n.94.lib.1

Teſtis vnus ſufficit ad impediendum matrimonium nondum contractum, quando iuramentum de ipſo contrahendo non interuenit; is tamen teſtis ſciens ex ſua manifeſtatione magnum ſcandalum ſequuturum, ad denunciandum non tenetur. c.11. n.28. & 29. lib.1

Teſtis vnus de auditu ad impediendum matrimonium contrahendum ſufficit, ſi circa impedimentum teſtificetur, iuxta formam à canonibus expreſſam. c.11.n.34. lib.1

Teſtis vnus ita demum ſufficit ad impediendum matrimonium contrahendum, quoties cum iuramento aſſereret id certo ſcire, alioqui vnus teſtis etiam iuratus de auditu cum altero abſque iuramento de certa ſcientia non ſufficeret. cap.11.num.31.& 32. lib.1

Teſtis, qui falſum teſtimonium in iudicio contra aliquem innocentem dixerit, ad quid teneatur. c.38. num.4. lib.1

Teſtatoris ſenſus cum manifeſtus eſt, verborum interpretatio nunquam tantum valet, vt melior ſenſu exſiſtat. c.32. n.48.lib.1

Textus in authent. de ſanctiſ. Epiſcopis, §. ſed & hoc præſenti, collat. 9. cum ſimilibus, exorbitans eſt à regulis iuris communis, & à mente teſtatoris, ideo non debet extendi ad alios terminos vel caſus. c.32.n.19.l.1

Text. in d. §. ſed & hoc præſenti, non procedit, ſi alia pia cauſa fuerit ſubſtituta, quamuis non ſit æquè pia cauſa ac illud monaſterium. cap.32. n.39.& 40. lib.1

Text. in d. §. ſed & hoc præſenti, non habet locum, vbi verba teſtatoris clara ſunt, eiuſque mentem ſignificantia, ex quibus voluit diſpoſitionem ſuam naturaliter, non autem ciuiliter, & per fictionem intelligi. c.32.n.46.lib.1

Text. in auth. de ſanctiſ. Epiſcopis, §. ſed & hoc præſenti, collat.9. & eius diſpoſitio, non eſt trahendus neque extendendus ad alios caſus & conditiones quam in eo expreſſas, nempe nuptiarum, ſiue defectus liberorum. c.32.n.45.lib.1

Text. in authent. de ſanctiſ. Epiſcopis, § ſed & hoc præſenti, collat.9. non cenſetur ſatisfactum ex ſolo ſacerdotio, cap.32.num.72.lib.1. Limitatur hoc, ſi clericus bona ſua dediſſet capellæ, cuius factus



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ſit ſacerdos, vel ſi omnia bona ſua, vel ſaltem hæreditatem ſibi relictam expendat in pias cauſas, dicto. c.31.n.73.lib.1
Textus in cap. poſtulaſti de reſcriptis, procedit, non ſolum in beneficialibus, ſed etiam in cæteris omnibus gratioſis, & in priuilegiis. cap. 15. num.22. lib.2
Titulus, ff. & Cod. de bonis eorum qui mortem ſibi conſciuerunt, procedit in vtraque morte, ciuili nempe & naturali, quæ erat imponenda accuſato vel inquiſito pro delicto, ſi probaretur. cap.3. num.26.lib.2
Titulus, ff. & Cod. de bonis eorum, qui mortem ſibi conſciuere, non eſt hodie correctus per auth. bona damnatorum, Cod. de bonis proſcriptorum. c.3. n.25. lib.2
Torneamenta de iure Canonico ſunt prohibita, adeo vt qui in eis moritur, quamuis confeſſione, & communione ſacra munitus, non ſit in loco ſacro ſepeliendus. c.7.n.3.lib.1
Tutior pars non ſemper eligenda eſt, cum ſatis ſit eligere tutam. c.31.n.39.lib.1
Tranſactio ſiue alia diſpoſitio, prohibetur ſuper coniugij Sacramento, vt ab eo recedatur. cap.17. n.18. lib.1
Tranſlatio dominij beneficij per ſimoniam collati, & pretij per ſimoniam dati, non impeditur iure naturali, neque diuino ſed humano. cap.9.num.16. lib.1
Trebellianica deducenda eſt ex relictis confratriis. cap.35.n.12. lib.1
Tria bona in matrimonio exiguntur, proles, fides, Sacramentum, re, vel ſpe. c.16.n.3.lib.1
Triginta dies pœnæ carceris impoſitæ à lege Regia blaſphemo debent eſſe continui, neque ſufficit quod ſint interpolati computati in diuerſis vicibus. cap.12. num.25.lib.1

V

VAcantibus duabus Eccleſiis, vna locupletiſſima, vt Toletana, alia vero pauperiore, habente tamen multo ex Mahometis neophitis, vt Granatenſi, itidem & ſunt duo ſacerdotes, dignus, & dignior quomodo ſint hæ duæ Eccleſiæ, vel præbendæ, ſiue beneficia prouidenda. cap.11. num.41. lib.2.
Valor verus beneficij de iure in impetratione exprimi non debet: ſecus de ſtylo Curiæ Romanæ. c.15. n.75.& 76. lib.2
Valor falſus beneficij expreſſus vitiat gratiam, etiam motu proprio conceſſam. c.15.n.77.l.2
Valor beneficij expreſſus in impetratione ipſius ſecundum communem ſtylum Rotæ quomodo probetur. c.39.n.68. lib.1
Varietas opinionum vbi eſt, non peccat non ſeruans ius præcepti. c.9.n.11.lib.1
Vaſſali liberati ſunt à debito fidelitatis dominij, & totius obſequij propter hæreſin manifeſtam domini ſui. c.1.n.18.lib.1
Vaſſallus excuſatur à propalando contra dominum. c.11. n.56. lib.1
Vaſſallus feudum amittit, ſi concubuerit cum vxore domini viui vel mortui. c.12.n.4.l.2
Vbi plura copulantur in reſcripto circa vnum effectum, quorum quodlibet per ſe ſufficit, vnum probare ſat eſt. Ampliatur num. 60. & limitatur. n.63. c.15. num.53. lib.2
Vbi plures cauſæ narrantur in reſcripto, quarum aliquæ ſunt ſubreptitiæ, aliquæ vero non, procedendum eſt, vt latius hic. capite 15. numero 36. lib.2
Vbi aliquis bona fide eſt in eo ſtatu, vt tantum contra legem humanam ſine proximi iniuria vitam agat, abſque tranſgreſſione legis naturalis ac diuinæ, in eo ſtatu dimittendus eſt, ſi ex correctione ſcandalum graue immineret. cap. 15. num.102. lib.2
Vbi in diſpoſitione legis vel hominis ponitur aliquid conditionaliter, illud dicitur eſſe de forma. c.15, n.112. lib.2
Vbi plura ſunt requiſita de forma, omnia debent ſeruari, etiamſi aliquid ex eis videatur ſuperfluum. c.15. n.116.lib.2
Vbi per acceptationem, vel agnitionem alicui eſt actio competitura, antequam is agnouerit, alter contra quem actio datur, non poteſt dici malæ fidei poſſeſſor. c.26.n.4.l.2
Venari ex cauſa publicæ vtilitatis in tribus menſibus à lege Regia prohibitis, an ſit peccatum mortale vel veniale. cap. 28. numer.8. & ſequentibus, lib.2
Venatione prohibita à dominis temporalibus reſtituere tenentur damna illata à feris in alienis fundis. c.28.n.15. lib 2
Venatio auium quomodo, & quo tempore ſit facienda. c.28.n.5. lib.2
Venator an capta poſt prohibitionem domini vel eius, qui ab eo ius venationis in ſuo agro conduxerit, teneatur eidem reſtituere in foro conſcientiæ ante condemnationem iudicis. cap.28.num.36. lib.2
Venator arte ſua, etiam vetita, faciens in locum publicum ex re feras de loco priuato, vt eas venetur, non tenetur ad reſtitutionem earum, ſed tantum de damno, ſicut tenetur is qui venatorem impedit, ne in locis publicis venetur, & ipſe impediens in eiſdem venetur locis, quamuis ex dicta fraude poſſet ſecundum ſtatuta & conſuetudinem puniri, ac ſi in loco publico venaretur. cap.28. n.38. lib.2
Venator iam quod capta poſt prohibitionem domini, aut eius conductoris non teneatur eiſdem reſtituere ante condemnatiouem, vt in num. 22. cum ſeqq. late eſt diſertum, an ſaltem teneatur eiſdem ad id, quod veroſimiliter ipſe Dominus, vel conductor, ibidem cœpiſſet ex animalibus captis à præd. venatore, & num. 43. ponitur quædam declaratio in hoc. c.28.n.39.lib.2
Venator tenetur omnino ad damnum quod agri domino intulerit in fructibus, & ſegetibus, etiamſi expreſſa prohibitio non fuerit præmiſſa. cap.28. cum.40. lib.2
Vendere poteſt quis frumentum pretio, quo valebit hebdomada, menſe, vel die, ad quem vſque erat ſeruaturus, non tamen exigere debet pretium maius illius diei vel menſis, ſed mediocre vel commune. c.39.n.6.lib.1
Vendere non licet carius rem vltra latitudinem iuſti pretij, quam in præſenti valet, ratione crediti prorogatique pretij, neque vilius iuſto pretio, viliori emere ratione anticipatæ ſolutionis, niſi veriſimiliter dubitetur tempore ſolutionis plus vel minus valituram. c.39.n.11.lib.1
Vendere an liceat carius ob dilatam pretij ſolutionem, propter lucum ceſſans, c.39. num.23.& ſeqq. lib.1
Vendere licet carius ad creditum ratione intereſſe lucri ceſſantis, & à fortiori damni emergentis, tribus concurrentibus, de quibus.cap.39. num 25. & 26. & n.27. ſecus eſſe deficiente aliqua ex prædictis conditionibus. lib. 1
Vendere an liceat carius ad creditum illas merces, quæ communiter & frequentius in aliqua ciuitate vel oppido ob pecuniæ penuriam, vel ob conſuetudinem patriæ venduntur ad creditum, quia raro niſi parua pecunia venduntur in promptu, quia non ſunt ementes niſi ad terminum, vel an tunc etiam pretium, quo in promptu ſolent vendi, conſiderari, debeat ſaltem ſupremum, vt illud ad creditum non excedatur cap. 39. num. 35 lib. 1. Et quid in venditionibus groſſis, hoc eſt, de poriunto en grueſſas partidas, ibid. num. 39. & 40. lib. 1. & num 4. quid in mercibus maritimis, quæ niſi in magna quātitate aduehi non poſſunt, l.1
Vendere carius merces ad tempus non licet etiamſi ob gratiam commoditatem, & neceſſitatem emptorum terminus præciſe ſoluendi conſtituantur, ad hoc nempe, vt illas res venales emptores habeant, & per hunc modum negotientur atque victum quærant. c.39.n.36.l.1.
Vendens carius ad creditum vltra latitudinem iuſti pretij quam in promptu res valet ob dilatam pretij ſolutionem, aut vilius emens ob anticipatam ſolutionem, dubio non exiſtenti, an plus vel minus ſit valitura, etiam in foro exteriori vſuram committit, ac proinde peccat mortaliter, & reſtituere tenetur, cap.39. num. 16. lib. 1. & quid ſi vendatur res non conſiſtens in pondere, numero vel menſura, veluti domus vel prædium, num. 17. & ſeqq. vbi idem hoc caſu probatur aduerſus Bald. lib. 1. & num. 21. in equis, mulis, pecoribus, & aliis animalibus carius venditis ob dilatam ſolutionem pretij ad tempus, lib.2
Vendi non poſſunt merces carius tempore venditionis, quando dubium eſt plus vel minus valituras tempore ſolutionis, niſi ſimul & copulatiue concurrat quod venditor eas tempore contractus non fuerat venditurus, vnum enim ſine altero non ſufficit. c. 39.n.2.l.1
Venditio rei feudalis vel emphyteuticæ ſimpliciter facta nulla eſt: ſecus, ſi ſub conditione, ſi dominus conſenſerit, vel Rex licentiam præſtiterit, fiat. c.22. n.7.lib.1.
Venditor, qui ſuas merces eſſet alioqui ſeruaturus, poteſt eas vendere ea conditione, vt cum ei libuerit, eligat pretium commune, modo ſemel eo conſtituto & electo variare non poſſit. cap. 39.n.7. lib. 1
Venditor, qui merces eſt ſeruaturus ad Calendas Martias, non poteſt eas vendere Calendis Octobris pretio, quo valebunt Calendis Maij, c.39.n.7. lib. 1
Venditor, qui ſuas merces non erat venditurus vſque ad tempus, quo pretium factum iri conſiotur, poteſt eas rogatus plus vendere quam tempore venditionis valeant, deductis expenſis, laboribus ac periculis, quæ in eis ſeruandis, aut cuſtodiendis eſſet venditor expenſurus arbitrio boni viri, capite 39. numero 3. lib. 1. & num. 4. ex hoc infertur, quod ſeruaturus frumentum ad menſem Maium, poterit ſub natalem Domini carius quam tunc valeat vendere, ſi dubium veriſimiliter ſit plus vel minus eſſe valiturum, &c. lib.1
Venditor, quando in diſſolutione nundinarum mercium pretia decreſcunt, non poteſt vendere credito merces ſuas, quanti præſenti nummo vendidiſſet in emptorum feruore, quia tunc minoris æſtimatur. c.39.n.13.l.1
Venditor, qui non eſt ſeruaturus ſuas merces neque emptores earum habet, pretio ſtatim numerato, vel fuerat paratus ad vendendum omnibus ita pecunia præſenti ſicut ad creditum, aut ſi habebat plures merces ad reddendum, tam in promptu quam ad creditum, quia non ſunt emptores ad comparandas eas omnes pecunia præſenti, prout communiter contingit in mercatoribus (vulgo dichos trapero) & aliis huiuſmodi, tunc nullo modo liceret pretium ad creditum augere ratione intereſſe lucri ceſſantis. capite 39. numero 26. lib.1
Venditurus frumentum ad menſem Maium, poterit ſub Natalem Domini carius quam tunc valeat vendere, ſi dubium veriſimiliter ſit, &c. c.39.n.4. lib.1
Venditio rei alienæ eſt nulla, nec dominium ex ea tranſit, quamuis emptor eius bonæ fidei agere poſſit ad intereſſe, capite 23. numero 25. lib.2
Verba vniuerſalia omnia includunt, cap. 1. num. 27. lib. 2
Verba debent impropriari, vt actus valeat. cap. 2. n.5. lib.1
Verba hæc, Non ducam vxorem niſi te, & ſi millia, quid operentur, cap.21.n.1.& 2.lib.1.& communis ſenſus horum verborum quis ſit. ibid. n.7.12.& 13. lib. 1
Verba prolata quem valorem habeant in matrimonio contrahendo, in dubio communis attendendus eſt. c.21.n.3.l.1
Verba conſenſum de præſenti exprimentia eſſe debent ad inducendum matrimonium de præſenti, nec verba ad hoc ſunt neceſſaria, ſed ſatis eſt conſenſum de præſenti induci per ſigna, non ſolum in muto, ſed etiam in valentibus loqui, capite 21. num. 8. lib. 1
Verba hæc, Promitto quod non habebo aliam mulierem in vxorem niſi te, non inducunt matrimonium de præſenti. c.21.n.21.l.1
Verbum Volo, adiunctum infinitiuo deſignanti initium actus eiuſque ſuſpenſionem, in his quæ à ſola voluntate diſponentis pendent, erit contractus ſponſaliorum, nempe volo contrahere matrimonium, erit tamen matrimonium, ſi dicta verba deliberate ad interrogationem alterius prolata fuiſſent, vel quando præceſſiſſet tractatus de matrimonio contrahendo, vt in capite 21. num. 23. & 24. lib. 1
Verba hæc, Ego te volo accipere in meam inducunt ſponſalia de futuro: ſi autem conſtat de intentione, ei ſtandum eſt in foro conſcientiæ. c.21.n.25. lib. 1
Verbum Volo, adiunctum verbo denuntiari executionem actus perfecti, & ſic matrimonij exercitium vt volo te habere in vxorem, vel tenere in vxorem inducit matrimonium de præſenti, niſi præcederent ſponſalia de futuro, vt in c.21.n.26.l.1
Verba hæc, Volo te in vxorem, ſi mulier ſimiliter concedat, inducunt matrimonium de præſenti cap. 23. n. 27. lib.1
Verba hæc, Volo te eſſe vxorem meam, quando inducant matrimonium de præſenti, & quando non, c.21.n. 28. l.1
Verba hæc, iuro vel promitto quod te habebo in vxorem, inducunt matrimonium, vel ſponſalia de futuro. c.21. n 29.l.1
Verba quæ proprie competunt contrahendo matrimonio, ſi tempore futuro pronuntientur, inducunt tantum ſponſalia de futuro. c. 21. n 30.l.1.



ALERE FLAMMAM VERITATIS
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Verba hæc: Iuro vel promitto quod te habebo in vxorem, inducunt matrimonium de præſenti ſubſequuta tranſactione ad domum, ac ſimul tractatu præſenti matrimoniali, vel quoties communis vſus loquendi & intellectus præd. verborum eſſet, vt ex eiſdem matrimonium de præſenti celebratum intelligeretur. c. 21. n. 15. l. 2

Verba hæc, Promitto quod ducam in vxorem & tenebo te pro legitima coniuge, non inducunt matrimonium de præſenti, ſed ſponſalia de futuro. c. 21. n. 36. l. 1

Verba denotantia tempus, ſi ſint ſingularis numeri, verificantur in tempore incepto, ſi vero ſint pluralis numeri, debet eſſe tempus completum. c. 16. n. 10. l. 1

Vera rerum cognitio à cauſis prioribus deriuatur, & recte eam rem ſcimus, quam ex prioribus cauſſis cognoſcimus. c. 14. n. 15. l. 1

Veritas narratorum ad impetrandam diſpenſationem pro matrimonio contrahendo, eſt conſideranda ſecundum tempus impetrationis, quando veritas cauſſæ narratur de præſenti, capite 15. num. 131. lib. 2

Vetuli quamuis quandoque non habeant caliditatem ad generandum, habent caliditatem ſufficientem ad copulam carnalem, & ideo permittitur eis matrimonium contrahere, quatenus eſt in officio naturæ. c. 16. n. 4 & 13. l. 1

Via executiua agi poteſt aduerſus illum, cui literæ penſionis intimatæ fuerunt: ſecus contra illum, cui intimatæ non fuerunt, ſed via ordinaria tunc procedendum erit. c. 1. n. 113. l. 1

Vicarij inferiores & foranei non poſſunt, neque ſolent concedere licentiam contrahendi matrimonium ſine denuntiationibus. c. 19. n. 16. l. 1

Vicarius generalis alicuius, ſeu viceſgerens omnia poteſt, quæ ipſe, cuius vices gerit. c. 17. n. 15. l. 2

Vicarius generalis Epiſcopi eſt ordinarius, c. 17. n. 17. l. 2. Ad ordinarium ſpectant omnia, quæ ſunt de lege diœceſana, & iuriſdictionis. c. 17. n. 18. l. 2

Vicarius generalis Papæ reuerendas concedere poteſt in exemplis de quibus hic remiſſiue, cap. 17. n. 28. lib. 2

Vitia corporalia & ſpiritualia, animique mores & infirmitas patris, an in filios tranſeat. cap. 30. n. 45. lib. 2

Vitium clandeſtinitatis tollitur per interuentum tituli & bonæ fidei. c. 34. n. 61. l. 1

Vidua durante viduitate, videtur adhuc eſſe in primo matrimonio quoad priuilegia. c. 12. n. 1. l. 2

Viduæ luxuriantes damnantur, quia primam fidem irritam fecerunt, non luxuriantes vero in fide prioris matrimonij perſiſtunt. c. 12. n. 5. l. 1

Vidua luxurioſe viuens, videtur marito atque eius animæ maximam triſtitiam atque iniuriam irrogare. c. 12. n. 8. l. 2.

Vidua luxurioſe viuens priuatur tutela teſtamentaria, legitima & datiua. c. 12. n. 9. l. 2

Vidua propter ſtuprum poſt mortem viri commiſſum amittit medietatem lucrorum conſtante matrimonio acquiſitorum. c. 12. n. 10. l. 2

Vidua luxurioſe viuens amittit donationem quam habuit à marito. c. 12. n. 11. l. 2

Vidua luxurioſe viuens amittit facultatem teſtandi, ſibi à marito conceſſam. c. 12. n. 12. l. 2

Vidua luxurioſe viuens amittit hæreditatem, vel legatum ſibi à marito relictum, & officium exſecutoris, c. 12. n. 13. & 14. l. 2

Vidua propter ſtuprum amittit dotem c. 12. n. 15. ſed contra n. 19. cum ſimilibus. lib. 2

Vidua viuens luxurioſe, eaſdem patitur pœnas, quas mulier ſecundo nubens. c. 12. n. 21. l. 2

Vidua propter ſtuprum etiam intra annum luctus commiſſum non amittit dotem, nec etiam actionem ad eam repetendam. c. 12. n. 24. l. 2

Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, c. 4. n. 10. lib. 2

Vinum cupiditatem veneris in primis accendere poteſt ſecundum Philoſophum, & qui vino indulgent, ſunt ad venerem proniores. c. 4. n. 17. l. 2

Vinum non moderate ſumptum detegit arcana, ſoletque manus ad arma vocare. c. 4. n. 19. l. 2

Vinum moderate potatum plurimas corpori præſtat vtilitates. c. 4. n. 32. lib. 2

Vinum moderate potatum exultatio animæ & corporis, & ſobrius potus ſanitas eſt animæ & corporis, c. 4. n. 33. l. 2

Vinum ſi malum eſſet ex ſua natura, Saluator noſter non conuertiſſet aquam in vinum, neque initium ſignorum illius fuiſſet vinum ex aqua factum, nec ſi non liceret bibere vinum, idem Dominus præcepiſſet miniſtrantibus in conuiuio nuptiarum, vt ferrent vinum Architriclino. c. 4. n. n. 34. l. 2

Vina de per ſe ſunt excellentiora omnibus aliis rebus habentibus liquorem. c. 4. n. 37. l. 2

Vinorum probatorum qualitates. cap. 4. num. 38. l. 2

Vina Balneſia meliora omnibus aliis totius orbis ſecundum Chaſſaneum. c. 4. n. 39. l. 2

Vina oppidi de Robledyllo, y Deſcargamaria, Ciuitatenſ. diœceſ. y de Sanmartin de Valdeigleſias, y de Ribadauia, in Hiſpania excellentiſſima reputantur. c. 4. n. 49. l. 2

Vina ſpiſſa non adeo proſunt morbis ſicut ſubtilia, & ſicut ſubtile vinum multos ſpiritus procreat, atque ſubtiles, ita groſſum groſſos. c. 4. n. 41. l. 2

Vinum palmæ ſiue album, eſt melioris ſaporis & odoris quam cætera vina. c. 4. n. 42. l. 2

Vina mixta ſi vetera ſunt atque ſubtilia, tempora caloris ad cœnam indulgentiora plerumque reputantur. c. 4. n. 43. l. 2

Vinum oleum & alia ſimilia, an ad renouandum dari poſſint: idem dicendum eſt in eis, quod in frumento veteri pro nouo. c. 39. n. 57. l. 1

Virgo quando dicatur ſeducta; capite 37. num. 15. lib. 1

Virginitatis circumſtantia, ſi voluntas fornicandi non peruenit ad actum, an ſit neceſſario confitenda. c. 31. n. 28. l. 1

Voluntas libera puellæ an liberet ſtupratorem, quando abſque ſeductione eam corruperit, ab actione parentibus vel curatoribus, ſub quorum cura eſt pro dote, & iniuria, ſibi illata competente. cap. 37. n. 24. lib. 1

Voluntatem teſtatoris credendum eſſe talem fuiſſe, ſicut lex ipſa conſtituit & interpretatur, tametſi verbis refragari quodammodo videatur. c. 31. n. 7. lib. 1

Vltima dies terminis cedit commodo promiſſoris, ad hoc vt non ſit in mora, antequam totum tempus labatur. c. 26. n. 13. l. 1

Vnio Chriſti & Eccleſiæ duplex eſt, vt in c. 17. n. 25. lib. 1

Vxor petens ſeparari à viro quoad thorum, & mutuam cohabitationem ex cauſſa ſæuitiæ audienda eſt, ſi alias ei cautione ſufficienti non poſſit prouideri. c. 24. n. 1. & 2. l. 1.

Vxor ſi propria auctoritate à viro diſcedat ob nimiam ſæuitiam, ſi hæc conſtet in continenti, eidem minime eſt reſtituenda ſed alicui prouidæ & honeſtæ mulieri, vſque ad cauſæ deciſionem, cuſtodienda tradenda eſt, & in loco vbi vir neque parentes eius vllam poſſint mulieri violentiam inferre. c. 34. n. 4. & 5. lib. 1

Vxori litiganti cum marito ſunt miniſtrandæ expenſæ, & alimenta per eum. c. 24. n. 7. l. 1

Vxor inſidians vitæ mariti, & tentans eum perdere veneno, ſi aliter non poteſt cohiberi veriſimiliter, poteſt eiici propria auctoritate à marito, & petenti reſtitutionem obſtabit exceptio. c. 24. n. 8. l. 1

Vxor propter adulterium amittit ius, quod in viro habebat. c. 25. n. 3. lib. 1

Vxoratus de licentia vxoris atque ipſa religionem profitente poteſt in Epiſcopatum promoueri. c. 25. num. 8. lib. 1

Vxoratus eo ipſo quod promouetur ad ſacros ordines videtur continentiam profiteri. cap. 25. num. 14. lib. 1

Vxoratus nullum ſacrum ordinem ſuſcipere præſumere debet durante matrimonio, niſi prout ſacris canonibus nouerit expedire, alias neque matrimonio ſoluto in ſic ſuſcepto ordine miniſtrare, neque ad ſuperiores ordines proueḣi, neque ad aliquod beneficium, vel officium Eccleſiaſticum valet promoueri. c. 25. n. 17. lib. 1

Vxor poterit occulte & ſine ſcandalo de bonis mariti ſoluere debitum ipſius, etiam contra eius voluntatem. c. 11. n. 70. l. 1

Vxores veras quandoque dici à canonibus concubinas. c. 7. n. 30. lib. 1

Vxor ſoluto matrimonio, an teneatur ſtare locationi factæ per maritum. c. 8. num. 39. & ſequentibus: & an colono detur exceptio vel retentio in hac ſpecie, ibidem, num. 40. Et quid in paraphernalibus, numer. 43. Locationi autem ad modicum tempus, nempe ad annum, ſtare tenetur, ibidem, num. 45

Vxor iure Canonico propter adulterium à viro ſeparata iudicio Eccleſiæ, vel voluntariè ab eo recedens, perdit dotem, niſi reconcilietur viro. c. 12. num. 1. lib. 2


FINIS.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UAN
DAD AUTÓNOMA DE NUEV
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTE